

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA.

SCRIPTORVM

TOMVS XIV.

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT
SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SCRIPTORVM
TOMVS XIV.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCLXXXIII.



SCRIPTORUM TOMO DECIMO QUARTO CONTINENTUR:

SUPPLEMENTA TOMORUM I—XII.

PARS II.

GESTA EPISCOPORUM. HISTORIAE (CHRONICA).

SUPPLEMENTUM TOMI XIII.



Altera supplementorum tomorum I—XII. parte ea continentur quae Gestorum vel Historiarum nomine inscribenda erant, maximam partem ad Lotharingiam et Flandriam spectantia, nonnulla vero etiam ex aliis imperii provinciis vel terris ad idem et situ et ipsa historia prope attingentibus, quae ad res nostras illustrandas faciunt. Inter quae praecipuum locum tenet Chronicon Venetum, vulgo Altinate dictum, nunc demum ex diversis qui exstant codicibus a V. Cl. Simonsfeld integritati quoad fieri potuit restitutum; quod quamvis extra imperii fines scriptum multa tamen continet quibus carere haud potuimus. Quae sequuntur Treverensia, Leodiensia, Brunwilarensia ea supplent vel emendant quae prioribus tomis edita sunt; Cameracensia, nuper felici casu reperta et primum Parisiis a V. Cl. Delisle edita, historiam tam episcopatus quam

totius Lotharingiae non parum augent; Tornacensia, alia ex codicibus emendata, alia primum edita, praesertim historiae Flandrensi lucem afferunt. Ad quae accedunt historiae monasteriorum Mosomensis, Hasnoniensis, Watinensis, Laetiensis, Walciodorensis, Lobiensis, Aquicinctinensis, Gemblacensis, pleraeque a diversis auctoribus compositae, nonnullae ineditae, omnes fere codicum ope emendatius propositae. Sunt quae ultra medium saeculum XII. excedant; sed vix alio loco aptius haec exhiberi poterant, id quod etiam de Thioderici Tuitiensis opusculis historicis est dicendum. Quae praeterea ex Germania cisrhenana recepimus, Hirsaugiensia et praesertim Magdeburgensia ideo praetermissa erant, quia de scriptorum aetate non satis constabat, nunc vero, cum priores partes ad saecula XI. et XII. pertinere sit probatum, integra opera hoc potissimum loco proponenda duximus, et doctus Gestorum archiepiscoporum Magdeburgensium editor W. Schum id satis feliciter assecutus est, quod maiorem codicum, quamvis recentiorum, copiam comparaverit, ex quibus diversae libri recensiones accuratius distingui possent. Opusculum unum ex schedis b. m. Ioh. Helleri edidimus, alterum W. Wattenbach ante aliquot annos iam inceptum nunc absolvit, alia socius noster Holder-Egger suppeditavit et omnia cura diligenti perlegit, non pauca primus recte constituit. Cetera mea sunt.

Dabam Berolini, d. 23. mensis Augusti 1883.

G. WAITZ.

CHRONICON VENETUM QUOD VULGO DICUNT ALTINATE.

EDIDIT H. SIMONSFELD.

In edendis Venetorum chronicorum, quae hactenus sub nomine 'Chronicon Altinate' circumferebantur, fragmentis eadem oritur difficultas, quam nuper V. Cl. Holder-Egger in edendo Agnelli libro pontificali ecclesiae Ravennatis doluit. En liber, qui magna ex parte saeculo decimo vel antea compositus esse videtur, sed hodie — quantum scimus — tantum in posterioris aetatis codicibus exstat. Unde, quod primum ad sermonem spectat, discerni haud facile potest, quantum barbaricae dictionis auctori vel auctoribus, quantum amanuensibus sit tribuendum. Deinde vero quod attinet ad ordinem rerum partiumque numerum, cum codices inter se minime congruant, perdifficile est animo sibi effingere, quaenam fuerit forma codicis archetypi, ex quo omnes qui nobis praesto sunt quattuor codices emanasse videntur, cum unus ab altero passim in varietate lectionum longe discedat. Illae autem partes quae in uno tantum codice inveniuntur certo quidem ab ipsis amanuensibus saeculo demum tertio decimo additae sunt; sed aliae modo in duobus modo in tribus atque etiam quattuor codicibus leguntur, de quibus nihilominus dubitari potest, num iam in archetypo exstiterint.

Hi vero sunt codices, quos superesse compertum habemus et quos evolvere nobis licuit:

1) Codex Vaticanus *nr.* 5273, *membr. fol., saec. XIII, quo priores editores non sunt usi.*

2) Codex regiae bibliothecae Dresdensis *F.* 168, *membr.* 4°, *saec. XIII, olim Bernardi Trevisani, a V. Cl. Tommaso Gar denuo repertus et in secunda Chronici editione ('Archivio storico Italiano. Appendice' tom. V) publici iuris factus.*

3) Codex Venetus *bibliothecae seminarii patriarchalis H. V,* 44 *(antea B. III,* 10*; U. U. XV,* 35*); olim, ut in ipso codice legitur, 'domus s. Mariae ordinis cruciferorum...*[1]*', postea Marini Sanuti iunioris, qui manu propria codicem sic signavit: 'No.* 2784. *Est Marini Sanuti, Leonardi filii'. Post multos deinde annos comitis Francisci Calbi Crottae factus, ab hoc seminario iam dicto donatus, sed multa demum post discrimina in ipsius seminarii bibliotheca depositus est. Hoc codice Antonius Rossi in prima chronici editione ('Archivio storico Italiano' tom. VIII) usus est vel usus esse videtur. Nam haec tot erroribus ac mendis squalet, ut iure dubites, num Rossi ipsum hunc codicem inspexerit an malum eiusdem codicis exemplar, hodie in bibliotheca V. Cl. Cicognae ('Museo Civico Correr' Nr.* 274*) conservatum, adhibuerit.*

1) Ab anno 1657. Societatis Iesu, de qua videas Flam. Cornelius, Ecclesiae Venetae Dec. II, p. 173.

4) *Codex Venetus bibliothecae S. Marci classis Italianae XI. nr.* 124, *chart., fol., saec. XVI, annis* 1502. *et* 1503. *exaratus, cuius secunda pars exhibet compilationem, quam sibi fecit Marcus quidam, fortasse 'fraternitati alicui adscriptus'*[1], *qui ipse sic praefatus est:* Quoniam memoriale officium temporis transcursu dilabitur, nec antiquorum gesta egregia mortalibus occursibus possent iuxta merita comendari, nisi humanis antecederet speculum scripturarum, cuius claritate de precedentibus humana con[s]cientia imperita postremo plenius edocetur, ego utique (frater?) Marcus perlegens quasdam veteres ac recentes ystorias, que, quamvis sermone Galico scripte forent[2], tamen paucis in voluminibus compilate de facili a memoria prolabi potuissent, necnon in mentis profunditate considerans, quod literalibus atestacionibus fides pocius quam vulgaribus asercionibus adybetur, quedam pauca, prout inferius videri poterit, de his que ad hedificationem Venetiarum pertinent et eius gestis anno millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, mense Marcio, quinta indicione, literali calamo ad futurum posterorum memoriam compilavi. *Occurrunt autem in hac compilatione nonnullae partes quae etiam in praenominatis codicibus inveniuntur; quas cum Marcus, licet codicis* 3 *cognitionem habuisse videatur, ex ipso tamen archetypo hausisse putandus sit, hic quoque codex in hac nova editione adhibendus erat.*

Hi quattuor codices et in annalibus nostris ('N. Archiv' II, p. 347*) a Ludovico Bethmanno et in libro meo 'Venetianische Studien' I,* 5. *iam fusius et ut ita dicam foliatim sunt descripti. Supervacaneum igitur esse ratus, quae quisque contineat denuo hic exponere, illas tantum partes, quae in tribus vel quattuor codicibus aut saltem in duobus eorum exstant, recensendas duxi. Sunt autem hae:*

I) Historiola de Altinatum post urbis excidium migratione Torcellique fundatione necnon de Gradensis patriarchatus institutione;

II) Catalogus patriarcharum Gradensium;

III) Catalogus episcoporum Torcellensium;

IV) Catalogus episcoporum Olivolensium;

V) Catalogus ecclesiarum et monasteriorum ab aliquot familiis Venetis fundatorum;

VI) Catalogus ipsarum familiarum, quae ineunte saeculo nono in Rivoalto, Malamocco aliisque insulis Venetis consedisse dicuntur;

VII) Alia atque a priore diversa historiola de Gradensis metropolis initiis, cui annexa est descriptio vitae publicae et privatae eandem regionem habitantium;

VIII) Narratio mire confusa de Longino et Venetis atque aliis de rebus;

IX) Historiola fabulosa de Karoli Magni contra Venetos expeditione;

X) Catalogus paparum Romanorum;

XI) Catalogus ducum Venetorum;

XII) Catalogus caesarum Romanorum et Byzantinorum;

Denique narratio item fabulosa de bello Troiano rebusque Romanis usque ad C. Iulium Caesarem.

Has partes nec ab eodem auctore nec eodem tempore compositas esse, fusius iam in libro supra citato exposui atque demonstravi. Illam enim quam sub I) de Altinatum demigratione etc. enumeravi historiolam exeunte saeculo decimo conscriptam esse, inde sequitur, quod eiusdem partis anno 1008.

1) Videas, quae in libro meo 'Venetianische Studien' t. I, p. 55. exposui. 2) Scilicet 'La chronique des Veniciens de Maistre Martin da Canal' ('Archivio storico Italiano' t. VIII, p. 229 sqq.).

iam exstitit alia versio. Nam ea historiola, ut etiam alii viderunt (cf. Waitz, SS. rerum Langob. p. 392), haud dubie fons est Chronici quod vocant Gradensis, quod quidem Pertz ab ipso Iohanne diacono, chronici Veneti (SS. t. VII) auctore, compositum finxit, sed, ut nunc apud omnes fere constat (cf. Waitz l. c. p. 393), ab Iohanne in codice autographo ex priore codice descriptum et chronico suo Veneto additum esse videtur. Ante annum igitur 1008, quo scripsit Iohannes, ea historiola composita est, sed quo anno, accuratius indicari nequit. Ante annum tamen 800. scripta esse propterea non potest, quod iam Obelerii et Beati ducum pluries fit mentio. Nec magis de auctore quidquam notum est.

Ceterae partes num eodem tempore conscriptae sint, difficile est pro certo affirmare. Stilum quidem aeque barbarum si respexeris, historiolam illam de Gradensis metropolis initiis quam sub VII) allegavi eodem tempore, id est saeculo fere decimo, compositam esse, facile intelligas; sed auctorem fuisse alium, ex nonnullis haud levibus discrepantiis colligitur. Quos deinde sub II—VI) protuli Catalogos ab historiolae auctore aut conscriptos aut compilationi additos esse, verisimile est, quippe qui in eadem saepius citentur. Neque huic opinioni obstat, quod a posterioribus usque ad decimum tertium saeculum continuati sunt. Iam vero difficilius est diiudicatu, num narrationem, quae sequitur, de Longino et Venetis nucleo, ut ita dicam, 'chronici Altinatis' annumerare debeamus. Quippe dictio, si fieri potest, etiam barbarior est quam ceteris in partibus, ita ut vix divinari possit, quid auctor ab hoc argumento ad illud deflectens confusa hac narratione sibi voluerit. Neque tamen scio, an iam Iohannes diaconus ea in chronico suo Veneto hic et illic usus fuerit. Monticolo quidem (cf. 'Archivio Veneto' t. XV) eam posterius esse compositam putat; neque hoc dubium videtur, quin ultima ipsius narrationis pars saeculo demum undecimo sit scripta, quippe in qua auctor actis et scriptis illis, quae de controversiis ecclesiae Graecae et Latinae composita exstant et a Cornelio Will (1861) denuo publici iuris facta sunt, usus esse videatur.

Iam vero fabulosa de Karoli Magni contra Venetos expeditione relatio non ante medium saeculum undecimum ceteris partibus addita est. Contra satis mihi constare videtur, ea quae in fine de Henrico 'parvulo habente nomen patris' dicuntur, non, ut voluit Giesebrecht (Schmidt, 'Zeitschrift für Geschichte' IV, 47), ad Henricum imperatorem huius nominis quintum, sed ad quartum esse referenda. Catalogi autem tres, quos sub X—XII) allegavi, num iam ab initio ad nucleum illum pertinuerint an postea saeculo undecimo duodecimove additi sint, neque affirmare neque negare ausim, remittens hac de re lectores ad librum meum saepius citatum. — Restat de supra memoratis partibus ultima, quae narrationem quandam de bello Troiano atque aliis rebus cum praefatione auctoris continet atque in codice Dresdensi quasi exordium totius compilationis ceteris partibus anteposita est. Sed cum huius narrationis dictio prorsus diversa sit ab aliarum partium stilo, primitus operi, quantum equidem putaverim, haec pars non coniuncta fuit, et tamquam ab huius collectionis consilio aliena nunc omittenda est.

Inveniuntur autem, ut iam supra indicavimus, in singulis codicibus etiam aliae partes, de quibus nunc breviter agendum est, velut in codice Vaticano annales breves Veneti, quos iam in annalibus nostris ('N. Archiv' I, p. 400) edidimus; in codice autem Veneto seminarii patriarchalis chronicon illud famosum, quod res a Venetis gestas ab ineunte saeculo duodecimo usque ad medium tertium decimum continet. Haec fragmenta, etsi saeculo demum tertio decimo ab

amanuensibus apposita sunt, tamen, cum ad historiam Venetam spectent et summi pretii sint, hic quoque emendata proponenda esse duximus. Sed omisimus parvulum codicis Vaticani libellum, praeterea disputationes de rebus scholasticis et donationem quam vocant Constantini imperatoris et ordinem Romanum coronandi imperatoris et concordantiam Wormatiae factam necnon privilegium a Leone VIII. papa imperatori Ottoni I. tributum, quae partes in codice Dresdensi exstant, sed ad nucleum chronici Altinatis minime pertinent. Item omisimus parvam chronicam universalem usque ad Iesum Christum perductam, quae in solo codice Veneto seminarii tradita est et ex bibliorum libris excerpta nullius est momenti. 'Parentelam S. Mariae', qua tota haec chronica terminatur, cum etiam in alio codice Veneto (4) legatur, atque alias similes partes in solo codice 4. existentes, Bethmann suspicatus est ipsi genuino operi esse attribuendas, quod formam quandam fastorum domesticorum (Chronographi Romani instar, a Th. Mommsen editi) habuisse coniecit. Quamquam ipse confessus est, magnam eorum quae in illo codice 4. leguntur partem fortasse aut ab ipso Marco exeunte saeculo decimo tertio aut ab amanuensi ineuntis saeculi decimi sexti demum adscriptam esse. Mihi quidem ex causis alibi fusius prolatis prior opinio stare non posse videtur; posteriorem secutus omnia quae in solo codice 4. leguntur omisi, fortasse alio tempore editurus.

Ex his quae hactenus de quattuor illis codicibus exposui satis facile erit intellectu, quam perversum sit nomen 'Chronicon Altinate', quod his fragmentis nostris demum temporibus inditum est. Nam qui primi hoc fonte usi sunt, Martinus da Canale, Marcus, Andreas Dandulus, auctor chronici quod vocant Iustiniani (quo etiam nos hic passim usi sumus), chronici vel historiae vel similem titulum ei indiderunt. Neque aliter laudabatur ab Apostolo Zeno, qui primus post tot annos eiusdem libri notitiam habuit (cf. 'Giornale de' letterati' tom. IX. 1712. artic. XII). Sed iam anno 1718. idem Zeno in praefatione operis 'Degli Storici delle cose Veneziane, i quali hanno scritto per pubblico decreto' (p. V) nomen 'Anonymi Altinatis' induxit, quem deinde alii scriptores et priores editores sequi non dubitaverunt.

In hac nova editione quemadmodum codices supra citati adhibendi essent, dubii aliquamdiu haesitavimus. Scripti sunt, ut diximus, omnes posteriore aetate, saeculo decimo tertio (aut sexto); quod autem ad stilum valde barbarum partium antiquissimarum spectat, fere aequales sunt. Sermo enim adeo a communi Latino abhorret, ut saepius perdifficile sit intellectu, quin nonnunquam intelligi prorsus non possit, quid verba sibi velint. Quippe grammatices praecepta nulla servantur: casuum formae non distinguuntur, confunduntur numeri, generum nulla fit observatio, immo vocum terminationes absque ulla ratione vel distinctione positae nullam vim habent, verba falsissime flectuntur; formarum pronominis relativi fit maximus abusus, frequentissime participium cum verbo auxiliari 'esse' coniungitur: haec atque alia per omnes illas praecipue antiquissimas partes occurrunt. Horum mendorum quaedam in codicibus 2. 3. 4. correcta sunt; sed cum complura similiter ut in codice 1. inveniantur, dum aliae partes, ut chronicon illud codicis 3, puro Latino sermone sunt composita, sequitur, iam codicem archetypum maxima ex parte barbarismis et soloecismis abundasse.

Quam ob rem is codex qui, quod ad sermonem attinet, pessimus est, nobis ut ita dicam optimus esse debet. Ideoque in hac editione codicem Vaticanum (1), ubi perpauca videntur emendata, potissimum sequi statuimus.

Qui quidem praeterea ob id quasi antiquissimus dici potest, quia catalogos, quos supra citavimus, non eo usque quo in codicibus 2. *et* 3. *continuatos praebet. Accedit quod singularum partium ordo hic longe videtur esse rectissimus. Hac de causa dictionem, quam codex* 1 *exhibet, etiam ab aliis illius aetatis scriptoribus saepius usitatam, de qua re doctissime disseruerunt Bethmann ('Archiv' IX, p.* 659*) et Waitz ('N. Archiv' I, p.* 541. *et* 562*) et Holder-Egger (SS. R. Langob. p.* 266*), perraro mutandam esse putavimus. Ceterorum vero codicum (*2. 3. 4*) varias lectiones omnes fere apponendas duximus. Notas denique quas addidimus lectoribus haud ingratas fore speramus.*

Monachii, *mense Aprili* 1881. *H. Simonsfeld.*

I.

Beatus Heliodorus episcopus sedit primus. 381 – c 407.
Ambrosius. c. 407.
Blandus.
Sambatius[a, 1]. c. 500.
Petrus[2].
Septimus.
Angnellus[b].
Dominicus.
Stefanus[c].
Aurelianus.
Marinus.
Iohannes.
Maurianus. 635.
Leo.
Paulus.

Post istius[d] episcoporum explectum temporis venit australis[e] plaga[f] a sevissimis paganorum[3]; destruxerunt[g] cunctis civitatibus quod[h] supra nominate sunt[4]. Ista[i] autem Altinensem civitatem gens multitudo diversorum que intus erant habitantes; quod illius[k] per significationem Deus enim demonstratus est: cuncte aves et volucres, que[l] per muris et turris civitatum totis per circuitum habitantium erat[m], longe a civitate[n] exponebantur[o], in becius[p] [ipsis[q]] deportetur parvis illorum filiis[5]. Tam iste civitatis[r] quam Aquilegie civitas toto[s] homini gens videntibus erant. Toti autem populi civitatum, cum hoc videretur signum, foris erunt[t] exituri; per partibus[u] illis egerunt captivos. De eadem Altinensium cives dua[v] pars populi exierunt: peregerunt[w] ex captivitate alii Ravena, alii Ystria[x], alii Romania Pen-

a) Sambacius 2; Sambatinus 3. b) Angelus 2. 3. c) Stephanus 2. 3. d) istorum ep. expl. tempus 2; i. episcopi expletum tempus 3 e) ab australi 2. f) pl. sevissimi 2. g) qui d. cunctas 2. h) que 2. i) Istam 3. k) p. ill. 3. l) quod 2. m) erant 3. n) civitatibus 3. o) *ita fortasse corrigendum;* expnebantur *codd.* p) *ita codd.; legendum* in beccis. q) *deest* 1. 2. r) civitates 3. s) t. hominum g. v. er. 2; tota hominum g. videntes 3. t) erant 3. u) partes 3. v) due partes 3. w) *i. e.* perrexerunt; pergerunt 3. x) Istria 2.

1) Ambrosii successores pro Blando et Sambatio F. Ughellus (Italia sacra X) profert Hilarium, quem astitisse volunt consecrationi primae Rivialti et S. Iacobo dedicatae ecclesiae, et Septimum, ad quem anno 447. direxit epistolam Leo I. papa, de qua vide eundem Ughellum. 2) Post hunc Petrum I. sedisse demonstrat Cappelletti, 'Le chiese d'Italia' IX, p. 518, Vitalem, quem c. 565. in Siciliam a Narsete relegatum esse, dicit Paulus, Hist. Langobardorum II, 4. Huic Vitali successit alter Petrus II, quem et Chronica patriarch. Gradensium (SS. R. Langob. p. 392) et Andreas Dandulus in Annalibus suis (Muratori, SS. XII, col. 101) concilio Gradensi a. 579. a patriarcha Helia convocato (de quo fusius egit De Rubeis, Monum. eccles. Aquilei. c. 27. 28) subscripsisse volunt, maiore autem cum fide Paulus ibid. III, 26. interfuisse dicit synodo Marianensi c. a. 590. Qui in hac nostra serie Petri successores usque ad Paulum memorantur, ab Ughello aliisque scriptoribus tam novis quam antiquis omittuntur; 'qui si vixerunt, sederunt inter 579 (rectius c. 590) et 635'. Gams, Series episcoporum. 3) Confundit auctor varios Hunorum et Langobardorum incursus in unum permagnum, quem in saeculo VII. ponit. 4) Dubium est, utrum haec verba referenda sint ad aliam eorundem chronicorum partem, quae nunc desideratur, an ad illam infra edendam, quae in codice Vaticano (1) huic nostrae praemissa est, quam quidem nos antiquissimam putamus (cf. 'Venetianische Studien' I, p. 16. et p. 52). Ceterum totum locum valde corruptum esse, facile intelligas. 5) Cf. Iord. Get. c. 42.

tapolim[a]; alii ergo triduanum fecerunt ieiunium, quod Deus illis aut per navigium aut in locis habitancium[b] ostenderet eis, qualiter vivere possit. Iuxta promissum Dei, quod eis indignis[c] factum erat, vocem audivit[d] quasi tonitruum eis dicentem: 'In turrem ascendite, ab astra autem videte[e]'. Ascendit et in astra vidit proximum vicinis insulis habitationum loca, ut figuris[f] illius et omnibus quid esset[g] habitatores figuraliter ad illos demonstrati sunt. Alii quod eiecerat[h] similiter viderunt, quasi corporaliter figurabant, quod per navibus et in lignis caveis itemque[1] loca cunctis[i] videntibus illis vicina habitatio Deus eorum demonstratus est.

Totum namque qualiter dictum est ut supra, quod dedicata[k] fuit civitatem[l] Altinensem per ordine[m]. Modo explemus, quod[n] fuit desolata a sevissimis paganorum. Postquam destruxerunt Aquilegia[o] civitatem, usque ad solum depredavit[p] et incenderunt illam, et gencium multitudo[q] interfecit, venerunt ad Altinensem civitatem, quod[r] intus introierunt nulliusque[s] hominum itemque invenerunt. De hoc quod invenit[t] depredavit; tota[u] autem illam incenderunt et destruxerunt [eam[v]] usque ad solum: foderunt illa[w] ad fundamentis; turrem[x] mirificam similiter destruxerunt: foderunt[y] ea a fundamentis. Pars tercia populi, quod[z] de eadem civitatem[a] fuerunt, cum Arrium et Arrator[b] venerunt, ubi Deus illorum concesserunt. In navibus et in caveis lignorum in patulibus[2] aquarum fuerunt habitantes. Vir sanctissimus Geminianum[c] presbiterum nomine, quod supra recordatus est[3], quod de alienis partibus, quod[d] supra scripte sunt, per terra[e] et per aqua cum navibus et[f] aliorum hominum cura egerunt, qualiter, si invenisset genus christianorum, conscilium et adiutorium illius prestolantem[4] erunt[g]. Postquam Deus dispersit et desolavit illius[h] sevissimis nefaria genus paganorum, [sicut[i]] potens est, et fecit quod supra autem dictum est, invenit ille vir sanctissimum[k] Arrium et Arrator cum omnibus illis cum parvis navibus et in lignis[l] caveis in aqua patulibus habitantem[m]. Nunciavit illis, quod Deus dispergerunt[n] nefandissimis[o] iniquissimis paganorum. Totis [autem][i] omnibus[p] illis domino Iesu Christo gratias erant referentes. Cepit Arrius et Arrator, filius eius, cum omnibus toti[q] illorum statimque per vicina loca habitationes apprehendere, ecclesiis[r] et domibus facere. Altinensem autem turris[s] precellima et excelsa magna, quod in illorum corde memorie recordantes, in conpunctionem illorum mentis absconderunt[t], graviter suspiria cum gemitu oculorum illorum non cessabat[u] assidue lacrimis fundere; propterea turris[v] nomina conposuerunt illa istorum habitationibus; et propter aliis turribus diversitatum[w], que per circuitu[x] Altinensem civitatem positas[y] erat, Torcellus[z] conposuit[a] Arii[b] appellari. Insulis vicinis, quod illis apprehenderunt, item habitabiles esset[c], Arii[b], quod per antiquitatem de illorum tribu nominati erunt[d], conposuerunt et translataverunt nomine se ipsos, Aurii constituerunt se appellari: locum sive insula, quod illi a suorum habitatione apprehenderunt, cum aliquanti[e] quod fuerunt serviciales illius, cum ceteri[f] aliorum multitudo quod de personis valentibus[g] erant, et cum eo itemque[h] habitabunt[i]. Ad illorum porta[k], que de Altino civitate[l] fuit, unde illi introeuntes et exeuntes erant, que intra boria[m] erat stantem, vicum Burianum[5] constituit Aurii appellari. Aurius tribunus cum Massignorum[n] qui Marcelli appellati sunt, cum ceteri[o] aliorum, que incognitum non sunt nominare, prope convicinantem locum apprehenderunt, itemque habitare ad illorum porta[p] que de predicta civitate fuit; ante eam magnam et mirabile[q] stabat turrem, unde illi introeuntes et exeuntes erant; vicum Maioribus[6] constituit Aurii appellari. Massus ibi milles[r] iudicii fecit Aurius tribunus, cum Frauduni qui Faletri

a) Pentapoli 2. b) habitantium 2. 3. — host. 2. c) indignum 2. d) audiunt 2. e) videre 2. f) ut in f. 2. 3. g) essent 3. h) eiecerant 3. i) cunctisque 2. k) cedeata 2; dedita 3. l) civitas Altinensis 2. m) ordinem 2. 3. n) quomodo 2. o) ad Aq. 1; Aquilegiam 2. 3. p) depredaverunt 2. q) multitudinem interfecerunt 2. r) qui 2. s) nullumque hominem ibidem 2. t) invenerunt depredaverunt 2. u) totam 2. 3. v) *deest* 1. w) illam a 2. 3. x) turrem — fundam. *des.* 3. y) foderunt — fundam. *des.* 2. z) qui 2. a) civitate 2. 3. b) Arator 3. c) Geminianus presbiter 2. d) que 2. e) terram et p. aquam 2. 3. f) *deest* 3. g) erant 1. h) illud sevissimum nefarium 2. i) *deest* 1. k) sanctissimus 2. l) ligneis 1. m) habitantes 2. 3. n) disperserat 2. o) *ita* 3; nefandissimus iniquissimis 1; nefandissimos iniquisimos 2. p) *deest* 3. q) totis 2. r) ecclesias et domos 2. s) turrem precellimam et excelsam magnamque 2. t) absenderunt 2; ascenderunt 3. u) cessabit 3. v) terris n. composuerunt 2; t. nomini c. 3. w) diversitatem 3. x) circuitum 2. 3. y) posite 2. z) Torcellis 2. 3. a) conposivit 3. b) *ita* 2; Alii 1; Arrii 3. c) essent 2. 3. d) erant 3. e) aliquantis 2. f) cetero al. multitudine 2. g) valentes 2. h) ibidemque 2. i) habitabant 3. k) portam 2. l) de c. 2. m) bona 3. n) *ita* 1. *habere videtur* (massign4); Massi 2. 3. o) ceteris 2. p) portam 2. q) mirabilem 2. 3. r) milex 2; miles 3

1) Haec vox, quae saepius occurrit, fortasse 'ibidem' significat. 2) Pro 'paludibus'? 3) Cf. p. 5, n. 4. 4) i. e. praestantem. 5) Burano. 6) Mazzorbo.

appellati sunt et Rusticus qui Lutoytus[a] appellatur et Calciamiris qui Gambas-ferreas appellatur et Viatoribus cum ceteri aliorum, que similiter incognitum[b] non sunt nomina, que possimus nominari[c]. Locis[d] sive vicinis insulis toti isti ad unum apprehenderunt itemque habitare. Ad illorum[e] portas, que de iam dicta civitate fuerunt[f], unde toti illorum introeuntes et exeuntes erant[g], vicum Constanciacum et vicum Aimanis[1] constituit Aurii appellari. Postquam toti isti convicinantium locis invaserunt[h] multitudinem gentium, quod per ordinem namque dictum est, fecerunt ergo gloriosissima[i] et preciosam formam et excelsa et mirabilis[k] habentem claritatem ecclesia vero ad honorem sancte Dei genitricis et virginis Marie; et fecerunt ibi episcopii domum gloriosis[l] habentem edifficiis. Pavimentum ecclesie fecerunt roda medium[2] bilissima[m-3] operatione. Propter hoc quod proximum erat hic habitatio, constituit Aurius tribunus 'la Roda[n]' appellari. Apprehendit Aurius ille ad opus suum episcopium ad illius subiectione[o], cum laudatione[p] Matamaucensium[q] et Rivildensium[4] omnes, cum confirmatione Obelierius[r] et Beatus ducibus, qui erant in Matamauco[5]; que se ipse Aurius tribunus cum totis omnibus suis subiugavit eis ducibus, quod retro incolomitatis ordinis statutum illis consimilantibus erat[s], quando fuerunt in Altinensem civitatem, quod multitudinem hominum de eadem civitatem[t] sive et de alienis partibus erant iudicantes. Tota gens illius potestatis Marchius[u] ille et filius eius ducem[v] appellati erant[6]. Totas autem littoras[w] quos apprehenderunt cum laudatione, quod supra iam dictum est[7]. Primum namque litore invenit Maurum presbiterum, quia ipse de Altino civitate fuit, et ad eum cognicionem fecit, qualiter ad eum revelavit, et ostendebat ei locum; et Hermen cum Erasmum sanctorum martirum[x] exponebat[y] ecclesiis formam. 'Et[8] mihi[z] dicebat[9], ut ad illorum honore[a] ego eam edificasset[b], et mihi mercedes deliberabat. In alium[c] autem littore a longe quod[d] ego perveniebam, mirabilis aspectu videndum erat, quasi ut nubem maximam albescere. Duo radia solis consimilantes[e] mihi erat videntem gloriosam claritatem habentem; quod[10] prope veniebam, clarissima voce hoc[f] mihi dicebat: "Ego sum Deus, qui Salvator sum, tocius[g] orbis dominator. Terra in quo stas[h] ecclesia[i] constituo tibi, ut in nomine meo edifices: insigna[11] ibi ponam[k]". Non longe se inponebat ea nubis et solis radiis. Et alia dilectissima voce ita dicebat: "Ego sum Maria, domini Iesu Christi mater[l]. Constituo tibi, ut in eo loco alia[m] ecclesia ibi ediffices ad meum honorem; vide quod signum[n] inpono". In tercium[o] autem littore quod ego[p] veniebam[q], videbam totum medietatem[r] plenum gentium diversitatum et populi multitudo; et medium alium videbam boves magnorum, bubali taurorum cum vaccibus[s] vitulorum[t]; totumque plenum maximam erat diversitatem existimantem[u]; medium autem erat stantem illa mihi albescentem. Quod[10] prope perveniebam, sedentem vidi seniorem, canos albissimis[v] habentem. Sedem[w] erat mirabile et nimium speciosa. Stantem[x] erat infra nubem. Erat ipse mecum ille senior loquentem[y]; et iuxta eum erat stante[z] iuvenior vir, et ita hoc erant mihi dicentem: "Ego sum Petrum principe[a] et apostolum; constitutus sum a[b] gregis[c] pastorem super omnem agnorum et christianum populum[d] absolvendum sum peccatis[e] omnibus. Constituo tibi, ut honorifices sive ediffices ad meum honorem ecclesia, ut in meum[f] natalis die ibique congregantem[g] sit cunctum[h] quod Torcelensi populo". Iuvenior ille vir mihi dixit: "Ego sum servus Dei. Nomen mihi

a) *ita* 2; Lutoytus a. et C. qui *des.* 1; Luthodoicus 3. b) incogniti 2. c) nominare 2; *deest* 3. d) loca s. vicinas insulas 2. e) aliorum 2. f) fuerant 2. g) *deest* 3. h) invaserant 3. i) gloriosissimam 2. 3. k) mirabilem abentem 2; mirabilem h. 3. l) et gloriosam h. edificia 2; gl. h. hedificiis 3. m) billissima operationem 2. 3. n) Roda 2, *omisso* la. o) subiectionem 2. 3. p) laudationem 2. q) Mautamaucensium 3. r) Obelerius 2. 3. s) erant 2. t) civitate 2. 3. u) Marcius 2. v) duces 2. w) litteras quos 2; litteras quas 3. x) martyrum 3. y) et ponebat 2. z) michi *passim* 1. a) honorem 2. 3. b) hedificasset 2; edificassem 3. c) allio a. lithore 2. d) q. a l. 2. e) consimilantibus 2. 3. f) hec 2. g) et t. 3. h) stans 1. i) ecclesias 2. k) inponam 2. l) *deest* 2. m) aliam ecclesiam tibi 2. n) signo 2. o) tercio a. lithore 2; tertium a. littorem 3. p) *deest* 3. q) veniebant 1. r) medietate 3. s) vacis 2; vaccis 3. t) viclulorum 1. u) eximantem 2. v) albissimos 2. 3. w) sedes er. mirabilis 2. x) stantes 2. y) *deest* 2. z) stantem 2. 3. a) principem 3. b) *deest* 2. c) grecis 3. d) apostolum 3. e) peccata 2; a peccatis 3. f) in mea n. d. 2; in m. n. diem 3. g) congregatus 2; congregante 3. h) cunctunque Torcelensis populus 2; cunctumque Torcellis populum 3.

1) De his duabus insulis (Costanziaca et Ammiana), quae iam saec. XVI. erant paene ex toto desertae, vide quae disseruit Filiasi in libro 'Memorie storiche de' Veneti' VI, p. I, c. XV. et XVI. 2) i. e. rota, scilicet 'lapis rotundus porphyreticus in pavimento navis principalis ecclesiae conspicuus. Rotae tales plurimae adhuc conspiciuntur in pavimento basilicarum Urbis' (i. e. Romae) LL. II, p. 188 n. 11. 3) i. e. bellissima. 4) i. e. Rivoaltensium, qui insulam Rivialti incolunt. 5) Exeunte saeculo octavo. 6) Cf. 'Venet. Studien' I, p. 84. 7) Lacunam hic esse, manifestum est. 8) Maurus loquitur. 9) Scilicet Hermes cum Erasmo. 10) i. e. cum. 11) i. e. insignia, quod idem significat ac signa. Cf. Ducang. s. h. v.

est Antolinus[a], qui pro Christi nomine passus fuit[b]. Precipio ad te[c], ut parva[d] ecclesiam edifices[e] ad meum honorem[f] iusta[g] mei magistri[h]. Inter ecclesiis[i] nichil conmemoratus sum inter sanctorum[k] martirum: precipio tibi, ut assidue[l] per[m] orationibus diurnis[n] et nocturnis ad[o] meum nomine commemorationem facias. Quidquid[p] mihi iuste aut devota mentis[q] pecierit[r], aut[s] alieni quod ad te in alienis nunciatum est, omnia tibi et illorum[t] implebuntur". Dixit mihi beatus Petrus apostolus et sanctus Antolinus martyr: "Videte signia[u] quod ponimus; quod[v] invenietis, sic laborem[w] facietis". In quartum[x] parvum littore, quod perveniebam, ego vidi frondissimis vineis totum plenum vitibus[y] habente[z] uvam albissimam. Voluntatem mihi faciebat[a], sed nolui comedere[b]. Sed[c] iusta[g] mare ambulabam, illa[d] albissima nube[e] ante me parata fuit. Sedebat intus puella parvula; in medium sedem[f] erat preciosa; ita dicebat mihi: "Ego sum Iustinam[g], qui[h] pro Christo[i] passa fui in Patua[k] civitate. Deprecor te[l], presbiter Dei, ut parva[m] ecclesiola ediffica ad meum honorem; conmemora[n] memorationem nocturnam et diurnam, connumera me inter sanctorum[o] martirum et electarum sanctarum virginum: quicquid mihi[p] pecieris[q], implebuntur tibi". In quintum[r] locum quod[s] veniebam ego terrenulam[1] parvam stare me videbam. Illa magna nube[t] splendidissima, cum[u] sol unum supra eam erat radiantem[v]. Quod iuxta erat proximantem, videbam intus gloriosissimum vir[w], mirabilem habentem aspectu[x], stantem[y] erat supra solis speram[2]. Mihi ille hoc dicebat: "Ego sum Iohannem[z] baptistam, Domini precursor[a]: te deprecor, ut in hoc[b] locum ad meum honorem, qualem ecclesiam modo vides, talis[c] edifica". Cum eo eramus[d] intus intrantem, magnum[e] namque splendore erat habente[f]; committebat ille[g] mihi orationem facere diurna[h] et nocturna. Quod[i] foras eramus exeuntes, totum per circuitum ab intus[k] quod ille mihi demonstratum habet[l], per[m] foris autem ille similiter ostendebat et exponebat. Insignis[n] ponebat in terrenula[o], et per totum aquarum[p] per longitudo et[q] latitudo imponebantur; ipse constituit mihi in[r] dominacionis[s] potestate[t] habere et retinere itemque habitare totis[u] supradictis ecclesiis cum totis Torcellis pertinentiis. Scriptum[v] mihi demonstrabat et illum[w] mihi dabat, gratie[x] Dei, et[y] episcopium Torcellis per annulum me investigabat[z.3], in digitum[a] mihi mitebat. Me videntem[b] cum eo supra ecclesie tectum stantem[c], mihi demonstrabat molendinis[d] proximis in illum[e] aquarium[f] mazinantem[g] erant[4], quod mihi insignia[h] posita habet. A[i] magnissimum sonum que[k] faciebat expergefactus fuit[l]; scriptum inventum fuit in manum mea[m] et annulum in digitum'. Quod autem audiunt[n] per cognitionem[o] de Mauro presbitero revellationem[p], quod Deus ad eum revellavit, et insignia, quod[q] demonstravit, creduli facti fuerunt omnes. Aurii[r] tribuni et principis Torcelli cum ceteri[s] toti aliorum[t] que ad illius iussione[u] erant composuerunt et edificaverunt ecclesia[v] ad honore sancti Iohannis baptiste, non longe ab atrium[w] ecclesie sancte Marie, que fieri debebat[x] episcopium. In eadem[y] ecclesia sancti Iohannis posuerunt fontem[z] baptismatis. Aurii[a] tribuni composuit per circuitum fontis et per longitudo[b] sub pavimentum eadem[c] ecclesie per mirabile

a) Antollinus 2; n. e. A. m. 3. b) fui 3. c) P. tibi 2. 3. d) parvam 2. 3. e) e. mihi 3. f) honore 2. g) *ita* 1; iuxta 2. 3. h) meum magistrum 2; i. magistrum 3. i) ecclesias 2. 3. k) sanctos martires 3. l) assidui 1. m) in 3. n) diurnas et nocturnas 2. o) ad m. nomen 2; in meo n. 3. p) quid m. 2; quiquid a me 3. q) mente 2. 3. r) pecieris 3. s) *ita* 1. 2; p. pro te aut pro aliis quibus a te alieni nunc. 3. t) illis 3. u) signa 2. 3. — que 3. v) secundum quod 3. w) laborare 3. x) quarto parvo litore 2; q. p. littus 3. y) et v. 3. z) habentem 2; habentes 3. a) *ita* 1. 2; voluntas mihi erat comedendi 3. b) conmedere 1. c) quod 2; cum 3. d) illam 2. e) nubes 3. f) sedes 2; sed 3. g) Iustina 2. 3 h) que 3. i) Christi nomine 3. k) Padua 3. l) *deest* 1. m) parvam gloriosam ed. 2; parvam ediffices ecclesiam 3. n) *ita* 2; c. m. n. et d. *des.* 1; commemorationem n. et diuturnam 3. o) sanctos martyres et electas sanctas virgines 3. p) a me 3. q) pacieris 1; petieris 3. r) in quinto loco 2. s) quo 3. t) nubes 3. u) et quasi sol su. 3. v) radians et iu. me approximans 3. w) virum 2; virum et 3. x) aspectum 2. 3. y) stans 2. 3. z) Iohannes baptista 2. 3. a) percursor 3. b) h. loco 2; hunc l. 3. c) talem hedifica 2; tales ediffica 3. d) intus er. intr. 2; intus eram intrans 3. e) magnus n. splendor 2; m. n. splendorem 3. f) habens et c. 3. g) *deest* 3. h) diurnam et nocturnam 2. 3. i) et cum 3. k) circ. secundum quod intus 3. l) demonstraverat 3. m) a f. s. ost 3. n) In signum 3. o) in tenerrulam puellam 3. p) aquarium 2. 3. q) *ita* 2; et lat. *des.* 1; 3 *habet*: per logitudinem *(sic)* et latitudinem imponebat ipse. Const. r) et in 3. s) mee *addit* 3. t) potestatem 3. u) in totis 3. v) et scr. 3. w) illud 3. x) et gratia 3. y) et *deest* 2. 3; de episcopatu Torcellano 3. z) investiebat 3. a) in dignum 2. b) me vidente eum s. 3. c) stante 2. d) molendinum proximum 3. e) illud 3. f) aquarum 2. g) machinans erat 3. h) ins. p. habent 2; in signum positum h. 3. i) ad 3. k) quod 3. l) fui 3. m) *deest* 2; in manu m. 3. n) audivit 2. 3. o) cogitationem 2. p) per revelationem et q. 3. q) que 2; ins. q *des.* 3. r) Aurius tribunus et princeps Torcellis 3. s) c. coti 1; ceteris totis 2. 3. t) illorum q. 2; aliis qui 3. u) iusionem 2; iussionem 3. v) ecclesiam ad honorem 2. 3. w) atrio 3. x) debeat 2. y) eamdem ecclesiam 3. z) fontes 3. a) Aurius tribunus 3. b) longitudinem 2. 3. c) eiusdem 2. 3.

1) Haec vox, quam paulo post iterum invenies, praetermittitur a Ducang.; auctor Chronici Gradensis eam interpretatur 'tumbam'. 2) i. e. sphaeram. 3) i. e. investiebat. 4) i. e. molere.

instrumentum aqua[a] rigare et foris in fonte expuere per becis bestiarum figuris, quod[b] sunt erei, que ipse[c] fecit. Fecit[d] eandem[e] ecclesia Aurii[f] tribuni in isdem[g] loco; sicut de monstrata[h] quasi fabrice[i] beatum Iohannem habet ad suum honorem, ita[k] talia Maurum presbiterum componere fecit, et eum presbiterum item[l] constituit iuxta sancti Iohannis preceptum. Venit et ostendit Maurum[m] presbiterum ad Aurii tribuni parvum littore[n], ubi vidit multitudinem vineis[o]. Item fecit Aurii[p] tribuni cum Maurum presbiterum parva[q] ecclesiola iuxta preceptum sancte Iustine virgo[r] et martiris; composuit[s] Aurii tribuni Vigniolas[1] littore[t] apelari. Antea quod[u] venerunt in eum littore[v], ubi vidit Maurum[w] presbiterum multitudo magna gentium populi et boves; et precepit[x] ad[y] eum, sicut vidit beatum[z] principem et apostolum Petrum et Antolinum martir[z], que[a] cum eis fuit locutum. Insignis[b], quod posuerunt, iter[c.2] invenerunt Aurii[d] tribuni cum Maurum presbiterum: iuxta insignis[e], quod invenit[f], fecerunt ecclesia[g] honorifice[h] in medium[i] littore ad[k] suum honorem et domum similiter. Conposuit [Aurius[l] tribunus lithore] De-bovis[m.3] apellari eum. Supra ipsum iam dictum littore[n], quod[o] volebat illis[o] traversationem[p] ad alium[q] littore facere, aspicientes erant Aurii[r] tribuni et Maurum presbiterum, a longe nube[s] albissima erunt videntem. Quod[t] ante transversum fecerunt et medium[u] littore venerunt, nubem[v] non comparuerunt. Iuxta insignia[w], quod invenerunt, ecclesia ad honorem domini[x] et Salvatoris edifficaverunt. Composuit[y] Aurium tribunum littore Album[3] appellari. Per traversum[z] aque[a], quod peregerunt, in littoris capite venerunt; quod[b] per longitudo iter[2] arripuerunt, usque in finem pervenerunt. Ad insigniis[c], quod item viderunt, parva[d] ecclesia ad honorem sanctorum martirum Herasmi et Hermetis edificaverunt, mercedes quod[e] sanctorum ad Maurum presbiterum deliberabant. In hoc[f] locum, quod ipse altaribus[g] fieri exponebat, foveis[h] plenis aurum[i] multitudo inveniebant. Composuit[k] Aurius tribunus littus Mercedis[3] appellari.

Totis prescriptis[l] littoris istis, quod nominati habemus, apprehenderunt Aurii tribuni et principis Torcellis ad iure et dominacione ad illorum episcopium[m]. Collonibus[n] iter[2] miserunt, laborationem facerent; pro[o] cirographorum scriptis constituerunt de his qui inquisissent[p], in illis littoris[q] per congugis[r.4] vineis faceret per consensu[s] episcoporum, sive vendicione[t] acciperet. Constituit perpetualiter per[u] vindemiis in omnique anno perfictum[5] persolvente per omnique[v] coniugiis vinearum duobus panpanis cum uvibus[w] plenis et per omnique massariis[x] mansionum nummos octenos[y.6]. Totum autem aquarium[z] eadem[a] per-

a) aque 2; aquam 3. b) q. s. enei 2; que erant enee 3. c) quas ipse fieri fecit 2; q. et ip. 3. d) *deest* 2; et f. 3. e) eadem e. 2; eamdem ecclesiam 3. f) Aurius tribunus 3. g) eisdem 2; eodem 3. h) fuerat *addit* 3. i) fabrica beato Iohanne ad s. h. 3. k) ista 3. l) ibi 3. m) Maurus presbiter Aurio tribuno 3. n) lithore 2 *hic et saepius*, litus 3. o) vinearum 2. 3. p) A. t. c. Mauro presbitero 2; Aurius tribunus c. Mauro presbitero 3. q) parvam ecclesiolam 2; parvam ecclesiam 3. r) v. et martir 2; virginis et martyris 3 s) et iussit Aurius tribunus 3. t) littoris 3. u) tamen 3. v) lithore 2; litus 3. w) Maurus presbiter multitudinem magnam 3. x) et secundum quod prec. 3. y) ad eum *des.* 3. z) beatus princeps et apostolus Petrus et Antolinus martyr 3; martirem 2. a) qui c. e f. locutus 2; qui c. e. fuerant locuti 3. b) insignum 3. c) ita 3. d) Aurius tribunus cum Mauro presbitero 3. e) insignum 3. f) invenerunt 3. g) ecclesiam 3. h) honorifice *bis scr.* 3. i) medio lithore 2; m. litus 3. k) ad — lithore *des.* 3. l) *ita* 2; A. tr. l. *des.* 1. m) debois 2; de bovis apellavit eum 1; l. de bovibus eum appellari 3. n) litus 2; litorem 3. o) *deest* 3. p) transversationem 3. q) aliud littus 2. 3. r) Aurius tribunus et Maurus presbiter 3. s) nubem albissimam viderunt 3. t) Q. autem 2; cum ante 3. u) in m. littus 3. v) nubes n. comparuit 3. w) insignium 3. x) *deest* 1. y) C. Aurum t. l. 2; et fecit Aurius tribunus littus 3. z) transversum 3. a) atque 2. b) et quod non longum i. 3. c) insignis 2; insignum 3. d) parvam ecclesiam 3. e) m. quoque 3, *qui ita pergit:* dicti sancti Mauro presbitero. f) h. loco q. 2; hunc l. quo 3. g) altaria 3. h) in foveis 3. i auri multitudinem 3. k) et fecit 3. l) perscriptis littoribus 2. m) *ita* 2; episcopum 1; *in* 3 *haec ita leguntur:* omnia supradicta littora, que nominata habemus, dederunt Aurius tribunus et principes Torcellis ad ius et dominationem illius episcopatus. n) collones intus m. ut 3. o) et per cyrographorum scripta 3. p) inquissiscet 2. q) litoribus 2. r) per iugera vinearum facerent 3. s) consensum 2. 3. t) venditionem facerent et 3. u) in 3. v) p. omnibus congugiis 2. w) vitibus 2; *in* 3 *haec ita leguntur:* in omni anno perfictum solvere pro unoquoque iugere vinearum duos panpanos uvibus plenos x) massarus 2. y) octentos 2; *in* 3 *haec ita:* et pro quolibet massario cuiuslibet mansionis nummos octo. z) aquarum 2. a) eiusdem 3.

1) Vignole. 2) Haec vox, quae saepius occurrit, corrupta esse videtur ex 'item' vel 'iterum'. 3) Horum littorum, sc. Albensis, Bovensis et Mercedis saepius mentio fit in chartis saec. XI. et XII. 4) i. e. coniugiis, quod idem significare crediderim ac iugis. Iugum autem est in vitibus, 'quum duobus aut pluribus pedamentis transversa earum brachia alligantur'. Forcellini, Lexicon totius Latinitatis sub voce 'iugum'. De vineis iugatis videas Varronem de re rustica I, 8. 5) 'Idem quod affictus, census, pensio' DUC. sub h. v. 6) Pro 'octonos'? Ad hunc locum perobscurum illustrandum subiungere liceat quae liberius eum interpretans profert auctor Chronici Gradensis p. 41: *omnia littora . . . Aurius cum ceteris eiusdem episcopii principibus in iure proprie dominationis sub eodem episcopatu susceperunt. In quibus etiam multos agricolas seu colonos constituerunt: hoc itaque modo, ut nullus in eisdem litoribus vineas vel alicuius culture opus agere presumeret sine episcopi concessione vel venun-*

tinentie similiter subiugavit eiusdem[a] episcopium, ut ad episcoporum iussione[b] per[c] omnique[d] illorum piscationes per tempora facere debet[e]. Tam et multitudinem terrenis[f] per totas pars[g] Torcellis apprehenderunt ad episcopium[h] iure, ut ad propensionem daret[i] aliis[k] pro ovibus, aliis pro pulorum[1]. Recipere concessit istum[l] totum Maurum presbiterum, usque dum episcopii[m] fungeretur honore.

Eo[n] tempore fecerunt Frauduni[o] cum Villarenes Mastalici ecclesia[p] ad honorem sancti Laurencii levite et martiris honorifice; quasi ut[q] composuerunt totum per circuitum fundamentis[r], ut[s] castellum fieri fecerunt per longitudo[t] ponte, ut venirent hinc[u] ad[v] ecclesia illi[w] sive et allii omnes. Concessit autem Aurii[x] tribuni cum Maurum presbiterum ista[y] predicta tribu, ut tribuni iudiciarum[z] in vicum Aimanis[a] fieri esset[b]. Apprehenderunt ipsi[c] terrenum[d] itemque multitudinis, ut hic habitaret. In suprascripti[e] littoris isti apprehenderunt iter[2] terrenum[f] multitudinem, ut vineis fundaret[g] ad opus illius sive eadem[h] ecclesie. Aquis[i] patulibus similiter ibi[k] fecerunt Frauduni per partibus[l] satis molendinis ad suum opus sive ipse[m] ecclesie.

Ille[n] autem fecit in eo vicum[o] ecclesia parva[p] ad honore[q] sancti Marci[r], ad titulum supradicte ecclesie sancti Laurentii. Ipse Frauduni cum Calciamiris abstulerunt patrocinia[s, 3] aliquantula de corpora[t] sanctorum Serçi et Baki[u], de Stefanus[v] Scuvacallis. In capite vici Constanciaci fecerunt ecclesia[w] ipsi ad illorum sanctorum honore[q]; similiter constituerunt esset titulum ecclesie sancti Laurencii. Invenit Castellanis alia sanctorum corpora, Marcelliani[x] et Maximi; pars aliquantula istius dederunt, et isti fecerunt in isdem[y] vicum ecclesia ad honore[z] illorum sanctorum; similiter ad titulum esset. Constituerunt esse[r] tote tres istis[a] ecclesiis ad ecclesiam sancti Laurencii[4]. Per cyrographum scriptum precepit, ut omnique annum[b] in festivitate[c] item[d] ecclesiis per incenniis[5] nunciaret et commestionis[e] plebanis faceret; et ecclesia[f] de sancti Laurencii plebani in illorum festivitate ad illorum[g] similiter commestionis[h] faceret[4]. Precepit autem illis[i] per pagine testamentum cum confirmacionem[k] Aurii tribunis[l], principis Torcellis, insimul cum Maurum[m] presbiterum, qui debet fieri episcopum[n], ut, si de illius prolis[o] utilem clericum fuisset, ut ecclesia[p] sancti Laurencii per investitione Torcellis[q] episcoporum acciperet, et cum potestate intraret in illorum proprietate[r] suorum quidem pertinentia[s], iuxta nostrum[t] illorumque[u] constitutionis[v] sive paginis[w] iusionis, et cum confirmationem[x] nostrorum testamentum sive iussionis preceptum[y, 6]. De ceteris aliis ecclesiarum[z] precepit per hoc testamentum, de illorum prole si fuisset, investitione[a] episcoporum acciperet et cum potestate intus introire; et si de illius prole clericorum[b] nulli fuisset, electionem dedit plebanum[c] ecclesie sancti Laurentii et investitione[a] episcoporum. Si non est de illorum prole nullus[d] clericorum, potestatem dedit, cum convicinantibus[e] laudem sancte[f] matris ecclesie episcopum eligere et investire, honorificacione parentorum ecclesiis persolvere secundum composita[g]

a) eidem episcopo 3. b) iussionem 2. c) *deest* 3. d) omnesque 2. 3. e) deberent 2; debent 3. f) terre 3. g) partes 2. 3. h) episcopati ius 3. i) darent 3. k) alii p. ov., al. p. pullis 2; alii p. ova, alii pullos 3. l) istud 3. m) episcopatui 3. n) et 1. o) Fraudini 1. — Villarenis 2. 3. p) ecclesiam 2. 3. q) et quasi c. 3. r) fundamenti 3. s) et 2. t) l pontem 2; longitudinem pontes 3. u) hic 1. v) ad ecclesiam 2; in ecclesia 3. w) *deest* 3. x) Aurius tribunus cum Mauro presbitero 3. y) in ista 3. z) iudiciorum 3. a) Aymanis 2. b) essent 3, *ubi* fieri *deest*. c) et ipsi 3. d) terre multitudo ut in ipsa habitarent 3. e) supradicto littore 3. f) t. multitudine 2; terre m. 3. g) fundarent 2; ut construerent vineas ad op. eiusdem ecc. 3, *ubi* i. s. *des*. h) eiusdem 2. 3. i) in aquis 3. k) *deest* 3. l) partes molendinos 3. m) ipsius 2; eiusdem 3. n) Ipse 2. — *Sequentia usque ad finem I. des.* 3. o) vico 2. p) ecclesiam parvam 2. q) honorem 2. r) *deest* 2. s) patrotinia 1. t) corpore 2. u) Bachi 2. v) Stefano Scivia callus 2. w) ecclesiam 2. x) Marceliani 2. y) eundem v. ecclesiam 2. z) ill. s. honorem 2. a) iste ecclesie 2. b) anno 2. c) festivitatem 2. d) eiusdem ecclesie per vicennium 2. e) commestionem plebanus 2. f) ecclesiam de sancto Laurencio 2. g) illos 2. h) commestiones 2. i) ille 2. k) confirmatione 2. l) tribuni 2. m) Mauro presbitero 2. n) episcopus 2. o) prole utilis clericus 2. p) ecclesiam 2. q) Torcellus 2. r) proprietatem 2. s) pertinentiam 2. t) nostrorum 2. u) que *deest* 1. v) constitutiones 2. w) pagine iussiones 2. x) confirmatione n testamentorum 2. y) precepto 2. z) ecclesiis 2. a) investitionem 2. b) clerici n. fuissent 2. c) plebano 2. d) ullus 2. e) convicinantium laude 2. f) *deest* 2. g) compositam 2.

datione. Constituerunt quoque, quod singulis annis ex unoquoque sulcu uniuscuiusque vineae iam dicto episcopatui duos palmites cum omnibus racemis pro censu persolverent, et pro unaquaque domo pro fisci precio octo nummos eidem episcopatui impenderent. 1) *Omnes vero piscarias gurgitum ac paludum praefato subiugaverunt episcopio. Praeterea quaedam aliae eiusdem episcopatus partes in censi debitum ova et galinas offerebant.* Chron. Grad. 2) Cf. p. 9, n. 2. 3) 'Patrocinia sanctorum; Reliquiae sanctorum, quorum patrocinia invocantur'. DUC. sub h. v. 4) Quae quidem constitutiones et dispositiones comprobantur antiquis documentis a Flaminio Cornelio in libro suo 'Ecclesiae Torcellanae' t. II. relatis. Cf. 'Studien' I, p. 87. 5) Incennium idem quod munus, donum esse demonstrat DUC. 6) Haec verba ex charta ipsa deprompta esse videntur.

episcopi. Reliquis[a] ecclesiis, quod per Torcellis[b] factas fuerunt, Aurii tribuni cum Maurum[c] presbiterum et toti isti cum ceteri[d] aliorum laudem constituerunt et confirmaverunt in potestate sancte illius matris ecclesie. Fecit ille Frauduni prope ecclesia que fieri debet episcopium non longe ecclesia ad honorem sancti Iohannis apostoli et euangeliste. Constituit autem illuc Aurii tribuni cum laudatione toti isti, cum confirmatione Obelierius[e] et Beatus de Matamauco et Maurum presbiterum, eadem ecclesia beati Iohannis apostoli fieri esset çenobium puelarum[f].

In illum[g] vero annum[1] fuit heurus[2] aquis magnissime, ita ut nullus hominum infra illorum domibus potuisset habitare[h]. Per medium[i] noctem et integrum diem per partes habitationis accreverunt dampnum magnissimum de habere et de adolescentibus sive et de parvulorum tam et maiorum hominum; toti in aqua fuerunt perituri, quod de terra in aqua toti omnium gentes[k] fuerunt per partes venturi. Hoc signum illi fuerunt visuri, et Deus ad illorum[l] demonstraturi. Hoc erat gentes[m] dicentem: 'Non in terra neque in aqua simus[n] nos viventes'. Conscilium[o] perierunt[3] Aurii tribuni cum Viliarenis et Frauduni, ut per artificium[p] ingenii inquireret a Saponarii[q] et Montianici, ut excelsa[r] et maximam turrem exposuiscet[s] et laborascet. Illis locum ad illorum[t] ostenderunt; in illis[u] potestate tradiderunt, laboraverunt, et exponentur[v] per longitudo et latitudo[w] sive et altitudo, commiserunt: magnissimam turrem edifficaverunt. Iter intermiserunt[x] laboratores servi illius, quod fuerunt illis multitudinem magisterii habente: quod supra autem hoc eum[y] dicentem fictum propensionis per annum erunt ad dominationibus illius sive[z] Aurii tribuni persolvente. Illa autem turris, propter hoc[a] quod partichinis pellibus[4] servi intus erant laborantes, alii erant[b] appellantes turris Pellaria, allii turrem[c] Auria[5].

Totas[d] Venetiarum partes, quos per Venetiam composite sive edifficate fuerunt, omnes gentes et populi in unum insimul convenerunt, in Gradensem civitatem peregerunt. Ecclesia[e] sancti Iohannis baptiste, que de Torcellis fuerunt, consimilem his artificiosi omnes eadem civitatis[f] Gradensem fecerunt ecclesiis[e], ad honorem sancte virginis Marie, alia[g] similiter ad honore sancte Agathe virginis, subtus confessionem ut supra altare debet[h] fieri ad honore[i] sancti Vitalis; in catecuminis[6] instistere altaria ad honore[i] sancte Cecilie et sancte Agathe virginis.

Geminianum presbiterum quod ad eum Deus[k] revelavit, ut in Triestina destructa civitate venirent, ut inquireret sanctorum corpora quadraginta et duo martyrum infra muros ecclesie et muros destructe civitatis, ut per iuga culminum toti quod pueri erant in ecclesia stantem[l] propter metum[m] paganorum in hoc loco toti fuerunt precipitati; cum Aquilegia[n] venerunt, inquisierunt Cancii[o] et Cancianum et soror[p] illius Cancianilla[q] et quatuor alie[k] sanctarum virginum, Eufemia, Dorothea et Tecla et Erasma. Tota hec sanctorum corpora cum multitudinem[r] aliarum, quod ad eum presbiterum in revelatione[s] venit et ad eum locum ostendit, Venetici toti omnes, quod hic destructe civitati venturi fuerunt, presbiterum Geminianum ad illorum locum ostenditur[t]. Supra corpora sanctorum multitudo[u] marmoreis lastis[7] invenerunt, subtus eas traxerunt, in Gradensem civitatem illas adduxerunt, cum maximo honore in Gradensis ecclesiis retinuerunt. Beatus dux Matamaucensis[v] cum omnibus tribunis Venetie ad Romam adempti[w] sunt iter[x], ut ad sancte Romane

a) reliquas ecclesias 2. b) Torcellum 2. c) Mauro presbitero 2. d) ceteris al. laude 2. e) Obelieribus 1. f) puellarum 2. g) illo v. anno 2. h) *ita* 2; hbt 1. i) media 2. k) gnēs 1; tota hominum gens 2. l) alliorum 2. m) gentis 2. n) sumus 2. o) *ita* 1. 2. p) ut partificium 1. q) Saponariis et Montianicis 2. r) ecclesiam 2. s) exposuisset et laborasset 2. t) illos 2. u) illius potestatem 2. v) exponnentur 1; exponetur 2. w) et l. *des.* 1. x) miserunt 2. y) sum 2. z) sine 1. 2. a) *deest* 2. b) al. autem erunt 2. c) turris 2. d) T. Venneciarum 1; Tote V. 2. e) ecclesiam 2. f) civitatem 2. g) aliam s. ad honorem 2. h) deberet 2. i) honorem 2. k) *deest* 2. l) stantes 2. m) mecum 1. n) in Aquilegiam 2. o) Cancium 2. p) sororem 2. q) Cancianile 2. r) multitudine aliorum 2. s) revelationem 2. t) ostenderunt 2. u) multitudinem 2. v) Matamaucensen 1; Metamaucenses 4, *qui hic incipit.* w) adepti 2. x) item 1. 2; idem 4.

1) Quonam anno haec fuerit inundatio, cum nullum antea tempus indicetur, ignoro, nisi forte auctor anonymus denotat illam quam Paulus, Hist. Lang. III, 23, refert eamque ponit in exeunte saeculo VI. 2) Pro 'eurus'? 3) Pro 'inierunt'? 4) Item quod Parthicae pelles, de quibus vide Ducang. s. v. Parthicus. 5) Totum hunc locum silentio praeterit auctor Chron. Gradensis. — Novam vero hic incipere partem docuit Waitz, 'N. Archiv' II, p. 380. 6) De varia vocis 'Catechumenorum' interpretatione conferas Ducang. sub h. v. necnon Codini Curopalatae de officiis magnae ecclesiae et aulae Constantinopolitanae librum (Parisiis 1648) p. 135, n. 50. Alii enim porticus ecclesiae superiores innui credunt sic dictas, quod in iis mulieres sacras liturgias auditu exciperent, alii locum ecclesiae iis quos vocant catechumenos assignatum. 7) Pro lastris; lastrum teste Ducangio basis seu pes columnae est.

sedis pontificem nomine Benedictum[1], universalis orbis apostolicum principem[a]. Quod ante
pontificem venit dux, inquisivit ad[a] eum, nove Aquilegie[b] civitatis Gradense[c] ut metro-
poli institeret secundum veteris Aquilegie civitatis[d] consuetudo[e]; et ostendit ad eum
454–458. nomina pontificum[f] per ordine, quod retro tempore in eadem civitate ordinati[g] fuerunt,
usque ad Niceta[h], eadem civitatem presul, secundum illius Benediti pape dictum sive[i]
ostensione, quod ipse illius factum habet. 'Postquam civitatem[k] destructa fuit, nomina
quinque patriarchis[l], que, predicta destructa, absque nullius episcoporum confirmacione
in nova Aquilegie[m] habitantes fuerunt et de illius diocesi[n] iussione sive potestate fuerunt
iuxta precessu[o] apostolicis et vestris successorum'. Nomina[p] illius patriarchis ita sunt hec
c 485. illis quinque: quod fuit Marcellianus[q], quia ipse sedit[r] in nova Aquilegia Gradus metro-
poli[s] civitate an. 19. Iste fecit sive retinuit in Aquilegia destructa monasterium Bilegnum;
ecclesia[t] fecit ad honore[u] sancte virginis Marie; monacum[v] fuit, sed[w] episcopi fungeretur
503. honore. Cui successit secundus[x] Marcellinus; sedit an. 15. Post hic[y] successit Stephanus;
c 515. sedit an.[z] 12, men. 3, dies 15. Maurentius[a, 2] an. 4, men. 5. Macedonius sedit an. 16, men. 5,
539 dies 6. Ipse fundavit ecclesiam sancti Iohannis euangeliste et apostolum[b] in Gradus[c]. Isti
quinque episcoporum compotens[d] facti sunt, in ilorum scripti[e] sunt ordine, quod retro
tempore constituit beatum[f] Petrum mittens Aquilegie esset[g] episcoporum Marcum suum
discipulum et Hermachora[h] cum ceterorum[i] usque Niceta; quia ipsius tempore destructa
fuit civitate[k]. Postquam destructa fuit, predicti[l] supra isti quinque episcoporum, quod per
nomina dicti sunt, de nullorum episcoporum, quod supra dicitur, laude fuerunt illis[m] habere;
set Romane sedis apostolicis[n] pontifices illis transmitebat[o] cum palliis benedictione[p]. Bene-
dictus namque, sanctissimum[q] et benignissimum pontificem, dux Metaumaucensem[r] Bea-
tum[s] cum omnibus tribunis quod ad eum inquisitum habet, per confirmatione[t] in Graden-
sem civitatem metropolitanum pontificem consilium[u] fecit decem et octo episcoporum;
laudavit[v] et confirmavit per privilegii preceptum subscriptionem pape sive toti istorum
episcopi Paulus cardinalis de duodecim[w] ordinalibus[3] Romane sedis ecclesie, constituerunt[x]
nove Aquilegie Gradus civitate[y] metropolitanum[z] esset; instituerunt totius Venecie fieri,
immo et[a] Ystrie, 'scilicet[4] ad regendam ecclesiam atque[a] cum Dei timore[b] dispensandam,
emissa[c] vobis preceptione[d] concedere[e] debemus. Quapropter vestri compatentes[f] merori[a]
necessitudini[g], per illum[h] precepti seriem suprascriptam civitatem Gradensem tocius Venecie
fieri cum omnibus vestre ecclesiis pertinentibus et[a] Ystrie metropolim perpetuo confirma-
mus'. Subscriptione et confirmatione episcoporum sub illius[i] scripsit et confirmavit pri-
vilegii preceptum gardinalis[k] Romane universalis[l] ecclesie, que archipresbiterii[m] sive

a) *deest* 4. b) c. Aq. 2. c) Gradensem 2. 4. — metropolim 2. — institueret 2. d) *deest* 2. 4. e) consuetudinis 2. f) pphis 1; patriarcham 4. g) ordineti f. 1; or. fuerint 4. h) Nicetam 2. 4. i) sine ost. q. quidem 4. k) civitas 2. 4. l) patriarcharum 4. m) Aquilegia 2. n) diocessim 4. o) processum ap. et v. 2; processu ap. et vestrorum 4. p) n. il. p. ita s. h. illius 2; n. illorum patriarcharum sunt hec: illi q. quidem fuerunt 4. q) Marcilianus 4. r) i. fuit et sedit 2. s) metropolim 2; metropolitana 4. t) ecclesiam f. hoc 2; ecclesiam f. hanc 4. u) honorem 2. 4. — s. M. v. 4. v) monacus 2. 4. w) silicet cum episcopii 4. x) secundo 2. 4. y) hunc 2. 4. z) annis . . . diebus 4. a) Mauricius 4. b) apostoli 2. 4. c) Grado 4. d) com 2; episcopi compotentes facti sunt 4. e) scriti 2: in illorum scripturarum ordine 4. f) beatus Petrus 4. g) ecclesie episcopus 4. h) Hermachoram 2. 4. i) ceteris us. Nicetam 4. k) civitas 2. 4. l) predicta civitas, suprascripti quinque episcopi qui pronominati sunt 4. m) illis habere *des.* 4. n) apostolice 4. o) transmitebant 4. p) benedicionem 2; benedictionem 4. q) sanctissimus et benignissimus pontifex veniebat 4. r) Metamaucensem 2; Matamaucensis 4. s) *deest* 4. t) comffirmacionem 4. u) concilium 2; missit et conscilio XXXVIII episcoporum laud. 4; *eundem episcoporum numerum habet Chron. Grad. (SS. t. VII, p. 42).* v) l. et conf. priv. prec. scripti supra pp (pape?) sive suprascripti episcopi Paul. suprascriptus c. 4. w) diocessim ordinibus 4. x) constituit 4. y) civitatem 2. 4. z) metrop. esse instituendum 4. a) ad quod 1. b) amore 4. c) et missa 2. d) precepcione 2; precessione 4. e) condere 4. f) *ita* 2; competentes 1. 4. g) necessitudinis 4. h) n. pillum 1. 4. i) illis 2; subtilius subscripsit 4. k) gardinalibus 2; cardinalibus 4. l) Rom. un. *des.* 4. m) *ita* 1. 2; quem archipresbiteri sive episcopi 4.

1) Benedictum nullum initio saeculi noni sedisse, rectissime iam admonuit Pertz (SS. VII, p. 42 n. 26). 2) Hunc episcopum, quem Dandulus (Muratori SS. XII, col. 86) Laurentium vocat, monens 'alio nomine eum Maurum dictum esse', omittunt et Ughellus et De Rubeis et Cappelletti. 3) Fortasse cardinalibus? an ordinariis? Num Paulus noster (qui alias Paulinus nominatur) revera alicuius in urbe Roma ecclesiae presbyter aut diaconus cardinalis fuerit, recte iam dubitat De Rubeis, Monumenta eccl. Aquil. c. 23; itemque monendum est, minime constare cardinalium Romanae ecclesiae numerum tum fuisse duodecim, sicut hic innui videtur. 4) Haec et sequentia verba usque ad 'confirmamus' sumpta sunt ex ipso Gradensis ecclesiae privilegio, quod papa Pelagius II. Heliae episcopo tribuisse dicitur (Danduli chron. col. 99 E).

episcoporum in illorum ordine conpellentur[a], cum triginta alii[b] presbiterorum. Concessit
Benedictus papa, Beatus dux cum omni populo Venecie metropolitanum patriarcha[c] Gra-
dense nove Aquilegie civitatis ut eligeret, et dux investiret, ut per manu[d] Romane sedis
pontificem investitionem acciperet, et illum debet[e] consecrare, et cum privilegii preceptum
per concilium cum[f] laude et confirmacione episcoporum et cum palii[g] beneditione in Aqui-
legie[h] nove civitatis Gradus metropoli revertere[1].

Paulus patriarcha fuit natione Romanum[i]. Ipse condivit[k] in ecclesiis Gradensem 537.
sanctorum corpora: in ecclesia sancti Vitalis quadraginta et duo[l] martirum cum ceterorum
aliorum per muris circuitum; corpora sanctarum virginum in ecclesia sancte Marie; corpora
sanctorum Cancianorum in ecclesia sancti Iohannis euangeliste. Aquilegensi[m] quoque[n] civi-
tati destructa, cum eisque[o] populo Paulus patriarcha fuit, itemque iturus[p] per revelationem
sanctorum que ad eum invenit; qui Longobardorum rabiem metuens, ex eandem[q] Aqui-
legia ad[r] Gradum insula confugit secumque beatissimi martiris Quirini, Hillari[s] et Taciani[t]
et ceterorum[u] sanctorum corpora deportavit[2] et apud[v] eandem Gradensem civitatem cum
honore dignissimo condidit in ecclesia sancti Iohannis baptiste, per hanc[w] revelationem
quod ad eum Paulum patriarcha[x] invenit. Conposuit sive ipse scripsit Translationem sancto-
rum corpora[y], festivitatibus et natales illorum constituit: quadraginta et duo martirum[z]
octavo die pentecosten[a]; natalitia sanctorum Hillari[s] et Tatiani[b] sexto decimo Kalendas
Marcii[c]; natales[d] Quirini sacerdoti quarto Kalendas Iunii; natales sanctorum Cancianorum
primo die[e] Kalendas Madii; sanctarum virginum tertio Non.[f] Septembris. Rexit Paulum
benignissimum patriarcha primus per constitutionis ordine in Gradensem civitatis nove
Aquilegie, ibique[g] 12 annis sacerdocium gerens, finivit vitam[3]. Cui successit Probinus in 569.
eadem nova Aquilegia patriarcha; qui rexit ecclesiam an. 2, men. 8[4]. Fuit nacione similiter 571.
Romanus. Hüic successit Helias dehinc patriarcha, eadem Gradensem regendam suscepit
ecclesiam; qui in predicta civitate novam sancte Euphemie ecclesiam iuxta nominis pro-
prietatem fabricare precepit — nam quod Grece 'euphimia[h]', hoc Latine 'bona forma' sonat[5]
— ibique sinodum congregavit. Ad Verona usque Panonia cum totum Foroguliensium et
Hystrie partis, cum[i] cunctum populum Veneciarum in eadem ecclesia, que[k] ad honorem
sancte Euphemie ipse patriarcha edificavit, itemque sinodavit. Cunctum[l] populum demon-
stravit corpora sanctarum virginum Eufimia[m], Dorothea; proprie iste sorores fuerunt.
Cetere alie similiter Tecla et Herasma[n] sororibus[o] a sanguinitate proprie pertinuerunt
iuxta expositionem scripti Pauli patriarche. Corpora earum sanctarum virginum condi-
derunt in eadem sancta[i] ecclesia cum maximum honore. Super septem[p] lastis, que in Aqui-
legia destructa civitate supra illarum corpora quod [hic[q]] invenerunt, in eadem ecclesia sub
sex condierunt[r]. Septima autem in quattuor columpnis supra illarum sanctarum virginum
altare composuerunt. Corpora sanctorum Quirini et ceterorum in eadem ecclesia[s] ad cornu
sinistrum altaris per confessionis, itemque ad illorum honore ecclesiam fecit, et ibi con-
dierunt[q] sanctorum corpora. Per unumquemque altaria consecravit per commentum
Pauli et Probinus patriarcha. Per hoc sinodale concilium, cum conlaudatione[t] clericorum,
cum tocius per partes populi a Verona usque ad Panonie finem et in totum Forogulensium

a) compellentur 2; cumplentur 4. b) alliis presbiteris 4. c) p. Gradensem 2; patriarcham Gradensem 4. d) manum 4. e) debere 4. f) et cum 4. g) p. benedicione 2; paliis benedictione 4. h) Aquilegia 2. 4. i) Romanus 4. k) condidit in ecclesia Gradensi 4. l) quadraginta martirum corpora et cunctorum alliorum per muri circuitum 4. m) Aquilegie q. civitate destrycta 4. n) quorum 1. o) cum eis populis 4. p) iturus — que *des.* 1; it. p. revelacione s. ad e. inv. 4. q) eadem 2. 4. r) a Gr. ins. 2; ad Gr. insulam 4. s) Hilari 2; Yllari 4. t) Ticiani 2; Canciani 4. u) centorum 4. v) ap. eadem Gr. civitate 2; ad eadem Gr. c. 4. w) *deest* 4. x) patriarcham 4. y) corpora — illorum *des.* 1; corporum festivitates 4. z) martires 4. a) pentecostem 4. b) Titiani 2; Canciani 4. c) Marcio 2. d) natalis 4 *qui hic desinit.* e) *ita* 1; pridie 2. f) nono 1. 2. g) *superscr. in* 2. h) euphymia 2. i) *deest* 2. k) quam 2. l) Cunctumque 2. m) Eufemia 2. n) Erasma sorores 2. o) videlicet *addit* 2. p) Susscepte 1. q) *deest* 1. r) condiderunt 2. s) ecclesiam a 2. t) laudatione 2.

1) Cf. 'Studien' I, p. 93 sqq. 2) Ex parte haec ex Pauli historia Langobardorum II, 10. translata esse videntur, ubi haec legimus: *Aquileiensi quoque civitati eiusque populis beatus Paulus patriarcha praeerat. Qui Langobardorum barbariem metuens, ex Aquileia ad Gradus insulam confugiit secumque omnem suae thesaurum ecclesiae deportavit.* 3) Paulus II, 25: *Paulus quoque patriarcha annis duodecim sacerdotium gerens, ab hac luce subtractus est.* 4) Item in Chron. Grad. (SS. VII, p. 43); Paulus vero III, 14. Probinum unum solum annum, Dandulus (XII, 96) annum unum et menses 8 sedisse dicunt. 5) Legendum esse '*bona fama*' pro '*bona forma*', coniicies; sed eadem interpretatio cum paulo post iterum occurrat atque etiam ab auctore Chronici Gradensis acceptata fuerit, valde dubito, utrum merum scriptoris mendum statuendum sit an auctoris error, qui quidem nomen Euphemiae fortasse idem significare opinatus sit quod Graeca vox 'εὐφυΐα' vel 'εὐσχημία'.

sive Hystrie[a] partis cum Pola et Parentina civitatibus et in capite Sclavanie, quod est civitates nomine Pethena[b], alia Vegla, tercia Absaro[1], constituit et ordinavit dominus Helias[c] Gradensem patriarcha[d] per tote istorum provincie decem et sex episcoporum. In Venetia autem constituit sex episcoporum fieri. Dux concessit investitionem, populo autem lectionem[2]. Sicut[e] fuit constitutum beatum Eliodorum antistitem Altinensem, ita[f] constituit fieri esset episcopum Torcellensem. Precepit, ut[g] per antiquitatem Altinensem[h] episcopum apellari; et secundum autem Metamaucensem; tertium vero Olivolensem[3]; propter hoc nomen conposuit, quod qui ante ecclesiam[i] sancti Serçi magnum olivum hic erat stantem. Conposuit Helias patriarcha cum omnis tribuni et Rivialtenses populi, edifficaverunt ecclesiam[k] magnam ad honorem sancti[l] itemque beati Petri principem apostoli; instituerunt hic episcopum perpetualiter. Confirmaverunt sive concederunt per[m] confirmationis scriptum anatheme constritum[n], ut in omni die sabbati convenirent[o] in unum toti omnes Rivolensis populum ad curte episcopium, ut hic[p] marchedaret[q.4] sive conveniret de cuncte Venecie populum. Quartum episcopium fieri constituit[r] esse in Equilense[5]. Quintum in Eracliana[s] civitatis nove, que inter Helias patriarcha ad honore beati Petri apostoli edificavit[t] et ecclesie Opertegine[6] concessit[u] apellari. Sextum in Capurlas[v.7] episcopium similiter[w] constituit. Eodem edifficavit[x] Helias patriarcha parvum castellum, intus autem composuit[y] ecclesia ad honorem sancti Stephani[z] protomartiris; domum autem illuc fecit episcopium[a]. Similiter edifficavit iuxta expositione loci et constituit ecclesia[b] Opetroine[8] apellari[c]. De Patua civitate fuit episcopium Matamaucensem[d], sicut exinde exivit populum. Et de civitate nova que Eracliana nunccupantur[e] episcopium, que hic concessit[f] sive constitutum est, item esset de Euvederzo[6] civitate, exinde exivit. Dux autem cum universum populum inde fuit, aliquanta pars mediocres de multas civitates[g] hic in unum convenerunt: eadem Eracliana fecit pars; populi multitudinem[h], quod inde exierunt, peregerunt: ex captivitate[9] allii in Gallia, allii in Francia, alii in Boemia, alii in Equillo venerunt. Iter Capurlenses episcopium de Concordia venit, sicut exinde fuit et exivit populum, et iter castellum fuerunt stabilitos. Iter[i] totis autem littoris quod sunt in unum per longitudo retinnendum da Gradensem civitatem usque ad Caprules episcopii castellum, primum lito[10] iuxta Gradensem civitatem fecit sive edifficavit Helias patriarcha ecclesia ad honore sancti Petri apostoli[11], ibique monasterium puellarum constituit. Item littore tenet miliaria sex; supra[k] eodem littus sive civitatem[l] locum inventum[m] fuit heremi concussu remocioni habitaculum. Viri duo hic stantem erat, unum nomine Barbanum, alium Tarilesum[n]. De Tarvisio civitate fuerunt; sed propter metum paganorum in eodem loco fuerunt reconditi con[o] omni illorum sumptibus sive supralectile. Sancta[p] virgine Dei genitricem Maria in eodem loco ad illorum revelavit, ut ad suum honorem[q] ecclesia iussit edifficare. Illos autem venerunt; nunciavit revelationem dominus Helias[r] patriarche; ipse cum illos ad eum locum invenerunt insignia iter inposita. Cepit statim dominus patriarcha cum ipsis ecclesiam fundare, secundum quod invenerunt insignia posita. Constituit hac[s] monasterium virorum monacorum, aba[t] autem Barbanum ordinavit. Remeavit Tarcelsus[u] ad propriam seculariam[12]. Helias patriarcha

a) partibus H. partis 1. 2. b) Potena 2. c) Helyas 2. d) *pergit hic* 4 *ita:* Dominus Helyas Gradensis patriarcha per totam istam provinciam XVI episcopos, in Venetica autem constituit VI episcopos fieri. e) sic f. const. a beato Elyodoro antistite Altinesi 4. f) ista 2. g) et 2. h) Altinense 2. i) ecclesia 2. k) m. eccl. 2. l) *deest* 2. m) sive per 2. n) constrictum 2. o) conveniret 2. p) huic *vel* hinc 2, *omisso* ut. q) marchedatet 2. r) constitui 1. s) Eradiana 1, *et ita saepius; multo brevius haec omnia in* 4*:* Torcellensem; et autem Metamaucensem secundum. Tercium vero Olivolensem. Quantum (*sic!* quartum) episcopum esse fieri constituit in Aquilensi. Quintus in Gradina nova que *etc.* t) predicavit et ecc. Opetregine 4. u) *ita* 4*;* concessi 1. 2. v) Caprulis epm̄ 4. w) *deest* 4. x) hedificavit 2; edificante 4. y) conp. ecclesiam ad hore 2. z) St. protho martiris 2; Stephanis pr. 4. a) episcopum sim. et ed. 4. b) ec. Petroine 2; ecclesiam Opetronie 4. c) *hic desinit* 4. d) Matamocensem 2. e) nuncupatur 2. f) concessum 2. g) *deest* 2. h) multitudine 2. i) iter. Totis *distinguunt* 1. 2. k) super 2. l) civita 2. m) inventus *addit* 1. n) Tariles fuit 2. o) cum 2. p) sanctam virginem 2. q) honore 2, *ubi alias saepius* ad honorem, *quod brevitatis causa omittimus.* r) Elias 2. s) hoc 2. t) *i. e.* abba; alba 2. u) *ita* 1 *et* 2 *pro* Tarilesus.

1) Pedena, Veglia, Ossero. 2) i. e. electionem. 3) Olivolensem (i. e. Olivolo) episcopatum demum duce Mauritio c. a. 775. institutum fuisse, ex Iohannis diaconi Chronico Veneto (SS. VII, p. 93) constat. 4) Pro 'marchearet' vel 'merchadaret'? 5) i. e. Equilium, Iesolo. 6) Oderzo. 7) Caorle. 8) De hoc nomine vide Cappelletti, 'Le chiese d'Italia' IX, p. 490—491. 9) Quaenam sit ea captivitas, de qua fortasse iam supra sermo factus est, ignoro; necnon miraberis distinctam hic Galliam et Franciam atque etiam nominatam Boemiam. 10) Totum quod vocant littorale fusius describit Filiasi, 'Memorie storiche de' Veneti primi e secondi' VI, I, p. 38. etc. Addere hic liceat hodierna portuum nomina ex 'Carta topografica del Regno Lombardo-Veneto' (Milano 1833). 11) In 'carta' ista vides iuxta 'Porto S. Grado' insulam, ubi ecclesia 'S. Pietro di Orto'. 12) Hic prima (vel rectius secunda) pars Chronici Gradensis

multitudinem proprii eodem monasterium per ventanii[1] preceptum largium[a], per partes monachos in hoc monasterium ceperunt se congregare. Concessit autem Helias[b] patriarcha monasterium Barbanu[c] apelari nomine, quia primum fuit Venecie. Foris muros civitatis edifficavit sive fundavit ecclesia[d] parva ad honorem sancti Viti martiris; ad medium autem littore[e] supra eadem civitatem ab antiquitus ecclesia parva fuit dedita[f] ad honorem sancti Menne[g] martiris. Templum paganorum, quod ad Behel[h.2] ydolum aliquantulum erat stantem non longe ab Aquilegia destructa civitate, mirabile fuit habente[i] lapideis tabulis sive lapidibus preciocis, mira res edifficii, que a[k] sevissimo Atila destructa[l] fuit. Helias[m] patriarcha illum templum ydolorum ecclesia edifficavit ad honore sancti Iuliani martiris littore secundo, que stat supra littus sancti Petri. Monasterium[n] est constitutum in eo litus. Propter quod iter[3] forum fusteum[o.4] erat stantem, altitudinis magne habentem, Anforis litus[5] apelatur; tenet miliaria tres; rivo confinit[6] medium. Tercium littore venit; Budes[7] apelatur. Iter fuit civitatis castrum; multitudinem populi diversitatum in eo castellum fuerunt habitantes; crocias[8] per illorum usali[9] consuetudo gens universe in manibus fuerunt portantes. Quod toti in unum[p] ad Aquilegia antiqua civitate venerunt, ante item civitatis portam totas[q] crocias, quod in manibus portantes erunt, iter ponebantur, et populi introeuntes erant in civitatem; existimabantur omnes, ut karris[r] multitudo illas crocias portare non potuerunt. Illum eadem castellum a sevissimo Atila, nefandissimum paganum, destructum fuit et incensum; et tota gens interfecit a maiore usque ad minore[s]: ita nullus remansit. Eo[t] autem littore tenet miliario uno. Littore quod istum est stantem supra ita similiter Budes apelatur. Item[u] Helias patriarcha ecclesia fundavit ad honore sancti Andree apostoli ibique monasterium puelarum constituit. Eo littore[10] tenet miliaria sex. Hunc finit portum. Post eum littore venit litus Lugnanum[v], propter hoc quod luporum multitudo hic[w] videntem[x] et audientem erat: sic Lugnano[11] litu[y] apellatur. Tenet miliaria sex. Hic similiter confinit portum. Venit post eum littore litus qui apellatur Taliamentum[12], quia Helias patriarcha per littoris longitudo taliada[13] fecit[z]. Tenet miliaria duodecim. Post hec[a] venit in littore Biaçianum, quia toti piscatores Bibonensium hic illorum recia[b] ponebantur. Tenet miliaria novem. Iter est silva ipsum littore pertinente. In eo littore fundari debet ab antiquitus due basilia[c]. Insignia iter posita fuit, sed minime fecerunt: propter hoc litus Due Basilia[14] appellatur sive Ausanu dicitur. Totum in unum silva cum littore est pertinendum; tenet miliaria novem; Pupiliola[15] apelatur; tenet aliquantulum per longitudo; proximat non longe a Caprulense[d] castrum. Constituit sive concessit omnes tribuni cum laudacione tocius Venecie populi, cum confirmatione scripti domini Gradensis[e] patriarcha, ut Gradensem civitatem metropolim usque ad confinium Caprulensem[f] castrum, sive[g] episcopii, ut omnem[h] istos litorum territorium sive per longitudinem aquarum, subscriptionis totis omnibus supradicti tribuni, que ipsi eum[i] scriptum confirmaverunt, ut perpetualiter debet fieri ad iussione[k] dominum metropolitanum patriarcha Gradensem, sine[l] contraditionem[m] faciendum sit. Populi habitancium Gradensem civitatem, tam Capurlensis quam Equilensis[n] sive Torcellis, nullorum hominum neque nullis aliorum non in pisscatione[o] sive in aucel-

a) *ita* 1. 2; largiens? b) per *addit* 1. c) Barbani 2. d) parva ecclesia 2 e) *deest* 2. f) dedicata 2. g) Mene 2. h) q. Habehel 2. i) habentem 2. k) *deest* 1. l) destructum 2. m) Helias *bis scr.* 1. n) que m. 2. o) fustenum 2. p) in unum *des.* 2. q) tota 2. r) karis 2. s) minorem 2. t) ego 1. 2. u) Iter Helyas 2. v) Lugnannum 1. w) *deest* 2. x) aud. et vid. 2. y) littu 2, *ubi alias* litore *pro* littore. z) tallia defecit 2. a) hoc 2. b) reciam 2 c) *ita* 1; basilie 2, *ubi postea* basilice. d) Capurlense 2. e) Grad. patr. *des.* 2. f) Capurlensem 2. g) *deest* 1. h) ut omne ut omnis literum 2. i) con 2. k) iussionem 2. l) sive 1. 2. m) contradictionem 2. n) Equilegensis 2. o) piscatione 2.

desinit; sequitur alia narratio de rebus Gradensibus sive 'Chronica patriarcharum Gradensium', quam edidit Waitz, SS. Langob. p. 392. 1) Corruptumne sit ex 'ventarii' an ex 'venteni', ignoro. 2) De hoc paganorum deo vide Filiasi l. c II, p. 217. et VI, I, p. 39. 3) Cf. p. 9, n. 2, nisi *inter* legendum est. 4) Fusteum idem esse quod ligneum, docet DUC.; sed quid hic significet 'forum', dubium est. Equidem crediderim esse 'locum ubi uva calcatur, dictus quod ibi feriatur uva, vel propter quod ibi teratur pedibus, unde et calciatorium (kelter) dicitur' (DUC. sub v. forus n. 3. ex Isid. Etym. XV, 6). 5) Porto Anfora. 6) i. e. terminatur. 7) Porto Buso. 8) Baculos, formam crucis habentes? an ipsas cruces? 9) i. e. usuali. 10) Porto S. Andrea. 11) Porto Lignano (cf. Filiasi VI, I, p. 41). 12) Porto del Tagliamento. 13) i. e. taleata, 'fossa, locus cavatus, canalis'; DUC. sub v. taleata nr. 2. 14) Porto di Baseleghe. 15) Hoc quidem litus iam non exstare videtur; insula quae hodie Poveglia, a Iohanne diacono autem et alibi Pupilia vel Popiglia vocatur, sita est inter insulas Metamaucum et Clugiam (Malamocco, Chiozza), quam ob rem diversa ab hoc litore esse videtur.

latione nichil intermitendum esset istum[a] supradictum littoris terrenis sive cum[b] totum aquarium[c]. Set conmiserunt hec totum per eodem confirmationis scriptum ad Mayranensium et Bibonensium populum cum aliquantis Finensium[d. 1], ut toti istorum sit ad responsione[e] et iussione dominum metropolitanum patriarcha Gradensem; et constituerunt ad eum dominum patriarcha, ut per longitudo terrarum cum equites venire cacias bestiarum iter faceret, tam litus Linguentie[2] quam littus Romatine[3] sive litore Pineti tam et per totam terrarum Plavis[4] sicut per totas partes, quod supra dicitur, quod parati et recepta[5] sive gundolis et angaridiis dominus dux faciebat toti Capurlenses et Equilenses omnibus honorificatione, ita similiter faciendum sit dominum metropolitanum Gradensem patriarcha[6].

II.

[HIC[f] SUBSCRIPTA NOMINA SUNT POSTERORUM PATRIARCHARUM[g] NOVE AQUILEGIE GRADENSEM ECCLESIAM[h] POST MACEDONIUM ET POST DESTRUCTIONEM VETERIS AQUILEGIE].

cf. Paul H. L. I, 25; ib. II, 10 — Tempore quod[i] Iustinianus[k] Romanum[l] imperium feliciter regebat, in Italia Totilam[m] Gotorum regem superavit legemque[n] Romanam instituit[o], his diebus[7] vir sanctissimus Benedictus papa Romanam sanctam[p] regebat ecclesiam, Aquilegensi[q] quoque civitati eius- (cf. supra p. 13) que[r] populo Paulus patriarcha preerat, qui Longobardorum rabiem metuens ex Aquilegia[s] destructa ad Gradum insulam confugit secumque beatissimorum[t] martirum Hellarii[u] et aliorum[v] sanctorum corpora[w] deportavit et[x] aput eandem[y] Gradensem civitatem honore dignissimo condidit, ipsamque novam[z] Aquilegiam nominavit[a].

557–569 Paulus primus sedit[b], fuit[c] nacione Romanus; qui vixit in eadem ecclesia[d] patriarchas an. 12.

569. Probinus[e], qui fuit natione Beneventanorum[f], ordinarius Romane ecclesie, sedit in[g] eadem nova Aquilegia patriarcha an. 1.

Per[h] Augustinum et Romanum generabile concilium secundum canonicorum ordinem electus et ordinatus[i] a[k] Constantinopolitano pontifice et suorum episcoporum et ad[l] Romanum universalem pontificem et ad suorum episcoporum[m. 8] dominus Helias[n] Gradensis[o] patriarcha, et suorum[p] posteri patriarche per[q] nomina et ordinem sive per nacionem hic[r] scripta sunt.

571–586 Helias dehinc patriarcha tercius eamdem[s] Gradensem regendam suscepit ecclesiam. Fuit nacione Grecorum; qui vixit an. 14 et men. 10*; cui successit

Severus[t], qui fuit nacione civitatis[u] Ravenne, qui vixit[v] an. 21[w], d. 21[x].

Marcianus[9] patriarcha, qui fuit nacione[y] Pirani[z] Ystrie, vixit[a] in patriarchatu an. 3 et d. 5.

*) dies *(e corr.)* 21 *add.* 2; et dies 12 *add.* 3; d. 20 *add.* 4.

a) esset. Istum 1; iustum 2. b) con 2. c) aquarum 2. d) finem suum 2. e) responsionem 2. f) Hic — veteris Aquilegie *des.* 1. 3; Liber quartus 3; Nomina patriarcharum Gradensium et quo tempore fuerunt 4. g) patha' 2. h) *sc.* regentium. i) quo 3. 4. k) I. augustus 2. 3. 4. l) Ro. f. re. imp. 3; Romā f. r. imp. 4. m) uti lon 2; Totila 3; Gotila 4. n) legem 2. o) constituit 3. p) *deest* 2. 3. 4. q) Aquileiensi 3. r) et eius 3. 4. s) et A. 4. t) beatissimi martyris 2. 3. 4. u) Bellari 2; Hellari 3. 4. v) ceterorum 2. 3. 4. w) plura *addit* 4. x) *deest* 4. — apud 2. 3. y) *deest* 3. z) A. n. n. 2. a) *deest* 3. 4. b) sede 1; *deest* 4. c) qui fuit 3. d) ecclesiam 2. 4. e) Proinus 1. f) bñ nac̄ ueneticorum 1. g) in — Aq. *des.* 4. h) Petrus Augustanum et generale Rom. c. 2; per Augustanum et R. generale c. 3 4. i) est *addunt* 2. 3. 4. k) ad Constantinopolitanum pontificem 2. l) et ad Rom. — episcoporum *des.* 1; et ad *des.* 3; et suorum — pontif. *des.* 4. m) *deest* 3. n) Helyas 2; dompnus Helyas 3. 4. o) Gradensem patriarcham 3. 4. p) sui 2. q) pro nomine et ordine sive per rationem 4. r) h. scripti 2; hec s. 3. 4. s) *ita* 3; inedē Gradeñs 1; sedit in eadem: Gradensem 2; sedit an. 4, *ubi etiam subsequentium patriarcharum saepe omittitur patria.* t) Severinus 4. u) civitate R. 2; R. c. 3; Raveñ 4, *omisso* civ. v) in patriarchatu *addunt* 2. 3. w) *corr. ex* XII, *ut videtur*, 3. x) dies XI 2. 3. 4. y) natus 3. 4. z) Pyrani 3; Pyrhañ 4. a) qui vixit proximus Rimanus civitate qui vixit an. III, d. V 2, *sed manus posterior hunc errorem correxit cancellatis verbis* qui — an.; sedit an. 4, *et ita postea.*

1) i. e. ad illos qui insulas Muranum et Bibiones (de qua posteriore videas Filiasi VI, I, p. 54. et quae Pertz annotavit in edendo Iohannis diaconi Chronico SS. VII, p. 5, n. 16) oppidumque Fines (Filiasi VI, I, p. 110) incolunt. 2) Livenza (Filiasi VI, I, p. 69. et 84). 3) Cf. Filiasi VI, I, p. 61. 4) Piave. 5) 'Parata o Parada era la spesa che i vasalli dovean fare per le accoglienze del loro signore, quando degnavasi di visitarli; Recepta o Receptum, la spesa occorrente per bene albergarlo, quand' ei voleva tra loco trattenersi'. 'Archivio storico Italiano, Appendice' t. V, p. 7. Cf. Ducang. sub h. v. 6) De toto hoc loco videas quae exposui 'Studien' I, p. 98 etc. 7) Hoc falsum esse, inde apparet, quod imperator Iustinianus a. 527—565. rexit, papa autem Benedictus a. 574—578. sedit. 8) Quae hic de electione et ordinatione episcopi Heliae necnon successorum eius traduntur, nullis aliis testimoniis comprobantur. Cf. De Rubeis, Monum. eccl. Aquil. c. 33. 9) Hunc Marcianum De Rubeis, Cappelletti (VIII, p. 68) aliique auctore Paulo diacono post Ciprianum ponunt.

Candianus[1] patriarcha, qui fuit nacione Candiana nomine, proximus Rimani[a] civitate[2], vixit an. 5.

Epiphanius[b] patriarcha, qui fuit nacione[c] Ystro[d] Umago, alie Sipars, vixit[e] an. 5, men. 4, d. 10.

Ciprianus[f] patriarcha, qui fuit nacione[c] Pole civitate[g], vixit in patriarchatu an.[h] 25, m. 3, d. 20.

Primogenius[i] patriarcha, qui fuit regionarius sancte Romane ecclesie, qui[k] fuit nacione[c] Reci[l][3] civitate; qui corpora sanctorum martirum[m] Hemarchore[n] et Fortunati[o] ex Aquilegia sua diocesi[p] in Gradum transtulit; vixit[q] in patriarchatu an. 20, men. 3, d. 6[r].

Maximus patriarcha, qui fuit nacione[c] Dalmacie civitatis[s], vixit[q] an. 20. Huic successit

Stephanus patriarcha, qui fuit nacione Parenciane[t][4] civitatis[u]; vixit[v] in patriarchatu an. 5.

Agaton[w] patriarcha, qui fuit nacione Continopolis[x][5] caput Ystrie civitatis[y], vixit[z] in patriarchatu an. 10[a]. Huic successit[b]

Christoforus, qui fuit nacione Pulie Varis[c][6] civitate; vixit[q] in patriarchatu[d] an. 35.

Donatus patriarcha, qui fuit nacione Plasentium[e], rexit ecclesiam an. 7.

Antonius[7] patriarcha, qui fuit nacione Patue civitatis; abbas fuit Brendulu[f] cenobii[8]; vixit[g] in patriarchatu an. 22[h], men. 10, d. 11[i].

Emilianus patriarcha, qui fuit nacione Emilianensem[k] civitatem[9], vixit[g] in patriarchatu an. 8, d. 25[l].

Vitalianus patriarcha, qui fuit nacione Loca Butenici[m]; qui[n] vixit in patriarchatu an. 12[o], d. 15[p].

Iohannes patriarcha, qui fuit nacione Ystrie Tergestine[q] civitatis[r], vixit in patriarchâtu[s] an. 35[t].

Fortunatus patriarcha, qui fuit nacione Tergestine[u] civitatis, eiusdem Iohannis patriarcha[v] consanguineus, vixit[w] an. 10[x].

Venerius patriarcha, qui fuit nove Venecie genitus, pater[y] autem Transmundus apellatus[z], vixit in patriarchatu an.[a] 25, m. 4.

Victor[b] patriarcha, qui fuit secundus nove Venecie genitus, filius autem Belli Ausibiazi, qui vixit[c] patriarchatu an. 6, m. 3[d], d. 4.

Vitalis[11] patriarcha, qui fuit tertius nacione nove[e] Venecie, filius Ianaceni[f] Particiaci, qui rexit[g] patriarchatu an. 19, m. 1, d. 6.

a) Rimanus civ. qui 2, *ubi totus hic locus manu antiqua in margine positus est;* qui — civ. *des.* 4. b) Epianius 1; Epyphanius 2; Epiphanus 4. c) natus 3. 4. d) *ita corrigo;* Ystro alie Um. Sip. 1; Ystroalie Umagus i pars 2; Ystroalie Umago . . . *cum rasura* 3; Ystroalie Umago sedit 4. *Unde haec corruptela orta sit, facile inde intelligitur, quod illae duae civitates Istriae (hodie Omago et Sipar) sunt vicinissimae. Dandulus eum de Umago natum dicit.* e) qui v. a. V et m. III, d. XI 2; v. a. V, m. IIII, dies XI 3. 4. f) Cyprianus 2. g) civitatis 2. 3; qui v. 3. h) annos XV 3. i) Primigenius 2. 3; Rimigerius 4. k) *deest* 2. 3. l) ipsius R. 2. m) *deest* 2. 3. 4. n) Hemarcore 2; Hermacore 3. o) Fortunato 2. p) diocisi 2; dioecesi 3. q) qui v. 2. r) VII 2. 3; m. IIII, d. VII 4. s) civitate 2. 3. t) Parentine 2. 3. u) civitati 2. v) qui sedit 2; sedit 3. w) Angathon 3; Angaton 4. x) Cõtinopol̃ cap̃ 1; Cõtinopolis capris 2; Constantinopolim *(ras.)* capris 3; naĩ capitis Istr. 4. y) civitate 2. 3. z) qui sedit 2; sedit 3. a) V 4. b) H. s. *des.* 2. c) Pulienarius 3. 4. d) civitate 3; in p. *des.* 4, *ut saepius* e) Plarentine civitatis 2; Plasentie civitate 3; Placencie civitate 4. f) Brendoli 3; Brunduli 4. g) qui v. 2. h) XIII 4. i) XX 2. 3. 4 *(ubi additur* secundum v, *quae verba quo referenda sint, nescio).* k) Emilanens̃ civitate 3. 4. l) V 2. 3; *deest num. dierum* 4. m) Loca . . . . *(erasa)* tinicus 3; Locabathanicus 4. n) *deest* 3. o) XXII 2. p) XXV 4. q) Triestine 2; Trigestine 4. r) eiusdem Iohannis *add.* 3, *sed falso.* s) qui rexit ecclesiam Gradensem 2. t) XXXVI 2. 3. 4. u) eiusdem Trestine 2. v) patriarce 2. 3. w) regit 2. x) *numerus deest* 2. 4; XXVII in patriarchatu *manu saec. XIII.* 3. y) paĩ 1. 2. 3; *in* 4 *omittuntur abhinc nomina patrum.* z) apellatur qui 2 a) an. XXIIII, m. VIII 2. 3. 4. b) *in* 1 *hic patriarcha eiusque successor hunc in modum confunduntur:* Vitalis patr. qui f. tert. nac. no V. genitus, filius autem Belli Ausibiaçi; qui rexit patriarchatum a. VI, ms. III, d. IIII. Victor patr. qui f. sec. no. V. g. fil. aut. Belli Ausibiaçi; q. r. p a. VI, m. III, d. IIII. *Desunt igitur parentes et anni Vitalis patriarchae.* c) rexit patriarchatum 3. d) m. sex 4. e) *deest* 2. f) Ioannaceni 3. g) vixit in p. 3.

1) Hunc ceteri Candidianum nominant. 2) 'natione Ariminensis (Rimini) de vico Candiano' Dandulus col. 109 A. De 'campo qui vocatur Candiani' et de 'portu Candiani', haud procul a Ravenna sitis, videas Agnelli librum pontificalem eccl. Ravennatis, SS. R. Lang. p. 303, n. 5. et p. 370, n. 6. 3) Arezzo. 4) Parenzo. 5) Iustinopolis sive Capo d'Istria. 6) Bari in Apulia sita? Dandulus Christophorum Polanum dicit. 7) Hic ab aliis Antoninus nominatur. 8) i. e. monasterii s. Michaelis archangeli. 9) Ravenna. 10) Civitatem huius nominis nullam invenio, nisi in opere illo quod inscribitur 'L'Italia' dua oppidula nomine Bottenicco sive Bottenigo, quorum unum situm est 'nella provincia di Udine, distretto di Cividale', alterum 'nella provincia di Venezia, distretto di Mestre'. Dandulus eum Lucanum (i. e. de Lucca) dicit. 11) Hoc loco Cappelletti IX, p. 43. quendam Heliam inserit, quem testa-

Petrus[a] patriarcha, qui fuit quartus[b] nacione Rivoalti, filius Iohannis Marturio, sedit an[c] $4\frac{1}{2}$[d], d. 8.

864-881. Victor iunior patriarcha, nepos antecessoris Victoris[e] patriarche et Vitalis patriarche, filius[1] Urxonis[f] Particiaci dux[g], sedit[h] an. 17, m. 11, d. 13.

Georgius patriarcha, filius Georgii Andradi[i], sedit an. $1\frac{1}{2}$[k], d. 22.

Vitalis iunior patriarcha, filius Ioaceni[l] Paureta; qui[m] sedit an. 3, m. 3, d. 13[n].

Dominicus[o] patriarcha, filius Petri Tribuni Dominici[2], sedit an. 7, m. 11, d. 3[p].

Laurencius patriarcha, filius Petri Mastalici, sedit an. 12, m. 9, d. 24[q].

Marinus[r] patriarcha, filius Theodosii Contareni, sedit[s] an. 34, m. 3, d. 7.

Bonus patriarcha, filius[t] Georgii Blancanico[u] Equilegensis[v,3], qui primus[4] fuit episcopus Aquilegensis[3], postea vero effectus est patriarcha, sedit an. 9.

Vitalis patriarcha, filius Leonis Barbolani[w], qui[x] vixit an. 1, m. 5. Huius[y] tempore
976. interfectus est[5] Petrus dux, filius Petri Candiani ducis, a Veneticis in mense Augusti. Gradensem[z] patriarchatus per integrum annum propter intentionem[6] Veneticorum viduatus permansit; deinde electus est patriarcha[7]

Vitalis, filius Petri Candiani ducis suprascripti[a] interfecti, qui sedit an. 50[b], m. 6.

991-1029. Ursus patriarcha, filius Petri olim duci[c] Ursyoli, sedit an. 37, d. 45[8]. Post huius[d] obitum electus est

Dominicus[e], filius Cipriani Bulçani[f], clericus, capellanus Sancti Marci; qui perductus[g] est ad presbyteratum[h]; vixit[i] d. 7.

Dominicus patriarcha[k], qui fuit filius Iohanni[l] Marango, qui est nacione ipse suorum parentorum de insula Metamauco[m], vixit an. [7[n]].

Dominicus patriarcha, qui fuit filius Iohanni[o] Cerbani, vixit an. 10[p].

Iohannes[q] Saponarius patriarcha defunctus est apud urbem Constantinopolim, et ab[r] Veneticis negociatoribus in capsa[s] eius corpus deductus[t] est.

1097-1104? Petrus[u] patriarcha, qui fuit nacione . ., filius id est Badovarii[v] Noelis, vixit[w] an. [12[x]].

Iohannes patriarcha, filius Iohannis Gradonici, fuit[y] episcopus Equilegensis[z] per an. 8[a] et mens. 5; postea electus[b] patriarcha, vixit[c] an. 11, mens. 4.

ADDITAMENTUM

cod. 2 et 3, sed cod. 3 manu posteriore saec. XIII.

Henricus Dandulus[d] patriarcha vixit et regit[e] sanctam Gradensem ecclesiam an. 61.

Iohannes[9] Signolus patriarcha vixit et regit[e] sanctam Gradensem ecclesiam an. . . .

Benedictus Faletro, qui fuit primicerius Sancti Marci, plebanus vero Sancte Marie Iubanici[f], postea patriarcha, vixit et rexit sanctam Gradensem ecclesiam an. . . .

a) P. 1. b) patriarcha *addit* 3. c) *deest* 2. d) a. IIII 1; IIII, men. VI 2, annos IIII 3. e) Vitoris 1. f) Ursonis 2. 3; Usoni 4. g) ducis 2. 3. h) qui s. 2 i) Andreadi 2. 3. k) *ut supra:* a. I 1; an. I, men VI 2; annum I et d. XXII 3. l) Ionaceni 2; Ioannaceni 3. m) *deest* 3. n) XIIII 2. 3. 4. o) . . nic⁹ 3, *omissis hic et semper litteris initialibus nominum patriarcharum.* p) IIII 2. q) IX 2. r) Martinus 4. s) s. in patriarchatu an. XXIIII 2. t) *haec* — Vitalis patriarcha *sequentis articuli des.* 1. u) Blacanico 3; f. Georgii Andreadi, qui sedit an. IX, men. VI 2. v) *ras. corr. ex* Aq. 3; Aquilegens. 4. w) Bartoloni 4. x) *deest* 3. y) . . . ius temporibus 3; huius temporibus 4. z) Gr. patriarchatu 2; Gradensis p. 3. a) supradicti 2. 3. b) an. I 1; m. VI *des.* 4. c) ducis Ursoyoli 3. d) cuius 3. 4. e) Dominicus — d. 7 *des.* 3. f) Bulçanus 2; Bulcanidis 4. g) ppductus 1; productus 4. h) patriarchatum 4. i) qui vix. 2; vix. an. VII 4. k) p. q. f. *des.* 3. l) Ioh. Marangus q. e. nacionis ip. et s. p. 2; Iohannis Marangi, q. fuit natus *(ras.)* ip. de s. p. 3. m) fuerunt *addit* 1; qui *addit* 2. n) *numerus deest* 2. 3; LV 4. o) Iohannis 2. 3. 4. p) *numerus deest* 2; v. in patriarchatu annos VII, menses III 3. 4. q) Ioh. patriarcha, filius Iohannis Saponarii, qui vixit in patriarchatu an. . . . et def. 2; Ioh. patr., filius Saponarii, qui viam *(ras.)* in patriarchatu annos . . . et defuctus 3; Ioh. patr., filius Saponarii, vixit annum et def. 4. r) a 2; ac 3. s) Venecie *add.* 2. 3. t) deductum 2. 3. u) P. electus p. q. f. fil. 2. 3. v) Badouarius Noeli qui 2. w) rexit Gradensem ecclesiam 2. 3. x) *numerus deest* 2. 3. 4. y) qui f ep. Eq. et antea fuit Gradensis archidiaconus. Qui vixit et sedit per an. . . 2. z) *corr. ex* Aq. 3. a) *hic desinit* 4. b) effectus est 3. c) eamdem Gradensem ecclesiam ann. . . . . 3, *omisso verbo* rexit *necnon numero annorum.* d) Dandolus 3. e) rexit 3. f) Iubianici 3.

mento Ursi Olivolensis episcopi anno 854. subscripsisse demonstrat ex Flaminio Cornelio, Eccl. Venet. dec. XIII, p. II, pag. 46; sed videas quae ipse Cornelius ibi annotavit. 1) Cf. Danduli Ann. col. 188 C. 2) sc. ducis Venetorum a. 888—912. *Hic fuit ducis filius, vel, ut quidam referunt, solum de sua cognatione* Dandulus col. 195 B. 3) i. e. Equilio sive Iesolo. 4) Secundum Cappelletti a. 950—954. 6) Cf. Iohannis diaconi Chron. Venet, SS. VII, p. 25, et Danduli Ann. col. 211 B. 6) i. e. contentionem. 7) Haec partim vera, partim falsa esse, docui 'Studien' I, p. 25. et 26. 8) Hic antea episcopus Torcellanus fuit et postea anno 1031. dux Venetorum elevatus est. Cf. infra. 9) Successorem Henrici Danduli patriarchae, quem infra paci Venetae a. 1177. interfuisse invenies, Cappelletti IX, p. 72. profert Arnaldum, quem consecrationi ecclesiae S. Iuliani de Lepida seu Lepia in Veronensi districtu per papam Urbanum III. a. 1186. astitisse, dicit De Rubeis in schedis manuscriptis bibliothecae S. Marci. Cf. Ughelli It. sacr. V, col. 807 D.

Angelus Barocius, qui fuit primicerius Castellane ecclesie, capellanus Sancti Marci et plebanus Sancti Iohannis de Capite Rivoalti, deinde patriarcha, vixit et rexit sanctam Gradensem ecclesiam an. . . .

III.

[QUOD[a] ENIM CANONICE ORDINATI ET ELECTI GRADENSES PATRIARCHIS FUERUNT, ITA SIMILITER CONSTITUTI SUNT ET ORDINATI TORCELENSES ET OLIVOLENSES EPISCOPORUM. PROPTER QUOD HIC[b] MAGNUM OLIVUM POSITUM ERAT, PROPTER HOC DICETUR OLIVOLENSIS. NOMINA ENIM TORCELLENSIS EPISCOPORUM HEC SUNT:]

Primum[c] enim constituti sunt tempore Constantini et Eraclii imperatoris[d] et Benedicti pape et Paulicius[e] Eracliane[f] nove civitatis dux[g.1]. 610—641.

Maurus primus episcopus Torcellensis[h] sedit annis 6[i], septimo autem finientem[k] finivit vitam; qui fuit nacione[l] Altinensium[m] civitati. Cui[n] successit

Iulianus, qui fuit nacione Tarvisii[o]; qui vixit et sedit[p] an. 48. Consecrati fuerunt a[q] domino[r] Macedonio nove[s] Aquilegie patriarcha dominus[t] Maurus[2], successor et iste dominus[t] Iulianus posterius[u]. Cui successit[3]

Deusdedi[v], qui fuit nacione[w] nova[x] habitationis Torcelli[y], filius Aurio tribuni[z]; qui sedit an. 24; a dominus[a] Paulus patriarcha, qui primus[b] in Gradensem civitatem a[c] Romanum[d] pontificem constitutum, item ipse consecratus est.

Honoratus, qui fuit nacione[e] Tarvisi Masilionis[f.4], habitator fuit Rivoalto[g]. Sedit[h] an. 7[i].

Vitalis, qui fuit nacione Altinensis[k] civitatis suorum parentorum[l], filius Frauduni, habitator in vico Aimauense[m]; qui sedit an. 9[n].

Severinus, qui fuit nacione Ystrie[o], sedit[p] an. 2. Cui successit

Dominicus, qui fuit nacione Uvederço[q] civitate suorum parentorum[r], habitator Eracliane[s] nove[t] civitatis; qui vixit et sedit an. 37.

Iohannes, qui fuit nepos domini Dominici episcopi, nacione fuit, ut supradictum, eadem Heraclane nove civitatis, filius Laurencii Gardocus[u], habitator[v] in Rivoalto; sedit[w] an. 2½.

Maximus[5], qui fuit nacione Pole[x] civitatis, sedit an. 3. Cui successit

Iustus, qui fuit nacione[y] Concordie civitatis suorum parentorum, habitator Rivoalti[z], filius Angelli[a] Particiacus dux, filius[b] item Angnellus dux, frater autem Iustinianus[c], ambo ducibus frater et ducis filius; sedit[d] an. 7.

Anselmus[e], qui fuit nacione Foroiulii, sedit[f] an. 12. Cui successit

a) Quod — hec sunt *des.* 1. 3. b) hi 2. c) Primi en. 2; Primi omnium 3. d) imperatores 2. 3 *(corr).* e) Paulicii *ras.* 3. f) Eradiane 1. g) ducis *in ras.* 3. h) Torcelli 2. i) VII 2 3 k) glorianter 2; finiente 3. l) *deest* 1. m) Alt. civitatis 2; Altinensis civitate 3. n) cuius 1. o) Tarvisianus 2; Tervisanus 3. p) sede 1. q) ad 2. r) dompno 3. s) *in marg. manu poster.* 3. t) dompnus 3. u) posterus 2; post . . . *(erasa)* eum suus successor 3. v) Deusdedit 2. 3. w) habitatione 2. x) nove 3. y) Torcelł 1; Torcellus 2. z) tribunus 2. a) domino P. p. 2; dompno Paulo p. *e corr.* 3 b) fuit *add.* 2. 3. c) ad 2. d) Romano pontifice constitutus 3. e) nationum 2. f) Tarvisine Silienis 2; Tarvisinus Silionis 3. g) Rivoalti 2. 3. h) qui s. 2. i) VI 3. k) Altinense civitate 3. l) parentum f. Fraduni habitavit 2. m) Ammanense 3 n) men. VI *addit* 2 o) Altinense civitate Ystr. 1, *sed ex manifesto errore scribae.* p) qui vixit et sedit an II, men. VI 2. q) *ita correxi;* Ividerço 1; Vederço 2; Wedercio 3. r) parentum 2. 3 *e ras.* s) in civitate Eracliana 3. t) nove civitatis — nove civitatis *des* 1. 3, *duobus patriarchis Dominico et Iohanne in unum solum confusis.* u) Gradocus 3. v) habitor Rivoalti 2; h. Rivoalti 3. w) qui vixit et sedit an VI 2; sed. an. II 3. x) c. P., qui vixit et sed. 2. y) *deest* 1. z) Rivialti 3 a) Angeli 2; Angeli Particiaci ducis 3. b) fił item Angnelł 1; filius it. Angelus dux 2; filius item Angeli ducis 3. c) Iustiniani, ambo duces; et iste similiter isti amborum istorum duobus fratribus et ducis filius 2; Iustiniani, ambo duces; et iste similiter Iustus, ambo iustos duces fratres et ducis filius 3. d) sede 1; qui vixit et s. an. VIII, men. VI 2; sed. annis VIII 3. e) Azellinus 2. f) qui vixit et s. 2.

1) Illis annis neque Benedictus papa sedit neque Paulicius ducatum rexit. 2) Macedonius 'auctor schismatis in causa trium capitulorum' cum annis 539—557. sederit, haec traditio stare non potest, licet verum sit, episcopos Torcellanos a patriarchis Gradensibus consecratos fuisse. Idem monendum est de consecratione subsequentis Deusdedit. 3) Hoc loco Cappelletti quendam Paulum II. inserit, quem concilio a papa Agathone a. 680. Romae contra Monotheletas habito astitisse docet ex Mansi Concil. XI, p. 185. 4) Fortasse oppidulum prope Tarvisium; an praeferenda lectio codicum 2 et 3, quae flumen Sili (Sile) fortasse indicat? 5) Maximus, Iustus, Anselmus episcopi omittuntur a Cappelletti IX, p. 527; Iustum post Dominicum collocat Ughellus V, col. 1365. Num is filius ducis Angeli Particiaci et frater ducis Iustiniani fuerit, ut vult anonymus noster, minime constat. Loco vero Anselmi Ughellus Guilelmum quendam exhibet.

Deusdedit[a], qui fuit nacione suorum parentorum[b] Continopolis[1] Ystrie civitatis[c], habitatores Rivoalti[d], filius Stefani[e] Iubianici, sedit[f] an. 6, m. 7.

Senator, qui fuit nacione suorum parentorum Equilensem[g] castrum, habitatores Murianensem[h] vicum, filius Iohannis Senatori[i], sedit[f] an. 6 et m. 3; et interfectus est[k] a propriis servis[2].

Dominicus, qui fuit nacione suorum parentorum[l] de Cormonense[3] [castro[m]] Italie, habitatores Rivoalti[d], filius Leonis[n] Coloprini, sedit[o] an. 37.

Benatus[p. 4], qui fuit nacione parentorum suorum Fanestis[q. 5], habitatorum Rivoalti[d], Magnus[r] Baio, vixit[s] an. 8.

Iohannes, qui fuit nacione eius[t] Torcelli[u], filius Ursoni[v] Luduitu, sedit[o] an. 6. Cui successit[w]

Giselbertus[x], qui fuit nacione Gallorum Baiovarie[y] suorum parentorum[l], nutritus autem [hic[z]], filius Kalemanus[a]; sedit[b] an. 17.

Dominicus[6], qui fuit nacione item Torcelli, filius Aurii maiori[c] tribuni, Burianensis iudice, qui[d] vixit et sedit an. 16[e]. Cui successit

Petrus[f], qui fuit nacione Equilegensis[g] suorum parentorum[l], habitatores Rivoalti[d], filius domini[h] tribuni[i] Andreadi, sedit[k] an. 12.

Dominicus, qui fuit nacione parentorum[l] suorum Rivoalti[m], filius Petri duci[n] Candiani, quia iste Petrus dux ad Petrum filium suum de ducato fuit eiectus, et ipse filius eius ducatum retinuit[7]; et[o] vixit ipse[p] Dominicus in episcopatu Torcellense[q] an. 13[r]. Cui successit

Mineus, qui fuit nacione[s] Rivoalti[m] tribunus[t] Cynopus[u], qui cum electione[v] stultorum[w] fuit episcopus per multa premia et pecunia; sedit[x] an. 1; sed evulsi sunt oculi eius a Petro duci[y], filio Petri olim ducis Candiano[z].

Iohannes[8], qui fuit nacione Torcelensis[a], filius Petri Aurii[b] tribuni de vico Burianense[c], sedit[d] an. 30. Cui successit

Valerius de eadem nacione, filius Aurii[e] tribuni, eiusdem Iohanni[f] consanguineus; sedit[d] an. 20. Cui[g] successit

Ursus, filius domini[h] Petri ducis Ursyuli[i]; qui vixit et[k] sedit in eodem episcopatu an. 3; qui postmodo[l] canonice et religiosissime electum[m] fuit in Gradensem patriarcha[n. 9]. Huic[o] successit

Vitalis, frater eius, sexto[p] decimo etatis habentem annum; vixit[q] et sedit an. 35[r]. Huic[o] successit

Vitalis[10], qui fuit filius Marinum[s] Michaelis; sedit[t] an. 5.

Iohannes Bobizo[u], de eodem Torcellensi[v] genitus, retinuit episcopatum [an. 5[w]].

a) Deus 1. b) p. Continopoli 2; parentum Yustinopolis *e corr.* 3. c) civitate 2. 3. d) Rivialti 3. e) Stepani Iubianicus 2, Stephanus Iub. 3. f) qui vixit 2. g) de Equilense castro 2; Equilegensem c. 3. h) Murianes 1; Murianses 2. i) *ita correxi;* Senatoris *manu posteriore superscr.* 1; Iohanni Scitadrum 2; Ioh. Senadri 3. k) fuit 2. 3. l) parentum *e ras.* 3. m) *deest* 1. n) Leoni Coloprinus 2. o) qui vixit et s. 2. p) Benenatus 2. *et* 3, *sed hic corr. ex* Benevenatus. q) Fauestis 1; s. parentum F. habitatores 2. 3. r) filius M. B. 2. s) qui v. 2; mens. VIIII 2. 3. t) eiusdem 2. u) Torcellis 3. v) Ursonis L. 2; Ursonis Lodoito 3. w) C. 2, *omissa voce* successit x) Tyselbertus 2. y) Baiovirie 2; Baiovacie 3. z) *deest* 1. a) Kalemanni 3. b) qui s. 2. c) maioris tr. Murianensium iudici 2; maioris tr. Murianensis iudicis 3. d) *deest* 3. e) XVII 3. f) P. 1. g) Equilegēs 1; Aquilegensis 2; Equilegense *corr. ex* Aq. 3. h) deni 2; dompni 3. i) tribuno 2. k) qui vixit 2. l) s. parentum 2. 3. m) Rivialti 3. n) ducis ad Petr. fi. s. deducatum f. eiectum et ip. f. duc. ret. 2; ducis Candiano q. i. P. d. a suo filio Petro (*corr. ex* ad suum filium Petrum) de d. f. ei. et ip. f. e. d. tenuit 3. o) qui 2. p) iste 2, 3. q) Torcelensi 2. r) XIV 2. 3. s) natus 3. t) qui fuit R. filius tr. 2. u) Cinopus 3. v) exlectione 3. w) stultotorum 1. x) et s. 3. y) dux 2; duce 3. z) Candianus 2; Candiani 3. a) Torcell' 3. b) Aurio tribuno 2; Aurei tr. 3. c) Borianense 2; Burianensi 3. d) qui vixit et s. 2. e) Aurei 3. f) Iohannis episcopus 2; Iohannis episcopi 3. g) C. s. *des.* 2. h) *corr. ex* dominici, *ut videtur,* 1; Dominici 3. i) Ursiolus 2; Ursyoli 3. k) et s. *des.* 2. l) posmodum 2; postmodum 3. m) helectus 2; electus 3. n) patriarchatum 2. 3. o) H. s. *des.* 2. p) sextam decimum et. habens annorum 2; s. d. et. habens annos 3. q) qui v. 2; et v. 3. r) XXV 3. s) Marini 2. 3. t) qui vixit et s. 2; et s. 3. u) Bobizus 3. v) Torcello 3. w) an. V *in marg. manu poster.* 1; eandem Dei ecclesiam rexit an.... *omisso numero* 2; et eiectus est de episcopatu *add.* 2. 3.

1) Cf. supra p. 17, n. 5. 2) Teste Iohanne diacono (SS. VII, p. 19) non hic episcopus, sed praecessor eius Deusdedit 'a duobus suis servitoribus apud Altinum interfectus fuit'. 3) Cormons. 4) Hic ab Ughello ceterisque scriptoribus Benedictus vocatur. 5) Fano? quod a Pomponio Mela II, 4, 5. Fanestris sive Fenestris sive Phanestis atque alibi Colonia Iulia Fanestris nominatur. 6) Hunc omittunt Ughellus aliique, inserentes vero quendam Martinum vel Marinum post Petrum subsequentem. 7) Cf. Iohannis diaconi chronicon l. c. p. 24. 8) Cappelletti IX, p. 529. hic quendam Petrum inserit ex catalogo episcoporum Torcellensium, quem habet chronicon manuscriptum Marci Barbari, qui vero saeculo demum XVI. scripsit. 9) Cf. supra p. 18, n. 8. 10) Hunc omittunt Ughellus ceterique.

Ursus Badovarius[a] Noeli rexit[b] eamdem ecclesiam an. 28.

Stefanus[1] Capellesus[c], de vico Burianensi[d], sedit an. [10[e]].

Iohannes[f] Mauro[g] electus, qui fuit[h] archidiaconus Olivolensis episcopatus, eiectus a[i] Petro Badovario patriarcha, sedit[k]. . . . 1091—1105.

Stefanus Silvus[l], de Rivoalto[m], sedit[n] an. [10[e]].

ADDITAMENTUM

cod. 2. 3.

Octavianus[2] Quirinus [de[o] eodem Torcelensi episcopatu] sedit an. . . .

ADDITAMENTUM

cod. 3

Angelus da Mulino sedit annos . . .
Martinus Ursus sedit annos . . .
Leonardus Donatus sedit annos . . .
Bonus Balbi sedit annos . . .*

*) *Cod.* 4 *praebet hunc catalogum:*

Nomina episcoporum antiquorum de Torcello.

Primus episcopus fuit Mauros Altinensis, consecratus Marcidonio Aquilegia patriarcha. Ut quia multi alii invenimus scripti, sed ad presens, quando scripsimus hec, non invenitur in Venec. de illa prole, et ideo non scripsimus nisi illis qui antiqui fuerunt et ad presens in Venec. inveniuntur; videlicet:

Secundus fuit Deusdedit et Aurio filius tribunus de Torcello, consecrato a domino Paulo primo patriarcha Gradensem, constitutus a Romano pontifice Benedicto papa.

Iustus, filius Angeli Particiaci ducis, qui fuit frater Iustiniani ducis, filius dicti Angeli.
Severius Gratonicho Ovodercii.
Ioannis Ursonis.
Dominicus, filius Aurio tribuno.
Dominicus, filius Petri ducis.

Candiano Ursus, filius Petri Ursilio ducis, sedit annos 3; et electus fuit patriarcha Gradensem. Cui successit

Vitalis, frater eius, 16. etatis, sedit annos 25.
Vitalis, filius Marini Michael.
Ursus Baduario.
Octavianus Quirinus.
Angelus de Mulino.
Martinus Ursus.
Bonus Belli.

Post istorum episcoporum Venetorum australis plaga paganorum, qui destruxerunt civitates antiquis superius nominatis[3].

IV.

[NOMINA[p] OLIVOLENSIUM EPISCOPORUM].

Obeliebatus, qui fuit nacione Ausolum[q] castrum suorum parentorum[r], habitantes fuerunt in Padua; destructa civitate dehic[s] venerunt in Brendulo[t] Metamauco Iste et Obelierius[u] et Beatus fratribus[v] fuerunt filii Eneagilius[w]; qui vixit et[x] sedit in Olivolense[y] episcopatu an. 22.

Christoforus[z], qui fuit nacione Grecorum, consanguineus Narsis[a] patricius, frater[b]

a) Badoario N. 2; Badovario Noelis 3. b) et r. eundem eccl. 1; r. et sedit in eadem ecclesia 2. c) Capellēs 1; Capellessus 3. d) Burianeni 1, *omissis verbis* de vico; de eodem Torcellensi episcopatu 2. e) *numerus deest* 2. 3. f) Iohannes — sedit *des.* 2. g) Maurus 3. h) fuit — episcopatus *des.* 3. i) est a 3. k) s. annos . . . 3. l) *corr. ex* Silius 1; filius *habere videtur* 2; Silvius 3. m) de R. *des.* 2. 3; nepos domini Dominici Silvi ducis *add.* 2. n) qui vixit et s. 2. o) de — episc. *des.* 3. p) Nom. Oliv ep. *des.* 1. 3. q) Auxiolum castri 2; Auxolum castrorum 3. r) parentum 2. 3. s) dehinc 2; deinde *ras.* 3. t) Brendolum Matamauco 2. 3, *manus posterior correxit* et M. 3. u) Obelerius 2. 3. v) fratres 2. 3. w) Encazilius 2; Eneaglii 3. x) et s. *des.* 3. y) Olivolens 1; Olivolensem ep. 2; Olivolensem episcopatum 3. z) Chrystof. 3. a) N. patricius 1 *habere videtur;* Narsi patricii 2; N. patrocii 3. b) f. Longini R. perfecti 2; fratris Longini R. prefecti 3.

1) Stephanum eiusque successorem Iohannem Cappelletti aliique post Leonardum Donatum exeunte saeculo XII. et ineunte XIII. ponunt; sed cum nullorum documentorum auctoritate adiuventur, haec nostra series maiorem sibi fidem vindicat. 2) Huius episcopi loco Ughellus (It. S. V, col. 1372) profert Petrum Michael, qui 'subscripsit sententiae Henrici Danduli Gradensis patriarchae pro plebano et ecclesia S. Mariae de Murano' a. 1152. 3) Cf. supra p. 5. initium partis I.

Longinum Ravenne perfectum[1], adolesens[a] fuit etate 25 annorum. Iste explevit ecclesia[b] sancti Moysi; qui[c] vixit et sedit in eodem episcopatu an. 12. Cui[d] successit alius

Christoforus, qui in sua ecclesia de sancto Moise[e] residebat, vigiliis et oracionibus false observabat. Frater[f] fuit eiusdem Narsetis[1] de eadem nacione[g] Grecorum. Qua[h] propter amorem fratri[i] sui[k], tam dominus[l] Helias patriarcha, quod[m] proprii erat de consanguinitate[n] pertinentem, consecratus est episcopus. Sed dum in ecclesia sancti Theodorii[o] ad missarum solempnia staret[p], dum inciperet secreta[q], statim[r] a demonio ereptus[s] est[k] et cepit vexari; unde de[k] episcopali electione eiectus est et in sua ecclesia sancti[t] Moysi reversus est.

Ursus, qui fuit nacione Eracliana[u] nova civitate suorum parentorum[v], habitatores[w] Rivoalti, filius Iohanni[x] Particiacus. Iste dominus[y] Ursus episcopus condivit[z] corpus bea-
827. vel 828. tissimi Marci[a] euangeliste, quando translatus est a Veneticis de Alexandria in Veneciam. Multorum annorum moratus est tempore[b] sancto corpore condicio, quod[c] fundata exstitit[d] ecclesiam[e] a[f] fundamentis ad[g] eiusdem sancti corporis honorem. Istius[h] autem tempore edifficata[i] fuit tempore domini Iustiniani ducis. Qui vixit[k] et sedit dominus[l] Ursoni[m] episcopus an. 32. Cui[n] successit

Maurus, qui fuit nacione suorum parentorum[o] de Padua, destructa civitate habitatores in Matamauco et in Rivoalto, filius Germani[p] Busignati; sedit[q] an. 10. [Cui[r] successit]

Iohannes[2], qui fuit nacione suorum parentum de Candiana parte[s], filius Magni[t] Candiani, habitatore[u] in Rivoalto. Iste fundavit in Dorsoduro[v] ecclesia[w] ad honorem sancti Raphaelis archangeli[x]; qui vixit et sedit an. [5[y]]. Cui successit

Dominicus, qui fuit nacione suorum parentorum[z] Pole civitatis, habitatores Rivoalti, filius Iohanni[a] Apoli; qui vixit et sedit an. 12.

Grausus[b] diaconus, qui fuit nacione suorum parentorum[c] de Gardisana[3], destructa civitate habitatores Rivoalti, filius[d] Grussuni. Cancellarius fuit ducis et notarius fuit patriarche[e]; qui[f] vixit et sedit an. 12.

Iohannes, qui fuit nacione suorum parentorum[c] Mantue civitas[g], habitatores[h] Rivoalti, filius tribuni Mataturi[i]; sedit annos 11[k].

Laurencius, qui fuit nacione suorum parentorum[c] de Taurino civitate, habitatores[h]
908. Matamauco[l], [filius[m]] Barba Taurelli; obiit in mense Madii, percurrente indictione undecima; sedit an. [6[n]].

Dominicus[o], qui fuit nacione[p] parentorum[q] suorum de vegla[r, 4] Verçellis civitate, habitatores in Matamauco[s] et in Rivoalto, filius Barba Romani[t] Vilinicus, in ecclesia sancti Mauri martiris erat residentem[u]; ab omnibus autem dilectus[v] erat. Ad hoc[w] conlaudatum[x] fuit et ad pontificatum electum; ipse autem rennuebat[y] electionem[z]; sed cum forcia[a] illum elegerunt, et in ecclesia sancti Marci deductus[b] fuit. Respuens[c] ipse cum omni Venecie[d]

a) adolesenses 1; adolensens 2; adolescens 3. b) ec. de sancto Moyse 2; ecclesiam s. M. 3. c) qui vixit — sancto Moise *in marg. manu poster.* 1. d) cui s. *des.* 2. e) Moyse 3. f) fr̄. 1. g) Gr. n. 2. h) quod 2; qui 3. i) fratris 2. 3. k) *deest* 2. l) d. Elias 2; dompnus Helyas 3. m) qui pr. erant 3. n) consang. — sancti *des.* 2. o) Theodori 2. 3. p) st. d. *des.* 2. q) secretam 3. r) *deest* 3. s) areptus 3. t) de sancto Moise 2. u) Eracliane nove civitatis 2. 3. v) parentum 2. 3. w) habitantes 3. x) Iohannis P. 2; Iohannis Particiaci 3. y) dompnus 3. z) condidit 2. a) euangelista M. 2. b) propter sancti corporis conditionem 2; t. s. c. condito 3. c) quousque *ras. corr.* 3. d) existit 2; extitit 3. e) ecclesia 2. 3. f) *deest* 3. g) ab e. s. c. honore 3. h) in isto 3. i) hedificata et explecta, tam ab eo dedicata fuit t. d. Iustinianum ducem 2; ed. f. et ab eodem expleta t. Iu. d. 3. k) v. et *des.* 2. l) *deest* 2; dopnus 3. m) Ursyon̄ 2; Ursonus 3. n) c. s. *des.* 2. o) parentum 2. p) *manu poster. corr. ex* Gemmani 1; G. Busignaci 2. 3. q) qui vixit et s. 2. r) C. s. *des.* 1. s) pars 2; *cancell.* 3. t) Magnus Candianus 2. u) habitator Rivoalti 2; habitatoris *(ras.)* Rivoalti 3. v) Dorsoduyro 3. w) ecclesiam 2. 3. x) *deest* 3. y) *numerus deest* 2. 3. z) parentum 2. 3. a) Iohannis Apollo 2; Iohannis Apolo 3. b) *ita correxi;* Gausus 1; Grauso 2; Crausus 3. c) parentum 2. 3. d) f. Petri Grusoni 2 e) *ita* 2; pat̄ ei⁹ 1; patrie 3. f) q. v. an. *omisso numero* 2. 3. g) civitatis 2. 3. h) habitator 2. i) Metadori 2; Mazaduri 3. k) *corr. ex* VI *manu poster.* 1; qui vixit et s. an. XI, men. VI 2. l) Matamauci 3. m) *deest* 1. — Barba Taurelus 2. n) qui s. an .... 2; s. annos ... 3, *numero omisso.* o) *hic iterum incipit* 4, *addito hoc titulo:* Qualiter Dominicus fuit electus episcopus de Veglia *(sic!)*, ubi sequitur de morte impii ducis. p) *deest* 1. q) s. parentum 2. 3. r) vecla 2. s) Metam. 3. t) Romanus V. in ec. s. Marci 2. u) residens 2. 3. 4. v) delectatus 2. w) ad hos 3. 4. x) conlaudatus f. et ad p. electus 2; collaudatum f. et ad pontificalem el. 3. 4. y) renuebat 2. 3. 4. z) lectionem 2. a) sed vi 2. b) ductus 3. 4. c) expuens ip. 2; r. illum 3. 4. d) Venetiarum 4.

1) Fabulosa haec esse, manifestum est. 2) Hunc omittunt tam ceteri antiqui auctores, Iohannes diaconus et Andreas Dandulus, quam novi scriptores. 3) Huius civitatis nullum inveni vestigium. 4) Marini patricii filium hunc nominant Iohannes diaconus p. 20. et Dandulus col. 186 E. 5) Hanc vocem esse ut vocatur adiectivum atque idem significare quod hodie apud Italos 'vecchio', docet Gloria in 'Codice diplomatico Padovano' in Glossario sub voce 'veclus'.

populo[a] propter[b] pravitatem Petri Trundominico[1] impiissimi ducis; propter[c] quod multiplicati erant servi illius, qui potestate acgravabat omnibus et percutiebat[d]. Aput illum[e] risantes et odiosi[f] permanentes erant omnibus: Venecie[g] populi optabat[h] illum interficere. Iste electus perfidus in eo permanens[i], noluit de[k] eo impio investicione reciperet; set supra altare[l] beatissimi Marci susceptus[m] est baculo[n] pontificalis. Multiplicati[o] sunt populi, cum ordinatu navigio[p] ad Gradum metropoli[q] venerunt; ad[r] domnum patriarcham consecratum fuit, tam a ceteri episcoporum confratrum confirmatum. Revertentes naves[s], episcopum in episcopatum egressus est. Servi vero cum navigio[t] occurrebant illum[u] aprendere[v] proximante[w] palatium; sed minime potuerunt. Reversi[x] sunt servi in palacium. Cumque impius dux permannentem[y] perfidus ut Iudeus, omni iniquitate plenus, coram omni[z] Venecie populo, quo[a] consilio periti[b] erant omnibus apud illum interficiendum[c], eadem[d] hora quod[e] veniret per cenobium sancti Çacharie cum multitudo[f] servi illius, nolebat et[g] odebat cum alienis pergere. Cum in ecclesiam[h] volebat ipse dux ingredi, in vigilia[i] exaltacione sancte Crucis ad vesperum[k], Stefanus[l] de Sablone et Dimitrio Kale- Sept. 13
brisino[m] cum Petro genero, soli[n] isti tres ante atrium[o] ecclesie intestaverunt[2] illum, et statim mortuus est. Ingressi autem illi ecclesie[p], servi apprensebant[q] intus ecclesie interficere[r] illos. Videntes universi illi[s] populi repleta[t] esset ecclesia, nec servi nolebat[u] ingredi, nec ipsi fora[v] exire presumpserat[w]. Scientes[x] servi, quod certe[y] per anguli[z] monasterii postpositi erat[a], cum[b] turba servorum ad unum erat[a] retinentes; videntes, ut[c] minime poterat[d] contrastare[e.3] a vulgo, ab armis strenuis[f] in palacium[g] venire ceperunt. Per triginta dies morati[h] sunt in palatio, contrastantes infra cum[b] omnem[i] circumadstantium Venecie populi, que per provinciis[k] cum[l] universum navigium erat eventum. Pars parti[m] non poterat[n] contristari, quod multiplicati[o] et universi erat servorum; omnibus[p] autem contumaces illis erat herentes et contristantes[q] coram universum[r] populum. Iste domnus[s] Dominicus, Olivolensem[t] religiosisimum episcopum, sive autem[u] nolenti voluntate[v] interemptionis[w] necem[x] minime fuit de iste[y] impius dux, patuavit[4] suorum multiplicata[z] servorum pro[a] sacramentum pro securitate, cum omne[b] circum palacii de foris adstantem[c] Venecie populi[d], ut nullam lesionem aberet[e] apud illorum[f]; set proferebat omnem populum de eorum sumptibus ad herogandum[g.5] illos, et laudabat cum[h] ad opponendum[i] ipsos, cum

a) populum 3. b) protervitatem P. Tribuni 2; pr. p. (propterritatem? 4) Petrus Tribunus impiissimus dux 3. 4. c) p. multiplicatos servules per potestatem agravabat omnes et percuciebat 2; p. q. m. s. il. per (*deest* 4) potestatem aggravabant omnes et 3. 4. d) perentiebat 1; percutiebant 3. 4. e) ill. rixantes 2. 3; cum r. 4. f) odio se 4. g) V. populis 2; Veneti p. 4. h) *corr. ex* aptabat *manu post.* 1; cogitabat 2; obstabant 4. i) in eo permansit 2; permansit in eo 3; p. in eo 4. k) ab e. i. investicionem recipere 2; de eum impium investitionem recipere 3; de illo impio inv. accipere 4. l) altari 4. m) supseptus 1. n) p. b. 2; pontificali b. 3; pontifilis baulo 4. o) multiplicato populo 2; multiplicantur p. 3. 4. p) c hornata navigio a 2; ceum (cecis 4) ornatum navigium ad 3. 4. q) metropolin 2; metropolim 4. r) ad domino patriarcha f. consecratus, t. a c. ep. confratribus confirmatus 2; ad domum patriarchalem (patriarche 4) f. c. t. ad c. (alliorum *addit* 4) ep. fratrum c. 3. 4. s) revertentibus navibus episcopus 2, revertente n. episcopus 3; r. n. episcopus 4. t) navigium 2. 3. 4. u) illi ut 2. v) apprehendere 2. 3; aprehendere 4. w) proximantem 2. x) r. ergo sunt in p. 2. y) permaneret 2; permanente 3; permanes 4. z) omne V. populum 2; omnem V. populum 3; omnem Venetum populum 4. a) quod conscilium 2 b) p. erat 2; parati er. 3. 4. c) ad int. 2. d) eade 1. e) qua 3; quo 4. f) multitudine 2. g) et od. *des.* 2. h) ecclesia 3. 4. i) die vigilie exaltationis 2; vigilias exaltationis 3; ip. d. vol. ingr. in vig. exaltationis 4. k) vesperas 4. l) Stephanus 2. 3. 4. m) Kalabrisino 2; Kallabrissino 4. n) *ita correxi cum editore in 'Arch. st. It. App.' V*, 68; sali 1. 2; saliante 3. 4, *omissis verbis:* isti tres. o) *ita* 2. 3. 4; altum 1. p) ecclesia 2; ecclesiam 4. q) obpresebant 2; obsidebant 3. 4. r) ut interficerent 3. 4. s) *deest* 2. 3. 4. t) *corr. manu post. ex* repleti 1; r. e. ecclesiam 2; repletam esse ecc. 3. 4. u) volebant 2; poterant 3. 4. v) foras 2. 3. 4. w) presumpserant 2; poterant 3. 4. x) sientes 2. y) cetere 2; ceteri 3. 4. z) angulos 2. 3. 4. a) erant 3. 4. b) con 4. c) vero 3. d) poterant 3. 4. e) contristare 2. f) streniis 2. g) i. p. *des.* 3. 4. h) mora 4. i) omnium circum stancium V. p. q. 2; omne circumastantium populum V. (Venetum 4) quem 3. 4. k) provincias 2. 3. 4. l) c. universo navigio erat eventer 2; c. universo erant navigio eventus 3. 4. m) partem 2; pars 3; partes, *omisso* pars 4. n) poterant 3. 4. o) m. et un. erant s. 2; mult. erant servi 3. 4. p) om. a. contumacibus i. e. h. 2; omnes a. c. erant i. erentes 3. 4. q) contrastantes 3. 4. r) universo populo 3; populo universo 4. s) dopnus 3; dompnus 4. t) Olivolensis religiosus episcopus 3. 4. u) *deest* 4. v) voluptate 2. w) intereptionis 1; interemcionis 2; intencionis 4. x) *ita legerim cum* 3; nec est 1. 2; neĉe(?) 4. *Locus manifeste corruptus interpretandus esse videtur, episcopum Dominicum longe abhorruisse ab occisione ducis Petri.* y) isto impio duce 4. z) multiplicati 3. 4. a) per s. et securitatem 3. 4. b) omnem 2. 3. 4. c) adstantes 3. 4. d) populo 2; et p. 4. e) haberent 3. f) illos s. p. et laudabat om. p. de illorum s. 4. g) errogandum 3; et ad er. 4. h) *deest* 3. 4. i) ponendum 2; apponendum 3; et ad opp. l. illos c. ipsorum 4.

1) De toto hoc loco videas librum meum de Andrea Dandulo p. 86. et 'Studien' I, p. 32. 2) '*Intestatus* ebbe tale una forza nel lingguagio dei tempi di mezzo che quel verbo potrebbe interpretarsi per uccidere senza dare altrui tempo di far testamento, cioè per violenza e d'improviso. Ma forse qui vuol dire soltanto ammazzare a colpi dati sul capo'; 'Arch. st. It. App.' t. V, p. 4. 3) i. e. adversari. 4) i. e. pactuavit, pactus est. 5) i. e. ad erogandum.

illorum moribus[a], ad habitandum in terra posita proximum insula[b] Matamauco, ut medietate aut duas pars[c] illorum esset in perpetuum habitantes. Ceteri conlaudaverunt[d] et constituerunt insule finis[e] habitare per iudicamentum iudiciorum et[f] per scriptum firmamentum, et per duodecim sacramentalibus[g] ipsi securi fuerunt. Et concessit omnibus illorum[h] servorum, aquis[i], paludes et canalibus in illorum potestatibus[k] esset. Subiugati sunt servi illi per[l] ipsorum laudacionem[m] in omnibus ducibus iussione[n], tam in omnem[o] bonorum hominum honore. Cum[p] honore et cum omne[q] salvacionem illorum patuati sunt servi cum omnibus nobiliores[r] Veneticos. Disuaserunt[s] autem palacium; in sexagesimo[t] enim die directi sunt in loco hanc[u] ad eorum habitatione, que Popilias[v,1] enim[w] nominanda[x] est. Ad omnem[y] Venetiquorum populo erogati sunt. Inter hec aliquanti insipientes[z] cum omni[a] stulticiam levaverunt dux[b] Regi Karosus[c] Masculinus; per medium annum in palacium moratus est. Ad[d] Dominicus Orcianicus et alii ceteri, qui cum eo venerunt in palacium, efluxerunt[e] oculi eius. Dominicus, pacificus et humilimus[f] episcopus, vixit et sedit in episcopatu annum 1 et[g] menses 6.

Dominicus Orcianicus[h], qui evulsit oculos Regi Karosus[i], heruditis[k] literis [erat[l], cum forcia] absciderunt barba[m] eius. Ad[n] omnem Venecie populum electum episcopum fuit; et frater illius[o] in[p] archipresbiterali ordine conlaudatus[q] est, et[r] absciderunt barba[m] illius. Tunc[s] autem et Petrus[t] Ranosus, qui milles[u] et tribunus fuit, qui Particosus dicitur[v], ita similiter fecerunt; et consecratus est[w], ut archidiaconus fungeretur officii. Ceteri autem alii, qui fuerunt cum eos[x] inventi in hanc ecclesiam Gradensem stantem[y], barbis[z] ab omnibus abscise sunt, et transmissi fuerunt[a] in monachorum[b] çenobii absque illos[c] omni voluntate. Similiter dominus[d] iste Dominicus episcopum[e] magnum[f] agravatus fuit dolore, quare absque volumptate[g] ascensurus[h] est honore. Uxor illius veste[i] erat mutata, in episcopium[k] cum eo erat permanendo[l]; caste[m] amborum viventem, Dei autem[n] precepta custodiente[o], ambo illi salvati sunt, vir propter mulierem, et mulier[p] propter virum. Filii illorum subditi erant ad serviendum eorum[q]. Renuens autem episcopatum, ad[r] Hierosolimmam pergens[s] ad Domini sepulcrorum[t], ipse hic conlaudavit[u]; et[v] omnem clerum et populum elegerunt stante[w]

Petrum[x,2], filius Petrum[y], qui fuit similiter filius Petrum[z] duci Dominico Tribuno, viginti quinque erat[a] annorum. Istius vero tempore[b] corpora sanctorum Nicodemis[c] presbiteri et martiris et sancti Saturnini[d] monachi[e] et martiris[*] in Venecia translati[f] sunt et in ecclesia sancte[g] Marie Formose posite[h] sunt; et eadem[i] Dei ecclesia ad[k] dominum

*) 3. 4 *add.:* et caput sancti Romani monaci.

a) maioribus 2; uxoribus 3. 4. b) in ins. de M. 3. 4. c) partes de illis essent 3. (eēūs) 4. d) collaudaverunt 3; colaudav. 4. e) fines 4. f) et p. s. firmamenti 2; et s. firmamenti 3; et scripti firmamenti 4. g) sacramenta ip. sec. f. 3; pro. d. sacramentis episcopi fȝ (sed?) insecuri f. 4. h) s. ill. 3. 4. i) aq. patules c. 2; aquas p. e. c. 3; aq paludibus 4. k) es. p. 2; essent p. 3. 4. l) et 4. m) laudationes 3. 4. n) iusionem 2. o) omne 2; omni 4. p) C. h. *des.* 4. q) omni s. il. 2; omni salvatione eorum 3; omnes salutationem ill. 4. r) nobilioribus Veneticis 2; nobilioribus Venetis 4. s) dimiserunt 3. 4. t) sextogesimus 4. u) hac ad e. habitationem 2; illo ad e. h. (habitationes 4) 3. 4. v) Popilia 3; Popillia 4. w) *deest* 4. x) nominata 2. y) omne Veneticorum p. er. s. 2; om. Veneticorum populum errogati s. 3. (er. s. pop.) 4. z) inscipientes 3. 4. a) omnem 3. 4. b) ducem 2. 3. 4. c) Carosus 3; Karossus 4. d) at 2; *deest* 3. 4. e) effluxerunt 2; evulserunt 3. 4. f) humilinus 3. g) et m. 6 *des.* 3; annis ... *omisso numero annorum necnon mensium* 4. h) Orcianus 2. 4, *ubi haec adduntur verba:* Qualiter Dominicus Orcianus per forcia in episcopatu est electus. i) Charosus 2; Karossus 4. k) eruditus litteris 2. 3; er. *deest* 4. l) er. c. f. *des.* 1; er. per fortia ab. b. e. 3; er. per forciam absciserunt e. b. 4. m) barbam 2. 3. 4. n) ad omni V. populo electus episcopo 2; ad o. V. p. ep el. 3; et o. Venetum p ep. el. 4. o) eius 2. p) marchi pr. 1; Marcus pr. 2; in archapr. 3; marcha pr. 4. q) commendatus 3. 4. r) hic 2. s) Tam 3. 4. t) Petro 2. u) miles 2; milex 3. 4. v) Particos condicitur 4. w) e. ut archidiaconatus f. of. 2; est archidiaconus 3. 4. x) eis 2. 4; eo 3. y) stantes 3; stant 4. z) *ita* 3. 4; barb' 1. 2. a) sunt 3. 4. b) m. zenobium 2; monasterium 3; monasterio 4. c) illorum omnium 2; om. illorum 3. 4. d) dompnus 3. 4. e) episcopus 3. 4. f) magnus dolor (magno dolore 4) aggravatus f. 3. 4. g) voluntate 2. 3; sua *add.* 3. 4. h) asc. erat ad episcopii dignitatem 3; asc. episcopatus dignitatem 4. i) statim mutavit vestem 3. 4. k) episcopio 3. 4. l) permanendus 3; *deest* 4. m) caste 1; in castitate viventes 3. 4. n) *deest* 4. o) custodientes 2. 3. 4. p) p. v. m. 3. 4. q) eos 2; eis 3. 4. r) ad Ierosolimam 2. 4; ab Ierosolimam 3. s) pgnes 1. t) sepulcrum 2. 3. 4. *Cetera desunt* 4. u) collaud. 3. v) cum 3. w) statim 3. x) Patrici 3. y) Petri 3. z) Petri ducis D. Iuliano 3. a) an. er. 2. b) temporis 3. c) Nicomedis 2; Nichomedis 3. d) Saturini 2. e) mon. et *des.* 2. 3. f) traslati 1; translata 3. g) *deest* 2. h) posita 2; positi 3. i) eandem D. ecclesiam 3. k) ad domino Petro episcopo 2; ad dopnum P. e. 3.

1) Poveglia. 2) Iohannem quendam successisse, dicit Capelletti IX, p. 132, cuius nomen subscriptum vult in duobus ducis Ursi Partecipazii documentis; sedisse eum dicit a. 920—929.

Petrum episcopum dedicata est, que suum avum[a] et avunculum a terra prostrenuit[b], et eam nova[c] et excelsa fundaverunt et edifficaverunt. Qui[d] vixit et sedit in episcopatu an. 8.

Ursus, qui fuit filius Petri Magadisi, vicarius Sancti Cassiani martiris, vir omni bonitate et sapiencia plenus, qui fuit nacione suorum parentorum de Eracliana[e] nova civitatis, habitatores Rivo-alti. Qui[f] vixit et sedit in episcopatu an. [12[g]].

Dominicus, qui fuit filius Iohannis Tanolicus[h], capellanus autem[i] fuit sancti[k] Marci ecclesie, capelle[l] curtis[1] palacii, cancellarium[m] autem et notarium ecclesia sancti Iohannis que Bragulla[n] appellantur, quod[o] exinde patrocinia sancti Iohannis baptiste provincie Bragula nomine deduxit. Istius domini[p] Dominicus episcopum parentesque illi[q] fundaverunt et[r] edifficaverunt ad honorem sancti baptiste[s] Iohannis, sic in Bragula fundaverunt, sicut provincia appellatur[2]. Qui vixit et sedit an. [7[g]].

Petrus, qui fuit filius Theodosio[t] Marturio ecclesie[u] sancti Augustini, que de[v] suis parentibus fundata et[w] edifficata fuit[x]. Que[y] de suum patrimonium per testamentum in iudicacione[z], dominacione et ordinacione ad[a] eum advenit, ita relictus est in sua matre ecclesia in omni episcoporum iussione et ordinacione. Qui vixit et sedit an. [8[g]].

Georgio[b], qui fuit filius Andreadi Georgii[c] tribuno[d] de Equillo[e], capellanus fuit capelle sancti Marci curtis[f] palacii[g]; qui vixit et sedit an.[h] 1, mens. 6.

Marinus[i], qui fuit filius Petrus Kaveranicus[k], vir omni bonitate ornatus; qui vixit et sedit an. viginti, mens.[l] 2.

Dominicus, qui fuit filius item[m] Dominicus[n] Gradonicus, qui est cunicus[o], ad dominum[p] Petrum ducem Ursyolum electus est, ad[q] dominum Vitalis patriarcha consecratus est; qui[r] vixit et[s] sedit an. 33, mens. 2.

Dominicus, qui fuit nepus[t] iste[u] dominus Dominicus episcopus, filius Iohanni[v] Gra- 1026.
donicus, hetatem[w] fuit annorum 18. Istius vero tempore[x] orta est inter[y] Veneticorum populum contra Otonem ducem magna contumelia[3]. Capud[z] supra omnem populum erectus[a] fuit Dominicus Flabianus. Apprehensum[b] ad illum, tam ad omnem Venecie[c] populi, dominum[d] Otonem ducem; abstulerunt[e] ad eum suum honore et Grecie imperatore[f] exiliatum eum transmiserunt. Et[g] levaverunt ducem Petrus Barbolanus, que Centranicus dicitur. Tres annos retentus est[h] ipse[i] ducatum. Ante quod[k] quartum annum[l] expletum esset, apprehensus est Petrum[m] ducem ad[n] dominum Ursonem patriarcha, cum[o] ipsi toti populorum Venecie, qui eum laudaverunt[p] ducem. Disposuerunt[q] eum de ducatum[r] et absciderunt barba[s] eius et cum[t] monachali habitu et ornatum veste transmiserunt illum similiter exiliatum in[u] Grecia in imperatore potestate; et Dominicus Flabianus, prudentissimus vir, c. 1031.
ad[v] dominum Ursonem patriarcha eiectus[w] est de patria; per integrum annum moratus est et amplius[x] in Italia. Dominus[y] presuli Ursone in Grecia transmissus est[z] ad imperatorem,

a) s. aliter avunculo 3. b) prostravit 3. c) novam et excelsam 2. 3. d) sedit dompnus Petrus in ep a. VIII, cui successit 3. e) Eradiana 1; Er. n. civitate 2; Eracliano n. civitate 3. f) sedit an... cui successit 3. g) *numerus deest* 2. 3. h) Tanolici 2. 3. i) a. fuit *des.* 3. k) ecc. s. M. 2. l) c. curie p. 2; cap. cur. p. *des.* 3. m) cancellarius a. et notarius 2. 3. n) Bragula appellatur 2. 3. o) quod — baptiste *des.* 1; qui 3. p) dom̄ 1; iste dominus D. episcopus 2; istius dompni Dominici episcopi 3. q) illius 2. r) et hed. — sicut in B. fundav. *in margine manu poster.* 2. s) *deest* 3. t) Theodosii M. 2; Tudosio Martirio 3. u) s. Aug. ec. 3. v) a 2. w) *deest* 3. x) sunt 3. y) quam 2; et 3. z) iudicac̃ 1; iudicac̄ 2; iudicat̄ 3. a) ad — ordin. *des.* 1. 2. b) Georgius 2; cui successit Georgius 3. c) Georgio 3. d) tribuni 2. e) Equilo 2. 3. f) curie 2. 3. g) *deest* 2. h) annum I et menses VI; cui successit 3. i) Mar. q. f. *des.* 3. k) Kaŭanicus 1; Petri Kauanicus 2; Petri Cassianici 3. l) et menses II; cui successit 3. m) *deest* 3. n) Dominici Gradonici 3. o) *ita* 1 *et* 2 *habere videntur, verbis* q. e. c. *in* 2 *manu, ut videtur, alia suprascriptis;* q. fuit heuoucus 3; *fortasse legendum est* civicus, *ut legitur in melioribus Danduli Annalium codicibus ad lib. IX, c. I, p. VIII.* p) domino (?) Petro duce Ursiolo 2; domum P. Ursiolum d. 3. q) a dom̄ V. p. 2; et ad dompnum Vitalem patriarcham 3. r) *deest* 3. s) et sed. *des.* 2; et s. in episcopatu annos XXXIV et menses II 3. t) neptus 1; nepos 2. 3. u) istius Dominici episcopi 3. v) Iohannis Gradonici 2. 3. w) etate 2; item 3. x) temporis 3. y) m. c. i. V. p. c. d. Ottonem 3. z) caput 2. 3. a) electū 3. b) appreensum 2. c) populum V. 3. d) dompnum Ottonem 3. e) abst. ab eo s. honorem et Gr. 2; extra ducatum eiectus et in Grecia 3. f) inperatori 2; ad imperatorem ex. transmissus 3. g) et l. d. Petrum B. qui 2; levatus est dux P. Babolanus qui 3. h) retinuit 2. 3. i) *deest* 3. k) antequam 3. l) ex. es. an. P. d. ap. e. 3. m) Petrus dux 2. 3. n) ad domino U. p. 2; a dompno Ursone p. 3. o) c. toto populo V. 3. p) collaud. 3. q) deposuerunt 3. r) ducatu 3. s) barbam 3. t) c. m. h. et ornata veste 2; et cum veste monaci 3. u) in Greciam imperatoris p. 2; in G. imperatoris potestatem 3. v) a domino Ursone 2; a dompno Ursone 3. w) electus 1. x) plus 3. y) d. Urs. presul 2; dompnus presul Urson̄ 3. z) transmisit nuncios 3.

1) i. e. curiae, aulae. 2) Hodie S. Giovanni in Bragora. Partem manus dextrae s. Iohannis baptistae tunc de provincia Bragula 'aut potius civitate provinciae Thraciae, Βεϱγούλη Ptolomaeo, Cedreno Βεϱγούλιον, Bergula Antonino', Venetias esse translatam, volunt AA. SS. Iun. IV, p. 776. 3) Cf. Bresslau, 'Jahrb. Konrad II.' I, p. 156.

ut reverteret frater[a] suum Otonem. Sic retentus est ipse potestate[b] et ducatum, sicut dux fuisset levatum[c], per medium[d] et integrum annum[1]. Vitali[e] autem episcopum Torcellensi, fratrem istius presuli Ursoni[f] et Otoni duci, missaticum[2] prudentem, enarratus est imperatore mistica[3] cum epistola et cum verborum parabola; cum magno amore receptus[e], et accepto ab imperatore comeatu, sic obiit frater[g] Otonem. Subito[h] nunciatum fuit Ursoni
1032. presuli. Dominicum[i] Ursoyolum de propria tribu illorum pertinentem consanguineum[i*] absque Veneticorum populi voluntatem[k,4] apprehensus est[l] Venecie ducatum. Dux[m] se levavit; per integrum diem et nocte[n] una moravit et in Ravenna fuga[o] lapsus est. Reversus Dominicus Flabianus [de[p] Italia, cum magno honore] dux fuit elevatum[q]. Iste puer Dominicus ad[r] Dominicus Flabianus dux elevatus[s] est episcopum; qui vixit et sedit in[t] episcopatu ann. [10[u]].

Dominicus[v] Contarenus*, vir simplex[w] et omni honore[x] dignus, electus[y] est episcopus; qui iuste rexit Olivolensem ecclesiam et ornavit[z] eam. Qui vixit et sedit in eadem sancta[a] Dei ecclesia an. [16[b]].

Henricus, qui fuit[c] filius domini[d] Dominici Contareni duci[e], nepus[f] istius domini[g] Dominici episcopi superioris; qui vixit in[h] eodem episcopatu an. . . .

Vitalis[i] Michael, qui fuit vicarius ecclesie sancti Pauli, electus est[a] episcopus et rexit sanctam Olivolensem ecclesiam an. . . .

ADDITAMENTUM

cod. 3.

Iohannes Pollani[5] sedit ann. . . .
Vitalis Michael[6] sedit ann. . . .
Phylippus Casolus sedit annum unum et menses 4[7].
Marcus Nicola sedit annos 52, et menses 11.
Marcus Michael sedit annos 6.

*) 4, *qui tantum hunc episcopum et duos eius successores exhibet, addit:* qui fuit frater domini Dominici ducis.

V.

[NOMINA[k] VENETICORUM, QUI DE ERACLIANA NOVA CIVITATE EXIERUNT ET DE EQUILUM CASTELLUM ET IN RIVO-ALTO ECCLESIAS HEDIFICAVERUNT.]

Lupanicus in Luprius[8] cum Manciacus[l] ecclesiam fecerunt[9] ad honorem sancti Hermachore explentem[m] centum et amplius[n] annorum, antequam corpora sanctorum Hermachore martiris et ceterorum aliorum sanctorum in[o] Gradense[p] civitatem ibi fuisset introeuntem.

Scuvacalles vero invenerunt corpora[q] sanctorum Sergi[r] et Bachi; ipsi ad illorum honore[s] ecclesiam fecerunt.

Valeressi[t] et Pipini multa habentes erunt[u] patrocinia de corpus[v] sancti Martini confessoris; isti cum alios[w] convicinantes fecerunt ecclesiam ad eius honorem. Scola[x] autem

a) *ita* 1 *et* 2 *habere videntur* (fr̄ 1; frat 2); ut dimitterent fratrem suum Ottonem 3. b) potestatem 3. c) levatus 2. 3. d) per unum annum et dimidium 3. e) Vitalis autem episcopus Torcellensis, frater istius presuli Ursonis et Ottoni ducis, per missaticum cum epistola venit ad imperatorem, et ab eo honorifice susceptus est 3. f) Orsoni 1. g) fr̄ (super) 1. 2 *pro* fr; 3 *habet:* ac. com. ab imp. illuc obiit dux Otto. h) Statim 3. i) D. Ursiolum 2; Dominicus Ursiolus 3. i*) consang. — voluntatem *des.* 2. k) voluntati 3. l) apprehensit 3. m) ducem se lev. 2; dux fuit 3. n) noctem unam 2; noctem unam ibi 3. o) fugam 2. p) de It. — honore *des.* 1. q) elevatus 2. 3. r) a D. Fl. 2; a Dominico Flabiano duce 3. s) electus est ep. 2; electus est episcopus 3. t) in ep. *des.* 2. u) *hunc numerum falsum omittunt* 2. 3. v) Dominicus — ecclesia an. 16 *des.* 3. w) simpex 1; sapiens 2. x) hononore 1. y) *deest* 1. 4. z) hornavit 2. a) *deest* 2. b) *hunc numerum falsum add.* 1, XXXVIII 4. c) *deest* 1. d) *deest* 3. e) ducis 3. f) nepos 2. 3. 4. g) dopni 3. h) in eadem sancta Dei ecclesia annos XXXVIII 3. i) V. Michaelis 1; Vitalis M. ecclesiam an. *des.* 3. k) Nomina — hedificaverunt *des.* 1. 3; Liber tercius 3. l) Manciač 1; manciatione 2; maciac 3. m) explentem — Hermachore *des.* 3. n) amblius 1. o) *bis scr.* 1. p) Gradensem c. 2; Gradensi civitate 3. q) s. c. 2. r) Serçi 2. s) honorem 2. 3. t) Vallerissi 2; Valerissi 3. u) erant 2; *deest* 3, *ubi* p. h. v) corpore 2. 3. w) aliis convicinantibus 2. x) scolam 3.

1) *per annum et menses* 2 Annales Veneti et Catalogi ducum infra edendi. 2) i. e. missus, nuntius. 3) i. e. mystica, secreta. 4) Non modicam partem populi Venetici hunc sibi ducem elegisse, dicunt Catalogi, quos n. 1. citavimus. Dandulus hunc nostrum anonymum auctorem secutus est (l. l. col. 240 C: *modica parte populi consentiente*). 5) Immo, Bonifacium Faledro successisse medio mense Decembri a. 1120, docent Annales Veneti infra p. 70; rexit ecclesiam Olivolensem sive Castellanam usque ad a. 1133. 6) Successorem Iohannis Polani quendam Petrum (fort. Grandaliconi) profert Cappelletti IX, 172 sqq. 7) Cf. Cappelletti ibid. p. 179. 8) Insula quaedam civitatis Venetiarum. 9) De omnibus hisce ecclesiis, quarum maxima pars ante annum 1000. condita hodie quoque exstat, conferas praestantissimum illum Flam. Cornelii librum 'Ecclesiae Venetae et Torcellanae' vel eiusdem brevius compendium 'Notizie storiche delle chiese e monasteri di Venezia e di Torcello' (1758).

ad honorem sancti Michaelis archangeli et sancti Viti martiris de illorum potentia in hac Dei ecclesia, aurum et argentum ad illorum salutem propter decimum[a] ibique perpetualem constituerunt.

Burcallus Brandonicus multitudo benignitatum erat habentem. In viduis et in omnium orphanorum miseria erat inpendentem[b]; de ecclesia festinosus; in elemosinis et oracionibus nimium perseverantem erat cum omni humilitate vivendo; propter hoc[c] totum omnibus[d] videntes erunt, Graciosus Dei appellatur. Ipse fecit ecclesiam sancti Danielis propheta[e].

Bausi[f], que Barboli[g] appellantur, ipsi ecclesiam fecerunt ad honorem sancte Dei genitricis semperque virginis Marie, que Formosa ecclesia[h] appellatur.

Mastalici ecclesiam fecerunt ad honorem sancte Marie virginis.

Gardocus[i] Gardolicus fecit ecclesiam ad honorem sanctorum apostolorum.

Grausoni cum Georgio[k] tribuni[l] fecerunt ecclesiam ad honorem sancte de Grecum[m] sermonem Ana Sophia[n], Latine Christi verbum nominatur[o] [1].

Emilianus[p] tribuni[q] fecit ecclesiam ad[r] honorem sancti Thome apostoli.

Coloprini et Burcaldus[s] Brandonicus et Faletri fecerunt ecclesiam ad[r] honorem sancti Benedicti abbatis.

Cavarnariti fecit[t] ecclesiam ad honorem Domini et[b] Salvatoris. In gratis[2] ferreis pavimentum fecit. Subtus autem meatos aque rigantur in ea forma, sicut in Ierosolimis ad Domini tumulum ibique ecclesia facta viderentur[u].

Venit Salvianus nomine de Salonichi cum Antonina matre sua[v], secum[w] deduxit potentie multitudo et patrocinia de corpore sancti Dimitrii martiris et de sancti[x] Anastasii et de sancte[y] Barbare virginis. Et Valerissi[z] et Batioculum[a] similiter habeuntes[b] illi erunt patrociniis[c] de corpore sancti Bartolomei[d] apostoli. Toti autem isti fecerunt ecclesiam ad[e] honorem sancti Dimitrii martiris[3].

Gumbanicus[f] Barbadicus[g] et Regini[h] Griciosus insimul cum Ranosus, quem[i] Karosus apellatur, toti isti fecerunt ecclesiam sancte Dei genitricis Marie, que Iubianicus[k] modo[l] apellata est.

Maurocenos et Gumbos et Lupanicus[m] cum ceteris alii[n] convicinantes fecerunt ecclesiam ad honorem sancti Mauri martiris et aliam parva[o] ad honore[p] sancti Gabrielis archangeli[4].

Candianus multa habentes[q] erant patrocinia[r] de sanctum[s] Maricium et sociorum eius et de sanctum Adrianum. Ipse ad eorum honorem ecclesiam fecit et aurum et argentum et multitudinem terrenum ibique concessit ad suam et parentorum salutem.

Particiaci patrocinia multa erunt[t] abentes de sanctum[u] Ieorgium, et Calbani[v] de sanctum[w] Servolum; ambo insimul due[x] ecclesie fecerunt ad honorem illorum. In ecclesia[y] sancti Servoli[z] ibique[a] monasterium constituerunt monacharum[b].

Pressi[c] de Patua venerunt; de Civitate nova exierunt. Illos[d] ecclesiam sancti Gregorii[e] fecerunt cum ceteri[f] convicini.

Calosi[g], que Caysoli apelatur, insimul cum Barbadici[h] et Ranosi, ipsi omnes[i] ecclesiam fecerunt sancti Vitalis.

a) *deest* 2. b) inpendente 2; imp. 3. c) quod hoc 2. 3. d) omni 2. e) prophete 2. 3. f) Gausi quoque 3; *notandum vero est, litteras initiales nominum in 3 aut deesse aut alia manu appositas esse.* g) Babolani 3. h) *deest* 3. i) Gardociis 1. k) Ieorgio 2; Geiorgio 3. l) tribuñ 1; tribuno 3. m) Greco sermone 2. n) Sophya 3. o) nominantur 1. p) Thonistus 3. q) tribuñ 1; tribunus 2. 3. r) ad h. *des.* 2. s) B. Bradonicus 1; Burgaldus Braudonicus 3. t) fecerunt 2. u) videntur 2. v) suam 2. w) et s. 3. x) sancto Anastasio 3. y) s. B. virginine 2; sancta Barbara virgine 3. z) Vallerissi 2. a) Beatioculum 2. b) habebant 3. — er. il. 2. c) patrocinia 2. 3. d) Bortolomei 1. e) ad h. s. *des.* 3. f) Gubanicus 2; (I)umbanicus 3. g) Babadicus 3. h) Regious 3. i) que 2; qui 3. k) Iubanicus 2; Iubaniĉ 3. l) nunc 3. m) Lupanicos 3. n) aliis convicinantibus 2; aliis c. 3. o) parvam 2. 3. p) honorem 2. 3. q) habens erat 2. r) patrociania 3. s) sancto Mauritio et s. ei. et de sancto Adriano 2. 3. t) erant 2. — hab. 2. 3. u) sancto Georgio 2. 3. v) Calbañ 1. w) sancto Servolo 2; sancto Servulo 3. x) duas ecclesias f. ad il. h. 2. 3. y) ecclesiam 2; ecclesiola 3. z) Servuli 3. a) *deest* 3. b) monachis 2. c) Egressi 3. d) illi 2. 3. e) Georgii 2. 3. f) c. convicinī 1; ceteris convicinis 2. 3. g) Calosy que Casoly appellantur 2; C. qui C. appellantur 3. h) Barbadicis et Ranosis 2. 3. i) *deest* 2.

1) Cf. Pauli Hist. Lang. I, 25. 2) i. e.: pavimentum cratibus ferreis constructum erat et subtus aquae meatibus rigabatur. 3) Hodie teste Flaminio Cornelio ecclesia S. Bartholomaei prope Rivum-altum sita. 4) Hae duae ecclesiae in insula Burani sitae erant.

Bololus[a], que Buldu apellatur[b], ipsi ecclesiam fecerunt ad honore[c] sancti Samuelis profete.

Gemo[d] Busignaci, que Gemani appellantur, ipsi ecclesiam fecerunt ad honorem sancte Margarite virginis.

Bachi et Calpini[e] Alboli, ipsi ecclesiam fecerunt sancti Pantaleonis.

Apoli cum Burcallus[f] Brandonicus et Lugnani[g], toti isti fecerunt ecclesiam sancti Pauli apostoli.

Cynopi fecerunt ecclesiam ad[h] honorem sancti Iacobi apostoli.

Teodosius Mauroceni[i], ipse fecit ecclesiam sancti Augustini.

Mauroceni Bucosus scola[k] sancti Magni martiris[1].

Campoli[l], ipsi fecerunt ecclesiam sancti Appollenaris[m].

Ausibiaci Batioculum et Vitrigaci[n] et Flabianici et Benati[o] et Coloprini[p], toti isti fecerunt due[q] ecclesie, una ad honorem sancti Silvestri pape et alia[r] ad honorem sancti Paterniani[s]; et dederunt in eis ecclesiis multitudinem[t] terrenum[u] sive aurum et[v] argentum et omnem ecclesiasticum indumentum pro salute animarum eorum[w].

Vidilici, que[x] Barcigressi apellatur[y], et Chorii, qui Separii[z] apellatur[y], illi de Coria[a,2] venerunt; anteriores fuerunt; venit[b] cum multitudo[c] potentie; fecerunt[d] ecclesiam sancti Moysi; ibique est vineam[e], circumdavit[f] eam murum[g] et predia multa dimisit ad salutem animarum suarum.

Iohannes ypatus dux Particiacus[h,3] fecit ecclesie[i] due, una[k] ad honorem[l] sancte[m] Zacharie prophete, que monasterium est puellarum, alia[n] ad honorem sancti Ylarii[o], que similiter monasterium[p] est monacorum.

Narsis[q] patricius, ex Grecorum genere ortus, iste fecit et fundavit due[r] ecclesie, una ad honorem sancti Theodori martiris, alia[n] ad honorem sanctorum[s] Meneti[t] et Geminiani; que[u] ambe sunt vicine palacii[4].

Tanolici fecerunt ecclesiam ad honorem sancti Iohanni[v] baptiste, que Bragula appellatur[w,5].

Toti isti antiquiores Venetici, quos[x] de Civitate nova Eracliana[y] et de Equillo[z] castello exierunt et in Rivo-alto se congregaverunt, fecerunt hec[a] tote ecclesie pulchre et palacie multe.

VI.

[NOMINA[b] TRIBUNORUM ET CIVIUM VENETIQUORUM QUI EXIERUNT DE NOVA CIVITATE ET EXULO.]

Particiaci, qui Baduarii[c] apellati sunt, tribuni anteriores fuerunt et ypeti[c*] imperiali honore fruebantur; de Papia venerunt, et sapientes ac benevoli omnes erunt[d]. Unde factum, ut[e] ab omni Venetiquorum[f] populo laudaretur[g] perpetualiter ex illorum[h] prole duces esse[6].

Candiani de Candiana parte[i] venerunt; tribuni ante fuerunt, similiter benivoli omnes, sed protervi in bello et de personis magni.

Mazoyli[k] ab ignorancia dicti sunt, de Este venerunt, Ystoyli appellati sunt; tribuni ante fuerunt et sapientes ac[l] elati nimium.

Barbolani, de Parma venerunt; tribuni ante fuerunt et sapientes, cum omnibus gaudentes et locuplentes[m].

a) Bulotus qui B. 3. b) appellantur 2. c) honorem 2. 3. d) . . emmo 3, *antepositis litteris et* G *et* M. e) Calpani Alboni 3. f) Burcallis Brandoniciis 3. g) Pugnani 2; Pugnanis 3. h) ad h. *des.* 2. i) Maurocenus 3. k) scolam 3. l) Bampoli 2. m) Apolinaris 2. n) Vitrinaci 2; Vitrignaci 3. o) Bennati 2. p) Caloprini 3. q) duas ecclesias unam 2. 3. r) aliam 2. 3. s) Paternianiani 1. t) magnum 3. u) terreni 2. v) sive 2. w) suarum 2. x) qui Barcigessi 2. 3. y) appellantur 2. 3. z) Scoparii 2. 3. a) Choria 2. 3. b) venerunt 2; et venerunt 3. c) multitudine 3. d) et f. 3. e) vinea 2. 3. f) et c. 3. g) muro 3. h) Paticiaci 2. i) ecclesias duas 2. 3. k) unam 3. l) honore 2. m) sancti 2. 3. n) al̄ 1; aliam 2. 3. o) Ylari 2; Hylarii 3. p) est m. 3. q) Narsi 2; Narsus 3. r) duas ecclesias unam 2. 3. s) sancti 3. t) Menne 2. u) quē 1. v) Iohannis 2. 3. — batiste 2. w) vocatur 3. x) qui 2. 3. y) Eradiana 1. z) Equilo 2. 3. a) hii toti ecclesias et palatia multa 2; has totas ecclesias pulcras et palatia multa 3. b) Nomina — Exulo *des.* 1. 3; De nominibus parentele antiquorum Venetorum 4. c) Badoarii 3. c*) *ita codd.; i. e.* ypati. d) erant 2. 3. e) est ut 3. f) Veneticorum 3. g) laudarentur 3. h) illo prle ducos 2. i) v. p. 2. k) *haec familia et duae sequentes des.* 4. l) hac 1. m) locupletes 2. 3.

1) Hanc scholam non inveni. 2) Cur? 3) Praefuit annis 829–836. 4) Cf. Wüstenfeld, 'Gött. Gel. Anz.' 1854, p. 1146. 5) Hodie S. Giovanni in Bragora. Cf. supra p. 25, n. 2. 6) Hoc nullis aliis documentis comprobatur, quamquam verum est, duces Venetiarum saeculi noni fere omnes ex Particiacorum familia sumptos fuisse.

Cencanici[a] Centranici apellati sunt, de[b] Cesena venerunt; tribuni ante fuerunt; concupiscentes et sapientes ac potentes.

Benigni[c], qui apellati sunt Silvi, de Bergamu[d] venerunt; tribuni ante fuerunt; erant omni bonitate perspicui et argumentosi nimium[e] et blandi.

Mastalici[f] de Reço[1] venerunt; tribuni ante fuerunt; set mendaces et stulti et concupiscentes, et[g] ecclesiarum hedificatores.

Bagi[h], qui apelati sunt Benati; tribuni ante fuerunt; sed protervi de voluntate ac sapientes, et ecclesias edifficaverunt.

Mauroceni de Mantua venerunt; tribuni ante fuerunt; sed protervi de voluntate et bellatores[i] fortes.

Grausoni[k] de Garda[2] venerunt; tribuni ante fuerunt; sapientes[l] naturaliter, placentes omnibus et dilecti ab omnibus.

Gardocus Gardolicus de veteri Aquilegia venerunt; tribuni ante fuerunt, et argumentosi nimium; sed Veneticus populus exortatione istorum Gradensem[m] civitatem edificavit, et a nomine istorum civitatis[n] illa Gradus[o] vocatur[3].

Faletri de Fano venerunt, a Favestris[p.4] nomine apelatur[q]; tribuni ante fuerunt; sapientes, convenientes, bona de qualitate, amiciciam retinentes.

Faraldi[r], qui apellati sunt Bonoaldi, de Forli venerunt; tribuni ante fuerunt; fortes[s] de voluntate et petentibus caritatem libenter inpendentes.

Flabiani de Ferraria[t] venerunt; tribuni ante fuerunt; sed durum sensum habentes et convenientes.

Flabianicino quondam Blancanici apelabantur; de Florencia venerunt; tribuni ante fuerunt; sed nimium gloriantes[u] et benivoli et complacentes.

Metadori de Mantua[v] venerunt; tribuni ante fuerunt; benivoli omnes.

Gauli, qui Sgaudarii[w] apelati sunt, de Gaeta civitate venerunt; tribuni ante fuerunt; omnem[x] honorem habentes et benivoli.

Calbani de Capra Ystrie[5] venerunt; tribuni ante fuerunt; convenientes[y], omnem[z] humilitatem habentes.

Cavalnarii[a] Navigaro, qui Noeles apelati sunt, de Caulana[b.6] venerunt; tribuni ante fuerunt; concupiscentes nimium, per sensum perfecti et alacres.

Calabrisini Aulipati, Calbonici apelati sunt, de Cadruve[c.7] venerunt; tribuni ante fuerunt; de bona qualitate et argumentorum multitudinem possessores.

Adoaldi de Adres[8] venerunt; tribuni ante fuerunt; parvi[d] de sensu et humiles.

Tribuni Apoli, Trundonici apelati sunt, de Pola venerunt; tribuni ante fuerunt; ultra modum in actis operantes et magnam caritatem habentes et pulchri[e].

Coloprini de Cormona[f.9] venerunt; tribuni ante fuerunt; magnifici et pacientes.

Mauri Nigri de Nigrissa[g.10] venerunt; tribuni ante fuerunt; perfecti in sensu et benivoli ac concopiscentes[h] nimium[i], sed ad nichilum redientes propter hoc.

Barbarini Barbari de Branca[k] Urso monte venerunt, qui Trieste apelatur[l.11]; ante[m] fuerunt, maximi de sensu, non in patria stantes, sed per orbem ludentes.

Lepreselli[n], qui Daspinales apelati sunt, de loco qui dicitur Botenicus[o.12] venerunt; ante fuerunt, sicut ipsi qui supra scripti sunt.

a) Centanici 2. b) de Ces. — fuerunt *des.* 2. c) Beligni 3. d) Bergamo 2. 3. 4. e) nimis 3. 4. f) *Mastalici et Bagi des.* 4. g) ac ec. edifficatores 3. h) Magi 2. 3. i) in bello 3. 4. k) Glausoni 4. l) sapientes — fuerunt *des.* 3. 4, *ita ut duae familiae in unam confusae sint.* m) Grandensem 2. n) civitas 2. 3. 4. o) Gradum 2. p) anafestis 2 *et in Chronico Iustiniani (cod. nr. 36ª. class. X. lat. bibl. S. Marci Venet.)*; afenestis 3. 4. q) appellantur 2; appellati 3. 4. r) *Faraldi et sequentes familiae usque ad Monchamcos des.* 4. s) sed f. 3. t) Feria 1. u) g͞l'r 1; gloriosi 3. v) Mantoa 2. w) Gaudarii 2. x) convenientes om. humilitatem et benivolentiam et honorem habentes 3. y) conventes 3. z) homines 2. a) Cavalnariti Navigaroro 2; (N)avalnarici Navigaroro 3; Cavalnarici Navigararo *chron. Iustin.* b) Cavana 2 *in ras.* c) Caduure 2; Cadubrio 3. d) p̄ui (pravi?) 3. e) pulcram 3. f) Cremona 3. g) Nigrisa 2. 3. h) concupiscentes 2. 3. i) in unum 2. k) Braça 2. l) appellatus 2; appellantur 3. m) anteriores 2; *et ita fortasse ubique legendum vel certe interpretandum est.* n) (C)epreselli 3. o) Boneticus 3.

1) Reggio? an Arezzo? 2) Locus ille, unde lacus nomen accepit, hodie quoque exstat. 3) Cf. infra p. 37. 4) Cf. supra p. 20, n. 5. 5) Hodie Capo d'Istria; cf. Ravennatis anonymi cosmographiam IV, 31 (ed. Pinder p. 257, 4). 6) Caulonia in Calabria sita? 7) Cadore. 8) Hadria. 9) Cormons. 10) Negrisia 'provincia di Treviso, frazione del comune di Ponte di Piave' L'Italia, dizionario (quem librum postea litteris IT. indicavi). 11) De hoc cognomine urbis Tergestis nihil aliunde notum est. Fortasse inditum est ex Acanthi herbae olim copia, quae Italis 'Branca ursina', nobis 'Bärenklau' sonat. 12) Cf. supra p. 17, n. 10.

Morselli[a] de Bolonia[b] venerunt, qui Maximi[c] Bassani[d] apelati sunt; ante fuerunt; ingenio perfecti et sensu, sed venerosi[e] congauditores, sapientes et in conscilio[f] prudentes.

Cyverini, qui Cirini[g] Cynopi apelati sunt; tribuni anteriores fuerunt[h]; cum omnibus convenientes et ab omnibus honorificati.

Cerbani de Cerbia[1] venerunt; anteriores fuerunt; de omni artificio ingeniosi.

Talariti[i] de Arnes[2] venerunt; tribuni anteriores[k] fuerunt; iocundi et alacres, honorifici et studiosi nimium.

Monchanici[l], qui Moysolini apelati sunt, de Mosestre[m, 3] venerunt; tribuni ante fuerunt. Multitudo servorum suorum et Flabianici laborabant multa artificia; illi autem designabant[n].

Pigoli Pigani[o], qui modo vocati sunt Piani Pipini[p], de Pisa venerunt; tribuni ante fuerunt; simplices omnes et artificiosi, sed mendaces.

Glutunes, qui Taurelli[q] apelati sunt, de Taurino venerunt; ante fuerunt; boni conscilia-tores[r] et benivoli, sed risosi[s].

Magadessi, qui Darbores apelati sunt, de Meluno[t, 4] venerunt; tribuni anteriores fuerunt; magnis[u] de personis, ausi de voluntate, in bello fortes et benivoli in omnibus erant.

Vilidici, qui Barçigessi appellati sunt, de vegla Verçelli[5] venerunt; tribuni ante fuerunt; vanissimi et verbossissimi[v], sed scientes et bene racionabiles.

Ludovici[w] de Nomeraria[6] venerunt; tribuni anteriores fuerunt; Dei cultores et[x] servitores[y] in ieiunio et oraciones[z] seu elemosinis.

Sarraioni[a] a Salerno venerunt, de hic[b] nomine apelati sunt; ante[c] fuerunt; sed molesti et neglegentiosi[d] de omni opere.

Calpini de Capua venerunt, qui Albini Alboli apelati sunt; anteriores fuerunt; magna[e] habuerunt virtutem et fortes in bello.

Danii[h] Danei de Chroacia venerunt; anteriores fuerunt; per totum mundum exivit[f] euntes; multitudo infirmitatum[g] omnem consilium seu adiutorium[g*] erat prestantes omnibus qui detenti erat[h] in langoribus.

Mauriçagi[i] de Ausulo[k, 7] venerunt, tribuni anteriores fuerunt; nimium fuerunt laborantes et fortes de voluntates[l], de[m] caritate perfecti.

Gratulani de Albana[n, 8] venerunt, Albani modo[o] apelati sunt; anteriores fuerunt[p]; paciens et[q] convenientes et benivoli omnes, sed non amicicia[r] retinentes.

Regini de Reçu[s] venerunt; anteriores fuerunt; sed nimium molesti[p] et obscuri fuerunt.

Lupanicus[t] de Meluno venerunt, tribuni anteriores fuerunt; sed[u] mendaces nimium et obscuri[v].

Amanciaci de Mantua venerunt; tribuni anteriores[w] fuerunt; magnis[x] de personis et in conscilio perfecti, sed ecclesiarum edificatores erant et pacifici omnes.

Valeressi[y] da[z] Vares[9] venerunt; anteriores fuerunt; nimii[a] derisores et[b] faciles sensu, sed vanissimi de actis[c] suis, nichil in fide[d] credentes, sed ecclesiarum ediffícatores et elati[e].

Calosi[f] Katareni[g] de Cataro venerunt, Catilelessi[h] Barbati[i] apelati sunt; anteriores fuerunt; fortes de voluntate et concupiscentes nimium.

a) Morscelli 2 *et Chr. Iustin.*; . . orselli 3. b) Bononia 3. c) Maxim 3. d) Basanini 1 *habere videtur.* e) veronisi 2. f) consilio 2. 3. g) Cyrini 2. 3. h) *deest* 2. i) Tallariti 2; Valariti de Arnes venerunt, anteriores fuerunt, de omni artificio ingeniosi. *Deinde iterum* Valariti *etc.* 3. k) ante 2. l) Moncanici 2. m) Moisestre 2. n) insignabant 4; *sequentes familiae usque ad Valeressos omittuntur in* 4. o) Pagani 2; Pisani *e corr.* 3. p) Piani Pipani 2; Pianipini 3. q) Taureli 2. r) consiliatores 2. 3. s) risores 2; rixosi 3. t) Meltino 2; Metelino *Chr. Iust.* u) magni 2. 3. v) verbosissimi 2. 3. w) Lodovici 2. x) sed et 3. y) fervitores 2. z) et in oratione 2; et oratione 3. a) Saraioni 2. b) dehinc 2; de hoc 3. c) tribuni ante f. 3. d) neglegenciosi 2; negligenciosi 3. e) magnam 3. f) exuit 1; exiū 2; exierunt 3. g) infirmatatum 2. g*) auditorium erant pr. 3. h) erant 3. i) Maurizaga 2 *et Chr. Iust.* k) Auxulo 2. 3. l) voluntate 2. 3. m) et de 3. n) Alba 1. o) mundo 1. p) *deest* 3. q) pacientes conv. 2. 3. r) amicitiam 3. s) Reçio 3. t) Lupanici 2. u) sed — anteriores fuerunt *des.* 2, *duabus familiis in unam confusis.* v) fuerunt *add.* 3. w) anterioris *e corr.* 1. x) magni 2. 3. y) Vallerissi 2; Valerissi 3. 4. z) de 2. a) nimium 2. b) et f. s. *des.* 4. c) actibus 2. d) i. facto eredentes 2; in fide multum credentes 4. e) electi 1; humiles 4. f) *desunt hae et sequentes familiae usque ad Contarenos* 4. g) Katerini 2 *et Chr. Iustin.* h) Catelessi 2; Catelissi 3. i) B. et 2.

1) Cervia prope Ravennam. 2) Arnez in Piemont? (cf. IT.); civitatem quandam Arnum iuxta Florentiam nominat cosmographus Ravennas IV, 36 (ed. Pinder p. 287). 3) Mestre. 4) An Mel, 'commune nel Veneto, provincia e distretto di Belluno' IT.? 5) Cf. supra p. 22, n. 5. 6) Huius nominis nullum inveni locum. 7) i. e. Iesolo. 8) 'Frazione del comune di Prepotto nel Veneto, provincia di Udine, distretto di Cividale?' (IT.); an pro Albania? 9) Pro Varia i. e. Baria? (Bari).

Abri Liadi apelati sunt, de Iadora[a.1] venerunt civitate; anteriores fuerunt; cum omni humilitate viventes, boni et pacifici et laboratores[b].

Vyliareni Mastalici de vegla Vercelli venerunt; sed fortes et amore pleni.

Scugnata[c] Tribuni Iani[d] appellati sunt; anteriores fuerunt; mirabili[e] artificia facere sciebant caliditate[f] ingenii; de Patua venerunt, a Patua Pantoni dicti sunt.

Gauli, qui Adreadi[g] apelati sunt, de Ausulo[h] castro venerunt; anteriores fuerunt; et gloriosi.

Vitrignati de Frisigna[2] venerunt; anteriores fuerunt; sed molesti de voluntate et humiles.

Tornariti, qui Tanolici apelati sunt, de Troia[3] venerunt; tribuni anteriores fuerunt; ausi de voluntate, conplacentes omnibus et elati.

Armuni[i], qui appellati sunt Armadi, de Absaro[4] venerunt; tribuni anteriores fuerunt; perfecti in conscilio, protervi de voluntate et fortes in bello.

Aborlini[k], qui Çopoli[k*] apelati sunt, de Uvederço[l] venerunt; anteriores fuerunt; non aliud operabantur nisi negocia[m], sed avari[n] et increduli.

Calanici de Forli venerunt; anteriores fuerunt; valentes et sapientes.

Contareni de Concordia venerunt; tribuni anteriores fuerunt; simplices omnes, in conquestu[o] concupiscentes, nichil bona[p] facientes.

Gubanici[q], qui Barbadici apelati sunt, de Barbascu[5] venerunt; anteriores fuerunt; ecclesiarum et domorum edifficiis eruditi erant, sapientes et de bona qualitate.

Transmundi[r], qui Stornati modo apelati sunt, de Tarvisu[s] venerunt; tribuni anteriores fuerunt; sed iracundi et perfidiosi ac[t] discordantes.

Cogodici[u], qui Mortadelis[v] apelati sunt, de Modena venerunt; tribuni anteriores fuerunt; sed de[w] personis parvi et faciles de sensu.

Ausibiaci, qui Berentani Batioculum appellati sunt, de Brendice[x.6] venerunt; tribuni anteriores fuerunt; lingosi[7] nimium, bene racionabiles et honorifici omnes.

Storculissi Macigni[y], qui Marcelli apelati sunt, de Ladista[8] venerunt; tribuni anteriores fuerunt; audaces[z] nimium, cum omnibus bellum committentes[a].

Brandonici[b], qui Bradani[c] Burcalli apelati sunt; tribuni anteriores fuerunt; nimium sapientes et in conscilio[d] prudentes.

Menguni de Gudigu[e.9] venerunt; anteriores fuerunt; sed fortissimi[f] in bello.

Sirani[g] de Syria Dalmacie[10] venerunt; ante[h] fuerunt; fortes in bello, nimium rixosi, sed cito recordabantur[11].

Salerentani[i] de Salerno venerunt, Serçini apelati sunt; anteriores[k] fuerunt; nimium disconvenientes ab omnibus et discordantes omnia[l] et rixosi valde.

Saponarii de Salona venerunt; tribuni ante fuerunt; multitudine argumentorum florebant; nam per sapientia[m] illorum et per calliditatem ingenii multa pulcherima[n] edificia in nova Venecia fiebant; erant bonitatem[o] pleni.

a) Iadra c. v. 2; anter. f., de I. v. c. 3. b) labores 1. c) . cugnati 3. d) Ianni 2. 3. e) mirabilia 2. 3. f) caliditatem 2. g) Andreadi 3. h) Auxulo 2; Exulo 3. i) Arimini 2. k) Abriorlini (?) 2. k*) Çopili 3. l) Vederço 2. m) negocia 1; negotia 3. n) advari 2. o) in c. prudentes et multa bona facientes et in conscilio sapientes 2; in c. conc. et multa bona facientes 4. p) boni 3. q) Gybanici 2; *haec des.* 4. r) Transimundi 4. s) Tervisio 3. t) atque 4. u) *Cogodici et Ausibiaci des.* 4. v) Mortadellis 3. w) *deest* 2. x) brdice 1; Brandicio 3. y) Magigni 4. z) mendaces 2. 3. 4. a) committebant 2. 3. b) *haec des.* 4. c) Brandani 2. 3. d) consilio 2; concilio 3. e) Gudigo 3; Gudico 4. f) f. fuerunt 2. 3; fortes 4 g) Siranni 2; *S. et Salerentani des.* 4. h) ant 1. 2 (anteriores?). i) Silerentani 2. k) ante 2. 3. l) in omnibus 3. m) sapientiam 2. 3. 4. n) pulcra 4. o) omni bonitate 2. 3. 4.

1) i. e. Zara. 2) Freising? 3) Huius nominis locum antiquitus exstitisse 'iuxta mare Adriaticum Venetiae', ut dicit Stephanus Byzantinus (Amstelod. 1678. p. 668), notum est ex T. Livio I, 1, 3, qui Antenorem illuc appulisse locoque nomen Troiae dedisse refert; sed postea nulla eius fit mentio. Alia quoque Troia, quam ab Aenea in agro Laurentino conditam Livius ibidem tradit, mox excidisse videtur. Superest tertia civitas prope Luceriam in Apulia sita, quae a cosmographo Ravennate Ecas (IV, 35, p. 282), ab eius autem continuatore Guidone cap. 47 (ibid. p. 485) Ecana nominatur, addita vero nota eam nunc Troiam vocari; et sic hodie quoque appellatur. 4) Ossero insula Dalmatiae. 5) Barbasso, 'frazione del comune di Roncoferrado, in Lombardia, provincia e distretto di Mantova'. IT. 6) Brentia? 7) i. e. linguosi. 8) Nullum inveni huius nominis locum; fortasse legendum est Latisana vel Lagosta, quae insula est Dalmatina. 9) Godegum iuxta Bassanum (Bassano). 10) Surium Dalmatiae, ut videtur, insulam, fortasse hodiernam Zuri, nominat Palladius Fuscus Patavinus in libello de situ orae Illyricae lib. II, apud Lucium de regno Dalmatiae (Amstelod. 1668. p. 456). 11) i. e. reconciliabantur. DUC.

Campoli de Capua venerunt; ante[a] fuerunt; similiter argumentosi[b] de omni edificio[c], nimium[d] protervi de voluntate et de bello bene[d] cogniti

Vennerii[e] de Vicencia venerunt; anteriores[f] fuerunt; fortissimi[g] in bello[h].

Matri de Mantua[i] venerunt; tribuni anteriores fuerunt; magni de personis, in ecclesiis multa bona large largientes.

Bausi[k] Barboli[l] Racionelli, qui Bulçani apelati sunt; anteriores fuerunt; preliatores magni.

Secredi[m] de Seminicu[n,1] venerunt; anteriores[f] fuerunt sicut suprascripti; sed posebant[o] prelium.

Anastasii[p], qui Theodosii apelati[q] sunt, de Stafilo[2] venerunt; tribuni anteriores fuerunt; suavi[r] et placabiles fuerunt, ausi de voluntate.

Pinctores[s], qui Dommarci[t] apelati sunt; anteriores fuerunt; de Panonia[u] venerunt; mirabilem[v] picturam[w] facere sciebant.

Ioannaceni[x], qui Ianaseni apelati sunt, de Stafilo venerunt; anteriores fuerunt; de[y] bona qualitate.

Sapini de Sabana[3] venerunt; ante[z] fuerunt; et campestres[a] preliatores.

Tyeri de Trieste venerunt; ante[z] fuerunt; similiter magni bellatores.

Salviani[b] de Salunichi[c] venerunt; ipsi anteriores fuerunt; ecclesiarum[d] ediffficatores.

Marignoni de Mantua[i] venerunt; tribuni anteriores fuerunt; nimium fortes[e] de voluntate.

Busignaci[f], qui Gemani apelati sunt, de Budes[4] venerunt; tribuni anteriores fuerunt; in sensu tardi et nimium obscuri.

Rosei de Rosana[g,5] venerunt; tribuni[h] anteriores fuerunt.

Piani[i], Capuani apelati sunt; tribuni anteriores fuerunt; de Cavarçeres[k] venerunt; et de bona qualitate.

Deusdedi Deodones, Fauni apelati sunt, de Friole[6] venerunt; tribuni anteriores fuerunt; divites ac[l] potentes et sapientes fuerunt.

Paressi de Patua[m] venerunt; anteriores[n] fuerunt.

Barbaromanus, Vilinicus[o] apelati[p] sunt, de vegla Verçeli[q] civitate venerunt; anteriores et tribuni fuerunt; facilis[r] sensu habente, magnis[s] de personis.

Fundareni, qui Fundacini apelati sunt, de Friole[t] venerunt; anteriores fuerunt et tribuni; et nimium agresti de voluntate et ingeniosi.

Tornariti, Storladi modo[u] apelati sunt, de Tornata[7] venerunt; anteriores et tribuni fuerunt; facile[r] sensu habente.

Karabi Kalabrisini, de Canales[v] apelati sunt, de Patua venerunt; tribuni[w] anteriores fuerunt; magnis[x] de personis.

Aborlini[y], qui Ronci apelati sunt, de Melno[z,8] venerunt; anteriores[a] fuerunt.

Casoli, Kaylosi[b] apelati sunt, de Cataro venerunt; anteriores[a] fuerunt et tribuni; parvis[c] de personis, equali sensu, sed nimium elati.

Ronciachi[d] de Ravena venerunt; anteriores fuerunt et bellatores.

a) anteriores 3; tribuni ante 4. b) armentosi 4. c) artificio 4. d) *deest* 4. e) Vanarii 2 *et Chr. Iustin.; desunt et sequentes familiae usque Secredos m* 4. f) ante 2. g) et f. 3. h) qui Vicencii appellati sunt *addit* 2. i) Mantoa 2. k) Barasi 2 *et Chr. Iustin.* l) Barbolani 3. m) Secreti 4. n) Siminicu 2; Seninicu 4. o) poscebant 2. 3; possebant 4. p) *Anastasii usque ad Tornaritos des.* 4. q) apeliti 1. r) de vol. a. et f. su. et pl. 3. s) Pintores 2. t) Domarçi 2; Domarci 3. u) Pinonia 2 *et Chr. Iustin.* v) *deest* 2; et m. 3. w) pincturam 2. x) Iohannaceni 3. y) et de 3. z) anteriores 3. a) capestres 1. b) Saliniani? 1. c) Saluunichi 1; Salunicho 3. d) et ec. 3. e) et in sensu nimium de v. 3. f) Ausignaci 2 *et Chr. Iustin.* g) Rosa 2. h) et tr. 3. i) Pani 2; ..iani 3. k) Caverçeres 2. l) *deest* 3. m) Padua 2. n) et an. 3. o) Vilini 1. p) appellatus est 3. q) Vercelli 3. r) facilem sensum habentes 2. 3. s) magni de p. 2; et magni in p. 3. t) Friolo 3. u) nunc 3. v) de Spinales 4, *ubi sequentes familiae desunt.* w) et t. 3. x) magni 2; et magni 3. y) Abriorlini 2. z) Meluno 2; Meldeno 3. a) ante 2. b) Caysoli 3. c) parvi 2. 3. d) Vonciachi 2 *et Chr. Iust.*; ..onciaci 3.

1) Sibenico? 2) Plures exstiterunt et existunt loci ita vocati (hodie Staffolo); hic noster erit ille, qui situs est in ipsa provincia Venetiae: 'frazione del com. di Torre di Mestre'. IT. 3) Seben in Tirolia? 4) Budas 'in Sardegna, provincia di Sassari'? IT. an Budas iuxta civitatem Pitinon, quam nominat cosmographus Ravennas IV, 35, p. 282? 5) 'Frazione del comune di Palazzuolo, provincia di Firenze'. IT. 6) Friola? 'frazione del comune di Pozzo nel Veneto, provincia di Vicenza, distretto di Marostica'? IT.; an pro Foro-Iulii (Cividale), an pro hodierno Friaul? 7) 'Comune di Lombardia, prov. di Cremona'. IT. 8) Cf. supra p. 30, n. 4.

Ciliencii[a] Gemo[b] apelati sunt[c], de Friole venerunt; ante[d] fuerunt et[e] de personis parvis[f] et de sensu.

Vyliareni[g] Mastalici[h], qui de Troia magna civitate cum sua uxore venit Verona[i] nomine cum multitudine ponderarum[k] aurum[l] et argentum, fecit permultis[m] argumentis mirabilis edificiis subtus velut supra, instruxerunt in omnique[n] hornatione magna et precelsa civitate; ad nomine[o] uxoris sue Verona appellata est[1].

Averçellis nomine Barzigessi[p] nomen accepit; similiter illorum fuerunt[q] pertinentie.

Totos namque prenominatos antiquiores et nobiliores[r] Venetiquos, quos singilatim nominatos habemus[s], fuerunt ab antiquis eorum progenie[t], sicuti[u] commemoratos abemus[v]. Deinde vero recollegerunt se[w] in antiqua Venecia ex diversis provinciis; edifficantes castra, manserunt ibi. Prima[x] extitit Addres[y. 2], qua[z] huc mare ab illa civitate nomen accepit, quod[a] Adriatico sinu[b] nominatur. Deinde Aquilegia, nobillissima[c] et precipuam, et Concordiam[d], Antinopoli[e. 3], Padua et[f] Mantua, Verona, Gardisana[4], Ovederço[g] et[w] Altinense[h] pulcherima civitate et Auxolum[5] castellum pulcherimum, quia terra usque ad culmine[i] mellorum[6] a gradibus ascendebat, Tarvisana[k. 7], Cormona[l. 8], Freyna[m. 9], Modena, vegla Vercellis, Plasencia[n. 10], Crisopula, que Parma appellata est[o. 11]. Tote iste quas supra diximus civitates et cetere alie, que innumerande sunt, et eum castellum Auxolum mirabile edifficaverunt ipsi Troiani, que[p] cum Enea illorum princeps, quos antea gentiles fuerunt, venientes de illa antiqua[q] magne Troie; que modo ab Enea nomine Andreati[r] Enetici[s] nuncupantur. Enetici namque laudabiles dicuntur[12].

Transactis autem multorum annorum tempora[t] ab incarnacione domini nostri Iesu Christi, surrexit ab illa australem[u] plaga impius paganus nomine Atilla, sevissimus[v]; cum magno exercitu venit[w] et intravit in illa[x] antiqua Venecia. Deo sibi contrario cepit[y] destru- 452.
ere cuncte[z] Venecie civitates et depredare omnes. Venientem[a] Aquilegia, circumdedit in giro[b] cum quingenti[c] milia bellatorum hominum, quam conprehendentes, destruxerunt ea[d] usque ad solum. Deinde temporibus[e] Eraclii imperatoris venerunt Venetici, quod[f] reman- 610—641.
serat de captivitate, et fecerunt civitate[g] nova, que Eracliana[h] nuncupata est, et manserunt ibi usque ad[i] temporibus Caroli[k] Magni regis Francorum. Eodem namque tempore inter Paulicium ducem[13] et Gradensem patriarcham orta est contencio magna. Paulicius simul cum filio suo[i] in Eracliana nova civitas[l] ducatum regebat; et tribunus et milles[m] erat in Tarviso[n] usque ad Patua[o] civitate Gardocus nomine; et in Auxolum castello[p] et Uvederço[q] iudicabant Egilius Gaulus nomine cum Enea princeps[r], filio suo, usque ad[i] Panonie finis, cum decem filiis suis; et quia ipsos a tributo[s] quod recipiebant tribunos[t] appellabantur.

Obeliebatus[u] clericus, filius itemque[v] Egilius[w], insimul cum Obelierius[x] et Beatus fratribus[y] et Iubanicus Barbolanus, Regi Carosus Masculinus, Romanus Vilanicus, Kavalnaricus Caularenus Navigaro[z] cum Noel[a], frater eius: isti iudicabant Patua[b].

a) . ylliencii 3. b) Gemmo 3. c) *deest* 2. d) anteriores 3. e) *deest* 2. 3. f) parvi 3. g) Villiareni 2; Vylliareni 3. h) Mastelici 1. i) et V. 1. k) ponderum 2. l) auri et argenti 3. m) permulta argumenta mirabilia edificia 3. n) omni 2. 3. o) nomen 3. p) Barsigessi 3. q) pertinentiis f. 3. r) nobeliores Veneticos sigilatim 2; n. Veneticos q. sigillatim 3; singulatim 4, *qui hic iterum incipit.* s) et alii quam plures, de quorum progenie hodie vix inveniuntur, fuer. antiquitis eor. pr. 4. t) proienie 2. u) sicut 3. 4. v) habemus 2. 3. 4. w) *deest* 3. x) primum 4. y) Adres 2. 3. 4. z) q. hunc 2; ꝗ huc 4. a) quo 3. b) sinum 3. 4. c) n. et precipua 2; nobilis et pr. 3. 4. d) Concordia 2. 3. 4. e) Antinopolim 4. f) *deest* 3. 4. g) Ovedercium 4. h) Al. pulcherissima c. 2; Altinum civitatem pulchram 3. 4. i) culmen 3. k) Tarvisiana 3; Tervisana 4. l) Cremona 4. m) Freyria 2; Freina 3; Feraria 4. n) Placencia 4. o) appellatur 4. p) qui 2. q) an. magna Troia 2; magna an. Troia (Troya 4) 3. 4. r) Audreati 2. s) Eneti 4. t) temporibus 2. 3; mult. temporum actis et annorum 4. u) australe 2; australi 3. 4. v) *deest* 4. w) et v. 3; et c. m. ex. D. s. c. intr. 4. x) illam antiquam Veneciam 3. 4. y) et c. 3; et c. d. civitates multas, de quo etiam superius habuimus 4, *ubi reliqua usque* Obeliebatus clericus *desunt.* z) cunttas 2. a) venies Aquilegiam 2; veniens Aquilegiam 3. b) gyro 3. c) quigentis milibus 2; quingentis milia 3. d) eam 2. 3. e) t. Eradii 1; Eraclii t. 3. f) q. remanserant 2; qui remanserant 3. g) civitatem novam 2. 3. h) Eradiana 1. i) *deest* 2. 3. k) Karli 3. l) civitate 2. 3. m) miles 2. 3. n) Terviso 2; Tarvisio 3. o) Patuam civitatem 2. 3. p) castellum 2. 3. q) Uverderço 1; Ovederço 3. r) principe 2. s) i. attributo 1. t) tribuni 2. u) De tribunis qui Paduam regebant *addit* 4. v) idemque 3; *deest* 4. w) Egylius 2; Egilii 4. x) Obelerius 2. 3; Obelerio et Beato 4. y) fratres 3. z) Navigarii 1; Navigāro 2; Navigararo 3. 4. a) Noele fratre 3; N. fratre 4. b) Patuam 2. 3. 4.

1) Hanc etymologiam nusquam alibi inveni. 2) i. e. Hadria 'quae Hadriatico pelago nomen dedit'. Paulus Hist. Lang. II, 19. 3) Cum vix credendum sit, hic citari civitatem Aegypti, aut nomen corruptum est (fortasse pro Antipoli, i. e. Antibes), aut civitas, cuius nullum inveni vestigium, excidit. 4) Cf. supra p. 22, n. 3. 5) Iesolo. 6) i. e. merlorum ('zinnen'). 7) Treviso. 8) Cormons. 9) Fortasse Fregona iuxta Cenetam ('Com. nel Veneto, prov. di Treviso, distretto di Ceneda'. IT.). 10) Piacenza. 11) Cf. Cosmogr. Ravenn. IV, 33 (p. 272, 2). 12) Hoc ex Pauli Hist. Lang. II, 14. 13) Cf. 'Venet. Studien' I, p. 104. et 109.

Metamaucenses[a,1] a Patua venerunt et ediffìcaverunt Brendola[b], que modo apelatur Brondolus[c]. Equilenses[d] venerunt de Auxolum castellum. Caprulenses[e] vero ab Concordia venerunt.

Egilius cum octo filii[f] sui et tres alii in Matamauco erunt[g] translati; sed contristabat contra Paulicium[h] ducem et ad[i] filios eius. Egilius vero Gallus et Maurus Iacobus[k], ambo fratres; Marturius[l] magister picture, seu Georgio Ioanaceni[m] bellator fuit fortissimus; et Catarenus qui fuit de Cataro; Abri[n], qui a Geadra[2], Liadi appellati sunt; Kalebrisini[o], que Calbani Carauni apelati sunt; Blancanisi, que[p] Flabianici apelatur: toti namque isti seu et aliis[q], que nominare debemus, habitabat[r] in litore Pineti. Orta intencione[s] inter habitantium hic multorum hominum, totos inter[t] se ipsos interfecerunt[u]. Ipsi namque qui[v] remanserant abstulerunt se de eodem loco, et reversum canale in circuitu conposuerunt se totos ac sapientes anteriores et nobiliores[w] in securum locum; et ipsum canale nominebatur[x] Archimicidium, pro hoc quia totos[y], quos a sevissimis paganis interfectos debuit esse, inter se ipsos, in peccatis illorum Deum[z] imminentem, totos se ipsos interfecerunt[a]. Et conscilium[b] dederunt, ut nullus esse deberet ad sepeliendum eos, sed volucres et bestiis[c] commederet illos. Predicti namque antiquiores omnes ediffìcaverunt de illorum proprium[d] decimum castellum; sed ille, qui inter illorum[e] semper[f] Enea tribunum et primus fuit, Egilius nomine et a suo vero nomine Exulo[g] appellantur[h]; et totum litus Pineti est in pertinenciis eorum; et isti edificaverunt monasterium puellarum ad honorem sanctorum martirum Viti et Modesti. Blancanici vero, que[i] Flabianici appellatur[k], seu Exilius Gaulus et Theodosius Catarenus[l] et Maurus Iacob[m] fratres edificaverunt isti due[n] ecclesie: una[o] ad honore[p] sancti Mauri martiris et allia[q] ad honore[p] sancti Thome apostoli. Alii vero fecerunt ceteras[r] ecclesias, que antea dicenda[s,3] sunt. Et constituerunt inter se, ut omnis[t], qui vult in eum castellum de alienis partibus ibidem habitare, cum maxima voluntate eos reciperet[u] ad tributum dandum ipsi antiquiores[v].

Interea omnes laudaverunt, omnes Metamaucenses cum aliquantis anteriores[w] tribuni civitatis nove Eracliane[x] absque voluntate Paulicio duci et filio eius, et constituerunt tribunatum iudiciarum[y] in Equilo[z], eo quia ille dux ab omnibus odiosus erat. Quod nomina tribunorum antea dicerentur[4], longum namque est omnia per ordinem enarrare, veniamus[a], qualiter capta est civitatis[b] nova Eracliana post dicessu[c] Paulicio duci. Orta est intentio[d,5] inter Veneticos, et abierunt cum multitudine navium decenter ornate[e] Metamaucensium et Equilegensium; pervenerunt usque ad nova[f] civitas Eracliana, in qua Paulicio[g] dux ducatum regebat. Venientes ceperunt fortiter inter se pugna[h], sed nemo poterat sustinere[i] inpetum eius. Apprehenderunt eandem civitatem et incenderunt et interfecerunt Paulicio[k] duci insimul cum filio eius et cunctos consanguineos eorum; et non[l] remansit ex eis nisi tantum solummodo[l] unum[m] clericum, quem[n] genuit duos filios. Deinde vero omnes Civitatis[o] nove habitantes exierunt et venerunt in Rivo[p] qui alto dicitur. Ibi edificaverunt ecclesie[q] multe et palacie pulcre. Nullus enim remansit in predicta civitate nisi tantummodo libertini et servi ac cultores vinearum. Retinemus cuncta[r] genealongie[s] per ordine[t] quos[u] in Rivo-alto venerunt. Alii de Civitate, alii de Ausolum[v] castellum, qui Equilo dicitur. Sed hic multo-

a) Betamaucenses 1. b) Brendolam 3; Bredula 4. c) Br. app. 4. d) Equilegenses 2. 3. 4. e) Capurlenses 2. 3. f) filiis suis 2. 3; suis filiis 4. g) erant translacti sed contr. 2; venerunt et contrastabant 3. 4. h) pallacium 4. i) contra 3. 4. k) Iacob 2. 3. 4. l) Marrurrius (?) 1; *desunt hi et Abri in* 4. m) Ianaceni 2; Iohannaceni 3. n) Ab. q. a Geadera 2; Cabri quia de Gedera 3. o) Kalabrisini que Cabani appellantur 2; K. qui C. Caurani appellantur 3. p) qui F. appellantur 3; qui Blambianici ap. 4; Blanc. q. Fl. ap. *des.* 2. q) alii quos 2; alii qui 3. 4. r) habitabant 2. 3. 4. s) contentione 2. t) int. se ip. *des.* 2. u) *cetera desunt* 4. v) *deest* 2. w) nobiles 2. x) nominabatur 2. 3. y) notos 3. z) Deo imminente 2; D. iminentem 3. a) interficerunt 3. b) consilium 2. 3. c) bestie comederent 2. 3. d) proprio decimo 2. e) illos 2. f) fēp 1; super Eneam (Enea 3) tribunus 2. 3; s. Enea *aut corrupta aut falso loco posita aut ab alio addita esse putaverim.* g) Exullo 2. h) appellatur 3. i) qui 2. 3. k) appellantur 3. l) Contarenus 2; Cantarenus 3. m) et I. 1. n) duas ecclesias 2. 3. o) *deest* 2; unam 3. p) honorem 2. 3. q) alliam 2. 3. r) ceterorum ecclesiis 2. s) dicende 2. 3. t) omnes qui volunt 3. u) reciperent 2. v) antiquo 3. w) anterioribus tribunis 3. x) Eradiane 1 *et ita postea.* y) iuditiarum 3. z) Aquilo 1. a) inveniamus 3. b) civitas 2. 3. c) decessum Paulicii ducis 2. 3. d) contentio 2. e) ornamenta 2. f) novam civitatem Eraclianam 2. 3. g) Paulicius 2. 3. h) pugnare 2. 3. i) *deest* 3. k) Paulicium ducem 2; Paulicius dux 3. l) *deest* 2. m) unus clericus 2. n) qui 2. 3. o) civitates 3. p) R. A. q. d. 2; R. q. d. A. 3. q) ecclesias multas et palatia pulcra (pulchra 3) 2. 3. r) cunctam 2. s) genealogie 3. t) petrordinem 2; p. ordinem 3. u) que 2. v) Auxolum castello q. Eq. 2; Auxolum c. q. Equilus 3.

1) Verba *Metamaucenses — ab Concordia venerunt* postea vel a posteriore quodam apposita esse putaverim. 2) i. e. Iadera, Iadra, hodie Zara. 3) Cf. supra p. 26 sqq. 4) Cf. p. 28 sqq. 5) Cf. 'Venet. Studien' I, p. 105.

rum hominum de civitate Ovederço[a] exierunt et invaserunt extra castra; et hic[b] qui intus castellum erat[c] habitantes[d] tribuni[e] tributum de eos[e*] circumhabitantes recipiebant; et multorum in littore Pineti[f] cultores erat[g]: vineis[h], campis, spaletis[i, 1], pascuis seu molendinis occupabant. His[k] vero omnes per unumquemque modio[l] unum perfictum persolvebant in annum ipsi[m] tribuni. Ab omni iussione illorum seu defensione hic stantes et habitantes erant. Quorum nomina tribunorum postea[n] dicenda sunt.

Hec sunt modo nomina tribunorum, qui de civitate nova Eracliana[o] exierunt et in Rivoalto venerunt; toti autem per nomina dicamus.

[Isti[p] sunt tribuni et cives nove civitatis Eracliane qui Foras exierunt.]

Fuit[q] primi cives Particiaci qui Badovarii[r] modo apelati sunt, Candiani, Ursioli[s], Barbolani, Centranici, Silvii[t], Mastalici, Benadi[u], Barbadici[v], Maurecenos[w], Gursoni[x], Gratici[y] Gardolici, Bonoaldi, Noelles[z], Coloprini, Bragadini, Mauri, Matadori[a], Tanolici, Bachi qui Benati[b] apelati sunt, Mortetellis, Calbani[c], Bradani, Cirini[d], Stornati, Valeressi[e], Macigni qui Marcelli[f] apelati sunt, Saraionis, Regini, Vicencii, Menguni, Casanici[g], Piçanus[h], Fauni qui Deodones[i] apelati sunt, Magadissi[k] Darbores appellati sunt, Ianabri[l], Masuni[m], Miralachins[n], Zopulus[o], Marcurius Sartor, Pipini, Albini, Daneus, Scuvacalles qui Carvatortas[p] apelatur, Vidilici, Luduyci[q], Lupanici. Isti fuerunt cives tribuni[r] nove civitati Eracliane[s] usque hic.

[Isti[t] fuerunt tribuni et cives qui d'Equilo castello exierunt et in Rivo-alto venerunt.]

Faletri, Flabianici, Flabiani, Armadi, Apoli[u], Trundominicus[v] apelati, Contareni[w], Coloprini, Vitrignaci, Carosi[x], Ianaseni, Aulipati, Calvi, Cerbani, Daspinales, Adoaldi[y], Gatilessi, Viliarenes[z] et Barçiçessi[a] et Mastalici de unum[b] prole fuerunt pertinentes; Campoli, Glutuni[c], Syrani, Saponarii, Sarçini, Calpini, Sapini, Tyeri[d], Bausi[e] que Bulçani apelati sunt, Secredi, Kalosi[f] que Caysoli[g] apelati sunt, Pictores[h] qui Deomarci apelati sunt, Mausani[i] qui Vasanni[k] apelati sunt, Talarici[l], Tornarici, Theodosii[m], Moysolini, Maragnoni[n], Rosii, Capuani, Marcuni, Lugnani[o], Salviani, Vigluni[p], Marisagi[q], Ronciachi[r], Cylliencii[s] Gemo[t] apelati sunt[u], Sgaudarii, Gauli qui Andreadi apelati sunt[v], Cynopi[w], Liadi[x], Barrini[y], Parissi[z]. Toti namque isti, quod per nomina dictos[a] habemus, de Equilegensem[b] castellum exierunt et in[a] Rivo-alto venerunt.

[Pauci[c] de Matamauco exierunt; tribuni fuerunt: nomina dicamus.]

Fuit Trodoçus[d], qui de Patua civitate exivit[e], Trunianes[f] apelati sunt, Tornarici qui Tanolici[g] apelati sunt, Scrunata qui Pantoni[h] apelati sunt. Toti isti[i] de unum[k] prolem fuerunt, de Patua civitate venerunt[l]. Cavalnaricus[m] Navigaro qui Noeli apelati sunt, Barbaromanus Vilinicus[n], Tornaliti qui Storladi[o] modo apelati sunt[p], Busignaci qui Iemani[q] modo apelati sunt, Fundareni qui Fundateni apelati sunt, Macigni[r] qui Marcelli[s] modo apelati sunt, Carabi[t] Kalabresini, da Canales[u] apelati sunt, Aborlini[v] qui[w]

a) Ovedercii 3. b) hii 3. c) erant 3. d) habentes 2. e) tribuni — habitantes *des.* 1. e*) *ita* 3; et eis 2. f) Pincti 1. g) erant 2. 3. h) vinearum camporum spaletarum pascuarum seu molendinorum 3. i) saletis 2. k) hii 3. l) modium 2. 3. m) ipsis tribunis 2. n) postea — tribunorum *des.* 3. o) Eradiana 1. p) Isti — exierunt *des.* 1. 3. q) Fuerunt 2. 3. r) Baduarii 2. s) Ursoyoli 2. t) Silvi 3. u) Bennadi 2. v) Gratici 2. w) Maurocenis 2; Mauroceni 3. x) Cursoni 2. y) Gr. G. *des.* 2, *qui hoc loco* Iarba *profert.* z) Hoeles 2; Noeles 3. a) Metadori 2. b) Bennati 2. c) *deest* 2. d) Cyrini 2. 3. e) Valerissi 2. f) Marceli 2. g) Basanici 3, *sed monendum est, etiam hic nominum litteras initiales manu posteriore esse appositas.* h) Rizanus 2; Pizani 3. i) Deodone 2. k) Magadisi 2. l) Manabri 3. m) Iasuni 2. n) Maralachini 2; Maralachins 3. o) Zopolus 2. p) Cavatortas appellantur 2. 3. q) Luduyti 2; Luduiti 3. 4, *qui hic iterum incipit.* r) et tr. 2; *deest* 4. s) Eradiane 1; civitatis Er. us. huc 3. 4. t) Isti — venerunt *des.* 1. 3; Hos isti inferius nominati exierunt de Aquilegia 4. u) Appoli 2. v) Triūdonicus appellatur 2; Trundominici appellati 3. 4. w) *deest* 4. x) Arosi 2. y) Adaldi 2. z) Vyliarenes 2. 3. a) Barcegessi 2; Bazicensi 4. b) uno 3; una 4. c) Alutuni 3. d) Cyeri 3. e) Gausi 3; Dausi 4. f) Calosi qui 3. g) Kasoli 4. h) Victores 3; P. q. Deomarti 4. i) Vausani 3. 4. k) Vasani 4. l) Valarici 3. m) Teodosii 2; Thodorii 4. n) Marignoni 2. 3. 4. o) Pugnani 2; Pugnanii 4. p) Miglimi 3; Viglimi 4. q) Larisagi 3. r) Ronthiachi 4. s) Vylliencii 3; Cylli Encigenio ap. 4. t) Geme 2. u) appellantur 3. 4. v) *deest* 1; appellantur 3. 4. w) Eynopi 2. x) Miadi 3. y) Marrini 3; Barbarini 4. z) Parrissi 2; Narissi 3. a) *deest* 4. b) Equilegensi castello 3; Aquilagense castello 4. c) Pauci — dicamus *des.* 1. 3. d) Trodocus 2. e) exierunt 2. f) .run... 2; Trivisani 3; Tribuni appellantur 4. g) Cauolici 4. h) Pantonni 3; Pantonii 4. i) sunt *add.* 1. k) una prole 2. 3. 4. l) *deest* 3; exierunt 4. m) Calvacaricus Navigari 1; C. Navigaroro 2. 4; Navalnaricus Navigararo 3. n) Villinicus 2. o) m. St 3. 4. p) appellantur 4. q) Gemani 2; Gem 3; Germani 4. r) Maçigni 3; Magcigni 4. s) Macelli 3. t) Carabbi 2; Karabi 3. 4. u) Kalabre sive Daranes 2; Kallaressini de Kanales 4. v) Arbolini 1. w) querenci 2.

1) Fortasse 'spaltis'? 'Spaltum' teste Ducangio est locus muris, sepibus aut fossis circumseptus et defensus. An idem quod apud Italos hodie 'spalletta', 'gehege, garten'; an praeferenda lectio codicis 2 'saletis', pro salectis, i. e. salictis, salicetis?

Renci modo apelati sunt, Maurani qui Madri apelati sunt, Pereselli[a] qui Daspinales apelati sunt.

Toti namque isti, quod[b] per nomina recordatos habemus[c], qui[d] de Eracliana[e] civitate nova et de Patua[f] exierunt, in Matamauco et[g] Rivo-alto habitare venerunt, multitudo[h] aliorum hominum cum eis, que[i] nominari non possimus: fecerunt et constituunt[k] in insula que Matamauco modo apelata est[l] per omnique[m] plateis plurimis[n] ecclesiis pulcherimis sive domibus[o] construxerunt[p] in omni ornatu[q] eorum. Magnissimus seu potentissimus tribunus Emilianus propter magnitudo[r] potencie, que[s] ipse[p] habebat et filiorum[t] eius, Magnus nomine apelatus est[u]; ille vero et filiorum[v] eius ecclesie[w] due fecerunt, insimul in unum retente[x]. Domum autem[p] episcopalem similiter optime illum[y] composuerunt in omnibus edifficiis, ita ut videntibus universis laudes cum benedicionibus[z] eis erant reddituri[a]. Obelierius[b] et Beatus duces ibique[c] ducatum tenebat[d]. Archipresbiteratum[e] vero retentum[f] erat in ecclesia sancti Ursicini[1]. Omnibus[g] qui in Metamauco[h] erat[i] minores maioribus consequebantur in[k] equos[l] sedentes. Inter illorum[m] eorum[n] nullus erat de equites[o] sive de armencium[p.2] omniumque bestiarum[q] tantum habente[r] quod[s] Macignius[t] tribunus, qui Marcellos apelati sunt. Ceteri[u] autem satis erunt[v] habentes. Omnes autem tribuni seu et[w] ceteri alii assidue per omniumque[x] die cum omnibus[y] tribunis, qui in Rivo-alto erat[z], et ceteri[a] alii in unum convenerant. Alacres illos erant properantes; caritatem nimium erant habentes[b] cum omni ornacione[c]. Orfanorum[d] et viduarum consolatores, ecclesiis[e] edifficatores; oracionibus et elemosinis nimium erant facientes[f]; ecclesiasticis[g] frequentes; nullum malum unum[h] ab alter inter se ipsos dicentes; decimas Deo persolventes, cuius per totas partes terrarum, que illorum pertinenciis erunt[i], nichil malum[k] gesserunt; cuius terra non furtum, non[l] latrocinia, nullus detentus erat. Sed si illorum fuisset frater[m], quod ad illorum esset dicentem[n], quod iste est malefactor et consciliator[o], et duos[p] fuisset[q] venerabiles peribendi[r] testimonium: nichil enim eum erunt observantem[s], sed statim illum[t] unum occulum[u] illius[v] vulserunt[w] aut manu[x] illius inciderent[y]. In secunda enim declarata[z] culpa alium[a] oculum; et si in[v] tercia inventus fuerit, suspendetur[b.3]. Erant omnes per rectitudinem omnique ordine quod salvacionis est[c] patrie per iusticiam conplentem[d] et facientem. De Romana[e] autem sive de Sallica traxerunt legem; in omnique altercaciones[f] iuxta[g] positione per consuetudine[h] investigaverunt ab omni illorum antiquitate de omnibus placitis, que[i] per cartulis cyrographorum[k] sive per memoria[l] retinente, que memorialis apelantur, sive per manifestationes sive per testimonii[m] testamenti sive per breve recordacionis, per vadimonium[n] dantem et fideiiussores eis recipientem, breviarii[o] apelatur[p]; ceteri autem cartulis[q] seu et placitis[4].

a) Cerelessi 3; Parellessi 4. b) qui dicti sunt supra 3. 4. c) abemus 2 d) *deest* 3. 4. e) Eradiana 1; Er. n. c. 2; Aracliana n. c. 3. f) Padua 2. g) et in 2. 3. 4. h) et m. 3. i) quam nominare non possumus 2. 4; quam nominare possumus 3. k) constitutunt 1; constituerunt 2. 3. 4. l) appellatur 4. m) omnesque platheas 2; omnes platheas 3. 4. n) plurimas ecclesias pulcherimas (pulcherrimas 3) 2. 3; pulcherimas ecclesias 4. o) de omnibus 1; domos 2. 3. 4. p) *deest* 4. q) ornati 2. r) magnitudine 2; magnitudinem 3. 4. s) quam 2. 4. t) filii 2. u) appellatur 4. v) filii 2. 3. 4. w) ecclesias duas 2. 3. 4. x) retentas 2. y) *deest* 3; op. il. *des.* 4. z) benedictionibus 2. 3. 4. a) redituri 2. 4. b) . . belierius 1; Obelerius 2. 3. 4. c) ibi 3. 4. d) tenebant 2. 3. 4. e) archipresbiteratus 3. 4. f) retentus 3; recentus 4. g) omnes 3. 4. h) Matamauco 2. 3; Metamaucho 4. i) erant 2. 3. 4. k) *deest* 2. l) equis 3. 4. m) illos 2. 3. 4. n) n eor. 2. o) equitibus 2; equitis 4. p) armentis 2; armantium 3. q) bestias 2. r) habentes 2. 4. s) quam 2. t) Macignus 4. u) toti 3. v) erant 2. 3. 4. w) *deest* 3; cet. *deest* 4. x) p. omnemque diem 2; omnique d. 3. 4. y) alliis *add.* 4. z) erant 3. 4. a) ceteris aliis 2; al. *deest* 4. b) abentes 2; studiosi 3. 4. c) oratione 2. 3. 4. d) orphanorum 2. 3. e) et edificatores ecclesiarum 3. 4. f) faciendum 3; errant factores 4, *omisso* nimium. g) ecclesiastici 4. h) unus ad alterum 2; un. ab altero 3. 4. i) erant 3; erat pert. 4. k) mali 3. 4. l) nec 4. m) fr̄ 1; fr̄ erat 4. n) dicentes 2. o) consiliator 3. p) duo 4. q) fuissent 3. 4. r) perribendi 2; perhibendi 3. 4 s) observantes 3. 4. t) illi 2; ei 4. u) oculum 2. 3. v) *deest* 4. w) vulxerunt 2; evulserunt 3. 4. x) manum 2; manus 4. y) inciderunt 2. 3. 4. z) de clara 3. 4. a) al' 1. b) suspenderunt 2. c) sit 4. d) complentes et facientes 2; c. et faciente 4. e) Roma a. s. dessalica 2. f) latercationes 3; alteracione 4. g) iuxata p. 2; i. positionem 3. 4. h) consuetudinem 3. 4. i) q. cartule c. s. memoriales app. s. p. m s. per test. t. sive per brevem recordacionem, per vadimonium et f. eis rec. breviarium 4. k) cyrograforum 2. l) memoriam retinentes que morialis 2; memor. — que *des.* 3. m) t. testamentum 2; testimonium t. 3. 4. n) vadimodium 3. 4. o) breviarium 4. p) appellantur 2. 3. q) cartullis 2. *Cetera des.* 4.

1) Huius nominis ecclesia nulla in Metamauco insula alibi commemoratur, exstitit autem Ravennae. 2) i. e. armentorum. 3) Videas Capit. a. 779, c. 12, LL. Sect. II, I, p. 49: *Ut si quis latro de uno furto probatus fuerit, unum oculum perdat; et si de duos furtos probatus fuerit, oculum perdat et nasum ei cappiletur; et si de tres furtos probatus fuerit, moriatur;* cf. ibidem p. 51. Cf. Waitz, 'D. VG.' IV, p. 431 n. 5; Bethmann-Hollweg, 'Civilprocess im MA.' II, p. 96; Boretius, 'Die Capitularien im Longobardenreich' p. 56; Gengler, 'Germ. RA.' p. 162.

VII.

Gardocus[a] Gardolicus Gradum[b] fecerunt civitatem; Gratici Gardolici[c] apelati sunt. Ipsi tribuni anteriores fuerunt et argumentosi nimium[d]; sed confortantes erant omnes Veneticorum gentes, ut Aquilegia[e] civitate, qui[f] a paganos destructa fuerant, a nos[g] christiana gente[h] in alis[i] insula a fundamentis eiusdem antique civitatis edifficare debeamus[k]. Et ita fecerunt et construxerunt pulcherima[l] et preclara civitatem usque ad culmine[m] mellorum et a circuitu fecerunt turres. Deintus autem edifficaverunt pulcherimum[n] palacium, ut in omni parte meatos habentes ad rigandum ab omni emundatione eiusdem[o] palacii. Abintus autem in omnique partem[p] eiusdem civitatis[q] cloacas fecerunt. Simile autem a parvitatem[r] de illa magnifica et precipua Aquilegia civitate ab[s] eius similitudinem omnemque edifficium edifficaverunt. Et inter illas civitates Ytalie, quod[t] supra memorate sunt, omnes Veneticorum[u] gentes, quorum[v] pronomina[w] antea dictos[x] habemus, et alii plures cum eos[y], cum multitudine gencium de illarum[z] Italie civitates, maiores ac mediocres, ituri sunt ad sanctum et benignissimum Romanum apostolicum pontificem nomine[a], ut per eius consensu[b] perpetualiter quod nomen civitatis debet[c] esse constitutum. Inquisivit eos benignum[d] pontificem et dixit: 'Quis fuit qui eam civitatem fabricavit'? Ante pontificem consteterunt[e] omnes respondentes; dixerunt[f] ei: 'Domine, de Garda fuit civitate et Gardocus Gardolicus apelatur. Iste Gardocus auctor est ortus; ipse in nobis confortacione[g] in omnibus misit, ut[h] illa antiquissimam civitate Aquilegiam, qui[i] a sevissimis paganis Atila[k] nomine destructa fuit, in alia[l] insula nos nova[m] civitate consiluit[n] edifficari. Nos namque fuimus adiutores, sed isti fuerunt edifficatores'. Ad hoc concessit eis pontifex et dixit: 'Concedo, ab illa vetere Aquilegia ista nova Aquilegia nomen succedat, et ab isti edifficatores nomine Gradus insule metropoli apelati[o], iusta[p] constitutione[q] beatissimi Petri apostolorum princeps[r], qui concessit beatus Marcus euangelium Christi[s] ibique predicari et eum primus[t] metropolitanum[u] instituit, et his omnibus, qui post eum in eadem sede patriarchis constitutos et consecratos fuerunt, qui[v] totos per ordine[w] ad Romanos pontifices per privilegios concessos fuerunt; unde per scriptum memorie retinere debeatis'. Inquisivit in exemplis, quod per ordine[x] fuerunt patriarchis[y] in eadem vetere[z] Aquilegia; toti per nomine[a] a beato Marco et Hermachora[b] nobis habere disposuit, ita ut hinc subtus per nomina scriptos habemus.

[Nomina[c] Aquilegensium patriarcharum.]

Beatissimus Marcus sedit primus[d] Aquilegia an. 2, et vicis[e] sue ellegit dilecto[f] suo discipulo nomine

Hermachora[g], qui fuit natione Germanie, sedit[h] an. 20.
Hellarus[i] fuit natione Pannonicus[k], sedit an. 10.
Grisogonus fuit nacione Ursantinopoli[1], sedit an. 10[l].
Grisogonus fuit nacione Dalmatie, sedit an. 12.
Teodorus[m] fuit nacione Tracie Grecie[n], sedit an. 11.
Agapitus fuit nacione item Aquilegie, qui sedit an. 13.
Benedictus fuit nacione Romanus, sedit an. 20[o].

a) *ita* 3; Mardocus 1; Gradocus 2. b) Gradus 3. c) Gradolici 2. d) nimis 3. e) Aquilegiam civitatem 2. f) que a paganis d. f. 2; q. d. fuerat a paganis 3. g) annos 1; a nobis 2; ãnos 3. h) gens 3. i) *ita* 1. 2. 3; *fortasse* alia? k) deberent 2. l) pulcherimam et praeclaram c. 2; pulcra et preclara civitas 3. m) culmen 2. 3. n) palatium pulcherrimum 3. o) palatii eiusdem 3. p) parte 2. 3. q) *deest* 3. r) parvitate 2. 3. s) ad 2. 3. — e. s. omne q. 2. t) que 3. u) Venetiquorum g. 2; g. V. 3. v) eorum 2. w) per nomina 2; nomina 3. x) antedicta 3. y) eis 2. 3. z) illis It. civitatibus 2. 3. a) *nomen deest.* b) consensum 2; nonsensu 3. c) deberet 2. d) benignus pontifex 2; benignissimus pontifex 3. e) constituerunt 3. f) et d. 3. g) confortationem 2. 3. h) in illam ant. civitatem Aq. 2; in illa antiquissima civ. Aquilegia 3. i) que 2. 3. k) Atilla 2. l) aliam insulam 2. m) novam civitatem 2. 3. n) consuluit 3. o) appellari 2. 3. p) iuxta 2. q) constitutionem 2. 3. r) principis 2. s) *deest* 2. t) primum 2. u) metropolitanus 3. v) qui — fuerunt *des.* 3. w) ordinem 2. x) ordinem 2. 3. y) patriarchas 2; patriarche 3. z) vetera 3. a) p. ordinem et nomine 2; p. nomen 3. b) Hermacora 2. c) N. Aq. p *des.* 1. 3. d) primo in A. 3. e) vice sua helegit 2; v. s. elegit 3. f) dilectum suum discipulum 2. 3. g) Hermachoram 3. h) et s. annis 3. i) Hellarius 2. k) nacione Panonicus 2. l) *corr. ex* XII 1; VIIII 3; Grisogonius — VIIII *manu posteriore addita* 2. m) Theodorus 2. 3. n) Grece 3. o) *Agapitus et Benedictus in* 1 *hunc in modum confunduntur:* Agapitus fuit nacione Romanus, sedit an. XX. Benedictus, qui fuit nacione item Aquilegia, qui sedit an. XIII.

1) Ursentinorum quoddam Lucaniae oppidum, alias incognitum, relatum videas a Bischoff, 'Vergl. Wörterbuch der alten, mittleren und neuen Geographie'; sed nescio an legendum sit 'Constantinopoli'; Dandulus (col. 38 A) Grisogonum origine Thracium dicit, de civitate Bysantio.

Fortunatus[1], qui[a] fuit nacione Forolivii[b], sedit an. 15.

Valerianus fuit nacione Cyti[c], quod est Gallie[2], sedit an. 19.

Chormacius[d] fuit nacione Yspanicus, sedit an. 18.

Augustinus fuit nacione Vesanus[e.3] Breventanus[f], sedit an. 28.

Delfinus[g] fuit nacione Altinensis urbium[h], sedit an. 9.

Ianuarius[4] fuit nacione Pullanus[5] Ystrie[i] urbis, sedit an. 8.

Secundus fuit nacione Salicus[k] Longobardus[6], sedit anni[l] 3 et mens.[m] 2.

Nikitta[n] fuit natione Grecorum, sedit an. 30 et[o] men. 2. Huius[p] tempus destruitur Aquilegia. Postquam[q] destructa est,

Marcellianus retinuit sedis[r] solio per consensum Urmisda pape[s] item[t] Aquilegie; fuit nacione Tesalonicensi[u], sedit an. 19.

Marcelinus[v] fuit nacione Romanus, sedit an. 15.

Stephanus fuit nacione Ytalicus, Mediolanensis[w] civitate, sedit an. 12, men. 6.

Maurecius[x.7] fuit nacione urbis[y] Pole, sedit an. 3 et[z] men. 5.

Macedonius[a] fuit nacione Machedonie[b], sedit an. 16[c], men. 5, dies 6. Iste vero[d] fundavit ecclesiam sancti Iohannis euangeliste et apostolum[e] in Gradensem[f] civitatem. Isti namque quinque[d] episcoporum[g] compotens[h] facti sunt in illorum[i], ut suprascripti sunt, ordine[k]. Venecie nobiliores, quod[l] supra memoratos abemus[m], insimul convenerunt[8]; in Gradensem civitatem[n] petierunt. Ecclesiam sancti Iohannis baptiste, que[o] in Torcellis fuerant[p], consimilem his artificiosi omnes hic[q] fecerunt ad honorem sancte virginis Marie, alia[r] vero ad honorem sancti Vitalis martiris; subtus confessionem edifficaverunt, catacumina[s] autem supra. Eodem vero tempore sanctissimum[t] universale Romanum pontificem[9] concilium fecit viginti duo[u] episcoporum in Lateranis[v] ecclesie. Laudavit et confirmavit per privilegii[w] preceptum subscripcionem[x] Paulum[y] cardinalem ex duodecim ordinalibus Romane sedis ecclesie universalis. Constituerunt nove Aquilegie Gradus civitate metropolitanum esset ad regendum[z] ecclesiam tocius Venecie scilicet et Ystriam atque cum Dei timorem[a] dispensandam. Nomina posterorum ceterorum patriarcharum supra nominatos habemus per ordine[b.10].

Modo dictum est per ordine[b], qualiter edifficata est Gradensem[c] civitatem, tam autem intus ecclesiis[d]. Apprehendamus et dicamus etenim[11], qualiter post apta autem flagella tota Linguentie litus et litore totum Romandine[e] Barbaromanus Vilinicus[f] ipse eum apprehendit, et ad hoc appellatus est. Et littore[g] totum Pineti cum totum[h] territorium, qui hic patulibus[i], que circumstante[k] sunt, Plave apelantur, tam autem per longitudo[l] et latitudo cum omnes[m] silvas ibi adstantes usque Panonie finis[n], quod retro ab antiquitate retinuerunt omnes isti supra scripti, sic totum ipsi ante dicti tribuni apprehenderunt et reservaverunt ad opus Gradensis[o] nove Aquilegie metropoli civitatem. Littore vero proximum[p] hic civitatis edifficaverunt ad invencionem domini patriarche[q] Helia due[r] ecclesie, una[s] ad hono-

a) *deest* 2. 3; Fortunatus — an. XV *manu poster. suppl.* 2. b) Foroiulii 2. 3. c) Cythi 3. d) Choromacius qui f. 2; Chromacius f. 3. e) Vessanus 2. f) *ita* 1 *habere videtur*; b'uentanus 2. 3. *An legendum* Beneventanus? g) Delphynus 2. h) urbis 3. i) Istrie urbs 2. k) Sallicus 2. l) an. 2; annos 3. m) men. 2; menses 3. n) Nichita 3. o) *deest* 3. p) cuius 2; in tempore istius destructa fuit Aq. 3. q) *ita* 1. 2; Marcellianus post destructionem Aquilegie sedit et r. 3. r) *ita* 2; sedit 1; sed. et ret. solium 3. s) papa 3. t) idem 3. u) Tesalonicesi 1; Thesalonicensis 3. v) Marcellinus 3. w) Mediolanensi 2. x) Maurencius 2; Laurentius 3. y) urbs 2. z) *deest* 2. a) Macedonis 1. b) Macedonie 3. c) an. VI 2; et m. et d. 3. d) *deest* 2. e) apostoli 2; et ap. *des*. 3. f) in Gradense civitate 3. g) piscoporum 1. h) compotes 3. i) ilorum 2. k) per ordinem 2. l) quos 3. m) habemus 2. 3. n) civitate perierunt 2; civ. perierunt 3. o) qui 3 p) fuerunt 3. q) hii 3. r) aliam 3. s) catacummina 2. t) sanctissimus un. pontifex Romanus 2; sanctissimus universalis Romanus pontifex 2. u) duorum ep. 2; duo episcopi 3. v) in Lateranensi ecclesia 2. w) privilegium 3. x) subscriptione 3. y) P. gardinalem 2; Paulus gardinalis 3. z) regendam 3. a) timore 2. 3. b) ordinem 2. 3. c) Gradensis civitas 2. 3. d) ecclesias 3. e) Romadine 3. f) Villinicus 2; Vilicus 3. g) lithore 2; litorem 3. h) c. toto territorio 2. 3. i) paludibus 3. k) circumstantes 2. l) p. longitudine et latitudine 2; p. longitudinem et latitudinem 3. m) c. omnibus silvis ibi adstantibus 2; c. o. s. illic ad. 3. n) fines 2. o) Gradensem n. A. metropolim c. 2. p) proximo huic civitatem 2. q) Helie patr. 2; Helye p. 3. r) duas ecclesias 2. s) unam 2.

1) Vel Fortunatianus (Cappelletti VIII, p. 27). 2) Fortasse Cisiensis ager (cf. Bischoff), hodie Cize in provincia Navarra Galliae meridianae. 3) Quid sibi velit hoc appositum, ignoro. 4) Post Delphinum Cappelletti (l. c. p. 35) quendam inserit Maximum. 5) i. e. Pola. 6) Dandulus cum illum natione Salicum fuisse tradat (col. 74 l.), vox 'Longobardus' glossema esse putaverim. 7) Hic, quem Dandulus (col. 86 A.) Laurentium, 'qui alio nomine Maurus dictus est', nominat, a de Rubeis et Cappelletti excluditur. 8) Haec ad verbum paene concordant fragmento supra p. 11 sq. edito. 9) Nomen excidit; sed cf. supra p. 12. 10) V. p. 16 sqq. 11) Cf. 'Studien' I, p. 106.

rem sancti Menen[a] martiris et[b] alia[c] sancti Viti[1]. Templum quoque paganorum, quod ad Behel ydolum nomine dicitur, aliquantulum erat adhuc stantem non longe ab Aquilegia; ydolum[d] illum templum ecclesiam edifficaverunt[b] ad honore[e] sancti Iuliani martiris. Litore secundo edifficavit[f] ecclesiam ad honorem sancti Petri apostolorum[g] principis; ibi monasterium constituit. Tenet[h] eodem litus miliarias tres; Anforis litus apellatur. Tercium[i] litore Budes apelatur; ibi fuit civitatem[k] castrum, que[l] a paganis destruxerunt; tenet miliario[m] uno. Quarto vero littore similiter Budes[n] appelatur; ibi fundavit ecclesiam ad honorem sancti Andree apostoli; ibique[o] monasterium puellarum constituit. Eo[p] littore tenet miliaria[q] sex; hic similiter confinivit[r] portum. Post eum littore[s] venit quintus litus, qui[t] apelatur Lugnanus, propter hoc quod luporum multitudo hic videntes et audientes erant[u]; sic Lugnanum[v] litu dicendum est; tenet miliaria sex; hic similiter confinit[w] portum. Venit post[x] eum littore sextus, qui apelatur Taliamentum[y], quia Helias patriarcha per littoris longitudo talioda[z] fecit; tenet miliarias[a] duodecim. Post eum[b] venit in littore Biaçanum[c], qui toti piscatores Bibonensium hic illorum reccia[d] ponebatur; tenet miliarias[a] novem. Iterum est silva ipsum[e] littore pertinente. In eo littore fundare[f] debet ab antiquitus duo basilice: insigna interposita fuit; sed minime fecerunt. Propter hoc littus[g] Due Basilice apelatur sive Ausannu[h] dicitur. Totum in unum silva cum littore est pertinendum; tenet miliaria novem. Est alium[i] qui[k] Pupilliola apelatur; tenet aliquantulum[l] per longitudo[m], proxima non longe[n] a Capurlensem[o] castrum Constituit[p] sive concessit omnes tribuni cum laudacione tocius Venecie populi, cum confirmacione scripti domini Paulicii duci[q], ut ad[r] Gradensem[s] civitatem metropoli[t] usque[u] ad confinium Capurlensem[v] castrum sive episcopii, ut omnibus istis litorum teritorium[w] sive per longitudine[x] aquarum, subscriptionis[y] totis omnibus supradictis[z] tribuni, quorum ipsi eum scriptum confirmaverunt, ut perpetualiter debet[a] fieri ad iussione[b] et dominacione[c] domini metropolitani Gradensi[d] patriarche, ita ut amplius non auderet quisquam contrarietatem exinde ei facere, non Gradensium[e] populum nec Capurlensium[f] neque Equilegensium sive Torcellensium nullorum hominum neque nullus[g] alliorum, non in piscatione neque in aucellacione constitutos[h] quod prediximus littoris sive aquariis. Sed conmiserunt[i] hec[k] totum per eodem[l] confirmationem scriptum ad Mayranensium[m] et Bibonensium cum aliquantis Finensium, ut toti istorum sit[n] ad responsionem domni metropolitani Gradensis patriarche. Et constituerunt predicti[o] domini patriarche, ut per longitudo[p] terrarum cum equites[q] venire, cacias[r] bestiarum ibi facere, tam in littus Linguentie[s] et Grumellis[2], quam litus Romadine[t] sive littore[u] Pineti, tam et per totum[v] terrarum Plavis, sicut per totas partes quod[w] supra diximus; et ipsi parati et recepta sive gundulis et angaradiis, sicut domno[x] duci faciunt toti[y] Caprulensium quam Equilegenses, omnique[z] honorificatione, ita similiter faciendum sit[a] domno metropolitano Gradensem[b] patriarche.

Anastasius vero Theodosius sive Polentus retinebat et iudicabat ut milex[c] tota ista territoria[3]. Georgius autem Ioanaceni[d] cum ceterorum incitavit multa[e] iniquitate ortantem[4]

a) Menne 3. b) *deest* 3. c) aliam 2; ad honorem *add.* 3. d) ill. yd. 2. 3. e) honorem 2. 3. f) edifficaverunt 2. g) apostoli 3, *omisso* pr. h) Idem l. t. miliaria 3. i) t. litus 2; tercius litus 3. k) civitas 2. 3. l) quod pagani 2. 3. m) miliare I. 3. n) Buces 3. o) ibi 3. p) idem litus 2; ipse litus 3. q) milia 1; m. III. 2. r) confinit 2. 3. s) litus 3. t) quod 2. u) erat 2. 3. v) Lug. litus 2; Lugnanus litus 3. w) *deest* 1. x) postea in littus sextum quod 2; p. e. litus s. q. 3. y) Taliamtum 3. z) taliada 3. a) miliaria 2. 3. b) postea 2. c) Biazano 2; Biazanum 3. d) recia ponebant 2; retia ponebantur 3. e) ad ip. litus pertinens 2; ipso l. p. 3. f) fundate erant 2. g) *deest* 3. h) Ausanu 2. 3. i) aliud 2. k) quod Pupiliola 2. 3. l) aliquantum 2. 3. m) longitudinem 3. n) longne 1. o) Capurlense castro 2; Capurlense c. 3. p) constituerunt s. concesserunt 2. q) duo (?) 2 ducis 3. r) a 2. 3. s) Gradense civitate 3. t) metropolim 2; *deest* 3. u) a usque 3. v) Capurlense c. s. ep. 2; Capurlensis castri sive episcopatus 3. w) territorrium 1; tritorium 3. x) longitudinem 2. 3. y) subscriptionibus omn. 3. z) supradicti 2. 3. a) deberet 3. b) iusionem 2; iussionem 3. c) dominationem 2. 3. d) Gradensis patriarce 3. e) Gredensium 3. f) Caprulensium 3. g) ullus 2. h) in hoc *add.* 3. i) comiserunt 2; commiserunt 3. k) hoc 3. l) eamdem 3. m) M. et Bibenensium 1. 2; Miranensium et Bibinensium 3. n) sint 2. o) dicti dompnipatriarce 3. p) longitudinem 2. 3. q) equitebus 2. r) ad c. 2; et venationes 3. s) Liguentie 3. t) Romandine 2. u) littus Pinedi 3. v) t. teritorium 2; omnem terram 3. w) quas 3. x) domino 2. 3. y) t. Capurlenses q. Eq. 2; omnes Caprulenses et Eq. 3. z) omnemque honorationem, sic fiat dompno metropolino patriarcha Gradensi 3. a) *deest* 2. b) Gradense 2. c) *i. e.* miles; melex 3. d) Hionaceni 2; Ioannaceni 3. e) multam iniquitatem 2; iniquitates m. 3.

1) Haec quae sequitur descriptio litoris sive litoralis abbreviata esse videtur ex illa superiore p. 15 sq. 2) Huius litoris nusquam alibi, quantum ego video, fit mentio; sed fortasse est illud quod Filiasi, 'Memorie' t. VI, I, p. 85. 'lido Ermelo' nominat. 3) De his quae sequuntur videas quae disserui 'Studien' I, p. 107 sqq. 4) Cf. Ducang. s. v. obstare; an pro 'ortam' vel 'orientem'?

inter illorum qui habitabat[a] in littore Pineti. Magna[b] enim intentione accreverint inter eos, et ceperunt debellari. Ipse autem Georgius cum isti[c] ceterorum multitudo[d] hominum interfecti sunt; et multitudo alia[e], quod de eis remanserat[f], toti inter se ipsos, quod supra dicitur, unus ab[g] alter infestantes erunt[h]. Infestaverunt et sex fratribus, filii Egylii[i] Gauli, qui inter eos erant. Unus de eis fratribus, quos remansit, Gaulus[k] nomine ivit ad Matamauco[l] ad Obelierium[m] et Beatum duces et ad Obelibatum[n] diaconem, fratribus[o] suis; nunciavit eis omnia que facta fuerant. Obelierius[p] autem dux et Beatum[q] seu et ille diaconem venerunt cum maxima multitudo[r] navigium Matamaucensium[s] ibi, et inquisierunt omnia que gesta erant, et dixerunt: 'Quare hoc acciditur[t]? Tribuni vero una voce cum ceteri[u] alii, qui ibi erant, dixerunt ad ducem: 'Domine, nichil aliud hec[v] fuit nisi ira et flagella et Dei indignatione[w], quod inter eos accrevit'. Omnibus autem audientibus mirati sunt vehementissime. Tranmisit[x] autem dux Obelierius[y] per omnes partes Venetie et congregavit omnes tribunos qui erant in Matamauco et in Rivo-alto; et aliorum[z] plures hominibus venerunt insimul ad duces in lithore Pineti. Dixerunt duces ad[a] omnibus qui aderant: 'Diiudicate[b], quod[c] debet fieri de tota istorum[d] pertinentia, que in totas partes apprehensa sunt'. Iudicaverunt omnes tribuni iudices et aliorum multitudo adstancium seu et illi[e] tribuni qui infra castellum Equilegensium[f] habitatores erant, qui de eos[g] tribuni novi facti fuerant, et alii[h] omnes qui foris castrum[i] erant habitantes[k]: omnes in unum laudaverunt pariter et firmiter in totus[l] Linguentie[m] cum litus cum omnibus[n] territoriis ibi pertinentibus et totus[o] litus Pineti[p] et litus totus[o] Romadine[q] cum toto territorio Plavis concederunt perpetualiter ducatum Venetie retinere et dominare potestative ad omnem illorum potestate[r] et iussione, sive per noticia[s] firmitatis. Duces autem Obelierium[t] et Beatum seu Obeliebatum diaconem apprehenderunt per laudatione[u] istorum hominum, ut per illorum patrimonium[v] infra castellum Equilegensem[w] vel foris castellum, quod ab eis habere[x] predia disposuisset, quantum conplacuerunt apprehendere terris, vineis[y] cultandum, aquis, paludibus, canalibus, usque ad confinium terminis[z] quod Fines nominatur: exposuerunt eis, ut tres partes ducatum Metamaucenses[a] potestatem haberent et in ducibus perpetualiter retinere et possidere ac[b] defendere. Similiter tribuni Equilegenses, quos inter se per partes quatuor diviserunt, totas eorum partes per noticie[c] firmitatis in ducatum per munus concederunt. Omnes enim tribuni de Matamauco sive de Rivo-alto, qui de Civitate nova exierunt, seu et tribuni de castello Equilegensem[d] et ceteri omnes, que[e] in unum erant[f], pariter laudaverunt et constituerunt: perpetualiter potestatem haberent[g] tam in totum territorium littus Pineti sive terrenum[h] Plavis, kacias[i] bestiarum omni tempore ibi facerent; omnique potestate dederunt ducibus habendi, retinendi et[k] in perpetuum possidendi, fruendi, nullum eis unquam ullum[l] Veneticorum hominem contradicentem.

Gaulus[m] autem, ducibus frater, totum castellum Equilensem[n] in sua potestate dederunt[o] iudicandi ab intus et foris omnibus, hic[p] qui habitatores erant: toti illorum erant iudicantes. Et constituerunt eum ibi Obelierius[q] et Beatum duces[r], fratribus[s] suis, cum Obeliebatum[t] diaconem, similiter fratri[u] suo, cum[v] laudatione omnium tribunorum, qui hic fuerant[w] in Equilensem[x] castrum constituti habitatores; et ceteri alii tribuni cum multitudo[y] hominum, qui illuc[z] in unum fuerant[a], in perpetuum tribunatum iudiciatum[b] ibi retinere ille Gaulus seu[c] Georgio[d], filio suo, et heredem[e] ac proheredem suorum. De proprietate et predia ad mediandum duabus rivis totum advenit in quarta[f] parte eorum per terrarum longitudo

a) habitat 2; habitabant 3. b) magnam en. contentio accreverit 2; m. en. intentio accrevit 3. c) c. cet. istorum 3. d) multitudine 2. e) al' 2. 3. f) remanserant 3. g) ad alt. 2; ab altero 3. h) erant 2. i) Egilii 2. k) Gauliis 1. l) Matamaucum 3. m) Obelerium et Beatus 2; Obelerium et B. 3. n) Obelietatum 2; Obediebatum 3. o) fratrem suum 2. p) Obellerius 2; Obelerius 3. q) Beatus s. et il. diaconus 2. 3. r) multitudine 3. s) Metamaucensium 3. t) accidit 2. u) ceteris aliis 2. v) hic 2. w) indignatio 2. x) transmisit 3. y) Obelerius 2. 3. z) alios pl. homines 2. 3. a) ab omn. 1; ad omnes 3. b) diudicate 1. c) quid 3. d) *deest* 3. e) alii 2. f) Aquilegensium 3. g) eis 3. h) alias om. que 3. i) castellum 2. k) habitatores 3. l) totis 3. m) Liguentie 2. n) et c. omni 3. o) totum 3. p) Pyneti 2. q) Romandine 2. r) potestatem et iussionem 3. s) totitiam 3. t) Obelierum 2; Obelerius et Beatus s. Obeliebatus diaconus 3. u) laudationem 3. v) patrocinium 2. w) Equilegense 3. x) abere pr. dispositis set 2. y) a v. 3. z) termini 3. a) Metamaucensem 2. 3. b) hac 2. c) totitie 3. d) Equilegense 2; Equilegensi 3. e) qui 3. f) par. er. 3. g) habere 3. h) terrennum 1. i) venationes 3. k) fruendi et in p. p. 2. 3. l) ullo Venetiquorum homine contradicente 2. m) Paulus 1; De gracia facta Gaulo per fratrem suum 4, *qui hic iterum incipit.* n) c. Equilegensem 2; Aquilegens c. 3; Aquilegiense c. 4. o) s. (scilicet) habitatore in Rivoalto et Metamauco *add.* 4. p) qui hic 2. 3; qui hinc 4. q) Obelerius et Beatus 2. 3. 4. r) dux 3. s) fr. s. *des.* 4. t) c. Elibato diacono 2; c. Obilebato diacono 4. u) fratrem suum 3; fratre suo 4. v) et c. 4. w) fuerat 4. x) Aq. c. 1; Aquilegensem c. 2. 3; Aquilegense castro *corr.* 4. y) multitudine 3. 4. z) illic 2. a) fuerat 3. b) iudiciarum 2; iudicatum 3. 4. c) sive 4. d) Georgius filius eius 3. 4. e) haeredis ac prohaerede 4. f) quartam partem 3. 4.

spacium aquis, patulibus[a], canales; et fecerunt confinium in illum[b] canale qui Archimicidium[c] constitutum est nominari. Tota illa proprietate[d] iuxta castellum in[e] longitudo[f] latitudo, qui[g] maxima est, qui[h] ad Gaulus[i] tribunus in parte[k] advenit, a nomine Gaulus Scaudari[l] apelantur. Constituit[m] duces Obelierius[n] et Beatus ad eos omnes qui remansit[o] in civitate Eracliana[p], qui familiares fuerunt[q], seu cultores vinearum — et fuerunt istorum tribuni, qui foris civitate[r] exierant[s], libertini et servi — propter illorum proprietates, silvas ac[t] vineas retinendi incolumes, tam palacii pertinendum quam et[e] omnium tribunorum nobilium[e], ut[u] in omni eorum[v] utilitatem[w] perpetualiter eis fieri deberet[x] habendi, retinendi omnisque[y] alienum hominem contradicione faciendi perpetuis temporibus. Tribuni vero iudiciarum[z], qui a tempore Paulicio[a] duci seu et filium eius absque illorum voluntate constituti in Equilium[b] castellum fuerunt, foris se abstulerunt[c]: toti pariter in Rivo-alto habitare venerunt. Et omni[d] illorum proprietate ad ducatum Venetie constituerunt[e], sicut[f] supra totos per ordinem dictos habemus, tam in illis qui tribuni[g] fuerunt Civitatis nove, quam illorum qui in Equilo erant habitantes, quam ipsi qui de Patua[h] civitate venerunt et in Matamauco similiter[i] habitare venerunt. Nam pertinencia[k] ipsorum[l] Metamaucensium[l] apprehendit Trodocus[m] tribunus civitatis Patue, qui Truniani[n] Scruniata apelantur, cum aliis multitudo hominum; cum eis retinuit totas littoras[o] quod multitudine longanimitate est. Erat[p] habitatores ibi multitudo hominum recia mittentes in aquis, canalibus et paludibus, que totum[q] in unum erat pertinendum. Litus autem nominavit Trosonit[r.1] pertinencie, quia Trodocus ibi multum fundavit. Ecclesia[s] ipse edifficavit ad honorem sancti Georgii martiris; fossa[t] hic prope fodere precepit per longitudinem[u], atque a[i] reciis, que ibi piscatores mittebat[v] assidue, Loretum[w.2] litore nominavit. Cluia[x.3] similiter ipse fecit et ad eum pertinuit seu[y] et ad Barbolani et Barbaromanus et Villonicus. Toti isti tribuni erant in Matamauco, et totam[z] istam pertinenciam erant eorum, quod supra dicta et nominata est. Totum[i] omnia constituerunt perpetualiter in ducato Metamaucensem[a]; pascua autem[b] equorum seu et grex multitudo omnium bestiarum, que ad pastum ibi erant pascentem[c], et prastiis[d] quos Greci nominant[4], duces Metamaucenses cum[b] totis istis tribunis supra nominatis totum ibi retinuerunt; vineis autem[e] contra ducatum prope erant composite. Duces vero cum omnibus prenominatis tribunis seu et[b] alii sequentes et minoribus[f] omniumque[g] die assidue cum eis erant in unum semper gaudentes[h] in omnibus quod nominavimus[i] partes; et sic ita fieri debet. Modo dictum est, quod omnes tribuni nove Venecie constituerunt regimen allodium ducati Metamaucensium[k]; dicamus, quod[l] naves modo constituerunt fieri.

Caprulenses[m] quidem[n] Concordiam venerunt; duces cum omnibus[o] tribunis constituerunt eis totum territorium[p] Liguentie, quod hic[b] in unum erat[q] ad retinendum; et[b] omne lignamen, que[r] ad utilitatem eisdem[s] palacii de navibus pertinet, preceperunt eis facere et omnem laboracionem de campis sive de pascuis bestiarum. Constituerunt eis in omnique[t] anno platheis[u.5] ligneis in sex colonibus, quod sunt massarii, unum[v] de carros[6] viginti tenente, ipsi ducere deberent usque[w] ducatum Metamaucensem[x]. De aquis, canales[y],

a) paludibus, canalibus 3. 4. b) in ill. canalem 2; in ipsum canalem 3. 4. c) archimicrodium 4. d) proprietas 3. 4. e) *deest* 4. f) longitudine latitudine 3. g) que 2. 3. 4. h) que 2. 3; *deest* 4. i) Gaulo tribunum 2; Gaulum tribunum 3. 4. k) partem 2. l) Soaudarii 4. m) constituerunt 3. 4. n) Obelerius 3. 4. o) remanserunt 3; in c. remanserunt 4. p) Eradiana 1; Erachiana 2. q) f. fuerant 2; fuerant fam. 4. r) civitatem 3; civitatis 4. s) exierat 2; exierunt 4. t) ad 1. 2; et 4. u) et 4. v) *reliqua desunt* 3. w) utilitate 2; hutilitate 4. x) debetur 2. y) omnesque alios homines contra dicunt 4. z) iuditiarum 2; iudiciorum 4. a) Paulicii d. s. e. filii 2; Paulicii ducis s. filii 4. b) Equilum 2. 4. c) abstulelunt 1; astulerunt *supersripta littera* b 4. d) omne il. proprietatem 2. e) constitutum 4. f) s. in allio capitulo perhabemus 4. g) f. t. 2. 4. h) Padua 4. i) *deest* 4. k) pericia 1. 2. 4. l) Matam. 4. m) Trodozus 4. n) Trunnianni S. 1; Trimiani (?) Scrunata 2; Truviani Scrutata 4. o) litteras 2; literas 4. p) er. habitans 2; erant habitantes 4. q) in un. t. 4. r) Fossone 2; Trosonie partinencie quia Trozus 4. s) ecclesiam 2. 4. t) fossam 2. 4. u) longitudine 4. v) mitebant 4. w) Lauretum a littore 2; Loretus litus 4. x) Cliua 1 *et* 4 *habere videntur*; Clugiam 2. y) s. et a B. 2; s. ad B. et Barbaromani et Vilonici 4. z) t. is. pertinentiạ 2; tota ista pertinentia erat illorum 4. a) Metamaucensi 4. b) *deest* 4. c) pascentes 4. d) pastiis 4. e) con 4. f) minores 4. g) omnique 4. h) congaudentes et 4. i) nominari 4, *ubi* p. et s. i. *des.* k) Metamaucēns 4. l) quot 4. m) Caprulenses 2; Caprullenses 4. n) *ita* 1 *pro* quidem de Conc.? qui dein C. 2; C. qui de C. 4. o) omni 2. p) teratorium 4. q) erant 2. r) quod 4. s) eiusdem 2. 4. t) omni 4. u) plauis 1; plateis 4. v) unus de caris v. t. 4. w) ad 4. x) Metemaucensem 1; Metamaucense 2. y) canalibus 4.

1) De loco Fossone videas Filiasi VI, p. II, p. 58. 2) Ital. 'la rete'. 3) Chioggia. 4) Prastium = proastium (προάστειον) est 'praedium urbanum. Papias: Proastium, Viridarium arborum prope murum'. DUC. 5) Navis planae species. DUC. s. v. plata. 6) i. e. onus carri; cf. 'Studien' I, p. 116.

paludibus concederunt[a] eis piscationes ligitime[b] ducere tres[c] vicibus in anno[d] hii[e] piscatoribus, qui fecerunt et aucellatione[f] similiter. Ceteri autem alia servicia constituerunt angaridiis, gundolis in omnique[g] partibus ubi duces seu et tribuni iussione fecerunt. In Caprulas hec totum[h] constituerunt omnia facere.

Equilenses[i] quidem[k] Uvederço[l] venerunt et in Equilo foris castellum habitaverunt; qui illos patuales[1] seu et[m] tributarii erant ad illos tribunos iudiciarum, qui Equilo[n] castello, qui de eorum proprium decimum factum fuerat, et ipsis[o] illuc habitaverant. Sed postea totos ad unum pariter foris exierunt qui infra castellum habitatores erant; et nullus ex eis ibi remansit, sed vacuum dimiserunt eum. Deinde vero Obelierius[p] et Beatus duces qui fuerant in Matamauco[q], quod[r] supra dictum est, audita hec omnia, venerunt, ibique cum omnibus tribunis qui fuerant in nova civitate Eracliana[s] et cum illi[t] qui de Equillo fuerant seu et illi[u] qui fuerant de Matamauco, verum etiam et de illorum[v] quos in litore Pineti inter se et[w] ipsos totos unus ab altero infestantes fuerunt post dicessu[x] Paulicio duci et filio eius, qui fuerant interfecti: constituerunt autem omnes prenominati[y] duces, tribuni[z] et sapientes antiquiores, ut de his qui foris castellum aliquid de personis bonum apparibile erant[a], ibi infra castellum in domibus[b] parvis suis eos mitebat. Nichil[c] de sensum[d] neque de intellectum sive de locutione tamquam inlaqueatis bestiis ad audire, sed[e] videre erat gens bruta. Vagnones Mastinos[f,2] apellantur; inlaqueatis bestie[g] similes erant. Omnibus[h] eis videntes[i], qui de[g] sensu et intellectu erant ad cognoscendum[k], omnes eos deridebant et expuebant. De alienis omnibus non sinebat[l] eis aliquid interrogabat[m], neque erat qui intellegeret[n] locuciones eorum. Illi[o] autem qui in Caprulas erant habitantes toti erant similes de omnique[p] ordine sicut[q] isti qui[g] de Uvederço[r]. Et illi Cogodones Caprenses manducatores erant similes porcos[s]; degestant[t,3] quod[u] enim manducabant. Non sciebat[v] illi nulla laboracione[w] alia facere, sed omnique[x] omnino storiis[y,4] erant laboratores et[z] piscatoribus[a].

Hetolus[b] autem appellatus est, quia ipse erat princeps de his qui ministerii erant retinendis[c]. Duces autem et omnes tribunos[d] concesserunt eis, ut in territorium Plavis multitudo armentui[e] bestiarum custodire deberent[f], quas ibi duces seu et Gaulus[g], frater eius, et omnes tribunos[h] ibi[i] erant habentes. Nomina retinentium quomodo[k] apelantes[l], hoc modo dicamus. Ipse predictus Hetolus[m] cum matrona uxore[n] sua seu[o] et filiorum suorum iumentas[p] et equibus erant vardatores[q,5]; Senatores[6] sellis erant retinentes; Pinctoli[r] bracos[s,7] maiores erunt[t] vardatores; Valcarii canes observabant; Vanarii vani[8] factores[u] et astores[9] custoditores[v]; Nanna[w] catelli nutritores et caciatores[10] assidue; Pascalici[x] grex porcorum mitentes in pastu; Cristoli castratores seu sanguellatores[y] equorum fuerunt; Gardiagas[z] Gauros saline ducibus factores; Cereseos[a] carros[b] et boves erant menatori[c] et canes navigabant[11]; Venerii, Ravarii[d] apelantur, ravas[12] et caulos et porros[e] ducebantur[f] et[g] omnes navigabant; Bycicas[h] becariam[i,13] retinentes[k]; Bececani[l] yrci[14] comperatores[15]

a) concederent 2. b) legittime 2; legitimas 4. c) tribus 4. d) ann 2. e) his 4. f) aucellationem 2; aucellationes 4. g) omnibus 4. h) totu 4. i) Equilegensem 4. k) quid ē 1; quidem de 2; qui de 4. l) Uuedercio 4. m) *deest* 4. n) Equili 4. o) et ipsi hab. 4. p) Obelerius 4. q) Matamaucho 4. r) qui supradictus est 4. s) Eradiana 1. t) ipsi illi 3; illis 4. u) aliis 4. v) illis 4. w) *deest* 2. 4. x) discessum Paulucii ducis et ei. filii 4. y) pernominati 1; prenominatos 4. z) tribunos 4. a) erat 2; errat 4. b) *ita* 2 *et* 4; domini? 1. c) nihil 4. d) de sensu n. d. intellectu 2. 4. e) seu v. erant 2. f) Mastini 2. g) *deest* 4. h) omnes eos 4. i) videntem 2. k) ad c. *des.* 4. l) n. sinebant 2; o. nesciebat 4. m) interrogare 2. 4. n) intelligeret 4. o) il. q. Caprulis 4. p) omni 4. q) sic 2. r) de Euued. 1; de Uuedercio 4; de *deest* 2. s) porcis 2. t) degestāt 1; deiestebant 2; degestebant 4. u) q. e. m. *des.* 4. v) non sciebant 2; nesciebant 4. w) laboreria f. nisi laboratore storarum et pischatores 4. x) omnesque 2. y) storia 2. z) e 1. a) piscatores 2. *Additur in* 4. De operibus et exercitiis quorundam Venetorum antiquorum. b) Hercolus 4. c) retinentes 4. d) tribuni 2. 4. e) armentum 2; armencium 4 f) deberet 4. g) Gaulis 2. h) tribuni 2. 4. i) er. ibi abentes 2; er. i. habitantes 4. k) q. ap. hoc *des.* 4. l) appell. erant 2. m) Heccolus 4. n) s. ux. 2. o) et filiis suis 4. p) iumentorum et equorum 2. q) custoditores 4. r) Pictoli 2; Pinccoli 4. s) bracorum maiorum 2; brachos m. 4. t) erant 2; errant 4. u) vannifactores 2. v) custiditores 2. w) Nāni c. nutriciones et ciatores 4. x) Paschalicii 4. y) sangellatores 2; sanguelatores 4. z) G. G. siline 2; Gardiacas G. salme 4. a) Ciresseos 4. b) *deest* 2. c) *corr. ex* menatores 1; menaturi 2; menaverunt 4. d) Bavarii 4. e) poros 2. f) ducebant 4. g) et omn. n. *des.* 4. h) Bicicas 2. 4. i) beccatria 4. k) r. erant 2. 4. l) Becceni 4.

1) i. e. pactuales; pactum idem est quod tributum. 2) Mastinos esse canes grandes vel molossos, monet DUC., Ital. 'mastino', 'Fleischer-, Schäferhund'. 3) Idem significare videtur quod deiectare (frequentativum de deiicere); an pro digestiebant vel degustabant? 4) 'Strohmatten'. 5) i. e. guardatores. 6) Fortasse legendum erit: Sellatores. 7) Bracco est 'canis sagax, indagator'. DUC., Ital. = 'Jagdhund'. 8) Vanna 'straguli species'; vannum 'pars navis'. DUC. 9) 'Habichte'. 10) i. e. venatores. 11) Quid hoc significet, ignoro; fortasse legendum: omnes nav., ut postea. 12) i. e. rapas. 13) i. e. macellum, 'Fleischbank'. 14) i. e. hirci. 15) i. e. comparatores, 'Käufer'.

erant[a] seu occisores sive in foro carne[b] vendentes; Becini[c] Berbicini ipsi fuerunt scorticatores[d] berbicinorum[1]; filiorum eorum per[e] consuetudo pedes de omnique[f] bestie erant tenentes. Ursi velud ursi fuerunt, domantes ad alapas et colaphis[g] erunt cedentes pro quo angaridiis nolentes esse faciendos. Et propter hoc[h] unusquisque nomina acceperunt[i].

Nomina scripturorum familiares, libertini, servi, ministeria retinnendis, isti[a] et alii[k] ceterorum. Omnibus[l] istis gondolis facientes erant in omnique parte, ubi duces et Gaulus, eorum[m] frater, et omnes tribuni per[n] iussione eis transmissionem eis faciebant. Angariabant autem duces[o] et omnes tribuni qui cum illis erant in[p] illis partibus, venientibus[q] da litus Vignolas[r] usque ad Aquilensem[s] castrum. Familiares autem et servi nove civitatis Eracliane[t] similiter ita facientes erant d'Aquilegensem[u] castellum usque ad eorum civitatem. Caprulenses[v] similiter da[w] confinium litus Pineti usque ad Caprulas habitationes eorum. Consuetudinem dederunt duces et omnibus tribunis ad illorum[x] libertini Civitatis nove in omnique[y] mense, sicut suprascripti[z] sunt: Caprulenses[a] dare omnibus sex masarienses[b] plattum ligneum unum de carros[c] viginti[2]; ita et isti nove Civitatis dare debet[d] in sex massarii plattum[e] unum tenentes carras viginti quinque et ducere eum[f] debet[g] usque ducatum Metamaucensem[h]. Laborationem de terra apprehenderunt duces per laudacione[i] omnium tribunorum[k] in nova Civitate, vineis in die ad arandum et omnique[l] laboratione ibi facere ad opus ducati Metamaucensium[m] consuetudine[n] constituerunt[h]. Obelierius[o] et Beatum duces cum omnibus tribunis[p], qui de Auxolum[q] castellum venerunt et in Equilo[r] fuerant habitantes, una cum Egilius[s] Gaulus, qui fuit ducibus pater, et cum pars illorum, quod supra memoratos habemus, qui de eorum habere[t] prodecimum[3] proprium sibi castellum ibi ipsi fecerunt, qui Equilo[u] hodie nominatur, de Uvederço[v] civitate fundamenta et totam petram dehinc abstulerunt, ut predictum est. Nam et illos qui de castello Equilegensem[w] foras fuerunt exituri[x] et ipsi qui de foris intus missi fuerunt ibi habitare, per unumquemque de[k] illorum persolvendum erat in omnique anno perfictum pro pensionis pellem[y] unam marturinam et de pignis modium unum. Isti tribuni tributum[z] accepturi erant; in Rivo-alto iam fuerant habitantes post illorum tribunos qui de civitatis[a] nova Eracliane primos foras fuerant[b] exeuntes: totos autem ut per nomina supra dictos[c] habemus.

EXPLICIT[d] HANC YSTORIAM.

VIII[e].

QUOMODO[f] HEC NOMINARE DEBEMUS, MODO DICAMUS.

Enea namque, legit in ystoria, qui de magna Troia exierunt urbe cum undecim fratres suos. Egilius Gauli fuit illorum pater; tresdecim eis fratribus in Patua civitate erunt habitantes. Toti autem isti quod supra nominatur, que cum eos venerunt, que civitates et castelli ad illorum nominatione illos fuerunt facientes; sed propter flagellationem, que per aqua et per terra sevissimi pagani venturi erant, illi autem foras fuerunt exeuntes. De Persis parte venerunt Masentius tyrannum per aqua. Ille propbanos et impius destruxerunt, ubicumque imperatas[g] invenit civitates et castellos et multitudinem hominum mille mille varium numerum incognitum interfecit. Deo sibi contrarium, celi fulgur venit super eum et super omnibus suis. Postquam ille impius apprehendit et flagelavit sive destruxit eisque ad solum, illa precipua et magnifica seu et procelsa Troia civitate, ille prophanus nichil erat videndum. Ipse cum omnibus ne numerare neque existimare nullus erant qui eos potuerunt comprehendere. Toti autem eorum erant hic stantes obcecatos, nec antea nec retro videretur essent euntes. Venit Constantinus cum Eraclio[h] christianissimi[i] imperatoribus de Constantinopoli cum magno exercitu; apprehendit illis[k] impiorum cum toti eorum. Maxentius[l] cum omnibus suis flamis statim eum[m] combrurerunt, vivos illos incendebantur[n]. Chosroe noluit convertere; caput illius amputavit. Suum filium, quos[o] invenit, imperatoribus[p] Romam secum

a) *deest* 4. b) carnes 4. c) Bicini 4. d) scortigatores 2. 4. e) p. c. *des.* 4. f) omnibus bestiis tenuerunt 4. g) c. er. cadentes 2; cholaphis errant c. 4. h) *deest* 4. i) acęperunt 4; De eodem *add.* 4. k) aliorum 2. l) omnes isti gondolas faciebant in omnibus partibus 4. m) eor. fr. *des.* 4. n) p. iusionem eis tr. f. 2; provisionem (?) faciebat 4. o) dives 4. p) nullis 2. q) venientes 4. r) Vignola 2. s) Aquilegensem 2. 4. t) Eradiane 1. u) dequilensem c. 2; ab Aquilagense castello 4. v) Capurlenses 2. w) de confinio litoris P. us. C. 4. x) eorum 4. y) omni 4. z) supradicti 4. a) Capurlenses 2. b) massarienses platum 2; massarientes plactum 4. c) carris 4. d) debent s. massariis 4. e) platum un. tenente caros 2; platum un. de caris 4. f) duo cereum 2. g) debent 4. h) Metem. 1. i) laudationem 2. 4. k) *deest* 4. l) omnem laboracionem 4. m) Metamaucensis 4. n) consuetudinem 4. o) Obelerius et Beatus 4. p) tribunis *bis scr.* 2. q) Equilo castello 4. r) Equilum 4. s) Egillius 1. t) havere 4. u) in Eq. 2. v) Uvedercio 4. w) Equilense 4. x) exĉti 4. y) pelem 4. z) *deest* 2. a) c. n. Eradiane 1; civitate n Eracliana 4. b) fuerunt exeutes 4. c) supra scriptos 4. d) Ex. h. yst. *des.* 4. e) *quae sequitur pars tantum in codicibus* 1 *et* 4 *exstat. Qui eam composuit, non solum prioribus partibus, sed etiam fortasse iam subsequenti parte usus est. Sed nos ordinem codicis* 1 *tenendum putavimus.* f) Quomodo hec — essent euntes *des.* 4. g) imperates 1 *pro* imparatas *an* imperiales? h) Eradio 1, *et ita postea.* i) christianissimo imperant de Constinapulis 4. k) illos et cunctos impios 4. l) Macencius 4. m) *deest* 4. n) incendebant 4. o) quod 4. p) cum i. 4.

1) Cf. DUC. sub v. berbix i. e. vervex. 2) Cf. 'Studien' I, p. 116. 3) Prodecimam idem significare quod redecimam, i. e. decimam decimae, docet DUC.

deduxit; a papa·nomine[a] . . . christianum eum fecit; imperatores ambo de fonte sacro baptismate eum suscepit, et spirituali[b] filius fuerunt imperatores. Posuit[c] ei nomine atavum suum Maxencium[d], Christo fidelissimum, quia suum pater[e] sive avum inter[f] fidelem fuit flagellator et persecutor omnium christianorum. Catheticavit eum sancte Romane sedis pontificem[g]; ostendit ei virtutem domini nostri Ihesu Christi, que[h] in mundo operavit secundum quod in euangelii verbis legitur, quod carne[a] suscepit de sancta virgine, Dei genitrice[i] Maria, quod de ea natum[k] fuit, quod ad[l] Iohanne bapticatus fuit, quod ad[m] Simeon in templum receptus, quod temptatus, quod adprehensus, quod flagellatus et passus, quod[n] sepultus, quod ad inferos descendit[o] et tertia die resurrexit[p] a mortuis, quod[q] a[a] discipulis post resurrectionem eis[a] apparuit, quod[r] ad cellos ascendit, quod[r] Spiritum sanctum in suos discipulos misit, quod[n] virtutem et potestatem in suo nomine eis dedit et eis facere precepit. Puer autem annorum[s] erat decem, postquam ille cognovit in[t] adolescentia et secundum suam puericiam per ostensione[u] Romano[v] benignum pontificem per Scripturam Sanctam quod fuit Christi virtutem. Deo[w] ergo gratias[x] erat referentem[a] seu pontificem et imperatores, qui eum invenit[y]. Blasfemabat protervitatem et iniquitatem omnia quod operatus erat
cf Luc. 10,7. prophanus et iniquus seu impiissimus patri suo; dicebat: 'Digni sunt operarii[z] mercedem iuxta suum laborem'. Multitudo millenarii decori navibus que vigent qui nos hominibus in navigantes cum turris argenteis altitudo et longitudo[1]. Longitudo ibique erectis erat. Ille iniquus cum aliquantos de suis cum eo vult supra ascendere a demonibus invocatione, quod supra erunt stantes, subtus omnibus pluviam ibique videretur infundere, lampades quasi sol et stellis erat radiantem, tonitruum supra audire corruscare. Istum totum demoniorum artificii Andrea archiepiscopus[2] ista ei floria composuit per indolis[a] intellegentie et alia scripsit de exaltatione sancte crucis, quod in cellum apparuit per actis intelligentie. Ista iniquitate sive flagellatione, quomodo hic recitata est, que per aqua fuerunt venturi; alia que de terra fuerunt veniente, que super inicium seu per cognicione per ordine dictum est.

Modo aliquid breviter dicamus, quod venit cum centum millia bellatorum. Destruxerunt plurime civitates usque ad solum. Similiter et isti cum navigium venerunt Cornenses[b] cum equites multitudo, omnique fluminorum erunt transversi. Civitates et castella quos illi Troiani[c], quos nominati sunt, totum illi fecerunt. De Pannonie regnum venit ille sevissimus paganus Atila nomine; supra autem quod fuerunt nominati sunt; quotquot autem destruxerunt, recordabitur, hec modo dicamus: Aquilegiam bilissima[d] . . . . et amplius possedit[3] annorum . . . . Concordia . . . Cardisana . . . . Ovederço . . . Ausolum castellum, Boemia. Illi destruxerunt multe alie que nominare homo non possunt neque existimare ubicumque invenire potest. Illos iniquos circuivit in girum, per possessione[4] illuc erat stantem, quod iannuas ipsa per totas civitates inperare aperte fuerunt. Quod illi viderunt, quod pariter statim intus toti erunt euntes seu destruentes, Geminianus presbiter, vir sanctus et iustus et bene grammatice artis peritus, ipse cum multitudine hominum, quod supra nominati sunt, cum Dei adiutorium foris civitatibus fuerunt exituri. In aqua patulibus erunt habitantes, in ligneis caveis, quos ipsi caverunt, quod melius potuerunt, ibique erunt stantes.

Venit super sevissimos paganos ira et indignatione Dei omnipotentis. Alii in aqua erunt sallentes[e], statim moriebantur; alii autem a demoniis vexaverunt et cum lapidibus inter se ipsos erunt lapidantes; alii in moncium altitudo erat occurrentes, de alto illos se precipitabant et statim mortui erant; alii ad gladiis obruti, alii gladii erat intereuntes[f], alii unus ab alter cum pedibus se fluxerunt, alii in igne erunt sallentes. Toti autem turpissima morte fuerunt morituri. Emundavit Dominus terra plena populi, a quo flagellum et Dei moribus eis erat. Totilla sevissimus in hac magna urbe intus a serpentibus sit laceratus, et vermis erat eum commedentem multitudo. Recessavit et emundavit Dominus in aqua quod fuerunt venturi. Totum quod supra dictum est revellavit ei Dominus Geminianum presbiterum, ut in omni parte ille fuisset ad videndum omnia quod factum fuerat. Istum presbiterum de natione Modinensem fuit, propter suam sanctitatem toti istorum cum eo salvi facti sunt, quod vidi flagellum in Aquilegia civitate cum ceteris aliis.

IX.

[HIC[g] AUTEM DICITUR QUALITER LONGINUS PERFECTUS[h] . . . INVENIT.]

Directus a[i] Iustiniano augusto, Constantinopolitanum[k] imperatore, Longinum[l] prefectum in urbe[m] Romam, exquisivit secundum iussio[n] imperatoris, quod auditum erat ad eorum aures, tam ipse quam coniugis eius Sophia[o] augusta. Quid autem illa terita[p] erat, quam per totum Constantinopolim magis hac[q] magis sonum fiebat, quod ex[r] Narsis valde erat tristantem[s], quod[t] de eius consanguinitate[u] ad eam erat[v] pertinendum, amor ipsa[w] quam ad eum[r] invaderat. Valde enim erat miranda, propter quod[x] eunuchum[y] erat et vere Dei cultor, si talia enim[r] factum[z] esset, quod dicebantur: quod expedierat

a) *deest* 4. b) spirituales partes eius fu. 4. c) posuerunt eum nomen Atauuersum 4. d) Macencio 4. e) patrem 4. f) īt 1. g) pontifex 4. h) quem in m. operavi 4. i) genitrici 4. k) natus 4. l) a 4. m) a Simeone in templo est presentatus quod aprenssus (*i. e.* apprehensus) et fl. 4. n) et 4. o) redit 4; *in marg. manu alia* reddit. p) rexsurr. 1; resuresit 4. q) quos 1; et 4. r) qui 4. s) er. an. IX 4. t) in adscenciam 4. u) ostensio 4. v) Romanum 4. w) Deus 4. x) gratia er. et seu pontifici 4, *omisso verbo* ref. y) invenerunt 4. *Hic desinit hoc cap. in* 4. z) operaii 1. a) indotis 1. b) cornen 1. c) Troiam 1. d) *lacuna in* 1, *et ita postea.* e) *i. e.* salientes; psallentes 1. f) *an* interientes *vel* interimentes? interentes 1. g) Hic — invenit *des.* 1; Liber septimus 3; De ecclesiis factis per Narsimam in Veneciis 4. h) *post* perfectus *lacuna in* 2; *fortasse explenda voce* Veneticos. i) ad 2. k) Constantinopolitano 3. 4. l) L. perfectum 2; Longinus prefectus 3. 4. m) u. Roma 2; urbem R. 3; u. Romana 4. n) iussionem 3; uisionem (?) 4. o) Sophya 2. 3. 4 *in marg.* p) territa 3. q) ac 2. 3. 4. r) *deest* 4. s) tristans 3; tristatus 4. t) quid 3. u) consanguinitatem 2. v) er. pertinentem 2; pertinebat 3. 4. w) issa 2. x) p. hoc q. 3. 4. y) eunuchus 3; eunucus 4. z) facta essent que 3. 4.

1) Haec quid sibi velint, nescio. 2) Fortasse s. Andreas Hierosolymitanus, Cretensis archiepiscopus († 724), cuius opera exstant ap. Migne, Curs. Patrolog., series Graeca t. XCVII. 3) i. q. obsedit. 4) i. q. obsidione.

Romanis et Gothis[a] seu Longobardi[b]; tam Venetica gente cum multitudo[c] gentium partis contristabantes[d] esset contra[e] Romanum Constantinopolitanum imperium[f], ut Narsis Rome illorum[g] laudis erat, ut[h] hic imperasset. Romanis[i] autem, quod[k] talia audivit, valde mutantur. Ita enim dicitur: 'Ille[l] nobiscum a[m] Gothis properati, cum illorum sumus ad bellum. Deus nobis[n] victoriam donavit. Sed cum de spoliis illi eorum[o], quam[p] nos ab eorum[q] abstulimus[r], partem[s] nobis dedit, partem sibi abstulit, cum Veneticorum gente in Italia[t] reddiit. Legati autem[u] tam[v] audita transmissio imperatori, tam ille quam nos teriti pavore sumus'. Statim autem Longinus[w] in Italiam venit. Narsis apud Longobardis[x] omnimodam pacem[y] apud eum factum erat[1] cum omni imperii honore. Voluit tam[z] inquisivit, ut Alboinum[a] rege Italie cum omnem suum populum, que per Italie civitatum habitantium erant, ut per sacramentum fide statuta crevisset. Hoc[b] autem Longinum[c] tam regi quam omnibus ita dicebantur[d]: 'Si hoc[b] enim facietis, aput[e] imperator magnum honore[f] augebitis[g]. Tu regulum[h] cum sis, tibi honore ipatus[i] inferuntur[k]. Similiter per omni[l] Italie civitatum honore sint recepturi. Ita[m] autem[n] supra me apprendo[o], ut hoc[b] quod ego ad vos infero totum vobis adimpleo[p], ut[q] per omni annum in Marcii mense amplius quam centum libras[r] [auri], cum imperator[s] statuta hoc confirmo, et alia dona invenietis apud[t] augusto[u] imperium. Ego, cum in Constantinopolin[v] rediero, hec[w] totum vobis adimplebo. Vestram[x] legatam misitica[2], si vultis, mecum transmittatis[y]. Et cum rediero Rome, aut alium[z] aut ego mecum reddantur[a']. Contumax autem contristavit[b] regulus ipse cum gente Italie, omni[c] principibus qui de civitatibus erat tam aut[d] alienorum. Multo[e] magis contentionem miserunt ei, quod[f] voluisset nullius subicere per sacramentum. Vidit autem Longinum[g] Rome prefectus, nichil[h] proficiscebant verba confortationis eius, taciturnus[i] habiit. Regulus autem tam eorum[k] principes ad[l] eum dicebat: 'Nos[t] subditi sumus[m] ad suum sanctum et benignissimum Romanum Constantinopolitanum gloriosissimum imperium; scimus[n] virtutem et sanctitas[o] potentie imperii eius; quando autem properandum est ad bellum, regni subditi. Quod enim est multitudo interpellandum, subiit universitas gentium populi, nullorum cuiusque[p] malum eiexerunt[q]. Iuste erogationis[r] eius expedientes sunt. Consuetudo illius est imperii, aut[s] quartum[t] aut quintum annum Romam venire[3], tam[u] Italie in Emilianum[4] civitatem sedere. Si hoc est, quod et ipse veniet, omnibus[v] nos supplicamus ad pedes imperii sui, laudantes sumus[w] et magnificantes et honorantes[x] seu[y] subicientes nos sumus[z] in omni iussione imperii sui; omnes[a] nos placabiliter facientes sumus[z']. Longinus, cum hoc[b] verbis ad[c] rege et eius[d] principibus ita audivit[e] sive alienorum[f] hominum conlaudantem[g], non perfecte, sed in aliquid cum amore receptus est parabolis[h]. Ad hoc autem Longinus inquisivit, quid de Narsinen factum[i] esset.

Eo[k] tempore Veneticorum[l] gentes, que per totam Italia[m] que illorum pertinentiis erant, tam civitatibus[n] et[o] castellis, que ab eis restaurati[p] erant, quam[q] per partes eadem[r] Italie regionis vel per iuga montium, que eadem[s] Venecie nove convicinnantibus[t] erant, multitudinem prediis[u] qua[v] eorum pertinendum est; sati[w] autem erat diversitatum, que illi erunt[x] fruentes et possessuri. Tam autem assidue item Italie negocii[y] erunt insudantem[z], sive Panonie et Gallorum Francorum partes. Questionem quod[a]

cf Pauli H. L. II, 5.

a) Gothys 2. b) Longobardis 3. 4. c) multitudine 3. 4. d) contristantes es. 2; contristantes essent 3. 4. e) circa 3. f) ipm̄ 4. g) illius esset 3. 4. h) et 4. i) Romanus 2; Romani 3. 4. k) cum t. audiunt 3; cum t. audiverunt 4. l) illo 4. m) ad Gothos properante (prosperante 4) illorum ivimus ad b. 3. 4. n) nobiscum v. d. 3; n. v. condonavit 4. o) illorum 2. 3. 4. p) que 3. 4. q) eis 3. 4. r) partem abs. p. 4. s) partem — abstulit *des.* 3. t) Ytaliam 3. 4. u) *deest* 4. v) t. audite tr. ī. 2; tali a. transmissione imperatoris 3. 4. w) et L. 3; ut L. 4. x) Longobardos 3. 4. y) p. fecit 3. 4. z) tamen inquirere 3. 4. a) Alboynus (Albynus 4) rex I. cum omni suo populo qui p. Yt. civitates habitantes er. 3. 4. b) hec 4. c) Longinus 3. 4. d) dicebatur 3; dicebat 4, *omisso* ita. e) apud imperatorem 3; ap. i. *des.* 4. f) honorem 3. 4. g) vobis aug. 3; nobis aug. 4; aug. — tibi honore *des.* 1. h) regulus 3; cum regulus 4. i) ypatus 3. 4. k) inferetur 4. l) omnes Ytalie civitates honorem sunt r. 3. 4. m) ista 3. 4. n) enim 4. o) apprehendo 3. 4. p) adimplebo 3. 4. q) ut p. omini annu in mar. m. 2; ut o. anno in m. Mar. 3; ut in om. anno in m. Aprilis 4. r) libera 2. — auri *deest* 1. s) cumperator st. 2; cum imperatoris statuto 3. 4. t) *deest* 4 u) augustum 3. 4. v) Constantinopolim 3. 4. w) hoc 3. 4. x) vestra legata m. 2; v. l. misticam 3. 4. y) transmittitis 2; m. s. v. tr. 4. z) alius 3. 4. a) redibunt 3. 4. b) r. contristatus est 3. 4. c) et omnibus p. q. d. c. erant 3. 4. d) autem 2; tam suorum quam alienorum 3. 4. e) multorum 2. f) q. v. nullus 2; eo quia (quod 4) nulli voluissent 3. 4. g) Longinus 3. 4. h) quod nihil proficiebant 3. 4. i) taciturnitas 2. k) eius princeps 3; eius principes 4. l) ad e. dic. *des.* 3. 4. m) simus ad s. s. et b. glor. imp. 2; s. ad s. R. C. ac gl. i. 3; simus ad s. R. C. ac gl. i. 4. n) simus 1. o) sanctitatem 4. p) cuique 3; cuiquam 4. q) ei exierunt 2; eicerunt 3; eiecerunt 4. r) errog. 2; erogatione 3. 4. s) aūt (autem) 2; ut 4. t) quarto aut quinto anno 3. 4. u) t. I. in Emilianam c. s. 2; et in Ytaliam in Mediolanum c. s. 3; et in Italiam in Mediolano civitate s. 4. v) omnes n. supplicabimus 3. 4. w) *deest* 3. 4. x) honorantem 2; honorificantes *(corr. 4)* eum 3. 4. y) *deest* 4. z) sibi 3. 4. a) omni 2; et in omni 3; in omni 4. b) hec verba 3. 4. c) a 3. 4. d) ad eius 2; ab e. 3. 4, *ubi haec ita ponuntur:* L. a r. et ab e. pr. ita hec cum v. aud. e) adivit 1. f) alienos homines 3. 4. g) collaudantes 3. 4. h) in p. 3; imp. 4. i) facturum 4. k) De eodem *praemittit* 4. Eodem 4. l) Venneticorum 1; V. gentem 2; V. gens 3; Venitorum gens 4. m) Italiam que 2; Ytaliam et 3; Ytaliam in ill. partin. 4. n) in c. 3. 4. o) quam 4. p) restaurata 3. 4. q) sive 4. r) eiusdem 3; *deest* 4. s) eidem 3. 4. t) commitiantibus *ut videtur* 2; convicinantibus 3; convicinantia 4. u) pr. q. e. p. *des.* 2; prediorum q. e. part. e. 4. v) quam 3. 4. w) satis 3; in multis diversitatibus 4. x) erant ferventes 3. 4, *ubi* q. i. *des.* y) negocium 4. z) in sua dantes 3; insudantes 4. a) q. Longinus 3; quam L. 4.

1) Eadem fere verba habet Iohannes diaconus in chronico Veneto (SS. VII, p. 4), sed utrum hic noster ex Iohannis chronico hauserit, an Iohannes hoc fragmento usus sit, mihi nondum satis constat. Cf. 'Studien' I, p. 46. 2) i. e. missaticam. 3) De hac consuetudine aliunde nihil notum est. 4) i. e. Ravenna.

Longinum de Narsen[a] fecit, Veneticorum[b] gente ad eum responsa dedit. Usque dum Longinum[c] in Italia moratus fuit, Veneticorum populi[d] assidue eum frequentatus est, curia[e] ei facientes. Predia[f] eis pertinentem erat, homnia ad eum demonstrati[g] sunt, tam Italie quam Dalmatie. Ex his autem illorum, quid[h] de Dalmatia erat et Calabrie venturi, tam de illorum[i] quod habentem castris vel predia fuerunt; quod[k] Troie precellimam civitatem deinde exierunt; quod[l] persecutiones tirranidis Masencii[m] vel Quosroe, quos illos per aqua[n] eventi[o] fuissent, ab eis paciuntur; quod destruxerunt plurime[p] civitatium, et Troia usque ad[q] solum; quod exinde conmovit secum universum illius exercitum[r] Romam venire. Sed contristavit eorum[s] Deus et beatissimorum apostolorum Petrum et Paulum. Que illis[t] nefandis[u] [Persis[v]] regulis paganorum[w] visibilis sancti apostoli gladii acuti tenentes vidissent, cum omnibus nefanda paganorum gens illorum territi fortes fuerunt, pavore retrorsum revertens[x]. Pavor his qui operantur malum persequentes erunt; quod[y] retrorsum respicientes esse, totos autem ocecatos[z] fuisset; quod a sanctis benignissimis[a] imperator[b] Constantinum et Eraclium apprehensis et incensuri, si vivi fuerunt, Maxentium[c] cum omne suum exercitum; quod[d] Chosroe[e], quare[f] ad Christum[g] noluit[h] revertere, caput subivit sententiam, tam amputavit[i]; quod Chosroe[k] filium[l] quod Rome ab imperatoribus venit et[m] ad Romanum pontificem cateticatum[n] et ad Christum conversum[o] fuit, decem erat habentem[p] annis. ‘De[1] Roma autem imperatoribus[q] Italie venit[r] illos nos, quod adunantem[s] mirares exercitum, quos invenit cum eorum rei potentie[t] magnitudinis[u] diversitatem, nobis adiutorium[v] impendivit. Iste tote[w] Italie civitatum illos[x] nobis exposuit. Nos autem et nostros comparentes[y] eas autem[p] fundavimus. Non[z] longum, sed proximum tenuimus esset[a] tempus. Ista alia flagella tam persecucio[b], que[c] secunda videmus esset, cognoscimus, quia ille sevissimus et impiissimus nomine Atila, que[d] de Panonia[e] terre oriundus fuit, sed per[f] tote[g] iste Italie et per civitatum possessor et flagellator et persecutor fuit omnium, ubicumque inventum[h] est christianis[i]. Nobis Deus quod[k] auxiliator et protector sive adiutor[l] et salvator ad nos[m] custodiendum et defensor fuit[f], ad requestione[n] illius nos salvi facti sumus, in paludibus aque habitaturi, in ligneis[o] caveis statuti. Veteris hic Venecie cum fuimus, multe[p] quod videndum est civitates, da[q] Ade fluvium usque Panonie[r] confinium terminande sunt, que nos[l] fuimus retinendum[s], et nostra fuit possessio; quod per nostra[t] iusticia laudandum [est[u]] apud nos esset[v] retenta debet[w].

Secunda Venecia, que[x] nos orta[f] in patulibus[y] aque habemus, quia[f] mirabili[z] est habitatio videre, quod nullius[a] in mundum non[b] per navigium cuius est potestas, nulla[c] ab eorum sumus nos dubitaturi[d] nec apprehensi nec possessuri[e], non ab imperatorem[f] nec a regibus nec nullis[g] mundialis principum. Nostrum navigium, quod sumus habentem[h] per mundum, nos peragendum est nostra[i], quod est necessitate victualie habendum; omnia, quod[k] nos per cogitatione[l] mittere possimus[m], totum invenimus, tam per alienis[n] partibus inveniendum est nobis, nichil nobis alicubi contradictione faciendum est. Sed[o] contradicendum de illorum patriis[p] negocium. Hoc[p*] totum per ordinem quod fuit per cognitionem[q] nos[r] vobis tam Narsen[s] factum est. Narsis quod[t] talia audivit, cum[u] voluntate dux, tam laude bonorum hominum, in Venicia inquestus[v] est venire[w]; ut hoc[x] quod promissus fuit[y] Italie regulus[z] sive[a] civitatem et principes eius[2]. Si talis mihi apositionem[b] mirabile inventus est videre[c], quod nos[d] ad illum demonstraturi[e] fuimus. De hic[f] autem Italie regionis illum Venecie duximus nobiscum[g] in terra nostra; suam[h] autem diviciam, tam Gothorum spolia, quam[i] sibi sive nobis in parte advenit, totum nobis ipse commendavit. Ille nobiscum tam[k] Romanis cum illorum[l] Gothis propter infidelitatem imperii[m] bellum commisimus. Spolia hec[n], cum ad terra[o] nostra venit[p], totum[q] omnia ad eum reddimus

a) Narscete 2; Narsem 4. b) et de V. g. 3. 4. c) Longinus 3; Longninus 4, d) populus 3. 4. e) c. ei facientem 2; curiam ei facientem 3; curialitatem ei faciendo 4. f) p. que eis pertinentia erant 3. 4. g) demonstrata 3. 4 (?) h) qui d. D erant 3. 4. i) de illis qui habentes castra 3. 4. k) qui de Troia precellima civitate exierunt 3. 4. l) qui p. tyranni 3. 4. m) Masscencii 2; Mesencii 4. n) aquam 3. 4. o) et venti 4. p) plurimas civitates et Troiam 3. 4. q) a 2. r) exercitus 2. s) eos D. et beatissimi apostoli Petrus et Paulus 4. t) illi 2. 3. 4. u) nephandi 4. v) *deest* 1. — regulus 2. w) paga 1. x) revertentes 2. 3. 4. y) quo 4. z) obcecatos fuissent 3. 4. a) ac b. 3. 4. b) imperatorem Constantium et Er. 2; imperatoribus Constantino et Eraclio 3. 4; Eradium 1. c) Mascencium 2; Masentium c. omnem s. e. 3; Masencium c. omni suo exercitu 4. d) quos 1. e) Quosroe 4. f) quare — Chosroe *des.* 3. 4. g) Christo 2. h) voluit 2. i) ambutavit 2. k) Chosdroe 2. l) filius ab im. R. v. 3. 4. m) *deest* 3. n) cathetizatum 2; cathechizatum 3; chathizatum 4. o) cumverssum 4. p) *deest* 3. 4. q) imperator 4. r) vetuit 1. s) ad. mira rex e. 2; adiuvantem m. e. 3; adunantem mirantes e. 4. t) poten 2. u) mag. div. *des.* 2. v) a. impendunt 2; auditorium impedivit 3; a. impedivit 4. w) totas Ytalie civitates 3. 4. x) *deest* 4. y) comperantes 2; propinquos 3; nostri propinqui 4. z) nos 2; num (nū) 4. a) esse 3. 4. b) persecutiones 3. 4. c) quas secundo vidimus esse c. 3; quas secundo cognovimus esse vidimus 4. d) qui 3. 4. e) Panonie t. 2; P. terra 4. f) *deest* 4. g) t. is. It. civ. p. 2; totas civitates Ytalie (Italie c. 4) p. 3. 4. h) inventus 3. 4. i) christianus 2. k) qui est 3. 4. l) *deest* 2. m) c. n. 3. 4. n) requestionem 2. 3. 4. o) lignei 1. p) vidimus multas civitates 4. q) das 1. 2; ab 3. 4. r) Panie 1; Adde fluvio Pamonie *(sic!)* cumfinium usque t. s. 4. s) retinendi 4. t) n. iustici 2; nostram iusticiam 4. u) *deest* 1. v) esse 3. w) *deest* 3. 4. — De eodem *add.* 4. x) quam 4. y) paludibus 3. 4. z) mirabilem habitationem est q. 3; mirabilis habitacio est q. 4. a) nullus in mundo 2. 3. 4. b) nisi 3. 4. c) nullius sum. dub. 4. d) dubitari 2. e) possessum nec 4. f) imperatore 3. 4. g) n. mundalis pr 2; aliis qui sint in hoc mundo principibus 3. 4. h) habentes 4. i) in n. q. e. n. 3; n. in necessitate 4. k) que 3. 4. l) cogitationem 3 4. m) possumus 4. n) alienas partes 3. 4. o) Sed — negoc. *des.* 4. p) pariis 2. p*) hec tot. q. f. per cogn. n. nob. per ord. t. 4. q) *e corr.* 1; cogitationem 2. r) vos 2. s) nasceri (?) 2; Narsem 4. t) cum 3. 4. u) et c. v. ducis ac l. 3. 4. v) ingressus e. 3. 4. w) *deest* 3. 4. x) homo 2; hec 4. y) promisit ei 3. 4. z) regolus 3. a) s. civitatum 2; s. princeps civitatum eius 3. 4. b) āpposicōm mirabilem 4. c) omne mirabile *add.* 2. d) *deest* 4. e) demonstrati 3. f) hac a. Italia regione 3; hac a. illum Ytalie regione 4. g) est *add.* 1. 2. h) s. a. divicium 1; s. a. divitiam 2; suas autem divitias 3. 4. i) quum 1; que 3. 4. k) et cum 3. 4. l) illis 3. 4. m) imperatori 3. 4. n) hic 1. o) terram nostram 3; nostram terram 4. p) venerit 4. q) totaliter om. r. 3. 4.

1) Quae sequuntur Veneti narrare videntur. 2) Hic aliquid excidisse videtur.

conmendum[a]. Tali transmissio[b] et legata epistola ad[c] imperatore ille receptus est; morari[d] Italie dubitantem[e] fuit; quod[f] nobiscum in terra nostra venit, tam[g] mirabilis[h] aqua apositionis vidit; et nos totas[i] Veneciarum[k] partes ad illum[l] monstravimus, tam autem navigium nostrum. Ita autem dicitur: "Nichil dubitator sum[m] imperii hoste[n] per totum suum navigium, si ab imperatore gratia[o] invenire possim. Simulque[p] multitudine[q] pomorum genera aliarumque genus[r] species[s], quarum Italia ferax est inventurus, hic Venecie habentem est[t], quatenus eorum ad inveniendum[u] animum posset[v] inlicere, si Constantinopolim est, ut revertam[w]". Tantum[x] autem in Venecia moratus est, ad[y] dux et ad omnibus nobis magnum honore tam[z] tractatione[a] de nos[b] recepturus est: promissio[c], quod Italie regis, tam principum et civitatum omnia per Veneciarum patriis hostensionem facientem est, tam per episcoporum[d] quam per ecclesiis sive sacerdotum et per omnium clericorum et pauperum, orfanorum sive viduarum. Omnibus autem facientem[e] fuit consolationem; quod[f] enim ad[g] eum quesivit, cuicumque[h] est, adiutorium fuit prestator. Cognoscimus[i], ut esset vere Dei cultor. Primum comentum[k] eius ecclesie[l] due fecit iuxta duci[m] palacium; quod[n] iter palacium cum suum[o] posse expense adiutorium, quod ille fecit, confinitum fuit. Mira res hic aule edificiis pompe presentis[p] est videre. Iter[q] fuit sue expositionis eadem[r] ecclesiis, non longe, sed proxime palacii ducis. Una[s] fundavit ad honore[t] sancti Theodori martiris, ad[u] pre- (cf. supra p. 28.) ciosis columpnis tam lapidibus[v] exposuit ad hornandum. Cuba[1] depingnere[w] preciossissime[x] fingnere[y] precepit litteris[z] memorie recordacionis, ad[a] honore dux, tam Olivolensem episcopum, cuius tempore fuit fundata[b.2]. Item cupe tam decorum[c] lapides exposuit[d]. Noluit facere eam[e] consecrare secundum Italie vel[f] Francorum usalia, quia promissus fuit[g] multitudo[h] invenire, tam[i] condire[k] in eisdem ecclesie[l] altare[m] patrocinia. Domum autem honorifice exposuit. Ita fecit. Dux sibi constituit esset[n] capelle in omnibus ducibus potestati sive dominacione. Ordinalibus cantorum, lectorum instituit per[o] utilitatem ecclesiis; tam ipse multitudinis librorum[p] diversitatis thesaurum per ventaniis[q.3] preceptum[r] eandem[s] ecclesie ducis capelle dimisit, tam duci quam in omni Veneticorum potestate. Ipse autem Narsis eadem[t] ecclesia sancti Theodori resedit. Dux nobiscum in unum omni die cum[u] eo convenimus et cum illum[v] (cf. supra p. 36. et 41.) die noctuque stabilles sumus. Quod[w] salute[x] et prosperitatis, tam honoris est nostre patrie, de[y] illum autem invenimus omnem[z] bonum habentem consilium, quod nostre sit[a] tam animarum quam corporum salutationis. Alia[b] ecclesia prope palacium fundavit ad honore[c] sanctorum Menen[d] et Geminiani. Abbas[e] (cf. supra p. 28.) autem fuit, nunciator et procurator[f] omni[g] genus Veneticorum, gerens sue Modinnensis[h] civitatem episcopii[i] ascendit honore; sanctissimam autem finivit vitam, tercio Kalendas Februariis[k] hobiit[4]. Dux sive[l] episcopum cum laudatione Veneticorum, quod[m] nuncium audivit de hobitus sui, eadem[n] ecclesia[o] ad eius honore[p] sancti Geminiani confratris[q] consecrare fecit. In domum autem[r] eiusdem ecclesie, que Narsen[s] edifficavit, idem omnibus congratulavit[t]. Porro idem certe et vere nos beatissimi euangeliste Marci corpus apud nos habemus; que Narsis ad eius sanctisimum[u] corpus honore fundamentis ecclesie imposita habet, secundum exemplum que[v] ad Domini tumulum Hierosolimis[w] viderat[5], si in Constantinopolim sim quod revertam. Et exinde venit Venecie, quod promissum est. Dux tam[x] nobis Venecie vitam finire[y]; et deinde Constantinopolin[z] cum omnem[a] illius consanguinitatis parentorum translate illius esset Venecie habitantes'.

a) commendium 2; *deest* 3. 4. b) transmissa 3. 4. c) ab 3. 4. d) morali 1. e) dubitans 3. 4. f) qui 3. 4. g) et t. 3. 4. h) mutabilis aq. ap. 2; mirabilis aque appositionem 3; mirabilem aque appositionem 4. i) tota 2. k) Venecie 3. 4. l) illi 3. 4 m s. d. 4. n) hostem 3. 4. o) gratiam 3. 4. p) simul te que 2. q) multitudinem 2. 3. 4. r) *deest* 4. s specierum quas in It. vix poteram invenire 3. 4. t) habentur quatinus 3. 4. u) inveniendus 2; veniendum 3. 4. v) possit 4. — p. inlicire 1. w) revertar 3. 4. x) tamen in V. 3. 4. y) et duci et om. n. m. honorem fecit 3. 4. z) tamen 3. 4. a) tractationem 2. 3. 4. b) nobis receptus 3. 4. c) promittens q. regis *(deest 4)* It. regi t. principibus et civitatibus omnibus p. Venecie patrias ho. faciens e. 3. 4. d) p. episcopos q. p. ecclesias s. sacerdotes et p. omnes clericos et pauperes, orphanos s. viduas 3. 4. e) faciens 3. 4. f) qui 3. 4. g) ab eo 3; ab eos 4. h) quodcumque adi. statim prestitit 3. 4. i) Cognovi eum v. D. cultorem 3. 4. k) conventum 3. 4. l) ecclesias duas 3. 4. m) ducis 3. 4. n) quod it. pal. *des.* 1. o) solo 4. p) presens 3. 4. q) item 3 4. r) eisdem ecc. n. l. 3; non l eisdem occulis s prime 4. s) unam 3. 4. t) honorem 3. 4. u) et 3. 4. v) quam aliis *add.* 4. w) depinguere 2; depingere 3. 4. x) gloriossissime 4. y) fingere 2; fungere 3. 4. z) littere 2. a) ad hore 2; tam ad honorem ducis quam Olivolensis episcopi 3. 4. b) fundata est 4. c) dechorum 2; dechoros 3. 4. d) exposui 2. e) eas consacrare 4. f) *deest* 4. g) promisit 3. 4. h) multitudinem 2; multa 3. 4. i) et 3. 4. k) cotidie 2 l) ecclie 2. m) altariis 3. 4. n) esse capellam et 3. 4. o) p. u. e. *omittit hic* 4. p) pro utilitate ecclesiarum *hic addit* 4. q) provencaniis 4. r) perceptum 3. s) eadem 3. 4. t) in e. 3. 4. u) cum —' die *des.* 4. v) illo 3. w) qui 3. 4. x) salutis 2; salutem et *(deest 4)* prosperitatem, et etiam *(deest 4)* honorem concupivit n. p. 3. 4. y) in illo 3; illo 4. z) omne 4. a) fuit t. an. q. c. salus 3. 4. b) aliam ecclesiam 3. 4. c) honorem 3. 4. d) *ita* 3. 4; *cf. p.* 39, *l.* 1; nen. 1; Menem 2. e) abba 2. 4. f) auctor procuratorum 4. g) omnium generum 3. 4. h) Modiensis 2; Modinensis 3. 4. i) episcopati asc honorem 3. 4. k) Februarii 3. 4. l) sibi episcopus sive c. l. 3; s. episcopus c. l. 4. m) cum n. audiverunt de obitu suo 3. 4. n) eandem 2. 3. 4. o) ecclesiam 3. 4. p) honorem 2. 3. 4. q) confessoris 3. 4. r) *deest* 4. s) Narsim 4. t) cumgralavit 4. u) sancti 2; sancti corporis honorem fundamenta ec. imp. essent *(deest 4)* h. 3. 4. v) quod 3. 4. w) Ierosolimis 2. 3; Iherosolimis 4. x) tamen nobilis 3. 4. y finivit 3. 4. z Constantinopolis 2; Constantinopolim 3. 4. a) omnibus consanguinitatibus (consanguineis 4) parentibus translatus est illius esse a (ab 4) V. habitatoribus (h. V. 4) 3. 4.

1) 'Cuba, cupa (pro cumba?) locus subterraneus; urna, arca sepulcralis'. DUC. 2) Narsis temporibus episcopatus Olivolensis nondum extitit 3) Cf. supra p. 19, n. 1. 4) sc. Geminianus I, qui defunctus esse dicitur pridie Kal. Febr. a. 348. 5) Basilicam s. Marci (a duce Iohanne Partecipazio) 'ad eam similitudinem quam supra Domini tumulum Ierosolymis vidisset constructam fuisse', traditur etiam in Translatione s. Marci quam edidit Baronius Ann. ad a. 820. ex codice Vaticano 1196. saec. XII (fol. 157 et sqq.).

Postquam omnia audivit cognitio[a], dixit autem[b] ad illorum[c] Veneticis Longinum[d]: 'Si vobis omnium[e] vestris Veneticorum collaudantem[f] est et placentem vester dux, ut et ego Venecie[g] veniam, et per vestrum navigium[h] Constantinopoli[i] pergere[k] velletis, Narsis et ego vobiscum[l] pergam. Quia vos quod[m] ego Italie regulus[n] promissus fui vel civitatibus, scientes et esaudientes[o] scitis, si vultis ab[p] imperium supplicare, non per sacramentum vobis inquiram; sed inter vos collaudantis[q], ut fidelles[r] imperii scitis[s] appellaturi, et oste[t] promissores scitis[s] ad sui imperii iussionem[u] facere et bellum committere, dux omnibus[v] vobis tantum mihi promissis[w] sciatis. Tamen[x] vester[y] dux nos[z] ut simul[a] Constantinopolin pergentem scimus[b], quid[c] vultis quia[d] imperatori peticionem facere, per scriptum mihi resertis[e], si[f] ego faciam imperatorem perpetualiter vobis[g] per scriptum[h] confirmacionis securos[i] facere, loca mercationis frequenter exquirere[k]. Qui[l] ex vestris navibus onoratis cum per parte[m] Antiochie[n] incedere vultis, securos[o] inferetis, quod per[p] universe partes sunt imperii potestatem'. Cumque dux cum omni[q] Veneticorum populum[q] transmissio[r] hec cum amore et dilectione [audivissent[s]], leti[t] et alacres fuerunt; properantes[u], ita[v] eum susceperunt. Rogaverunt autem per legatis[w] misaticis, ut[x] in Venetia[y] Longinus venisset. Dux ipse et Narsis cum multitudine tribuni[z] tam[a] alienorum, cum navigium[b] diversitatum ovia[c] ei venerunt. Tanquam[d] imperator a prolepsis[e, 1] venissem, cum campanis tam[f] tibiis et cytharis et organa[g] musicorum fortes[h] erant prestollantes, ita ut tonum celi non audisset[i] per totum ducis[k] palatium, quod[l] imperatorii missum erat venientem. Cumque ad ecclesiam[m] sancti Theodori[n] quinquaginta clericorum[o], indumentis revestiti[p] ecclesiasticis, invenit cum altis vocibus canentes, eum erant suscipientes[q] cum omni dignitate[r] honore. Cum revertisset[s] de ecclesia, cum dux[t] in palatium habiit[u]. Tribuni cum toti[v] alienorum hominum cum eo[w] venerunt Longinum[x] imperatori missum; a[y] dux et ab omnibus gentibus populi universi, que in unum propter illum congregati erant[z], ad illorum[a] ille dixit: 'Certe de[b] vos ipsos tam et de alienorum quod audivi[c], mirabile[d] inventi estis, tali[e] apposicionem abentem. Securi permanendum[f] estis in securitatem[g]; quod[h] enim nihil esset, [quod[i]] possitis dubitaturi[k] per[l] nullis imperatori nec nullis[m] mundialis principibus, illius[n] iussionis contristantem sit vobiscum per nullum navigium neque possessionis, ut vos[o] invenire possim[p] tam[q] apprehendere. Dico enim vobis, si imperatori vultis obedire[r], quod[s] ei inquisicione[t] ex[u] vestra parte faciam, per scriptum exponite. Confido me aput imperatore[v] omnia expletam[w] invenire vobis'. Dux[x] autem promisit coram omnibus cum eo ornari[y], cum laude tocius Venecie populi. Ita omnes pariter ad[z] eum laude dederunt ad ornandum. Cumque naves egresse[a] essent[b] Constantinopoli[c] `peragendum iter, dux tam[d] Narsensem[e] confessus est, cum[f] Longinum[g] Constantinopoli[h] egredere, ab[i] imperatore gratia[k] et omnimoda pace apud[l] eum invenire. 'Quidquid[m] tibi sui[n] imperii petiturus est, iuste tibi meretur accipere'. Quod[o] in Constantinopoli[p] pariter venerunt, inter quos erat[q] nobiliores viri seu sapientes, transmissio[r] illius ab imperatore eorum adventum nunciavit. Cum[s] amore et cum dilectione[t] honorifice[u] illos suscepit. Cognicionem[v] quod supra[w] scriptum est, Longinum[x] autem impe-

a) convicio 4. b) *deest* 4. c) ad illos Veneticos 3; ad Veneticos 4. d) Longinus 3. 4. e) et omnibus v. Veneticis 3. 4. f) collaudante est et placente v. d. 2; collaudans (call. 4) est et placens et vestro duci 3. 4. g) Venceiam 3. 4. h) *deest* 2; cum vestro navigio 3. 4. i) Constantinopolin 2; Constantinopolim 3. 4. k) ducere vellitis 3. 4 l) veniemus v. 3. 4. m) illud q 3. 4. n) regulo (regi 4) promisi 3. 4. o) euidientes 2; audientes 3. 4. p) apud im. 2; ab imperio 3. 4. q collaudatis 2; collaudetis 3. 4. r) servi 2. 3. 4. s) sitis 3. 4. t) hostem 3. 4. u) visionem 4. v) cum o. 2. 3. 4. w siatis 1; promissitis sciatis 4. x) quod *add.* 3. 4. y) noster 1. z) nostro 2; nobiscum 3. 4. a) insimul Co. iturus sit 3. 4. b) simus 2. c) et quodcumque 3; et quacumque 4. d) *deest* 2. 3. 4. e) reservetis 2; intimabitis 3. 4. f) *ita* 1. 2 *pro* sic? et 3. 4. g) vos 3. 4. h) scripturam 4. i) sec. — mercat. *des.* 2. k) equirere 2; acquirere 3. 4. l) quicumque in v. n. honeratis 3. 4. m) partes 3. 4. n) Antithiochie 2. o) secure inferretis 3; securi inf. 4. p) et p. universas p. sui imp. 3. 4. q) *deest* 3. 4. r) transmissionem hanc 3. 4. s) *deest* 1. 2. t) lecti 1. u) et pr. 3. 4. v) itam 2; ita ut 4. w) legatos nuncios 3. 4. x) *deest* 3. y) Venetiam 3. 4. z) tribunorum 3. 4. a) et 3. 4. b) navigii diversitate 3. 4. c) ovii 2; obviam 3. 4. d) tamen cum 3. 4. e) aprolensis 2; aprolens (aprolēns 4) venisset 3. 4. f) tantibus 2; ac t. 3; et t. ac cy. 4. g) organis 3. 4. h) fortiter erant pr. 3. 4. i) audissent 3. 4. k) p. d. 3. 4. l) q. imperatori m. 2; eo quod imperator dicebatur venisse 3. 4. m) ecclesia 2. n) appropinquaret *add.* 3; propinquaret *add.* 4. o) clerici ind. vestiti (*deest* 4) eccl. iverunt contra eum et al. v. c. e. susceperunt c. o. dignitatis officii et honores (offertu et h. 4) 3. 4. p) revesti 2. q) suscipientem 2. r) dignitatis 2. s) exivisset 3; exivissent 4. t) duce 3. 4. u) habuit 2; intravit 3. 4. v) totis aliis hominibus 3. 4. w) eum 4. x) Longinus imperatoris m. 3. 4. y) cum duci et om. g. ac populis universis qui 3. 4. z) retulisset (let. 4) iterum *add.* 3. 4. a) illos 3. 4. b) de vobis ipsi t. et d. aliis 3. 4. c) audivit 2. d) mirabiles 3. 4. e) talem ap. habentes 3. 4. f) permanentes 3. 4. g) securitate 2. 3. 4. h) quia nihil est 3. 4. i) *deest* 1. 2. k) dutari 2; dubitare 3. 4. l) p. n. i. *des.* 2; p. nullum imperatorem 3. 4. m) nullus mundalis 2; ullo mundi alio principe 3; ullum mundi allium principem 4. n) nec ullius iussionibus contristare vos poterit (v. p c. 4) aliquis (*deest* 4) p. ullum n. nec (neque 4) possessiones vestras 3. 4. o) nos 2. p) possit 2. 3; possint 4. q) neque 3; nec 4. r) impedire 2. s) quancumque 3. 4. t) inquisitionem vultis 3. 4. u) ut ex v. p. f. 3; ex p. v. ut f 4. v) imperatorem 3. 4. w) explere tam inv. 2; explere et inv. 3. 4. x) dux - coram *des.* 2. y) orari 2. z) cum eo laudem d. 3. 4. a) egesse 2. b) esset 1. c) Constantinopolim p. it. 2; Constantinopolim ad pergendum it. 3. 4. d) *deest* 3. 4. e) Narseni 3. 4. f) eum 1; quod cum 3. g) Longino 3. 4. h) C. gredere 2; Constantinopolim ingredere 3. 4. i) et ab 3. 4. k) gratiam et omn. pacem 2; gratiam et omnimodam pacem 3. 4. l) inv. ap. e. 4. m) quicquid (?) 2. n) a suo imperio 3. 4. o) ut 2. p) Constantinopolim 3. 4. q) erant 3. 4. r) transmissos nuncios imperatori 3. 4. s) qui c. 3. 4. t) dileccione 1; cum *omittunt* 3. 4. u) ac h. 3. 4. v) cognito 3. 4. w) *deest* 4. x) Longinus 2. 3. 4.

1) Quid hoc verbum, procul dubio corruptum, sibi velit, nescio. Prolepsis est anticipatio, anticipata cognitio alicuius rei; fortasse hic locus ita interpretandus est, tamquam si imperator ex pacto venisset; licet exspectes: 'tamquam ipse imperator venisset'.

ratori omnia narravit, professionem[a] Venetiquorum[b] similiter. Dux[c] autem[d] ante se venire fecit, laude[e] quod Venetiquorum[f] augens erunt. Supplicavit se[g] dux, tam[h] nobiliores tribuni qui[i] cum eo erant, in potestate Constantinopolitanum[k] Rome sanctissimum imperium servi[l] subiit estote appellaturi, sub[m] iugo illius iussionis in sua dominacione imperii insudantes[n] negocium; honorati inter omnibus[o] missaticis, tam de sede quam ad[p] statu, super omni[q] gente concessit illis esse per omni[g] universe[r] maritime imperii potestate defensi sive securi perpetualiter fuisset[s] permanentes, per preceptum confirmacionis, secundum quod sanctissimum[t] Constantinum universe christianitatis mundane[u] vulgavit et antique Venecie per preceptum confirmavit; ita eadem[v] nove.

Qualiter Eraclius[w] per Panoniam[x] venit.

Eo tempore ipse monarchiam[y] tenebat imperii. Quod[z] audivit tam[a] inquisivit dispersiones civitatum, que[b] sevissima gens paganorum destruxerunt[c] illam; quod in unum post flagellum omnes pariter convenerunt, ubi civitatem aqua[d] circumdata tam effundata audivit esset; ut[e] Eraclium[f] sibi palatium instruit velle, sibi autem[g] sedere concessit; quod[h] augusta Helena, Constantini mater, chathedras de Alexandrie[i] tulerat, que[k] una sedit beatissimum[l] Marcum[1], Christum per sui[m] euangelii verba Alexandrie gentis[n] euangeliçante[o]. Ibi et alia[p] invenit cathedra[q], que[r] Aquilegie beatus sederat Hermachora[s]; que ipse direxit[t] ad beatissimum Marcum illum[u] magister Alexandrine sedis, qui de[v] beato Petro apostolorum principes[w] Anthiocenum[x] primum egregie ecclesie instituit[y], secunda illius vicarii esset. Precessit prima universalis, quod[z] ad Petrum fundata est petris[a], et super[b] hanc petram[c] edifficata est ecclesia eius, et porte inferi[d] non prevalebunt Matth. 16, 18. 19.
adversus eam. Et ad eum tradidit Deus agnorum[e] oves pascere et celorum claves retinere; animas ligandi atque solvendi ei potestate[f] tradidit. Antiocenum quod beatissimum Marcum, suum batismatis[g] filium et dilectum discipulum, secundum quod ab eo audierat Rome, sive dictavit rogatus a fratribus[h], quem Christus scripsit, Rome euangelium, cum eo ipse direxit Aquilegie, Christi[i] nomine predicavit. Regendam terciam[k] sibi constituit ecclesiam; de Aquilegia directum[l] est Alexandria[m], Christi[n] verbum et nomen Domini predicavit. Ecclesie sibi item[o] tam vicis sué vicarium constituit cathedre[p], quam Eraclius augustus eadem ille civitatem, que Eraclia nuncupata est, ipse secum deduxit nove[q] Aquilegie[r] civitate, que insule[s] Gradus metropoli[t] appellatur. Intus eadem Gradensi[u] ecclesie cum magnum[v] honore condite fuerunt. Quod Constantinum[w] sanctissimum preceptum confirmavit, cum universis occidentanis[x] episcoporum per generalis[y] concilium[z] sancte Romane sedis[a] ecclesie[b], primam omnium christianorum provincie; quod[c] per universum mundum divulgabat[d] transmissionis sanctissimum Constantinopolitanum imperium, ut[e] totum orbem terrarum ad Christi fidem convertere[f]; Romanam ecclesiam primam et universam esset[g] in mundo constituta[h]. Aquilegensi[i] precipue, quod[k] fuit civitatem[l] prima Italie, esset[m] metropoli[n] constituit; quod apostolorum[o] principem Petrum ab eo beatissimum Marcum directus est[p], sedem ei[q] concessit. Italie tam[r] et Gallie gentis Christi euangelium predicavit et ad[s] eos ad Christi fide[t] convertit per verba sui[u] sancti euangelii; post Romanam[v] ecclesiam secunda[w] Aquilegensi ecclesie preesset instituit.

Preceptum[x] quod ab imperatore tam[y] Romanum pontificem ad eum traditum est scriniarium[z] Romane ecclesie retinnendum potestati, quod constitutionem[a] autem[b] tam laudationem universis episcoporum ita est declarantem[c]. Totum et universum quod est pars Occidentis constituit potestati Rome[d] universalis ecclesie retinendi[e]. Verum[f] quod est Constantinopolitanum imperium, que confinicio[g] con-

a) et p. 3. 4. b) Veneticorum 2. 3. 4. c) ducem 3. 4. d) *deest* 4. e) laudans 3. 4. f) Veneticorum 2, *ubi verba* aug. er., Suppl. *des.*; Veneticos augeret 3. 4. g) *deest* 3. 4. h) et nobiles t. 3. 4. i) qui tecum eo 1; que c. e. 2; qui *deest* 3. k) Constantinopolitana 2. 3. 4. l) sui 1; s. subditi esse 3. 4. m) et s. 3. 4. n) in sua dantes 2; n. ins. 4. o) omni m. 2; omnes missaticos 3. 4. p) se q. ad statum 2; s. q. de st. 3; s. st. 4 *omissis* q. ad. q) omnem gentem 3. 4. r) universam maritimam 3. 4. s) esse 3. 4. t) sanctissimus Constantinus 3. 4. u) mundavit 3. v) eidem 3. 4. w) Eradius 4. x) Panniam 3. y) monerciam 4. z) qui cum 3. 4. a) et 3. 4. b) quas 3. 4. c) destruxerant quod 3. 4. d) aq. c. t. esfundata aud. esse 2; aquae circumdatam et fundatam aud. esse 3. 4. e) ubi 3. 4. f) Eradium 1; Eraclius 3; Eradius 4. g) aut 3; sibi velle autem sedere 4. h) in quo 3. 4. i) Lexandrie 2; Alexandria 4. k) in quarum 3; in qua 4. l) beatissimus Marcus 3. 4. m) sue 3. n) genetis 2. o) euangelizavit 4. p) aliam 3. q) cathedram 3. 4. r) in qua 3. 4. s) Hermachoras quam 3. 4. t) dixerit 2. u) illius magistrum Alexandries 3. 4. v) *deest* 3. 4. w) principe 3. 4. x) Antiochie 3. 4. y) constituit 3. z) que a Petro 3. 4. a) petrus 1; petra 4. b) supra h. 2; s. hac 4. c) petra 2. d) inferri 2. e) agnos et oves 3. 4. f) potestatem 3. 4. g) baptismatis 2. 3. 4. h) fr. Christi scr. 3. 4. i) Ch. n. predicare 2; nomen Ch. predicare 3. 4. k) s. t. c. eccl. 2. 3; s. t. eccl. inst. 4. l) dilectum 1; directus 3. 4. m) ubi 3. 4. n) v. et n. domini nostri Iesu Chr. 3. 4. o) it̄ 1; iter 2; ec. vero sibi v. s. 3; ec. si inter viciis s. 4. p) cathedras quas E. aug. ab ead. civitate 3. 4. q) in nova 3. 4. r) Aquilegia 2. 3. 4. s) insula 2. 3. 4. t) metropolim 3. 4. u) Gradensem ecclesiam 3. 4. v) magno 3. 4. w) Constantinus sanctissimus 3. 4. x) occidentalibus episcopis 3. 4. y) generale 3; generalem 4. z) conscilium 2. 4. a) *deest* 2. b) *deest* 3. c) que 3. 4. d) divulgabantur transmissione Constantinopolitani (Constantini 4) sanctissimi imperii 3. 4. e) ut t. o. ter. *des.* 2; ut totus orbis ter. ad Chr. f. 3. 4. f) converterunt 3. 4. g) esse 3. 4. h) constituit 3. 4. i) Aquilegie 3. 4. k) eo quod 3. 4. l) civitas 3. 4. m) essent 2; esse 3. 4. n) metropolim 3. 4. o) quod ab ap. principe Petro beatissimus Marcus 3. 4. p) *deest* 2; est et 3. 4. q) eius 2. 3. 4. r) tamen 3. 4. s) *deest* 3. 4. t) fidem 2. 3. 4. u) sancti sui eu. 2. v) Romam 2. w) secundam Aquilegensem ecclesiam preesse inst. 3; sanctam Aquilegensem ecclesiam secundam preesse inst. 4. x) Qualiter divisum est regnum christianitatis inter summum pontificem et imperatorem *praemittit* 4; Receptum 3. y) et Romano pontifice ei tr. 3. 4. z) scriniarum 2. a) constitutione et laudatione universorum ep. 3. 4. b) *deest* 3. 4. c) declaratum 3. 4. d) Romane 3. 4. e) retinendum 3. 4. f) v̄r̄ū 1; vestrum 2. g) confinio 4.

1) Idem tradit Iohannes diaconus, SS. VII, p. 5; in Chronica autem patriarcharum Gradensium (SS. R. Langob. p. 395) narratur, imperatorem Heraclium s. Marci sedem Alexandria Constantinopolim transtulisse.

tinet in paganis, Romanis[a] preceptum, quod occidentana pars per quod nominetur, cognoscende sunt genti[b] qualitatem. Quod enim sunt occissores, pugnatores fortissimus[c] in bellum[d], corporeis[e] decoratos frigoris, mira res[f] artificii per ingenii mittentes, diversis operacionibus operatori, fortissimis[g] in conmestiis; pulchra[h] enim est habentes speciem: pro quod[i] Occidentem cognominatur pars. Orientis quod nominetur[k] pars, oriunda gens vertendum est illis[l] vere originis; de[m] qualitates enim[m] cognoscende sunt. Sanctissimum[n] namque Constantinum de parte orientalis[o] oriundus fuit; quod enim Deus promisit mirabile diversitati, que[p] a suo nomine Constantinopoli per Dei preceptum exposuit in capite Orientis urbis universe nominari. In simulatione[q] eadem[r] urbis nichil in mundo appellanda[s] est, quia ab angelicis manibus secundum tragmite[t] equum[u] fundamenta posita invenit[1]. Ecclesia[v] autem similiter fundata fundamenta[w] ab insignia que[x] posita legendum[y] a[z] titulum erat, quo[a] primus[b] sanctissimum[c] augustum imperium precepit civitatem tam[d] ecclesie pedibus edifficare. Nocte[e] videndum erat[f] nichil quit[g] visibiliter destruere[h] mane dupliciter laborata, usque dum ad culmine[i] venisset. Cum item[k] signiis[l] egresse per[m] longitudo et latitudo et[n] altitudo vidente et invente[o], quod[p] enim item posita erat. Postquam[q] quod non insignia invenit, nichil amplius in laboratione non ab urbe neque ab ecclesia ascendit. Magistri quod[r] a culmine laboratores[s] erat[t], in itu[u] occulorum totum autem expositionis, quod ante[v] laborandum est, exposuit videntibus cunctis laboratoribus[w] descendere; intus autem illis ecclesie introire vidissent[x]. Statim autem videntibus, festini[y] ad imperatore venerunt nunciare. Transmisit[z] imperator, ut laboratores[a] illi ante se venissent ad retribuendum illorum[b] mercedis. Cum[c] in ecclesia venerunt et introeuntes fuerunt, tot quod[d] inquisivit, alicui nichil omnino enim[e] vidisset. Parvum infans, quem[f] intus[g] invenit ecclesie absconditum, ipsis[h] qui questionem fecerunt. Infans autem dixit ad illos mandatores et inquesti imperatori: 'Illi[i] enim, quem queritis, non est hic; ut, si hic veniet[k] imperator, festinos sunt[l] ipsi hic[m] iste[n] ecclesia[o] venire. Quia[p] ipsi[q] frequentes et loquentes sunt ecclesie, et presentes tam desiderati sunt videre faciem[r] imperatori[s]; absidi[2] enim sunt, sed delongatum[t] est tempore, quo illi omnibus reverteretur'. Iter[u] autem dixit imperatori. Cumque commovisset imperatori[v], cum multitudo aule illius honorifices[w] veniret ecclesie; a longe autem viderunt ianue patefacte, paries unum foris ianue eiecte erat[x] et erecte, scripte[y] litteris supra titulum Grece et Latine. Ita enim dicebat: 'Quia ipse Deus dedicat eam secundum verbum, et permittens est, quicquid confugium ecclesie fecerit, salvi reddantur, quia Deus corpus est ecclesie, quia ministri ad[z] altare dominicum corpus tractandum est. Quicunque[a] enim est christianorum qui Christum invocantem est et nomen[b] Domini, salvus erit. Quid[c] enim sunt persequentes autem[d] interficiente in ecclesia, inter illorum[e] computati sunt, qui Iesum[f] aprehenderunt et colaphiçaverunt et conspuerunt, illum[g] abnegantes et in crucis patibulo confixerunt[h]. Tam autem[i] illi qui de ecclesiasticis ordinationis gradus[k] quod hi qui[l] dantes sunt et suscipientes munera, quia precium[m] Christi sanguinis est[n] computatus; quod[o] Iuda propter pecuniam Dominum tradidit. Ex his autem qui apostolorum[p] pedibus precia ponebant, beatissimorum[q] Petrum et Paulum dividebantur per singuli, prout cuique opus erat. Magum[r] autem Symonem multorum apostolorum fraus mittebant[s], pro quod symoniacum heresis conpellendum est. Et euangelista Matheum[t] in Domini passione[u] ita exposuit, dicens:
Matth. 27, 6. ib 5 *Non licet mittere eum in corbonam,* quia de corpore et sanguine Christi[3]; ac[v] proiectis argenteis Iuda in templum[w], hoc precium in unum computantem[x] est, quia non licet[y] eadem[z] re[a] in sanctuarium inde[4]

a) Romanum p. q. oc. p. pro quod n. 2; R. preceptis pro eo quod oc. p. n. 3. 4; *fortasse legendum:* R. prec. per quod oc. p. n. b) *deest* 1; gentis 3. 4. c) fortissimis 2; fortissimi 3. 4. d) bellis 4. e) corpore d. f. 3; corpore decorato fr. 4; *pro* fr. *fortasse legendum:* figuris *vel* rigoris. f) miraras 1; m. r. edificii p. in. m. diversi 2; mirabiles in artificiis per ingenium m. se d. 3. 4. g) fortissimi in comestionibus 3. 4. h) p. en. est habentem sp. 2; pulcram en. habentes (faciem *add.* 3) speciem 3. 4. i) eo q. Occidens 3. 4. k) p. n. 4. l) illius 3. 4. m) *deest* 3. 4. n) sanctissimus n. Constantinus 3. 4. o) orientali 3. 4. p) qui eam s. n. Constantinopolim 3. 4. q) similatione 3. r) eiusdem 3; eisdem 4. s) appellandum 3. 4. t) tragmitem 3. 4. u) equ 1; equm 2. v) ecclesie 3. 4. w) postquam quod non insignia *add. h. l. perperam* 1; *cf. seq. n.* q. x) *deest* 4. y) legendum — quo *des.* 2. z) ad 3. a) quod 3. 4. b) primum 3. 4. c) s. augustu 1; s. aug. imp. 2; sanctissimus augustinus (augustus 4) imperator 3. 4. d) *deest* 2; et 3. 4. e) nocte ividendum 2 f) est nichili 4. g) quid 3. 4. h) d. m. du. *des.* 2. i) culmen 3. 4. k) idem 4. l) signis 3. 4. m) p. longitudinem et latitudinem et altitudinem 3. 4. n) et al. *des.* 2. o) vivente 2; videnter inv. 4. p) que iterposita erant 3; que interposita erant 4. q) p. q. n. insig. *des.* 1; *cf. praeced. n.* w. r) qui in c. 3. 4. s) laborantes 4. t) erant 3. 4. u) unitu 2; in ictu 3. 4. v) autem 4. w) laboratibus 1. x) viderent 4. y) festum 1; festivi 4. z) tranmisit 2. a) labores 3. b) illis mercedem 3. 4. c) cumque 4. d) quot 3. 4. e) eum 4. f) que 2; *deest* 3. g) indis 3; *deest* 4. h) intus 4. i) ille en. que 3; ille en. quos q. n. sunt hic 4. k) venit 2. l) sicut 2; ip. f. s. 4. m) his 4. n) est 2. o) ecclesie 3. 4. p) qui 2. q) *deest* 4. r) facie 2. s) imperatoris 4. t) longatum 2; delungatum e. tempus 4. u) item 3. 4. v) *e corr.* 1; imperatore 2; imperator 3. 4. w) honorifice 2. x) erant 2. y) sculpte l. super 3. z) *deest* 2. a) qui cum cunti est ch. qui ch. invocatum est 2; q. enim e. chr. in ipsa Chr. invocaverit n. D. 3; q. in ipsa christianorum n. D. invocaverit 4. b) et no *des.* 1. c) qui 3. 4. d) a. interficienter 2; aut interficientes 3. 4. e) illos 3. 4. f) Christum *add.* 3. 4. g) eum 4. h) eum *add.* 4. i) *deest* 3. 4. k) gradrus 2. l) qui dan ces sunt 2; q. d. et s. s. 4. m) in pr. 2. 3. 4. n) esse computatur 3. o) sicut Iudas qui 3. 4. p) ad ap. p. 2; ad ap. pedes 3; ap. prec. pedes 4. q) b. P. et P. videbantur 2; beatissimus Petrus et Paulus dividebant per singulos 3. 4. r) magnum 2; Symon aut. Magus (mag° 4) multa apostolis fraudem mittebat *(deest 4)* propter q. symoniaca h. compellenda e. 3. 4. s) mittebat 2. t) Matheus 3. 4. u) passioni 4. v) a proiectus 2; ac *deest* 3. 4. w) templo 3. 4. x) computantum 1; computatem 2; computatum 3; computandum 4. y) liceret 4. z) *deest* 4. a) rem 3; *deest* 4.

1) Cf. Codinus de aedificiis Constantinopolitanis (ed. Bonn.) p. 75. De miraculis autem quae sequuntur videas eundem Codinum de S. Sophia, qui similia miracula in aedificatione S. Sophiae dedicatae et sub Iustiniano imperatore exstructae ecclesiae tradit. 2) i. e. absiti, teste DUC. idem quod absentes. 3) *quia pretium sanguinis est* Matth. l. l. 4) An legendum 'Iude'?

mittere, nec[a] nullum beneficium inpetere. Qualis[b] est mercedis retribuendum, qui Christum vendentem et ementem? Quid[c] inde sunt petituri ad ingrediturum[d] Iuda[e] traditoris domini nostri[f] Iesu Christi? Cum illum[g] participet et illius mercedis Iudaice accipiet[h]. Quid[i] enim[k] apostolus ait? *Gratis accepistis,* Matth 10,8. *gratis date.* Ve illi[l] qua mercede sunt recepturi! Melius fuisset[m], si in mundum[n] nati non essent'. In ib 26,24. fine autem tituli ita explentur[o]: 'Nullus[p] hic iste[q] ecclesie ingredientem sit, nisi primus[r] incipiet cum preces per orationem et ieiunium, ut digni et[s] inventi ingrediantur'. Groce enim verbum est basileus, et domus orationis vocabitur kire[t] Grece, Latine capite dicuntur[1], quia a capite reguntur membra. Christus est pro capite ponendum[u], quia volucres celi et quadrupedia terre, cum diluculo surgit[v], Christum laudandum est[w] et magnificandum, quia creator est omnium rerum universum [in[x]] mundum, creatorem[y] creaturarum, quia omnia possibilia sunt credenti[z]. cf Marc 9, 22 Quanto magis qui postquam Deus omnia creavit, quia a[a] limo terre dixit Deus: 'Fiat homo[b]'; et homo[c] factus est, et formatus est[d] similem sibi. Quod[e] ad homo[f] omnia constat, quod ad mulieris peccatum que[g] ab initio contratum[h] est, quia transgressus[i] fuit Domini preceptum, quia a pomi gustu et suo[k] morsu ab omnibus autem mortem[l] gustantem est, nonnulis[m] sit perdonandum. Neque sibi Deus contruit[n] mortem. Homo, quid[o] racionabile est, per discrecionem sensum[p] cognoscendum et[q] sciendum tam providendum est, quid bonum est, quod[r] malum, quod[s] ad umanitatem pertinet quinque corporei sensum[2]; quod est visus, auditus, gustus, odoratus[t] et tactus. Ad visum est[u] pertinentem quod ad peccatum pertinet[v], et[w] mercede invenire; quod[x] oculis vidit in cf 1.Cor 2,9 corde ascendit[y]. Si a longe muliere[z] pulcra videndum est vir et vir muliere, ambo illi mechati[a] sunt, cf Matth 5, 28. tamquam fecisset[b] et operasset peccatum; aut si aurum vel argentum aut ornatis[c] vestibus videndum est et dicendum est aut[d] loquendum aut cogitandum est, iam mechati[a] sunt, tanquam abstulisset[e]. Aures intentis[f] cor intellegendum[g] introducet loquele, his qui malignitatem per natura[h], qui sunt naturaliter illius usalia[i]. Cor aurium[k] auditu arguet, susurro[l] mittentes in populo; nimium velutuosi[m] audiendum[n], vel[o] detractionis in omnibus erit[p] faciendum. Aut gustu: ut quod intrat in hos[q], non quoinquinat hominem, Matth 15,11. sed[r] quod[s] procedit ex ore hoc quoinquinat[t] hominem. Non intelligitis[u] per euangelium, quod Dominus ib. 17–19 ipse dixit, quia omnem[v], quod in hos[w] intrat[x], in ventrem[y] vadit et in secessum[z] emittitur? Que autem procedunt[a] de ore, de[b] corde exeunt[c], et[d] ea quoinquinat hominem. De corde enim exeunt cogitationes male, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemia: hec sunt que quoinquinant[e] homines. Homo[f] enim[g] est videntem[h] in faciem Domini[i], qui in celis[k] est, bonum et malum; que ad unitatem peccati pertinendum[l] est, scrutat in corde. Si cogitatorem[m] est, nemo sit operator neque perseveratorem[n] in peccatis; que a ruinalibus in omnibus per[o] testimonium cognoscentem[p] sit, tam autem[q] compellendum, quia[r] confusionis est christianorum omnium[s] a seculo vite permanentis[t], et ad[u] futuro ingredientem, quod est ad[v] interritum tartarum[w] gehenne, ut sit die[x] unum tanquam mille anni, 2. Petri 3, 8. et mille anni tanquam die[x] unum, ad illius perseverationis[y], que eorum[z] predestinatum est. Minuta[a] quod enim est peccata, mirum non est peccare, sed diabolicum[b] est perseverare. Unusquisque enim[c] cf 1 Cor.3,8 Luc 10, 7. secundum[d] suum laborem dignum est, ut mercedis[e] accipiat: ut bonis redantur[f] bona, secundum quod

a) nec — inpetere *des.* 2. b) talis e. merces retribuenda illi *(deest 4)* sicut ei q. Ch. vendidit et emit 3. 4. c) qui 3. d) ingrediendum 2. 3. 4. e) Iudas tr. 3; Iudas traditor 4. f) *deest* 3. g) illis 3. 4. h) accipiat 3. 4. i) quod 2; quia 3. 4. k) *deest* 3. 4. l) illis qui talem mercedem sunt accepturi (rec. 4) 3. 4. m) fuisse illis 3; illis f. 4. n) mundo non fuissent 3; m. non venissent 4. o) explebatur 3. 4. p) nullis 1. q) in ista ecclesia egrediens s. n. primo accipiat (incipiat 4) c. prece orationis et ieiunii 3. 4. r) prius 2. s) *deest* 3; d. inveniantur 4. t) kie 1, *i. e.* κύριε; kylo 2 3; killo 4; *pro* domus *fortasse legendum:* dominus. u) ponendus 3. 4. v) surgunt, Chr. laudant et magnificant 3. 4. w) sit *add.* 1. x) *deest* 1; in un. m. 3; in universo mundo 4. y) et creator 3. 4. z) credendi 2. a) *deest* 4. b) *deest* 2. 3. 4. c) h. factum e. 2; f. e. h. 3. 4. d) formavit eum s. s. 3. 4. e) ideo autem homini om. constant (constat 4) 3. 4. f) *deest* 2. g) *deest* 3. 4. h) contractum 3. 4. i) transgressus — quia *des.* 1; transgressa 3 4. k) a suo m. omnes m. gustare oportet et nullus est perd. (nulli est parcendum 4) 3. 4. l) morte 2. m) non nullus 2. n) c. morte 2; contrivit m. 3 4. o) qui rationabilis 3. 4. p) sensus 3. 4. q) et sc. t. pr *des.* 1; et sc. et pr. 3; cogn. et previdendum 4. r) quid 2. 3. 4. s) quia ad hu. pertinent q. corporis sensus (s. c. 4) 3. 4. t) adoratus 1. u) ad v. pertinente 3. 4. v) pertinet — ascendit *in* 1 *in marg., sed eadem ut videtur manu.* w) et mercedem invenimur 2; et ad mercedem in. 3. 4. x) quid 2. y) ascedit 4. z) mulier p. viderit virum et v mulierem 3. 4. a) mercati 2. b) fecissent et operassent 3. 4. c) ornatus vestium viderint aut dixerint aut locuti fuerint aut cogitaverint 3. 4. d) aut loq. aut cog. e. *des.* 2. e) abstulissent 3. 4. f) intentas 3; intemptas 4. g) ad intelligendum 3. 4. h) naturam 3. 4. i) usualia 3; usallia 4. k) aureum 4. l) susuro nutrentes 2; sussuro m. 3; sussurro m. 4. m) voluntuosi 3; voluptuosi 4. n) ad aud. 3. 4. o) v. d. *des.* 3. 4. p) erunt facientes 3. 4. q) *ita (i. e.* os) 1, *ubi deest* non; intra nos quod inquinat hom. 2; int. in os n. coinquinat hom. 3; in nos int., non conquinat hom. 4. r) sed — hominem *des.* 3. s) *deest* 4. t) coinquinat 4. u) intelligit 4. v) omne 2. 3. 4. w) nos 2. 4. x) intra 2; *deest* 4. y) ventre invadit 3. z) sensum 2. a) procedit 4. b) *deest* 2. c) exerunt 2; exierunt 4. d) ut ea coinquinant hom. 3; et — hom. *des.* 4. e) inquinant 1; quoinquinat h. 2; coinquinant h. 3; inq. hominem 4. f) hoc 3. g) *deest* 4. h) videns 3. 4. i) dominus 3. 4. k) q. intelligens 3. l) pertinentia sunt 3. 4. m) cogitator 2. 3. 4. n) perseveracionem 4. o) *deest* 3. 4. p) cognoscens, tamen 3. 4. q) aut 4. r) qui 4. s) omni 4. t) permantes (?) 1; p. v. 4. u) a fu. in. 2; ad futurum ingredientis 3. 4. v) adiutorium t. 4; *fortasse legendum:* ad infernum *vel* ad infimum. w) tartari 3. 4. x) dies unus 3. 4. y) perseverationem 3. 4. z) eis predestinata 3. 4. a) m. en. sunt p. 3. 4. b) dilutum 2. c) *deest* 4. d) su. l. sec. 3. e) mercedem 3. 4. f) reddatur 2; reddantur 3.

1) Hanc etymologiam recte non stare, nemo est quin viderit. 2) Eadem occurrunt in Petri patriarchae Antiocheni epistola ad Dominicum Gradensem (saec. XI) ap. Will, Acta et scripta quae de controversiis ecclesiae Graecae et Latinae saec. XI. composita exstant p. 211.

bonis[a] operati sunt, cum explicationis[b] illius iusticie; malis[c] vero mala, quod[d] usque in finem perseveratores[e] sunt, retinentes sunt[f] omnem[g] quod pertinens est iniquitatem[h].

X[i].

Chr r Fr

Arnulfus dux genuit Angisum; Angisus[k] dux genuit Pipinum ducem; Pipinus dux genuit Karolum ducem. Iste in carro[l] natus est et[m] in carro[l] genitus fuit. Karolus genuit Pipinum, qui primus fuit unctus in rege[n]. Iste de Armenorum[o] et Grecorum gignentia[p] oriundus est[1]. Pipinus rex genuit Karolum[q] Magnum imperatorem. Karolus[r] genuit Indoytum[s,2] inperatore[t]. Istorum[u] constituit Romanum et Constantinopolitanum imperium de Romana apostolica sede corona[v] recipere[w], et consuetudo erat Constantinopolitani[x] imperatores in Emilianensem civitate[3] venire et ibi sedere in tertium aut quintum euntem[y] annum. Subdite autem quod[z] fuerunt in dominacionem[a] iudicandi tote Italie[b] civitates Constantinopolitani imperatores[c], item[d] similiter subiugavit in Francorum regum potestate, per pactum autem firmamenti retinuens[e] illis honore consuli imperiali, que sunt patricium et perfectum Romanorum[4]. Apredia[f,5] autem Veneti dux et ad omnes antiquiores Veneticorum[g], que ad illorum[h] per[i] totam Italiam per castros[k] et civitates pertinenciis erat, que ad illo[l] iuste pertinebat, patuavit[6] se[m] dux cum[n] omnes antiquiores illis Veneticis, cuius[o] predia pertinebat, pro defensione ad iste[p] Karolum[q] Magnum Francorum et Gallorum[r] Italie rex per pactum precepti firmamentum[s], ut censum[t] propensionis in omnique anno precessum[u] est, ad ipsis[v] antiquiores, cuius[w] pertinendum est, ad illis esse retentum. Tam autem ad dux[x] confirmatum[y] et[z] ad omni populo Venecie[a] constabilitum[b] et colaudatum est, ut in quinquaginta de numero[c] Veneticorum libras[d] pro[e] tributo omnique[f] regnorum[g] persolvendum fuisset. Per hoc pacti[7] [preceptum[h]] Karolus[i] iste inperator confirmavit inter Italie et Venecie regiones[k] omni[l] per ordinem consuetudinis[m] marchedare[8] et negocium[n] habere. Monasteria duo, que ad ipsis[o] antiquiores Veneticis constabilitos[p] et edificatos fuerunt: unum[q] in Brendulos[r], que ecclesia ad[s] honorem archangeli[t] Michaelis[9], et altera[u] ad honorem sancte Trinitatis, cuius monasterium deditum[v] est; alter[w] vero monasterium, que[x] ad[s] honorem sancti Ilarii[y] terre firmamentum[z] situm est[10]; Altinensis[a] et vetere[b] Aquilegiensem[c] civitates, que a paganis destructe[d] sunt, cum omnibus his[e] pertinentiis; predia[f] immo et Istroa alia pars, tam autem[g] Dalmacie civitates, ab sede[h] autem comprehense antique Venecie usque Panonie fines terminande, que a Veneticorum per antiquam consuetudo[i] iustitie retinendum est prediis: totum autem hoc[k] omnia aprendit[l] Karolus Magnus imperator[m] in suas[n] difensiones. Set inquisivit hic[o] nove Venecie venire; omnimodis contristavit[p] ei omnes; cum audisset, quod contristasset[q] ei venire, comotus est statim cum universis[r] ilius populis, ut totas[s] Venecie pars aprehenderunt[t] cum euntem populum. Quod[u] vidit et talia audivit, Matamacensium[v] omnes, relictis vacuas omnium[w] illorum mansionum, cum omnia superlectilem[x] ipsorum in Rivo-alto venerunt, ut securi essent persistentes[y], quia iam ab eo auditum[z] est possessor esse[a] in

a) bonum 3; bona 4. b) explicationes 3. 4. c) malus 2. d) si us. in f. 3; suisque in fines 4. e) perseveratore 2. f) *deest* 2. 3. 4. g) omne 3. 4. h) ad in. 3. 4. i) *haec narratio fabulosa de Karoli Magni in Venetos expeditione in codicibus* 1 *et* 3 *et ex parte (cf. p.* 53, *n.**) *etiam in codice* 4 *tradita est.* — Liber primus *rubrica* 3. k) Angisius 3. l) curro 3. 4. m) et in car . . . Karolu *des.* 1, *abscissis superioribus angulis huius folii atque sequentium foliorum.* n) regem 3. 4. o) Armen 1. 3; Armē 4. p) gigent 1; gignent 3. 4. q) Karlum 3. r) Karlus 3. s) Indoicum 4. t) imperatorem 3. 4. u) iste 3. 4. v) coronam 3. 4. w) accipere 4. x) Constantinopolitanis imperatoribus in Mediolanensem civitatem 3. 4. y) eumdem 3; an. euntem 4. z) *deest* 3. 4. a) dominacione 4. b) civ. It. 3. 4. c) imperatori 4. d) item — pote *abscissa* 1. e) *ita codd. pro* retinnens? f) . . predia *cum ras.* 3. g) Venetorum 4. h) illos 4. i) per tot. — ad illo *des.* 1. k) castra 4. l) illos 4. m) *deest* 4. n) omnibus antiquioribus 4. o) quorum 4. p) istum 4. q) Karlum 3. r) Gallie r. et It. 3; regem Franchorum et Galie et Yt. 4. s) firmatum 4. t) cesum perpensionis in omni an. 4. u) precepsum 4. v) ipsos 4. w) c. p. est et ad il. esset r. 3; quorum p. est et ad illos eciam r. 4. x) *rasura* (audace?) 3; a duce 4. y) tum — Ve *abscissa* 1. z) quam et ab 4. a) *hic pergit in* 1 *alia manus, ut videtur, paulo recentior, sed eiusdem saec. XIII, quae cum parum accurate scripserit et verba etiam magis ad formas Italicas adaptaverit, non omnes abhinc varietates lectionum annotavimus;* Venetice 3. 4. b) constabilitum et cola . . . ut in quinqua . . Veneticorum *abscissa* 1. c) nummorum 3. d) libris 4. e) in tributum *ras.* 3. f) onique 1. g) regorum 3; regi 4. h) *deest* 1, *ubi* persolvendum fuisset *bis scr.* i) Carollus 1; Karlus 3, *et ita postea.* k) reghiones 1; regionis 3. 4. l) omniā 3. 4. m) consuetudinem marche darem 1; c. marchas d. 4. n) neghocium 1. o) at onorem ips̄ 1; ad ipsos antiquiore Veneticos 4, *ubi additur* concessit. p) comstabillitum est ed. 1; constabilita et hedificata 4. q) scilicet un. 4. r) in Brendullos q. ecclesias 1; in Brendolis q. e. 3; i. Brendulo q. e. 4. s) at onorem 1. t) archançellis Michaellis 1. u) alteram 4. v) dictum 3. w) aliud 4. x) quod 4. y) Illarii 1; Ylarii 3; Yllarii 4. z) firmamementum 1; firmamenti 3. 4. a) Altinemssis 1. b) venire 4. c) Aquileghieghenssem 1; Acquileiensis civitatis 3; Acquileḡ civitat̄ 4. d) destructa fuit 3; d. fuerunt 4. e) iis pertinemciis 1. f) prediam ino et istoria alias p. 1; et uia *(ras. et corr.)* Hymno et Istro alia p. 3. g) aut 1. h) dassade a. at compreenae 1; a sede 4. i) consuetudinem 3. 4. k) hec 3. 4. l) apprehendit 3. 4. m) imprator 1. n) sua defensione 3. 4. o) hec 4. p) comtrist. 1; c. ei omnis 4. q) istasset ei ve . . . statim cum uni . . . ut totas Vene . . . runt cum . . . et ta *abscissa* 1. r) universi ill. populi 3; un. pop. ill. 4. s) tota Ven. pars apprehenderetur cum eunte populo 4. t) appreendide . . . . . . *(abscissa)* eum templum 1. u) quot 1. v) Mautam. 3. 4. w) omnibus il. mansiones 3. 4. x) supra om. leptillem 1; supra om. lectilem (lettilem 4) 3. 4. y) pessistentes 1. z) audita 3. 4. a) essent 3; peß 4.

1) Haec verba quae in Chronica illa regum Francorum (SS. III, p. 214), unde cetera sumpta sunt, haud leguntur, referenda videntur ad traditionem de Graeca origine Berthae, Pipini uxoris, de qua videas Hahn, 'JB. des fränk. Reiches' 741—752. p. 151. 2) Corruptum ex Ludoicum. 3) i. e. Ravenna; cf. supra p. 45. 4) Cf. Waitz, D. VG. III, p 78. 178. 5) Fortasse pro 'ad praedia', quod ad praedia attinet; econtra delendum erit illud 'ad' (omnes antiquiores Venet.) quod sequitur. 6) i. e. pactuavit. 7) De hoc pacto videas Kohlschütter, 'Venedig unter dem Herzog Peter II. Orseolo' p. 78 sqq. 8) i. e. mercadare sive marcheare sive marchandari. 9) Cf. Filiasi, 'Memorie' VI, II, p. 33. 10) Cf. Stumpf, Acta nr. 263.

Matamauco[a] insula, usque dum ornassent Longobardas[b] naves. In Metamauco[c] nullum[d] virorum remansit[e] nec mulierum, nisi una inter multas senice[f] mulier, que erat matrona illustris; qui[g] virorum ab ipsa prebendum fuerunt[h] mira rex[i] consilii[k] esse[l] ad[m] audiendum, quod fuerunt[h] ad omnium Veneticorum honore[n] et salvatione.* Sic enim omnibus ab ea senicem ilustre[o] prebentem fuerunt consilium. Ita enim fecit despecta iam ipsam et ceteras cum ea, cum factas essent transforme, cum venisset Carlus inperator[p] et universis[q] pueri et adolescentes[r], iuveniores et canores seniores[s], cum illas erunt videntes,

*) 4 *sequentia omittit, sed pergit:* Si vis scire quid fecit, require in libro primo, in octo cartas, in capitulo quod incipit: Igitur presens series etc. *Ibi autem Marcus minime hanc narrationem producit, sed Martini da Canale chronicon in Latinum vertens excerpsit; qui cum et ipse ex hac nostra narratione hauserit, Marci versionem addimus.*

De ducibus Beato et Belinzerio. Belinzerius, inflamatus dominandi ardore, fratrem non paciens esse equalem sibi, cum uxore sua et Fortunato sacerdote versus Franciam se direxit; et conscilio habito induxit serenissimum dominum Karulum Magnum[t] Francorum imperatorem, ut vexilla con suo exercitu contra Venetos explicaret. Cumque rex contra Matamaucum, civitatem Veneciarum pulcerimam, exercitum direxisset, omnes qui habitabant ibi utriusque sexus cum duce Beato Rivoaltum, quod erat Venetorum magistra civitas, effugerunt, ibi una sola senula derelicta. Itaque postquam rex obtinuit sine victoria dominium Metamauci, per spacium anni dimidii ad papilliones et temptoria obsessit Rivoaltum, cogitans fame ipsam magnam capere civitatem. Quadam vero die Veneti, volentes fertilitatem[u] ostendere quam habebant, bellum cum Galicis inchoarunt; et data armis requie, panes quos habebant ad copiam in vasselis ceperunt eiicere per medium pectorum[v] Gallicorum. Postquam vero belli quievit asperitas[w], rex protulit hos sermones: 'In vanum profecto laboravimus, cum Veneti panis copia perhabundent'. Tunc autem iussit[x] senulam, quam in Metamauco solam invenerant, arcessiri[y]; de cuius adventu Galici deridebant. Sed rex ipsam interrogans, dixit ei: 'Scires nobis indicare machinamentum aliquod, unde possemus ad civitatem illam aliqualiter proficisci'? At illa inquid: 'Et scio et teneor indicare, pro eo quod me solitariam relinquerunt'. Tunc autem rex ait: 'Indica nobis modum'. Cui mulier inquid: 'Date mihi socias et barcellam faciatis parrari, cum qua ad infidelem gentem illam valeam proficisci. Sunt enim ibi multi pauperes architectores, quorum aliquos pecunie precio contra patriam ad vestra servicia premovebo. Et ipsorum utique conscilio cum effectu adimplere poteritis vota vestra'. Fecit itaque rex quod senulla dixerat et sibi grandem pecuniam preparavit. Cumque senula proficissceretur in Rivoaltum, duci discoperuit totum secretum regis; propter quod dux statuit, ut machinata fuga centum ex magistris carpentariis post scenulam divisim ad exercitum regis irent. Quod factum est, ut mandavit inclitus dux Beatus. Accedentibus autem magistris ad conspectum regium, rex de conscilio scenule donavit magistris copiosam quantitatem thesauri. Illi vero, qui iam de morte conspiraverant Gallicorum, construxerunt pontem ex fustibus et buticellis quas funiculis nexuerunt. Sed rege machinamentum utique intuente, consideravit, ut milicia opportuna cum equis et armis usque ad civitatem posset salubrius gubernari. Igitur de conscilio scenule dicentis, quod bonum erat, ut super pontem de nocte conscenderent milites, quando sopnus occupat lumina, quia tunc invenirent Venetos dormientes, factum est, prout astucia scenule dispensavit.

De eodem. Nocturnis igitur advenientibus tenebris, Francigene cum equis et armis audaciter super pontem conscendentes, versus civitatem cum salute conduci infalibiliter cogitabant. Magistri vero extrahentes pontem, cum barchulis precedebant. Sed dum mare inundacione tumesceret, equi quoque scentirent inundacionem aquarum, ex inusitacione ceperunt cadere pontemque fregerunt strepitu, ita quod victi fuerunt et interempti marinis fluctibus, qui prius de victoria confidebant. Artifices vero cum scenula versus patriam effugerunt.

De eodem. Veneti namque manu armata cum eorum navigio Madamaucum profecti fuerunt, circumdantes civitatem ipsam, in qua tunc rex Carolus morabatur et lamentabatur de constrata[z] milicia, cuius corpora mortua maris impetus ad litora propulssabat; boticelle autem et allia pontis lignamina nunc hac nunc illac ab aquis per maria ducebantur.

De eodem. Postquam vero inspexit Venetos armatos cum eorum navigio in circuitu civitatis, exquisivit de duce Beato; et scito, quod erat ibi, rogavit ipsum, ut in terram descenderet cum eodem imperatore Karulo locuturus.

De eodem. Tunc dux Beatus imperiali exquissicioni assenciens, cum comitiva nobilium Venetorum descendit de navigio; quem imperator deequitans cum sua milicia facie leta[a] ac honorifica ostenssione recepit. Tandem vero, dum simul conferrent, inclitus dux Beatus interrogavit imperatorem de fratre suo Belinzerio duce. Cui respondens rex presentibus nobilibus Venetis ait: 'Ipse quidem Belinzerius dedit nobis conscilium, ut versus partes Veneticas cum exercitu veniremus[b]. Quod et fecimus, suis inducti utique suadelis'. Ad que dux et Veneti tacuerunt,

a) ...mauco 1. b) Longhobardas 1; Longobardos 3; Longobardi 4. c) Matamauco 3; Matamaucho 4. d) nullus 4. e) et mul. r. 3. 4. f) sinece 1; senicem 3; senex 4. g) que 3. 4. h) fuit 4. i) *i. e.* res. k) conssiliis 1. l) esset 3. 4. m) at audiendiendum 1. n) onorem et salucionem 1; honorem et salvacionem 4. o) illustrem 3. p) imperator 3. q) universi 3. r) aollessentes 1; adholescentes 3. s) senieres 1; senices 3. t) Magnium *c.* u) ferilitatem *c.* v) peccorum *c.* w) aspertas *c.* x) iubsit *c.* y) aċfiri (acrifiri) *c.* z) constracta *c.* a) lecta *c.* b) veneremus *c.*

expuentes et despicientes et eludentes[a] erunt[b], cum ante[c] eum[d] venerunt, valde. Una ab altera[e] reçendum erat eundi. Cum iam in Matamaucensium[f] mansiones ceteris[g], et aliis ceterorum[h] in tendis[1] illorum per totum litore[i] Matamaucensem[k], et aliis[l] Mercedis litus per annum medium morantes erunt considentes[l*], aprenderunt[m], navibus ornate venerunt[m] Veneticorum. Cum circumdassent[n] per girum, ab integrorum panibus et cluces[o] maris decocte[2] eicientes, eas valde iactabantur[p], Veneticorum fluctuum[3] percuciebant pectoras[q] illorum. Valde erant populi mirantes; dicebant enim illos[r], ut satis dedissent[s] sufficienter per dies. Iam tempus[t] cum omnibus ineressibilis[u. 4] hic erunt[v] stantes, imperator senices illas mulieres ante se venire fecit. Interrogavit imperator eas per consilium, ut forsitan per illas invisio[w] aliquod esset, 'ut efficietur, quomodo invenire possim'. Illustrem et matura sapiencie mulier, qui docte[x] erat per rationem et optimum in se habentem consilium, dixit autem illa imperatori: 'Nos cum veterate annorum vetustatis habentem[y] sumus tempore, erigere nos non possumus, et in paupertate sumus detentas a filiis et filie et parentibus, que sunt pertinentibus de[z] omnibus per singule nobis, et de bonis est nostre pertinentie, ab omnibus illis[a] refertas et eiectas sumus, et non sunt ad subveniendum et impendendum nulla in nos habentem misericordia[b]; proterva autem Venetica gentes[c] in contra Deum[d] et proximum essent'. Prosternentes erant senicem mulier et cetere cum[e] eam et ante conspectum et pedes imperatoris, inquisientes ei misericordia de bonis illius; et dicebant ad illum: 'Si navigium invenire potuissemus[f] et despectis duo viri me deportassem, in centum et amplius fortiores viri, qui in paupertate eventi sunt, hic ad vos cum fiducias[g] veniret, si refertis[h] illorum munus ex vestra parte, per unam integram noctem. Mane diluculo lucescente[i] totam patriam et a sompno, quod mane reficiet[k], vos omnibus invenire faciam; unde[l] autem populi insimul ad unum sit permanentes. Multiplicata ligna Veneticorum navigium, que[m] Venetici sunt operaturi stradam firmiterque[n] ligneum[o] per longitudo canalium et rivorum in firmamentum[p] per satis latitudo, invenies[q] populi, et equites[r] ituri peragendum sit iter'. Credulus factus Karolus[s] imperator; vetusta autem consiliatrix et alie cum ea ab imperatore multum recepta sunt munus propter eam[t]; sed amplius centuplum accepta est illa. Cum iam vetusta mulier dixit, ita autem fecit. Cum esset sero facta, venit ipsa cum centum iuvenior viri ad imperatorem; multa[u] pecunia recepti sunt de[v] eo. Quod dixit per consilium, et perierunt[5] Venetici ab ea senicem, ita iuniores viri ad imperatorem promissi[w] sunt ornari cum veritate et stabilitate per fidem non fictam. Mulier dedit manu cum

iudicium tanti sceleris intendentes. Tunc autem dux et qui cum eo erant porexerunt preces imperatori, ut ire Rivoaltum cum sua milicia dignaretur. Qui, precibus eorum admissis datoque osculo pacis et federis duci et suis colateralibus Venetis, conscendit in navigium ducis. Cumque versi civitatem dirigere Venetorum navigia, imperator proiecit in profundiori pelago iaculum, quem in manibus gestiebat, et dum vibrasset, locutus est ita: 'Quemadmodum iaculum istud sua virtute propria deinceps nullius mortalium apparebit, sic princeps aliquis huius seculi dominium regni Veneciarum potencialiter non valeat occuppare. Et illi, qui conabitur per vim occuppare dominium, superveniat ira Dei, prout supervenit mihi et genti mee'.

De eodem. Cum igitur versus magistram civitatem cum imperatore et sua milicia Venetorum vassella portenderent, totus clerus et populus, mares et femine tam mediocris quam superioris etatis cum barchis oviaverunt[x] imperatori; de ipsius[y] accessu habito ad civitatem, primo visitaverunt ecclesie limina, postremo in palacium ascendentes, ubi dux et Veneti convitaverunt[6] imperatorem suamque miliciam tam egregie quam tanto principi decens erat.

De eodem. Celebrato namque convivio, dux et populus Venetorum comitati sunt imperatorem usque Ferrariam. Tandem obviantes duci Belenzerio, qui cum imperatoris filia[z] de Francia veniebat et spectabat, quod magistra civitas Venetorum capta foret, tunc dux Beatus fratrem suum inspiciens, rogavit populum Venetum, ut erga fratrem zelo misericordie moveretur. Sed quoniam illius iniquitas nullam misericordiam merebatur, denegata fuit[a] venia proditori. Nam capto duce Belinzerio proditore, dixerunt Veneti, quod ipse in Francia perpetuo non rediret. Tandem vero resignaverunt filiam genitori, regi scilicet Galicorum, succendentes[b] Lumbardam naviculam, in qua dux Belinzerius navigabat. Postquam vero ducem Belinzerium Venecias conduxerunt, interfecerunt ipsum, cor ipsius ab interemis[c] extrahentes; et tandem suspenserunt eum per gulam apud Sanctum Martinum de Strata, ut iniquitatis sue memoria circa futurorum temporum spacia vigilaret. Qui rexit et vixit dux Belinzerius annos 5.

a) eudentes 1; et elud. *des.* 3. b) erant 3. c) antes 1. d) eos venerant 3. e) alter eregendum 3; *pro* reçendum *fortasse legendum:* regendum *vel* recedendum. f) Matamauconssesium 1. g) ceteri et aliorum 3. h) ceterororum 1. i) littorem 3. k) Matamaucensses 1. l) alium 3. l*) confid. 1. 3. m) *deest* 3. n) circumdasset 1. o) cluces mariis d. 1; suces in aeris decore 3. p) iactabatur 3. q) pectora 3. r) illis 3. s) dedussent sufficientem 1. t) tempore 3. u) inneresibillis 1; in eressibiles 3. v) erant 3. w) invisso 1. x) *ita correxi;* quit dote 1; que docta 3. y) habente 3. z) de omn. — pertinentię *des.* 1. a) *deest* 3. b) miām 3. c) gente 3. d) dominum et proximi 3. e) dum ea ante 3. f) possum 3. g) c. fiduciam venire faciam 3. h) fertis illo . . . te per u *abscissa* 1. i) licessente 1. k) fes ficeret uoos onbꝫ 1. l) vestri 3. m) quod Veneti 3. n) fimiterque 3. o) ligneam 3. p) firmamento 3. q) inveniens 1. r) quietes 3. s) Karollus 1; Karlus 3. t) ea 3. u) autem *add.* 3. v) ab 3. w) permissi (?) 1. x) *i. e.* obviaverunt. y) *fortasse legendum:* deinde. z) filio *c.* a) fui *c.* b) succedentes L. navicula *c.* c) *fortasse legendum:* intestinis.

1) i. e. tentoriis; Ital. 'tenda'. 2) Quid haec verba sibi velint, num praeferenda sit cod. 3 lectio 'suces' (fortasse pro sucas i. e. socas; cf. DUC. s. h. v.) atque pro maris vel mariis legendum 'in ariis' (i. e. in areis), mihi non liquet. Clusam esse piscatoriam monet DUC., atque apud Italos hodie 'chiocciola' significat quandam concharum marinarum, quas comedunt, speciem. 3) Pro 'flottarum'; machinae genus teste Ducangio. 4) 'Incessabiliter' intelligi videtur; sed quid auctor scripserit, divinari non potest. 5) Pro 'pergerunt', i. e. perrexerunt? an pro 'compererunt'? 6) i. e. invitaverunt.

verbo veritatis. Iuveniores viri[a] per sacramentum [ad[b] eum] confirmaverunt. Per[c] integram noctem ceperunt ornari sarcina maiores navigium, in vasculos[1] butis maioribus per longitudo canalibus exiens erant, firmantibus usque Olivolensibus[d] episcopatus lignis[e] longissimis satis multitudinis, super[f] ut pons positus erant. Ceteri populi a Veneticis illis transversi Mercedem[g] litus, a Matamauco venerunt. Cum in unum iam congregati populi[h] erunt, inveterata[i] mulier dierum Dei gratiarum accipiens, sapientie bonitatis accensa, unde Venecia[k] Dei[l] bonitate salva facta est per[m] eam, festinanter ipsa cum navigium iuveniores viri firmiter navigaverunt[n], et adduxerunt alie mulieres absconsa navi occulte illas pro securitate in Rivo-alto. Ipsa cum festinacionem[o] et festinosa navicula circiter cum viginti quinque virorum cum[p] ad imperatorem, antequam esset lucescente diluculo, ut universi ad unum equites et populi, non divisi, sed ad vulgo omnibus venisset, dixit. Incogniti populi et nescientes de hoc quod factum erat, ad iussio imperatoris, ornatis equitibus, et populi prelapsi ad unum, vulgo venire ceperunt, ut in grabatis illorum fuisset a sompno apprehensi, sicut mox[q] imperator ab inveterata mulier erat[p] de illa[r] prebuit consilium. Luna obscura nimium, nihil erant[s] videntes. Cum equites et populi supra pons canalem[t] altitudinis positum, moxque ad unum venire ceperunt, buticelas[u, 2] et butes vasculosque subtus ligna per longitudo extense, sarcia[3] navigium erant, et per latitudo canalium cum volventes erant per girum, et cum se commovebant ligna, equitibus cruris frangebat, et quod non luce populi videntes esset, sed[v] cum obscuritate tenebris a vulgo perambulabant, quia lux Dei non erat in eis. Mulier vetusta cum parva et festinosa navicula festinanter[w] iuxta[x] illis, tamquam ipsa erat videntes, ut ambulasset in aliquod, a longe ad ipsis navigabat, confortantem[y], ne pergere venisset, et[z] nullus remansisset. Quod veniebant[a] unum supra unum, aque[b] emergebant subtus lignis; quod permanebat, neminem vox[c] audiebat, sed suffocati enim permanebant. Lucescente diluculo mane prima hora diei vidit Karolus imperator et pauci, qui cum eo erant remansitos, omnes equites et toti ipsius dimersi ad unum inveniebant. In aqua videntes erant funes posite[d], et vasculos butis volvebant per girum, et ligna totum canalium repletum et mortuos[e] corpora circa litus. Naves Veneticorum, quod per totam noctem per contractas[f] cognitum et nunciatum erat omnem populum, cum maiorem et minorem navigium foras et intus, cum ostiliter bene ornate erant, audacter autem cum[g] magna audatia erant venientem, scientem quod factum erat. Terror doloris quod imperator invadendum ante suum conspectum[h] videntem erat, pavor autem, cum illas[i] videbant venire naves, nescientem erat quod faceret. Cum adpropinquassent, ad illum circumdantem[k] erant per longitudinem litus, nullorum hominum foras[l] de navigio exientes. Interrogavit imperator, si dux in aliqua navi fuisset. Presente factus est Beatus dux, frater[m] Obellierius[n]; manifestus est omnibus imperator, quod ipse[4] fuit consilium prestolator[o, 5]. Nobiliores viri, qui hic erant Venetici, cum Beatus dux, frater eius, taciturnitas habuit, forsitan illum invenire potuissent[p]. Imperator autem in magnum equum sturnicum[6] et piperinum[q] supra sedentem erat, et aliquanti qui remansi[r] erant cum eo similiter. In litus equites multitudo soli erat[s] stantem ornati. Cum magna autem humilitate inquestus[t] est imperator ad Beatum ducem et ad omnem Venecie populum et devote eis: 'Et venire venerari ad tumulum corporis beati euangeliste Marci, qui proximum de Alexandria apud vos deductus[u] est[7]. Sed hic confiteri volo, quod vobis omnibus promisi adiutorium[v], et protector, auxiliator et defensor vestre Italiis prediis semper me esse promitto. Quia vere cognosco', dixit imperator, 'quod vidi[w], civitatem regionem per ea salvata est: ita per beati Marci euangeliste corpus, quod apud vos habetis, quod vere mihi revelatum est, et per femina, quod ipse euangelista semper ad Dominum intercessor pro Venecie regionem esset persistentem. Unde vos, populi, ad suo corporis clamoris salvi eritis'. Cum hoc audisset Beatus dux et mediocres Venetici, que per illorum navigium erant in terra, omnibus psalentem[x] erunt. Proiecit se dux et omnibus ante pedes Karolum[y] Magnum imperatorem, deprecantem[z] illum, ut veniret. Imperator in manu[a] spleutrum[b, 8] magnum tenebat, et manu tenente ad dextera, ad omnibus ille dedit pacis osculum. Quod verbis dixit, ita dextera manus[c] per promissionem veritatis esset ostendendum[d]. Cum ille dixit, quod iturus fuisset in Franciam[e] regionem, statim transmittere promisit Lodoicum[f] filium suum in Italia regem elevare, ut ipse esset defensor omnem[g] gentem et regionis Venecie. Supra equum, quod ipse imperator sedentem[h] erat, descendit. Deprecatus est dux, ut eum reciperet, ut[i] supra ascendisset, et aliorum[k] equites que hic omnibus terre exierunt, ab eo pro dono recepti sunt. Deprecatus est imperator, ut similiter ascen-

a) at inperatore promissi sunt *iterum add.* 1. b) ad eum *des.* 1. c) per — ornari *des.* 1. d) Olivollensibus epissco-pitus 1; Olivolentem epm̄ 3. e) lingnis 3. f) supra ut p. positum er. 3. g) Mercedis 3. h) Veneticis — venerunt *iterum add.* 1. i) invetera 3. k) Venecie 1. l) D. b. *des.* 3. m) p. ea festinante 3. n) navighaverunt 1; navigantes tulerunt 3. o) festinaciōm 1; f. et *des.* 3. p) *deest* 3. q) mos 1. r) de ea 3. s) erunt 3. t) canalis 3. u) but. et *des.* 3. v) secum p. 1. w) festinante 3. x) iusta 1 (?). 3. y) confortant̄ 3. z) ut 3. a) veniebat 3. b) atque 1; aque emergebat 3. c) uos 3. d) imposite 3. e) mortuorum cor. cir. ligatos 3. f) contradas 3. g) aud. aut. c. *bis scr.* 1. h) *deest* 3. i) nullas *vel* millas? 1. k) circumdantes erat 1. l) foras navigium exientem (?) 1. m) super 3. n) Obelierii 3. o) prestolatum (?) 1. p) potuissem 1. q) piprinum 1; Pipinum 3. r) remanssiti 1. s) erant stantes 3. t) inquisitus 3. u) deductum 3. v) adiutor 3. w) vidit civitatum 3. x) pssalentem 1; psalentibus erant 3. y) Karlum 3. z) deprecantes eum 3. a) *abscissum* 1. b) speultrum 1. c) manu 3. d) ad ost. 3. e) Francia regione 3. f) Ludici consilium in It. rege elevari 3. g) omnes gentes 3. h) sedemtem 1; sedebat d. 3. i) et super ascenderet 3. k) alios eq. que ibi erant in terra ex. 3.

1) Vasculi idem quod navicula. 2) Navigiorum maiorum species secundum DUC.; idem butes significare videntur. 3) Idem quod sarcina. Cf. DUC. s. h. v. 4) sc. Obelierius. 5) i. e. consilium praestitit. 6) sturninum? ('staargrau'). 7) Karoli Magni temporibus corpus sancti Marci nondum Venetias transvectum erat. 8) Hodie apud Italos 'spiedo', 'Spiess'.

disset, et cum sequentem percussionis illius fuisset, et imperator quod in parvo minimo ascendit, commoti ad unum erant egendi. Cum propinquasset mare pelaginosum[a], cum magna in brachiis imperatori[b] virtute et cordis erat, extenso tropheo eius cum fortitudo magna in pelagi mare iactatus[c] est et ita[d] coram omnibus dixit: 'Quod numquam ego, nec vos, nec nullorum[e] mundanis hominibus, cum proiectus sum tropheum tyri[1] lancee in isto pelagi mare, ut numquam sit apparibilis, ita in mundo nullus sicut est, ut appareat Venecie[f] regnum noceri; quod[g] si veniat sine ullo terrore et in ipsius Dei indignatione, sic fulgur ei veniat et descendat super eis, sicut descendit super me et[h] super omnibus meis; quod Deus et beatissimi euangeliste Marci corpus[i] mihi per revelatione ostendit, quod[k] vobis et Venecie est nocentem, per[l] eius autem intercessionem Deus illis dispergentem sit'.

Reversi sunt Venetorum[m] cum omnem[n] navigium usque ad palatium ducis. Vetusta autem mulier, quod[o] supra hiis adhuc prebuerunt omnes ab ea consilium, de hoc ipsa consilium dedit. Totum per pars Venecie navigium veniret[p] cum omnem victum populum fecit. Replevit totum canalem et tota[q] curia aula palatii, ut mira rex[r] esse. Imperator, quod receptum est Longinum, Grecie imperatoris[s] missum, amplius iste imperator a[t] clero et populo receptum[u] est[2]. Devote preces cum lacrimis sancto corpori deprecatus est, et per cenobii adeptus, omne quod habuit hic in Venecia relinquit[v]; comestia[3] facere noluit, sed statim deprecatus est dux et omnem populum ad revertendum transpositum est. Cum grave autem doloris usque Ferrarie comitatum cum omnibus ornatis[w] navigium. Cum iam volebat revertere[x] naves, ecce dictum est, ut venisset Obellierius[y] Matamaucensem ducem et uxor eius cum Fortunatum presbiterum, spiritali patre imperatori[z]. Ipsa filia erat imperatori; usque dum venit, retentus est a Veneticis imperator. Confisus[a] est Obellierius[y] ducem[b], ut[c] esset apprehensa Venecia et ab[d] imperatore fidelitate missa. Cum appropinquasset iuxta Veneticorum naves, prostratus Beatus dux, frater eius, misericordiam populum deprecantem. Cum naves Lonbardas ille erat venientem; interrogatus est a Veneticis, quare venisset ipse de Francia; dixit[4]: 'Amplius ne reverteris'. Naves quod[e] veniebant comburerunt; uxor eius, filia imperatori, ipse eam abstulit et cum patre redacta[f] est. Apprehensus Obellierius[y], impiissimus deceptor et traditor, dispersorem Venecie patriis regnum, cum per navibus ad[g] Veneticis traxentem erant illum, statim interfectus[h] est. Deinde cor eius abstraxerunt, et oculi fluxerunt, et viridia eius[i] succiderunt et suspenderunt eum a[k] Sanctum Martinum de Strada[5]. Cum reversuri sunt, et[l] hac ipsa hora nuntium superveniens, quod Bernecherius[6] eiectus est[m] de Italie regnum, circumdatus erat Gradensem civitatem castrum et a Lupum Foroiulensem episcopum depredatum[7] Ille Berencherius[n] a Iohanne patriarcha infra Gradensem civitatem honorifice illum suscepturus fuisset, et ad fidelitatem et per sacramentum ipse[o] et omnibus retinuisset; a[p] Karolum Magnum Francorum imperator Venetici omnes cum multitudine navigium ad Gradus venerunt. Berencherius cum omnibus suis fuga lapsi sunt. Apprehensus a Veneticis Iohannem patriarcham, intereptus[q] est ab eis et[b] deportatus est per palatii domum in turre altissima, inde intus[r] proiecerunt; testimonium sanguinis eius, que in petris fusum est, stat[s] usque in hodiernum diem. Iniuste illum[t] dampnatus est[8]. Intervenit[u] Ludoycum[v], Karoli Magni imperatori filium, et in Italie elevatus est rex. A Veneticis electus Fortunatum presbiterum, nacione[w] civitatis Triestine, in Gradensem patriarchatum civitatis nove Aquilegie[9], qui a Leo papa privilegium cum benedictione pallii iuxta suorum decessorum exempla consecutus est; qui tante famositatis fuit, ut bone memorie Karolus imperator, quia Veneticis male[x] advenientem grave fuit, cum[y] patre sibi esset spiritalem optaret[z]; cuius ad augmentum ecclesie isdem reverentissimus augustus quam plurima contulit precepta et ornamenta. Hic Fortunatus cum adiutorio eius augusti graviter in Veneticos vindicavit per sedis mu ....[a] et interfectionem sui antecessoris et consanguinei Iohannis patriarche; civitate nove Eracliane[b], in qua tunc magna pars Veneticorum nobilium degebat, destruxit; qui vixit in episcopatum annos 27 et mortuus est in Francia[10]. Karolus Magnus in tantum apud Veneticos non mirum est quod fecit; sed alium[c] quod in tantum est enarrare apud

Chron. Grad. 13.

a) pelaghinossum 1; pelagi sonum 3. b) imperii 1. c) iactatu 1. d) sic 3. e) ullorum 3. f) Vene *abscissum* 1. g) *ita correxi;* quod sic .... *(abscissa)* at fulchur apareat ... *(abscissa)* ero in ipsis edei indignationem, sic ei veniat 1; q. sic v. s. ul. t. et in ip. D. ind., sic enim v. 3. h) et s. *des.* 1. i) corporis 3. k) quid 3. l) noc. eius aut. intercessione D. illius defensor sit 3. m) s. et venerunt 3. n) om 1. o) quot s. hiis (? hus?) ahuc 1; q. s. usque adh. 3. p) venire 3. q) totam curiam palatii aule 3. r) *i. e.* res; rex abyssi 3. s) imperatori 3. t) hac 1. u) receptuss 1. v) reliquid 3. w) ornamentis 3. x) evertere 3. y) Obelerius 3. z) inperii 1. a) confessus 1. b) *deest* 3. c) *deest* 1. d) ab imp. fidellite m. 1; ad imperatori f. m. 3. e) quo veniebam 1. f) redita? 1. g) ab 3; at V. transsierunt ill. 1. h) *ras.* 3. i) eorum sucederunt 1. k) a S. Martino Str. 1; apud S. M. de Strata 3. l) *ita codd. pro est?* m) *deest* 3. n) Berengherius 1; Berecherius 3. o) et ip. 3. p) a Carollum 1; ad Karlum 3. q) intēptus (intemptus?) 3. r) illum 3. s) stabit 3. t) ille 3. u) interuerunt 3. v) Ledoycum 1. w) nacionem c. 1; n. civitate 3. x) mane adō (adeo?) alven. 1. y) eum? z) *ita correxi ex Chron. de patriarchis (SS. VII, 47);* apparet 1. 3. a) mutationem? pssedussimū 1; per sedis mū 2. b) Erachiane 3. c) in aliud 3.

1) 'Tirus immanis belluae species; Ioh. de Ianua: tyrus quidam serpens'. DUC. Auctor dicere voluisse videtur, lanceam imperatoris pergrandem fuisse. 2) Inde sequi mihi videtur, hanc partem posteriorem esse illa quam supra p. 44 sqq. edidimus, ubi de Longino etc. agitur. 3) i. e. comestus. 4) sc. Venetici. 5) Hoc ex Iohannis diaconi chronico (SS. VII, p. 16) sumptum esse videtur. 6) Sitne ille Berengarius primus an secundus huius nominis rex Italiae, non liquet. 7) Auctorem nostrum Lupi ducis Foroiulianorum invasionem, quam Iohannes diaconus (ibidem p. 10) ex Pauli historia Langobardorum (V, 17) refert, denotare atque Lupum ducem Lupo episcopo confudisse, mihi verisimile est. 8) Haec quoque auctor ex Iohanne diacono hausisse videtur. 9) Cf. supra p. 17. 10) Aliter supra p. 17. Cf. de Fortunato patriarcha B. Simson, 'JB. des fränk. Reiches unter Ludwig d. Fr.' I, p. 173.

Veneticis quod promisit; et ostensum est nomen iustitie eius, quod per totum orbem est difusum. Tanta fuit iustitia[a] et sanctitas et timor Dei in eo[b], postquam talia receptus est[b], quia[1] culminis arboris[c] ad eum inclinabat pavor, et in celo Dei[b] finivit vitam. Filium obtantem tropheum suam vestigiam erat iustitie tenentem[d]. Iste Ludoycus[e] receptus est corona[f], deventus est imperator, genuit[g] Lotharium imperatorem. Lotharius genuit Ludoycus[h] imperator. Post[i] istius mortem Karolus, pater[2] eius, fuit imperator. Deinde Karolus tertius, nepos secundi Karli imperatori, imperator creatur[k]. Ad ultimum totum imperium ad solum Arnulfum, filium Karli Magnum[l], delatum est. In quo Arnulfum imperatorem generosa nobilium regum[m] ac imperatorum genealogia incipiens, a secundo[n] Arnulfo finem habuit. Tamen eiusdem Arnulfi tempore ipsius[o] quoque iussu atque consensu Gallorum populi[p] elegerunt sibi Odonem ducem in regem. Iste Odonem[q] imperator genuit alium Odonem. Secundus autem imperator Odonus genuit Odonem tertium, qui minor fuit imperator. Inde divisio facta est inter Deotones et[r] Francos et Latinos Francos[s]. Arnulfus imperator Lotharingiam filio suo dedit nomine Soentpoldo, ex pellice[s*] genito. Mortuo Arnulfo, Ludoycus[t], filius eius, imperavit annos 4; cui Conradus imperator[3] successit, depredator et devastator ecclesiarum, ante ut imperasset, detentus latrocinium, denegatorem[4] filii et filie alienorum et ecclesiasticorum ordinum et dona Spiritus sancti venditorem, omni malitia et nequitia, ad Dei autem indignatione[u] malus consiliator; quod detentus[v] fuit, recordatus esto. Eigenus-pultus[5], filii Conradus[w] imperator, et ipse imperator, fornicatorem inceste[x] monachorum et convictus[x] virorum et pollenti[x*] templa[y] sanctorum. Episcopi suo tempore electi[x], et ad[z] suo patri erant sectatores et adulteri, nemini veritatem[a] habentem. Per regione[b] multas homicidias commissus, per plurima bella ad Dei indignatione flagellum cicius mortuus est. Ad[c] huc successit ipse parvulus filius eius, qui rex elevatus est, nomine habente patris[6].

Reg. Franc. Chron.

XI.

[NOMINA[d] PONTIFICES ROMANORUM.]

Sedit beatus Petrus ann. 25[e], mens. 2, d. 3.
Linus sedit ann. 10, mens. 3[f], d. 13.
Cletus sedit ann 10, mens. 1, d 11[g].
Clemens sedit ann. 9, mens. 2, d. 10.
In Romana sede creatus Anacletus, sedit ann. 9, mens. 2, d. 10.
Euaristus sedit ann. 8, mens. 10[h], d. 2.
Alexander sedit ann. 10, mens. 7, d. 2.
Sixtus sedit ann. 10, mens. 2, d. 2.
Teloforus sedit ann. 11, mens. 3[i], d. 21.
Igynus sedit ann. 4, mens. 4, d. 4.
Anicetus[7] sedit ann. 11, mens. 4, d. 3[k].
Soter sedit ann. 9, mens. 6, d. 21.
Helarius[8] sedit ann. 15, mens. 3, d. 2.
Victor[l] sedit ann. 10, mens. 2, d. 10.
Cepherinus[m] sedit ann. 8, mens. 7, d. 5.
Calistus sedit ann. 7[n], mens. 2, d. 10.
Urbanus sedit ann. 4, mens. 10, d. 12.
Poncianus sedit[o] ann. 9, mens. 5, d. 2.
Antheros sedit ann. 12[p], mens. 2, d. 12.
Fabianus sedit ann. 14, mens. 11, d. 11.
Cornelius[q] sedit ann. 2, mens. 2, d. 2.
Lucius sedit ann. 3, mens. 3, d. 3.
Stephanus sedit ann. 7, mens. 5, d. 2.
Sixtus[r] sedit ann. 1, mens. 10, d. 24.
Dionisius sedit ann. 6, mens. 2, d. 3.
Felix sedit ann. 4, d. 25.

a) iustitie 3. b) eo post ... est quia ... Dei *abscissa* 1. c) arborum 3. d) tenente 3. e) Ledoicus 1. f) corona, dev. est *omittit* 1. g) *ita cum primo editore;* çentem 1; gn̄tn 3. h) Lodoicus imp. 1; Ludoycum imperatorem 3 i) Post — imperator *des.* 3. k) creator 1. 3. l) Magni 3. m) regnum hac imp. 1. n) scō 1. o) ip̄is q. 1; ipsiusque 3. p) populum 1. q) Odonus 3. r) Neutones Fr. 3. s) Franco 1. s*) pollice *codd.* t) Luduicus 1. u) indignacīo 1. v) detencius sui 3. w) Conradi imperatoris 3. x) inceste ... tus vi ... pla sancto ... e electi *abscissa* 1. x*) *i. e.* polluenti. y) templas 3. z) at suos p. 1. a) voluntatem 3. b) regiones multa homicidia 3. c) athuc 1. d) *hunc catalogum praebent soli codd.* 1. 2. — Nom. pont R. *des.* 1. e) a. XXX, m. II, d. XIII 1. f) I 1. g) XIII 1. h) VII 1. i) XIII 1. k) IIII 1. l) *huius loco in* 1. Sofenus sedit anos XV et dies II. m) Çefenus 1 n) *numerus annorum deest* 1. o) secundus 1. p) an. XIIII, d. XII 1. q) Cornelus 2. r) 1 *ita:* Sistus sedit annos II et menses V et dies II. Sicstus sedit an. I, m. X, d. XXI

1) i. e. quasi. 2) Immo patruus. 3) Auctor Conradum secundum huius nominis imperatorem aperte significat. 4) i. e. fortasse necatorem? Locus sane valde obscurus. 5) Pro 'pullus'? De Henrici tertii imperatoris cognomine videas Giesebrecht, 'Kaiserzeit' (ed. 4) II, p. 645. 6) Henricus scilicet quartus. 7) Hic deest S. Pius (c. a. 142–156). 8) i. e. Eleutherus.

Eutitianus[1] sedit ann. 1, mens. 1, d. 1[a].
Caius sedit ann. 2, mens. 4, d. 12.
Marcus[2] sedit ann. 8, mens. 4, d. 12.
Marcelus sedit ann. 5, mens. 7, d. 12.
Eusebius[b] sedit ann. 6, mens. 1, d. 4.
Melchiades sedit ann. 4[c], mens. 1.
Silvester sedit ann. 23, mens. 10[d], d. 12.
Marcus sedit ann. 2, d. 20.
Iulius sedit ann. 15, mens. 2, d. 6.
Liberius sedit ann. 6, mens. 2, d. 4[e].
Felix[3] sedit ann. 1, mens. 3, d. 5.
Damassus sedit ann. 8, mens. . . .[f], d. 12.
Siricius sedit ann. 15, mens. . . .
Anastasius sedit ann. 3, d. 10.
Innocencius sedit ann. 15, mens. 2, d. 12.
Zosimus sedit ann. 1, mens. 3, d. 22.
Bonifacius sedit ann. 3, mens. 8, d. 7.
Celestinus sedit ann. 8, mens. 10, d. 17.
Sixtus sedit ann. 8, d. 18.
Leo sedit ann. 21, mens. 1, d. 13[g].
Hylarius sedit ann. 6, mens. 2, d. 10.
Symplicius sedit ann. 15, mens. 1, d. 7.
Felix sedit ann. 8, mens. 11, d. 17.
Gelasius sedit ann. 4, mens. 8, d. 17.
Anastasius sedit ann. 1, mens. 2[h], d. 14.
Simmacus[i] sedit ann. 15, mens. 7, d. 27.
Urmisda sedit ann. 9, d.[k] 17.
Iohannes sedit ann. 2, mens. 9[l], d. 17.
Felix sedit ann. 4, mens. 2, d. 13.
Bonifacius sedit ann. 2, d. 22[m].
Iohannes sedit ann. 2, mens. 4, d. 6.
Agabitus sedit mens. 11, d. 19.
Silverius sedit ann. 1, mens. 5, d. 11.
Vigilius sedit ann. 17, mens. 6, d. 26.
Pellagius sedit ann. 11, d. 19.
Iohannes sedit ann. 12, mens. 11, d. 21.
Benedictus sedit ann. 4, mens. 1, d. 29.

Pellagius sedit ann. 10, mens. 2, d. 10. Iste[4] constituit cum Benedicto[n] eius antecessore, Gradensem civitatem nove Aquilegie metropolim esse perpetuum; quod tempore beatissimi Petri apostoli cum suprascripti per ordine Romanorum pontifices, vetere Aquilegia constituerunt.

Ab ordinatione beati Petri[o] apostoli usque ad ordinationem beati Gregorii pape[5] sunt annos 533, mens. 3, d. 3.

Successit Savinianus[p]; sedit ann. 1, mens. 5, d. 9.
Bonifacius sedit ann. 2, mens. 8, d. 9[q].
Bonifacius[r] sedit ann. 6, mens. 8, d. 12.
Deusdedit ann. 3, d. 23.
Bonifacius[s] sedit ann. 5[t].
Honorius sedit ann. 3, mens. 10, d. 19[u].
Successit Severinus, mens. 2, d. 4.
Iohannes sedit ann. 1, mens. 9, d. 19.
Theodorus sedit ann. 6, d. 18[v].
Martinus sedit ann. 6, mens.[v] 1, d. 16.
Eugenius sedit ann. 2, mens. 8[w], d. 19.
Vitalianus sedit ann. 14, mens. 5.

a) *post Eutitianum in 1 male repetuntur:* Victor *(qui supra in 1 omissus erat)* sedit ann. X, m. X; Atheros *(sic)* a. XII, m. — d. XII; Fabianus *etc. usque ad eundem Eutitianum. Deinde* Victo *(sic)* sedit ann. X, mens. X, ann. *(sic!)* X; Ghaius . . . b) *hic multo inferius ponitur in 1; cf. n. i.* c) VIIII 1. d) mens. I d. — 1, *omisso numero dierum.* e) II 1. f) III 1 *habere videtur.* g) XXIII 2. h) I 1. i) *post Anastasium 1 inserit:* Eusebius sedit annos VI, menses I, dies IIII. k) menses 1. l) VIII 2. m) XXXII 1. n) Benedictum 1. o) *deest* 1. p) Savianus 2. q) XXVI 1. r) alius B. 1. s) tertius *addit* 1, *sed erat quintus papa huius nominis.* t) XXIII 1. u) XVII 1. v) *numerus deest* 1, *abscisso superiore angulo huius folii.* w) VI . . *angulo abscisso mutilum* 1.

1) Eutychianus. 2) Immo Marcellinus. 3) Antipapa Liberii a. 355—365. 4) Verba 'Iste — constituerunt' ab illo anonymo auctore apposita esse videntur, qui primus hunc pontificum catalogum aliunde petitum suo operi sive antiquissimis huius quod vocabant Altinatis chronici partibus adiunxit. 5) Hic vero ipse omissus est.

Adeodatus sedit ann. 4, d. 5.
Donus sedit ann. 1, mens. 5.
Agaton sedit ann. 2, mens. 5, d. 4.
Leo sedit ann. 10, d. 17.
Benedictus sedit mens. 10[a], d. 17.
Iohannes sedit ann. 1, d. 18.
Conon sedit mens. 11[b].
Sergius[c] sedit ann. 4, mens. 8, d. 23[d].
Iohannes sedit ann. 3, mens. 2, d. 12.
Iohannes sedit ann. 2, mens. 6, d. 17.
Sisinnius[e] sedit ann.[f] 20.
Constantinus ann. 7[g], d. 15.

Ab ordinatione beati Gregorii pape usque ad istum Gregorium[1], qui fuit temporibus Anastasii, Leonis, Constantini augustorum, sunt ann. 120, mens. 9, d. 21.

Hic Gregorius sedit ann. 15, mens. 7, d. 10.
Gregorius sedit ann. 10, mens. 8, d. 25.
Zacharias[h] sedit ann. 10, mens. 3, d. 18.
Stephanus[2] sedit ann. 5, d. 30.
Paulus sedit ann. 10, mens. 2, d. 6.
Stephanus sedit ann. 3, d. 19.
Adrianus sedit an. 23, mens. 10, d. 17.
Leo sedit ann. 20, d. 17[i].
Stephanus sedit mens. 7.
Pascalis sedit ann. 7, d. 6[k].
Eugenius[l] sedit ann. 3[m], mens. 2.
Valentinus sedit dies 38.
Gregorius sedit ann. 16.
Sergius sedit ann. 3.
Leo sedit ann. 8, mens. 3.
Benedictus sedit ann. 2, mens. 4, d. 6.
Nicolaus[n] sedit ann. . . .[o]
Adrianus sedit ann. . . .
Iohannes sedit ann. . . .
Marinus[p] sedit ann. . . .
Adrianus sedit ann. . . .
Stephanus sedit ann. . . .
Formosus[q] sedit ann. . . .
Bonifacius sedit ann. . . .
Stephanus sedit ann. . . .
Romanus sedit ann. . . .
Iohannes sedit ann. . . .
Benedictus sedit ann. . . .
Sergius sedit ann. . . .
Anastasius sedit ann. . . .[3]
Iohannes sedit ann. 20, d. 25.
Benedictus.

Huius[r] temporibus quidam episcopus Sabiniensis[s,4] invasit sedem, sed eiectus est ab illa. Post hec Benedictus papa vice sua ordinavit in[t] apostolica sede Iohannem quendam presbiterum, qui postea Gregorius[5] dictus est. Hac ex causa facta sinodo[u] in Romana sede[t,6] tempore domini Henrici[v,7] imperatoris depositus est; et post eum ordinatus est quidam Papebergensis[w] ecclesie episcopus, qui dictus est Clemens[8]. Hic Clemens sedit mens.[x] 8. Huic successit quidam Persone[y,9] episcopus, qui dictus est Damasus[10]. Hic[z] Damasus sedit dies 25.

a) *numerus deest* 2. b) ann. I 2. c) Serchius 2. d) XII 1. e) Sissinnus 1. f) *lege* dies. g) IIII 2. h) Hacharias 2. i) XVI 2. k) XVI 1. l) Euçerius 1. m) IIII 2. n) *post Benedictum in* 1 *inseritur Adrianus, qui postea omittitur.* o) *numeri annorum mensium dierumque abhinc usque ad Iohannem in* 2 *manu multo recentiore appositi sunt, quos omittimus, quia etiam in* 1 *desunt.* p) *nomina sequentia paparum usque ad Stephanum in* 1 *desunt aut detruncata sunt membrana mutilata.* q) Dorinosius 2. r) . . . ius 1. s) epressa biniensis 1; eppresabiniensis 2. t) *deest* 1. u) syno sinodo 1, v) Einrici 1. w) papaberçensis 1; p̄p̄ bergensis 2. x) ann. 2. y) p senonem 1. z) Hic Dam. *des.* 1.

1) II. 2) Omittitur Stephanus II. papa paucorum dierum; desunt etiam nonnulli alii pontifices qui parvo tempore sederunt. 3) Annos duos 911–913; successor eius secundus fuit Iohannes X, qui autem quinque tantum annos sedit. Neque vero aliorum huius nominis (Iohannis) pontificum quisquam sedit 20 annos et 25 dies, ut dicit hic catalogus. Qui hic sequitur Benedictus, sine dubio nonus est huius nominis, qui sedit ab anno 1033. usque ad ann. 1045. 4) Silvester III. 5) VI. 6) i. e. Romae. 7) III; vide de hoc loco Ann. Rom., SS. V, p. 468; Giesebrecht, 'Kaiserzeit' (4. Aufl.) II, p. 657; 'Studien' I, p. 38. 8) II. 9) Poppo Prisniensis sive Brixiensis episcopus. 10) II.

XII.

[NOMINA[a] VENETICORUM DUCUM NOVE VENECIE.][1]

Cf SS. VII, p. 37. [Primus] Paulicius[b] dux ducavit ann.[c] 20, mens. 6, d. 9.
Marcellus dux ducavit ann.[d] 9, d. 16.
Ursus dux ducavit ann. 11, mens. 5. Post huius interfectionem per ann. 6 non fuerunt duces in Venecia[e], sed magister militum iam[f] iudicabat; et[g] ideo primus sedit[h]
Dominicus Leo magister militum; sedit ann. 1.
Felix magister militum sedit ann. 1.
Deusdedit[i] magister militum sedit ann. 2.
Iubianus[k] ypatus magister militum sedit[l] ann. 1.
Iohannes Fabriacus[m] magister militum sedit ann. 1.
Deusdedit[i] ypatus et[h] dux ducavit ann. 13.
Galla dux ducavit ann. 1 et[n] mens. vero[h] 2.
Dominicus dux ducavit ann. 8.
Mauricius dux ducavit ann. 23.
Iohannes dux ducavit ann. 25.
Obelierius[o] dux[p] et Beatus[h], frater eius, sederunt ann. 5.
Angelus[q] Particiacus dux ducavit ann. 18[r].
Iustinianus Particiacus dux* ducavit ann. 2 et[s] mens. 2.
Iohannes Particiacus[h] dux[t] ducavit[u], et filius Angeli[v], frater Iustiniano[w], ambo duci, ducavit ann. 8.
Petrus[x] Particiacus[h] dux ducavit ann. 29[y].
Ursus Particiacus[h], filius[z] Petri duci[a], ducavit[b] ann. 17.
Iohannes dux ducavit ann. 5 et[c] mens. 6.
Petrus[d] dux ducavit mens. 6.
Petrus dux Trundominico ducavit ann. 23, d.[e] 23; et interfectus est[f] intra çenobium sancte[g] Çacharie, Sept. 13. in die vigilia[h] exaltacione[i] sancte crucis, ora vespertina[2].
Ursus[k] Paureta[l] dux ducavit ann. 20.
Petrus Candianus[m] dux ducavit ann. 2.
Petrus Badovario[n] dux ducavit ann. 3.
Petrus Candianus[o] iunior dux ducavit ann. 17[p].
Petrus, filius eius[q], dux ducavit annos non[r] plenos 18.
Petrus Ursyolo[s] dux ducavit ann. 2, dies vero[t] 20.
Vitalis Candianus dux ducavit ann. 1 et mens. 2[u].
Tribunus Menio[v] dux ducavit ann. 14 et mens. 4.
Petrus Ursyulo[w] dux ducavit[x] ann. 17 et[y] mens. 6.
Otoni[z], filius eiusdem Petri duci[a], ducavit ann. 15.
Petrus Centranicus dux ducavit ann. 4, mens.[b] 4.
Domnus Ursus patriarcha tenuit ducatum per[c] ann. 1 et mens. 2. Post hec non modica pars Venetici populi elegerunt[d] sibi ducem Dominicum[e] Ursyulum[f], qui ducavit unum diem, et eiectus est[g] de palacio et fuga lapsus est[g*] in Ravena[h], ibique defunctus[i] est[k.3]. Post hec
Dominicus Flabianus dux ducavit ann. 10, mens. 4, d.[l] 12.
Dominicus Contarenus[m] dux ducavit ann. 33[n], mens. 3.
Dominicus Silvus[o] dux ducavit ann. 12, mens.[p] 6.
Vitalis Faletro[q] Deodoni[r] dux ducavit ann. 11, mens. 7, d.[s] 10.
[Vitalis[t] Michael[u] dux ducavit ann. 5[v]].
Ordelafo[w] dux, filius Vitalis Faletri duci, ducavit per ann. 15.

*) Filius ipsi Angeli *add.* 3.

a) Nomina – primus *des.* 1. 3. b) Paulitius 1; *in altero catalogo cod.* 1, *quem abhinc signabimus* 1[a]: Paulicius c) a. XVIIII et menses et dies VIII 3; an. viginti et menses octo 1[a]. d) a. XXII, d. XVI 1; a. IX et dies XXI 3. 1[a]. e) Vecia 1. f) *deest* 1[a]. g) et — sed. *des.* 1[a]. h) *deest* 3. i) Deusdedi yparcus 1[a]. k) Iulianus 3; Iubanus yparcus, *omissis* mag. mil. 1[a]. l) sede 1. m) Frabriacus 2; Fabricianus 3; Fabricus 1[a]. n) *deest* 2. o) Obelerius 2. 3; Obelligerius 1[a]. p) d. ducavit annos V cum fratre suo Beato 1[a]. q) Angnellus 1[a]. r) XVIIII 2. s) *deest* 2. t) frater eius *add.* 1[a]. u) duc. et *des.* 2; ducavit — duci *des.* 3. 1[a]. v) Angelli 1. w) Iustiniani a. duces 2. x) Petris 2. y) annos viginti octo 1[a]. z) fil. P. d. *des.* 3. 1[a]. a) ducis 2. b) dux duc. 3. 1[a]. c) et dimidium 3. d) *hunc ducem omittit* 3. e) et d. 3. 1[a]. f) est intrā (in terra?) zenobii 3; fuit infra ç. vel monasterium 1[a]. g) sancti 3. 1[a]. h) vig 2; vigilie 3. 1[a]. i) exaltacionis 3. 1[a]. k) post hec Ur. 3. l) Pauretta 1; d. P. 3. m) d. C. 3, *et ita postea.* n) Badovarius 3. o) C. dux iun. d. d. 2; dux C. 3, *omissis verbis* iun. duc. p) tredecim 1[a]. q) eius d. *des.* 3. r) n. pl. *des.* 3. 1[a]. s) Ursiolo 2; Ursyolus 3; Ursiulo 1[a]. t) et d. XX 3 1[a]. u) sex 1[a]. v) Memo 2; men 3. w) Ursiolo 2; Ursiolus 3; Ursiulo 1[a]. x) *haec* — Petrus Centranicus dux *des.* 3. y) *deest* 2. z) Otonius 1[a]. a) ducis et ipse dux d. an. XVI 1[a]. b) et m. IV 2. 3; et m. duos 1[a]. c) *deest* 3. d) elegit 3. e) dum 1; *deest* 2. f) Ursiolum 2; Ursyolum 3; Ursiulo 1[a]. g) fuit 1[a]. g*) fugit 1[a]. h) Ravenam 2. 3. i) defuctus 1. 3. k) *deest* 1; fuit 1[a]. l) d. 12 *des.* 3. m) Contarinus 1[a]. n) XXX 2; XXIII 3, *omissis mensibus;* et m. duos 1[a]. o) Silvius 1[a]. p) m. 6 *des.* 3; et m. 1[a]. q) saletro 3. r) *deest* 3. s) d. 10 *des.* 3. 1[a], *ubi hic dux in margine manu alia add.* t) *hic dux omittitur in* 1. 2. u) Michaelis 3. v) XIIII *manu alia* 3. w) Hordolafo 2 Ordelafus Faletro d. duc. an. XXV (XV 1[a]) 3. 1[a].

1) De hoc catalogo, qui usque ad Tribunum Menium satis congruit cum illo Iohannis diaconi Chronico annexo (SS. V, p. 37), videas quae disserui 'Studien' I, p. 34. 2) Cf. supra p. 23. 3) Cf. supra p. 26.

Dominicus Michael dux ducavit ann. 12[a].
Petro Polano[b] dux ducavit ann. 18 et[c] mens. 4.
Dominicus Mauroceni[d] dux[e] ducavit ann. 7.
Vitalis Michael dux[e] ducavit ann. 18[f], et[g]* postea interfectus fuit in çenobio sancti Çacharie.
Sebastianus Çiani** dux[h] ducavit ann. 6[i].
Aurio[k] Mastropetro dux[e] ducavit ann. 14.
Henricus[l] Dandulo dux ducavit ann. 13.***
Petrus Çiani† dux[m] ducavit ann. . . .[n]

ADDITAMENTA

cod. 3.

Iacobus[o] Teupolo dux ducavit annos 20 et menses 3 minus diebus 6; qui postquam ducatum Venecie per dictum tempus feliciter rexit, iam senex factus et repletus dierum, voluntate propria ducatum renuit et ad domum propriam in hora[1] sancti Augustini rediit, ubi post diebus 36 in pace obiit, sicut placuit Creatori.

Marinus Maurocenus ducavit annis 3 et diebus 21.

Rainerius[o] Geno, nobilis egregius vir, ducavit annis 15 et mensibus 5 et dies 14. Millesimo 268, die 7. intrante Iulio migravit ad Dominum.

Laurencius[p] Theupolo dux ducavit annis 7 et diebus 25.

Iacobus Contareno dux ducavit annis 4 cum dimidio; et propter senectutem provisum fuit ei annuatim libr. 1500 pro communi; et vixit post exitum de palacio mense 1.

Iohannes Dandulo dux ducavit annis 9, mensibus 7 minus diebus 5.
Petrus Gradonico dux ducavit annis 22, mensibus 8, diebus 19.
Marinus Georgio, nomine secundus, dux ducavit ann., mens. 9, diebus 12.
Iohannes Superancio dux ducavit annis 16, mensibus 5, diebus 18.
Franciscus Dandulo dux ducavit ann. . . .
Bartolomeus Gradonico dux ducavit ann. . . .
Andreas Dandulo dux ducavit ann. . . .

XIII.[q]

Primus in Romana sede Iulius Cesar regn. ann. 4[r] et mens. 6[s].
Octavianus Cesar regn. ann. 56 et mens. 6[t].
Tyberius[u] Cesar regn. ann. 23[v].
Gaius cognomento Calicula regn. ann. 3, mens.[w] 10, d. 8.
Claudius[x] Cesar regn. ann. 14[y], mens. 7, d. 38[z].
Nero[a] Cesar regn. ann. 13, mens. 8, d. 28.
Galla regn. mens. 9, d. 13.

*) 2 *ita:* Et infra çenobium sante Çacharie gladio est interfectus a quidam[b] willissimus Marco Cassulo; quod ipse Marcus suspensus est a comune Venecie.

**) 2 *add.:* Qui primus per electionem fuit dux. Huius temporis Alexander papa et Federicus imperator, quod magnam discordiam ad invicem habebat, apud Venetiam pacem fecerunt.

***) 2 *add.:* Huius tempore principes et populus Galicanus cruce asignati sunt eunde[c] Ierosolimam; adsociati sunt cum eodem duce; et tunc aparuit eis et marchioni Montis-ferati, qui cum eis erat, Alexius, filius Ysaki Angeli[d] Constantinopolitani; quia Alexius, frater eius, excecavit eundem patrem eius et eum[e] in vinculis tenuit, rogans eos, ut eum adiuvarent ad arripere imperium. Qui euntes, per vim imperium eum posuerunt; et Greci eo interfecto, tunc civitatem Constantinopolim ceperunt gladio et igne; et sic eam tenuerunt et Iadram destruxerunt.

†) 2 *add.:* Filius Sebastiani ducis.
1[a] *ita:* Petrus Ziani successit anno Domini 1205, mense Augustus, indicione quinta intrantem.

a) decem et septem 1[a]. b) Pollano 2; Petrus Pollanus 3; Petrus Polani 1[a]. c) et m. IIII *in loco raso* 3; *manu alia* 1[a]. d) Maurocenus 2. 3; Maurecini 1[a]. e) *deest* 3. f) XVII 2. g) et p. f. int. 3; et — Çach. *des.* 1[a]. h) *deest* 2. 3. i) VII 3; VI *corr.* VII 1[a]. k) Aureus Manstro Petrus 2; Aureus Mastropetri 3; Aurius Maistro petro 1[a]. l) Henricho D., *omisso verbo* dux 1; Henrecus Dandulus 2; H. Dandulus 3. m) *deest* 1. 2. n) XXIV *in* 1 *et* 2 *manu posteriore;* XXIII 3. o) *alia manus s. XIII. pergit* 3. p) *alia manus s. XIV. pergit* 3. q) *in* 2 *haec verba praecedunt initium huius catalogi:* Incipit hystoria *(corr.)* Romanorum imperatorum aliter; *dubium autem est, utrum referenda sint ad summarium illud historiae antiquae, quod quidem in cod.* 2 *praecedit hunc catalogum, in* 3 *vero eum sequitur, an ad alium Romanorum imperatorum catalogum, qualem exhibet cod.* 1 *multo breviorem, solis nominibus annisque relatis, cuius differentia hic notavimus sub titulo cod.* 1[a]. r) III 3 *cum ras.* s) VII 1[a]. t) et diebus X *add.* 3. u) Tiberius 2. v) XXXIII 2. w) et m. 2. x) Gaudius 1. y) XXIIII 2. z) XXVIII 3. a) Nerro 3. b) q̃dã *c.* c) *i. e.* eundi. d) in ãgli *c.* e) cum *c.*

1) i. e. regio sive contrada apud Italos.

Oton[a] o Lukivios[1] regn.[b] mens. 3, d. 8.
Vitalios o Vitelios[c] regn. ann. 1.
Vespasianus regn.[d] ann. 10, d. 9[e].
Titus, filius eius, regn. ann. 2, mens. 8.
Domicianus, frater eius Titi iunior, regn. ann. 15, mens. 11.
Nerva[f] Cesar regn. ann. 1, mens. 4 et d. 8.
Ulpius Crinitus Traianus[g] Cesar regn. ann. 19[h], mens. 6, d. 15.
Elius Adrianus Cesar regn.[i] ann. 20[k], mens. 11.
Antonius Pius Cesar cum filiis suis[2] Aurelio et Lucio regn. ann. 24, mens. 2[l].
Marcus[m] Antonius Verus cum fratre Lucio Commodo[3] regn. ann. 19, mens. 1.
Lucius Antonius Commodus[n] post mortem patris sui regn. ann. 13.
Helius[o, 4] Pertinax regn. ann.[p] medio.
Severus[5] Pertinax regn. ann. 17[q], mens. 8.
Antonius, filius Severi, cognomento Caracalla[r], regn. ann. 7, mens. 2[s].
Macrinus Cesar regn. ann. 1, mens. 2.
Avitos[t] regn. ann. 3 et mens. 9.
Aurelius[u] Alexander regn. ann. 13 et mens. 8.
Maximinus regn. ann. 6[v].
Valvinus[w] regn. d. 22.
Gordianus Cesar regn. ann. 6.
Philippus cum Phylippo, filio suo, regn. ann. 6[x].
Decius Cesar regn. ann. 2[y].
Gallus[z] cum Volusiano, filio suo, regn. ann. 2 et mens. 8.
Emilianus regn. mens. 4.
Valerianus cum filio suo Galieno[a] regn. ann.[b] 15[c].
Claudius Cesar regn. ann. 1, mens. 8.
Aurelianus Cesar regn. ann. 6, mens. 5.
Tacitus Cesar regn. ann. 2[d]. Post huius interfectionem
Florianus regn.[e] ann. 2, mens. 4.
Probus Cesar regn. ann. 6, mens.[f] 4.
Carus cum filiis Carino et Numeriano regn. ann. 2.
Dioclicianus cum Herculo[6] Maximiano regn. ann. 20.

Constantinus[g, 7], pater Magni Constantini, regn. ann. 2 et cesar alios[h] ann. 13; et genuit filium[i] de Helena concubina, quem[k] Constantinum nominavit.

Constantinus, Constancii filius, ex concubina Helena in Britania[l] natus, nomini suo urbem statuit in Tracia, sedem Romani imperii primitus ibydem stabilivit et tocius caput Orientis precepit fieri. Obiit mense Madius[m] vicesima die[8], magnus et christianissimus imperator. Reposite[n] sunt reliquie eius in templo sanctorum Apostolorum in sacrario, quod et ipse ediffícavit, in pila[9] porphyretica[o]. Regnavit cum Helena matre sua ann. 33[p].

Constantius[q] cum Constantino et Constante, filii Magni Constantini, regn. ann. 24[r]. Obiit Constantinus mense Novembrio[s] die tercia, et positus est corpus eius in templo sanctorum Apostolorum, in pila porphyretica.

Iulianus apostata, consanguineus Constantini, mense Iunii vicesima sexta die defunctus est in Persida. Alatus[t] est corpus illius in Constantinopolim et positum est in septemtrionali[u] parte in templo sanctorum Apostolorum, in labro[v, 10] porfiretico. Regn. ann. 2[w], mens. 8.

Mense[x] Februarii septima decima die defunctus est Iuvianus[y], religiosissimus imperator, in Thichera[z]

a) Oton alii kyinos 1. 2; Otton alukuuos 3. b) reḡ 1. c) Vitellios 2. d) *haec* — Titus filius eius *des.* 2; *annorum numerus deest* 3. e) *cum ras.* 3; VIII 1ª. f) Merva 2. g) Trayanus 2. h) XVIII 1. i) regn. — Pius Cesar *des.* 1. k) XXI 3. l) I 2. m) *hic omittitur in* 2 n) Comodus 2. 3. o) Aelius 3. p) men. VI 2. 3. q) XVIII 3. r) Caracala 2. s) VI *corr. ex* III 3. t) Aurelius 1ª; Marcus Aurelius Antonius reg. a. IIII .... 3. u) *deest* 1ª. v) an. tres 1ª. w) *i. e.* Balbinus; Valiuinus 1; ..alvinus 3. x) V 3; VII 1ª. y) et mens. III *add.* 1ª. z) Gaulus 1; Saulus 2; ..allus 3. a) hagallinos 1ª. b) an. — regn. *des.* 1, *confusis Valeriano et Claudio*. c) XXV 3. d) dimidium annum 3; an. I 1ª. e) r. ms. II et diebus XX 3; r. ms. IIII 1ª. f) et m. 3. g) Constantinus — nominavit *des.* 1. 2. h) regnavit 1ª. i) eum 1ª. k) q. C. n. *om.* 1ª. l) Britatania 2. m) Madii 2. 3. n) rel. ei. rep. s. 3. o) porfilitica 1; porfiritica 3. p) et (ms.?) X 1ª. q) Constantinus 2. r) et m. V et dies VIII *add.* 1ª. s) Novembri t. d. et positum 3. t et allatum est 3. u) septentr. 3. v) libro porphireo 1; l purfiritico 3. w) IIII 1. 2. x) *in* 3 *nomina imperatorum mensem obitus cuiuslibet praecedunt.* y) Iovinianus 3, *ubi* ov *manu poster.* z) Tuchera ur. Galatie 3.

1) Μετὰ Γάλβαν ἐβασίλευσε Λουκίβιος Ioelis chronographia compendiaria (ed. Bonnae p. 28); fortasse autem hoc in nostro loco glossema; 'o' articulus. 2) sc. adoptivis Marco Aurelio et Lucio Vero. 3) i. e. Marcus Aurelius Antoninus Augustus cum Lucio Aurelio Vero. 4) Helvius. 5) Omissus est Didius Iulianus. 6) Herculio. 7) i. e. Constantius. 8) De hisce sequentibus diebus conferas Muralt, 'Essai de chronographie Byzantine'. 9) i. e. urna. Quae de sepulchris imperatorum hic proferuntur, maximam partem concordant cum libello illo anonymi cuiusdam de sepulchris imperatorum Constantinop., apud Anselmum Bandurium, Imperium orientale (Paris. 1711) t. I, p. III, lib. VI, typis expressi, ita ut solum quae differunt annotanda putaverimus. 10) Labrum est 'vas sepulcrale aptum condendo cadaveri'. DUC.

urbe Galicie[1], et allatum est corpus eius in Constantinopolim, in templo sanctorum Apostolorum, in labro porphiritico[a] Magni Constantini. Post hec reposita est uxor ipsius in eodem labro. Regn.[b] mens. 8.*

Mense Augusti die nono mortuus est Valens imperator in partibus Tracie, igne conbusto[c] a Gothis in villa Macedonia cum duobus eunuchis suis; qui, exquisito non invento eius corpore, non est dignus inter augustos sepeliri. Regn. ann. 13.

Mense Marcii vicesima[d] prima die defunctus est Valentinianus[e] imperator in Gallia, et delatum est corpus eius in Constantinopolim in tempore Magni Teodosii et positum est in templo sanctorum Apostolorum, ubi Magnus Constantinus, in lanarki[2] porfiretico. Sepulta est autem cum eo Severa, uxor eius. Iustina namque, alia uxor eius, mortua est in Mediolano. Regn. ann. 13.

Mense Ianuarii septima die defunctus est[f] Theodosius Magnus imperator in[g] Mediolanum. Allate sunt reliquie ipsius in Constantinopolim et posite in templo omnium[d] sanctorum Apostolorum, in sacrario Magni Constantini, in pila porferetica; ubi et[h] coniux eius prior Pracilla[3] posita fuit. Regn. ann. 16.

Mense Maii prima die defunctus est Archadius imperator, et positus[i] est corpus eius in templo omnium[d] sanctorum Apostolorum, in pilla porfiretica, ad[k] porticum meridianum, cum uxore sua Efdokia[l], quam ante fuerat defuncta[h] pro iniuria sancti Iohannis Os-aurey[m.4]. Regn. ann. 23.

Mense Iulii tricesima die defunctus est Thedosius iunior[n], filius Archadii[o]; repositum[p] est corpus illius in templo sanctorum Apostolorum, in pila marmorea Thesalonicensi[q] lapide, in sacrario Magni Constantini. Uxor autem illius Efdochia[r] non est sepulta cum eo. Regn. ann. 42.

Mense Ianuarii die 27. defunctus est Marcianus imperator christianissimus, et repositum est corpus ipsius[s] in templo sanctorum Apostolorum, in pila porferetica[t], cum Pulcheria uxore sua, filia Archadii. Regn. ann. 7.

Mense[u] Ianuarii d. 30.[v] defunctus est Leo Magnus o Machelis[w.5], relinquens imperatorem[x] Leonem nepotem suum; et repositum est corpus ipsius[y] in templo sanctorum Apostolorum, in pila Thesalica[z], hoc est ex prusio[a 6] lapide. Consepulta ea[b] post longum tempus Veneria[7], uxor eius. Regn. ann. 18.

Mense Aprilis nono die defunctus est Çeno imperator, et sepultus est in templo sanctorum Apostolorum, in labro Thesalonico. Vox autem audita est de sepulcro usque ad tercium[c] diem: 'Miseremini mei'[8]; propter[d] quod eo oderetur ab uxore sua Arthemia[9] et omni populo, non est apertum sepulcrum ipsius. Regn. ann. 17[e].

Mense Iulii dies[f] 8. defunctus est Anastasius, cui supernomen Dicoros[g] fuerat. Fulminatus est a fulmine, et[h] sepultus est in templo sanctorum Apostolorum, in labro porfiretico[i], cum Ariathne uxore sua, que antea ibi sepulta fuit[k]. Regn. ann. 27.

Mense Augusti die[f] 5. defunctus est imperator Iustinus, qui dictus est primus, et sepultus est in templo sanctorum Apostolorum[l] in parte dextra, in labro porfiretico[i]. Quo posuit[m] ipse Iustinianus imperator, pro eo quod non capiebatur[n] pila ipsius in sari[10] Magni Constantini, cum Eufemia coniuge sua, que iam ante illum migraverat[11]. Regn. ann. 9.

Mense Novembris 3. die defunctus est Iustinianus christianissimus imperator, qui fabricare iusit Agya[o] Sophya, et positum[p] est in templo sanctorum Apostolorum, in magno sepulcro, quod ipse composuit et edifficavit[q], in labro[r] lapideo qui dicitur iritionos[12] Bithinio[s], non cum coniuge sua Theodora;

*) *Post Iovianum 1[a] sic pergit:* Valentinianus imperator senior cum fratre suo Valente regn. ann. 14. Valens cum Graciano et Valentiniano regn. ann. 4. Gracianus cum fratre suo Valentiniano regn. ann. 6. Theodosius maior Graciano vivente sex annos iam moriente regebat et post eius mortem regn. ann. 11. Ipse et Valentinianus, quem ab Italia expulsum benigne susceperat, Maxiniani (?) tyranum tercio ab Aquilegia miliario lapidem interficiunt. Archadius, filius Theodosii, cum fratre Honorio regn. ann. 13. Honorius cum Teodosius nepus, fratris sui Archadius filius, regn. ann. 15. Et Theodosius solus, Archadii filius, regn. ann. 26. Marcianus et Valentinianus regn. ann. 6 et mens. 5. Leo imp. . . .

a) porferitico 2; porfiret. 3. b) r. an. I, m. VIII *falso* 1. 2. c) conbustus 3. d) *deest* 3. e) Valencianus 3. f) *deest* 1. g) Mediolani 2; in Mediolano et all. 3. h) *deest* 2. 3. i) positum 3. k) a porticum Mediolanum 2. l) Efdokya 2; Efdochia que 3. m) aurei 2. 3. n) minor 3. o) Archadiis 2. p) et rep. 3. q) Tes. 2. r) Esdokya 2; Efdokia 3. s) eius 3. t) porf. — in pila *des.* 1, *sed manu poster. in margine ex parte suppleta.* u) Mense — 30 *des.* 3. v) ultimo 1 *in marg.* w) Omakellis 3. x) imperator 2. y) eius 1 *in marg.* z) Tesalonica 2. a) inexprusio 3. b) est 2; est cum eo 3. c) terciam 2. d) pr. q. eum hoderunt 2; pr. q. od. 3; *post* eo *manu poster. superscr. iterum* quod 1. e) XVI 1[a]. f) die 2. 3. g) *ita* 3; Oicorros 1; Oycoros 2. h) et s. e. *des.* 3. i) porferitico 2. k) erat 2. 3. l) *deest* 1. m) porf. Coopositus est ip. I. 2; quo positus est ip. I. 3. n) capiebat corpus eius pyla cesaris m. C. 2. o) Agia 3. p) positus in t. 3. q) hedificavit 3. r) libro 1. s) bitinio 2.

1) Iovianum Dadastanae in finibus Galatiae et Bithyniae mortuum esse, tradunt alii. 2) Graeca vox λάρναξ. 3) Quae Placilla a Cedreno in Historiarum compendio (ed. Bonn. I, p. 552) appellatur, quod equidem principalem fontem huius catalogi putaverim; cf. infra p. 66, n. 2. 4) i. e. Iohannis Chrysostomi; cf. Muralt I, p. 10. 5) ὁ Μακέλλης (Macellus), de quo nomine videas Cedrenum l. c. I, p. 607. 6) prasino (grün). 7) Immo Verina appellata. 8) Cf. Cedren. l. c. I, p. 622. 9) Ariadna. 10) Fortasse corruptum ex Graeca voce σορῷ i. e. 'Sarg'; an ex sacrario? 11) De sepultura huius imperatoris coniugisque eius alii aliud tradunt; cf. Cedren. I, p. 642; Ducange, Famil. Aug. Byz. (Venet. 1729) p. 78. 12) Fortasse derivatum ex Graeca voce ἰριώδης i. e. 'regenbogenfarbig'. Anonymus de sepulcris Impp. Cp. apud Bandurium (l. c. 122 F) hunc in modum sepulchrum Iustiniani describit: Λάρναξ κατὰ ἀνατολὰς

in pila iacet que vocatur lapis[a] Ierapolitis[b], unde[c] est ipsum baticanum[1] sanctorum Apostolorum. Ante migravit illa ann. 18. Regn. ann. 39.

Mense Octubris 5. die defunctus est Iustinus, qui dictus[d] est Biçancius, et positus est in templo sanctorum Apostolorum, in sacrario quem[e] edificavit Iustinianus Magnus imperator, in labro marmoreo[f] lapidis[g] albi proconi[2], sine uxore sua Sophia. Illa autem postea, post unum annum, defuncta est[3]. Regn. ann. 13[h].

Mense Augusti 12. die defunctus est Tyberius imperator, et positus est in templo sanctorum Apostolorum, in pila marmorea ex proconisso[i, 4], in sacrario Magni Constantini regis. Regn. ann. [4[k]].

Mense Novembris 23. die exclusus est Mauricius de imperio a Foca tyrranno et capite truncatus in Eutropi[l] portu cum filiis suis, in sanctuario sancti martyris Minantis[m], qui supra nomen dicitur Farasmanus[5]. Constantina, uxor eius. Regn. ann. 20[n].

Mense Octubris 1. die interfectus est Focas tyrannus ab Eracliano[o], et corpus illius incensum est in platea[p] bovum[6], et cinis eius proiectus[q] est in sepultura morientium[r] in pelago. Regn. ann. 8.

Mense Ianuarii 11. dies[s] defunctus est Herachlius[t] imperator in infirmitate briky[7], hoc est brisenteria[u], et repositum est corpus illius in templo sanctorum Apostolorum, in sacrario Magni Iustiniani, in pila marmorea alba de preconisso. Defuncta est iam uxor illius[v] Ebdochia; sepulta est in alio sepulcro. Regn. ann. 30.*

Mense Aprilis 20. die defunctus est Constantinus imperator, filius Eraclii[w], et sepultus[x] est in templo sanctorum Apostolorum, ubi et pater eius, in alia pila ex albo lapide proconisso[y], adhuc vivente uxore sua Gligoria[8], filia Nikiti[z] patricii. Regn. d. 100 et 20[a].

Mense Novembris die 5. defunctus est Constans imperator[9], filii[b], Eraclii nepus[c], Pogonatis[d, 10], in Siracusa[e] urbe Sicilie violenti obitu, et positum est corpus eius in eadem urbe Siracusana in monasterio Sancti Gregorii. Regn. ann. 20[f].

Mense Iulii 10. die defunctus est Constantinus imperator, filio[g], Pogonis[11], propria morte, et positus est corpus ipsius in templo sanctorum Apostolorum, in sacrario Magni Iustiniani, in pila Thesalonicis lapidem[h], cum uxore sua Anastasia. Regn. ann. 17[i].

Mense Novembris dies[k] 24. defunctus est Iustinianus imperator Nasu[l]-trunco[12], qui antea eiectus ex[m] imperio a Leoncio et postea reversus est in ipso imperio, et interfectus est in Damatri[13] ab Helia quondam[n] Chersonitum, et corpus eius proiectus[o] est in mari. Regnavit cum Anastasia uxore eius ann. 16.

Mense** Februarii die 15. defunctus[p] est Leoncius[q] imperator violenti morte per Iustinianum Nasotruncum[r] et Absimarii; et proiecta sunt corpora eorum in mari, et reperta posita[s] sunt in insula Proti[14] in ecclesia que illic est. Regn. ann. 3.

*) *Hic falso additur in* 1[a]: Hyradonas[15] cum matre sua Marina[16] regn. ann. 1; *qui quidem regnavit post Constantinum.*

**) 1[a] *ita:* Leoncius imperator regn. ann. 3. In istius tempore secundo anno imperii Pipinus senior Francorum rex elevatus est.

a) lapidis 3. b) Ierapditis 1. 2. 3. c) *ita* (uñ) 3 *habere videtur;* unum 1. 2. d) dicitur 3. e) qui 2. f) mamoreo 3 g) laprois 2 *habere videtur.* h) XI 3. i) promisso 1; procomisso 2; proconissa 3. k) *ita* 1[a]; XX 1. 2; VII 3. l) Eumtropi portum 2. m) *ita codd pro* Mamantis. n) XXII 1[a]. o) Eraclio 3. p) plathea bovium 2. q) protectus 2. r) morientem 2; morientum 3. s) die 3. t) *nomen imperatoris, in* 1 *et* 3 (Eraclius) *manu posteriore additum, deest in* 2. u) brisentenia 2; disenteria 3. v) eius Efdokya 2; ipsius Eb. 3. w) Eradii 1. x) defuntus 1; defunctus 2; defuctus est et sep. 3. y) preconisso 2; procorisso 3. z) Niketi 3. a) CXX 2. 3 b) filius 3 *(scil. Constantini).* c) nepos 2. 3. d) *ita* 3; Cogonatis 1; Pagonatis 2. e) Saracusa 1. 2; Siracusana ur. Scicilie 2. f) XXVII 1[a]. g) filius 3 *(scil. Constantis).* h) lapide 3. i) XVI 1[a]. k) die 2. 3. l) nasus 3. m) est ex 3. n) *ita codices pro* quodam? o) proiectum 3. p) defuntus 1. q) Leuncius 3. r) trunco et Absimarium *(corr.)* 3. s) reposita 3.

ἀπὸ λίθου ξένου καὶ ἀλλοκότου, μέσην χροίαν ἔχουσα τοῦτε Βιθηνοῦ καὶ Χαλκηδονίτου παρὰ λίθου ὀσρέτου; pergitque de sepulchro Theodorae: ἑτέρα λάρναξ ἀπὸ λίθου Ἱεροπολίτου. 1) Unde haec vox orta vel corrupta sit, num ex Graeca voce βατιάκιον vel βατιάνιον, quae teste Ducangio poculi genus significat, an ex voce βατάνιον, πατάνιον ('Schüssel'), an aliunde, ignoro. 2) Insula Proconnesus marmore albo famosa, in Propontide sita, hodie Marmara appellatur. 3) Et in templo Apostolorum sepulta est secundum Cedrenum I, p. 686; cf. Banduri l. c. p. 123 B. 4) ἐν λάρνακι πρασίνῳ Cedrenus I, p. 691. 5) De hac S. Mamantis aede, cuius conditorem Zonaras dicit Pharasmanem eunuchum, Iustiniani imperatoris cubicularium, videas Ducangii Constantinopolim Christianam (Venetiis 1729) lib. IV, p. 129. 6) In foro bovis Cedrenus I, p. 713. 7) Heraclius ex hydrope et dysenteria mortuus est. Num hic noster, Graecum certo fontem secutus, Graecam vocem ὑδερικῇ (νόσῳ περιπεσὼν e. gr. apud Cedrenum I, p. 752), fortasse male scriptam ὑδ̔ικῇ corruperit, ut alibi litteram ϑ in (β) b mutans, in briky; num pro 'brisenteria' legendum sit 'dysenteria', in medio relinquo. 8) Gregoria; de qua v. Ducange, Famil. Aug. Byz. p. 103 D. Cedrenus I, p. 753. illius imperatoris uxorem Anastasiam nominat; cf. Ducange l. l. p. 102 B. 9) Omittitur hic Heracleonas, filius et ipse Heraclii, qui cum matre Martina 6 menses imperavit. 10) Non hic Constans (II), filius Constantini, nepos Heraclii, cognomen Pogonati accepit, sed filius eius qui sequitur Constantinus. 11) Pogoniatus i. e. barbatus. 12) ὁ ῥινότμητος. 13) Mons (saltus?) prope Chrysopolim nunc Scutari. 14) Πρώτη insula, quam Petrus Gyllius de Bosporo Thracio, l. III, c. 12, ita appellatam existimat, quod prima occurrat venientibus Byzantio et Chalcedone (Banduri l. c. p. 340). 15) i. e. Heracleonas. 16) i. e. Martina.

Mense Augusti die 21. proiectus est de imperio Absimarus, qui et Tyberius[a] dictus est, a Iustiniano Nasu[b]-trunco, et interficitur[c] insimul cum Leontio[d] in ipso ypodromio[1]; et proiecta sunt corpora illorum in mari et reperta[e] atque sepulta sunt in insula Proti. Regn. ann. 7.*

Mense Ianuarii 20. die defunctus est Guardarius[f], qui et Philipus dictus est[2], excecatus[g] a Theodoro patritio[h] et Theodoro stratigo[3]; et sepultus est in monasterio Damacii[4]. Regn. ann. 2[i].

Mense Iunii 1. die Arthemus[k], qui et Anastasius, eiectus est[l] ex[m] imperio a Teodosio Adramitinum[5]. Exiliatus est in Saloniki, et ipse Theodosius[6] a Leo Sabro[7] capite truncatus[n] est; et post tempus modicum allatum est corpus eius ab Cherini[o.8] augusta et sepultum est[1] imperialiter in templo sanctorum Apostolorum, in sacrario Magni Iustiniani, in pila prasino[p]. Regn. ann. 2.

Mense Iulio 24. dies[q] proiectus est Theodosius[r], qui et Adramitinus[s], ex imperio a Leoncio Ysauro[t] et effectus est clericus cum filio suo, eciam et episcopus[u] Ephesi; et mortuus ac sepultus est[1] in templo sancti Philippi, in antiqua urbe iuxta portu[v], faciens mirabilia in sepultura[9]. Regn. ann. 1[w].

Mense** Iulii 18. die defunctus est Leo Ysarus, qui cum Theodosio regnavit, propria morte; et sepultus est corpus eius in templo sanctorum Apostolorum, in pila alba de proconisso. Regnavit cum Maria, uxore eius, ann. 23[x].

Mense Septembri die 14. mortuus est imperator Constantinus Cabalinus[10], o Copronimos, qui Filium Dei negavit et yconam eius iniuriavit et multas ymagines incendit. Sepultus est in templo sanctorum Apostolorum, in pila Thesalica[y]; postea vero proiectus est ille cum pila sua de templo a Theodora augusta[z] per[a] consilium Methodii[b] patriarche; et combustum est in platea que dicitur Mastrianu[c.11], et pulverem illius proiecerunt in mari, pro eo quod conbussit multorum sanctorum lipsana[d.12] et ymagines. Cum[e] tres uxores quas habuit regn. ann. 24[f].

Mense Septembri[g] 8. dies[h] defunctus est Leo imperator, qui dictus est Chaçarus[i.13], et positus est in templo sanctorum Apostolorum in pila alba. Cum Hereni[k] uxore sua regn. ann. 6.

Mense Novembri 10.[l] die proiectus est Constantinus imperator ex imperio per[m] Hereni matrem[n] suam, et excecatus permansit multum tempus. Mortuus et sepultus est in insula Prinkypu[14]. Mulier vero eius Theodora. Regn. ann. 6.

Mense Octubri 30. die eiecta Ereni ex imperio et[o] exiliata in insula Lesbi[p], hoc[q] est Metillina, defunctaque illic; postea translatum est corpus eius atque sepultus[r] in insula Prinkypi, in monasterio quod ipsa edifficavit. Regn. ann. 5[s] et mens. 2.

Mense Iulii 25. die interfectus est Nichoforus[t] imperator in Vulgaria[u] a Crumo principe Vulgaro[v], et evulsum[w] est caput eius a[x] pelle; reliquum autem corpus eius igni combussit. Uxor[y] autem eius Procopia. Regn. ann. 8.

Mense Octubri 20. die defunctus est Stauracius[z] imperator, qui effectus est monachus, et sepultum[a] est in monasterium cui vocabulum est Staurakyum[b.15]. Uxor eius Theofanu[c]. Regn. ann. 1 et medium[d].

Mense Octubri die 8.[e] defunctus est Michail[16], expulsus a Leo Armenio, in[f] insula Plati[17] effectus[g] monachus, et sepultus est ibi. Uxor eius Procopia. Regn. ann. 2.

Mense Decembri 25. dies[h] Leo Armenis, imperator apostata, in palacio stante[i] [a[k]] Michael[l] interfectus est; et sepultura eius[k] non est effecta, sed secundum conposicionem sepultus in insula Proti. Regn. ann. 8.

Mense Octubri dies 2. defunctus est Michael domesticus[18] imperator, et sepultus est in templo sanctorum

*) Iustinianus secundo cum Tyberio filio regn. ann. 6 *add.* 1[a].
**) Leo os auro osyros regn. ann. 24 1[a].

a) Tiberius 2. 3. b) Naso 2. c) interfectus fuit 3. d) Leocius 2; Leoncio 3. e) r. sunt aque, sep. s. 2. f) . . ardarius 3. g) et exc. 3. h) p. et Th. *des.* 2. i) unum et dimidium 3. k) Arthemius 3. l) *deest* 1. m) et 2. n) trunchatus 1. o) Chermi 2. p) prassino 2. 3. q) die 2. 3. r) *in* 1 *et* 2 *huic Theodosio praecedit falso Leo Ysaurus imperator subsequens.* s) Ramitinus 2; Adraminitinus 3. t) Isauro 3. u) epis 2. v) portum 2 3. w) II 1[a]. x) XXII *cum ras.* 1. y) Thesalonica 3. z) ayga 3. a) pro 2. b) Mechodii 1; Mecodii 2; Theodosii 3. c) inastriann? 1; mastrianum 2. d) lapsana 1. e) et 3. f) XXXIIII 1[a]. g) Septembris 2. h) die 2. 3. i) gaças 1[a]. k) Ereni 2. 3. l) die X. 2. m) *deest* 2; per henni 1. 3. n) matre sua 2. o) est et ex. 3. p) Lesbii 3. q) h' Met. 2. r) sepultum 3. s) I 1. 2. t) Nidriforus 2; Nikiforus 3 u) Vulga 1; Bulgaria 3. v) Vulgato 2. w) vulsa 1. x) a pelle — eius *des.* 1; appelle 2. y) vixit 1; vixit a. Preconia uxor eius 2. z) tauracius 3. a) sepultus 3. b) Staurickyum 3. c) Theophanii 2. d) I = 1½ 2. 3. e) octo 2. f) et in 3. g) ef. est 2. h) die 2. 3. i) *i. e. fortasse* stans. k) *deest* 1. l) Michaelei 2; Michaele 3.

1) i. e. hippodromo. 2) Philippicus cognomento Bardanes dictus est. 3) i. e. στρατηγός; num hic Theodorus strategus idem sit ac Theodorus patricius, non liquet. 4) Dalmati? de quo videas Ducange, Constant. christ. lib. IV, p. 107. 5) Ille Theodosius Adramyttei, in urbe Mysiae, a militibus imperator creatus est. 6) Immo Artemius. 7) i. e. Isauro. 8) An Irene? 9) Cf. Cedren. I, p. 787. 10) Hoc cognomen Constantino 'a caballino stercore, cuius ei odor in deliciis', tributum esse dicit Iac. Goar. in notis ad Theophanis Chronographiam (Migne, Curs. Patr. Ser. Graec. CVIII, p. 807, n. 10). 11) i. e. in foro Amastriano, de quo videas Ducange, Constant. christ. lib. I, p. 70. 12) i. e. reliquias. 13) Irene, mater eius, erat Chazarorum Chagani filia; Ducange, Familiae Aug. Byz. p. 105 B. 14) Principis; de qua videas Petrum Gyllium, de Bosporo Thracio lib. III, c. 15 (Banduri l. c. p. 341). 15) De quo videas Ducange, Constant. christ. lib. IV, p. 132 C. 16) Cognomento Rhangabe. 17) De qua videas Petrum Gyllium l. c. lib. III, c. 12 (Banduri l. c. p. 340). 18) Qui Balbus vocatus est.

Apostolorum, in[a] sacrario Magni Iustiniani, in pila alba ex lapide proconisso[b]. Uxor[c] autem illius Maria[1] regn. dies[d] 9. Iste Michael regn. ann. 8.

Mense Octubri 22. die defunctus est Theophilus[e] imperator, et sepultus est in templo sanctorum Apostolorum, in sacrario Magni Iustiniani, in pila proconisso[f]. Cum Teodora, uxor[g] eius, regn. ann. 12.

Mense Septembri 24. dies[h] interfectus Michail imperator[i] apud iacentibus sibi militibus[2], in procensu[3] sancti martiris Mamantis[k]; et sepultus est in monasterio Phylippici[4], quod est in Grisopoli[l]. Translatum est corpus eius et positum est imperialiter in templo sanctorum Apostolorum, in pila proconissa. Mulier ipsius Efdokya[m]. Cum matre sua regn. ann. 26.

Mense Augusti dies[n] 19. defunctus est imperator Basilius, et positum[o] est in templo sanctorum Apostolorum, in pila Thesalonica, in sacrario Magni Constantini. Cum uxore sua[p] Efdochia regn. ann. 19[q].

Mense Iunii 6. die defunctus est Alexander imperator, et sepultus est in pila patris sui, ubi et mater eius Efdochia. Regn. ann. 24[5].

Mense Novembri die[r] 19. defunctus est Constantinus Porphirogenitus, et positum[o] est in templo sanctorum Apostolorum, in sacrario Magni Constantini, in pila marmorea. Regn. ann. 47.

Mense Marcii die 15. defunctus est Romano[s] imperator, et positum[o] est in templo sanctorum[t] Apostolorum Magni Constantini, in pila alba sine sculptura[u], quam pater ipsius Constantinus fieri precepit. Regn. ann. 4.

Basilius et Constantinus post mortem patris[v] sui surexerunt[v*] in regno cum Theophanu[w] matre eorum, sed tantum[x] Basilius regn. ann. 7 cum Nikyforo Focayti[6] et cum Iohanne Cimiski[y] ann. 7 et solus ann. 48[z]: sunt[a] 62[b]. In hoc itaque tempore Cretenses sub suo imperio misit; Barim, Calabriam subiugavit[7]; Antiochiam, Tharso[c] ac Syria multeque alie civitates subiugavit[8]; multeque[d] victorie suo tempore a Deo[e] illi[f] concesse sunt; et Deo iubente 13. die mensis Decembris cum prospera migravit ad Dominum, sepultusque est in ecclesia sancti Iohannis euangeliste in Ebdomo[g,9].

Mense Novembri defunctus est Constantinus Porfirogenitus[10], et sepultus est honorifice in templo sanctorum Apostolorum, in pila marmorea. Regn. ann. 3, et se vivente tradidit imperium Çoy[h] filia sua et Romano viro suo.

Mense Aprili die 11. infirmatus est imperator Romano[i,11] in lavatorio[k] Blakerne, et sepultus est in monasterio sancte Marie Triantafelici[l,12], quod ipse decoravit. Regn. ann. 5[m].

Mense Novembri 13. die defunctus est Michael, omni bonitate repletus; sepultusque est cum monachicam[n] veste in monasterio sanctorum Anargiri[o], quam[p] ipse edificavit extra imperiali[q] urbem Constantinopolim[13], in pila marmorea albi coloris[r]. Regn. ann. 8[s].*

Mense Aprili 20. dies[t], dum Michael o Calafatis[u], nepotem iam dicti Michaelis, teneret imperium per piissima[v] augusta Çoi, qui[w] etiam et filio[x] in imperio constituit, ille iniquus[y] per[z] diabolicam opera predictam dominam suam pro bona[a] mala reddidit atque in exilium eam misit in insulam Proti[14]. Quod[b] ut senserunt omnes maiores, statim conscilio inito cum domina Theodora augusta, soror[c] ipsius Çoi, et cum toto populo, ad palacium cum armis pergunt[d]; omnis[e] portis eratis, et maxima divicia inde ablata,

*) 1[a] *addit:* Iste Michael suscepit imperium anno millesimo trigesimo quarto. Item Michael cesar, nepos Michaelis, regn. mens. 4, et eiectus est de regno, et evulsi sunt oculi eius a Theodora imperatrice. Post hunc Constantinus Monacus regn. ann. 13; post huius hobiit[f] Theodora.

a) et in 2. 3. b) procomisso 1; preconisso 2. c) *ita correxi;* vixit 1. 2; vixit a. uxor il. M. regn. 3. d) diebus 2. e) Teofilus 2; Teophylus 3. f) proconissa 3. g) uxore 3. h) die 2. 3. i) im. est 3. k) inamamantis 2 *habere videtur.* l) Chrisopoli 2. 3. m) Efdochya 2; Efdokia 3. n) die 3. o) positus 3. p) sue 2. q) XIIII 2, *sed manu alia.* r) XIX. die 2; *des.* 3. s) R. imperatore 1; Romanus imp. 2. 3. t) s. Ap. *des.* 3. u) scultura 1. v) patrem 1. v*) surrexerunt 3. w) cheophanii 2. x) tñ 3. y) cui'kȳ 2; cimicky 3. z) XLVIIII 1. 2, *sed falso.* a) fiunt 3. b) anñ *add.* 3. c) Tharsum ac Syriam multasque alias c. 3. d) multoque 1. e) De 1. f) sibi c. fuerunt 3. g) efdomo 2. h) Zoi 2; Zoy filie sue 3. i) Romanus 2. 3. k) lavatorie 1. 2. l) *ita* 3; Mantefelici 1; Mantafelici 2. m) et m. V *add.* 1[a]. n) monachica 2; monastica 3. o) Anargiti 1. 2. p) quod 2. q) imperialem 2. 3. r) colore 1. s) VIIII 1[a]. t) die 2. 3. u) oclafatis 1; ocalafactis 2. v) piissimam augustam 2. 3. w) que 2. x) f. in inperium 2; f. imperium 3. y) inicus 2. z) p. d. operam 3; p. diabolica op. predicte domine sue 2. a) bonis sibi *add.* 3 b) quo 1. c) sorore 2. 3. d) perrexit 3. e) omnibus p. diruptis et maximis diviciis deablatis 3. f) *i. e.* obitum.

1) Habuit Michaelis Balbi filius Theophilus teste Ducangio, Famil. Aug. Byz. p. 113 B, filiam quidem, neque vero Balbus uxorem huius nominis. Prior Balbi coniux Thecla, altera Euphrosyne appellata erat. 2) i. e. 'a iacentibus secum militibus'. Cf. Cedren. II, p. 202: Βασίλειος — — μετὰ τῶν παρακοίτων ἐν τοῖς βασιλείοις στρατιωτῶν ἀναιρεῖ τὸν βασιλέα ἐν τοῖς παλατίοις τοῦ ἁγίου μεγάλου μάρτυρος Μάμαντος. Cf. Hirsch, 'Byzantinische Studien' p. 370, n. 2. 3) Legendum erit 'processu' i. e. processione. Cf. DUC. s. h. v. 4) Cf. Ducange, Constant. christ. lib. IV, p. 79 A. 5) Alexandrum, Basilii imperatoris filium, tantum annum unum et dies viginti novem regnasse constat; sed omissus est hoc in catalogo frater eius maior natu Leo VI, qui Philosophus appellatus est et imperium annis 886—912. tenuit. 6) Derivatum ex Graeca flexione cognominis huius Nicephori. 7) Cf. Cedren. II, p. 359 sqq. 8) Ibid. II, p. 364. 9) De qua videas Ducange, Constant. christ. lib. IV, p. 77 A, atque eiusdem de Hebdomo disquisitionem topographicam p. 12 C. et 20 B. 10) Hoc cognomen filio Constantino a ceteris scriptoribus inditum non est. 11) Cognomine Argyrus. 12) ἐν τῆς περιβλέπτου μονῇ secundum Cedrenum (II, p. 506) et alios; quod vero monasterium olim Graece τριαντάφυλλον, Latine Rosam, nominatum esse, commemorat Ducange, Constant. christ. lib. IV, p. 64 C. 13) i. e. in monasterio SS. Cosmae et Damiani, quibus potissimum nomen οἱ ἀνάργυροι inditum est. Cf. Ducange, Constant. christ. lib. IV, p. 127 D. et 83 B. 14) Principum secundum Cedrenum II, p. 536. et alios.

ille impius pre timore fugiit in monasterium beati Iohannis baptiste Studiu[a.1]; et inde pro iussionem[b] iam dicte Theodore auguste et Çoy abstractus et[c] ceccatus est et cum progenie[d] sua funditus est deletus. Regn. mens.[e] 4 et d. 30.

Postea[f] iam dicte auguste Çoy cum Theodora per consilium omni populo miserunt et adduxerunt de exilio Constantinum[g] Monachum[h.2], virtute ac nobilitate cum omni decoritate vultus et sapientia, et coronatus est. Cum Çoy regn. ann. 12, mens. 8. Sepultus est in templo sancti Georgii martiris ad Mangana[i.3].

Post cuius obitu[k] Theodora imperatrix rexit[l] imperium ann. 2.

Michael Bruicas[m.4] regn. ann. 2, et eiectus est de regno ab Ysakyu Cumianos et Constantino Ducas, et monachico[n] habitu induxerunt[o] eum.

Hysakyo[p] Cumiano regn. ann.[q] 2.

Constantinus Ducas regn. ann. 8. Post eius obitum Efdokya, uxor eius, rexit[r] imperium mens. 6; deinde sociavit sibi virum nomine Romanum Diogeni.

Romano[s] Diogeni regn. ann. 4, mens. 3; et captus[t] a paganis Turkis[u.5]; postmodum evulsi sunt oculi eius a Grecis[6] per consensu[v] Michael[w] imperatoris, filiaster[x] eius; sepultus[y] est in insula Proti, in monasterio que[z] ipse fieri precepit[7].

Michael[8], filiaster eius, filio[a] Constanti imperator, o Ducas, regn. ann. 6 et[b] medium; et eiectus est[c] a Nichyforo[d] Vutaniati, et monachico[n] habitu induere eum fecit et sponsam illius sibi sociavit uxorem. Sepultus[e] est in monasterio Hemanuel[f.9].

Nichiphorus[g] Vutaniati regn. ann. 3, et eiectus est de regno ab Alexiu[h] Comianu, et monachico[n] habitu induere eum fecit. Sepultus est in Triantafelici[10].

Alexiu[i] Commianu per vim suscepit regimen imperii, per indicionem 4, in mense Marcii. Regn. solus ann. [20[k], et omnes anni eius ann.[l] 42 et mens. 10]. Deinde sociavit sibi in regno Iohanne[m] Porfirogenito, filio suo; et regnaverunt ambo* ann.... Iste multa prelia[n] commisit cum Francigenis et Pincinatos[11] et cum Persis et Medis, et per misericordiam Dei semper victor extitit[o]. In huius[p] diebus Franci apprehenderunt civitatem Antiochiam, Tarso[q], Mamista[r.12], Adena[13], Lacdikya[s] et sanctam civitatem Ierusalem et Iopen[t]. He[u] omnes excusserunt de potestate Persarum et alie multe.

*) Ambo insimul per ann. 17 et mens. 5. Mortuus[v] est domnus Alexius imperator in mense Augusti percurrente indictione undecima et anno dominice incarnacione millesimo centesimo octavo decimo. Regn. ann. 37 et mens. 5. Iohannes Porphilogenitu remansit solus in imperio et regn. per ann. *Sic finitur* 1a.

CONTINUATIO

cod. 2.

Manuel, filius eiusdem Iohannis, regnavit an...., et sepultus est in pila porfiretica in monasterio quod Pantocratora[w.14] vocatur. Eo vivente, coronaverat Alexium, filium suum. Manuele defuncto imperatore, filioque eius Alexio adulesentulo[x] septra regni per tutores suos tenente[y], cui etiam pater suus non multo tempore ante regem Francie Phylipi germanam[15] desponsaverat, surexit quidam de sanguine eius

cod. 3.

Manuel imperator imperavit ann. 38, et mortuus fuit in mense Septembris, et sepultus est in pila marmorea in ecclesia Pantogratoris.

Filius eius Alexius imperavit ann. 3; Andronicus vero suffocavit eum et eiecit in mare.

Andronicus imperavit ann. 2 et mens. 9; fuit occisus et derisus et suspensus est in Eupodromio[16]. Postea fuit sepultus in monasterio de Emphoro[17].

a) studio 2; *deest* 3. b) iussione 2. 3. c) exceccatus 3. d) progenia 3. e) ann. 2; mensibus IIII et diebus XXX 3. f) Postea — Theodora *des.* 3, *spatio aliquo relicto.* g) Constantini 1. h) monacum 2; *deest* 3. i) Magnalia 1; Magana 2. k) obitum 2. 3. l) regit 2; rex 3. m) bruicas g[2] 2. n) monastico 2. 3. o) induerunt 3. p) (K)ysakyo Cummiano 2; (A)sakyo Cumano 3. q) annis 3. r) reḡ 2. s) Romanus 3. t) c. est 3. u) Turhys 2; Turkie 3. v) consensum 2. 3. w) Michaelis 2. 3. x) filiastri 3. y) et s. 2. z) quod 2; quem 3. a) f. Constanter im. od. 2; filius Constantini imperatoris od. 3. b) et m. *des.* 1a. c) de regno *add.* 3. d) Nikyforo 2; Nikiforo 3. e) sepultusque 3. f) Hemanuelis 2. 3. g) Nykyforus 2; Nichoforus 3. h) Alexio Commianci 2; Alexio Commianu 3. i) Alexi Commianci 2; Alexius Comanu 3. k) *uncis incl. des.* 2. 3. 1a. l) *in loco raso* 1. m) Iohannem 2. 3. n) predia 3. o) fuit 2. p) ipsis 3. q) Tharso 3. r) Manifesta 2. 3. s) Lacdichia 2. 3. t) Ioppem 3. u) has om. excuxerunt d. p. P. et alias multas 2; hee o. excusse sunt 3. v) mortu *c.* w) Patocratora *c.* x) adulesentule *c.* y) tenere *c.*

1) De quo monasterio, quod 'a Studio viro patricio nomen suscepit', videas Ducange, Const. christ. l. IV, p. 70 A. 2) i. e. Monomachum. 3) Cf. Ducange, Const. christ. l. IV, p. 85 B. 4) Hic imperator, a Cedreno aliisque Stratiotikus appellatus, a Lupo Protospatario (SS. V, p. 59) Bringa cognominatur, unde coniici fortasse potest, hoc loco chronici auctorem et Lupum uno fonte usos esse. 5) Cf. Zonaras, Ann. lib. XVIII, p. 14. 6) Ibid. p. 15; cf. etiam Lupus (SS. V, p. 60). 7) Zonaras XVIII, p. 15. 8) Cognomine Parapinaces. 9) Zonaras XVIII, p. 19; Lupus l. l. p. 60. 10) Cf. supra, p. 66, n. 11. 11) i. e. Patzinacarum gens, quos Petschenegen vocamus; cf. Zonaras XVIII, p. 23. 12) Alibi Mamistra. 13) Adana urbs Ciliciae; cf. Annae Comnenae Alexiadis lib. XI, 11 (ed. Bonn. II, p. 126) et Muralt, 'Essai de chronographie Byzantine' p. 81. ad a. 1097. 14) De quo videas Ducange, Constant. christ. lib. IV, p. 54 A. 15) Agnetem vel Annam, filiam Ludovici VII. et Philippi II. Augusti sororem. 16) i. e. Hippodromo. 17) Περί που τὴν Ἐφόρου μονὴν ἢ κατὰ τὸ Ζεύξιππον ἵδρυται. Nicetas II, 13 (p. 460).

cod. 2

Andronicus, impius et scelestus tiranus, quod vi[a] primitus apud dicto Manuele de regno Grecie fuerat profugatus. Hicque auxilio Turcorum et aliarum gentium imperium Constantinopolitanum invasit; regemque puero et tutoribus eius occisis, ipse sex pene annis tyranidem in Grecia exercuit. Sub eodem denique imperium Grecie multis modis est laceratus ab rege Scicilie et rege Ungarie. Qui etiam Andronicus, crudelitatis seu invidia ductus, dum omnes principes regni sui ad interficiendum perquireret, contingit, ut quendam[b] Ysakyum principem nobilem, sed pauperem, dolo occidere niteretur[1]. At ille premonitus, cum aliis coniuratis principibus et militibus, irruit in eum; et plagis cruentatum cameloque turpiter impositum per totam circumduxit civitatem, omni populo lutum, lapides et iestum[2] in eum iaciente[3]; sicque in Podromio[4] ductum et suspensum, incidit miser in foveam quam paraverat. Non est dignus cum imperatoribus sepeliri. Peremtor Ysakyus[c] Angelus imperium arripiens in loco ipsius, regnavit ann. 8 et mens. 6; et evulsi sunt oculi eius ab Alexio, fratre illius.

Alexius Angelus regnavit an. . . Eo regnante, principes Galicani et populus multus crucem acceperunt eunde[5] Ierosolimam et marchio Montis-ferrati. Adsociati sunt cum domino Henrico Dandulo Venetorum duce, quia paravit galeas, naves, uxerios[6] quatuor centas. Tunc Alexius, filius eiusdem Ysakyi, qui tenebatur in vinculis insimul cum patre suo ab eodem Alexio, fugit in Alemaniam; deinde ivit Venetia, misericordiam petens duci et marchioni et ceteris principibus, ut adiuvarent eum ad restituendum patrem et suum imperium. Ipsi vero, misericordia moti, exaudientes preces et peticiones eius, abeuntes cum eo, Constantinopolim civitatem duriter invaxerunt, per vim capientes gladio et igne, et per vim ipsum imperio posuerunt. Tunc idem patruus eius fugam aripiens, post paucos dies ipse puer Alexius imperator constitutus, conatus est destruere exercitum Venetorum, naves[d] acensis, velis elevatis, cum valido vento supra classem missis, sed Deo adiuvante nichil eis nocere potuerunt. Post hoc, dum Greci viderunt, quod ipse Alexius cum Latinis inimicus esset factus, sperantes non adiuvare predicti Latini, interfecerunt eundem Alexium et Ysakyum, patrem eius; et elevantes[e] sibi imperatorem quendam nomine Murcifum. Propter quod dux et Veneti

cod. 3

Isaakius imperavit ann. 9 et mens. 7, et fuit cecatus a fratre suo Sevastocratora Alexio; iacet quoque dictus Ysaachius in monasterio de Pantanusa[7].

Alexius Sevastocrator imperavit ann. . . . et mens. 3, et fuit expulsus ab imperio.

Filius dicti Ysaachii, idem Alexius imperavit cum patre suo mens. 7; ad ultimum Murciphus imperator suffocavit eum in mense Ianuarii septime indictionis.

Murcifus quoque imperavit a mense Ianuarii septime indictionis usque ad mensem Aprilis eiusdem indictionis. Postea vero fuit expulsus a Latinis ab imperio. Et una nocte imperavit frater Lascari[8]. Postea vero dictus Murciphus fuit captus a socero suo Alexio Sevastocratora supradicto et fuit ceccatus. Et iterum captus fuit predictus Murciphus a Latinis et eiectus a superiore parte Tauri.

Imperavit quoque Balduinus comes Flandrensis a mense Madii septime indictionis usque ad mensem Aprilem octave indictionis.

In quo quidem mense fuit factus baiulus Henricus, frater eiusdem Balduini, et imperavit. Qui inter tempus baiulatus et imperii vixit ann. . . .

Post mortem Henrici successit ei in imperio soror sua[9], uxor comitis Petri d'Auzor[10]. Qui Petrus de Francie partibus, scilicet de Aluzoro, cum uxore et filiis Romam venit ibidemque a domino papa coronatus est. Qui transiens per Apuliam, uxorem suam et filios misit Constantinopolim, et ipse pervenit Duracium ibidemque a[f] Teodoro Cumiano[11] captus est. Vixit autem predicti uxor in imperio ann. . . . Cognoscens autem uxor predicti Petri eum captum, ...[g] Betunie[12] ministrabat imperium. Vixit autem uxor predicti Petri in imperio ann. . . . Predictus autem Petrus a[h] Teodoro longo tempore detentus vitam finivit.

Postmodum Rubertus, predicti Petri filius, imperavit ann. . . .

Olim rex Ierosolimitanus Iohannes nomine[13] dedit filiam suam[14] in uxorem Balduino[15], fratri predicti Ruberti. Imperavit predictus Iohannes ann. . . . et mortuus est apud Constantinopolim.

Post mortem vero Iohannis Balduinus, gener eius, filius supradicti Petri, imperavit ann. . . .

a) uī *c.* b) quedam *c.* c) Ysakyus *c.* d) *i. e.* navibus. e) ellantes *c.* f) at . . . *cum rasura c.* g) imperium *in loco raso c.* h) ato . . . *cum rasura c.*

1) Videas Nicetae Choniatae de Andronico Comneno lib. II, 9. et 10 (ed. Bonn. p. 440 sqq.); cf. et infra. 2) Fortasse pro gestum (gesta) teste DUC. 'flos seu purgamentum recentis cerevisiae quo pistores panes levores reddunt' (Hefe). 3) Haec fusius describit Nicetas II, 12. 4) i. e. Hippodromo. 5) i. e. eundi. Cf. supra p. 61, ubi in nota cod. 2 eadem fere verba. 6) i. e. usserios sive uscerios; sunt 'naves quibus equi transvehuntur'. DUC. 7) 'Pantanassae, omnium Reginae Deiparae sacrum monasterium'. Ducange, Const. chr. lib. IV, p. 63 B. 8) Cf. Wilken, 'Kreuzzüge' V, p. 298 sq. Nicetas quidem p. 756, Theodorum Lascarim, Baldewini autem epistola ad Adolfum Coloniensem archiepiscopum scripta (SS. XXI, p. 229), Constantinum quendam a Graecis imperatorem creatum esse, tradit. Teste Ducangio, Familiae Aug. Byzant. p. 178, ipse Theodorus Lascaris imperator habuit fratrem, cui Constantini nomen erat. 9) Cui nomen erat Yoles, i. e. Iolandis. 10) d'Auxerre, Autissiodorensis. 11) i. e. Comnenio, comite Durachii; cf. Albric., SS. XXIII, p. 906. 12) Béthune, (départ. Pas-de-Calais); Cononem quendam comitem de Bethunia imperatrici astitisse postque mortem eius pro filio Ruberto imperium gubernasse, constat. Cf. Hopf, 'Ersch u. Gruber, Encyclopädie', Sect. I, LXXXV, p. 248. Legendum igitur: 'cum comite Bet.' vel tale aliquid. 13) Brennensis. 14) Mariam. 15) Secundo huius nominis.

cod. 2.

et milites et totus populus indignati pugnantes, civitatem gladio et igne iterum capientes, multos Grecos interfectos, civitatem depredaverunt; ipsamque civitatem dux cum Francigenis inter se diviserunt, et dictum Murcifum de columpna de Tauro[1] ad terram prostraverunt. Comitem vero Flandrie Baldoynum imperatorem fecerunt, qui a Blachis occisus est. Frater eius Henricus[a] imperator est elevatus. Dux vero finivit vitam propria morte[b].*

*) *In codicibus 2 et 3 sequitur compendium historiae Troianae-Romanae, ex 2 impressum 'Arch. stor. It. App.' V, p. 37—46. Compositum est a viro cui veteres auctores ut Cicero, Seneca, alii ignoti non erant. Sed ut videtur ex memoria, quin etiam fortasse in ipso carcere scribens, res ita confudit, ut difficile distinguas, unde haec atque illa deprehenderit. Quis vero fuerit auctor, invenire non potui. Saeculo decimo tertio eum scripsisse, mihi persuasum habeo. Hoc loco praefationem et quae post de consilio libri auctor dicit, necnon pauca de exercitibus Pompeii et Caesaris enotasse sufficiat.*

Quoniam[c], ut in amicicie libro legitur, amicicia in omnibus rebus est preponenda[2], qua habita, dulcia et adversa sint tollerabilia: tue peticioni, dulcissime H., grave duxi non satisfacere. Non videtur, ubi prope firma amicicia, ibi iuste petitioni negligencia. Sed crebribus carceris, quo detinemur, angustiis frequenter infestamur, tantum antiquissimum negocium aggredi[d] usque modo non fui ausus. Animus enim a pluribus infestatus, que scivit, sepissime fit obliviosus. Tu igitur, amice intime, sapienciam a pluribus te habuisse cognovi; indulgenciam postulo, quatinus de tua amicicia que obbergat[d*] me videbatur turba confisus, antiloquio gaudens, animus valeat accedere securus. Letus nemppe animus ad stulticiam promptus, mestus ad propria fit tardus.

Antiquorum istorias[e] scire desiderans, ipsarum principium opportet cognoscere. Scimus, ut in ystoriis legitur, Horpheum[f] primum fere sapientem fuisse. . . . . . .

Igitur, amice dilectissime, satisfacere cupiens, Grecorum istoriam conpendiose tractavi. Etiam a quo Troia fuit hedificata et a quo noncupata et a quo destructa fuit, narravi. Igitur a quibus civitatis[g] Italie fuerunt edifficate, quo scelere et a quibus auctoribus fuerunt destructe, in principio dicere proposui[h], quatinus pro posse[i] ingenii mei tue caritati valeam dirigere.

Ubi de pugna Actiaca agitur ita:

Ponpeium[k] inmensa Grecorum, Sarracenorum, Alemanorum[l], Turcorum, Municorum[3] ac Persarum, Retenorum[4] et aliorum innumerabilium[m] populorum congregavit. In quos con[n] Francorum, Lothoricorum[o], Borgodicorum, Longobardorum, Alemanorum[l] ac Suevorum inpetum[p] fecit et duriter invasit.

a) h. *c.* b) mortem *c.* c) Quoniam — tardus *des.* 2. d) aggreddi 3. d*) *locus aperte corruptus. V. Cl. Halm fortasse legendum esse censuit:* que obiurgatione videbatur turbata. e) ystorias 3. f) Orpheum 3. g) lacivitatis 2, *quod prior editor aut corruptum pro* iam civ. *aut articulum italicum* la *pro* le *significare opinatur;* civitates *e corr.* 3 h) *deest* 2. i) posce 2; pose 3. k) Ponpeius *corr.* 3. l) Allemanorum 3. m) inumerab *codd.* n) cum 3 o) Lothonicorum 2. p) inpectum 2; impetum 3.

ADDITAMENTA.

ANNALES VENETICI BREVES.

Hos annales, quos in solo codice 1 *exstare supra diximus, Venetiis et a Veneto quodam, fortasse monacho, conscriptos esse, iam inde coniici debet, quod ad annum* 1120. *Olivolensis sive Castellanus episcopatus 'noster' appellatur. Neque eos multo post initium saeculi XIII. compositos esse, putaverim. Sunt autem haud parvi pretii maxime propter notitiarum ad ipsam civitatis Venetiarum historiam spectantium multitudinem, quae hucusque ex solis Danduli annalibus innotuerunt, qui eas ex alio, ut videtur, annalium nostrorum exemplari hausit.*

H. S.

1) De qua videas Ducange, Constantin. christ. lib. I, 7 (p. 66). Cf. Nicetas p. 804. et infra. 2) Cicero, Laelius de amicitia V, 17: *ego vos hortari tantum possum, ut amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis; nihil est enim tam naturae aptum, tam conveniens ad res secundas vel adversas.* 3) Morinorum? 4) Ruthenorum?

Sciendum* est, quia Dominicus Silvius[a] dux ducavit annos 12 et fecit bellum cum Ruberto Viscardo, unde fuit dispersus Petrus Ursiulus[1]; et Henricus, filius eius, et Dominicus Ursiulus, frater eius, ab imperatore traditi fuerunt; et ibi mortui sunt in ipsa capcione. Post quam factus[b] Vitalis Faletro dux. Qui, eiectatus prefatus Dominicus Silvius dux de ducato, vixit annos 11, menses 3.

Vitalis Michael dux ducavit annos 5.

Ordelafus Faletro ducavit annos 15 et interfectus fuit in bello in Sclavonia pro honore tocius Venecie[2].

700. an. 31. (?) Anno Domini setingenti[3], mense Ianuarii exeunte ultimo die, tempore Iustiniani Particiaci ducis Venecie advencio corporis sancti Marci apostoli et euangeliste, id est venit de Alexandria in Veneciam.

Anno Domini millesimo sexagesimo secundo Dominicus Contarenus, qui in illis temporibus erat dux Venecie, ivit Iaderam cum exercitum et cepit eam[4].

1081. Anno Domini millesimo octuagesimo, indicione quarta, exierunt Venetici contra Rubertum[c] Viscardu cum navibus in bello.

1094. Anno Domini millesimo nonagesimo quarto invencio corporis beati Marci apostoli et
Iun. 25. euangeliste sexto die exeunte mense Iunii de una columpna eiusdem ecclesie. Et postea
Oct. 8. inde inantea usque ad mensem Octubris introeunte die octavo fuit dedicatio ecclesie beati Marci apostoli, quod fuit collocatum beatum corpus eius eodem anno Domini millesimo nonagesimo quarto.

Anno Domini millesimo nonagesimo sexto Urbano papa catholico in[d] apostolica sede residente, Alexi glorioso Grecie feliciter imperante necnon Petro patriarcha Aquilegie nove ecclesiam gubernante, Henrico episcopo Castellane ecclesie regente, adventio sancti Nicolay confessoris et duorum aliorum sanctorum in Venecia.

Anno Domini millesimo nonagesimo nono, indicione septima, mense Iulio Venetici exierunt cum navigio ad sepulchrum Christi.

1106. Ian. 28. Anno Domini millesimo centesimo quinto[5], indicione quarta decima, exeunte mense Ianuarii die quarto ignis exivit de domo Henrici Geno et combussit sex ecclesias, scilicet sanctorum Apostolorum, sancti Cassiani, sancte Marie matris Domini, sancte Agathe, sancti Augustini et sancti Stefani confessoris, cum omnibus earum conviciniis. Post sexagesimo octavo die

Apr. 5. Anno Domini millesimo centesimo sexto, die quinto intrante mense Aprilis ignis exivit de domo Caucanini de Iemino; qui combussit ecclesiam et cenobium idem monasterium sancti Laurencii et ecclesiam sancte Zacharie cum zenobio et ecclesiam sancti Severi, sancti Proculi, sancte Marie Formose, sancte Scolastice, sancti Marci cum palacio ducis, sancti Bassi, sancti Iuliani, sancti Ieminiani[6], sancti Moysi, sancte Marie Iubanici, sancti Angeli, sancti Mauricii, sancti Vitalis, sancti Samuelis, sancti Gregorii, sancte Agnetis, sancti Iervasii, sancti Barnabe, sancti Basilii, sancti Raphaelis, sancti Nicolay de Dorsoduro. Ecclesie superius scripte numero sunt 24[7] cum omnibus adiecenciis casis.

Anno Domini millesimo centesimo septimo wera[e] fuit inter solam Veneciam et Ravennam et Paduam et Tervisum.

Anno Domini millesimo centesimo octavo, mense Decembris intrante die tercio exivit stolum contra Boamundum de Venetia. Dux erat tunc Ordelaffus Faletro.

*) *Praecedunt hae notitiae:*
Anno Domini ducentesimo septuagesimo primo edificatio civitatis Constantinopolim.
Anno Domini quatuor centum viginti unum edificatio Venecie.
Sequitur catalogus ducum supra p. 60. 1[a] indicatus.

a) *e corr. c.* b) *sc.* est; factis *c.* c) bertum *c.* d) et *c.* e) *i. e.* guerra.

1) Fortasse ille Petrus Ursiulus quem Romanin, 'Storia docum.' I, 305, n. 3, nepotem celeberrimi Petri Ursiuli, secundi huius nominis ducis Venetiarum, fuisse vult. Frater autem eius Dominicus idem esse videtur qui in bello illo contra Robertum Guiscardum civitatem Duracii huic principi Siculo tradidit et teste Guilelmo Apulo (SS. IX, 288) filius cuiusdam ducis anterioris, i. e. Dominici Ursiuli, fuit. 2) Cf. infra p. 73. 3) Immo anno 829. 4) Dandulus hoc anno 1050. evenisse narrat; cf. Lucius, De regno Dalmatiae (1699) p. 82. 5) More Veneto, ut apparet, ex iis quae postea narrantur et ex indictione apposita. 6) i. e. Geminiani. 7) Immo 23, omissa, ut videtur, ecclesia S. Paterniani, quam Dandulus hoc incendio combustam esse dicit (p. 260 C).

Anno Domini millesimo centesimo duodecimo, mense Novembris, indicione sexta, ivit Petrus patriarcha legatus ad imperatorem cum galeis 14.

Anno Domini millesimo centesimo quinto decimo, mense Augusti, indicione octava, Ordelaffus Faletro dux exivit cum exercitu in Dalmacia et cepit eam preter Iaderam et Belgradum et rediit in Veneciam. Postea vero in venturo mense Madio iterum exivit cum equitibus et navibus in Dalmacia. Et in die sancti Pauli ipse dux cum paucis equitibus 1116 Iun. 30.
fugavit banum cum magna multitudine de campo et cepit Iaderam et fortissimum castrum, quod in ea erat valde et munitum, et urbem Belgradum. Cepit etiam inexpugnabile castrum quod vocatur Sibinicum[1] et evertit illud a fundamentis, et sic tenuit totam Dalmaciam in manu valida, unde comites Ungrorum cum nobilibus viris et mulieribus multis cum pueris eorum captivi ducti fuerunt in Venecia.

Anno Domini millesimo centesimo sexto decimo[2], die tercio mensis Ianuarii, indicione 1117. Ian. 3.
decima, terremotus fuit valde terribilis. Unde multe ecclesie cum campanilibus[a] corruerunt, et innumerabiles domus et turres et castra atque antiqua et nova edificia plurima; pro quo[3] etiam montes cum rupibus corruerunt et exiderunt, et terra in multis locis aperta fuit et aquas sulphureas emanabat. Et in illa die combusta fuit ecclesia sancti Hermachore et sancti Iohannis Decollati cum multis earum casis.

Anno Domini millesimo centesimo vigesimo, medio mense Decembris combusta fuit ecclesia sancti Petri nostri episcopatus cum tota domo episcopale et pluribus adiecentibus casis. Hoc fuit in die Veneris circa noctem; et in die sabati Bonifacius Faletro consecratus 1120. Dec. 17.
fuit presbiter et in sequenti dominica episcopus fuit ordinatus. 18. 19.

Anno Domini millesimo centesimo vigesimo secundo, mense Augustus, indicione quinta decima, ivit Dominicus Michael dux cum magno exercitu navale et equestri ad Christi sepulcrum. Postea

Anno Domini millesimo centesimo vigesimo quinto, mense Iunii, indicione tercia, rediit in Venecia, victoria habita de Sarecenis et capta Tiro[4]; preterea[b] triumphavit de Crecia decem civitates. Similiter etiam subvertit quasdam civitates Dalmacie et captivos duxit multos nobiles Ungaros et Dalmatinos comites.

Anno Domini millesimo centesimo quadragesimo septimo, mense Aprilis inicium magne discordie ortum fuit inter Henricum Dandulum patriarcham et Petrum Polani ducem cum tota Venecia; pro qua eiectus fuit suprascriptus patriarcha cum omni parentella sua et multis clericis[5].

Anno Domini millesimo centesimo quadragesimo nono, mense Octubris ignis exivit de confinio Sancte Marie matris Domini et combussit tredecim ecclesias cum ecclesia sancti Raphaelis.

Anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo nono exierunt Venetici cum magno exercitu ad Iaderam et comprehenderunt eam.

Anno Domini millesimo centesimo sexagesimo primo magna discordia fuit inter imperatorem Allemanie[6] et cum omnibus suis terris contra Veneciam, ut obsiderent eam. Unde venit patriarcha Aquilegie[7] cum omnibus ducibus et comitibus suis, ut apprehenderent Gradum insulam, et supradictus patriarcha cum magnatibus suis et multis nobilibus viris capti fuerunt a Veneticis et ducti fuerunt in Venecia in captivitatem.

Anno Domini millesimo centesimo sexagesimo septimo, mense Decembris, indicione 1167.
quinta decima, tercia die ante festum sancte Lucie venerunt tres legati imperatoris Grecie Dec. 10.
cum tribus galeis. Et post tercium diem ipsius festi exivit ignis de solario sancti Salva- Dec. 16.
toris et combussit ecclesiam sancti Luce, sancti Patriniani, sancti Benedicti, sancti Gabrielis, sancti Samuelis, sancti Barnabe et sancti Basilii cum suis conviciniis, paucis vero permanentibus. Altera vero die venerunt legati regis Ungarie[8] et duxerunt neptiam ipsius regis Dec. 17.
nomine reginam Mariam in uxorem comitis Nicolay, filio Vitalis Michaelis ducis.

Anno Domini millesimo centesimo sexagesimo octavo, mense Novembris, indicione secunda, exivit sex galeas de Venecia et apprehenderunt quinque galeas de Ancona cum omni populo, ex quibus Iacobus da Mulino et Wiçardinus fuerunt suspensi in ligno.

a) campanibus *c.* b) vel postea? proteā *c.*

1) Sebenico. 2) More Veneto. 3) i. e. per quod. 4) Cf. infra p. 74. 5) Vide quae disserui 'N. Arch.' I, p. 407 sqq. 6) Fridericum I. 7) Udalricus II; cf. infra p. 77. 8) Stephani; cf. infra p. 76.

1171. Anno Domini millesimo centesimo septuagesimo primo, mense Marcii, indicione quarta,
Mart. 12. in die sancti Gregorii imperator Emanuel fecit comprehendere omnes Venetici qui erant in omnibus partibus Romanie cum toto eorum habere et navibus. In eodem anno mense Septembris[a] ivit centum galeas cum Vitale Michael duce in partibus Romanie[1].

Anno Domini millesimo centesimo septuagesimo tercio ivit ostis[2] de Venecia super Ancona.

1177. Anno Domini millesimo centesimo septuagesimo septimo, mense Marcii, tempore Se-
Mart. 24. bastiani ducis domnus papa Alexander, cardinales, archiepiscopi, episcopi, abbates et priores
Mart. 25. octavo die exeunte mense Marcii intravit Veneciam. Et in annuntiacione sancte Marie virginis susceptus fuit cum magna gloria. Et eodem anno Fridericus[b] imperator, duces, comites et principes, et magna multitudine et omnium nacionum venerunt in Veneciam nono
Iul. 23. Iul. 25. die exeunte mense Iulii; et in festivitate sancti Iacobi apostoli honorifice susceptus fuit in obsculo pacis a domino papa Alexandro ante ianuas ecclesie beati Marci, et permansit
Sept. 18. in palacio domini ducis usque ad tercium decimum diem exeunte mense Septembris; et
Oct. 16. supradictus dominus papa Alexander exivit de Venecia septimo decimo Kalendis Novembris[c, 3].

Anno Domini millesimo centesimo octuagesimo septimo, mense Iulii ivit exercitus Venecie ad Iaderam et reversus est eodem[d] anno mense Septembris.

Anno Domini millesimo centesimo octuagesimo octavo quidam Turcus nomine Salandinus cepit Sanctum Sepulcrum et Acaron et multas alias civitates. Unde Fridericus imperator[e] Romanorum exivit contra eum cum plus quam centum milia hominum; et fuerunt ex ipsis nobiles milites quadraginta milia; et obiit imperator cum suo exercitu. Et Venetici cum magno navigio et milites et magna multitudo populorum ivit in adiutorium Sancti Sepulcri.

Anno Domini millesimo centesimo nonagesimo quinto, mense Augustus exierunt Venetici cum galeis et navibus contra Pisanos; et statim quod applicuerunt Polam, invenerunt homines eiusdem civitatis rebelles contra se, et sic prendiderunt eadem civitate et dirruerunt muros usque ad terram et omnes res et mobilia secum detulerunt. Et eodem anno apprehenderunt tres naves Pisanorum cum omni illorum habere et adduxerunt eos in Venecia in captione.

a) Septebris *c.* b) Fidericus *c.* c) Novebris *c.* d) eode *c.* e) imperato *c.*

HISTORIA DUCUM VENETICORUM.

Pretiosissimum hoc chronicon, cuius auctor post mortem quidem ducis Petri Ziani († 1229) neque vero multo post scripsisse atque etiam eiusdem ducis aequalis fuisse videtur, in codice 3 tantum exstat, ubi 'liber quintus et sextus' signatum est. Lacunae inter duos hos libros partem ex alio codice bibliothecae ad aedes S. Marci Venetiarum (cl. Ital. VII, nr. 212, chart. saec. XVII. = 3[a]) iam v. cl. Angelus Zon ap. Cicogna, 'Inscrizioni Veneziane' t. IV, p. 588, complevit; nos aliud fragmentum ex codice eiusdem bibliothecae (cl. X. Lat. nr. 36[a], membr. saec. XIV), qui chronicon cuiusdam fortasse Iustiniani continet, superaddimus, quod magnam partem ex hoc nostro chronico exscriptum esse verisimile est.

H. S.

Cum Deus omnipotens, a quo bona cuncta procedunt, multam gratiam et gloriam Venetis semper contulerit et honoribus ac diviciis per universum fere orbem eos claros reddiderit, honestum duximus et ratione dignum, ut ex pluribus que retro ab annis multis sub ducibus Venecie et per duces, Deo propicio, facta fuisse noscuntur, sicut relatione eorum qui interfuerunt didicimus et gestarum rerum narrat hystoria, ea scire desiderantibus hoc

1) Cf. infra p. 79. 2) i. e. hostis, exercitus, expeditio bellica. 3) Videas quae disserui 'Forsch. z. D. Gesch.' XX, p. 425.

brevi dictamine pauca saltem lucide exponeremus. Ex his namque que scribimus quedam narrantibus maioribus didicimus, que eciam hodie in re ipsa cernuntur, quedam vero nostro tempore vidimus conpleta, quedam quoque ex lectione annalium[1] nobis innotuerunt.

1. Tempore itaque illo, quo Alexius Constantinopolitanum regebat imperium, Ordelafus Faletro, vir illustris et preclarus ingenio, ad ducatus Venecie regimen, licet iuvenis, fuit 1102. promotus. Et cum rex Ungarorum[2] Iaderam invasisset eamque ab eodem imperatore, cui Veneti illam donaverunt[3], violenter accepisset, Dalmaciam quoque occupasset, nec voluisset illam aliquatenus relinquere, idem dux maximum fecit exercitum bellicarum navium et fortium virorum ac militum, et ad debellandos Ungaros, qui Iaderam ac Dalmaciam invaserant, audacter exivit; et per aliquot tempus fortiter illam expugnans, fugavit Ungaros et civitates omnes in virtute sui exercitus occupavit, Iadratinos et Dalmatinos ad suam successorumque suorum fidelitatem reducens[4]. A quibus postea obsides accepit, quot et quales voluit. Verum ibidem aliquantulum demorans, exercitum cum gloria remisit ad propria; et post paucum tempus apud predictam civitatem Iadere ab hostibus interfectus fuit. Cuius postea corpus in Venetia translatum, apud Sanctum Marcum constat esse humatum. Reliqua autem ducis Ordelafi facta et bella que gessit et tempus vite ipsius in Venetorum chronica credimus esse digesta[5].

2. Cui successit Dominicus Michael, vir bellicosus et plenus dierum, qui strages multas 1118. de hostibus fecit. Is vero, cum ducatum sibi creditum feliciter gubernaret et cum omnibus pacem haberet, nefanda gens Saracenorum, que tempore illo civitatem Tyri et Ascalonis adhuc possidebat, quasdam civitates Ierosolimitani regni violenter invaserat et Iopem civitatem obsidebat et multorum christianorum effuderat sanguinem et plures christiane gentis detinebat captivos. Cum propter hec et alia ingens tremor ac pavor regem[6] et principes Ierosolimorum invasisset, ad pontificem qui tunc Romane ecclesie preerat[7] et ad ipsum ducem Venecie nuncios direcxerunt, supplicantes instancius et petentes, ut ecclesie transmarine festinum providerent auxilium. At papa ille, hoc opportunius per Venetos posse fieri reputans, ad prefatum ducem nuncios destinavit, diligenter illum et populum Venecie ammonens et exortans, ut intuitu fidei fidelibus Christi succurrere festinarent. Dux vero, legatione regis et Ierosolimorum principum[a] intellecta et apostolica commonitione reverenter suscepta, cum omni devocione crucem cum multis nobilibus suscipiens, ducentas quantocius[b] naves inter bellicas et honerarias, que exercitui necessaria portarent, fecit parare ad eiusdem eciam ducis robur et vires augendas. Cum papa predictus vexillum beati Petri sibi misisset, memoratus dux illud reverenter suscepit, et paratis omnibus, in nomine Domini iter arripuit. Porro, quia tempore illo Veneti, qui defensores Romanie semper extiterant, contra imperatorem Caloiannem, predicti Alexii imperatoris filium, comoti fuerant, propterea quia imperator ille chrisobulii paginam iuxta patris[8] predecessorumque statuta eis dare nolebat, cum venissent cum tam glorioso exercitu apud Curfum, castrum illud for- 1122. tissimum fortiter expugnantes obsidere ceperunt. Et quoniam christiani nimium tunc a Saracenis urgebantur, maxime quia rex et quidam principes iam a Saracenis capti fuerant, predicti Veneti ab obsidione ipsius castri recesserunt, festinantes in auxilium christianorum. Cum itaque ad partes Ierosolimitani regni prospere accessissent, Iope memorata civitas a multitudine Saracenorum[9] milia navigio veniebant. Cum quibus Veneti invocato de celo

a) principium *c.* b) quamtocius *c.*, *et ita postea.*

1) Quos hodie deperditos vel certe adhuc incognitos dolemus. 2) Colomannus. 3) Haec a vero longe abhorrent. Nam etsi Alexium imperatorem Venetis pro compensando ab eis in bello contra Normannos lato subsidio titulum Dalmatici regni tribuisse constat, tamen et Dalmatas sub Venetorum protectione propriam libertatem servare studuisse et nomen imperatoris adhuc in publicis tabulis praepositum fuisse, dicit Lucius, De regno Dalmatiae p. 111. et 116. 4) Ordelafum ducem bis in Dalmatiam profectum esse neque vero una expeditione, ut hic traditur, Dalmatiam recuperasse, ex Annalibus supra editis et ex Danduli annalibus (col. 266) apparet, qui et ipse illo loco ex antiqua Venetorum chronica postea laudata, sed adhuc latente, hausisse videtur; cf. quae disserui in libro 'Andreas Dandolo und seine Geschichtswerke' p. 105 sqq. 5) Auctor haec ex memoria scripsisse putandus est. An chronici illius auditu tantum cognitionem habuit? 6) Balduinum II. 7) Calixtus II. a. 1119—1124. 8) Alexii Comneni chrysobullium videas Fontes Rerum Austriacarum, 2. ser. t. XII, p. 43. a Tafel et Thomas editum. 9) Hic aliquid excidisse videtur; neque quae sequuntur bene concordant iis quae ab aliis scriptoribus traduntur. Ex Fulcherii enim Carnotensis gestis (c. 52) et Guilelmi Tyrensis archiepiscopi historia (lib. XII, c. 22) apparet, Sarracenos iam ab obsidione civitatis Ioppes infecta re abiisse,

auxilio quam primum conflixerunt, eosque adiuvante Deo et beato Marco, videntibus Iopensibus christianis et Saracenis, qui civitatem obsidebant, hoc idem aspicientibus, audacter ceperunt et paganorum sanguinem fuderunt atque universas illorum naves obtinuerunt. Tota quidem pelagi aqua sanguine Saracenorum erat infecta, ita quod magis sanguis quam aqua videretur. Cum autem ad terram applicuissent, fugientes Saracenos ab obsidione[a] una cum Iopensibus christianis insecuti fuerunt, cedem de eis maximam facientes. Inde vero ad fortissimam Tyri civitatem accedentes, eam per aliquod tempus obsederunt, ubi et galeas in terram extrahi ac de singulis singulas tabulas eici fecerunt. Insuper eciam centum milia aureorum patriarche Ierosolimitano et principibus atque exercitui Francorum, qui ad eandem venerant obsidionem, mutuaverunt. Civitas enim illa magna erat satis et populosa, terra et mari fortissima et muris ex omni parte circundata et munita turribus; eratque in ea gens Saracenorum innumerabilis. Hanc itaque Veneti diucius obsidentes et diversis illam bellorum generibus expugnantes, ceperunt eam et bonis omnibus expoliaverunt. Cumque gaudium magnum super his fieret christianis, ita quod et ducem libentissime vellent in regem promovere, et ipse eorum contradiceret voluntati, medietatem, immo eciam duas partes Tyri Venetis dare voluerunt. Sed Veneti, tercia tantum parte se contentos esse dicentes, privilegio super hoc a patriarcha et principibus Ierosolimitani regni inde confecto et iureiurando firmato[1], cum gaudio et letitia magna redierunt victores. Cum autem Rodum venissent et mercatum accepturi pacifice ad cives intrassent, noluerunt eis Rodenses alimenta precio vel precibus dare, sed eos pocius ut hostes exprobare ceperunt. Unde Veneti ira commoti cucurrerunt ad arma et, fractis portis civitatis murisque violenter occupatis, civitatem invaserunt et eam auro, argento et rebus omnibus expoliaverunt. Inde vero venerunt Chium et ceperunt civitatem ipsam[b], sederuntque in ea per totam yemem, rerum copiam hinc inde coadunantes. A Chio autem recedentes, Samum, Medolanum[c][2], Andrum et alias quam plures civitates ceperunt. Modonem[3] quoque, civitatem opulentissimam, invaserunt et eam bonis omnibus expoliaverunt. Cum ergo ad Sclavoniam venissent et quasdam civitates Dalmatie ad Ungaros invenissent conversas, Spalatum et Traurium[4] et quasdam alias civitates violenter invaserunt et cives earum omnes ad ducis et successorum eius fidelitatem reduxerunt. Belgradum vero, pro eo quod eius cives duci et exercitui temptaverant resistere, rebus ac bonis omnibus denudaverunt et eam funditus destruxerunt, sicut hodie cuique fas est inspicere[5], et Ungaros omnes in fortitudine sua inde eiecerunt. Iaderam vero cum venissent, ad quendam exierunt locum, et auri argentique ac rerum copiam civitatum earum, quas contriverant, in medium adducentes, et partem orphanis, viduis ac pauperibus primo exinde facientes, cetera, iubente duce, inter se diviserunt; et ita *Te Deum laudamus* cantantes, in letitia et gaudio magno redierunt ad propria[6]. Steterat enim exercitus iste per tres annos, hec et alia multa faciens. Et licet predictus imperator contra Venetos non modicum esset comotus propter sui imperii civitates, quas memoratus exercitus eorum destruxerat, et ob hoc Veneti ad terras imperatoris per tres fere annos mercationis causa minime accesissent, occulte tamen supradicto duci mandavit, ut suos ad eum dirigeret nuncios. Dux ergo, iam senex et pacis amator, legatos ad imperatorem misit pacemque cum illo fecit firmissimam[7]. Et cum hec et alia dux idem fecisset, que in Venetorum chronica habentur digesta[8], plenus dierum, obiit in pace et apud Sanctum Georgium corpus quiescit humatum.

1130. 3. Post hunc itaque Petrus Polanus, vir strenuus et sapiens, ad ducatus provehitur dignitatem. Qui Venetos sapienter gubernans et regens, cum omnibus habuit pacem. Fuit autem vir curialis[9] et largus, duosque magni nominis filios habuit, alter quorum Wido comes, alius vero Naymerius comes vocabatur[10]. Tempore enim quo ipse ducatum guber-

a) absidione *c.* b) *e ras. c.* c) *e corr. c.*

cum Venetorum classis a Ptolomaida profecta advenerit, Venetosque victoriam cruentam, quae hic narratur, prope Ascalonitanas partes de Sarracenis reportasse. 1) Fontes R. Austr. XII, p. 84. 2) i. e. Lesbos 'qui et Metilini' apud Ravenn. Cosmogr. V, 21. 3) Methone. 4) i. e. Tragurium, nunc Trau. 5) Belgradi civitas cum tam funditus a Venetis destructa sit, ut teste Lucio (l. III, c. 7, p. 125) nil nisi rudera restarent, quae quidem nomen Iadrae veteris accepere, his ex verbis colligi non potest, quo tempore hic noster auctor vixerit atque scripserit. 6) Anno quidem 1125; sequenti autem anno ducem novum stolum contra imperatorem Constantinopolitanum misisse, qui Cephaloniam ceperit, tradit Dandulus (col. 273 B). 7) Chrysobullium, quod imperator Caloiohannes Venetis a. 1126. tribuit, videas Font. R. Austr. XII, p. 95. 8) Cf. supra p. 73, n. 4. et 5. 9) i. e. comis. 10) Quem postea a. 1160, ut tradit Otto Frisingensis (Gesta Friderici IV, 74, SS. XX, p. 489), imperator Fridericus 'iam dudum in

nabat Venecie, Manuel, prefati Caloiohannis imperatoris filius, imperii Constantinopolitani obtinuit dignitatem. Nam et Rogerius, primus rex Siculus, Sicilie regnum in diebus illis 1143. regebat. Is quidem Rogerius rex, cum predictum Manuelem imperatorem et Grecos admodum haberet exosos, Romaniam sepius offendebat. Qui eciam magnum fecit exercitum navium et militum, et veniens, fortissimum Curfu castrum viriliter cepit, posuitque ibi for- 1147. tissimos viros ad castrum illud suo nomini semper servandum; et recedens inde, Nigropum invasit et Stivis[1] occupavit civitatem et Corinthum, eamque auro et rebus omnibus expolians, ad propria rediit. Quod comperiens imperator et Venetorum auxilium oportunissimum suo imperio reputans, suos ad ducem nuncios protinus[2] misit, rogans obnixius[a] et instancius petens, ut consueta benignitate dux et Veneti suum Romanie preberent auxilium. Dux vero, legatione imperatoris suscepta, mox ad ipsius peticionem copiosum paravit exercitum, mandans protinus Venetis, qui causa negociationis in Romania fuerant, ut et ipsi inde[b] ad Venetorum exercitum quantocius properarent. Porro rex predictus anno eodem exercitum paraverat et ad offendendam Romaniam eum miserat. Cum itaque exercitus Venetorum paratus fuisset iamque propositum cepisset iter, dux quoque, qui ad petitionem imperatoris cum ipso erat iturus, iam usque Caprulas venisset, gravi pressus corporis langore, post paucos dies concessit nature. Cuius corpus in Venecia reductum[3] apud Sanctum Cyprianum cum patribus in pace positum fuit.

4. Successit autem ei Dominicus Maurocenus, vir nobilis et mitis, qui ad prefati exercitus custodiam fratrem filiumque ducis Petri Polani misit[3]. Cum ergo exercitus Venetorum Romaniam fuisset ingressus et ad obsidendum castrum Curfu, quod predicto regi servabatur, prospere accessisset, iamque ipsius regis exercitus usque Constantinopolim venisset[4], una cum exercitu imperatoris pars exercitus Venetorum contra regis exivit exercitum; et obvians ei apud Maleum[5], venientibus[c] Grecis[6], qui numero plures fuerant, atque fugientibus, agressi fuerunt Veneti inimicos, et cum illis fortiter dimicantes, 40[7] illorum naves ceperunt aliasque plures submerserunt. Ceteras quoque, que evaserant, usque ad terras regis fuerunt insecuti. His ergo imperator non modicum letus factus et Venetorum auxilio nunc admodum corroboratus, ad inimicos, qui castrum Curfu de mandato regis servabant, se cum suo convertit exercitu; dulci prece Venetos rogans, ut cum eo castrum et inimicos suos obsiderent, promittens se multa beneficia eis et honores plurimos collaturum. Veneti autem imperatoris annuentes peticioni et maiorum vestigia, qui semper defensores Romanie extiterant[8], sequi volentes, obsederunt castrum, ubi scalas facientes ac machinas, inimicos fortiter expugnabant. Erat enim ibi exercitus copiosus et genus hominum infinitum. Sed Veneti inter ceteras naves bellicas gattos habebant fortissimos, in quibus scalas faciebant, castrum pernimium expugnantes et inimicos potenter offendentes; fiebat quidem ibi cedes hominum magna, et ab utraque parte multi cadebant. Cum autem obsidio ista diucius perdurasset, et ex fortissimis Venecie viris multi corruissent, fuissentque saxa fere omnia Venetorum infecta sanguine, nec ab obsidione Veneti quomodolibet se averterent, licet maximum Venetorum genus ibi cecidisset, factum est, divina iubente clementia, quod predictum castrum captum et in imperatoris potestatem fuit redactum. Et cum hec et alia pro impe- 1149. ratore et Romania Veneti fecissent, ad propria redierunt victores, Deo gratias omnes agentes. Cum ergo propter hec rex predictus Venetos valde odiret, cepit eos per se et per quos poterat in personis et rebus offendere. Sed cum diu inter regem et Venetos huiusmodi werra durasset, et plurimi hinc inde ducerentur captivi, duxque predictus pacis quietisque fuisset amator, faciente Deo, qui malis finem imponit, ad pacem venerunt uterque. Hac itaque pace facta[9],

a) obnoxius *e corr. c.* b) *corr. c.* c) *ras. et corr. c.*

captivitate sua tentum sed absolutum' cum aliis nuncium ad Manuelem Graecorum imperatorem direxit; monendum quoque est, eum item Neimerium vocari in editionibus prioribus Ottonis neque vero Meinerium ant Raynerium; idem nomen occurrit ap. Tiraboschi, 'Memorie storiche Modenesi' III, Cod. Diplom. p. 65, nr. 374. 1) i. e. Thebae. 2) Videas quae de tempore impetus illius disserui in 'N. Arch.' I, p. 409. 3) Secundum Dandulum (col. 282 D) Petrus Polanus dux Venetias reversus ibi diem obiit supremum; moriens autem stolum commisit fratri filioque. 4) Quae ibidem egerit, narrant Sigeberti Continuatio Praemonstratensis a. 1149 (SS. VI, p. 454) et Cinnamus (ed. Bonn. p. 101). 5) Promontorium Laconiae. 6) i. e. supervenientibus Graecis navibus, 'quae publicum e Creta apportabant vectigal', Cinnamus p. 101. 7) Cinnamus cum (l. c.) numerum omnium versus Constantinopolim proficiscentium navium quadraginta fuisse dicat, maior fides Dandulo tribuenda erit, qui (col. 282 E) undeviginti galeas, ceteris evadentibus, a Venetis captas esse tradit. 8) Eadem verba quae supra p. 73. 9) Cf. Romanin, 'Storia doc. di Venezia' II, p. 64.

et his aliisque sub eodem duce feliciter peractis, que in Venetorum Chronica digesta putamus[1], dux idem predictus obiit in pace et apud Sanctam Crucem cum patribus iacet.

1156. 5. Post hunc igitur Vitalis Michael, vir egregius, sapientia et pulcritudine decoratus, ad ducatus Venecie regimen est promotus. Qui cum prospere fuisset fortune et preclarus ingenio, ab omnibus reverebatur, sicut eciam rerum subsequentium probat eventus. Nam tempore illo, quo Adrianus papa tercius[2] Romane ecclesie preerat, ducatum ipse Venecie feliciter gubernabat. Cum predicto quoque Manuele imperatore pacem habuit non fictam, adeo ut sepius ad defensionem Romanie et Grecorum galeas mitteret et multa pro imperio illo faceret, servans predecessorum suorum vestigia, qui semper Romanie extiterant defensores[3]. Cum rege Willelmo eciam, predicti regis Rogerii filio, quem Veneti propter predictum imperatorem sepius leserant, pacem habuit et amiciciam. Sed et Pisani, qui per multos annos cum Venetis habuerant inimicicias, ad pacem et veram amiciciam cum ipso duce venerunt. Cum rege quoque Ungarico dux idem inimicicias habuit, tum quia rex ille imperatorem predictum in multis leserat, unde Veneti Ungaros ubicumque poterant offendebant, tum eciam quia Iaderam 30 milibus virorum propter Iadrensium proditionem occupaverat eamque violenter tenebat. Oderant enim Iadrenses Venetos, propterea quod archiepiscopatum suum ipse dux patriarchatui Gradensi subesse debere dicebat, cum eciam ipsa Iadrensis civitas sub iurisdictione Venecie dudum fuisset, ducibusque Venecie Iadratini fidelitatem semper iurassent[4]. Unde memoratus dux, paratis 30 galeis, civitatem Iadrensem[a] in propria persona adivit; quem prefate civitatis cives recipere noluerunt. Et propter hoc iratus rediens, exercitum paravit copiosum galearum et gattorum et militum et eum ad debellandam Iaderam destinavit. Cumque omnis terra esset Ungaris occupata, expugnata est Iadera potenter a Venetis; sed fracta scala cuiusdam gatti, multi perierunt nobiles loricati. Porro, quia timor et tremor ita invaserat Ungaros, quod nullum putarent se posse obtinere subsidium, relictis tentoriis et suppellectili universa, miseri aufugerunt. Iadrenses eciam se et civitatem Venetis sine conditione[b] reddiderunt, iurantes omnes a duodecimo anno et supra domino duci fidelitatem, et archiepiscopatum suum ex tunc Gradensi patriarchatui subponentes. His ergo feliciter peractis, predictus Venetorum exercitus cum victoria et letitia magna Veneciam est reversus. Et post paucos dies nobiliores Iadere ferme ducenti ad ducem venerunt pecieruntque humiliter, ut dux comitem Iadrensibus daret, quemcumque vellet. At dux virum illis providum comitem dedit, Dominicum scilicet[c] Maurocenum, memorati ducis Dominici Mauroceni filium, qui eciam prefati exercitus capitaneus extiterat. Predictus namque rex Ungaricus amicus fuit postea memorato duci, quia et filio illius Leonardo[d] comiti Absari[5] ducis Desse[6] filiam, qui potencior fuit in tota Ungaria, dedit uxorem. Alter quoque illius filius, scilicet Nicholaus comes Arbensis, Ladisclavi regis Ungarici filiam[7] accepit in coniugem.

6. Sed et cum Federico Alamanie imperatore, qui ad Romanum fuit promotus imperium, predictus dux, quamdiu vixit, inimicicias habuit, pro eo quod idem Federicus imperator ipsum ducem et Venecias suo laboravit subiugare imperio. Siquidem vivente duce predicto
1158. imperator Federicus in Ytaliam secundo intravit. Primo namque, cum adhuc rex esset,
1155 venit in Ytaliam et Romam adivit ibique a supradicto domino papa Adriano Romani imperii
1159. coronam suscepit; qui illo eodem anno[8] migravit ad Dominum. Cui successit dominus Alexander papa tercius, qui a principio sui apostolatus a prefato imperatore graves sustinuit inimicicias, ita quod scismaticum et ecclesie persecutorem illum vocaret. Nam et imperator versa vice illum scismaticum et non papam appellabat. Divisio enim electionis a cardinalibus facte huius scismatis principium extitit; quia, cum sanior pars et maior numero dominum Alexandrum elegisset, pauci partem facientes, in odium illius Octavianum elegerunt, qui fuerat cardinalis et ex nobilissimo Romane urbis genere ortus, papam illum Victorem[9] vocantes. Quorum siquidem electionem memoratus imperator, quia dominum

a) *corr. ex* Gradensem *c.* b) coditione *c.* c) scilice *c.* d) Leonardi *corr.* Leonardo *c.*

1) Cf. supra p. 73, n. 5. 2) Immo quartus a. 1154—1159. 3) Eadem verba quae supra p. 73. 75. 4) Cf. Dandulum (col. 292 B) et Lucium III, c. 12 (p. 138). 5) Insula Illyrica, nunc Osero. 6) Princeps Serviae fuit, de quo videas Cinnamum (ed. Bonn.) p. 204. et 212. et Katona, Historia critica regum Hungariae IV, p. 16. 7) Ladislavi, filii regis Belae II, filiam nomine Mariam; cf. supra p. 71. 8) Nota auctoris errorem. Adrianus anno demum 1159. mortuus est. 9) IV.

papam Alexandrum oderat, cum esset adhuc in Ytalia, fovere cepit et per se et per quos
poterat manutenere. Denique electio memorati domini pape Alexandri, quia canonice
fuerat celebrata, a memorato duce et patriarcha et episcopis Venecie primo approbata fuit
et postmodum ab ecclesiasticis Ytalie viris suscepta. Tanta itaque instantia et furore cepit
imperator dominum Alexandrum papam persequi, quod ipse dominus papa in Franciam 1162.
ivit et cum rege Francie et rege Anglie diucius demoratus est. Et exinde universi fere
archiepiscopi et episcopi et ecclesiastici viri ac seculares principes eidem domino Alexan-
dro pape obedire ceperunt. Octavianus in Ytalia autem scisma faciens, non longum tempus
vixit et apud Lucensem civitatem universe carnis viam ingressus est. Cui successit in 1164.
scismate Wido de Crema, qui papa Pascalis[1] a suis scismaticis vocabatur; sed modico
vivens tempore, apud . . . .[2] in scismate mortuus fuit. Eo[3] tamen adhuc vivente, sepe- 1168.
dictus imperator secundo in Ytaliam venit in maximo exercitu, subiugavitque eam imperio
suo, episcopos qui sue parti favere nolebant eiciens et alios violenter intrudens, suam
quoque virtutem potenter ostendens. Qui eciam Mediolanum obsedit, cepit atque destruxit. 1162.
Cepit autem tempore illo et Veneciam vexare[4] et circumpositas Venecie civitates graviter
expugnare, volens eam suo subiugare imperio. Non enim, preterquam in mare, in aliquam
partem Veneti exire audebant. Predictus namque dux, vir probus et clarus consilio, nichil
curans de imperatore, supradictum Manuelem Constantinopolitanum imperatorem et regem
Siculum Willelmum habebat amicos, et pro eis, maxime pro imperatore Constantinopoli-
tano, eidem imperatori Federico se opponebat[a]. Minabatur etiam imperator ille, quod totam
destrueret Greciam et Grecos suo supponeret dominio. Cum ergo civitates Ytalie de man-
dato eiusdem imperatoris Veneciam offendere totis viribus laborarent, nec eas Veneti vel
in aliquo timerent, sed pocius eas et reliqua loca Marchie sepius lederent et ex eis multos
captivos in Venecia ducerent[b], contigit castrum Capitis Aggeris[5] per proditionem a Vero-
nensibus, Paduanis et Ferrariensibus capi et depredari; ubi quidam viri Venecie, qui ad
custodiam castri missi fuerant, capti sunt. Tunc autem cum navibus bellicis Veneti euntes,
Adrianum et Adrum invaserunt et utramque ceperunt civitatem, rebus eas omnibus expo-
liantes; viros et mulieres adduxerunt captivas. Post hec vero cepit dux sapienter laborare
circa Marchianos, et occulte promittens multas peccunias, ut contra dominum suum impe-
ratorem simul omnes iurarent. Cumque duodecim milia marcarum illis dedisset, fecisset-
que eos contra imperatorem secum iurare, venit Odelricus Aquilegensis patriarcha cum
comitibus, viris et cum maxima militum multitudine super Gradum, volens capere castrum
ipsum[6]. Quod cum duci nunciatum fuisset, paratas quas habebat protinus misit galeas. Sed
quedam galea de Contratis[7], alias precedens galeas, venit ad locum ad quem venerant
hostes; quos quidem Veneti, qui cum ipsa galea venerant, tanta virtute agressi sunt, quod
patriarcham et comites ac omnes magnates salva manu ceperunt. Multi enim de hostibus
audaciam Venetorum fugientes in paludibus necati fuerunt. Fuit ergo letitia magna Venetis,
et de tanta victoria cuncti gratulabantur, Deo et beato euangeliste Marco gratias agentes.
Fuit autem prefatus patriarcha in vinculis apud Venetos cum septingentis fere viris, qui
capti fuerant, non per modicum tempus. Cum ergo hec et alia fecissent Veneti, iamque
Marchianos sibi data eis peccunia associassent, cepit virtus imperatoris admodum deficere
et esse tristis, quod infidelium suorum consilio Venetos offendere temptaverat. Porro pre-
fatus dux, his omnibus letus factus, contra imperatorem cotidie agebat, dans quoque et
Lonbardis peccuniam multam et eos cum Marchianis iurare fatiens societatem. Sed cum
iam imperator nec a Lombardis reciperetur, confusus et deiectus rediit in Alemaniam. 1164.

a) obtinebat, *in marg. manu recent. corr.* oponebat *c.* b) duceret *c.*

1) III. 2) Romam. 3) sc. Octaviano sive Victore IV. 4) Cf. Giesebrecht, 'Kaiserzeit' V, p. 401. 5) Capo d'Argine. 6) Dandulus in Annalibus (col. 288 B) hunc Udalrici, qui quidem mense Septembris a. 1161. in patriarcham Aquilegiensem electus fuerat, impetum confundit cum illo a Veronensibus aliisque in Venetos facto eumque in eodem anno 1162. collocat, ita ut abhinc apud omnes tam antiquos quam recentes Venetorum scriptores legatur, eodem anno 1162. institutos fuisse illos ludos, quibus in memoriam huius victoriae in die Mercurii de Carnisprivio 'assistente duce et iubente uni tauro et duodecim porcis magnis in platea capita amputabantur, et dux in maiori sala procedens coram populo cum baculis ferratis castra figuraliter condita deiiciebat' (Dandulus l. c. col. 288 D). Sed Giesebrecht recte monere videtur (l. c. 405), Udalricum demum a. 1164. impetum in Gradum fecisse. 7) Vocem 'contrada' lingua Italica significare 'Strasse' vel 'Gegend', notum est; excidit fortasse nomen ipsius 'contratae'.

Memoratus autem papa Alexander, his omnibus auditis, gavisus est multum, et corroboratus
1165. regum Francie et Anglie ac principum reliquorum auxilio in Ytaliam venit, Deo gratias agens et duci ac Venetis plurimas refferens grates, quod cardinales et eiectos episcopos susceperant et tantum pro Dei ecclesia opus patraverant. Porro cum Wido de Crema, quem
1168. supra memoravimus, mortuus fuisset, electus est a scismaticis quidam[1] abbas de Struma et papa Calixtus vocatus est. Qui apud Romagnam et Tusciam sedens, scissuras faciebat et scismata. Propter scisma enim istud ecclesie destruebantur et comburebantur, et ecclesiastici interficiebantur viri contumeliisque ac obprobriis afficiebantur, et multa mala fiebant in terra. Cumque multi religiosi[a] viri et seculares principes sollicite laborarent, ut ad pacem ecclesie imperatoris animum revocarent, et maxime rex Francie, qui sicut vir bonus et honestus huic paci multum intendebat, super his operam propensius daret, nec potuissent vel in aliquo a proposito suo imperatorem removere, et huiusmodi error in ecclesia Dei iam per duodecim annos permansisset; Veneti quoque negociationes suas ubique, maxime in terram Manuelis Constantinopolitani imperatoris, qua semper usi fuerant, libere exercerent, et isdem Manuel Constantinopolitanus imperator ducem et Venetos sepius nunciis suis honeste et honorifice visitasset: temporibus illis duos honoratos ad ducem et Venetos misit legatos, invitans Venetos, ut omnes ad eum et ad terras eius imperii sicut ad propria properarent quantocius et peccunias ad plenum secum deferrent, quia eis solis Romaniam totam dare proposuerat et volebat, quod ipsi soli uterentur ea[b] in mercationibus suis. Iam enim conceperat malum in corde suo contra Venetos, videns eos diviciis habundare et virtutibus refulgere. Et cum non posset illos iuxta desiderium suum pactione aliqua secum habere, tacite secum deliberaverat, ut vel vim eis inferendo pacatos sibi esse inveniret. Timebat enim illos multum, sciens eos multa fecisse. Sed dux de consueta imperatorum Romanie benevolentia admodum confidens, de ipso quoque imperatore Manuele, pro quo multum laboraverat, non modicum sperans, Grecorum credidit adulationibus, ignorans omnino, quid imperator in corde conceperat. Venetis ergo licentiam tribuit, precipiens eis,
1171. ut ad terras imperatoris confidenter irent. Exierunt autem anno illo fere viginti milia Venetorum in Romaniam, portantes secum pecunias infinitas et arma copiosa et naves multas et magnas. Et tunc missi fuerunt ad imperatorem duo legati, potentiores et sapientiores tocius Venecie, scilicet Sebastianus Ziani et Aurius Mastropetro; quos idem imperator honeste suscepit atque magnifice, promittens eis, quod Veneciam sicut Romaniam custodiret et Venetos ut filios diligeret, quibus Romaniam dare proposuerat, ut ipsi soli uterentur illa. Cumque loqueretur eis verba dulcia in dolo, crederentque ei nuncii, dictum est nunciis ipsis, quod imperator dolose loqueretur eis et quod malum contra Venetos cogitasset. Qui intraverunt ad eum, dicentes: 'Domine imperator, audivimus, sed non credimus, quod imperium tuum contra Venetos multa mala excogitasset' . . . .* Et publice per preconem clamare fecit, ut, si quis in aliquo offenderet Venetum, se ipsum suspenderet. Cum itaque Veneti accepta securitate starent securi, et maxima militum peditumque multitudo ex diversis partibus tunc Constantinopolim venisset, et essent muri ac palatia adeo munita, quasi deberet civitas ab inimicis expugnari: subito irruit imperator in Venetos sicut leo; et dato impietatis precepto, post tercium diem trahebantur ad carceres, et omnia illorum bona ab eis ablata fuerunt et intromissa. Inventi sunt enim in Constantinopoli eo tempore fere decem milia Venetorum. Multum timebat imperator de Venetis, ne se defenderent, et idcirco multas in Constantinopoli congregaverat gentes. Nam et ipsi voluerunt se defendere, sed a memoratis legatis prohibiti fuerunt. Fuit autem hec Venetorum capcio facta per totum imperium Constantinopolitanum, iubente prefato Manuele imperatore, anno Domini millesimo
1171, Mart. 12. centesimo septuagesimo primo, die duodecima intrante mense Marcii, indictione 4.

*) *Hic esse lacunam, recte monuit iam primus editor (A. st. It. VIII, p. 163); sed eam explere posse gaudeo ex chronico illo Iustiniani, ubi haec aut ex alio huius partis codice aut ex alio chronico deprompta sunt:* Eadem die per quosdam barones Constant., ducalis dominationis amicos, dictis legatis secreto relatum fuit, quod imperator eis fuerat dolose locutus et malum contra Venetos cogitaverat ultra modum; qui legati ad imperatorem reversi, dixerunt: 'Audivimus, sed non credimus, quod imperium tuum contra Venetos mala excogitaverit infinita'. Imperator igitur eis coram principibus suis in curia publica ex toto negavit, asserens multa verba faciensque per preconem in Const. publice proclamari ut *etc.*

a) *e corr. c.* b) ea in *manu recent. c.*

1) Iohannes, qui papa Calixtus III. vocatus est.

7. His ita gestis, nunciata sunt hec omnia duci, dux vero, his auditis, et nesciens, quare 1171. ita imperator fecisset, sapientibus viris illa notificavit. Et ceperunt singuli dolere super facto isto et de parentibus suis. Cumque ad inveniendum, quid super his faciendum esset, consilia celebrarentur, et deliberassent dux et sapientes viri, legatos ad imperatorem mittere et inquirere ab eo, quare hoc fecerit, quidam Venetorum, qui de Armiro[1] fugerant cum viginti navibus, Veneciam tanto impetu intraverunt, quod universa que statuta fuerant[a] irrita fecerunt, clamantes omnes et dicentes: 'Impie egit contra nos imperator; accedamus contra eum cum magno exercitu et vindicemus iniuriam, quam sine culpa nobis intulit'. Quia igitur fere universi his vocibus prebuerunt assensum, statutum est de comuni consilio omnium facere exercitum centum galearum et viginti navium, que exercitui victualia portarent et machinas ad bellum necessarias. Fuerunt enim centum galee de novo edificate et ad omnia parate in quattuor mensium spacio. Nam, cum in mense Madio parari cepisset exercitus, mense Septembris consumato de Venecia egressus est. Prefatus siquidem dux dominus et capitaneus huius exercitus extitit. Cum exercitus iste Venetorum a Venecia egressus fuisset, et de Iadera et aliis locis Dalmacie decem galee obviam ei exissent, atque sagitte[2] plurime hinc inde ad servitium exercitus venissent, stetissentque omnes in servitio Venecie cum ipso exercitu: Ragusei, qui ut ceteri domino duci iuramento fidelitatis tenebantur, ei obviam exire noluerunt, immo, quasi insultantes exercitui, de civitate omnes armati exierant. Quapropter irati omnes de exercitu contra Raguseos exierunt, et eos usque ad portas civitatis persequentes, tanta virtute ipso eodem die, cum nona hora esset, civitatem ceperunt expugnare, quod multi ex civibus ceciderunt, ut[b], muros civitatis occupantes, quasdam turres ceperunt, ducis vexillum desuper ponentes et usque ad noctem civitatem ipsam viriliter debellantes. Cumque altera die summo mane homines et machine pararentur ad bellum, egrediens Tribunus Michael archiepiscopus Raguseorum de civitate et clerici ac nobiles viri cum crucibus, ad pedes ducis se prostraverunt, veniam sibi et ceteris postulantes et se et civitatem sine tenore duci reddentes. Dux vero serenus et providus, pietate commotus, de consilio suorum recepit eos. Et intrantes omnes civitatem, laudes duci cantaverunt, fidelitatem omnes a duodecimo anno et supra ei et successoribus eius iurantes. Insuper eciam pecuniam et vinum cuique galee dederunt, et secundum mandatum ducis partem murorum civitatis destruentes, quandam turrim, que imperatori erat deputata, deiecerunt. Iuraverunt quoque subponere archiepiscopatum suum patriarchatui Gradensi, domino papa concedente. His itaque gestis, statuit dux vicecomitem ibi Raynerium Ianne, iuvenem egregium; et recedens inde cum suo exercitu, intravit Romaniam, occupans civitates, insulas et oppida et casalia multa. Et veniens Nigropum, occupavit civitatem, et expolians eam bonis omnibus, sedit in ea aliquot diebus. Et cum esset ibi exercitus Grecorum multus nimis, non fuerunt ausi defendere civitatem; sed ita factum est, quod petentibus quibusdam viris nobilibus de curia imperatoris, qui cum ipso exercitu aderant, duo ad imperatorem legati missi fuerunt, videlicet magister Pascalis episcopus Equilensis[3], qui Grecam noverat linguam et in litteris Grecis adprime[c] erat instructus, munus quoque consecrationis ab archiepiscopo Iadratino de mandato patriarce apud Iaderam tunc susceperat, et Manasse Badovarius. Exercitus vero Nigropum relinquens, venit Chium et civitatem invasit et totam insulam atque ibi per totam yemem[d] sedit usque ad sextam 1172. quadragesime septimanam, mandans semper galeas ad lesionem Romanie civitatum[4]. Porro legati, qui missi fuerant, redierunt ad ducem, dicentes se imperatorem non vidisse, quemdam tamen imperatoris nuncium secum ducentes. Iam quidem cor imperatoris induratum[e] erat, quia Venetos, quos credebat ad nichilum deduxisse, tanto furore et tanta fortitudine terram sui imperii videbat intrasse. At dux, suscepto imperatoris nuncio, ad ipsius instantiam eosdem nuncios suos et tercium cum eis Phyllippum Grecum ad imperatorem iterum misit. Cum autem hec agerentur, maxima infirmitas cepit de exercitu multos, ita quod intra paucum tempus fere mille viri mortui sunt. Comunis enim fama apud omnes

a) fuerat *c.* b) et? c) *e corr. c.* d) yemen *c.* e) *e corr. c.*

1) Armyrus sive Halmyrus, oppidum prope sinum Pagasaeum in antiqua Thessalia situm. 2) 'navigii species'. DUC. 3) Equilio sive Iesolo. 4) Econtra Dandulus dicit (col. 295 A), 'ducem de pace confidentem suos a laesione imperii abstinere fecisse'. Sed huic nostro auctori consentiunt et Chron. Iustiniani et aliud Chronicorum fragmentum servatum in manuscripto quodam (Cl. ital. VII, 551. chart. saec. XVI) bibliothecae S. Marci, quod saepius ad verbum congruit huic historiae (cf. 'Studien' I, p. 135 sqq.).

1172. erat, quod imperator putheos et vina fecerat toxicare. Quapropter Veneti omnes, relinquentes Chium, venerunt ad insulam que Sancta Panachia[1] dicitur; ubi eciam mors secuta est eos, tollens de exercitu multos. Sed legati predicti redeuntes, se sicut prius fecisse dixerunt. Quidam tamen imperatoris nuncius cum eis venit, qui ostendit, quam dure imperator acceperat hec que Veneti fecerant, et peciit, ut iterum dux ad imperatorem nuncios delegaret, promittens, quod hac vice reciperet eos imperator. Dux siquidem, pacis amator, fidem dans verbis nuncii, iterum duos legatos misit, Henricum Dandalum et Phylippum Grecum. Exiens a Sancta Panagia, venit ad insulam Medolini[2]; ibique facto consilio, ad insulam Stalimini[3] voluit ire, ut pasce festum ibi celebraret, sed ventorum[a] vi faciente
Apr. 16. compulsus est ad Skirum insulam venire et ibi pascha in luctu celebrare et lamentatione propter homines qui cotidie moriebantur. Cumque clamores populi prefatus dux ferre non posset, de comuni consilio Veneciam rediit[4], et Raynerium Ianne, quem apud Ragusium dimiserat, secum duxit; qui eciam post paucum tempus mortuus fuit. Reverso autem in Venecia exercitu, multi ex his qui venerant et qui domi steterant, viri et mulieres, mortui fuerunt. Cum ergo quidam qui ducem oderant, scisma cotidie facientes in populo, acclamarent, dicentes: 'Traditi sumus et male ducti, et idcirco venit super nos tanta tribulatio', et[b] concionem in aulam ducis vocassent, contra ducem cum cultellis et lapidibus nimium furentes: sapientes quidam qui cum duce aderant, timore percussi, unus post unum a concione exierunt, duce relicto; dux vero gladiatores super se venire videns, a palatio exiens, venit ad ripam, et per pontem transiens, ad Sanctum Zachariam fugere cepit. Et cum ante fores ecclesie venisset, quidam latro nefandissimus[5] ei fuit obvius, qui sine interrogatione cultello eum peremit et fugit. Sed dux se percussum sentiens, sacerdoti cuidam, qui ad aperiendas ianuas obvius ei exierat, confessus, migravit ad Dominum[6]. Hec quidem amici ducis et sanior pars populi ignorabant. Sed cum auditum est quod factum fuerat, commota est Venecia tota, hinc inde populis concurrentibus et: 'Heu! super tanto ac tali domino'! acclamantibus, et quare hoc acciderat omnino ignorantibus; latro namque fugerat et se occultaverat. Altera vero die patriarcha et episcopi ac honesti viri et universi convenerunt populi; et ponentes corpus in monumento marmoreo in ecclesia beati Zacharie, ad ecclesiam sancti Marci omnes venerunt et ibi alterum statuerunt invenire dominum. Non enim sine duce diucius esse poterant.

8. De[c] comuni ergo[d] voto et concordia tocius[d] populi[d] electi sunt undecim nobiles viri, qui iuraverunt se electuros in ducem eum quem scirent sapientiorem et utiliorem ad regimen ducatus, non inspecto precio, odio vel amore. Qui, iuramento prestito, pari voto et comuni[d] concordia post tertium diem elegerunt dominum Sebastianum Ziani[e], virum providum et discretum, sapientem et benignum atque diviciis infinitis exuberantem. Cuius electioni nec unus de populo contradixit; sed omnes concorditer[f] acclamaverunt, dicentes: 'Vivat talis dux, et utinam per eum possimus pacem obtinere!' Qui cum iam[g] septuaginta fere esset annorum et honeste fuisset conversationis et[h] magne humilitatis, pacem[i] cum omnibus habere voluit.* Cepit itaque[k] sollicite laborare, ut cum honore Venecie[l] ad pacem

*) 3ª *add.:* et electus fuit anno Domini 1172; qui gubernavit ducatum annis sex; et fuit tempore sui principatus incoatum palatium communis Venetorum. Fuit et primus qui per electionem promotus fuit ad dignitatem ducatus.

a) Venetorum *c.* b) et *deest c.* c) *hic incipit* 3ª. d) *deest* 3ª. e) Zianum 3ª. f) om. exclamaverunt 3ª. g) c. aetatis LXX es. an. 3ª. h) ac magne nobilitatis 3ª. i) p. h. v. c. omn. 3ª. k) autem 3ª. l) Venetorum 3ª.

1) Parva insula. 2) Lesbos. 3) Lemnos. 4) *cum exercitu redacto in 25 galeis armatis* legimus in fragmento supra allegato; *cum tertia parte suarum gentium* tradit chron. Iustiniani. 5) Nomine Marcus Casolus vel Casulo, cf. supra p. 61 n. *. 6) Similiter fere, sed paulo latius narratur haec ducis nex in illo fragmento; quod cum fortasse eodem quo hic noster auctor fonte usus sit, locum exscribere hic liceat: *Quidam qui ducem oderant scisma cotidie faciebant in populo, dicentes: 'Male gubernati sumus, et si traditi non fuissemus a duce protrahendo negotium cum legatis, tanta tribulatio super nos non venisset'. Unde tot afflictionibus pulsati Veneti, ad remedium inveniendum publicam concionem in ducis palatio vocant, in qua non ad reparandam civitatem, sed ad invehendum in ducem primum aliqui et postea multi ceperunt, asserentes, illum alienasse publicos redditus, consumpsisse homines et nil utilius duxisse in civitatem quam pestem. Et cum talia et diversa iniurie verba non satis essent ipsis furentibus, lapides iniecerunt in eum et cum cultellis minabantur. Sapientes, qui cum duce erant, timore perculsi, unus post alium a concione rediere, duce relicto. Dux furori obsistere non valens et gladiatores super se venire videns, descendens de palatio et a latere maris pergens, dum versus ecclesiam sancti Zacharie properaret, a Marco Casolo ante fores ipsius ecclesie vulneratur, et sacerdoti, qui ad aperiendas ianuas*

veniret[a] predicti imperatoris Constantinopolitani; et misit ad eum nobiles viros, Vitalem Dandolum[b], Manassen[c] Badovarium et Vitalem Faletrum, postquam predictos duos[d] nuncios, quos dux Vitalis miserat ad[d] imperatorem[d], sanos recepit[1]. Porro pretermittendum non est, quid[e] actum fuerit de latrone, qui ducem sepedictum[f] interfecerat. Cum enim per aliquot dies latuisset et[g] a querentibus fuisset sub terra inventus, ad presentiam ducis Sebastiani[h] adductus est et ad populi petitionem iudicio iudicum fuit[i] suspensus. Predicti autem[d] legati ad imperatorem euntes, ducis voluntatem ei insinuarunt, et cum eo de pace diucius pertractantes, cum duobus eiusdem imperatoris nunciis ad ducem redierunt. Dux autem[d] de pace confidens, iterum duos[k], scilicet predictum Vitalem Dandulum et Henricum Navigosum[l], cum imperatoris nunciis ad eum remisit. Qui[m] eciam nichil fecerunt de pace; sed Vitalis Dandulus ibidem mortuus fuit. Alter vero Henricus rediens, alios[n] secum duos ad ducem reduxit legatos. Tempore[o] enim illo invitatus dux a Guilielmo[p] rege Scicilie, supradicti Guilielmi[d] regis filio, legatos ad eum miserat, videlicet Aurium[q] Mastropetro, cuius superius memoriam[r] fecimus, et Aurium Dauro[s], et cum eo pacem iam fecerant[t] et amiciciam[2]. Super qua quidem pace imperator predictus nimium[d] movebatur et ultra quam 1175. credi potest tristis fuerat[u] factus, et laborabat propensius, ut, si quo modo posset, illam infringeret. Sed cum legati, quos miserat, alios peterent[v] legatos, promittentes firmissime, quod hac vice pacem faceret imperator, missi sunt tres viri egregii, scilicet[d] Leonardus[w] comes Absari[x], memorati ducis Vitalis bone memorie filius, et Marinus Michael, eius consanguineus, atque[y] Phylippus Greco; qui Phylippus postea in[z] ipsa obiit legatione. Quos imperator suscipiens eosque de pace reddens securos, duos cum eis ad ducem nuncios misit; qui verba dulcia in dolo coram ducem[a] loquentes, de pace iam ab imperatore promissa nichil[b] fecerunt. Quos ergo[c] dux retro mandavit et aliquos deinceps mittere cessavit. Fecerat enim pacem firmissimam cum domino Babylonie[3] et[c] cum domino Massamutorum[d. 4]. Et ibant Veneti ad omnes terras securi, negociationes libere[e] suas exercentes, preterquam[f] ad terras Grecorum, quas Veneti propter imminentem imperatoris werram[g] sepius leserant.

9. In illis autem diebus, cum predictus dominus papa Alexander in confiniis Romane urbis sederet, quidam Magontinus[h] archiepiscopus nomine Christianus[i], quem, ut supra memoratum[k], Federicus imperator ad partes Tuscie[l] et Romagne miserat, Anconam voluit obsidere, ut, cum iam Romagnam, Tusciam[m] et Marchiam Anconitanam suo subiugaret dominio, Anconam quoque Romano subicere imperio niteretur. Eundem papam vexabat, non voluntarie, ut credo, sed mandatis sui domini satisfaciens. Sed cum Anconitanos iuxta desiderium suum offendere non potuisset, auxilium Venetorum cepit sibi opportunissimum et imperio Romano excogitare. Quapropter nuncios ad ducem misit, et facta cum eo amicicia, phedus contraxit, ut cum Venetis Anconitanos, intendentes imperii, expugnaret. Oderant enim Veneti Anconitanos, tum propter inimicicias que inter eos fuerant, cum etiam propter inimicos eorum Grecos, quos ipsi in odium et contrarietatem Veneciarum[o] suscipiebant. Unde prefatus[n] dux exercitum galearum et aliarum navium preparari iussit et ad expugnandos Anconitanos ipsum misit anno Domini 1173. Fuit ergo Ancona a Vene- 1173. torum exercitu per mare obsessa et tam ab ipsis Venetis quam ab exercitu archiepiscopi Christiani, cancellarii imperatoris, in circuitu fortiter per aliquod tempus expugnata. Et

a) v. cum imperatore Constantinopolitano, mittique ad eum curavit nob. oratores 3ª. b) *corr. ex* Dandalum 3; Dandulum 3ª. c) Manasse Baduarium 3ª. d) *deest* 3ª. e) quod factum fuit 3ª. f) supradictum 3ª. g) et — fuisset *des.* 3ª. h) d. Ziani, *omisso* Seb. 3ª. i) s. f. 3ª. k) d. oratores videlicet 3ª. l) Navigagiosum 3ª. m) Qui — fuit *des.* 3ª. n) s. al. d. ad d. l. conduxit 3ª. o) illo vero t. 3ª. p) Guilelmo r. Sicil. 3ª. q) Aurum Mastropetrum 3ª. r) mentionem 3ª. s) Daurum 3ª. t) fecerat 3ª. u) fac. fu. 3ª. v) peteret *corr.* peterent 3ª. w) Michael *add.* 3ª. x) Abseri 3ª. y) et 3ª. z) ob. in ip. l. 3ª. a) duce 3ª. b) nihil 3ª. c) *deest* 3ª. d) Massemutorum 3ª. e) s. l. 3ª. f) postquam 3ª. g) guerram 3ª. h) Maguntinus 3ª. i) *hic desinit* 3. k) memoratus *c.* l) Ruscie *c.* m) Rusciam *c.* n) prefactus *c., et ita postea.* o) Venetiarum *c., et ita postea.*

ecclesie ei obvius exierat, sua peccata confessus migravit ad Dominum 28. *Mai.* Teste vero Dandulo dux die 27. Maii interfectus est, quo quidem die chronicon Iustiniani eum sepultum tradit. 1) Henricum vero Dandulum alii volunt ea in legatione excaecatum esse. Dandulus (col. 289 B) eum 'visu aliqualiter obtenebratum' esse dicit. De sequentium legationum tempore videas L. Streit, 'Venedig und die Wendung des 4. Kreuzzuges' (1877) p. 40, n. 118. 2) Fontes R. Austr. XII, p. 175. 3) i. e. Aegypti (Cairo). 4) 'd. h. dem Kalifen von Bagdad, Almustadhi' Streit l. c. p. 41, n. 123, qua autem ratione ductus, ignoro. Neque enim invenio kalifos quos vocant etiam Massamutorum dominos appellatos fuisse. Fuerunt autem Massamuti sive Moabitae populus hodiernum Marocco inhabitans.

1173. cum iam viribus et victualiis Anconitani defecissent, nec possent exercitibus resistere et se Venetis libentissime rendere[a] vellent, de quorum fide confidebant non modicum, quidam Lombardorum[1], qui pecuniam imperatoris Grecorum acceperant[b], causam imperatoris Romanorum destruere cupientes et Venetorum victorie invidentes, congregaverunt maximum exercitum et in auxilium Anconitanorum, qui penes iam exanimes effecti fuerant, festinaverunt. Veneti vero asperitatem hiemis timentes et in portu Ancone diutius propter hiemem esse non audentes, redierunt ad propria.

10. Anno vero illo imperator Federicus tertio[2] venit in Italiam cum maxima militum et peditum multitudine; sed Lombardi eum non receperunt[b], confidentes de societate quam fecerant contra eum, accepta Venetorum pecunia. Quasdam tamen eorum civitates imperator violenter obtinuit; et procedendo inde quandam civitatem Alexandriam, quam Lombardi in odium[c] edificaverant, obsidere cepit et eam ac Lombardos contra se venientes
1174. expugnat. Sed Papienses sponte ad eum redierunt, iurantes ei fidelitatem[3]; quod etiam et paulo post Cremonenses fecerunt[4]; qui cum de societate Lombardorum fuissent, mediatores inter ipsos et imperatorem extiterunt. Quanta ergo fecerit contra Lombardos tempore illo imperator et quam viriliter eos expugnaverit, quantum etiam Lombardi tunc fatigati fuerint expensis et exercitibus, non est nostre parvitatis exponere. Anno igitur eodem, qui fuit ab incarnatione Domini 1174, qui fuit convintus[d] captionis Venetorum, cum esset imperator apud civitates predictas et suos expugnaret inimicos, audiens de pace, quam dux cum prefato Christiano archiepiscopo et sui imperii principe fecerat, gavisus est multum. Idem enim archiepiscopus super pacem ecclesie laborabat et diligentius ducem quoque sepius invitabat, ut ipse super pace ecclesie suum prestaret auxilium et consilium; nam et imperator in tantum ducem et Venetos diligere cepit, ut scriberet multoties duci, quod eius arbitrio et laudationi de pace ecclesie informanda stare vellet libenter[5]. Confidebat quidem de ducis honestate et Venetorum constantia, et laborabat propensius, ut et ipsum ducem et Venetos sibi faceret fidos amicos. Cum ergo super pace ecclesie etiam ipse dux sincere laboraret et fide, et quidam honesti viri[6], quos reges Francie et Anglie duxerant[e], ad reformandum dominum papam et imperatorem iam firme induxissent, mandavit idem dominus papa duci, quod ad pacem hanc reformandam Venecias accedere, duce annuente, volebat. Quod verbum placuit duci et Venetis omnibus. Mandaverat enim tam dominus papa quam imperator ad diversas partes mundi, ut archiepiscopi, episcopi, abbates quoque et ecclesiastici viri ac seculares principes, ut apud Venecias convenirent, quia Venecia tuta erat omnibus et fertilis et abundans in omnibus et gens eius quieta et pacis amatrix.

11. Anno, inquam, Domini 1177, cum ex principibus et magnatibus Alemanie, Francie, Anglie et Hispanie et Ungherie et totius Italie, tam ecclesiasticis quam secularibus, plures in civitate Veneciarum convenissent, quorum nomina inferius sunt descripta, pacem ecclesie dicti[f] inter dominum papam et imperatorem cupientes ipsumque
Mart. 25. dominum papam ibi diutius expectantes, die septimo[7] exeunte mense Martii venit dominus papa cum undecim galeis, quas ei rex Wilelmus[g] dederat, et apud Sanctum Nicolaum[8] a filiis ducis et honestis viris receptus, ibidem die illo fuit hospitatus. Altera autem die, que fuit
Mart. 24. vigilia annuntiationis beate Marie, ipse dux et magnates Veneti, patriarcha quoque[9] ac episcopi et clerici omnes, induti sacerdotalibus vestibus, honeste satis et magnifice cum crucibus et aptatis navibus ad domini pape venerunt pedes; et inde recepto domino papa in nave ducis, que satis gloriose preparata fuerat, sedit dux ad dexteram eius et patriarcha

a) *i. e.* reddere. b) accip. *et mox* reciper. *c.* c) *suppl.* eius. d) *corruptum esse ex* quintus *rectissime conicere videtur v. cl. noster Holder-Egger, quamquam annus ille demum quartus captionis istius fuit, de qua videas supra p. 78.* e) *legendum:* direxerant. f) *manifeste corruptum, legendum* fieri *vel tale quid.* g) Velmus *c.*

1) sc. 'comitissa de Bertenoris et Guilielmus de Marchesella de Ferraria' Dandulus (col. 299 B) fortasse ex Romoaldi Annalibus, SS. XIX, p. 441. 2) Immo quinto. 3) Cf. Prutz, 'Friedrich I.' II, p. 236. 4) Ibid. p. 300. et 360. 5) Haec licet in maiorem Venetorum gloriam exaggerata esse manifestum sit, tamen praetereundum non est, Romoaldo quoque teste Venetos propter frequentiorem cum imperatore usum Lombardis in suspicionem venisse. Ait enim ille ad annum 1177 (SS. XIX, p. 446), ubi contentionem de loco colloquii inter imperatoris et Lombardorum nuntios exortam narrat: *Lombardi suspectos habebant Venetos, asserentes illos pacis cum eis initae foedera violasse et saepe imperatoris nuncios contra hoc quod statutum inter eos fuerat, recepisse.* 6) Cf. infra p. 84. 7) Immo nono die exeunte mense Martii, id est die 23. Martii, ut iam ex sequenti patet. Cf. Romoaldi Ann. l. l. p. 443 sq. 8) Monasterium S. Nicolai ad litus. 9) sc. Gradensis, Henricus Dandulus.

1177. Henricus Dandulus ad sinistram; et ita cum processione et gloria magna venerunt omnes ad ecclesiam beati Marci; ubi tanta erat multitudo virorum ac mulierum, adventum domini pape expectantes, qui non solum ecclesiam repleverunt totam, sed etiam superiora ecclesie et totius brolii[1] occupaverant loca; ibique super pace ecclesie Dei et Lombardorum cum duce et sapientibus viris consilia per decem septem dies celebravit. Vocatus autem a Lombardis, qui pacem imperatoris occulte fugiebant, adivit Ferrariam; et illic per aliquot dies demoratus, iterum venit Venecias; et secundo a duce, clero ac populo, sicut primo, fuit receptus. Venerat quidem predictus Christianus archiepiscopus in Venecias, qui inter dominum papam et imperatorem quasi mediator extiterat; et cum viris honestis, quos reges Francie et Anglie miserant, ac cum duce prefato pacis loquebatur verbum. Factum est autem, quod cooperante Spiritus sancti gratia pax ipsa, quam totus fere mundus cupiebat, fuit statuta; et missum est ad imperatorem, ut et ipse Venecias in propria, sicut diu optaverat, veniret persona. Qui letus factus cum de pace, quam divino tactus spiritu optabat, tum etiam de ducis et Venetorum prudentia, quos sua amicicia copulare satagebat, hoc ordine venit Venecias. Ducis namque filius Petrus, qui satis bone indolis erat, usque Ravenam cum multis nobilibus obviam ei exivit[2]; et cum Clugiam cum eo omnes honeste venissent, ubi et cardinales domini pape obviam illi venerant, cum sex galeis proborum virorum, quas dux ad eum recipiendum miserat, usque ad Sanctum Nicolaum venit; ubi alter ducis (Iul. 23.) filius Iacobus, iuvenis egregius, et multi cum eo nobiles viri eum receperunt. Altera vero die, que fuit vigilia beati Iacobi apostoli, dux, patriarcha et episcopi et clerus ac populus (Iul. 24.) cum magna pompa et paratis navibus ad eum venerunt. Recipiens eum dux in navi sua, quam magnifice preparaverat, sedit ad dexteram eius et patriarcha ad sinistram; et venerunt omnes cum gratia et letitia magna ad ecclesiam beati Marci, ubi inaudita convenerat multitudo, que venerat ad tantum gaudium et ad eum videndum. Stabat enim papa in ianua ecclesie, super solium sedens, et circa eum cardinales, archiepiscopi et episcopi, abbates, priores et multi honesti viri erant[3]; ad quem accedens imperator, primo pedes, deinde os eius coram omnibus est osculatus. Inde vero surgentes, papa medius inter imperatorem et ducem, ecclesiam intrantes, *Te Deum laudamus* cantaverunt; et exinde omnes gratias Deo egerunt, gaudentes et exultantes et pre nimia letitia flentes; et sic accessit imperator ad altare beati Marci et ibi munera obtulit non pauca. Recepit autem eum dux in palatio suo cum nobilibus et militibus, qui secum venerant, et cum familia sua. Fuit ergo letitia magna die illo in Veneciis, et super pace universe letabantur gentes, dicentes Venetis: 'O quam beati estis, quia tanta pax apud vos potuit reformari; hoc quidem erit memoriale nominis vestri in eternum'. Fuit ergo pax ecclesie inter dominum papam et imperatorem in Veneciis corroborata et apud omnes vulgata eodem die. Cepit ergo dominus papa extunc solicite laborare, ut ad gratiam et pacem imperatoris Lombardos reduceret; sed cum eos conditionaliter recipere noluisset, ad hoc inductus est, quod treguam usque ad sex annos eis fecit. Nam et predicto regi Siculo, cuius cause dominus papa paterne fovebat, ad eiusdem domini pape instantiam quindecim annorum treguam se observaturum promisit. Cum duce autem et Venetis pacem, quamcumque voluerunt[a], fecit et amiciciam; et sic in letitia et gaudio magno duobus fere mensibus in Veneciis moram faciens, multos honores se Venetis exibiturum promisit et fecit, antequam recessit. Sic constat manifeste in historia de hiis continente[4]; et exinde amicissimus eorum factus, ad terras sui imperii, quas diligebat, accessit[5]. Dominus vero papa, negotiis ecclesie attendens, intrusos eiecit et deletos restituit episcopos et ecclesiasticos viros; qui etiam usque ad medium mensem Octobris[6] in Venetiis demoratus, grates plurimas duci et Venetis attulit. Hic indulgentiam de pena et de culpa omnibus dedit vere penitentibus et confessis, si quis ad ecclesiam sancti Marci in die ascensionis domini nostri Iesu Christi peregre fuerit, die illo incipiente a vesperis vigilie illius diei, finiente die sequenti tota. Et comendans illos

a) voluent *c.*

1) Brolium nominabatur illa platea ante ecclesiam S. Marci, quae antiquitus arboribus erat consita. 2) Hoc quidem falsum est; nam imperator Fridericus iam abhinc complures hebdomades Ravenna profectus primo Pomposam, deinde Clugiam (i. e. Chioggia) venerat. 3) Cf. Relatio de pace Veneta, SS. XIX, p. 462. 4) Quam historiam auctor noster hic indicet, prorsus ignoramus. 5) In annalibus supra p. 72. editis (et exinde in Dandulo col. 307 B) traditur, imperatorem die 18. mensis Septembris Venetiis recessisse; sed verum hoc sit necne, non satis constat; videas quae disserui 'Forschungen' XX, p. 424. 6) Usque ad diem decimum sextum mensis Octobris teste eodem annalista, p. 72.

1177. Deo ac benedicens, cum quatuor galeis proborum virorum, quas dux illi dedit, in Apuliam transit, inde ad propria accessurus. Pretermittendum non est, quod dominus predictus Apr. 3. quinta[1] dominica quadragesime, que est Letare Ierusalem, missam apud Sanctum Marcum celebravit; et processionem tunc fecit, in qua rosam detulit auream, satis speciosam et magnam, quam imperatori vel regi dare consuetudinem habet; quam[a] quidem, celebrata missa, duci propria obtulit manu. Qui dominus papa celebravit missam apud Sanctum Petrum de Castello et Sanctum Danielem, apud Sanctum Marcum plures; et tres in Rivo-alto Apr. 9. ecclesias consecravit et ecclesiam sancte Marie de Caritate die nona mensis Aprilis, ecclesiam sancti Salvatoris die .... mensis ....[2] Sed et munera magna et plura a duce et a comuni Veneciarum atque etiam a multis nobilibus viris et mulieribus diebus illis fuit dominus papa consecutus.

12. Qui interfuerunt predicte paci sunt infrascripti:

Pontius Claremontis episcopus cum hominibus 30.

Bonevallis abbas[3] cum hominibus 13[b]; qui ambo a rege Francie et a rege Anglie missi sunt huius pacis exsistere mediatores.

Urlicus[4] Aquileiensis patriarcha cum quodam episcopo suo et comite Migenardo[5], cum hominibus 300.

Philippus Coloniensis[c] archiepiscopus cum Mindensi[d] abbate[6] et abbate Verdensi[7] et abbate Papiensi de Aureo Celo[e, 6] et preposito[f] Bononiensi[8] et comite Federico de Altena[g, 9], cum hominibus 400.

Christianus Maguntinus archiepiscopus cum Pisaurensi electo[10] et cum abbate Sancti Iacobi[11] et Enrico decano maioris ecclesie et quattuor prepositis et quodam comite fratre suo[12] et aliis quattuor comitibus, cum hominibus 300[h].

Wichimanus Madeburghensis episcopus cum abbate de Berga[i, 13] et aliis abbatibus et quatuor prepositis et duobus comitibus et uno marchione, cum hominibus 300.

Arnaldus Trevirensis[k] archiepiscopus cum hominibus 50.

Corradus Salisburgensis[l] archiepiscopus[14] cum Ottone palatino comite, cum hominibus 125[m].

Albertus archiepiscopus Salisburgensis[l], qui deiectus fuit, cum quodam preposito et priore et duobus comitibus, cum hominibus 60.

Algisius Mediolanensis archiepiscopus[n] cum Milone episcopo Tauriensi[15] et archidiacono et archipresbitero suo et abbate Sancti Dionisii[16], cum hominibus 60.

Rolandus[17] archiepiscopus Salernitanus cum hominibus 60.

Rogerius comes Andrie cum duobus notariis curie regis dicti, cum hominibus 330.

Girardus archiepiscopus Ravenatensis cum hominibus 50.

Bertrandus Acquensis[18] archiepiscopus cum Foroiuliensi[19] episcopo, cum hominibus 12.

Robertus Vienensis archiepiscopus cum Petro Morincensi episcopo[20] et duobus abbatibus, cum hominibus 50.

Everardus Bisantinus archiepiscopus cum magistro cantore ecclesie, cum hominibus 30.

Lampridius Iadratinus archiepiscopus cum hominibus 12[o].

a) qua *c.* b) 23 *Olmo et Morari, qui eundem catalogum aliis ex chronicis Italicis saeculorum posteriorum ediderunt in libris suis. 'Historia della venuta a Venetia di papa Alessandro' (Venet.* 1629) *et 'Historia della citta di Chioggia' (ed. F. L. Naccari* 1870). c) Colonensis *c.* d) l'abbate Mediense *O. et M.* e) cielo *c.* f) proposito *c.* g) Aliena *c. habere videtur.* h) 500 *O.*; 350 *M.* i) Barga *O.* k) Tretierensis *vel* Treturensis *c. habere videtur.* l) Saliburgensis *hic c. et postea* Sabsisburgensis *habere videtur.* m) 250 *M.; apud Olmum hic cum sequenti in unum confunditur.* n) episcopus *c.* o) 112 *O.*

1) Immo quarta; cf. Vitam Alexandri III. papae a cardinale Bosone scriptam ap. Watterich, Vitae pontificum II, p. 438. 2) 29. Aug. (Cornelius, Ecclesiae Venetae Dec. III, p. 249). 3) Hugo de Bonnevaux, de quo videas Prutz, 'Friedrich I.' II, p. 315. 4) Sive Udalricus. 5) Meinhardo de Goricia. 6) Cuius nomen ignoro. 7) Werden (Coloniensis dioeceseos), cuius abbas fuit a. 1175—1183. Wolframus de Kyrburg. 8) i. e. Bonnensi, cui nomen erat Lotharii; cf. Lacomblet, 'Niederrhein. UB.' I. 9) Cf. Erhard, Regesta hist. Westfaliae II, p. 136. 10) Cui nomen erat Stephanus (Ughelli, Italia Sacra II, col. 859 A). 11) Godefrido I. 1151—1178; cf. Gallia christ. V, p. 643 D. 12) Cui nomen Hugonis an Henrici an aliud fuerit, etiam Varrentrapp in libro suo de Christiano Moguntino ignorat (p. 8). 13) Sigfridus II. 'per Wichmannum archiantistitem collegio obtrusus' Meibom. in chronico monasterii Bergensis (ad Albim prope Magdeburg). 14) Conradus de Wittelsbach, quem hac demum pace Salisburgensem archiepiscopum ordinatum esse, notum est. 15) Turin. 16) Mediolanensis; cuius nomen ignoro. 17) Immo Romualdus famosissimus. 18) Aix (Aquae Sextiae). 19) i. e. Fréjus; episcopus Fredolon vocabatur. 20) S. Iohannis de Maurienne.

Artvycus Augustensis episcopus cum duobus abbatibus et decano maioris ecclesie et duobus prepositis, cum hominibus 100[a].

Ludovicus Basiliensis episcopus cum quodam abbate, cum hominibus 30.

Rodolfus Argentiniensis episcopus cum archidiacono et preposito suo, cum hominibus 50.

Enricus Lubicanus[b] episcopus cum prepositis duobus et alius quidam episcopus cum eo cum quodam preposito suo, cum hominibus 10.

Anno Mindensis[c] episcopus cum hominibus 20.

Arnaldus Osnabrugensis[d] episcopus cum hominibus 30.

Conradus Vormatiensis[e] electus cum decano suo, cum hominibus 30.

Eberardus[f, 1] Merburgensis episcopus cum quodam abbate suo, cum hominibus 30[g].

Wolricus[h] Alvensantensis[2] episcopus cum hominibus 16.

Romanus Gurgensis episcopus cum duobus prepositis[3], cum hominibus 50[i].

Hermanus Bamburgensis episcopus, qui iacet apud Sanctum Marcum in ecclesia sancti Iohannis baptiste, et cum eo tres archidiaconi et quatuor prepositi et decanus matricis ecclesie, cum hominibus 100.

Sigifredus[k] Brandeburgensis episcopus cum quodam abbate suo, cum hominibus 30[l].

Thebaldus Pataviensis episcopus cum duobus archidiaconis[m], cum hominibus 50.

Marsilius Balneoriensis[4] episcopus cum hominibus 25[n].

Salamon Tridentinensis episcopus cum hominibus 30.

Otto Albensis[o, 5] episcopus cum hominibus[p] 10[q].

Thebaldus Placentinensis episcopus cum duobus prepositis, cum hominibus 20.

Iohannes Bononiensis episcopus cum quodam preposito suo, cum hominibus 30.

Gualla Bergomensis episcopus cum hominibus 21[r].

Albericus Laudensis[6] episcopus cum abbate Sancti Petri et preposito Sancti Geminiani et quattuor consulibus, cum hominibus 18[s].

Iohannes episcopus Mantue, qui eiectus[t, 7] fuit, cum hominibus 20.

Offredus Cremonensis episcopus cum hominibus 40.

Iohannes Brissiensis[u, 8] episcopus cum hominibus 30.

Garsendonius[v] Mantuanus episcopus cum hominibus 28.

Guielmus Astensis electus cum hominibus 15.

Anselmus Comensis episcopus cum quodam archidiacono suo, cum hominibus 20[w].

Albriconius Regiensis[x] episcopus cum archidiacono et preposito suo, cum hominibus 40.

Gerardus Paduanus cum archidiacono Sacensi[y, 9], cum hominibus 26.

Obertus Acquensis[10] episcopus cum hominibus 17.

Omnibonus Veronensis episcopus cum hominibus 25[z].

Sigifredus Tuunensis[11] episcopus[a] cum hominibus 10.

Ugo Mutinensis episcopus cum hominibus 20.

Petrus Papiensis episcopus cum archipresbitero et preposito suo, cum hominibus 30.

Uldoricus Tarvisiensis episcopus cum hominibus 20.

Quidam alius[b] episcopus Cremonensis[12], qui eiectus fuit, cum hominibus 20

a) 24 *O., ubi etiam omittuntur abbates, decanus et praepositus; item M. in marg.* b) Gubicanus *c.* c) Annomidensis *c.* d) Osabugensis *c.* e) Vomartiensis *c.* f) Ebmerardus *c.;* Eberardo de Mesborgo *O.;* Eberardo vescovo Masburgense *M.* g) 16 *O.;* 15 *M.;* 16 *M. in marg.* h) *hic omittitur O.* i) 30 *M.* k) Sigismundo *M.* l) 25 *M., sed in marg. habet* 30. m) *duos abbates addit O.* n) 15 *O.* o) Albensicsensis *vel* Albensusensis *c. habere videtur.* p) *vox* hominibus *abhinc non semper expressa a nobis ubique repetita est.* q) 12 *M.* r) 12 *O. et M. in marg.* s) 19 *O. et M. in marg.*, 28 *M.* t) electus *c.* u) Bussiensis *c. habere videtur.* v) Garsendocus *c.* w) 40 *O.* x) Regensis *c.* y) de Sazil *O. et M. in marg.* z) 26 *O.* a) di Ceneda *O. et M. in marg.;* Tumense *M.* b) Odoardo *M. in marg.*

1) Eberhardus Merseburgensis. 2) Halberstadensis, de quo videas Reuter, 'Geschichte Alexanders III.' Vol. III, p. 754. 3) 'Wohl der Dompropst Dietrich von Gurk und der Propst Eckehard von Maria-Saal', Meiller, Regest. archiepiscoporum Salisburgensium p. 487, nr. 30. 4) Bagnorea Romanae provinciae. 5) Alba Pompeia dioecesis Mediolanensis. 6) Lodi. 7) Cf. LL. II, p. 148. 8) Brescia. 9) Secundum Mittarelli in Annalibus Camaldulensibus IV, p. 79. a. 1178, 10. Kal. Ianuar. Iohannes Bonus archidiaconus Saccensis (Sacco prope Paduam) fuit. 10) Acqui. 11) Huius nominis cum nullum episcopatum inveniam atque Sigifredum Cenedensem episcopum huic paci interfuisse constet (cf. Muratori, Antiq. IV, col. 285 B), Olmi et Morari lectio praeferenda est. 12) Presbyter. Cf. Sicardi chron. (Murat. SS. VII, col. 600 D).

Drudus Feltrensis episcopus cum hominibus 20.

Gerardus Concordiensis episcopus cum hominibus 20[a].

Stephanus Pisariensis[1] electus cum hominibus 20.

Gentilis[b] Auximanus[2] episcopus cum hominibus 25[c].

Zizolinus[3] Ariminensis[d] episcopus cum hominibus 20[e].

Ermenganus[f] Provincialis, electus Beati Egidii[4], cum duobus comitibus et advocatore ecclesie, cum hominibus 30.

Guielmus Amaneus, de Silva Maioris electus[5], cum quodam priore, cum hominibus 22[g].

Philippus Pollensis episcopus cum hominibus 17[h].

Warnandus[i] Tergestinus episcopus cum hominibus 30.

Pravedinus Ferrariensis episcopus cum hominibus 26.

Iohannes[k] Parentinus episcopus cum hominibus 8.

Henricus[l] Insurgnensis[6] abbas cum hominibus ...

Rogerius[m] Numburiensis, abbas Sancti Georgii[7], cum hominibus 10.

Sigifredus eiusdem loci[8] abbas cum hominibus 25[n].

Bertoldus[o] Mislevensis[9] abbas cum hominibus 25.

Henricus Salisburgensis[10] abbas cum alio Henrico abbate Elsimbanensi[p,11], cum hominibus 5.

Abbas Gigus Sancti Salvatoris Papie cum hominibus 6.

Rodulfus de Ponte-Usentie[12] prior[q] cum hominibus 11.

Iohannes abbas Acque-nigre[13] cum quodam comite, cum hominibus 25.

Quidam abbas de Parisiis cum hominibus 15[r].

Quidam abbas Burgundie cum hominibus 8.

Daniel[s] electus abbas, duo abbates Papie cum hominibus 12.

Guielmus Frasinorensis[t,14] abbas cum hominibus 20.

Gottifredus[u] Sextensis[15] abbas cum hominibus 20.

Ugo abbas Dumentensis[v,12] cum hominibus 10.

Gualterius abbas Ariminensis de Sancto Gaudentio cum hominibus 5[w].

Petrus abbas Sancti Vitalis Ravenne[16] cum hominibus 5[x].

Iohannes Fontis-Volani[y,17] prior cum hominibus 10.

Deodatus Massiliensis[18] abbas cum hominibus 5.

Quidam prior Francie cum hominibus 5.

a) 10 *O. et M. in marg.* b) Genalis *c.* c) 24 *O. et M. in marg.* d) Arminensis *c.* e) 12 *O. et M.* f) Ermengario *O. et M. in marg.* g) *hunc numerum, qui deest in c., habent O. et M.* h) 20 *O. et M.* i) Guarnardo *O.;* Guainarda *M. in marg.* k) *nomen in c. omissum, exhibent O. et M.* l) *hic deest apud O. et M., qui hoc loco* Henricum abbatem de S. Olderico cum hominibus 7 *proferunt.* m) Regerius *c.; ante hunc abbatem M. ponit quendam* Sguarnerio abb. Pavense cum hominibus 11 *(cf. Cicogna, 'Inscrizione Veneziane' vol. IV, p. 591, n. 15).* n) 10 *O. et M. in marg.* o) *deest O.;* B. abb Illislinense *M.* p) de Silisbach con quattro suo prepoxiti, con homeni 25 *O. et M. in marg., ubi vero desunt* 4 *prepositi;* abbate detto Enfilbachio *M.* q) priori *c.;* de Ponte vsane *O.;* da Ponte Usanne *M.* r) 25 *O. et M.* s) Daniel Alen abbado con homeni 12. Dò abbadi de Pavia con homeni 12 *O.;* Daniel Elenio abbate con hom. 25 *et postea* Due abbati da Pavia con hom. 12 *M.* t) Fransinense *c.;* Frasmorente *O. et M. in marg.* u) *hic deest O.* v) de Dumet. *O.;* Damorense *M.* w) 8 *O. et M. in marg.* x) 6 *O.* y) de Fonte Velana *O.*

1) Pesaro. 2) Osimo. 3) Sive Zuzelinus, i. e. Ioscelinus. 4) 'Ermengaudus S. Egidii (St. Gilles) monasterii ecclesiae Nemausensis (Nîmes)'; Gallia chr. VI, col. 489 B. 5) Guillelmus de Cambanore a. 1178. abbas fuit monasterii Grandis-silvae dioec. Tolosanae, quod etiam Silva maior dicitur; Gall. chr. XIII, col. 128. 6) Hasungiensis? cf. Stumpf, Acta Magunt. nr. 80. et 81. (Hirsaugiensis abbas annis 1176—1188. fuit Conradus II; cf. Gall. chr. V, col. 769 C). 7) Qui saepius citatur in Thuringia sacra II, 687. 'Descriptio historica monasterii S. Georgii ad Numburgum' (Naumburg). 8) Immo Sifridus Nuenburgensis sive Nuemburgensis abbas, de quo videas v. Heinemann, Cod. dipl. Anhaltinus I, p. 411. 417 etc., fuit abbas monasterii Nienburg provinciae Magdeburgensis. 9) Ubi hoc monasterium sit, ignoro. Fortasse legendum 'Illislevensis' i. e. Hillersleben versus septentrionem a Magdeburg. An pro 'Memleben'? 10) Abbas S. Petri monasterii Salisburgensis, secundus huius nominis; cf. Meiller, Regesta archiep. Salisb. p. 364. 11) Elsenbach, postea St. Veit (an der Rott); cf. Meiller ibid. p. 480. 12) Neque huius monasterii notitiam habeo. 13) Huius nominis duo exstant monasteria, unum in episcopatu Brixiensi, alterum in Papiensi. 14) i. e. Fraxinorensis abbas (Frassinoro apud Modenam); cf. Muratori, Antt. IV, col. 221. 15) Sesto in Friaul; cf. Cappelletti, 'Le chiese d'Italia' IX, p. 88, et Manzano 'Annali del Friuli' II, p. 164. 16) Cf. Fantuzzi, 'Monumenti Ravennati' VI, p. 262. 17) i. e. Fontis Avellanae, de quo monasterio videas Mittarelli, Ann. Camaldul. IV, p. 68. 69. 18) S. Victoris (dioec. Massiliensis) abbas Deodatus (annis 1179—1181) commemoratur Gall. chr. I, col. 689 C.

Brocardus prepositus Maguntie Sancti Petri et Henricus decanus maioris ecclesie[1] cum quodam abbate, cum hominibus 21.

Ardoynus prothonotarius imperialis cum duobus prepositis, cum hominibus 40.

Gottifredus cancellarius imperatoris cum quodam preposito et uno comite, cum hominibus 60.

Decanus et cantor Viceburgensis[2] cum hominibus 7[a].

Uderlicus[b] Aquileie archidiaconus[3] cum preposito et archidiacono Salisburgensi, cum hominibus 25.

Sigimbertus[c,4] Salisburgensis prepositus et archidiaconus cum quodam alio archidiacono et tribus prepositis, cum hominibus 35.

Theodoricus Misinensis prepositus[5] cum hominibus 8[d].

Gottifredus clericus et nuncius regis Anglie cum aliis clericis Anglie, cum hominibus 42.

Archipresbiter Novarie[e,6] cum alio archipresbitero cum hominibus 5.

Dominicus Senensis[f,7] prepositus cum hominibus 12.

Pelagius prior Sancti Isidori et Iohannes sacrista Sancti Facundii[8] cum hominibus 15.

Quidam archidiaconus Leodiensis[g,9] et archidiaconus Berdeciensis[h,10] cum hominibus 25.

Cosmar[i] prepositus Quinque-ecclesiarum in Ungharia cum hominibus 10.

Iohannes archidiaconus Polle[11] cum hominibus 15.

Quatuor canonici Sanorienses[k,10] cum hominibus 15.

Rogerius[b] archipresbiter Florentie cum hominibus 10.

Decanus Lingonensis[l,12] cum hominibus 25.

Ugo decanus Aurelianensis[13] cum hominibus 15.

Et alii clerici Francie quinque cum hominibus 15.

Gualterius Laudinensis[m] archidiaconus[14] cum hominibus 10[n].

Burcardus[o] Sancte Marie Carnotensis[15] archidiaconus et cancellarius cum hominibus 20.

Otho Acbergensis[p,16] prepositus cum hominibus 15.

Leopoldus dux Austrie cum hominibus 160.

Dux Carinthie[q,17] cum hominibus 125.

Henricus Pratenorius comes[18] et Coradus Autenensis[r] marchio[19] et Artwicus[s] de Caunato Camnens[20] cum hominibus 36.

a) 25 *O. et M. in marg.* b) *hic deest O.* c) Sigiboto *O. et M. in marg.* d) 4 *M.* e) di Navarra *O. et M.* f) de Sariana *O. et M. in marg.*; Ercense con. hom. 4 *M.* g) Leonensis *c.*; Leodicense *M.* h) Bedeciense *M.*; *nomen deest O.* i) Cosma *O.*; Cosmo *M.* k) *vel* Sanocenses *c. habere videtur*; de Anagna *O. et M.* l) con altri 4 clerexi de Franza *add. O. et M. in marg., omissis illis* 5 *clericis Franciae qui paulo post commemorantur.* m) Landin. *c.*; de Loldin *O.* n) 20 *O.* o) Burcandus *c.*; Burchardo de Carimonta *O.*; Blancardo di S. Maria di Cormons *M.*; Brurcardo de Carimonta *M. in marg.* p) Beborgese *O.*; Beburgense *M.* q) *hic deest O.* r) *vel* Halenensis *c. habere videtur*; Henrico conte di Praterno et Conrado marchese Athenes (Athonas) et Artinico (Artimico) de Cavriaco cattanio con homeni in summa 136 *O. et M. in marg.*; Henrico conte di Prata, Corrado marchese Vivense, Antonio Cavriaco canonico con hom. 36 *M.* s) Arturicus *c.*

1) Videas Stumpf, Acta Maguntina nr. 84. 2) Perseus vel Persius ecclesiae Wirceburgensis cathedralis decanus fuit hoc anno; cf. Ussermann, Germania sacra illustr. (ed. 1794) t. III, p. 182. 183. 3) Cf. Cappelletti, 'Le chiese d'Italia', VIII, p. 248. 4) Immo Sigiboto, ut habet etiam Olmo. Cf. Meiller, Regesta archiepiscoporum Salisburgensium p. 487 nr. 30, ubi etiam de his duobus praepositis Salisburgensibus aliquantum fusius agitur. 5) Qui postea (anno scilicet 1191. vel 1192) Misnensis episcopus electus est; cf. Calles, Series Misnensium episcoporum (1752) p. 146. 6) Cuius nomen ignoro. 7) Siena. 8) Monasteria Hispaniae. 9) Lüttich. Henricum Castrium (de Blieskastel) archidiaconum, Friderico imperatori familiarissimum, 'ab hoc conventu abfuisse', dicit Fissen, Hist. eccl. Leodiensis (1642) p. 399. Otto quidam archidiaconus Leodiensis testis est a. 1177, 24. Maii, Lacomblet, 'Niederrh. UB.' I, p. 325. 10) Unde haec nomina corrupta sint, nescio. 11) Pola? 12) Langres, cuius ecclesiae decanus his temporibus fuit Manasses; cf. Gall. chr. IV, col. 585 sqq. 13) Cf. Gall. chr. VIII, col. 1454 A. D. 14) Archidiaconus huius nominis abbatiae S. Vincentii commemoratur ad a. 1178. ap. Wyard, 'Histoire de l'abbaye de S. Vinc. de Laon' (1858) p. 431. 15) Chartres; sed hic in Gallia chr. t. VIII. non commemoratur. 16) Achberg in Württemberg? an legendum 'Aquensis prepositus'; cf. Böhmer, Acta imperii nr. 133. 17) Hermannus. 18) Quem comitem Brectanori (Bertinoro) fuisse, facile opinaberis; sed cum ultimum horum comitum nomine Reinerium eodem anno 1177. Venetiis sine liberis defunctum esse constet (cf. Mittarelli, Ann. Camaldul. III, p. 329), atque etiam duo ceteri comites fuerint nobiles Foroiulienses, hic quoque Henricus eiusdem provinciae comes fuisse videtur; fortasse, ut dicitur apud Morari, comes fuit Pratae, quamquam postea alius eiusdem loci comes nominatur. 19) d'Attems prope Udine; cf. Manzano, 'Annali del Friuli' II, p. 85. et 166. 20) Caporiaco sive Chiavoriaco; cf. Manzano ibid. II, p. 166; pro *Camnens* fortasse legendum *comes* vel *cataneus* (i. e. capitaneus).

Matthias[a] Magnus archidiaconus[b] Aquileiensis ecclesie cum hominibus 40.
Conradus de Bella-luce[1], comes imperialis, cum hominibus 30[c].
Conradus Latinerius[2], princeps imperatoris et marchio, cum hominibus 60[d].
Florentinus[3] comes Hollandie cum hominibus 60[e].
Marchio Marchello[f,4] cum hominibus 15[g].
Marchio Malespina cum hominibus 40.
Tonerisondus[h,5] potestas Verone et magnates quidam cum eo, cum hominibus 20.
Duo advocati Veronensium cum hominibus 11.
Potestas Bergomi cum hominibus 20.
Rogerius vicecomes et potestas Vercelli cum hominibus 16.
Consules 10 de Cremona cum hominibus 95.
Consules quatuor Placentini cum hominibus 15[i].
Pinamonte potestas Bononie[6] cum hominibus 15[k].
Girardus della Capella et alius Magnus cum eo, cum hominibus 35.
Consules[l] Mediolanenses cum hominibus 20[m].
Gerardus Carpenedi[7] cum hominibus 25.
Gerardus[n] Reginorum potestas[8] cum hominibus 15.
Ubertus comes Blandinande[o,9] cum hominibus 25.
Duodecim de potentioribus Cremone cum hominibus 65.
Corradinus palatiensis[p] comes[10] cum hominibus 25.
Manfredus Tarvisinus[11] cum hominibus 13[q].
Taurellus Ferrarensis[12] cataneus cum hominibus 20.
Tarvisinorum cattanei 9 cum hominibus 45.
Saurus comes Verone[13] cum hominibus 30.
Guezellon de Camino[14] cum hominibus 30.
Schinella comes Tarvisii[15] cum hominibus 15[r].
Guezelletus Prate[16] cum hominibus 25.
Albertus[s] de Obizo marchio de Este[17] cum hominibus 110[t].
Albertus de Castello-novo comes[18] cum hominibus 20.
Consules[u] Ferrarie cum hominibus 20.
Rainerius[v] potestas Perusie cum comite Vultarino[w,19], cum hominibus 20.
Leo[x] de Monumenta[20], Romanus princeps, cum hominibus 18.

a) *ante hunc O. exhibet* Henrico conte de Diessa[21] con homeni 20, *quem M. quoque postea profert.* b) grandhuomo *O. et M. in marg.*; Grandelione *M.* c) *O. post hunc addit:* Teodorigo marchese de Landersbech con Diedo sò fratello conte[22] con homeni 40; *item postea M. in marg.:* Teodorico marchese Landesburch con il conte Diedo suo fratello con hom. 60. d) 16 *M.* e) *additur hic apud O., postea apud M.:* Conrado marchexe del Monferà[23] con homeni 20. f) Marcello *O.* g) 115 *O.* h) Toresendo .. con un altro signor con homeni 60 *O. et M.* i) 35 *O. et M., ubi hic adduntur:* Consoli 4 de Novara con homeni 16; 4 consoli d'Alexandria della Paia con homeni 35 *(16 M.)* k) 16 *M.*. l) 4 cons. *O. et M.* m) 30 *O. et M in marg.* n) *omittitur hic ab O.*; G. Rigamori podestà con hom. 13 *M.* o) de Beladenada con hom. 27 *O.*; di Valdonato con hom. 65 *M.*; di Belladonada con hom. 27 *M. in marg.* p) de Palazzol *O.*; di Palazzuolo *M. in marg.* q) *O. et M. hic add.:* Ezelin cattaneo Tarvisin[24] con homeni 30 *(35 M.)*; *necnon:* il conte Modiciense con hom. 24 *M.* r) 20 *O. et M.* s) Alberto et Obizzo marchesi d'Este *O. et M.* t) 180 *O. et M. in marg.*; 100 *M.* u) *hi desunt O.* v) Renuzzio *O.*; Ranuccio *M.* w) *hic omittitur O*; di Volterra *M.* x) Leone Romano principe di Benevento *M.*

1) 'Von Ballenhausen (südwestlich von Weissensee in Thüringen'); Böhmer, Acta imp. nr. 134. 889. 2) De Lucinardo? Böhmer, Acta nr. 889. 3) Florentius, qui saepius occurrit; cf. Stumpf, Acta nr. 156. 4) An Marrvellus Malaspina marchio, qui ad a. 1178. Böhmer, Acta nr. 157, citatur? 5) Turrisendus; cf. Muratori, Antt. V, col. 684 C. 6) LL. II, p. 157. 7) De Carpeneta sive Carpineto; cf. Murat., Antt. IV, col. 168. et SS. VIII, col. 1075. 8) Guidotus Reginus nominatur ap. Vignati, 'Storia diplomatica della lega Lombarda' p. 337. 9) Blandrate, Biandrate; cf. Morimond, Monumenta Aquensia II, p. 740; Fantuzzi, 'Monum. Ravenn.' VI, p. 281; Stumpf, Reg. 4210. 10) An Conradus comes palatinus Rheni, frater imperatoris? 11) Cf. Muratori, Antt. V, col. 1050 E. 12) Ibid. D; Fantuzzi VI, p. 281. 13) De S. Bonifacio, qui a. 1180. potestas Veronae factus est secundum Biancolini, 'Serie cronologica dei vescovi e governatori di Verona' (1760) p. 22. 14) Cf. Muratori, Antt. IV, col. 171. 15) Cf. ibidem V, col. 1050 E. et Böhmer, Acta imp. nr. 370. 16) Prata versus orientem et meridiem a Pordenone in Friaul; cf. Manzano 'Annali del Friuli' II, p. 150. 153-170. 17) Cf. Muratori, Antt. II, col. 82. V, col. 1050 D. et Savioli, 'Annali Bolognesi' II, 1, p. 67. 18) Sive Albertinus; cf. Muratori, Antt. V, col. 1050 D; Castellum novum num 'Castel Nuovo di Scrivia, nordöstlich Tortana' an 'Castel Noveto, westlich Mortara' sit (cf. Böhmer, Acta imp. Ind. p. 850), mihi non satis constat. 19) Volterra, ut vult Morari? 20) Vel potius de Monumento, de quo videas Gregorovius, 'Geschichte der Stadt Rom im Mittelalter' IV, p. 580 n. 21) Quem paci concludendae adstitisse, satis notum est. 22) Cf. Prutz, 'Friedrich I.' II, p. 381. 23) Ibid. 24) Ibid. p. 384.

Pepo rector Urbis-veteris[1] cum hominibus 10.
Consules Pisanorum cum hominibus 37.
Comes Aldobrandinus cum hominibus 33.
Comes Wido Guerra[a,2] cum hominibus 100.
Comes Cavacarontergo[b,3] cum hominibus 30.
Comes Walterius[4] cum hominibus 15[c].
Sunt omnes in numero 8420[d 5].

De singulis civitatibus Lombardie, Marchie, Tuscie atque Romagne ac Marchie Anconitane interfuerunt cattanei et potentes viri, quorum nomina et numerum ignoramus, et memorate paci interfuerunt.

13. Exeuntibus itaque universis e Venetiis et ad propria redeuntibus, vixit prefatus dux Sebastianus non longo tempore. Ante tamen quam moreretur hoc tetigit, in infirmitate positus, consilio et virtute sapientum virorum, ut quatuor honesti laici et Deum timentes, qui electi fuerant, super euangelia iurarent, quod quadraginta viros sine suspicione eligerent, qui in electione alterius ducis facienda aptiores sibi viderentur. Quod factum placuit omnibus, et ita iuraverunt illi quatuor viri. Dux vero, his stabilitis, in pace maxima pasche resurectionis festo celebrato, palatium reliquit et petiit sibi Sancti Georgii monasterium; (1178. Apr. 9.) ubi tantum die[6] ... vivens, migravit ad Dominum anno dominice incarnationis 1178, mensis Aprilis, filiorum causis optime stabilitis et bene compositis. Sepultus enim in sepulcro marmoreo fuit, quod ipse vivens sibi fecit parari[e].

SUPPLEMENTUM
ex Chronico quod vocant Iustiniani.

(cf. Andr. Danduli Annales col. 308 C) Aureus Mastropetro, vir utique preclarus et sapiens, cultor sanctorum, pauperum amator necnon divitiis affluens ultra modum, a 40 electoribus infrascriptis currentibus annis domini nostri Yesu Christi 1178, die 14. Aprilis dux creatus est. Tertia namque die post ducis obitum Sebastiani[7] universus Venecie populus in ecclesia beati Marci insimul unitur. Affuerunt ibi etiam illi 40 viri, qui electione illorum 4 virorum predictorum fuerunt electi; qui quidem omnes tactis euangeliis coram omnibus iuraverunt, quod, precio, precibus, amore et odio obmisso, illum elligerent in ducem, quem ad hanc dignitatem cognoscerent pociorem. Iuramentis igitur prestitis, et inter se consilio celebrato, pari voto et communi concordia hunc elegerunt in ducem Maurbio[8] commorantem. Qui, cum omnis populus dixisset: 'Fiat! fiat!' ductus est ad altare beati Marci, a quo vexilum in signum investicionis et victorie accepto, palacium honorabiliter intravit et patriam honeste et sapienter regere cepit. Nomina vero scriptorum 40 electorum sunt hec: videlicet domini Petrus Cornario, Iohannes Michael, Otto Quirino, Petrus Fuscareni, Leonardus Fradelo, Henricus Dandulo, Dominicus Memo, Marinus Storlado, Iohannes Moçenico, Raynerius Polani, Marcus Baxilio, Dominicus Silvo, Henricus Dauro, Iohannes Mauroceni[f], Rugerius Permarino, Iacobus Baduarii[g], Nicolaus Iustiniani[h], Iohannes Gradonico, Nicolaus Delphyno, Paulus Celssi, Franciscus Viglioni, Hermolaus Iusto, Paulus Barbo, Nicolaus Gauxoni, Petrus Barocio, Iacobus Viglari, Antonius Viadro, Ordelafus Faledro, Paulus Marcelo, Bernardus Centranico, Nicolaus Firmo, Nicolaus Mastropetro, Stephanus Çiani, Antonius Stornato, Daniel Bragadino, Iacobus de Mulino, Franciscus Georgio, Leonardus Maripero, Marinus Mauro et Coradus Betanio.

Hoc tempore anno Domini 1182. nequisimus Emanuel viam universe carnis ingressus est. Cui Andronicus successit in regno. Dux vero pacis amator tam efficaciter procuravit, quod cum dicto imperatore modo infrascripto Veneti pacem et concordiam habuerunt: vide-

a) Uida riuiera *c. haberē videtur.* b) Cavalcabò *O. et M. in marg.;* Cicala *M.* c) 14 *O. et M.* d) 6390 *O.* e) *hic desinit cod.* 3[a]; *lacunam usque ad pag.* 94, *ubi cod.* 3 *historiam ducum continuat, ex Chronico quod vocant Iustiniani, ut supra pag* 72. *indicavimus, explere conati sumus, remittentes vero lectores ad ea quae disseruimus 'Studien' I, p.* 148 *sqq.* f) Maurocē *c.* g) Baduar̄ *c.* h) Iustiñ *c.*

1) Orvieto; cf. Ciprian Manente da Orvieto, 'Historie' (1561), p. 70. 2) Tusciae comes; cf. Lacomblet, 'Niederrh. UB.' I, p. 297, nr. 426. 3) An marchio de Cavalcabobus? an de Cavregnanega (a Crema inter meridiem et occidentem)? an Caccia comes? 4) Faenensis; cf. Mittarelli, Ann. Camaldul. IV, App. col. 69. 5) Errat hic noster; quot autem praesentes fuerint, certum non est, cum adeo varius sit numerus hominum qui nobiles illos comitati sunt Venetias. 6) 'Die uno' secundum Dandulum, col. 308 A. 7) Paulo ante cum ab Iustiniano, ut ab Andrea Dandulo, traditur, Sebastianum ducem die 12. Aprilis ad S. Georgium se deferri fecisse ibique post unam diem defunctum esse, aut huius ducis electio in die 15. Aprilis aut Sebastiani ducis mors in die 12. ponenda est. 8) Mazzorbo.

licet quod Veneti coram imperatoris ambaxatore in Venecia a 4 capitibus civitatis ignem posuerunt per aliquod spatium duraturum, et etiam alia facta convenerunt in vilipendium And. Dand. col. 309 B Venetorum, que cum verbis non minimis scribere non valerent[1]. Imperator[2] vero postea, duce requirente, omnes Venetos captos ylariter liberavit et annalem promissionem fecit de dapnis celeriter resarcendis. Insuper imperator prefatus[a] hunc ducem prothosevastoris titulo decoravit; qui dux in multis scripturis, ut apparet, se subscribebat ultra solitum ducale titulum 'et imperialis prothosevastos'.

co. 310 D Hic dux pro tribuenda comodius iusticia civile et communi iudices comunis, quos forinsecorum vulgariter appelamus, de novo constituit, qui causas vertentes inter comune et speciales personas audirent et equo iuditio terminarent. col. 311 A Huius tempore dum Veneti cum Pixanis et Anconitanis divisi haberent discordias, Pixani consules vel rectores, duci suis nunciis delegatis, promiserunt Anconitanis auxilium vel subsidium ullo modo non prebere; atque hinc inde dimissis captis, treuguam usque ad decenium pariter iuraverunt.

col. 312 C Hiis temporibus in celo 3 lune vise sunt et in medio signum crucis, et post modicum tempus visi sunt 3 soles, et sol obscuratus est.

Huius tempore Iadra vice quarta anno Domini 1186. ducali dominio rebelavit, regis col. 311. dominationi se subiciens Hungarorum; qui rex civitatem muro undique circumclusit. Dux vero exercitu congregato civitatem Iadre obsideri mandavit, qui Pagum et alias insulas sibi animose subiecit, sed Iadram suo tempore non potuit rehabere[3]. Dux vero considerans col. 312 E col. 314 C potentiam Hungarorum, treuguas cum rege predicto per bienium affirmavit; quibus completis, de bienio in bienium treugue toto eius tempore renovantur.

col. 313 E Iste dux Ysachio Constantinopolitano imperatori 3 legatos, scilicet dominos Petrum Michaelem, Ottonem Quirino[4] et Iohannem Michaelem pro renovatione crusobolii et dapnorum restitutione transmisit; qui crusobolium obtinentes ad votum, sed de restituendis dapnis habuerunt dilationem. Hiis vero duci per ordicol. 314 C nem denotatis, videns dux, quod imperator Venetos de ablatorum restitutione trahebat in longum, duos alios legatos, videlicet dominos Petrum Cornario et Dominicum Memo procuratorem Sancti Marci primis tribus adiunctos anno Domini 1189. repente legavit. Qui legati una cum antedictis de resarcendis dapnis ex deputato comerclo[5] promisionem annis singulis receperunt.

col. 314 D Rursus hic dux consulibus Ferarie super iure vicisim redendi dominos Henricum Dandulo et Petrum Fuscareno legatos misit, qui pacta pro Venetis honorabilia composuerunt.

Huius ducis anno ultimo sui ducatus pro sancta fide catholica ad pasagium Veneti pergunt. Amplius eius tempore in 1187. mense Augusti soldanus Saladinus cum maximo gentium apparatu Ierusalem et Acon cum multis aliis civitatibus de christianorum manibus potentia subtraxit armorum. Iste dux quandam monetam vocatam aureolus, ut suo concf. ib. 313 B grueret nomini, cudi fecit; de qua etiam hodierna die in cartis, ubi pena apponitur 5 libr. auri, fit mentio singularis.

Hiis temporibus anno Domini antedicto quidam Veneti monachi corpus sanctissimum beatissimi Stephani[6] martiris de Constantinopoli subripientes, illud occulte Veneciam advexerunt eumque in monasterio Sancti Georgii debita reverentia colocarunt; et ob devotionem sancti predicti decretum fuit, ut dux in eius festo ad missas et vesperas dicti monasterii Sancti Georgii anno quolibet esse deberet.

Postremo, cum iste dux iam senex annis 14 ducasset, ex toto relictis mundanis, habitum religionis assumpsit et in monasterio Sancte Crucis vitam monasticam professus est; in quo postea moriens, in 1192, die 13. Iunii fuit egregie tumulatus.

Henricus Dandulo, senex discretisimus, generosus, largus et benivolus, congregatis omnibus a Grado ad Caput-aggerem, anno domini nostri Iesu Christi 1192, die primo Iunii[7] per 40 electores infra notatos electus est in ducem et sapientisimum provisorem; de qua cf. ib. col. 333 B creatione omnes Veneti sunt quam plurimum congratulati. Hec sunt nomina predictorum 40 electorum: domini Iohannes Geno, Laurentius Teupulo, Petrus Ziani, Dominicus Bonoaldo, Iohannes Stornado, Petrus Delfino, Leonardus Mazamano, Dominicus de Canali,

a, preffactus *c., et similiter alibi.*

1) Locus manifeste corruptus. 2) Ea tantum minoribus litteris exprimi iussimus, quae quam proxime ad Danduli verba accedunt. 3) Idem in chronico illo breviore traditur, quod falso Andreae Dandulo adscribebatur. Cf. 'Andr. Dandulo etc.' p. 43. 4) Octavianus Quirino is nominatur a Dandulo necnon in ipso crusobolio (Fontes rer. Austr. XII, p. 206). 5) Ita etiam codices meliores annalium Danduli, fortasse pro *commerdio*, quod teste Ducangio tributum ex commercio solutum esse videtur. 6) Ut iam antea, hoc iisdem verbis traditur in illo chronico atque paulo brevius etiam in chronico Marci, sed falsum est; nam corpus s. Stephani protomartyris iam anno 1109. Venetias translatum fuit. (Cf. Flamin. Cornelius, Eccles. Venetae decas XI, p. 2, et Dandul. col. 262 D). 7) Eundem diem exhibent meliores codices Danduli.

Blaxius Casulo, Petrus Iusto, Benedictus Grilioni, Andreas Iacobe, Marinus Tonisto, Andreas Barocio, Tomas Barbadico, Alexander Bragadino, Marinus Dandulo, Dominicus Fuscareni, Petrus Zopolo, Iohannes Fuscari, Antonius Gatileso, Aurius Gatulo, Dominicus Superantio, Dominicus Silvo, Constantinus Faletro, Matheus Iustiniani, Iohannes Iolo, Antonius Aurio, Dominicus Pantaleo, Vitalis Calbo, Bernardus Sanuto, Hermolaus Valareso, Iohannes Contareni, Iohannes Navigaioso, Petrus Francho, Vitalis Michael, Leonardus Mauroceno, Vitalis Ystrego, Andreas Fusculo atque Iohannes Bulçano.

Hic dux anno primo sui ducatus Veronenses, qui Venetos dapnificaverant, suis inhibito commercio, postea cf. Dand. col. 316. per eorum legatos de restituendis dapnis et strata Atycis non turbanda et immunibus Venetis conservandis recepta promisione, ad pristinam amiciciam revocavit. Iste gloriosus dux, finitis treuguis Hungarorum, bellum innovat Iadretinis et maris itinera illis undique claudit ac dominum Dominicum Michaelem Pagi et aliarum insularum Iadre fecit comitem et rectorem.

Hic dux monetam argenteam que appelatur grossi sive matapani valoris 26 parvorum, et qua etiam hodie utimur, in 1194. incepit suo tempore facere fabricari.

Hoc tempore dominus Iacobus Baduario ambaxator communis Venecie a rege Hermenie pulcherima privilegia obtinuit in honorem et commodum Venetorum[1]. Insuper iste dux anno col 317. predicto statuta edidit et maleficiorum promisionem a predecessore conditam reformavit, et in aliquibus additis et correctis Veneti usque diem ipsa utuntur in hodiernam. Hoc tempore, anno Domini 1194. curente, cf ibid completis treuguis Pisanorum, contra dictos Pixanos piraticam exercentes omnesque pro posse dapnificantes in mari galee 10 et naves 6 in Venecia subito armate fuerunt; cuius exercitus domini Iohannes Mauroceno et Ruçerius Permarino fuerunt in capitaneos[a] deputati; qui cum navibus mercatorum insimul de Venecia discedentes, urbem Polanam applicuerunt et a civibus dicti loci quod de iure dare Venetis tenebantur humiliter pecierunt. Qui Pollenses cum verbis obprobriosis et turpibus capitaneis dare aliquid denegarunt. Veneti vero dicti exercitus ob hoc indignati nimium et irati, civitatem potenter expugnare ceperunt, quam invitis[b] civibus habuerunt, et expoliata civitate murisque diruptis, eos reduxerunt ad fidelitatem pristinam. Capitanei vero inde recedentes et navigantes, Mothonum accedunt et habentes nova de 6 navibus Pixanorum mercibus honeratis[c], usque ad maturam[2] Pixanorum viriliter sunt progressi. Quibus repertis, sunt animosissime debelati; quarum duas cum multis ex eis ibidem ceperunt. In redditu vero eiusdem armate quandam aliam navem Pixanorum pro libito receperunt; quibus gestis, redierunt, secum 400 Pixanos Veneciam adducentes, propter quod eorum superbia fuit plurimum perdomata.

Hic dux excelsus privilegia gratiarum et immunitatum Venetorum ab Henrico VI. Romanorum imperatore obtinuit confirmari, ex quibus ducatus Venecie promisit persolvere imperatori predicto suisque successoribus omni mense Marcio libras 50 monete Veneciane et libras totidem piperis et unum palium. Actum fuit anno Domini 1197, indict. 15, 8. Ydus Iunii, anno imperii eius 7. et regni 28. et regni Sicilie 3[3].

Hiis temporibus ecclesia sancti Andree de Aymanis a reverendo episcopo Marco Nicola col. 319. de novo fundata est. Hoc etiam tempore archiepiscopus Tyrensis Venetorum iura indebite usurpabat. Dux iustus, hoc scito, duos nuntios, scilicet dominos Ursium Baduario et Marinum Iacobe summo pontifici delegavit; qui concesit, ut Veneti sint in iurisditiones suas integraliter restituti. Rursus iste dux Alexio Constantinopolitano imperatori pro renovatione cruso- col 318 D bolii et restitutione dapnorum ab Ysachio condam augusto promissa dominum Raynerium Geno et Marinum Mastropetro legatos mittit, qui aliquid obtinere nequierunt[d]; at imperator duci cum predictis suum delegat ambaxatorem. Dux vero requisitionibus disentiens imperialibus, dominos Henricum Navigioso, Andream Donato et Benedictum Grilioni Alexio imperatori remittit, et hii non concordes cum imperatoris nuntio Veneciam redeunt. Cum col 319 A Alexius igitur Venetorum petitiones amittere non intenderet et de Venetis non modicum formidaret, ad moram per nuncium trahit. Dux verum celerem finem appetens, cum illo dominum Petrum Michaelem et dominum Octavianum Quirino ad imperatorem predictum in legatos transmittit; qui a legatis audiens quod timebat, largiorem crusobolium solito et dapnorum restitutionem Venetis indulsit, tunc annis Domini curentibus 1197.

a) capit' *c.* b) invictis *c. more Italico.* c) honeratas *c.* d) nequirunt *c.*

1) Pactum anni 1201. ediderunt Tafel et Thomas Fontes rer. Austr. ser. 2. XII, 381. 2) Ita manifesto codex sine abbreviatione, fortasse corruptum ex *maritimam,* quod quidem legitur in chronico illo supra (p. 90, n. 3) citato; sed mirum est, quod Canale § 55 ('Arch. st. It.' VIII, p. 338) dicit, capitaneos venisse *a Nature,* indeque Marcus tradit, eos navigasse 'usque ad naturam'. Dandulus hoc omittit atque etiam tacet captionem tertiae navis Pisanae, quam ceteri, ut hic noster, exhibent. 3) Cf. Stumpf nr. 206.

Dand col. 319 E

Huius etiam tempore, nondum sopita discordia inter Venetos et Pixanos, navigia Pixanorum subsidio Brundixinorum Venetis ponti Adriatici vias claudunt. Dux illustris de hoc graviter perturbatus, navium et galearum exercitum cum dominis Iohanne Baxilio et Toma Faledro capitaneis ad apperiendum mare transmitit; quod Pixani persentientes, Brundisine civitati velociter aufugerunt; que civitas illis succurrit[a] victualibus opportunis. Sed nihilominus dicti capitanei eis iniurias et dapna maxima intulerunt et ipsos corectos ad pristinam Venetorum amiciciam receperunt.

Hic dux, ut reperitur, propter Iadratinorum duriciam, qui ducali dominio rebelles erant, ut superius est expressum, anno Domini 1200. in multis[1] se subscribebat solummodo 'dux Venecie atque Chroacie', dimiso tunc titulo Dalmatino, licet coactus non foret, sed prorsus in mente proposuit Dalmacie non uti titulo, si Iadratinam primo non acquireret civitatem.

Preterea currentibus annis Domini 1201, mense Marcii 4 magnati potentes et nobiles, videlicet dominus Balduinus comes Flandrensis, dominus Alvisius de Bles, dominus comes de Campania[2], dominus comes de Sancto Paullo[3], nuntios suos Veneciam direxerunt, 300 inter asirios[4], galeas et naves a domino duce precio postulantes, ut inde transirent in subsidium Terre Sancte. Dux ergo benignus una cum devoto populo Venetorum 100 asirios et 100 naves pro 5000 equitibus et 8000 peditibus[5] transfretandas et galeas 50 armatas eorum sumptibus cum victualibus opportunis gratiose iis dare promisit. Verum Veneti galeas 50 bene fulcitas in Dei servicio eorum stipendio dare per annum integrum spoponderunt; hac tamen conditione apposita, videlicet, quod, quascumque terras, castra et alia loca, que dicti exercitus sub ipsorum iugo Deo auxiliante submiterent, medietatem omnium Venetis sine fraude tribuere tenerentur. Quibus prefati comites pro eorum nuntiis auditis plenisime contentarunt et cum ingenti nobilium militum, peditum et aliorum multitudine perrexerunt Veneciam et a duce Venetisque gratanter recepti sunt. Paratis igitur galeis, asiriis et navibus in omnibus optime perfulcitis, dux gratiosissimus cum memoratis comitibus et magnatibus anno domini nostri Yesu Christi 1202, mense Octubris cum stolo 300 navigio-
col 320 rum Venecie portum exivit, et hinitians iter suum, pars dicti exercitus Tergestinam applicuit civitatem, cuius incole annuale censum 50 urnarum vini duci et eius successoribus dare spoponderunt. Deinde Muglam navigantes, Muglani similiter se subdiderunt et 25 urnas vini modo predicto dare promittunt, dicto duci fidelitatem iurantes utrique[6].

Iadram igitur unanimiter navigantes et propter supervenientis yemis rigorem, consilio habito inter ipsos, et propter rerum comestabilium habundantiam ibidem yemarunt; quam civitatem rebelem factam tempore sui predecessoris idem dux cum suo exercitu tantum, videlicet Venetorum, viriliter expugnantes, ipsam sua probitate ceperunt, Ungaros existentes inibi per potentiam depelentes, eamque usque ad fundamenta, exceptis ecclesiis et campanilibus, fecerunt dirui et vastari. Dux vero de aliquibus proditoribus repertis assumpsit ultionem, ut sibi apparuit convenire.

Sicut supra notatum, tempore domini Vitalis Michaelis ducis ultimi per potentiam Veneti a Manuele Constantinopolitano imperatore capti et depredati fuerunt. Qui imperator vitam miserabilem perfinivit. Verumtamen priusquam nature mori omnium concesisset, filium, quem habebat, cuidam Andronico propinquo suo duxit coram suis principibus comitendum et ut, quousque esset ad etatem legiptimam, imperium custodiret; qui Andronicus hoc facere coram omnibus sacramento firmavit et cito periurus effectus est. Nam dictum puerum sibi commissum nequiter strangulavit et sic fraudulenter obtinuit imperii principatum. Venetos autem de carceribus relaxavit, promittens ipsis peccuniam, quam Manuel acceperat annuatim[7], et sic pax stabilita fuit. Tamen dicta peccunia integre soluta sive plenarie numquam fuit, donec Constantinopolitana civitas a Venetis capta est viriliter et obtenta. Cui Andronico imperanti quidam astrologus nunciavit, quod foret de imperio repelendus, et qua die, et nomen suplantatoris futuri, scilicet Ysachum[8]. Qua de causa, ductus unius[9] consilio, cunctos alios suos principes excecavit. In die autem qua ab imperio fuerat repelendus, incepit diligenter inquirere, quis esset qui hoc nomine vocaretur, nec reperiri poterat nisi rex Çipri, qui sic vocabatur, et de ipso minime dubitabat. Astrologus vero asserebat efficaciter, quod illa die sine dubio foret imperium amisurus. Tunc respondit

a) succursit *c.*

1) sc. documentis. 2) Theobaldus, qui vero iam die 25. Maii 1202. mortuus est. 3) Hugo de St. Pol. 4) 'assirium navigii species'. DUC. 5) Hi numeri differunt ab alibi traditis; cf. Wilken, 'Gesch. der Kreuzzüge' V, p. 127, et Fontes rer. Austr. XII, p. 365 sqq. 6) Pacta videas Fontes rer. Austr. XII, p. 386. et 397. 7) sc. restituere. 8) Idem, sed aliquantum aliter refert Nicetas Choniata lib. II, cap. 9 (ed. Bonn. p. 441 sqq.). 9) Qui vocabatur Stephanos Hagiochristophorites.

ille, de cuius consilio principes excecaverat imperator, quod in civitate erat quidam scriptor qui tali nomine vocabatur, quamvis de ipso modicum cogitaret. At imperator ad omnem certitudinem habendam eundem consiliarium misit, ut dictum Ysacum in domo propria excecaret. Sed Ysachus de hoc bene provisus, fugatis sociis, ipsum viriliter interfecit et equum ascendit per civitatem curens[a], manu gladium baiulans, et populum clamitabat: 'Venite post me, quia hodie interfeci perfidum hostem totius imperii Romanie'. Quem secuta est usque ad ecclesiam sancte Sophye populi maxima multitudo, instanter petentis Ysacum imperatorem a domino patriarcha unanimiter coronari; ac sic coronato, ecce veniens Andronicus, Ysacum vituperando cum missa in arcu sagita voluit penetrare. Corda autem ab arcu, volente Domino, resilivit, Ysaco sospite permanente. Quod videns Andronicus, fugam peciit; quem tamen Ysacus capiens, duci precipit in Blanchernam, ubi sibi evulso uno occulo et ambabus manibus amputatis, iusit nefandum Andronicum ad cameli caudam ligari et per civitatem usque ad Petronium circumduci, ut, sicut infideliter gesserat, infideliter regnum amitteret ac vitam turpisime terminaret.

Post hec autem Ysacus imperator misit legatos suos ad partes Turchie, fratrem suum Alexium pecunia redimentes. Qui redemptus et in civitate Constantinopolitana reductus, benefitiorum fratris obliviscens, dum causa venationis fratrem ad solitudinem deduxisset, ipsum propriis manibus excecavit, insuper imperii violenter obtinens principatum, ac deinceps Venetos tam in personis quam rebus cepit propriis molestare. Filius vero Ysachii Alexius nomine, cum esset annorum 12, timens patruum suum, cognatum Phylippum Teutonie regem adivit, intimans ei, quod infidelis patruus perpetraverat. Phylipus autem, cum dicto puero et uxore propria habito consilio, deprecatorias literas et honorabiles duci Venecie tunc Iadre hyemanti destinavit, comitendo nihilominus Alexium marchioni de Monti-ferrato, cognato eiusdem, qui electus fuerat loco comitis de Campania, qui mortuus fuerat. Que litere fuerunt duci et antedictis comitibus presentate, continentes iniuriam et molestiam cf. Dand. col. 321 C antedictam et cet. Ex qua re dictus Alexius promisit se daturum exercitui antedicto valentia 1000 marcharum argenti[1], si ipsum in dominium et patris sui imperium reportarent. Quibus auditis, dux et principes memorati misericordia commoti, promiserunt ipsum unanimiter adiuvare. De quo pacto pater pueri, scilicet Ysachus, fuit quam plurimum gratulatus. Post vero festum pasce anno Domini 1203. dux et magnates prefati cum generoso exercitu se mari committunt Constantinopolim recto tramite navigantes Interea dominus Raynerius col. 321 D Dandulo, vir probus et audax, filius ducis, qui loco patris ducatus regimen gubernabat, recessis Venetis de Iadra, navium et galearum exercitum ibidem transmisit et, ne Iadrenses urbem ingrediantur, in insula Malconseio ante Iadram quoddam castellum fecit hedificari. Iadratini autem patria exules, tunc cum stipendio regis acceptis 10 galeis Gaietanorum, presidium Venetorum impugnant et obtinent ac in urbem iam desolatam redeunt; sed timentes stolum 18 galearum, quem Veneti denuo preparaverant, gratiam per suos nuntios implorant et perpetuam offerunt fidelitatem, obsides et cantationem laudum exhibere atque comitem de Venecia eligere et annuatim ex tributo 3000 pelium cunicularum exhibere. Qua oblatione accepta, Iadratini ad gratiam restituti sunt et elegerunt in comitem dominum Dominicum Michaelem; sed Veneti fortilicium in Iadra habere volentes, ex consensu Iadretinorum unum forte castrum a ponentis[2] parte in urbe predicta multa solicitudine perfecerunt.

Serenisimus vero dux et comites memorati cum suo felici exercitu Constantinopolim applicantes, pervenerunt ad locum qui dicitur Mangana[3] et invenerunt ibi cathenam magnam col. 322 A. firmatam ab uno capite ipsi civitati Constantinopoli et sic pro transverso ab alio capite firmatam ad Galathas. Super ipsam vero cathenam pons magnus paratus erat, per quem ibant et redibant homines a civitate Constantinopolitana ad dictum locum. Dux igitur et comites paraverunt se ad bellum, et tunc una navis magna Venetorum que Aquila vocabatur venit cum magno impetu elevatis velis et percusit in ponte et cathena et sine lesione pertransiit, rupto ponte et cathena, et omnes unanimiter intraverunt. Qui dux et comites nuntios nequam Alexio miserunt imperatori, ut nepoti daret imperium sibi indebite usurpatum.

a) cucurens c.

1) Immo centena milia marcharum promisit Alexius et Venetis et Francigenis; cf. Wilken V, p. 175. 2) i. e. occidentis. DUC. 3) Cf. Wilken V, p. 212, n. 56: 'Mangana heisst einmal das Zeughaus oder Arsenal, welches entweder in der Akropolis selbst oder deren Nähe stand; aber auch ein von Constantinus Monachus zu Ehren des heiligen Georg gestiftetes Kloster führte diesen Namen'.

1203. Qui male respondit et verba pro nichilo reputavit. Tunc dux et comites ceterique exercitus parati ad pugnam debelaverunt civitatem et violenter ascenderunt muros et male capitassent[1], si dux ad quendam locum cum 16 galeis subsidium non dedisset; et descendentes in civitate, ylico accenso igne ceperunt comburere civitatem. Imperator itaque cum suis non valentes deffendere terga dederunt[a].

14. . . . .
et[b] in civitatem quam cicius redierunt, cum paucis ipso nequam Alexio fugiente[c]. Suos nuncios ad dominum ducem dicti Greci transmittentes illico sine mora, ut cum eo de pace tractarent, et quod vellent recipere Alexium puerum, Ysacci filium, in dominum et rectorem. Quod placuit domino duci et suo consilio ac dictis comitibus universis; et fecerunt statim dictum puerum Alexium coronari, terre nichil molestie[d] inferentes. Qui tamen de consilio iniquo, sicut creditur, patris ceci, solvere promissam pecuniam nec voluit nec persolvit; quamvis et ipse puer interfectus fuerit infidelissimo consilio cuiusdam Murciphy,
1204 qui post puerum imperii tenuit principatum[2], promittens duci et comitibus, residuum argenti se plenarie soluturum; falso intimans, quod dictus puer, qui circa quadraginta milia marcas solverat, non esset interfectus, sed morte propria decesisset. Ibidem autem duce ac comitibus expectantibus solutionem vel securitatem pecunie que remansit, Murciccus[3] accensas naves suas ad incendendum Venetorum navigium destinavit; ex quo, Domino procurante, nulla navis nisi una conbusta fuit navicula Pisanorum. Considerantes vero, quod fraudulenter puerum occidisset et mortem Venetorum, sicut poterat, preparasset, unanimiter ad expugnandam civitatem preparati, invocato nomine Domini, tale pactum inter se fecerunt, quale scriptum invenies inferius[4]; per muros audacter ac viriliter ascendentes, fugato misero Murcicco, civitatem procurante divina sapientia occuparunt, ipsam in pace nulloque contradicente possidentes. Post que omnia venerabilis dux, tribus annis et dimi-
1205. dio transactis, vitam feliciter consumavit, et honorifice sepultus in sancte Sophye ecclesia requiescit. Vixit annis 13 in ducatu et que voluit in vita sua nobilissime adimplevit.
1204. 15. Sed quia de Murcipho mencio facta est, non est pretermittendum, qualiter Dominus in ipso vindictam fecerit secundum nequitiam quam fecerat fraudulenter. Fugiente namque ipso, sicut dictum est, de Constantinopolim a facie Venetorum, perexit ad supra memoratum Alexium[5], suum socerum; quem videns dictus Alexius, nimia ira motus in ipsum, statim fecit eum capi et, ambobus oculis abstractis, a se turpiter fecit expelli, ob hoc quod nepotem suum Alexium[6], filium Ysacci fratris sui, occiderat fraudulenter et sibi nequiter abstulerat imperii principatum. Post parvum tempus transactum imperator nobilis Balduinus et magnificus Henricus Dandulo dux Venetorum miserunt suos exquisitores ad inquirendum eundem Murcyphum sic cecatum; et invento eo, turpiter Constantinopolim conduxerunt et super statuam magnam, que Thaurus vocabatur[7], coram omni populo posuerunt[e] et in ipsum precipitari fecerunt et postmodum ad caudam cameli ligatum turpiter per totam terram trahi iusserunt; et sic miserabiliter vitam finivit.
1205. 16. Post mortem inclite recordationis Henrici Danduli, de cuius maxima probitate supra mentio facta est, missa fuit galea[f] de Constantinopoli, et mense Iulii intravit portum Venecie; in qua fuerunt nuncii portantes rumores, quod dictus Henricus dux mortuus esset. Igitur Rainerius Dandulus, qui vice patris sui dignitatem regebat, convocatis sex consiliariis, ex quibus Petrus Ziani, illustris comes Arbensis, unus existebat, habito consilio aliorum magistratuum, misit, ut cuncti homines a Capite-argeris usque Gradum convenirent ad

a) *Chron. Iust. pergit:* cum paucis ipso Alexio fugiente. Greci verum duci nuncios miserunt, ut pacem tractarent, et quod volebant recipere Alexium puerum, Ysachi filium, in dominum et rectorem. Quod duci et comitibus placuit vehementer, et fecerunt dictum puerum coronari; qui de consilio patris, sicut creditur, solvere promissam pecuniam nec voluit nec persolvit integraliter; quamvis et ipse puer interfectus fuerit infidelissimo consilio cuiusdam Murciphii, qui post puerum tenuit principatum, promitens duci et comitibus residuum argenti plenisime soluturum; qui nihil fecit, sed dixit, puerum morte propria decessisse; *quae quomodo historia usus sit auctor, ostendunt.* b) *pergit Hist. ducum c.* (3), *praemisso rubro* Liber sextus. c) fugente 3. d) melestie 3. e) *manu recent. in marg.* 3. f) gelea 3.

1) 'vox Italica: exitum habere'. DUC. 2) Alexios Ducas Murcuphlos, quem post captam urbem et desertam Eudociam, priorem coniugem, filiam imperatoris Alexii III. in matrimonium duxisse, tradit Nicetas Choniata (ed. Bonn.) p. 804. 3) Idem qui supra et mox Murciphus. 4) Pactum excidit aut ab auctore omissum est. 5) III. 6) IV. 7) Teste Niceta Choniata (l. c.) forum, ubi altissima, de qua Murcuphlus deiectus est, stetit columna, Ταῦρον vocabatur.

urbem magnam que vocatur Rivum-altum. Cumque illuc accessisset innumerabilis multi- 1205.
tudo populi, convenerunt ad ecclesiam sancti Marci, ibique in electione secundum morem procedentes, mense videlicet Augusto, in vigilia salvatoris nostri Iesu Christi, electi fuerunt Aug. 5.
40 sapientes et legales viri ad faciendum ducis electionem; qui cedentes in partem, divina disponente gratia, ita in brevi hora concordes inventi sunt, ut vix tres ab aliis dissentirent. Et cum data fuisset pronuntiatio electionis cuidam Petro nomine, statim, antequam loqueretur, vox de populo facta est: 'De Petro in Petrum ibit electio ista'. Pronuntiavit itaque electionem in dictum dominum Petrum Ziani concorditer pro exaltatione et statu tocius patrie celebratam; nec potuit complere sermonem, quia populus eundem electum pre gaudio manibus undique assumens in altum duxit, ad investituram altaris beati Marci primum eum, deinde in sedem palacii ducatus mire devocionis honorifice collocando. Ducatus ergo preclaram dignitatem adeptus, cum ingenti cura et mansuetudine et iustitia, discretione, que mater est virtutum, vestitus et sine aliqua iusta reprehensione studuit comissi sibi populi ducatum et regimen gubernare.

17. Eo tempore[1] Henricus Piscator comes de Malta et Ianuensis civis cum magno 1206.
exercitu Cretensem insulam intraverat, que adhuc possidebatur a Grecis[2], et obtinuit quasi omnes civitates, munitiones et castra ipsius et insulam suo dominio subiugavit. In tantam namque erat elatus superbiam et audaciam, quod omnes circumadiacentes insulas et provincias sibi subiugare credebat. Audiens hec idem Petrus Ziani dux et conspiciens in obprobrium et detrimentum ducatus Venecie fieri, nec valens ipsius Henrici Piscatoris superbiam sustinere, magnum congregavit exercitum et ad prefatam insulam cum magno labore et expensis pluries destinavit; et non destitit, donec triumphum obtinuit de cunctis locis, que ceperat dictus Henricus, ipsumque expulit ab insula et partibus illis ibique ducem constituit et suis nobilibus Venetis terram possidendam sub certis miliciis ordinavit[3]. Post modicum vero temporis[4] surrexit contra Venetos principaliter quidam famosus cursariorum princeps nomine comes Alamannus, qui eciam civis erat Ianuensis[5]; et exivit in mare super Crete cum una nave magna valde et duabus galeis, in quibus erant viri fortes, armati ferro, plus quam 500 et alii fere totidem, omnes ad pugnam docti. Cumque vidisset venientes duas naves mercatorum et scivisset, quod naves Venetorum essent, quia iam prope insulam Crete pergebant, preparavit se cum suis, ut veniret ad eas. Sencientes hoc quidam nobiles et probissimi Veneti, qui erant in Crete, armati ascenderunt in illas duas naves; et volventes navium proras contra Alamannum et suos, vento impellente, irruerunt in eos; et invocato nomine domini Dei et beati Marci, ferientes intraverunt audacter navem ipsorum et dure dimicare ceperunt ad invicem. Et procurante divina clementia et precibus beatissimi Marci, navem et galleas cum tota illa pirratarum multitudine debellantes, captos et vinctos cum ingenti triumpho perduxerunt Veneciam, beato Marco et glorioso duci Petro Ziani predam simul et victoriam tribuentes. Et sic insidias, quas Venetis posuerunt, in eorum caput redundare fecerunt. Nec parum videatur huius rei et victorie memoriam[6] relinquere[a] posteris, cum inauditum sit, naves honeratas mercibus et de inimicis incautas et ita paucas numero in navem et galleas sic ordinatas ad bellum et tanta multitudine armatorum munitas primo insultum fecisse et habuisse triumphum. Fuerunt autem in vinculis longo tempore Venecie, donec Ianuenses redierunt ad pacem cum Venetis; et sic comes licenciatus honorabiliter recessit cum suis. Sed ante ipsam pacem, procurante eodem duce inclito, mandate fuerunt due naves in curso a Veneciis cum quibusdam galleis, et in eodem cursu ceperunt plus quam ...[b] naves Ianuensium, plenas pro maiori parte magnis diviciis mercatorum. Et quia expensas gerere et labores ferre non poterant, causa fuit, quod quam cicius ad concordiam redierunt.

Pisanos quoque idem gloriosus dux Petrus Ziani, in non modicam erectos audatiam, hisdem temporibus et simili modo de cursu et potestate pelagi taliter profugavit, quod parvam habent potestatem et audatiam navigandi.

a) relinquerunt 3. b) *numerus deest* 3.

1) Secundum Annales Ianuenses (SS. XVIII, p. 125) a. 1206. 2) Bonifacius marchio Montis-ferrati insulam Cretensem Venetis a. 1204. concesserat (cf. Fontes rer. Austr. XII, p. 512); sed compluribus demum annis postea Veneti insulam penitus occupaverunt. 3) Mense Septembris a. 1211 (Font. rer. Austr. XIII, p. 129). 4) A. 1217. 5) Syracusarum comes; SS. XVIII, p. 138, n. 83. 6) Cf. Dandulum col. 341 A. B.

18. Post hec vero, eo in magna pace et tranquilitate gubernante ducatum, cum de longe positis inimicis obtinuisset victoriam, voluit probare eum Dominus, si adeo strenue contra prope positos se haberet. Et quia nulla pestis efficatior est ad nocendum quam familiaris inimicus, ex causa ludi cuiusdam facti apud Tervisium in Spineta[1], quem[a] inceperant
1214. facere Paduani, faciente sola invidia, moti sunt contra Venetos Paduani et etiam Trivisienses[2]; et contra honorem Venecie simul sociati, itinera prohibuerunt et victum; et Paduani, qui tunc maiori invidia torquebantur, ad turrem Baibe cum universo potentatu suo venerunt — erant enim inter milites et pedites fere 60 milia armatorum — et castra metati sunt ex alia parte fluminis versus turrem. Ubi tam prudenter et magnanimiter predictus dux egregius cum gente sua se habuit, cooperante auxilio Dei et beati Marci, quod victi fuerunt et in fugam conversi. Ex melioribus vero ipsorum captivi ducti sunt Veneciam 350, ex quibus milites fuerunt 200 et confalonerii 4, inter quos fuit Ieremias de Petraga super cunctos, qui ante reformationem pacis defunctus fuit. Quam captionem non suis vel suorum viribus attribuit, sed pocius iusticie Dei, quia, eo cum Venetis pacem desiderantibus, Paduani et Trivisienses ex sola superbia sine causa ad guerram processerant contra ipsos. In tantum enim erat amator pacis, quod, si cum aliqua gente guerram habuit, non poterat inveniri, quod a principio aliqua per eum fuisset occasio vel causa discordie. Immo sepe, ubi erant magnates et sapientes Venecie, concionando dicebat: 'Vos, domini, rogo, quod, pacem studiose[b] inveniatis, servetis eandem, quia guerram quandocumque volueritis valebimus invenire'; et ideo Rex pacificus ipsum inimicorum suorum fecit esse victorem. De exercitu autem prefato fuerunt capta arma cuiuslibet generis, inumerabilia mancullele[3] et tres pectrere[4] magne et currus et plaustra plurima et victualia omnia, que reliquerant fugientes; et his
1110. ante capti fuerant Paduani in eodem loco semel sub domino Ordelafo Faletro et iterum sub
1142. domino Petro Pollano ducibus Venetorum[5].

19. Interea, dum mortua fuisset eius uxor, nobilis et decora nimis, Maria dukissa, de domo Basiliorum[6], de consilio sapientum, quia prole carebat, Constanciam, nobilissimam dominam, illustris Tancredi regis Sycilie [filiam[c], duxit uxorem, de qua] filium suscepit et filias in senectute[7] sua. Cum qua ducatum regendo tranquille pluribus annis magna sapientia in sua dignitate fulgebat. Reverentiam quoque ei pro fidei sue et sapientie magnitudine exibebant non solum Veneti, sed eciam barones et magnates Marchie et Lombardie et circumpositarum terrarum et pro suis et civitatum arduis negociis tamquam ad patrem et dominum recurrebant. Memoriam semper habuit ita perfectam, quod, ut de aliis taceatur, quandoque de Lonbardia et Marchia 22 legationes fuerunt coram eo, in quibus erant plures qui sapienter et subtiliter proponebant, timebant tamen aliqui, ne intelligerentur[d] ab eo, quia dormire a pluribus credebatur; et cum omnes suas arengas copiose complerent, ipse oculos aperiens, humili et plana voce modo mirabili respondebat; quia incipiebat a primo et ea que dixerat sub brevi eloquio recitabat, et post modicum secundo et tertio, ut eo ordine quo dixerant dicta ipsorum usque ad ultimum recitaret; et postmodum simili ordine a primo incipiens, sic omnibus respondebat, quod salvaret honorem Venecie, et quilibet reputaret sibi pro sue voluntatis arbitrio satisfactum. Potens fuit valde in diviciis ultra omnes homines ducatus Venecie et in amicis et multum ab omnibus timebatur. Circa pauperes et iustos humilis, circa superbos et iustos severus. Amator sancte Romane ecclesie et catholicus valde, iugiter ad orandum[e] in media nocte surgebat. Incessanter elemosinas largiebatur in maxima quantitate. Nam preter ea que in vita distribuit, ultra valens 20 milia libras in obitu pauperibus dereliquid. Patrem habuit Sebastianum, inclitum ducem Venecie, magis divitem quam omnes Veneti, et filium dimisit omnibus ditiorem[8]. Multos

a) quam 3. b) *lege* p. si inv., stud. serv. e. *H. E.* c) f. d. ux. de qua *des. c.;* f. d. u. *suppl. ed.* d) intelligerent 3. e) orandam 3.

1) 'Spineda, Frazione del commune di Riese, provincia di Treviso'. L'Italia. 2) Videas Dandulum col. 338 D—339 B, quem Rolandini Patavini chronicon (SS. XIX, p. 45. et 46) exscripsisse, docui in libro 'Andreas Dandolo', p. 126. 3) i. e manganellae, machinae bellicae iaculatoriae. 4) i. e. petraria. 5) Cf. Dandul. col. 263 C. et 280 A. 6) Gens Basiliorum sive Baseliorum postea di Baseggio nominata, erat antiqua et nobilis. Petrus Ziani dux de prima illa uxore filium habuisse dicitur nomine Georgium, quem a canibus laniatum aliqui volunt. Cf. Cicogna, 'Delle inscrizioni Veneziane' IV, p. 535. 7) Filio Marcus nomen erat, filiae Markesina et Maria nominabantur; Cicogna ibid. n. 1. 8) Qui comes Arbensis factus et a. 1254. defunctus est; Cicogna ibid. p. 536, n. 2.

nobiles, qui ad paupertatem devenerunt, in tantum adiuvavit administrando necessaria et 1229.
concedendo pecuniam ad lucrandum, quod de nichilo eos fecit ad honores et divitias pervenire. Clericos quam plures suis expensis ad studium destinavit. Igitur in ducatus regimine perfectis 23 annis et dimidio, decrepitus iam et plenus dierum, presciens sibi diem mortis inminere, ducatum provida deliberatione habita refutavit et ad domum paternam in hora[1] sancte Iustine rediit, cum prefata dukissa uxore et filiis et universa sua familia; et ordinavit[a, 2], quod filii in potestate matris cum tota hereditate remanerent. Post hoc autem finivit vitam, 17 diebus transactis[3]; et sepultus fuit in cenobio Sancti Georgii maioris in sepulcro patris sui Sebastiani Ziani.

a) *manu poster. in marg. c.*

1) Cf. supra p. 61, n. 1. 2) Videas testamenti partem publicatam ab eodem Cicogna (l. c. p. 535, n. 1). 3) Die decimo tertio vel quarto mensis Martii a. 1229.

DE
REBUS TREVERENSIBUS SAEC. VIII—X. LIBELLUS.

Codex Treverensis nr. 167 *(XXX), saec. XII, de quo egi 'Arch.' VII, p.* 516*; SS. VIII, p.* 126*, Gestis Treverorum recensionis B praemittit f.* 195. *brevem rerum Treverensium narrationem, quam cum ipsis Gestis familiaritate quadam esse coniunctam, iam tunc intellexi, neque tamen satis a me esse examinatam, libenter professus sum. Quare eam post a V. Cl. Kraus esse descriptam et publici iuris factam ('Jahrb. d. Ver. für Alterthumsfreunde im Rheinlande' XLII, p.* 125*), non potui quin gauderem, nunc vero codice a V. Cl. Loersch, professore publico Bonnensi, in usus nostros diligentissime collato, etiam his supplementis inserere fas duxi. Recte enim Kraus monuit, quaedam sive ignota sive posteriore demum tempore alibi tradita hic praesertim de monasteriis sanctimonialium Treverensibus Horreo et Palatiolo referri; et in alterutro codicem esse exaratum, ex notis margini inscriptis docuit* (Mater Ide Lifmudis fecit hec scribi, anima eius requiescat in pace! Predictum librum explerunt Alerth et Claricia). *Neutri tamen ipsam narrationem tribuerim, cum lacunae et menda non pauca nonnisi apographum hic exstare probent. Nec scio, an sanctimoniali hic libellulus adscribi possit, cum auctor non solum doctrina haud vulgari excellat, sed etiam longinquas se visitasse urbes profiteatur. Laudat chartam in archivo Moguntinae ecclesiae servatam*[1]*, alia in Remensi ecclesia legi dicit*[2]*. Illic etiam Vitam Bonifacii invenisse videtur, hic Flodoardi historiam Remensis ecclesiae, ex qua quam plurima descripsit, et Hincmari Vitam Remigii, fortasse etiam Vitam Rigoberti archiepiscopi*[3] *sibi appropiavit. Praeterea Gregorii Turonensis libris de Vita patrum et Miraculis S. Martini, Vitis S. Arnulfi, Amandi, Gertrudis, Glodesindis, Willebrordi, Gestis regum Francorum et Dagoberti regis necnon Reginonis chronico usus est, quae plerumque candide laudat et modo ad verbum exscribit, modo vero brevius reddit. Nonnulla etiam cum Gestis Treverorum conveniunt, neque primo aspectu patet, utrius libri auctor prior sit habendus. Re tamen accuratius perpensa, libellum hunc in Gestis esse exscriptum, intellexi. Quamquam enim nonnulla nonnisi in altera Gestorum recensione (B) occurrunt*[4]*, ut id statuamus eo cogimur, quod nonnulla accuratius narrantur*[5]*, complures loci ex aliis libris sumpti hic sub nomine auctorum afferuntur*[6] *et propius ad eorum verba accedunt quam quae in Gestis leguntur*[7]*. — Quo vero tempore hic libellus scriptus sit, non satis constat. Quae narrantur non ultra a.* 1000. *procedunt, neque Palatiolo canonicas sub Poppone archiepiscopo (*1015—1047*) depulsas esse traditur. Vix tamen iam antea librum confectum esse putarim. Certe quae de Rothilde abbatissa, quae exeunte*

1) c. 4. 2) c. 9. 3) c. 1. 4) c. 11; cf. c. 8. 5) Cf. Libell. c. 9. de Milonis morte et sepultura, Gest. c. 25. 6) c. 6. 8 (Gest. c. 24. loci Hincmari et Flodoardi in brevius contracti sunt). 7) c. 6. verba *execrans et* in Gestis omittuntur.

saec. X. vixit, dicuntur[1], *auctorem aliquanto tempore post scripsisse, cum non iam canonicae sed monachi ibi essent, indicare videntur. Quae de Silvestri papae privilegio*[2] *et Dagoberto eiusque filiis valde dubia Treveri ferebantur auctor propagavit, de Wormatiensi archiepiscopatu prorsus falsa tradidit*[3], *Gregorii Turonensis locum temera interpolatione foedavit*[4], *Bonifacii Vitam perperam Lullo eius successori tribuit*[5] *et prorsus falsa in ea se legisse contendit; sed etiam chartas genuinas Ottonum tam Horreo monasterio quam archiepiscopis concessas adhibuit*[6], *neque fabulas de origine civitatis et ecclesiae Treverensis tetigit quae Gesta Treverorum vendunt. Quare inter saeculi XI. monumenta haud aspernenda iure hunc libellulum referre mihi videor.* *G. W.*

1. Pippinus, ut in Gestis Francorum legitur, ex nobilissima et sapientissima coniuge sua Plectrude Gri- [f. 12 (204). G. Fr. c. 48.] moldum et Drogonem suscepit filios; quibus patre adhuc vivo mortuis, Karolus, frater eorum, regi ex concubina [c. 50.] natus, regnum cepit affectare, regina indignante et quantum in ipsa erat impediente, quia Grimoldi filii sui prolem ex Theodosina, nobilissima Ratbotdi ducis filia, avo in *regnum succedere cupiebat et molie- [*f. 12' (204)] batur. Mortuo autem Pippino, a Plectrude Karolus est captus et longa difficilique custodia est detentus; unde [c. 51.] tandem Deo permittente liberatus, ut erat acer ingenio, sed ad captandum populi favorem instructissimus, regno est prefectus. Interea Franci, Dagoberto rege eorum defuncto, Danihelem clericum regem sibi con- [c. 52.] stituunt, Hilpericum eum vocantes. Qui, conflato copioso exercitu, cum maiore domus sue Regenfrido et Ratbodo duce gentili depredando regnum Karoli usque ad Mosam progreditur. Contra quos Karolus congregans exercitum, [Fl. II, 12.] transivit secus civitatem Remorum atque ad beatum Rogobertum episcopum supra portam civitatis positum, ut in Gestis eiusdem aecclesie Remensis legitur, clamavit, ut ei iuberet eandem portam apperire, quatinus ad aecclesiam sancte Dei genitricis oratum posset adire. Cui crebris id vocibus instanti respondit vir Dei, quod illi portas civitatis prius non apperiret, donec sciret, quem finem lis cepta perciperet, ne forte sibi urbem commissam illi diripiendam proderet, qui aliarum urbium res nonnullas diripuisset. Ad hec Karolus comminando respondit, quia, si reverteretur victor in pace, non ultra vir Dei maneret tutus[a] in eadem civitate. Copioso igitur Karolus adunato exercitu, ut in [G. Fr. c. 53] Gestis Francorum legitur, Hilpericum in loco dicto Vinciaco cum multis regni sui nobilibus *convenit; [*f. 13 (205)] inter quos, ut Remensis docet historia, erat Milo, genere clarus, sed acer et irreligiosus, qui [Fl] postmodum circiter quadraginta annos Treverensem et Remensem episcopatum tenuit, filius[7] domni Liutwini quondam ducis, qui, assumpto religionis habitu, in loco qui dicitur Medelocus in aecclesia apostolorum Petri et Pauli, quam ipse fundaverat et copiose ditaverat, cum multis aliis quos illuc congregaverat monachis monachus Deo militavit. Unde, decedente Basino avunculo suo, Trevirorum archiepiscopo, episcopus assumptus, non solum hanc Treverensem, sed et Remensem atque Ludunensem[b] aecclesiam gubernavit. In supra- [G. Fr. c. 53] dicto loco, scilicet Vinciano[c], cum duo reges 12. Kal. Aprilis die dominico in quadragesima pugnarent, fugato rege Francorum, Karolus victor exstitit. Cum multa igitur preda Coloniam venit, ubi Plectrudis noverca sua residebat, civitatique sedicionem intulit et a Plectrude omnes patris sui thesauros sagaciter recepit. militibus suis dona infinita dedit, laicis hominibus episcopatus distribuit, virum etiam Dei Rogobertum, qui eum de lavacro susce- [Fl] perat, episcopatu deturbavit et supradicto Miloni episcopatum Remensem cum Treverensi dedit. De hac ecclesiarum oppressione scribit[d] Hincmarus episcopus in prologo Vite sancti Remigii hoc modo: *Tempore Karoli principis, quando propter discordiam et contentionem de principatu inter *eum et Regenfridum frequentia ac* [*f. 13' (205')] *civilia, immo plus quam civilia, quia intestina*[e] *et parricidalia, bella facta sunt in Germanicis et Gallicis et Belgicis provinciis, religio christianitatis pene fuit oblita, ita ut residuis episcopis in paucis locis episcopalia laicis sunt donata, adeo ut Milo quidam clericus, moribus et habitu irreligiosus laicus, episcopalia Remorum ac Trevirorum usurpans insimul, per* 40 *circiter annos pessumdederit. Cuius infelici tempore de ista Remensi aecclesia non solum preciosa queque ablata, sed et aecclesiae atque domus religiosorum sunt destructe et res ab episcopo sunt divise, illi quoque pauci qui erant residui clerici negocio victum querebant.* Adrianus etiam apostolice sedis pontifex hinc meminit, scribens Tilpino Remensium archi- [Fl II, 13] episcopo sic inter cetera: *Donatus itaque, magis usurpatus est contra Deum et eius auctoritatem Remensis episcopatus simul cum Treverensi Miloni cuidam, sola tonsura clerico, nichil sapienti de ordine ecclesiastico.* Et post pauca: *Tunc temporis sacerdotes, clerici et monachi et moniales sine lege ecclesiastica pro voluntate et licentia vivebant et refugia indebita habebant.* Miloni[8] itaque Remis ingresso, sanctus Rogobertus expulsus secessit in Wasconiam; cumque in quadam villa eiusdem Wasconice[f] regionis basilicam ingressus oraret[g], *et presbiter [*f. 14 (206).] missam celebraturus signa ad convocandos eiusdem loci incolas pulsari preciperet, quedam campana, multis temptantibus et toto conamine eam pulsare temptantibus, nullum prorsus potuit dare sonum. Cumque

a) totus *corr.* tutus *c.* b) Ludunensem *rec. m. corr.* Laudunensem *c.* c) *ita c.* d) *duae litterae erasae c.* e) in intestima *corr.* intestina *c.* f) *scriptura ultimarum litterarum manu rec. renovata c.*

1) *Quod vero nominata hec supra Rothildis canonica fuerit, testatur epitaphium.* 2) c. 5. 3) c. 4. 4) c. 2. 5) c. 3. 6) c. 14. 7) Haec excripta sunt G. Trev. c. 24, SS. VIII, p. 161. 8) Auctor Vitam S. Rigoberti c. 19. sequi videtur, sed verba mutavit. Flodoardus rem etiam brevius narrat.

presbiter, sed et omnis parrochiae, qui convenerant[a], populus de tam insolito obstupescerent eventu, sanctus Rogobertus, quem ignotum sibi et non antea visum, ut assolet, ammirabatur vulgus, requisitus est, unde esset vel unde venisset. 'De Francia', inquit, 'sum, de Francia venio'. Cumque super tali eventu, quo omnes obstupuerant, sibi quid videretur esset requisitus, de diocesi Remensis aecclesiae eandem campanam furto ablatam edocuit, atque nominato unde ablata esset loco, ut referretur, consilium dedit. Parent omnes atque ad eundem unde audiere sublatam referunt locum, mirantes quae amiserat ibidem Fl II, 13. recepisse sonum. Milo autem postmodum functus legatione a Karolo apud Wascones hunc virum Dei reperit eique, ut in Franciam rediret, suasit sibique suum reddendum episcopatum spopondit. Qui regressus petitur a Milone, ut res, quas iam aecclesiae delegaverat, in ius[b] sibi proprium traderet. Quod illo[c] nullatenus consentiente, et Milone se de pollicitacione mutante, altare vir Dei sibi rogat concedi sancte Dei genitricis Marie, ut scilicet in eo missas sibi liceat cele- *f. 14 (206'). brarę. *Quod denique obtinuit, morisque fuit ei civitatem Remorum frequenter invisere et in ara beate Marie missas, c. 14. ut optaverat, celebrare. Habitavit autem in Gerniaca-curte; ubi, consummata presentis vite milicia, defunctus atque sepultus est. Multa que per eum Dominus ibidem fecit miracula in Remensi leguntur hystoria.

2. Huius aecclesiarum Dei pervasoris tempore, Milonis scilicet, contigit cuidam Trevericae urbis civi per merita beati Martini Turonici episcopi magnum cum magno miraculo auxilium, quod beatus Gregorius Turonicus episcopus scribit in quarto de miraculis prefati IV, 29. domni Martini libro his verbis: *Venerabilis Agnes Pictaviensium monialium abbatissa relatam sibi ab eo cui contigit Treverico negociatore rem mirabilem sic nobis retulit. 'Dum', inquit, 'Mettis accessissem, retulit mihi negotiator quidam magnum de sancto Martino miraculum.* "Tempore", *inquit*, "Milonis, quondam nostre Treverice civitatis pervasoris[1], *dum Mettis negociato sale ad pontem applicuissem, dixi: Domne Martine, me et puericellos, quos habeo, et navicellam meam tibi committo. Ita recumbentes in navi omnes condormivimus; mane excitans me cum puericellis meis, quos mecum habebam, invenimus nos ante portam Trevericam, nescientes quomodo venissemus, quia* f. 15 (207) *nos adhuc Mettis consistere credebamus; qua ratione aut qua navigatione aut volatu nescio, sed *sola commendatione beati Martini, quia nec fluvium sensimus et Moselle timentes undas et naufragia evitavimus. Quod satis est, inter saxa nocturno tempore preterivimus incolumes, non nauta[d] vigile, non vento flante, non remo ducente.*

3. His diebus, ut scribit Lullus Moguntinus archiepiscopus in libro gestorum sancti Bonefacii[2], Beda monachus clarus apud Anglos[e] habebatur, qui a tricesimo etatis sue anno, quo et presbiter est ordinatus, usque ad vite sue terminum libros egregii stili et sane doctrine composuit, qui hodie magna in aecclesiis habentur et leguntur veneratione. Apud Fresones vero predicabat Willibrordus, a Sergio papa ordinatus episcopus. Sed et successor supradicti Sergii, domnus Gregorius tercius, Bonefacium de transmarinis partibus ortum ad predicandum in Germaniam misit. Qui, audita beati Willibrordi doctrina, eius se magisterio subdidit. Cuius obedientia et fide percepta, sanctus pater Willibrordus episcopum eum ordinare voluit, ut cooperatorem in messe Domini eum autoralius haberet, quem ad pontificatus dignitatem sustulisset. Set vir Dei Bonefacius nullum ei in hac re prebuit assensum, subtrahensque se, ad supradictum apostolicae sedis pontificem venit Gregorium; a quo episcopus ordinatus, Bauwariam venit, ubi Ůdelonem ducem, sub cuius dominio[f] tunc Bauwaria erat, cum omnibus ei subditis baptizavit[3], crescenteque religione christiana, *f. 15' (207'). in eadem supradicti[g] ducis *terra quattuor episcopatus constituit, unum scilicet Salzburch, ubi archiepiscopatus privilegium contulit, substituens eiusdem sedis archipontifici tres episcopos suffraganeos, unum Frisinge, qui dicebatur Corbinianus[4], virum christianissimum, alium Batavie[h], tercium Radisbone, firmataque ibi christianitatis religione, Turingios, Hessos, Germanos atque Austri-Germanos convertit; ubi constructis aecclesiis, presbiteros ad instruendum rudem adhuc in fide Christi populum constituit. Tunc temporis assumpto in requiem sepedicto papa Gregorio tercio, successit ei domnus Zacharias, fide et operatione clarissimus; qui audiens tyrannidem Milonis, Treverensem ac Remensem aecclesiam sancto commisit Bonefatio, ut ibi visitator et spiritualium negociorum . . . .[i] Cuius rei meminit Hincmarus Remensis archiepiscopus, scribens Nicolao papae sic inter Fl III, 12. cetera: *Remensis aecclesia numquam excepto Romano pontifice primatem habuit, nisi quamdiu, ęiecto sine ullo crimine ab ea suo pontifice violentia tyranni Milonis, tempore Karoli principis pastore vacans, Bonefacio apostolicae sedis legato aliquamdiu sicut Treverensis aecclesia commissa fuit.* De huius quoque Milonis tyrannide compescenda scribit beato Bonefatio supradictus apostolicus Zacharias sic inter caetera: *Miloni autem et huiusmodi similibus, qui aecclesiae* *f. 16 (208). *Dei plurimum nocent, ut a tali opere nefando recedant, iuxta apostoli vocem oportune inportune *predica. Si adquieverint ammonicionibus tuis, salvabunt animas suas, sin autem, ipsi peribunt obvoluti in peccatis suis; tu autem, qui recte predicas, non perdes mercedem tuam.*

a) cum venerant *c.* b) unius *corr.* in ius *c.* c) illi *c.* d) naute *c.* e) Angelos *corr.* Anglos *c.* f) dñis *c.* g) supradictis *c.* h) beata uie *c.* i) negociatorum *c.*, *ubi locus rasus* 12 *litterarum;* provisor existeret *ex G. Trev. supplendum est.*

1) Haec auctor temere Gregorii verbis inseruit. 2) In nulla quae exstat Bonifacii Vita haec ita leguntur; sed pleraque cum Willibaldo conveniunt. 3) Ita minime Willibaldus. 4) Nota auctoris errorem, qui episcopum sibi notum hic falso inseruit.

4. Hoc infelici tempore non solum Treverensis et Remensis, sed etiam Wormaciensis[a] periclitabatur aecclesia et archiepiscopatus privilegium, quo a principio gloriabatur, usque ad hos dies perdidit. Nam Samuhel, septimus eiusdem civitatis episcopus, ad apostolicam ęvocatus audientiam, qui se de obiectis expurgare non potuit, usque ad satisfactionem in cathologo episcoporum non fuit, sed et pallium cum archiepiscopatus honore amisit[1]. His itaque transactis, Zacharias papa Bonefacium sancte Moguntinae aecclesiae instituit episcopum, transmittens ei pallium atque privilegium ad roborandam eiusdem Mogunciae archiepiscopatus auctoritatem, cum[b] usque ad hec tempora erat Wormatiae[a] utpote suffraganea sedes in omnibus aecclesiasticis negociis subdita; quod in archivo eiusdem aecclesiae hodie servatur, quod et hic subscribere non piguit:

*Zacharias[2] papa Bonefacio episcopo sancte aecclesiae Moguntinae et per eum eidem venerabili aecclesiae perpetuam salutem. Qualiter dominus Deus noster propiciatus sit et laboribus sanctissime fraternitatis tuae cooperator exstitit, per singula dicere longum est, tam quae vidimus quam quae ex parte te narrante perspeximus. Igitur dum in Germania provincia tua fraterna sanctitas ad predicandum fuisset directa a sancte recordationis predecessore nostro domno Gregorio papa et post *inchoatum opus et aliqua ex parte aedificatum Romam reversus,* *f 16'(208') *ab eo episcopus ordinatus et illuc denuo ad predicandum remissus es[c]; et elaborasti Deo previo nunc usque per annos 25 in eadem predicatione, ex quo episcopatum suscepisti. Sed et ex provincia Francorum tuo concilio nostra vice et iuxta canonum constituta, Deo illis annuentę, omnes flexi sunt obedire. Et dum in his piis operibus occupata esset tua sancta fraternitas, nunc usque cathedralem sedem sibi minime vendicavit. At ubi Dominus auxit predicationem tuam, sanctitas tua meruit optinere, ut tibi cathedralem aecclesiam vel successoribus tuis firmare debeamus iuxta eorum filiorum Francorum peticionem. Et idcirco auctoritate beati Petri apostoli sanccimus[d], ut supradicta aecclesia Moguntina nunc et etiam perpetuis temporibus metropolis sit confirmata, habens etiam sub se has quinque civitates, id est Tungris, Colonia, Wormatia, Spiratia et Trectis, et omnes Germaniae gentes, quas tua fraternitas per suam predicationem[e] Christi lumen cognoscere fecit. His a nobis definitis, huius confirmationis paginam in tua aecclesia perpetuis temporibus pro sui confirmatione conservandam esse mandamus.*

5. Suscepto itaque sanctus Bonefacius tanti[f] regiminis honore[g], sed et honore[g], post aliquos annos ab apostolico obtinuit, ut[h], quia solus tantum regere non posset populum, tres sibi suffraganeos infra *parrochiam Maguntinam consecraret episcopos: Einstede[i] Wiri- *f 17 (209). baldum, Wirzeburch Burchardum. Quia igitur beatus Bonefacius, ut supra dictum est, Treverensem et Remensem aecclesiam ex iussione apostolici pontificis aliquandiu rexit, speciales et privatas extunc putant inter eas iniciatas affinitates et amicicias, et has inde provenisse consuetudines, quas Hincmarus archiepiscopus commemorat[k] scribens Nicolao pape: *Inter Remensem*, inquit, *et Treverensem ecclesiam — has enim duas tantum provincias Belgica regio habet —* Fl III, 13. *hec semper distinctio[l] fuit, sicut in aecclesiasticis monumentis[m] invenimus et vetustissimam consuetudinem semper obtinere comperimus, ut eis episcopus non loci, sed dignitate ordinis prior secundum sacras regulas haberetur, qui foret in qualibet istarum aecclesiarum metropoli ante ordinatus.* Miror vero, cur vir non parve auctoritatis id dixerit, cum nullus Trevericae ecclesiae archiepiscopus, pro qua, ut scribit Silvester papa[3], Romana et apostolica sedes quodammodo minuit dignitatem suam, ut hanc sedem sibi participem faceret, Remensi umquam episcopo obedisse legatur, nisi quod temporibus Wolpharii eiusdem Re- Fl II, 18. mensis ecclesie episcopi iussu Magni Karoli imperatoris ad ordinationem epistole[n] cuiusdam Fotharii[i] Treverensis aecclesiae presbiteri domnus Amalarius Trevirorum archiepiscopus Remis venit. Legitur autem in eiusdem Remensis [ecclesiae[o]] hystoria, quod tempore Aga- IV, 34 piti papae Artaldus Remensis archiepiscopus conquestus sit domino *Růtberto[p] Trevirorum *f 17'(209') archiepiscopo de quodam Hugone eiusdem aecclesiae Remensis pervasorę, qui violencia pocius quam iusticia Remis voluit esse episcopus. Sed et supradictus apostolicus Agapitus missis litteris eidem pontifici Růtberto[p] per Fridericum Moguntinum episcopum monuit, ut vigorem aecclesiasticae disciplinae in pervasorem gregis dominici exequeretur Hugonem. Indicitur autem sinodus Virduni a Ruoberto archiepiscopo, ad[q] quam evocati venerunt Altaldus archiepi-

a) Mormaciensis, Mormatię, *post littera* W *superscr. c.* b) quem, *manu s. XIV. superscr.* cuius *c.* c) est *c.* d) sanctimus *c.* e) predicatione *c.* f) tan | *c.* g) *semel* onere *legendum est.* h) et *c.* i) *ita c.* k) commorat *c.* l) distincio *c.* m) monum. *corr.* monim. *c.* n) *delendum videtur.* o) *deest c.* p) Růtherto *corr.* Růtberto *c.* q) at *c*

1) Haec prorsus fabulosa sunt; nam Samuel episcopus a. demum 841—859. sedit. Cf. etiam Rettberg, 'KG.' I, p. 636. 2) Inter Bonifatii epistolas ed. Jaffé nr. 81. 3) Ita Vita Agricii; cf. G. Trev. c. 18, SS. VIII, p. 152.

Fl. IV, 34. scopus Remensis et Hugo[1], eiusdem emulus Altaldi, celerique episcopi, Ŏdalricus Aquensis, Adalbero Metensis, Gozelinus Tullensis, Hildebaldus Trasienensis[a], Israhel Britto. Indicitur alia sinodus ab eodem archiepiscopo Rŏberto, que convenit in aecclesia sancti Petri in prospectu Mosomi ex diocesi Treverensi atque Remensi.

6. Non autem a tempore Bonefacii, sed antiquitus has duas aecclesias specialiter confederatas ac sorores dictas et esse, manifestum est. Sanctus Remigius Remensis archiepi- Fl. I, 19. scopus in testamento suo: *Statuo*, inquit, *ut, si aliquando genus regium per benedictionem meam tociens Deo consecratum, mala pro bonis reddens, aecclesiarum Dei pervasor, destructor, depopulator gravis aut contrarius existere voluerit, convocatis Remorum dioceseos episcopis, primum moneatur; deinde urbs prefata, adiuncta sibi sorore, aecclesia* *f. 18 (210). *scilicet Treverensi, iterum conveniatur; tercio vero, archiepiscopis Galliarum tribus aut 4 convocatis, princeps ille, *quicumque fuerit, commoneatur, ita ut usque ad septimam monicionem, si prius satisfacere renuerit, paternae pietatis longanimitate differatur; tandemque ei, si, postpositis omnibus prefatis admonicionibus, aecclesiae participare noluerit, ęulogium segregationis a corpore Christi ab omnibus ei porrigatur.* Ad inveniendam quoque supradictarum urbium et confirmandam societatem civiumque amiciciam, qui eandem primitus[b] Durocotorum urbem, cf. Fl. I, 1 quae nunc Remis dicitur, condiderunt, portam quandam ęiusdem urbis Trevericam appellaverunt, ubi hodię aecclesia est in honore sanctorum Crispini et Crispiniani[c], ad portam Trevеream sol. 2[2].

7. Non mirum vero, si inter Treverim, quae est in prime Belgicae, et Remis, que est secunde Belgicae provincia — sic enim testatur Gregorius Turonensis episcopus in secundo de miraculis libro —, ista[d] provenerit societas, cum etiam Arverna[e], Francie nobilis civitas, in tantum ei fuerit spirituali confederationę coniuncta, ut ex clero supradicte Arvernensis aecclesiae Treverici non solum sue ecclesie acciperent canonicos, sed etiam expeterent V. p. c. 6. sibi episcopos. Gregorius Turonensis episcopus in sua quam scribit patrum Vita: *Ex civibus Arvernis clerici multi per Theodorum regem Treveris sunt adducti et ad reddendum Domino ibi famulatum iussi assistere.* Idem Gregorius in eodem loco: *Tunc*, inquit, *temporis Aponoculus Trevirorum archiepiscopus transiit, con-* *f. 18 (210'). *gregatique clerici civitatis illius ad Theodericum regem Gallum Arverne aecclesiae diaconum *episcopum petebant. Quibus ille ait: 'Ite et alium requirite; Gallum enim diaconum alibi habeo destinare'. Tunc elegerunt sanctum Nicecium.* Sed quia[f] Arvernae meminimus, non sit nobis tediosum, si beati Illidii eiusdem civitatis episcopi quoddam preclarum signum, quod supradictus Gregorius Turonensis scribit, referamus. Ib. c. 2. *Illidius*[3], inquit, *Arvernae aecclesie sacerdos et dominicarum ovium pastor eligitur. Cuius fama cum per diversos evehitur*[g] *ecclesiae ascensus*[h], *non solum Arverni territorii terminos, verum etiam vicinarum urbium fines adiit. Unde factum est, ut, cum hec gloria Treverici imperatoris aures attingeret, cuius filia a spiritu inmundo correpta graviter vexabatur*[i], *et non inveniebatur a quo posset erui, beatum Illidium fama detexit. Et dicto cicius ab imperatore directi pueri sanctum senem in antedicta urbe repertum potestati regiae celeriter presentant. A quo ille venerabiliter est exceptus. Rex de exitu infelicis conqueritur filie. Ille vero confisus in Domino in orationem prosternitur, nocteque cum sacris ymnis canticisque spiritualibus ducta, missis in os puelle digitis spiritum inmundum a corpore abegit obsesso. Quod miraculum imperator cernens, immensos auri argentique cumulos sancto obtulit sacerdoti. Quos ille execrans et refutans, obtinuit hoc, ut Arverna civitas, que tributaria in specię triticia et vinaria dependebat, in auro solveret, quia cum gravi labore penui inferebantur imperiali.*

*f. 19 (211). 8. Karolus igitur rex, ut *dictum est, patris sui regno potitus, postquam omnes qui sue obsistere videbantur potestati vel perdidit vel exilio relegavit, Fresiam ducemque Fresiae Ratbodum gentilem, de quo supra meminimus, bello aggressus est. Unde in gestis sancti Alc. V. Will. c. 13 Willibrordi scriptum est: *Hoc modo Karolus rex, filius Pippini, Fresiam, devicto Ratbodo duce, suo supperaddidit imperio; in qua tunc gente sanctus Willibrordus positus est predicator sedique episcopali Traiecto castello delegatus est; qui, maiori euangelizandi occasione accepta, nuper gladio adquisitam gentem sacro baptismate abluit;* et post pauca: *Bapti-* c. 23 *zavitque Pippinum, filium fortissimi Francorum regis Karoli, patrem Magni Karoli; de quo Pippino patri eius idem sanctus vir Willibrordus presaga voce tale coram discipulis suis predixit vaticinium: 'Scitote', inquit, 'quod iste infans sublimis erit valde et gloriosus et omnium precedencium Francorum ducibus maior.* Quod et exitus approbavit. Qui sanctissimus homo Willibrordus inter innumera que Domino donante passim contulit infirmantibus curationum munera in Treverica civitate sanctimonialium longe difficilique infirmitati[k] c. 21. celeri subvenit Deo propiciante medela. Unde in gestis eius sic legitur: *Est in Treveris civitate monasterium puellarum, quod temporibus sancti Willibrordi episcopi pestis acerrima invasit. Cuius acerbitate multe ex* *f. 29' (211'). *ancillis Dei moriebantur, quedam longo infirmitatis *dolore iacebant in lectulo, ceterae vero nimio terrorę turbatae quasi presentem mortem metuebant. Et quia prope est civitati sancti viri monasterium quod appellatur Esternacum, audientes antedicti monasterii feminae sanctum virum venisse illuc, statim miserunt legationem, postulantes eum, ne tarde veniret. Qui beati Petri principis apostolorum mitissimo doctus exemplo, Dei ope ob viduarum Christi peticionęm venientis Liddam, ut sanctam suscitaret Tabitam, sic vir Dei, audito desiderio ancillarum Christi, non piguit venire ad illas. Et veniens mox in eodem monasterio, missa pro infirmis celebrata, aquam benedixit, qua domus illarum aspergi iussit ac egrotantibus potandam transmisit. Que cito donante divina misericordia convaluerę, nec ulla in eo monasterio predicta pestę exinde moriebatur.*

9. His ita transactis, moritur Karolus[l], et Pippinus, filius eius, regnavit pro eo. De quo, Fl. II, 12. scilicet Karolo, ut in Remensi legitur ecclesia, revelatum est sancto Ęuchario Aurelianensium episcopo,

a) *ita pro* Transrenensis *c.* b) primitiis Droc. *c.* c) Crispiani *c.* d) isto *c.* e) Averna *c.* f) qui *post corr.* quia *c.* g) evehetur *corr.* evehitur *c.* h) assensus *c.* i) verabatur *c.* k) infirmitate sceleri *corr.* celeri *c.* l) *m. s. XIII. add.:* Marcellus cognomento.

1) Hugonem minime venisse, Flodoardus narrat. 2) De teloneo ad portam soluto dici videtur. 3) Haec exscripta sunt G. Trev. c. 23, p. 159.

quia esset in inferno inferiori. Qui, asscito domino Bonefacio, Romanae sedis vicario, aliisque bone vitae bonique testimonii viris, sepulchrum eiusdem Karoli apperuit; sublato autem lapide, serpens mirae magnitudinis exivit de sarcophago, corpus autem regis non est inventum ibi. Non multo autem temporę interposito Milo tyrannus, qui hanc Treverensem ac Remensem invaserat sedem, anno tyrannidis sue *39. et mense decimo ab apro, dum venatur, percussus, moritur in villa que Ierancus[1] dicitur, primo[a] ab urbe Treverica miliario; ubi et sepelitur in ecclesia sancti Petri principis apostolorum laterę dextro secus altarę[2]. Fl II, 12 *f. 20 (212).

10. Pippinus igitur rex strenuissimus Hildulfum ex clero Radixbonensi[b], claro Nervorum genere ortum[c], suggestione cleri et plebis Treveris instituit episcopum; reddens aliquam partem de rebus aecclesiasticis, quas pater eius tulerat episcopo Treverensi sicut et Remensi; unde Hincmarus Remensis archiepiscopus in prologo gestorum sancti Remigii: *Cum tempore*, inquit, *Pippini regis, Karoli principis filii, revelatio ostensa esset Eucherio Aurelianensis civitatis episcopo de dampnationę aeterna eiusdem Karoli, qui res aecclesiarum diviserat, isdem Pippinus sicut et aliarum ecclesiarum episcopis huic Remensi episcopo partem de rebus aecclesiasticis reddere*[d] *et Tilpinum in hac urbe Remorum episcopum ordinari consensit.*

11. Eodem autem anno quo Milo occisus est transiit Rothildis abbatissa puellarum monasterii, quod est Treveris, quod cognominatur Horreum, virgo sanctissima, soror ducis qui dicebatur Winethere, qui pater erat sancte Glodesindis, que in Mediomatricorum[e] urbe requiescit, opinatissima et apud Dominum merito insignis. Que sanctissima Christi ancilla Glodesindis, ut in gestis eius legitur, ab ipsa amita sua Rothildi abbatissa in supradicto monasterio monasticae religionis disciplina *inbuta, ad urbem suam, Mediomatricum[f] scilicet, rediit, ibique aedificatis duobus monasteriis, uno in honore sancte Dei genitricis, altero ubi ipsa hodie corpore requiescit[3], ad famulandum[g] Domino sorores coadunavit[h] secundum regulam et morem supradicti monasterii, eis stipendia tribuens et disciplinam custodiens. *f. 20' (212).

12. Et quia huius sanctimonialium monasterii meminimus, non inutile est, si, quis primum fecerit, vel quomodo ditioni sancte Treverice sedis piissimorum imperatorum concampio sit concessum, referamus. Dagobertus, primum dux[4], postea vero rex Francorum, diabolo suadentę tyrannice vivens multisque viciis criminalibus irretitus, maxime autem amore mulierum abusus, nullam ex legitima coniuge sua prolem suscipere erat dignus. Tandem Deo propiciante penitentia ductus, peccata sua largissimis redimere studuit ęlemosinis et inter innumera quae aecclesiis Dei contulit predia sancto Petro in aecclesia Treverensi dedit has villas: Alta-regia, Witelira, Platena, Rore, Maranc[5] et locum qui dicitur Noviantes et quicquid in Kainnta[i] habuit. Item Sancto Paulino Billike, Sulme, Rôle, Miena, Novile[6]. Maxime autem diligebat, honorabat et ditabat monasterium sanctorum Dionisii et sociorum eius, et iuste, quia meritis eorum a suppliciis, que pater suus ei inferre voluit, est liberatus. Fuit enim in palatio patris eius Clotarii regis Arnolfus, vir, ut postmodum claruit, Deo amabilis, qui post *gloriam seculi Christi se servitio subdens, mirabilis in episcopatu Metensi extitit. Dagobertus huic, filius Clotharii, in annis puerilibus positus traditus est a genitore, ut eum secundum suam sapienciam enutriret eique tramitem christiane religionis ostenderet[7]. Hic[8], postquam ad virilem etatem pervenit, Sandragisium ducem Aquitaniae et percarum consiliarium[k] patris, quod se quadam contumacia despiceret, verberibus affecit et barbe rasione deturpavit. Quod cum pater suus cognovisset, eum ad supplicia requirit. Ille furorem patris timens, in basilica sanctorum Dionisii et sociorum eius fugit eorumque tutelam supplex exposcit. Quorum suffragantibus meritis, a nullo potuit exinde trahi, quousque commissum facinus pater indulgeret. Unde potissimum pre ceteris locum illum dilexit, ubi ingencia[l] dona contulit et numerosa predia dedit. Placatus igitur Dominus elemosinarum munificentia, dedit ei filium a quadam puella Regentruda. Unde in libro gestorum sancti Amandi Traiectensium quondam episcopi scriptum *f. 12 (213).

a) *manu saec. XIV. add.:* Erynck dicitur modo iuxta Pallaciolum. b) Radixbonensis *c.* c) ortus *c.* d) redderet *c.;* reddidit *H.* e) medio matricorum *c.*, Metis *manu saec. XIV. superscr. c.* f) medio matricum *c.* g) verbi *add. sed del. c.* h) quoad. *post corr.* coad. *c.* i) *fortasse* Kaimta *c.* k) consiliarum *c.* l) indulgencia *c.*

1) *Ieranc* vel *Iranc* recentiores Gestorum codices; v. SS. VIII, p. 162, n. p. 2) Haec brevius G. Trev. c. 25. 3) V. Glodes., Mabillon, Acta II, p. 1089, de uno tantum monasterio refert, neque in hoc, sed in crypta basilicae SS. Apostolorum eam sepultam dicit. 4) Nota scriptoris errorem. 5) Maring et Noviant circuli Berncastel. Sed neque de his neque de aliis villis S. Petri ecclesiae donatis quidquam constat. 6) Welschbillig, Sülm, Röhl, Minheim, Newel. Cf. chartam Egberti archiepiscopi 'MR. UB.' I, nr. 255, p. 311, et 'MR. Reg.' I, p. 37. 7) Cf. V. Arnolfi c. 16. 8) Haec ex Gestis Dagoberti c. 6—11. excerpta sunt.

c. 15 est hoc modo: *Dagobertus rex amore mulierum plus quam oportebat deditus omnique spurcicia libidinis inflammatus, sobolem minimę videbatur habere, sed tandem ad[a] Dei confugiens auxilium, deprecabatur sedule, ut ei filium dare dignaretur; quod ita Deo donante factum est; unde magno repletus gaudio, sanctum querere sibi precepit Amandum, qui, dum eum pro* f 21 (213) *capitalibus *criminibus, quod nullus ex sacerdotibus facere ausus est, redargueret, iussus est de regno eius non absque iniuria depelli; cumque tandem fuisset inventus, regi in villa quae dicitur Clipeagus est presentatus; cuius pedibus Dagobertus rex prostratus, deprecabatur, ut tanto sceleri quod in eum perpetraverat veniam largiri dignaretur. Et ille, ut erat mitissimus et supra modum paciens, cicius elevavit eum a terra atque veniam clementissime indulsit. Tunc rex ait ad sanctum Amandum: 'Penitet me valde, quod stulte adversum te egerim, precor igitur, ne memineris iniuriae, quam tibi irrogavi, atque precem meam, quam a te postulo, non dedigneris annuere[b]. Dedit mihi Deus filium non meis precedentibus meritis, precorque, ut eum sacro digneris abluerę baptismate atque in filium spiritualem suscipere'. Accepto igitur vir sanctus puero in manibus, qui non plus a nativitatę quam 40 dies habuit, benedicens catecuminum eum fecit. Cumque finita orationę ex circumstanti multitudine nemo responderet 'Amen', hinc aperuit Dominus os pueri, et audientibus cunctis clara vocę respondit 'Amen'; statimque eum regeneravit sacro fontę et Sygebertum vocavit. Et parvo interposito tempore Dagobertus sanctum Amandum in Traiecto, licet renuentem et indignum se sacerdotio vociferantem, episcopum constituit.* Dagobertus itaque rex a f 22 (214) Domino misericordiam consecutus, non solum hunc filium, *sed Lůdewicum et tres filias a regina nobilissima nomine Nantilde suscepit, Regendrudim, Irminam, Adelam; quarum Regentrudis marito est sociata, Irmina vero monasterium in Treveris civitatę in honorę sancte Dei genitricis construxit, ubi sororum quas ibi congregaverat abbatissa in sancto proposito[c] vitam finivit[1], Adela autem in villa Palciolum[d] dicta, quam a Pippino concampio adquisivit, monasterium fecit; ubi et ipsa virginum Christi quas illic coadunavit abbatissa usque ad finem vitae suae fuit[2].

13. Hec autem abbatissa et congregatio monalium que in Treveris est in loco qui dicitur Horreum sub dicionę imperatorum fuit. Sed Arnolfus imperator hoc cenobium monalium necnon et abbatiam Sancti Maximini et monasterium Sancti Petri quod Metis est Reg. 897 Gerardo et Mathfrido comitibus in beneficium dedit. Postea vero Zuendebolt, filius Arnolfi imperatoris, Treveris cum exercitu venit terramque et abbatias, quas prefati comites tenuerant, inter suos divisit, monasterium ad Horreum et monasterium Sancti Petri quod Metti situm est sibi reservans. Posteaque supradictum monasterium ad Horreum consensu tam patris Arnolfi quam filii Zuendeboldi Treverensi aecclesiae est traditum pro concampio Traiectensis prepositure.

ib. 900 14. Mortuo autem Arnolfo imperatore, proceres et optimates ad Forcheim congregati Lůdewicum, filium f 22 (214) prefati Arnolfi imperatoris, quem ex legitimo *matrimonio susceperat, regem super se creant; Zuendebolt enim ex concubina erat; posteaque in Theodonis-villa datis manibus omnes eius dominationi se subiciunt. Zuendebolt a comitibus Stephano, Gerardo et Mathfrido propter ablatum eis beneficium interficitur, Gerardusque uxorem eius Odam suscepit. Lůdewicus rex traditionem et concampium, quod Arnolfus pater suus necnon Zuendeboldus frater eius fecerant, fregit ablatumque de episcopio Treverensi Sancte Mariae cenobium Cůnrado et Gerardo[3] comitibus in beneficium cum supradicta abbatia ib. 906 Sancti Maximini dedit; sed supradicti fratres Gerardus et Meffridus violenter easdem abbatias abbatiarumque bona invaserunt; unde Conradus et Gerardus[4] supradictos invasores insecuti usque in pagum Blesiacum, rapinis et incendiis possessiones Sancte Mariae Sanctique Maximini vastaverunt. Porro Gerardus et Meffridus in quodam castello se communierant, unde legationem mittentes, pacem petierunt; qua concessa datis ex utraque parte sacramentis usque in octavas pasche, exercitus ad propria discessit. Sed antequam octavae paschae advenirent, 3. Kal. Marcii Conradus ab Adalberto comitę occisus est in Hesia in loco qui Frideslar dicitur et in castello Wilineburch sepelitur. Lůdewicus rex postea in Iulio mense Mediomatricum venit ibique in publico conventu Gerardum f 23 (215) atque Meffridum propter presumptionem, quam fecerant in bonis *Sancte Mariae Sanctique Maximini, proscriptione dampnavit, supradictum vero Sancte Marie monasterium in beneficium usque ad tempora Ottonis primi militibus reg. . . . .[e] Qui concambium, quod Lůdewicus fregerat, renovavit et episcopio Treverensi eandem abbatiam reddidit. Anno incarnationis vero dominice 987[5], Ottonis[f] anno regni 13, imperii vero 1, prefatam abbatiam ab episcopio Treverensi et episcopi manu in regiam potestatem recepit, donans cartam, ut hec eadem virginum congregatio sub regia potestatę perpetualiter consisteret; in qua sic scriptum est: *Monasterium* virginum quod est Treveris *per successura tempora nulli in beneficium dandum sub regiae potestatis manu semper esse volumus, quin et, cum opus fuerit, regularem*

a) a *post corr.* ad *c.* b) abn. *c.* c) proposita *corr.* proposito *c.* d) *ita h. l. c.; postea* c. 16. Palaciolum. e) *spatium* 9 *vel* 10 *litterarum vacat; lege:* regni dedit *vel simile quid.* f) Otto *c.*

1) Ita secunda et tertia Gestorum Trev. recensio, SS. VIII, p. 160. 2) Haec ex charta c. 16. auctor sumsisse videtur, eamque in secunda Gestorum recensione adhibitam putarim, cum prima fundationem utriusque monasterii Modoaldo archiepiscopo tribuerit, fortasse ut archiepiscopi potestatem erga coenobia vindicaret. 3) Gebehardo. 4) Regino de Conradi filio Conrado haec refert. 5) Charta Ottonis II, quae verba allata continet, data est a. 973, a. imperii 1. 'MR. UB.' I, nr. 241, p. 297. Sed auctor de Ottone III. cogitavit et fortasse similem huius chartam a. 997, quocum a. 13. regni, a. 1. imperii convenit, vidisse putandus est.

eis abbatissam inter se vel sicubi reperire poterint eligere permittimus. Postmodum vero anno dominice incarnationis 1000. rogatus a Trevericae sedis archipresulę Ekberto idem gloriosus imperator Otto III. anno regni eius 16, imperii vero 4, episcopii et episcopi Ekberti omniumque in hac sancta sede eius successorum potestati sepedictam famularum Dei congregationem et aecclesiam reddidit atque ad roborandam huius dationis atque concambii auctoritatem scribi iussit cartam, quam Willegisus Moguntinus archiepiscopus, tunc sacri palacii cancellarius, recognovit. In qua carta[1] hec inter cetera scripta sunt: *Abbatia sancte Mariae in Treveris quae cognominatur Horrea Arnolfi regis consensu aecclesiae *Treverensi est concessa et filii eius Zuendeboldi regis permissione pro concambio Traiectensis prepositure ab Ottonę primo, avo meo, largitate donata. Quam nos pro caritatę et fideli servicio Ekberti eiusdem sedis archiepiscopi eidem aecclesiae donamus, absque omni inquietudine habendam amodo concedimus. Volumus autem et auctoritate nostra precipimus, huic cenobio ratum esse, quod beatus Gregorius in Registro inter cetera scribens ait: 'Privilegia virginum monasteriis previdemus indulgeri, constituentes, ut, obeunte monasterii abbatissa, non extranea quelibet, sed quam sibi omnis congregatio de suis ęlegerit ordinetur. Quam tamen, si digna monasterio preesse iudicata fuerit, ordinet eiusdem loci episcopus'. In rebus autem et dispositione monasterii neque episcopum neque aliorum principum quemquam habere permittimus potestatem.* *f. 23 (215').

15. In hoc monasterio aliquando erat Modesta abbatissa, cuius memoria in benedictione est; de qua sic legitur in libro gestorum sancte Gertrudis: *Erat quedam abbatissa in monasterio Treverensi, cui nomen erat Modesta; et hec ab infancia Deo fuerat consecrata, simulque et beate Gertrudę virgini in amicicia familiariter miro modo sociata; licet enim longe essent ab invicem disiuncte presentia et visione corporali, animo tamen et dilectione fuere presentes, quia equalem baiulaverunt servitutis miliciam et Domino in cordis se sinceritate *equaliter sine dolo servierunt. Post multum temporis contigit* q u o d d a m m i r a b i l e, *quod ad scienciam* n o s t r a m[a] *volo narrando revocare. Quadam autem die cum predicta famula Dei Modesta in monasterio suo posita orationis causa aecclesiam intraret seque ante altare beate Mariae virginis in oratione prosterneret et finita oratione exsurgens se circumspiceret, subito eminus vidit in dextro latere altaris stantem beatam Gertrudim in habitu ipso quo prius fuerat usitata, et ait illi: 'Soror Modesta, tene certam hanc visionem, et sine ambiguitate scias me hodie de habitaculo carnis absolutam. Ego enim sum Gertrudis, quam unice dilexisti'. Et his dictis miro modo ab oculis aspicientis evanuit. Illa autem tacita cogitabat intra se, quenam esset hec visio, et ex hac visione nemini ullum verbum indicabat. Cum autem crastinus dies advenisset, episcopus civitatis nomine Lůdolfus venit ad monasterium illud famulae Dei. Tunc inter cetera colloquia virgo Dei interrogavit episcopum de Gertrude, in quo habitu aut ordine aut specię extiterit. Ille autem retulit per ordinem famulae Dei staturam corporis eius et speciem decoris eius et habitum eiusdem. Beata itaque Modesta intellexit ex signo quod audierat ab episcopo, verum esse quod viderat, et dicebat ad eum: 'Hoc modo tibi confiteor quod celabam, quia hesterna die hora sexta mihi revelatum est, quod ea die et hora ab hac luce *migraret'; et postea omnem visionem per ordinem episcopo narravit. Ille autem diem et horam consignans, invenit per ordinem rei sicut supradicta prius abbatissa indicaverat.* Vita Gertr. II, 2. *f. 24 (216). *f. 24' (216')

16. Beatissima autem, ut supra meminimus, Adela, postquam monasterium in Palaciolo construxerat illudque prediis et ornamentis aecclesiasticis copiosę ditaverat, consilio et peticione tocius quam ibi adunaverat congregationis ipsum monasterium et quicquid ad illud pertinere videbatur per testamenti paginam aecclesiae Treverensi sanctoque Petro contradidit; quod videlicet testamentum subscribere non piguit[2].

*In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Sub die Kal. April. anno 12. regni domini Theoderici regis. Ego Adela in Christo domino sacrata abbatissa, filia Dagoberti quondam regis, dum apud plures bonos homines non habeatur incognitum, qualiter nos monasterium in villa que dicitur Palaciolum situm super fluvium Moselle, quod nos ipsum Pippino maiore domus concampsimus et in honore sancte Mariae virginis genitricis domini nostri Ihesu Christi et beatorum apostolorum Petri et Pauli ceterorumque sanctorum dudum proprio monasterio construximus, monachas ibidem sub ordine sancto et regula sancti Benedicti collocavimus et de rebus nostris propriis dedimus et per testamenti paginam et per alia instrumenta ad ipsum monasterium delegavimus: ideo donamus ad iam dictum monasterium villam nostram que dicitur *Palociolum, ubi ipsum monasterium constructum esse videtur, cum omni integritate sua, tam domibus, aedificiis, appendenciis, casis, casulis, curtilibus, mansis, mancipiis, vineis, campis, pratis, silvis adiacentibus, farrinariis, aquis aquarumve decursibus, quantumcumque ad ipsam villam pertinet. Simili modo ad iam dictum monasterium villam que dicitur Scriptinas sitam in pago Mosao super ripam Mosae cum integritate sua, exceptis terris illis in iam dicta insula, iugera 40, que ego iam antea dulcissimo filio Alberico condonavi. Similiter dono* *f. 25 (217).

a) vestram *V. G.*

1) 'MR. UB.' I, nr. 279, p. 332, dubiae fidei. Neque ipsa verba auctor ubique retinuit. 2) De hac charta dubiae fidei cf. quae disseruit Goerz, 'MR.-Regesten' I, p. 47.

ad prefatum monasterium villas meas, que sunt Botbergis[a.1], *Beslanc, quas ego a dulcissima germana mea Regentrudi dato precio comparavi, et ei ex legitima hereditate et de genitore suo Dagoberto quondam legibus obvenit, et ipsa germana mea Regentrudis vel missi sui contra Plectrudem in partem receperunt, sitas in pago quae dicitur Gildegavia. Item ad iam dictum monasterium dono portiones meas per villas in Anchiriaco*[2], *Ursiaco, Caimitas, sitas supra fluvium Moselle et res illas in villa que vocatur Regnemoseht*[3], *quantumcunque Fullonis*[b] *filius Feromi*[c] *quondam mihi per venditionis titulum condonavit, et res illas in villa que dicitur Bedelingis*[d.4], *sitas pago Betense, quantumcumque michi Gauciofidus et Wighericus*[e] *per venditionis titulum contulerunt, et res illas in villa Machariaco*[5] *sita in pago* *f. 25' (217'). *Betensę, quod mihi Bertoinus condonavit. Ideo placuit nobis cum consilio supradictae congregationis, ut ipsum monasterium et quicquid ad ipsum monasterium pertinere videtur sit sub regimine pontificum aecclesiae Trevericae catholicae sancti Petri subditum omni temporę et sit sub defensione et mundiburgio prefate aecclesiae publicae Trevericae et pontificum ipsius ecclesie.*

17. Hec sanctissima Adela plena dierum migravit ad Christum. Successitque ei Bobila[f], que rexit prefatum monasterium annos 13 et menses 6. Post hanc Warendrudis rexit huius[g] monasterium annos 42, menses 3, soror Hetti primum abbatis in Medeloco, postea archiepiscopi Trevirorum. Hoc enim epitaphium eiusdem abbatissae demonstrat, quod est hoc modo:

Hic Warendrudis nimium veneranda quiescit
Abbatissa, animam sed paradysus habet.
Hetti pontificis fuerat soror, amita magni
Thietgaudi domini magnificique patris.
Cuius germanus vir clarus in omnibus exstat
Nomine Grimaldus, ore et honore potens.

Erat autem supradicto pontifici Hetti altera soror in eodem monasterio Hulindis nominę, quae et ibi requiescit. Cuius epitaphium tale est:

Hulindim retinet pulchram locus iste sepultam;
Hetti germana presulis eximii.

Warendrudi[h] successit Ratsindis, filia cuiusdam filii Godefridi nobilis et prepotentis viri, qui ad ipsum Palaciolense monasterium dedit 12 mansus in villa que dicitur Drugundorf[6]; cui *f. 26 (218). *dationi interfuit Ratbodo archiepiscopus Trevirorum, Hilpricus archidiaconus, Humbertus archidiaconus, Robertus archidiaconus. Sed et de his supradictis 12 mansis iterum tradicionem fecit Ratsindis abbatissa, mortuo patre suo, tempore Rotberti archiepiscopi.

18. Rothildis abbatissa, que fuit in Esnede monasterio nutrita, non monialis sed canonica, rexit huius[g] monasterium regnante tercio Ottone, tempore Ekberti archiepiscopi. Hec dedit sancte Mariae Emendadesdorf anno ḍominice incarnationis 988, anno regni tercii Ottonis 8[7]. Sed piissimus pater et pontifex Ekbertus eodem tempore dedit sancte Mariae sororibus in Palociolo Deo sancteque Marie servientibus villam que dicitur Elesa et vineas 3 in Anchiriaco et 19 mansos[i]. Quod vero nominata hec supra Rothildis canonica fuerit, testatur epitaphium eius, quod est hoc modo:

Sponsa Redemptoris iacet hic tumulata Rothildis,
Sursum glorifica tripudians anima.
Dum viguit mundo, nituit clarissima virgo;
Abbatissa chori candida virginei.
Mansit sub sacro speciosa canonica velo,
Sed tamen in vita vera fuit monacha.

a) Bietbergis *alterum chartae exemplar, DD. Mer. p.* 177. b) Tullonis *ib.* c) Feromin *corr.* Feromi *c.* d) Baldelingis *l. l.* e) Vinghericus *c.* f) Bobĭla *c.* g) *ita c.* h) Warendrudis *corr.* Warendrudi *c.* i) mans, *spatio duarum litt. vacuo rel., c.*

1) Bivers, Beslingen? GOERZ. 2) Enkirch, Uerzig, Kaimt. 3) Roscheit? 4) Beilingen? 5) Machern. 6) De cuius situ non constat; Goerz l. l. p. 273. 7) Hi numeri inter se non conveniunt.

EX ANSELMI GESTORUM EPISCOPORUM LEODIENSIUM RECENSIONE ALTERA.

Anselmum Gesta episcoporum Leodiensium quae composuit non semel tantum edidisse, sed ea tum Idae comitissae, tum Annoni archiepiscopo Coloniensi dedicasse, praefationibus quas codices praebent edocemur. Unam vero tantum eorum recensionem genuinam nobis servatam esse, omnes fere unanimi consensu statuerunt, alteram ab Aegidio Aureaevallensi traditam ab hoc esse decurtatam vel interpolatam rati[1]*. Attamen haec etiam separatim descripta est, eiusque ratione et sermone accuratius examinatis, mihi quidem persuasum habeo, neminem nisi ipsum auctorem narrationem ita mutasse, modo abbreviasse modo ampliasse. Quod ita factum est, ut animum ecclesiae propensiorem, in regem Heinricum III. magis hostilem prodat. Quare post huius mortem librum Annoni archiepiscopo inscriptum sic eum recensuisse, recte statuere mihi videor. Certe multa sunt, quae hanc libri formam altera recentiorem esse ostendant, neque tamen tempori a Wazonis episcopi obitu (a.* 1048*) longius remoto eam adscribere posses*[2]*. Quae cum ita sint, etiam in hac nostra collectione locum sibi vindicat, neque quae in Aegidii opere edendo minutioribus litteris exprimi iussimus iustis desideriis satisfacere possunt. Quare eam saltem partem quae saeculi XI. historiam non parum illustrat iterum exhibendam duxi, paucis locis ex priore parte additis, iis vero praetermissis, quae vel ex Herigeri primo libro aliisve fontibus notis hausta sunt*[3] *vel ad tempora remota spectant et ab altera recensione parum recedunt.*

B. m. Ioh. Heller noster hanc praeparavit editionem, neque tamen praematura morte abreptus eam absolvit. Codicem contulit bibliothecae Leodiensis *nr.* 178[4]*, olim Cruciferorum, chart. saec. XVI, quem iam Chapeavillius inspexit, nunc vero Berolinum transmissum ille diligenter excussit, nonnullis tamen omissis, quae ut repeterentur minus necesse iudicavit, cum ipsi de Anselmo auctore non prorsus constare videretur. Capitum divisionem a priore recensione paullo diversam retinui, huius vero numeros uncis inclusi. Adnotationes nullas fere adieci; cum quicumque Anselmi libro uti voluerit utramque eius recensionem comparare debeat.*

1) Cf. quae fusius Köpke, SS. VII, p. 153 sqq. disputavit. 2) V. quae disserui 'N. Arch.' VII, p. 73 sqq. 3) c. 35. 36. 39. Herigeri nonnulla esse addita, Heller adnotavit. 4) Minus recte SS. XXV, p. 5. legitur '187'.

Occasione vero data, ex codice monasterii Averbodensis *chart. saec. XVI*[1], *nuper reperto, quo Herigeri liber et prior Anselmi recensio continentur, diligentius descripti et mendis non paucis vacui, quibus reliqui codices sunt maculati, nonnulla attuli ex I. Helleri schedis, qui codicem illum cum editione Scriptorum tomo VII. parata accurate comparavit. Integrum vero Anselmi librum alibi emendatius et plenius proponere liceat.* *G. W.*

24 (25). Substitutus est Eraclio quadragesimus sextus Notgerus . . . . Leodienses incolas a mortifero castri Montis-Caprini iugo tam potenter quam et sapienter eripuit. Quod quantum prefatis totius provinciae incolis potuerit extitisse infestum, naturalis ipsius loci situs et meniorum ac turrium domorumque sublimium ruinae patenter ostendunt.

Cuius castri traditionem et subversionis ordinem quicumque nosse desiderat, sicut a maioribus eum accepimus, referre non omittemus. Erat quippe accessu tam difficile tantaque murorum munitione firmatum, ut ad nullos prorsus posset pavere assultus, nullius obsidionis timeret incursus. Contigit autem ordinatione divina, dominum ac possessorem eius ex nobilissima coniuge sexus masculini prolem suscipere. Infantulo igitur recenter nato, considerans pater nullam circum se potioris dignitatis inveniri personam, a quo suscipere posset puer baptismi gratiam, Leodiensem conveniens episcopum, precatur obnixe, quatenus coniugem suam in hac infirmitate dignetur invisere et filium sibi natum sacro fonte immergere. Cui peticioni hylari vultu annuens episcopus, diem constituit, quo cum multa religiosi cleri concione aegram visitaret et solemni admodum fastu puerulum baptizaret. Qua sponsione gratanter accepta, miles ad propria regreditur et prefixam ab episcopo diem laetus prestolatur. Erat autem in seculo dives et prepotens et nobilissima Francorum cretus propagine. Cernens igitur sapiens antistes damnorum et calamitatum innumerabilium querelis sub hac occasione finem posse dari, congregato silenter militari cetu non modico, quid mente concepisset, secreto eis pandit consilio. Hortatur eos secum subire negotium, Dei affuturum promittit auxilium, maximum se eis collaturum, si perseverent, pollicetur donativum. Postea de omnibus agendis ab eo sufficienter instruuntur et paucis diebus cum eo detinentur. Et nota, quam prudenter diem prefixerit, quo veniens puerum baptisaret, quem tamen, ne prepediretur opus salutis, expectare noluit. Timebat enim, ne die statuto miles prefatus Leodii occurreret, et dolus laudabilis immature ei quoquo modo innotesceret. Die igitur postero illucescente, loricis et gladiis milites iubet armari et habitu clericali desuper indui, galeas occulte sub cappis clericalibus portari, laicalem comam pileis laneis celari. His ita gestis, clero illo precedente, subsequens episcopus egreditur ab urbe, et canonico more incedentes cum iam castro propinquarent, nuntiatur episcopus[a] illuc venire, totius fere cleri sui stipatus agmine. Occurrit statim miles cum omni populo suo, episcopus devote suscipitur et cum suo comitatu castrum illud introducitur. Sed ut compendiose loquar, priusquam residerent, mutato repente fortunae casu, ad edictum presulis abicitur habitus clericalis, mutatur in militem clerus ille mirabilis, parent in loricis, qui tetris prius latebant sub cappis. Muniuntur capita galeis, et celeri volatu circumquaque dispersi, domos subruunt, ecclesias destruunt, menia excelsa absque ullo contradictore precipitant et subvertunt. Et ut cuncta brevi sermone concludam, tanto destruendi fervore bachati sunt, ut ne parvissimae quidem domunculae tugurium relinquerent nec a loco discederent, donec ad purum cuncta demolirentur. Patrato tandem pro voto negotio, ut erant in habitu militari, ad urbem sunt regressi, multis sanctorum pignoribus secum ablatis et in ecclesia Leodiensi venerabiliter ac decentissime locatis.

25 (26). Et quia vero dici solet proverbio, quod preteritorum malorum experientia futurorum debeat esse cautela, multis contrariis eventibus eruditus vir idem preclarus, studebat in providendo subditorum saluti semper cautus existere in his quae possent scandali materiam generare. Unde cum quidam vir nobilis, armis prepotens et divitiis pollens, locum satis firmum, civitati non solum contiguum, sed et supereminentem, ab eo petisset, ut illic mansionem sibi facere debuisset, intelligens vir sagacis ingenii

a) episcopum c

1) Cf. Kurth, 'Notice sur un ms. d' Heriger et d' Anselme' in 'Bulletin de la commission royale d' histoire de Belgique', série IV, t. II, nr. 7; Heller, 'N. Arch.' II, p. 323 sq.

versutias cordis eius dolosi, quod videlicet hoc non ad urbis, ut promittebat, defensionem, sed ad totius provintiae peteret pernitiem, non ei prorsus assensit, sed [per[a] Robertum maioris ecclesiae prepositum, procuratorem suum, etiam absens] ad honorem victoriosissimae crucis Christi ecclesiam in ipso loco construxit, quam etiam claustro et congruis pro loco officinis ordinavit et agris eam decimisque cum redditibus aliis multis, unde 15 fratribus illic Deo servientibus victualium necessaria provenirent, ditavit.

26 (27). Sed et aliam, Nithardo maioris ecclesiae custode administrante, in honore beati martyris Dyonisii condidit ecclesiam; in qua primum quidem 20 delegati sunt canonici, procedente vero tempore, decem additis, in tricenarium profecerunt numerum. Deinde terciam ecclesiam in honore beati Iohannis euangelistae ex suis sumptibus condidit, 30 canonicos in ea instituit.

27 (28). Et quanta fuerit illi in educandis pueris scolaribusque disciplinis instruendis sollicitudo, hinc maxime probatur, quod semper, dum in via pergeret, longe seu prope, scolares adolescentes secum ducebat, qui uni ex capellanis suis sub artissima scolarum parerent disciplina. Quibus etiam librorum copiam cum ceteris scolaribus utensilibus circumferri faciebat. Sicque fiebat, ut, quos plerumque rudes et illitteratos a claustro abduxisset, ipsos, quos prius magistros habuerant, in litterarum eruditione redeuntes superarent.

28 (29). Huius eruditionis occasione plurimi eorum etiam in religionis ac sanctitatis disciplina circa eum in tantum profecerunt, ut idonei fierent rectores ecclesiarum. Ex illis quippe multae civitates gavisae sunt se habere pastores, quarum Salzburgensis[b] ecclesia archiepiscopum habuit Gontherum, Cameracensis duos, alterum alteri succedentem, Rothardum et Erluinum, Virdunensis Haymonem, Tullensis Hezelonem, Traiectensis Adelbodum. Licet a multis etiam aliis episcopalem gradum non assecutis, qui sub eo nihilominus coaluissent, quam plurimae correctae sunt ecclesiae; ex quibus Durandus, postea Leodiensis episcopus, Bavenbergensem[c] ecclesiam religionis et artium liberalium disciplina illustravit; Olbertus cum quibusdam aliis secum hinc abductis Aquensium clericorum vitam pernitiose licenti contagio depravatam ad sanctae religionis statum pro posse reduxit.

Quid de Huboldo dicam, qui dum adolescentulus a scolari disciplina hinc inde aufugisset, Parisius veniens, sanctae Genovefae canonicus adhesit, in brevi multorum scolarium instructor fuit? Ubi cum aliquamdiu, domno Notkero ignorante, moraretur, tandem canonica episcopalis sententiae executione compulsus est redire, pluribus relictis ibi studiorum ac moralitatis insignibus. Cuius vitam bene satis morigeratam acceptans episcopus, gratia ac donis muneratum ad virtutis studium amplius accendit. Idem postea sub pontifice Baldrico Pragam Boemiae civitatem transmissus, cum nonnulla ibidem christianae religionis documenta dedisset, ad nos iterum cum honore remeavit. Multi quoque alii sub tanto patre educati, religione et studiis liberalibus diversa illustravere loca. Quorum vita religiosis moribus et doctrinis insignita, paternae probitatis evidens est documentum. Nec hoc silendum, quod inter cetera pietatis opera, prudenti admodum usus consilio, in tres equas portiones predia ecclesiastica divisit; quarum unam sibi suisque successoribus retinuit, alteram ecclesiis et monasteriis impertiit, terciam militibus, qui ecclesiam armis protegerent, habere concessit.

29 (30). Et ut de sanctis eius moribus aliqua adhuc breviter enarremus, erat pauperibus mitis — — discretus in silentio. Quem summi proceres, Romanae videlicet urbis antistes et imperator, tanto extulerunt honore, ut primus eorum in disceptationibus presulum Cisalpinorum suas ei vices iniunxerit, imperator vero in disponendis regni negotiis precipuum procuratorem habuerit. Numquam torpori in se locum dedit et a suis familiaribus desidiam animi pro posse semper expulit. Cum clericis divinae paginae questionibus enodandis quotiens vacaret intentus, etiam laicos adolescentes, quibus educandis instabat, aetati et ordini suo congruis artibus implicabat. His et similibus insistens laboribus pater venerandus triginta sex in episcopatu peregit annos multosque a nobilitate paterna non degenerantes reliquit filios; inter quos piae memoriae domnus Wazo pre ceteris enituit. Qui cum in eius capella primo quidem abiectus, librorum abacique gerulus coaluisset, succedente paulatim valentis ingenii progressu, tandem ad regendas maioris ecclesiae scolas, episcopo iubente, convaluit. Cuius et exemplis instructus et doctrinis imbutus, adiectis insuper divino ex munere propriis virtutibus, magistrum representare studuit nostris quoque temporibus, sicut in sequentibus ostendemus.

30 (31). Quadragesimus septimus episcopatum suscepit Baldricus, generis et morum nobilitate conspicuus. Qui cum bono antecessori suo sollicite studeret assimilari, in honorandis ecclesiis earumque rebus augendis[d] magnificus fuit, adeo ut nullam in episcopatu suo ecclesiam, nullum preteriret cenobium, quod non aliquo vel decimarum vel agrorum fructu donaverit et ex prediis sui patrimonii Christi pauperes in ecclesiis Deo servientes heredes fecerit. Inde est, quod valens allodium Pannardum* nominatum maiori ecclesiae ad sustentandos ex eo viginti quatuor pauperes perpetuo contradidit; sed et comitem Arnulfum cum sua coniuge liberis orbatos monitis ad hoc perduxit, ut ecclesiam sibi heredem pro animarum suarum remedio facerent. Eius etiam temporibus Gerardus Cameracensis episcopus cum fratre Godefrido Florinense oppidum cum monasterio in honore sancti baptistae Iohannis in eo constructo Leodiensis ecclesiae subiecit dominio. Cui monasterio, ne quid

*) Pannardum optimum allodium suum *cod. Av.*

a) *haec des. c.* b) Salrb. *c.* c) Baverb. *c.* d) *ita etiam cod. Av.*

ibidem Deo servientibus minus suppeteret, duas ex sua parte prefatus episcopus Baldricus gratis addidit ecclesias.

Ipse, presente Coloniensi archiepiscopo, sancto videlicet Heriberto[a], sanctae Mariae sanctique Lamberti ecclesiam dedicavit. Post cuius dedicationem beati Bartholomei ecclesiam, a Godescalco maioris ecclesiae preposito constructam cum eodem archiepiscopo die tertio consecravit.* Postea in beati apostoli Iacobi honore monasterium aedificare gestiens, fundamenta quidem basilicae iecit, sed subripiente mortis die, cum usque ad vitreas opus perduxisset, imperfectum reliquit. Criptam tamen, in qua nunc corpore quiescit, cum perfecisset et in honore apostoli Andreae dedicasset, pauca ibi predia ad usum ibi Deo famulantium constituit, et parvo post tempore morti propinquans, ipso die eademque hora qua in Flardargensi prelio maxima nostratium strages facta est, decessit.

31 (32). Huic magnae virtutis vir Walbodo successit — — sub eo locus erat.

32 (33). Hunc ob eximiae vitae meritum imperator Henricus miro dilectionis amplectebatur affectu, ita ut pia caritatis violentia eum a claustri quiete abstractum primo sibi capellanum faceret ac deinde Leodiensis eum episcopatus fastigio sublimaret.** In cuius nimirum gradus culmine nil de prioris vitae statu imminuens, intentiori potius rigore corpus instituit edomare, vigiliarum sanctarum impiger executor, elemosinarum ardentissimus distributor. Quid de sanctarum orationum eius assiduitate referam? Quibus exequendis adeo studiosus erat, ut multas etiam hyemales noctes continuaret insomnes, sanctorum limina circuendo et pauperum manus, qui ei per nota viarum diverticula occurrissent, largiter replendo. Parsimoniae[b] vero virtus adeo ei amicabilis erat, ut post ieiunium cibis grossioribus ad refectionem corporis utens, lautiores et exquisitos, qui sibi pro sacerdotali dignitate apponebantur, prius manibus contrectaret, sicque sapore pariter et odore pregustato, vilioribus pulmentis ipse contentus, mendicis distribui iuberet.

33 (34). Commotum aliquando contra se Henrici imperatoris animum sibi reconciliari gestiens, consilio suorum aliquantum pecuniae contraxerat, quam eidem Coloniae occursurus, ut placatior efficeretur, offerret. Sed audi rem relatu pariter et laude dignissimam. Mutato enim repente proposito, cepit secum disquirere, quod, si princeps terrenus placandus esset muneribus, cur non potius Rex celestis elemosinis esset acquirendus, in cuius manu sunt omnium corda principum. Offenso celorum Dominatore, frustra terrenum regem placari, Creatore placato, hominis quantumlibet in terra sublimati minas non debere reputari; sicque nocte ipsa, qua in crastinum profecturus erat, quae collegerat cepit pauperibus religiose distribuere, ita ut de illa pecuniae summa, qua placari princeps debuerat, nil penitus retineret. Imperator interea Coloniae iam constitutus, pecuniam, quam fama precurrente sibi noverat ab episcopo coacervatam, gaudenter prestolabatur; sed cum diu quando sibi presentaretur[c] expectasset et a referentibus tandem rei gestae ordinem et causam cognovisset, sapienter apud se deliberans vir nobilis, non ad sui comtemptum quod factum fuerat reputavit, quin potius prudentiam pariter et constantiam pontificis, quod terrenum principem immortali Regi non pretulisset, plurimum collaudavit et ex splendido illo suo contemptu, unde eum amplius amaret, invenit suamque vanam potentiam in hac parte a bono sacerdote derisam gavisus est. Audiant hoc episcopi, qui creditas sibi spoliantes ecclesias, mimos ceterosque palatinos canes ditare contendunt, ipsique scurrilibus vaniloquiis et turpibus circa reges adulationibus inservire non erubescunt. Ecce, magis celebre in regali aula nostri pontificis nomen nil tribuendo est effectum, quam multorum cum suis adulationibus ceteri collatores munerum. Huius itaque veteris semperque recentis morbi noster hic antistes prorsus immunis, male blandientis seculi lenocinia fortiter calcabat, ad celestia toto desiderio suspirabat et per duos et semi annos, quibus in episcopatu vixit, preter spontaneam qua corpus atterebat afflictionem, continua stomachi infirmitate laboravit, eoque magis animi vires roborans, erga subditos tam exemplis quam monitis auxit rigorem ecclesiasticis disciplinis; multique a levitate, quam prius fuerant sectati, ad gravitatem morum conversi, sanctitatis eius imitatores sunt effecti.

34 (35). Hic postea, peracta paschali solemnitate suo more devotissime, sensit se — — discerent; omnibus ingressuris domus, in qua iacebat, fores patere volens, suae mortis prebebat spectaculum — —. Ad cuius sacrum corpus multi diversi generis languoribus vexati dum remedia petituri venerunt, ipsorum languorum levamen efficax sepe invenerunt.

35 (36). Quadragesimus nonus subrogatus est in sede Durandus, humili quidem servorum Godeschalci maioris ecclesiae prepositi stirpe progenitus, sed ingenii ac morum probitate preclarus. Hinc est, quod, cum idem prepositus pro more ecclesiastico manus ei porrigeret, ut sacramentum fidelitatis et subiectionis ei faceret, ille, conditionis suae non immemor, humilitatis virtute persuasus, ab episcopali cathedra ipsi assurrexerit, dicens, non sic fieri oportere, se potius domino suo subiectionis obsequium debere.

36 (37). Huic defuncto et in ecclesia sancti Laurentii tumulato successit Reginardus, qui collateralis[d] Heriberto[a] Coloniensi archiepiscopo, eximiae sanctitatis viro, perfectionem in ecclesiasticis assecutus fuerat

*) cum dehinc tercia die ecclesia, quam vir religiosus Godescalcus maioris ecclesiae prepositus construxerat, ab eisdem episcopis in honore Bartholomaei apostoli est dedicata. Quam memoratus prepositus ex alodiis suis — — dotavit. *Cod. Av.*

**) Nam preter artissimam — disciplinam *pergit cod. Av.*

a) Herberto *c.* b) Parcim. *c.* c) presentaret *c.* d) conlateralis *etiam cod. Av.*

disciplinis; a quo et Bonnensi ecclesiae primo prelatus, eandem iam pluribus rexerat annis. Hic bonus, pius existens, perversis omnibus se durissimum exhibebat, mitem pauperibus, asperrimum divitibus iniquis.

Eius diebus ab orientali plaga emergens turba non modica, incendiorum atque guerrarum infortunio a suis finibus propulsa, Leodium usque devenit; qui parvulos suos miserabiliter circumferentes, ab ignotis gentibus stipem mendicare cogebantur. Horum cotidie concurrentium turba cum gravis esset indigenis manu et arte victum querentibus propter coemendi panis angustiam, qui tantae plebi minus posset sufficere, compassione tactus episcopus, plebem suam paterna convenit admonitione, ut unusquisque pro posse populo inedia marcescenti pietatis intuitu studeret misericorditer subvenire. Ipse vero, ut ceteris esset exemplo, trecentos ex illa sua stipe suscepit alendos, unde et amplius ad similia pietatis opera reliquos accendit.

Hic in ecclesia sancti Bartholomei cum duodecim, quos illic invenerat canonicos, ex bonis sibi competentibus octo addidit, et pontem magnum super Mosam suis sumptibus extruxit. Basilicam sancti Laurentii renovavit, prediis auxit et triginta monachos illic viventes regulariter constituit. Quae etiam ecclesia a Piligrino archiepiscopo rogatu ipsius consecrata, locum ei sepulturae prebuit.

37 (38). Huius loco successit Nithardus, custos ecclesiae maioris, iuvenis aetate, sed maturus moribus, quatuor circiter annis pontificii fretus honore. Hinc in tam brevi vitae suae tempore magnum ornatum, quem hactenus possidet, nostrae acquisivit ecclesiae, in qua defunctus sepulturam voluit habere.

38 (39). Post istum quinquagesimus secundus Wazo maximus canonice electus, episcopali cathedrae intronizatur. Hic primum sub Nothero presule capellanus existens, postea ab eodem scolarum donatur magisterio; in quarum studio tam morum quam litterarum vigilantissimam exercuit disciplinam. Scolares claris pollentes moribus, licet minus litteratos, scientiae suae vanitate inflatis anteponebat. Venientibus ad se de diversis terrarum partibus — — cum usuris extorquere. Munificentiam in eo laudare superfluum iudicamus, qua ita erga peregrinos et hospites sedulus erat, ut potentes ad ditiores se frugalitas eius in invidiam concitaret. Postea cum sub pontifice Baldrico etiam decanatus sublimaretur honore, ita se modestum exhibere studebat, ut et in subiectos mansuetissimus appareret et contra superbos erectus, virtutis instantia contumacias eorum suppremeret. Probat hoc subscripta eius epistola, Iohanni preposito in superbiae fastu ob vanum prepositi nomen elapso directa, quod et tyrannicam potentiam in disponendis iniuste rebus ecclesiasticis sibi arrogaverit.

40 (41). *Fratri Iohanni — — solent propulsare. Instruat saltem nos Coloniensis disciplina claustri ubi prepositus et prelatus — — vendicas dominium. Hactenus eramus pauperes Christi, liberi tamen matris ecclesiae filii; reliquum est famulemur tibi servi empticii. Desine — — desine gloriari. Corepiscopos et*[a] *archidiaconos propter insolentiam — — semper cum iusticia. Cum me in nullo, exceptis peccatis meis, quae nimia sunt, possis legitime redarguere, quare in augmentum malivolentiae tuae me soles iracundum vocare? Si ira viri iusticiam Dei non operatur, vel iniusticias meas dic, aut veritas tua cassatur. Sed quia*[b] *negotia mea, lege derelicta, tuis pravis consiliis, ne confundar, nolo communicare*[c]*, imputas hoc mihi agere iracundiae obstinatione. Sed malo a te dici nec esse iracundus quam tuorum consiliorum semper alumnus. Ista, frater, in pristinae familiaritatis recordatione meditanda tibi liberali studio delegamus et, ne quid dictum sit in gratiae detrimentum, quia sic ratio poscebat, optamus.*

(42). Haec scribens procul omni invidia et odio, dum unum hominem a tortitudine morum ad rectitudinis tramitem revocare studuit, omnibus prepositis formam iustioris vitae, cui imprimi debeant, exhibuit. Prepositus autem ille Iohannes, cui scripserat, dum corrigi debuit, maioris invidiae stimulo tactus, persuasibilibus terrenae sapientiae verbis episcopi ceterorumque maiorum animos in eius odium accendit, sed et ruricolas eius ac vinitores, directis nuntiis, in eius rebellionem pariter ac debellationem animavit. Rustici autem, conspecto quod pro cautissima sui procuratoris instantia in defraudandis fratrum bonis nulla superesset eis oportunitas, ad instigationem Iohannis in tantam proruperunt audatiam, ut domum, in qua quiescebat decanus ipse, nocte circumgirantes, armati concremare niterentur. Sed qui sperantes in se non deserit omnipotens Deus, iustitiae cultorem mirabiliter ab hoc periculo liberavit; nam, amissa licet vestium aliarumque rerum diversa supellectile cum multa vini copia, quam inferiori eiusdem domus parte ad opus fratrum providus contraxerat, nec unus quidem ex hominibus, Deo donante, crepitantibus undique flammis succubuit. At vir Dei tanta adversitate nequaquam frangitur, sed potius boni propositi tenacior efficitur.

41 (43). Sed cum quidam eius necessarii periculi pondus attenderent, veriti satis, ne solus non posset sufficere ad resistendum diu aemulorum suorum invidiae, quatinus imperialis auctoritas felicibus actibus contra invidos esset tutela, hoc apud imperatorem Conrardum efficiunt, quatinus ab episcopo Regenardo eum expetitum sibi faciat capellanum. Sic tandem adversariorum ad tempus cessit invidiae, non quod adversitati succumberet, sed ut bonae intentioni vires interim repararet. Igitur ex consensu presulis et totius capituli in decanatus officio substituto sibi vicario, imperatorio se confert obsequio; ubi brevi exacto tempore, pro suae sanctitatis merito non solum ab ipso imperatore, sed etiam ab archiepiscopis et episcopis tantam consecutus est gratiam, ut in solvendis scripturae sacrae questionibus aliarumque causarum enodandis disceptationibus doctorem precipuum haberent; pre ceteris tamen Aribo Moguntiacensis et Piligrinus Coloniensis tanta eum veneratione preferebant, ut ei vicissim assurgentes in tractandis negotiis aulicis collateralem sibi eum sessorem effici cogerent.

a) *ita etiam cod. Av.* b) veritatem meam vel *des. etiam cod. Av.* c) dedere *cod. Av. ut* 2. 3. 4; ledere *perperam ed.*

42 (44). Eo tempore Iudeus quidam arte medicinali peritissimus et ob hoc imperatori satis carus in[a] paternae legis traditione ferebatur esse perfectus. Is aliquando veteris legis questionibus domnum Wazonem sollicitans, eo usque contra eum litigando progressus est, ut, si pignoris loco vini poneret amam, ipse contra dextrae manus digitum preberet abscidendum, si eius propositio scripturae confutaretur testimonio. Quid multis immorer? Venitur ad veteris hystoriae codicem, proponit ille sententiam e vestigio testimoniis quam pluribus. Wazo disertissime confutat propositam, ita ut, ipso fatente adversario, digitus victori adiudicaretur abscidendus. Qui cum a devicto sponsore negari non posset, subridens Wazo Iudei manum invasit, tenensque digitum, quoadusque eum repetere vellet, fidei eius custodiendum commisit. Sicque bellator Christi novum christiano nomini a precipuo doctore gentis Iudaicae gloriose retulit tropheum, habitumque est celebre in regis curia, Iudeum sapientia famosum a Wazone esse devictum.

43 (45). Interea cum fama divulgante percrebuisset ubique, Iohannem obisse prepositum, Wazo venerabilis, et si curiales tumultus evadere et claustrali quieti se reddere desideranter optaret, reditum tamen ad suos adhuc distulit, usque dum successorem accepit idem Iohannes, ne cupiditatis notam apud invidos incurreret. Susceperat autem prepossituram unus ex archidiaconis Lambertus nomine. Qui post domni Wazonis reditum parvo superstes tempore, cum morti proximus existeret, testamenti sui prefatum decanum constituit dispensatorem; sicque vita decedens, acclamatione pariter et electione totius cleri per episcopum Regenardum ipsum accepit in prepositura simul et archidiaconatu successorem.

44 (46). Inter hos nimirum ascensionum gradus ita vir Dei studebat humilitatis scalas in corde disponere, ut, quanto videretur maior, tanto secum esset humilior; et cum se a cunctis generaliter viciis irreprehensibiliter custodire niteretur, ea tamen potius cavebat, quae prius humiliori in loco positus in suis maioribus reprehendebat, superbiam videlicet et rerum ecclesiasticarum rapinam. Humilitatis virtute non solum coequalibus, sed et minoribus se conformabat, misericordiae visceribus Christi benignissimus imitator afflictis compatiebatur. Quid de dispensanda Christi familiae annona dicam, cum fratrum suorum, scilicet ecclesiae maioris canonicorum prebendas usque ad id tempus pauperes et exiguas[b] panis et vini, indumentorum redditibus sufficienter amplificaverit et de multa inopia opulentissimas reddiderit? Nam cum per dies singulos unicuique panis unus tantum in stipendio cotidiano tribueretur, iste candentis similae quinque libras appendentem singulis distribuendum adiecit panem et in potu vini centum quadraginta vecturas singulis annis ecclesiae suae filiis proventuras, hac videlicet ratione, ut ex eo quod predictis fratribus superesset, aliarum ecclesiarum, quibus vinum non esset, consuleretur inopiae; decentissimum aiens fore, ut ex ecclesiae maioris habundantia minorum suppleretur indigentia.

(47). Duodecim pauperibus vel peregrinis coram fratribus in refectorio reficiendis alimenta sufficientia constituit; et hospitale, quo de episcopii culturis decimae conferuntur, cum ipsius esset creditum providentiae, tanta fidelitate ordinavit, ut inde triginta pauperes per anni circulum large[c] sustentarentur, et ex ecclesia, quam dudum Baldricus pontifex viginti quatuor elemosinariis sustentandis destinaverat, duodecim supra reficiendi adicerentur, omnes peregrini sine equis supervenientes sine repulsa reciperentur, qui autem cum equis venissent, episcopali relinquerentur excellentiae. Interea corpori frequentes indicuntur abstinentiae, pauperibus Christi largiores augentur impensae. Recreantur cotidie utrique assidentes lateri, hinc clericorum, hinc laicorum pauperum catervae. Referuntur ab eius mensa tam interioris quam exterioris pabula hominis; ipseque hylaris conviva parcissime refectus, immo pene ieiunus, esuriens semper et sitiens iusticiam, divitias suas communi utilitati quam propriae deservire malebat, quas in omnia pietatis opera inflectere satagebat. Sentiebant eius humanitatem aegritudines decumbentium, labores exulum; senio confecti, a divitiis in paupertatem delapsi indesinenter sunt eius suffragio suffulti. Sicque vir Deo devotus omnibus omnia factus, oculus erat caeco et pes claudo. Hunc pupilli parentem, hunc invenere viduae maritum et provisorem. Haec de exteriorum administratione.

45 (48). Interius autem subditos regularibus institutis ut karissimos fovebat filios, rebelles vero disciplinae flagello severissime corripiebat, in utrosque tamen pietatis servans viscera, dum hos ad meliora proveheret, illos vero a pravitate compesceret. Nec timebat miles Christi, ne tenacioris iusticiae rigore hominem offenderet, dummodo superni Iudicis aequitatem sectando gratiam optineret. Unde contigit, ut defensione veritatis fervens quorundam mundi huius potentium offensam frequenter incurreret, in tantum ei ut multimodae sepius tenderentur insidiae, et de vitae eius periculo agere nulla putaretur iniuria. Sed quia ex sententia Salomonis frustra iacitur rete ante oculos pennatorum, iste ceu pennatum Dei animal minas et pericula, postremo omnia virtuti obsistentia libero volatu evadebat temptamenta, primo quidem aequanimiter ea tollerando, suo autem tempore et loco eadem rationabiliter confutando, uti semper spiculo rationis adversariorum confodere solebat pectora. Erat enim hoc in eo tam laudabile quam mirabile, quod in quocumque negotio contra quemlibet controversiam sumeret, inexpugnabili rationis ope munitus, assequeretur victoriam. Et hoc ideo, quia circumspectus omni parte, oculos in intentionem boni direxerat. In cuius custodia sese cum veritate et ratione ita defixerat, ut inde nec odio moveretur nec gratia, ac–

Si videas contempnere ventos saxa Rodopes,
Aut ceu procellis obstet Marsepia cautes.

Vitam Deo suam sibique notam ita disposuerat, ut noctes atque dies aut psallendo aut legendo aut rationalibus ex causis disputando, nisi cum sompno reficeretur aut cibo, in Dei laude continuaret. Raro aut numquam aliquis eum consulturus accessit, qui non aetati et naturae suae congrua retulerit condi-

a) et *c.* b) exiguos *c.* c) *in marg. c.*

menta. Lacte potabat infirmos, cibabat pane validos. Vestibus nec preciosis nec admodum vilibus utebatur, satius ducens imperio potentis animi quam cilicii asperitate corporis membra domari. Certis diebus, nudato dorso, disciplinari virga flagellandum se prebebat, districte contestans percussori, ut nec in feriendo parceret nec secretum proderet. In tanto igitur virtutum culmine studebat semper precipuo discretionis speculo mediocritatem tenere viamque regiam inter laevum dextrumque mediam vitae suae lucerna premonstrabat incedendam.

(49). Interea pontifice Reginardo decedente, maxima pars filiorum ecclesiae in eius electionem vociferando consurgit; quorum ille ut a se amoveret intentionem, vehementer culpabat presumptionem, dicens, sibi magis, utpote maioris ecclesiae preposito, competere, quod ipsi iniuste nitebantur usurpare, in electione pontificis primam se vocem ab antiquis legibus habere. Cumque huiusmodi invectione pia voces illorum suppressisset, Nithardum custodem in episcopum elegit, electum nominavit, electionem eius totius capituli consensu confirmavit imperialique potentia simul et auctoritate roboravit. Sic venerabilis prepositus timens externis honoribus proficere, quibus interius morum ruina potuisset deficere, ei, cui ante prelatus fuerat, gavisus est subesse, et per quatuordecim circiter annos prescripto modo administravit officium preposituræ.

46 (50). Novissime tandem tantae sublimitatis virum in humilitatis suae latrebris noluit Dominus esse occultum; sed quem intra claustri unius septa dederat esse perfectum, quasi in certaminis campum prodire iussit militem strenuum, ut tempore oportuno laboranti populo esset solatio et famis bellique tempestate solus foret remedio periclitanti patriae. Defuncto siquidem post annos quatuor Nitardo, a clero pariter et populo in episcopum rapitur potius quam eligitur, quippe qui simili qua pridem cautela ab ipso timebant illudi. Reluctatur ille totis viribus, obtentu divinae pietatis misericordiam sibi impendi precatur. Sed nec renitentis exauditur sententia, nec precanti impenditur misericordia. Trahitur ad cathedram pia coactus violentia; et, ne diutius verbis irretiar, mittitur Ratisbonam electus noster cum convenientibus ecclesiae simul et populi civitatis personis, et cum eo baculus pastoralis; ubi forte Henricus, tunc rex, postea imperator, Bohemiam cum exercitu aggressurus advenerat. Litterae deprecatoriae Leodiensis ecclesiae presentantur; res in crastinum agenda differtur. Postero die a rege cogitur concilium cum episcopis et proceribus palatinis. Nec defuere malivoli, qui electionem sine regio nutu factam dicerent fore cassandam[a]. Ex capellanis potius aliquem qui regiam frequentassent curiam debuisse eligi; Wazonem palatinis numquam intendisse negotiis, idcirco rudem animo et actibus incompositum hactenus extitisse, superioribus contumacem, inferioribus infestum. Non expedire regi, ut virum promoveat, quem posset aliquando reperire contra se obstinatum. Quorum hortatu facile persuasus iuvenilis regis animus, barbarum nescio quem Leodiensibus intentabat preferre; cum subito duo tantum ex illius consilii tota concione divina inspiratione in bono mutati, Hermannus scilicet archiepiscopus Coloniensis et Bruno presul Wirzeburgensis, sententiae tam inutili consilio saniori ausi sunt obviare, nec prius a cepto desistunt veritatis assertores invicti, donec multa laboris instantia vix tandem regiae maiestati electum nostrum conciliant et procerum animos ad consentiendum sibi reducunt. Sed manet adhuc constantissimos adiutores nostros labor longe operosior. Nam acsi de immanissimo monte columnam excidere conarentur, haud aliter insistunt elaborare, quatinus vir iste virtutis imponi sibi consentiat onus ecclesiae. Perstat fixum diu pectus illud pietatis [in[b] proposito humilitatis]; sed iuxta Gregorium profecto pietatis pectus esse non posset, quod pietas non vinceret. In hoc siquidem pietatis pectus vicit pietas, quod, ne alterius tyrannica barbarie depopularetur potius quam regeretur Leodiensis provintia, ad petitionem suorum importabilis fere ponderis, quod hactenus horruerat, maluit onus portandum subire tandemque fieri consensit rector ecclesiae. Igitur cum suo comitatu Leodium regressus, ut decebat, honorifice suscipitur et in sedem episcopalem solemniter intronizatur. Regresso postea ab expeditione Coloniensi archiepiscopo ipse comitantibus diversorum ordinum clericis, consecrationem suam expetiturus Coloniae se presentat. Quam post triduum solemni admodum ritu consecutus est et ex bono filio in sponsum suae matris assumptus.

47 (52[c]). Iam vero explicari non potest, quam arduum sanctitatis montem euangelizaturus Syon arripuerit, quanta servitute spiritui corpus subegerit, immo quanto annisu totus in Dei laudem excreverit. Abiectus secum inter humiles et subiectos episcopum se esse nesciebat, singulorum explorando studia scolas frequentabat, questiones proponendo rationaliter vinci quam insolenter vincere malebat. Et qui divinae legis archana excellentis ingenii prerogativa nosset rimari, de Donati vel Prisciani regulis scolares adolescentulos non dedignabatur interrogare; quos et vicissim desideranter cupiebat audire, eos qui recte sensissent laudibus efferre, tardiores increpare et corripere, superiorum exemplis ad studendum provocare. In diuturnis etiam ac nocturnis officiis in choro celebrandis ex ceteris fratribus nemo illi prior occurrebat, nemo devotius intererat, nemo serior abscedebat, nisi forte contigisset, eum aliquando ecclesiasticis occupari negotiis. Quadragesimali tempore vel a choro vel ab aliquo fratrum conventu separari nolebat, secretum cubiculi preter ecclesiam penitus ignorans, saxeo sedili pro lecto, matula utens pro lectisternio, pane avenaceo cum fava modica pregustata senilem sustentabat imbecillitatem, in potu sumens cerevisiam, sepius aquam puram. In tanto abstinentiae rigore nec facies macie conficiebatur nec roseae conspersionis gratia imminuebatur, adeo virum desideriorum, Danielem videlicet nostrum, quem voluntas propria crucis instar affligebat, divina pietas interna dulcedine satiabat.

a) cassam *etiam in altera recensione legendum est.* b) i. p. h. *des. c.* c) *num.* 51. *om. ed.*

48 (53). Primo statim sui episcopatus anno cum fames prevalida cepisset oriri, quae per sex fere continuos annos Galliae simul et Germaniae noscitur populos obpressisse, huius nostri Ioseph industria undique frumenta congerens, tutis apothecis curabat recondere, ut oportuno tempore esurienti Christi familiae fidelis dispensator cibos posset distribuere. Taceo de cotidiano pauperum stipendio, pro quibus cotidie denariorum expendebatur libra; sed et de occultis egenis, quos verecundia mendicare publice non sinebat, quibus itidem pro uniuscuiusque necessitate et domesticae curae gravedine frumenta per occultos nuntios mittebat, alii denos modios, alii vicenos, alii tricenos, alii sexagenos, alii centenos. Sed et quorundam nobilium inopiae, quos in regendis domorum suarum familiolis dura famis necessitas sua expendere coegerat, excellentis viri non defuit largitas, ita ut predia, domos vel agros eorum distrahere nulla coegerit necessitas. Ruricolarum quoque suorum pius pater laboriosam non despexit inopiam; quibus, ne pro instante angustia boves vendere cogerentur, ideoque terra inculta relinqueretur, singulis in ebdomada toto famis tempore binos constituit dari denarios.

49 (54). Successit huic malo pestis alia aeque intolerabilis, bellum videlicet, quo Godefridus in Virdunensem grassari permissus est urbem. Quam dum prevalido vastans incendio, etiam genitricis Dei ecclesiam et ornatu prius spoliasset et postmodum funditus subvertisset, venerandus pontifex dirutae urbi non distulit esse levamini, et quinquaginta argenti libras fratribus ecclesiae occulte dirigens, in haec verba donari mandavit: 'Ecclesia Leodiensis tantillum munus Virdunensi mittit ecclesiae, ut pars dimidia canonicis aeque dispartiatur, pars residua ad reparationem ecclesiae reservetur'. Hoc primum in sua destructione Virdunenses canonici percepere remedium; ideo, ne largitori essent ingrati, generales de cetero orationes tam viventi quam defuncto in sua ecclesia fieri decreverunt.

50. Hac itaque bellorum tempestate inclita periclitante Lotaringia, novum Iosue Dominus, ecclesiae videlicet Leodiensis presulem, ad resistendum hostibus suo spiritu animavit et ad defensandas iusticiae partes adversus factiosos destinavit. (55). Iam immanissimi predones de bonis ecclesiae Leodiensis multa invaserant, iam regionem circumquaque quam pluribus cladibus oppresserant, iam predia ecclesiastica in perpetuum tenenda sibi usurpaverant: cum ecce! Christi bellator inexpugnabilis, lorica iusticiae munitur, gladio spirituali accingitur, cruce Christi previa in periculis pro lancea utitur. Succenditur ergo egregius aemulator pietatis et iusticiae, eo nimirum zelo, quo Mathatias ob aemulationem paternae legis prevaricantem Iudeum in ipsis aris obtruncare non abhorruit, et cessantibus undique ducum et comitum armis, sola virtute gratiae caelestis adiutus, sibi et ecclesiae paucos satellites sacramento confirmat. Primi siquidem bellorum successus et ad[a] modicum prosperantes multos militum nostrorum in adversam partem rapuerant, frustra arbitratos esse, si se novi flagitii complices esse contingeret, per vim beneficii, immo totius episcopii pro libitu potituros. Sed cum res illis in contrarium cesserit, nos propugnatoris nostri industriam prosequamur. Urbem pro tempore et loco munitam per statutos in arce vigiles et claustra portarum iugiter obserata die noctuque ab incursu hostium tutam reddidit; domos tam clericorum quam laicorum armis refertas esse, cives nonnumquam in armis esse, precepit; ipseque assiduus exhortationi et solitae intentus religioni, per gnaros indices hostium machinamenta explorabat, contra quae omnia se suosque scuto prudentiae satagebat protegere, instar nimirum Argi, si fabulosis licet uti exemplis, oculatis artubus exteriora mala provide cohercebat, bonis interioribus invigilabat. In quo solo erat cernere animum divisum ad plura, nec tamen apparere minorem ad singula, sed integrum semper et potentem ad omnia. Et cum ab amicis, etiam longe positis per epistolas moneretur, quatinus, relicta civitate, munitissimo Hoyensis castri loco se conferret, caritatis erga filios catena devinctus, ab eorum consortio divelli non poterat.

51 (55). Sed cum tandem ruricolarum miserabilis emergeret querimonia, quod non solum terras eorum, sed et ecclesiarum seu militum conquirerent sibi predia, ut post totius terrae desolationem facilius aggredi possent civitatis moenia, etiam ad materialia fugere compulsus est arma. Fecerant siquidem in paludibus et in altis rupibus firmissima sibi receptacula; quibus freti aliena circumquaque predia subtraxerant, incolas possessionibus privatos miserabili servituti addixerant et in omnem circa regionem intolerabili vastitate saeviebant. Haec omnia castellula ab antiquis quidem diebus compatriotis infesta, sed nunc amplius multo damnosa, propugnator fortis aggreditur impugnare, armatoque sibi iuncto milite, nunc illud sigillatim nunc istud cingere pergit obsidione. At interiores latrunculi paludibus et locorum angustiis confisi, metum quidem primo dissimulare, periculum contempnere, obsessoribus probris insultantes, stultissimo dicebant eos illudi labore, qui domos naturali situ munitas venissent impugnare. Obsessores econtra sui ducis monitis instigati, vimineas certatim crates contexunt; alii fasces ex virgulis comportantes, per invia machinis novum iter conficiunt; sicque rem natura difficilem devicit in brevi laboris improbitas cum industria; fit solum palus ranis ac reptilibus assueta portatque exitialem latrunculis machinam, quibus tutas prebuerat hactenus latebras. Quae ubi eo loci appulsa est, unde certis ictibus illa latronum spelunca posset feriri, dies atque noctes sine interstitio aeque adversas habuere scelerati predones, dum succedentes sibi vicissim ad laborem nostri, creberrimis saxorum nimbis atria, domos, omnes prorsus intestinas hostium latebras quassare non cessant. Quid plura? Godefrido frustra nitente ad auxilium suis venire, obsessi de vita et membris paciscuntur, castellum captum funditus evertitur. Inde aliud atque aliud castellum impetentes, simili strage demoliuntur.

52 (56). Libet in hoc homine divisiones gratiarum a Deo sibi impensarum intueri, quas adeo discreta studiorum vicissitudine nitebatur administrare, ut, cum uni intentus esset negotio, aliis itidem ob-

a) *ita etiam c. Av.*

noxius nisi sciretur, nullo modo crederetur. Nam si episcopum respicio, videor mihi videre supparem Gregorio; si militaria agentem, non imparem contemplor esse Machabeo. Hunc in sapientia Salomonem, in disputando accipio Augustinum. Continentiae et vigiliarum asperitate pauper spiritu quendam sanctorum anachoritarum representabat. Necessitate magis quam voluntate sic agebat ea quae sunt seculi, ut omnimodo caveret displicere Creatori. Suam quoque creberrimis suspiriis causabatur desidiosam et inutilem nimis esse canitiem, sentiens cum beato Iob, temptationem esse vitam hominis super terram. Unde et familiare habebat psallere cum beato David: *Quando veniam et apparebo ante faciem Dei mei?* Desiderium quippe habens dissolvi et cum Christo esse, corporalem hanc vitam in tantum fastidiebat, ut, quotienscumque pro tuitione suorum tyrannicis obviaret insidiis, quamvis armatorum fortissimis vallaretur catervis, solam crucem manibus preferens, hostium furentium se atrocitati ingereret et, si voluntas Dei foret, pro tuendis ovibus occumbere gauderet. Sed, ut omissa repetamus, tanta nostri propugnatoris virtute exterrita adversariorum paulatim defecit insania. Et audi manifestum divinae subventionis indicium! Ut enim ex ipsorum relatione postea patuit, quotiens efferatis animis in nostros durius grassari voluissent, directis in urbem aspectibus, mox ut sanctorum oratoria conspexissent, mentis subito mutatione confracti, lacrimari potius quam malum inferre libebat. Unde contigit, ut qui pro rapiendis alienis venerant, suorum corporum incolumitate gratanter retenta, cum rerum propriarum detrimento redirent ad sua.*

53 (57). Post hoc aliud, dissimile tamen, huic viro venerabili contigit incommodum, quod scilicet apud imperatorem Henricum a malignis delatus sit, cum prefato Godefrido contra imperatoriam conspirasse maiestatem et occulto iuramento belligerandi dedisse confidentiam. Sed quam fuerint haec a veritate aliena, probant alia facta eius venerabilia. Sed quia difficile est, ut[a] mentis oculus hinc variis dispensandae rei publicae curis, hinc mille adulantium linguis distractus, a veritatis luce non caliget, persuasum est imperatori a deferentibus, quod in his quae fideliter episcopus gesserat non communis commodi seu imperatoriae fidelitatis[b] gratia, sed ex contentionis usu propriae inservierit arrogantiae. Accessit ad suspicionem libera sacerdotis auctoritas, quae a veritatis tramite declinare non noverat, quae pro veritate agendo cuiuscumque nullam timuerit incurrere offensam, et inde potissimum imperiali deservierit iniuriae, quod super ecclesiasticis ordinibus episcoporum causas nequaquam illi, utpote laico, sed summo pontifici iudicasset assignandas.

54 (58). Canonicus quidam Coloniensis genere clarus, Wigerus nomine, Ravennates archiepiscopus ab ipso imperatore Henrico constitutus, ante consecrationem suam iam per biennium in ornatu archiepiscopali missales celebraverat exequias. Qua de re citatus ad palatium, ab imperatore, quod insipienter egisset, impetitur. Ille verbis utens excusatoriis, ignoranter se deliquisse fatetur. Consuluntur super hoc episcopi presentes, quibusdam ad voluntatem imperatoris iudicantibus, quibusdam vero haesitantibus. Consulitur tandem Leodiensis episcopus, et respondere cunctanti, quid super hoc agendum censeat, edicere districta obedientia imperatur. Ita coactus respondere: 'In secularibus', inquit, 'negotiis imperiali excellentiae debemus fidelitatem, in ecclesiasticis vero excessibus apostolicam tantum prestolari debemus ordinationem; ideoque quod iste contra ecclesiasticum ordinem deliquit, apostolica tantum censura discutiendum iudico, sin autem in secularibus a vobis illi creditis reprehensibiliter gesserit, vestro debere stare iudicio'. Consentientibus huic sententiae ceteris episcopis, imperialis ille discussionis iudicium prorsus evasisset, si non ultro baculum pastoralem cum anulo reddidisset.

55 (59). Duo preterea quaedam hic esse censeo referenda, in quibus dissimiliter est iusticia viri Dei comprobata. Nam in altero quidem, quasi pro imperatore fideliter acturus, ut contra Deum et christianam religionem nequiter ageret, ipse provocatus[c], in altero autem, licet aliquantum ab ipso imperatore laesus extiterit, ipsi tamen probatus est fuisse fidissimus. Contigit aliquando, Hermannum Montis qui Castrorum-locus dicitur comitem cum Balduino Flandrensi iureiurando foedus inire; cuius uxor magis ex animi muliebris instabilitate, quam iustarum partium ducta favore, simulata virum suum a periurio velle solvere, re autem vera se eiusdem mariti sui proditione polluere, Dei sacerdotem sceleris huius consensu conata est maculare, mandans ei per nuntium, quod, si imperatori gratus esse velit, cum armatis veniat, locum et tempus, ubi et quando maritum eidem imperatori presentandum capiat, sollicite perquirat. Attonitus ille tanti facinoris novitate: 'Hactenus', inquit, 'nec fama nec lectione compertum habuimus, uxorem aliquando maritum prodidisse'. Ita vir Domini specie virtutis palliatam linceis prudentiae prospiciens oculis nequitiam, virus letiferum, quod per consuetum suae fraudis vasculum malignus hostis propinare parabat, mellito affatim sapientiae condimento ore constanter amovit. Nimirum pugilem suum Dominus hostes mutare et per duros certaminum labores virile pugnatoris robur spectatoribus exponere voluit, dum multiformes antiqui illius serpentis facies tanto durius calcaneo eius insidiari permisit, quanto ipse impotentior hactenus caput damnabile bellatoris huius pedibus ex divino auxilio subdiderat.

56 (60). Alio itidem tempore, cum offensum ei imperatoris animum fama dispersisset in populos, occulte viro venerabili, nescitur a quo, directae sunt litterae, quarum pronuntiabat series, presentium directorem eius pavori multum condolere, ab instanti guerrarum pondere vehementer ei metuere, utili consilio vehementer eum indigere. Idcirco pro antiqua communi amicitia non negligendum ei prebere consilium, quatenus armatorum coetum in urbis suae et oppidorum suorum

*) *Capituli 56. finis hic omissus in cod. Av. ita legitur:* licet iterata factione, non tamen ut prius metuenda, bellum contra imperatorem fuerit retemptatum.

a) *bis scr. c.* b) felicitatis *Aeg. De codice non satis constat.* c) est *postea superscr. c.*

reliquorum munitionibus recipiat et de multis iniuriis sibi ab ipso imperatore illatis per ipsos sufficienter ulcisci debeat. Ille ad haec, faciem dirigens ad suos, hilari facie subridens: 'Quid', inquit, 'et vos datis consilii, vel quid confertis auxilii? Ecce multa mihi belligerandi suppetit facultas. Numquid et vobis insistentibus dominum meum impugnare aggrediar'? Cumque unus ex secretioribus eius confabulatoribus ex ausu familiaritatis suggessisset, canos eius ad id aetatis a primis adolescentiae annis sine querela perductos nequaquam ad hoc devolvi oportere, ut iam sub ipso vitae termino talibus animum applicaret consiliis: 'Nemo', inquit, 'aliud mihi quam quod suades animo esse credat. Domino imperatori semper et ubique fidelem me fore promitto; et quomodocumque tracter ab eo, eius tamen utilitatibus et commodo deservire, quantum iusticia exegerit, non cunctabor'. Quae cum ita sint, sileat cum Iudeis Christo derogantibus improba detrahentium Wazoni lingua, mireturque cum bonis, neminem nostri temporis episcopum in sancta religione vigilantius desudasse, neminem ducem, marchionem, comitem pro Romani imperii fidelitate, pro patriae salute studiosius decertasse.

57 (61). Sed ecce! dum brevitati studens materiei succumbere timui, multa dicenda preterivi, ex quibus est unum, quod multis arbitror esse cognitum. Rex Alemannorum Henricus, necdum imperator effectus, ad perquirendum sibi ex more cum apostolica benedictione imperium Romam profectus fuerat, totius fere Germaniae et Alemanniae ducum vel comitum ceterorumque nobilium robore comitatus. Interea videntes Franci totius patriae robur hac occasione fuisse imminutum, suae cupiditatis explendae tempus oportunum nacti se reperisse, regi suo suggerunt, Aquense oppidum quondam sui iuris exstitisse, in requirendo nullam difficultatem modo prepedire; regem et principes cum omni fere militia abesse; superstites universos nil contra moliri posse; idcirco in perficiendo instanter negotio nulla tardari debeat dilatione. Protinus ad regis iussum principum coguntur consilia, proponuntur edicta, proceres preparantur, exercitus undique contrahuntur, potentes armantur, tota postremo Francia commovetur.

Pavet, audito patriae periculo, sancti patris sollicitudo. Cui quia per vim resistendi copia non fuit, ingenio potius et ratione obviandum fore intellexit. Mittuntur ad regem supplices ab eo litterae, antiquas utriusque regni commendantes concordias, memorantes regum ad invicem amicitias. Duo haec regna, si sibi invicem fuerint pacata, cunctis terrarum nationibus formidanda; proinde pacem communem necessariam fore; concordia res augeri minimas, dissensione vero dilabi maximas. Despiciuntur a superbo rege beati antistitis litterae. Rex Lotharingus accusatur perfidiae. Regnum et palatium ab antecessoribus hereditario iure sibi debitum velle die prefixo vindicare. Contemptus[a] itaque humiliter supplicans episcopus, denuo mittit epistolas, scribens mordatius in haec verba: 'Complaceat tibi, principum omnium invictissime, mutare propositum iniustum consilio saniore; quoniam indignum valde est regali excellentiae, se ipsum cum sua deinceps posteritate improperii sempiterni contagio maculare, si forte contingat, regem Franciae more furis alienam domum latenter suffodientis, ut spolia non sua sibi preripiat, longe absentis comparis sedem et regnum velle furari. Quin potius, si quid fortiter, si quid potenter contra nos agere disponis, quatenus id decentius fiat, expectetur reditus regis nostri, ut honorabilius quod tibi competere dicis exquiras in eius presentia, quod inhonestius preripere gestis in eius absentia. Sin autem id quod mente concepisti persistis explere, eos qui tibi obsistant scias omnino non defore; quin potius omne Moguntinorum, Coloniensium, Leodiensium aliarumque multarum urbium robur ad repugnandum noveris occurrere. Heu, heu! quot milia, congredientibus hinc inde partibus, crudelissima strage continget occumbere! quot animas aeterna morte certum est interire! Quis horum omnium seu animarum seu corporum reus habeatur, a tua prudentia iudicetur. Certissime siquidem ipse nosti, quod, si imminentis cladis auctor et causa fueris, universorum tam corporum quam animarum sanguis et perditio in te redundabit. Qua de re, princeps gloriose, terreat te iudiciorum Dei iusta severitas; et, ne in articulo tuae mortis a iusto Iudice immisericorditer iudiceris, procul a corde tuo pellatur tanti sceleris immanitas. Neque enim populorum rectori expedit, ut militari superintendat levitati; sed religiosorum potius pontificum vel abbatum, quorum tibi saepissime presto est venerabilis frequentia, melius acquiesceres consilio saniori'. Qua sententia presulis audita, tyrannica rabies confestim est sedata, et subito rex mente mutatus, episcoporum iubet adesse coetum, epistolam sancti patris mandat coram ipsis recitari. Post recitationem vero tanti viri laudibus effert prudentiam, nec minori admiratione laudat caritatem: hunc recte dici sacerdotem, hunc merito vocari pontificem, qui sibi, licet incognitus extraneo, tamen[b] pre cunctis etiam sibi adhaerentibus dedisset salubre consilium. Nesciens fortassis rex iste imitatus est imperatorem Theodosium, qui publice arguentem se et excommunicantem beatum reverebatur Ambrosium; cui etiam exhibendae amplioris reverentiae repperit occasionem ex ipsa sua contumelia, regia dignitate sublimior nobilissima cordis humilitas. Ita certe facinus, ad quod multa satellitum milia rapinis inhiantium fluctuantem impellebant regis animum, unius hominis longe positi litterae, Deo inspirante, dissuadere potuerunt. Quae eo usque pacis amorem in ipsius reformaverunt pectore, ut nil tale ultra concipiens, imperatori mox ex Italia reverso in reliquum dexteram cum sacramento dederit et receperit.

58 (62). Nec silendum puto, quod apostolica sublimitas presulem nostrum crebra litterarum visitatione dignata est honorare. Quas ille reverenter excipiens, si qua forte per easdem interrogaretur,

a) Contemptus — verba *in marg. suppl. c.* b) licet *iterum add. c.*

humiliter respondebat. Diversi etiam pro diversis causis egregium hunc sapientiae summistam consulendum frequentabant episcopi per epistolas, quibus ipse continuo singulis super inquisitis congrua responsione satisfaciebat. E quibus Cathalaunensis episcopus pro periclitantibus quibusdam suae diocesis hominibus eum consulere necesse habuit, significans ei per litteras, rusticos quosdam Manicheorum dogma sectantes furtiva sibi frequentare conventicula, obscena nescio quae sua quadam solemnitate actitantes et per sacrilegam manuum suarum impositionem dari Spiritum sanctum mentientes et, heresiarchen suum Manen[a] ipsum Spiritum sanctum esse, falsissime[b] dogmatizantes. Hi tales quos possent in suam cogebant transferri insaniam, nuptias abhominantes, esum carnium devitantes. Si quos vero idiotas et infacundos huius erroris sectatoribus adiungi contingeret, etiam loquacissimos catholicae fidei viros in verbis superare constabat in brevi. Quid igitur de talibus esset agendum, an materiali gladio sit in eis vindicandum, consultus episcopus, rescribens tale dedit responsum:

59 (63). 'De[1] quibus michi scripsistis, eorum quidem error manifestus a sanctis patribus dudum est ventilatus et luculentissimis eorum sententiis confutatus. Sed, ut omittamus insanissimas quibus de Spiritu sancto sibi mentiuntur blasphemias, notet dilectio vestra, quantis se rerum importunitatibus implicare studeant, male intellecto Domini precepto, quo in veteri lege dicitur: *Ne occidas.* In quo nisi solam hominis occisionem prohibitam esse intellexerint, simili modo usum eorum, quibus se licite vesci existimant, qualia sunt frumentum, legumina et vinum, sibi videant interdictum; quae, ut essent, ex traditis terrae seminibus sua vivendi specie coaluerunt, et nisi a suae viriditatis vita interfecta fuissent, humanis usibus servire nequirent. Unde dicit Dominus in euangelio: *Nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, ipsum solum manet.* Sic et apostolus: *Quod seminas*, inquit, *non vivificatur, nisi prius moriatur.* Necessario igitur confitebuntur vixisse, quae accidentibus ex causis constat interisse. Eligant ergo quod voluerint, aut cum catholicis de solo homine scriptum esse credant: *Non occides*, et nobiscum mactandarum pecudum copia licite utantur, aut, si hanc refutare voluerint, etiam panis ac leguminum semina, ne occidant, iactare prohibeantur. Sed licet haec prorsus abhorreat christiana religio, quodammodo tamen iubemur tolerare tales Salvatoris exemplo, qui mitis et humilis corde non venit animas perdere, sed peccatores iustificare. Et parabolam proponens zizaniorum, nequaquam iudicavit zizania in herbis eradicanda, sed usque ad messem esse toleranda. Cur hoc? Ne forte in collectione zizaniorum contigisset eradicari simul et triticum; etsi enim zizania nequam sunt filii, prestante Dei gratia, ante tempus messis in bono possunt mutari. Huius profecto magni Patrisfamilias servum vos esse, ardens in pectore vestro pro animabus diabolica fraude deceptis spiritualis zeli fervor indicat; quo, ne a malis boni corrumpantur, iudicii sarculo triticeam segetem zizaniis purgare quaeritis. Quod tamen ne a nobis[c] ante tempus fieri debeat, divinae potius est obediendum sententiae, ne, dum iusticiam in puniendis prevaricatoribus nos exercere putamus, ex impietate, specie severitatis velata, ei preiudicium faciamus, qui non vult mortem peccatorum nec laetatur in perditione morientium, sed per patientiam novit peccatores ad poenitentiam reducere; quia aliquos eorum, quos mundi huius ager zizania habet, messis illa forsitan triticum inveniet; et quos in via Dei nunc adversarios habemus, possibile omnipotenti Deo est, in illa caelesti patria nobis facere etiam superiores. Haec[2] autem dicimus[d], non quod hereticorum pertinaciam tutari velimus; sed quia hoc in divinis legibus nusquam sanccitum noverimus'. Haec vir Domini tantopere studebat inculcare, ut precipitem Francigenarum rabiem a crudelitate refrenaret. Audierat enim, eos solo pallore notare hereticos, quasi quos pallere constaret hereticos esse certum esset; sicque per errorem simul et furorem, dum hereticos punire voluissent, etiam catholicorum multos saepe trucidassent.

60 (65). Contigit post haec, ut in obitu papae Clementis, ex episcopo Bavenbergensi[e] in apostolica sede sublimati, imperator de subrogando illi alio consilium eius expeteret. Ille autem, ut erat in omnibus et in talibus maxime scrutator studiosissimus, vigilanter cum aliis, quibus laboris huius partes expertierat, hinc gesta Romanorum pontificum, hinc eorum decreta, hinc autenticos canones diligenter revolvens, nihil aliud, quam summum pontificem, cuiuscumque vitae fuerit, summo honore debere attolli, a nemine prorsus debere iudicari, nullius inferioris gradus accusationem adversus superiorem debere recipi, invenire potuit. Et quoniam in hac electione agenda natalis dominici dies fuerat constituta, audacissimus purae veritatis assertor responsalem suum cum suis litteris illo transmisit haec continentibus: 'Recogitet serenitas vestra, domine mi, ne forte sedes summi pontificis, iniuste a quibus non debuit depositi, ipsi divinitus sit reservata, cum is quem vice eius intronizastis, vita decedens, priori adhuc superstiti restituendam reliquerit. Et quoniam vobis complacuit nostram super his efflagitare sententiam, liceat, quaeso, pace vestra, omnium ecclesiasticorum doctorum sententiis instructo, proferre quod iustius esse perspexero. Cum enim Iudae traditoris loco legamus apostolos absque ulla seculari potentia Mathiam apostolum ordinasse, credimus hoc exemplo per ecclesiasticos ministros absque potentia seculari electiones et promotiones apostolicorum fieri debere. Sed et hoc liceat audacter protestari, electionem apostolicam seu promotionem ecclesiastico ritu legitime celebratam ordinatione divina constare muniri. Quapropter, ut vestrae saluti pariter et honestati congruum vobis prebeamus consilium, desinat sublimitas vestra huic qui superstes est alium superordinare pontificem, ne repugnare videamini ordinationi divinae; quia contestan-

a) Iane c. b) falsissimum c. c) vobis *Aeg.* d) dix. *corr.* dic. c. e) Bavergensi c.

1) Nota, ne has quidem litteras ad verbum esse redditas. 2) Haec verba in altera recensione in fine c. 64. tamquam ab auctore adiecta leguntur.

tibus tam divinis legibus quam ecclesiasticis decretis a nemine nisi a solo Deo iudicari debet Petri vicarius'. Proficiscitur itaque responsalis ad curiam imperatoris cum episcopalibus litteris, et invenit Poponem Brixionensem episcopum* iam in summum pontificem electum, quem postea Romani Damasum appellaverunt. Incertus ad haec ille quid faceret, imperatorem simul cum novo electo exasperare metuens, accessit tamen, et episcopi Leodiensis se responsalem esse depromens, quaedam, ut noverat, quam facete profert imperatori mandamina. Post quae omnia: 'Adhuc', inquit, 'unum superest, quod dominus vobis[a] intimari mandavit episcopus; sed quia iam, re peracta, nulla[b] de cetero superest causa loquendi, reliquum pandere vobis arbitror esse superfluum'. Tum ille curiosius insistens, a legato illo multum excusante rem propensius nititur extorquere. Responsalis autem ex industria moras redimere et quasi inde diverticula quaerere et tacite quodammodo virum potentem prius irretire nitebatur, ut, sicut bene noverat, rerum anticipatione, si qua subinde[c] in corde suboriri posset, frangeret iram. Quid plura? Spondet rex, quicquid ille nuntiaret pacato se animo suscepturum; et sic tandem quae iussus fuerat nuntius exequitur; quae quanto vera, tanto forsitan homini voluntatem suam iuxta potentiam metientis essent odiosa, si prelibatae pactionis preoccupatio non obstitisset.

61 (66). Alio quodam tempore, cum edictum fuisset, ut gens Frisonum, quae duce Theoderico imperatori repugnabat, bello navali undique impeteretur, episcopus, paterno affectu timens militiae huiusmodi preliis necdum assuetae, ne hostium illuderentur insidiis, ne tantis periculis se vel suos exponeret, residendi consilium habuit. Itur in Frisiam et reditur ab exercitu navalibus bellis instructo, cum non multo post pontifex ad colloquium accersitur, transgressionis imperatorii edicti arguitur. Sed cum se purgaturus, quod non contemptus vel obstinationis typo peccasset, satisfacere paratus fuisset, negata sibi excusandi copia, succlamante hinc regiae partis adulatorum fremitu, hinc episcoporum adhortante coetu, soli in tanto turbine deprehenso diutius reniti imperiali potentiae nequaquam constantia fuit. Tandemque, quia potentis indignatio non aliter visa est posse leniri, ad pedes eius acquievit incurvari et quasi pro culpis redimendis, quae non erant, trecentas argenti libras coactus est polliceri; quod tamen omni postea vitae suae tempore poenituit eum fecisse. Et licet imperator postea placatus omnia illi cum gratia donaverit, semper tamen in se redarguebat, cur talis culpae suspicionem constantissime, etiam usque ad sanguinis effusionem, a se non removisset. Sed licet episcoporum consiliis obtemperans in hac parte quodammodo succubuisse videretur, sacerdotalis tamen reminiscens auctoritatis principisque bestialem stoliditatem publice feriens: 'Hactenus', inquit, 'tecum disceptanti nullam mihi iam senio confecto sedendi copiam indulsistis[d]; quiescente tandem insano tumultuantium fragore, saltem nunc maiestas vestra concedat, imbecillia membra modica quiete recreari. Nam etsi Wazonis persona forsitan indigna est honorari, sacerdotalis tamen gratia, per unctionem sacri crismatis a Deo mihi collata, non deberet inter populares turbas tam inhoneste fatigari'. Ad haec imperator indignantis typo respondens: 'Similiter', ait, 'et ego oleo sacro, data mihi pre ceteris imperandi potestate, sum perunctus'. At venerabilis presul, iusticiae tactus fervore, superbientem regem paucis corripuit: 'Hactenus', inquiens, 'vobis incognitum puto, quia, quanto vita morte prestantior, tanto nostra inunctio a vestra inunctione est prestantior; vobis siquidem criminosis alligandi et eorum corpora perimendi re vera est collata potestas, et peccatores nobis absolvendi et eorum animas a morte aeterna resuscitandi concessa est dignitas'. Talibus fluctuantis mundi iactatus procellis, peritus nauta navim suam odoris virtutum pomis refertam ad innocentis vitae reflexit portum, et fortis in adversis, humilis in prosperis, sicut seculi lenociniis nequivit frangi, sic nec terroribus valuit concuti.

62 (67). Regressus igitur tandem ad sancti martyris Lamberti[e] ecclesiam pastor bonus, ad aeterna pascua dominicas oves agere contendebat, et in huius interim vitae via multis difficultatum asperitatibus consita, tota cordis intentione, quod in eis confractum[f] fuerat alligabat, quod infirmum consolidabat, quod firmum et forte custodiebat. Ecclesiae sanctae Crucis in Leodio quindecim canonicos adauxit; ecclesiae beati Bartholomei decem nihilominus supplevit, quibus etiam victualia sufficienter ex bonis sibi competentibus in perpetuum providit, summopere efflagitans, ut religiosis moribus ornati devote Deo servitium reddant et per sanctae conversationis studium omnimodis ei placere contendant. Talibus pietatis eius beneficiis ad amorem studii accenduntur plurimi, multosque vidimus a reprobis moribus ad meliora studia conversos; unde et a tanto largitore canonicam eos ecclesiae stipem constat esse consecutos. (68). Iam vero, si cui ex clero aut ex vulgari populo aedificia struere incumberet, largitor hilaris[g] sufficienti munere cooperatorem[h] laboris se esse volebat, ita ut me quoque, eius servulorum exiguum, in simili opere occupatum, octo librarum profitear ab eo meruisse beneficium. Et ut aliqua de beati huius perfectione commemorem, certis in ebdomada feriis, et maxime ieiuniorum diebus, nulla seu frigoris seu pluviarum prepeditus molestia, ex consuetudine sanctorum patrocinia nudipes circuibat, pauperum, quos in via contigisset occurrere, multis elemosinis relevans inopiam. Refectionis autem hora, quaecumque parata essent acsi epulaturo pulmenta cum exquisitioribus cibis omnia pauperum alimentis insumebantur. Sicque manus elemosinarum cum ieiunii votiva castigatione karitatis igne concremata ad caelos orationum levabat aromata. Cotidianam sane conversationem suam perseverantia et temperamento iugis abstinentiae, potentia vigiliarum et ceterorum pro Christo laborum irreprehensibilem coram Deo et hominibus exhibere curabat; nullum sibi vel suis familiaribus vacuum ab opere Dei tempus esse patiens, quo non aut

*) et Bruno *(SS. VII, p. 229, l. 4) des. c. Ae.*

a) nobis *c.* b) nullo *c.* c) *in marg. add. c.* d) indulsistis *corr.* indulsisti *c.* e) *in marg. suppl. c.* f) fractum *c.* g) *ita Aeg.;* humilis *c.* h) coopertorem *c.*

psalleret, oraret aut legeret aut de aliqua auctoritate[a] conferret aut certe de sacrae scripturae quaestionibus disputaret; in quibus solvendis quam alacer, quam efficax, promtus erat et facilis! Sed quis omnia dicta eius vel facta memoratu digna narrare sufficiat? Quod si cuncta vitae eius enumerare velimus insignia, non iam breviarium, ut polliciti sumus, sed maximam voluminis incurrimus quantitatem.

63 (69). His igitur de felicibus actibus vitae eius prelibatis, nunc ad gloriosum eius transitum referendum properemus. Sextum ab ordinatione sua in episcopali regimine agebat annum, cum superveniente apostolorum Petri et Pauli solemnitate vigiliis iocundus interfuit, missisque in singulorum ecclesiis die primo ac sequenti solemniter celebratis, ad mensam rediens, inter prandendum gelido primum tremore, deinde gravi tactus est calore, et postmodum maximo toto corpore confectus est dolore. Et cum de cetero nec chorum frequentare nec dilecto sibi fratrum conventui, ingravescente passim doloris molestia, prevaleret interesse, intra domus suae penetralia psalmodiae seu lectionis dulcedine invictissimum reficiebat spiritum. Ita ingravescente morbo, spiritu tamen robustus et integer, usque ad quartam protelatus est feriam, in qua scilicet apostolicae festivitatis octavae celebrabantur[b]. Cuius diei diluculo iam apparente, eum qui erga ecclesiastica excubare solitus fuerat iubet accersiri presbiterum et iniunctionis sacrae sibi poscit impendi viaticum; abbates et presbiteros et inferioris ordinis clericos in capellam, quae cubiculo contigua erat, recipi iubet, ut eis presentibus de rebus ecclesiae disponeret, confessionem suam ipsis testibus Deo offerret, orantibus illis et psallentibus unctionem sacram perciperet. Ipse cum duobus tantum secreti huius arbitris in solam spem beatae resurrectionis lavat corpus ob reverentiam unctionis sanctae. Post haec albis indutus vestibus, expectantibus se in predicto oratorio presentat fratribus, sedili locatus, cui insidens psalmodiae vel lectioni vacare consueverat; missam audit, sacrosancto dominici corporis viatico felicem animam permunit. Interim res ecclesiae disponuntur, quarum partem unam successori suo, alteram pauperibus et Deo servientibus fidelis testator delegavit, cognatis omnibus ab ipsa delegatione semotis.

64 (70). Dispositis igitur prudenter omnibus, abbas Gemblacensis Otbertus[c], ab ipsis pueritiae annis coaevus illi et collega, sed et consecretalis ei divinae legis mediator, ad peragenda circa eum unctionis sanctae obsequia sacerdotali veste induitur.* Quo propinquante, beatus Christi sacerdos, licet carne premortuus, mente tamen et spiritu vividus et virtute divina suffultus, quantulo valuit annisu e lectulo surrexit, coram altari genua fixit, et audientibus qui aderant, confitendo peccata sua cum summa cordis contritione replicavit. Cumque de cunctis quorum reminisci potuit coram Deo se reprehenderet peccatis, suggerit abbas reverenter, ut, si quid aliquando in imperatorem deliquisset*, confiteri non omitteret. Respondet ille, securum se prorsus esse imperatori numquam nocuisse, sed in hoc solo se esse culpabilem, quod, cum esset a culpa immunis, humiliatione iniusta se pedibus eius advolvisset et inde suspitionis notam videntibus prebuisset, insuper et sacerdotalem dignitatem laicali personae subicere non timuisset. His dictis, si quid contra eos qui presentes essent fratres deliquisset, veniam precabatur. Sed assistentis cleri devotio nullam reminiscens ab eo aliquando pertulisse calumniam, in lacrimis resolvitur, et a domino Deo pontifici suo peccatorum omnium veniam devote precatur. Sic tandem eo post actam confessionem a peccatis absoluto, solemniter cum psalmis et orationibus ad id officii pertinentibus, sacer presul a prefato abbate per sacram unctionem in viam pacis et beatae quietis dirigitur. (71). Ita singulis in sua redeuntibus, sic manet in lecto decubans beatus episcopus, corpore quidem, ingravescente molestia, magis ac magis deficiens, sed pro sui exitus expectatione intentissime Domino supplicans. Sequenti post octavas die, cum iam imminens exitus putaretur, regressis ad eum cum abbate fratribus, ut morientium more, solo decessurum submitterent: 'Nolite', inquit, 'hodie circa me frustra fatigari, sed die crastino occurrite discessuro'. Ad hanc vocem abbas Gemblacensis Otbertus[d] in lacrimas resolutus, levatisque oculis cum manibus ad coelum: 'Potentissima', inquit, 'Dei pietas non me sinat post te septem dierum spatio in hoc morari corpore'. Cuius petitionis verba, ut probavit rei exitus, divinae miserationis percepit auditus. Defuncto siquidem die sequenti pontifice, post solemnem exequiarum celebrationem mox ad beati Iacobi secedens monasterium — quod simul cum Gemblacensi regebat coenobio — febrili repente coepit urgeri molestia, donec, invalescente in dies incommodo, die septima post beati presulis obitum, sicut preoptaverat, Domino reddidit spiritum; ut constaret hoc mystico dierum numero, ob aequalis vitae meritum ambos a mundi huius voragine in unam sempiternae beatitudinis requiem esse receptos. Migrant igitur, migrant ad suum factorem felices iustorum animae, multiplici studio pietatis exercitatae: lapides utique vivi ad caelestis Ierusalem aedificium colliguntur, alter inter nos corona clericorum, alter decus monachorum, ambo divina simul et humana sapientia eruditi, robustissimae in templo Dei columnae. Sub tantis tuta custodibus, tantis communita propugnatoribus, intra honestissima bonarum artium quiescebas otia, nec clandestinas latronum insidias nec aperte impugnantium formidabas incursus, felix hactenus Legia, sed, tanta perdita felicitate, nunc inconsolabiliter deflenda. (73[e]). Equidem, si posset ipsa lapidum duritia lacrimas fundere, nec sic tamen digne plangi possit ablati Wazonis damnum irrecuperabile; quippe cuius virtutum fulgore illustrata, ad tantam sublimis nominis tui profeceras prerogativam, ut inter maiores circumquaque urbes sapientiae fons appellareris[f]. Quae enim regio tam abstrusa in terris, quam, pervolitante fama Wazonis, Legiae nomen non penetraverit? Parum est, quod trifida te celsam tanto patre novit Gallia.

*) ut si quid contra imperatorem, quippe qui ab ipso iniuriis saepe lacessitus foret, factis sive verbis vel etiam occultis cogitationibus deliquisset *c. Av.*

a) utilitate *Aeg. cum rec. all.* b) celebrantur *Aeg.* c) Olbertus *rec. all.* d) Obertus *h. l. c.* e) *num.* 72. *om. ed.* f) appelleris *c.*

Te Alpina gerens corpora nequaquam ignorat Germania. Experimentum acceperunt gloriae tuae simul Pannonii et Hiberi.

Nec latet extremo diffusos orbe Britannos,

Aquitanos cum Arvernis, tanti rectoris auctoritate quam alte caput extuleris. Tibi cedunt pre pontificis virtute circumcirca nobilissimae urbes. Sed nec Roma prepotens indignum ducit tua se superari gloria, quae moderno tempore ortodoxorum neminem huic tuo parem habuerit superstitem. At nunc eheu! tanto pastore viduata, stas magni nominis umbra, et adhuc prioris famae tenore multos studii amatores ad opinatum disciplinae invitas gymnasium, sperantes se cum liberali studio victus et vestitus solatiis gratuito sustentari. Ea enim spe patriae finibus excitos se autumant, credentes illis referentibus, qui talia presentes apud nos experti fuissent. Qui plerumque litterarum exercitio non frustra expetito, cum solus Wazo omnes recipere solitus esset et in omnibus necessariis providere, adeo nunc pietatis opera in te sunt imminuta, ut quae unus indeficienter agebat, cuncti pariter exercere, etsi volumus, non possumus. (74). Age ergo nunc, o dulcis Legia, si qua tibi cordi est aut pietas in Deum aut honestatis amor ad seculum, ardentissime quaeso, religionis antiquae saltem vestigia resumere contendito! quia, etsi orbata es patribus, pro ipsis tamen nati sunt tibi filii, quos omnipotens Deus, licet adhuc teneros et rudes, exemplo bonorum patrum ad sanctae religionis culmen potens est informare. Admonenda etiam es, ne dona domini tui, si qua tibi sunt, meritis tuis arrogare presumas, sed potius temet aestimatione infirmitatis tuae omnium ecclesiarum pedibus substernas, et maxime matris tuae sanctae Coloniensis ecclesiae, quam Dominus tum infinito sexus utriusque martyrum seu confessorum numero tum iocundissime distincta sanctae religionis corona dignatus est insignire. Hanc tu venerare ceu matrem, ut te dignetur agnoscere filiam, quatenus te pro humilitatis, pro caritatis illam remuneratione aethereus ille claviger, previus dux ambarum et patronus ad gaudia sui Domini victuras semper intromittat et ad videndum Deum deorum in Syon in caelestis Iherusalem mansionibus deponat, prestante ipso domino Deo vivo et vero, qui unus in trinitate et trinus in unitate solus habet immortalitatem et lucem habitat inaccessibilem, vivens et regnans in secula seculorum! Amen.

BRUNWILARENSIS MONASTERII FUNDATORUM ACTUS.

'Habent sua fata libelli' summo iure sane de eo dicendum est, quem hoc loco denuo edituri sumus. Nam semel iam in hac Scriptorum collectione impressus (XI, p. 396 *sqq.), post Annalibus insertus ('Arch.' XII, p.* 147 *sqq.), nunc tertio inter opera nostra prodit*[1]*. Neque defuere qui antea quantum suppeditabat luci dederunt (Papebrochius*[2]*, Leibnitius, Böhmer, qui eodem anno quo Köpke novam editionem paravit, Fontes III, p.* 362 *sqq., ea recepit quae illi publici iuris fecerant). Nullus vero medii aevi codex servatus est; apographa a viris doctis adhibita librum praebebant detruncatum; integrum unum a Papebrochio tamquam interpolatum est reiectum; aliud, cuius notitiam Böhmer habuit, ab ipso neglectum (l. l. p. LIV). Denique V. Cl. Harless plenam editionem paravit ('Arch. f. d. Gesch. d. Niederrheins' IV, p.* 174*sqq.), neque tamen veram libri indolem intellexit. Qua ostensa ('Nachr. v. d. Ges. d. Wiss. z. Göttingen'* 1863, *p.* 1 *sqq.), b. m. Pabst diligenter in libri originem et fata inquisivit et novam eius recensionem dedit. Sed ut ea in Scriptorum serie imprimeretur impetrare haud potuit. Quam cum in hunc tomum transferre constituissem, ut fieri solet, nonnulla reperire mihi visus sum, quae minus probanda vel certe non satis accurate essent exposita. Quare iterum libro manum admovi. Sed paucis quae de ipso eiusque editione dicenda sunt absolvam.*

Wolfhelmi abbatis Brunwilarensis, qui a. 1065—1091. *monasterium rexit, tempore monachus quidam, cuius nomen sola littera G. codices indicant, librum composuit, quo 'felices actus prosperosque successus' eorum describeret 'qui coenobii illius fundatores atque auctores fuere'. Qui cum ab Ezone comite palatino et Mathilde, filia Ottonis II, descenderent, praeclaram familiae originem describere suum habuit, ideoque Ottonum imperatorum et Heinrici I. regis historiam exposuit, praeterea vero Richezae, Ezonis filiae, quae Poloniae regi nupserat, post vero in patriam redux Brunwilarense monasterium larga donatione ditaverat, laudes quam maxime celebravit. Cuius tempora felicia laudat; ea vero quae post eius mortem (a.* 1063*) vidit periculosa deplorat (c.* 30. 31*). Tunc enim Cloteno a Richeza donatum praedium ab Annone archiepiscopo Coloniensi occupatum, et nonnisi ab Hildulfo (a.* 1073—1078*) Wolfhelmo restitutum est. Quod quamvis nunc in extrema libelli parte legatur, num iam eo tempore factum sit, quo hic est compositus, recte in dubium vocavit Pabst*[3]*. Neque tamen video, cur etiam maiorem c.* 34. *partem et c.* 35. *post adiecta putet*[4]*.*

1) Eodem modo Annales Brunwilarenses ter impressos habemus (SS. I. II. XVI). 2) Ante eum maiora fragmenta edidit Gelenius, Historia et vindicta beatae Richezae comitissae palatinae. Colon. 1649. 4. 3) Minus recte igitur Cardauns, 'Cölner Chr.' I, p. LIX, etiam nunc, ut Köpke SS. XI, p. 395, librum inter annos 1076—1079. scriptum censet. Nam quae hic de filiis Gazimeri regis Polonorum monet id unum probant, post a. 1058. librum scriptum esse. 4) Recte quidem haec Vitae Wolfhelmi non ante

In iis eundem deprehendi sermonem ac in praecedentibus capitibus et ipse vidit (p. 142); neque quidquam continent, quod vel aetati vel ingenio auctoris repugnet. Aliter vero de brevi restitutionis narratione iudicandum est, neque quae sequitur relatio satis fabulosa de origine nominis Brunwilre cum antecedente historia ita cohaeret, ut eius pars haberi possit. Quare haec ne postea quidem ab eodem auctore addita[1]*, sed ab alio quodam inserta putarim. Miracula vero duo libro subiecta, quae Ezonis et Mathildis meritis vindicantur, ei tribui posse, qui iam prologo suo ad signa provocat post ipsorum historiam referenda*[2]*, nunc concedo*[3].

Ea vero quae in uno codice et prioribus editionibus omissa sunt ad historiam rerum publicarum potius quam ad monasterii fata spectantia minime interpolatoris esse, sed genuinum auctoris foetum habendum, nunc nemo est qui non agnoscat[4].

Dubiae haec quidem sunt auctoritatis. Breves quas Herimanni Augiensis chronicon ipsi suppeditavit notitias auctor valde ampliavit; pauca ex Vitis Udalrici, Adalberti Pragensis, Heriberti Coloniensis mutuatus esse videtur[5]*; pleraque ex fama incerta vel ex ingenio addidit, ideoque errores non paucos commisit*[6]*, veris falsa miscuit, ne ipsius quidem monasterii historiam, sive fontibus destitutus sive consilio ductus, ubique satis accurate tradidisse videtur*[7]*. Attamen chartas genuinas adhibuit*[8] *neque fraudum particeps fuit, quas paullo post inventas et propagatas videmus, ad quas detegendas haec ipsa narratio non parum fecit*[9]*. Quae ad comitum palatinorum familiam, Richezam reginam, Herimannum archiepiscopum Coloniensem, alios spectant auctor omnia fere bene habuit comperta*[10]*, dies obitus notavit, epitaphia descripsit*[11]*; nonnulla etiam ex libris deperditis sumsisse*[12]*, plura vero ex populi rumore recepisse videtur, quomodo natae et propagatae sint vulgares narrationes, ita ostendens*[13]*. Nec minus vero miraculis in monasterio patratis enarrandis immoratur, testibus ut sibi videbatur fide dignis adductis*[14]*. Neque tamen aliam miraculorum a. 1080—1084. ibidem factorum historiam eidem auctori tribuerim*[15]*; cum neque temporis ratio neque sermo ut ita statuamus suadere possint. Noster locutione satis eleganti, narratione viva excellit, Sallustii verbis et sententiis usus, quibus ne nimiam fidem habeamus sane est cavendum.*

In libro edendo iisdem usus sum subsidiis quibus Pabst, necnon codicum numeros ab ipso institutos retinui, quamquam de eis parum aliter iudico.

1[a]) *Codex archivi civitatis Coloniensis C 17, chart. saec. XVI, historiam continet monasterii Brunwilarensis, cui f. 1—20′. libellus hic, f. 50—75′. Vita Wolfhelmi ab auctore interpolata*[16] *(Pabst p. 102), f. 75′ sqq. Miracula mox allata, praeterea diplomata tam genuina quam falsa, quibus monasterium abundabat, inserta sunt.*

saec. XVI. inserta esse, monet p. 112; sed sine causa Knorrium in historia Gladbacensi alio exemplari antiquiore usum esse statuit. 1) Ita Harless p. 176; aliter Pabst p. 144. 2) *His etenim et ceteris perpaucis hoc eodem in codice commemoratis, ordo signorum congruum acceptat locum;* cf. c. 37: *longe superius digesta oratio ambos adhuc in carne viventes his non caruisse in testimonio est.* 3) Aliter 'Gött. Nachr.' p. 12. 4) Cf. Giesebrecht, 'KG.' I (ed. 5), p. 792, n.; II, p. 571; Wattenbach 'GQ.' II, p. 110; Cardauns l. l. 5) Pabst p. 96, n. 165. 6) Idem p. 96 sqq. 7) Cf. quae Steindorff, 'Jahrb. Heinrich III.' Vol. II, p. 426. exposuit. 8) c. 30. 32. 34. 9) Pabst p. 112 sqq. 10) Cf. Köpke, SS. XI, p. 394. 11) c. 16. 21; cf. 27. 12) c. 5. nomina eorum qui in pugna ab Ottone II. contra Sarracenos commissa occubuerunt recte notavit, fortasse ex necrologio. 13) Cf. Wattenbach 'GQ.' l. l. 14) c. 15. 19. 37. 15) Id quod Pabst p. 145. sibi persuasit. 16) Interpolationes facile agnoscas; verba tantum praefationi subiecta: *Que omnia vestre sanctitati examinanda vel corrigenda committo, nec primitus ea in publicum proferri flagito, quam vestre fuerint auctoritatis roborata iuditio*, genuina putarim. Ceterum Vita a Surio edita minime ab hoc est mutata, sed parum a codicis lectione recedit.

1^b) *Codex eiusdem archivi, inter Aegidii Gelenii Farragines Vol. XIV, p. 425—495. apographum continet tribus manibus ita exaratum, ut alia aliam exceperit, una vero, fortasse ipsius Gelenii, menda correxerit, omissa suppleverit. Ultimum caput omissum est; neque miracula S. Nicolai hic leguntur. — Utrumque codicem V. Cl. Höhlbaum, archivi Coloniensis praefectus, benivole Berolinum misit, ita ut lectiones pleniores exscribere potuerim. In singulis verbis exprimendis* 1^a *praeferendum duxi. Quocum plerumque convenit*

1^c) *Codex archivi* D ü s s e l d o r f e n s i s *inter annos 1773—1785. a Cramero Brunwilarensi scriptus, qui etiam Miracula illa recentiora subiecit.*

Quamvis vero quam plurima omnibus sint communia, eos ex eodem exemplari vetustiore sumtos esse[1]*, vix putarim. Certe* 1^b *nonnumquam propius accedit ad codices, qui magnam prologi partem et capita ad imperatorum historiam spectantia aliaque omiserunt.*

2^a) *Papebrochii editio (Mai V, p. 49 sqq.; a Leibnitio, SS. R. Brunsv. I, p. 313, et Böhmero l. l. repetita), apographo nititur a Gamansio ex codice Brunwilarensi parato*[2]*;*

2^b) *Apographum 'e manuscripto pervetusto S. Martini maioris Coloniae', vel, ut alibi legitur, 'ex codice ante 200 annos charactere abbreviato contracto valde illegibili', saec. XVII. a Kutzradt factum et Bollandianis missum, nunc inter schedas eorum in bibliotheca* B r u x e l l e n s i *nr. 8568. asservatur, a Bethmanno cum editis collatum*[3]*.*

Codices 2 pariter ac 1^b *c. 37 (miraculum secundum edit. Köpk.) et c. 27. epitaphium Mathildis omittunt. Quare recensio illa brevior ex exemplari derivanda est, cuius apographum Gelenius nactus erat;* 1^a *et* 1^c *vero alterum exstitisse probant, quod num auctum fuerit an fontem genuinum accuratius expresserit, difficile est dictu.*

3) *Recensionem codicum 1 saec. XVI. interpolatam*[4] *Papebrochius ab eodem Gamansio acceperat; cuius additiones tamquam recentioris temporis foetum omisi.*

Nonnullos vero locos in altera Chronicae regiae Coloniensis recensione exscriptos cum editione nuper parata conferre licuit; qua re libellum satis integrum nobis esse servatum probatur.

Ex miraculis S. Nicolai excerpta subieci. *G. W.*

Domno[a] venerabili ac[b] Dei gratia Wolfelmo Brunwilrensis coenobii abbati[c] G. humilis et exiguus eorum beatitudinem consequi, quorum die[d] noctuque voluntas[e] est in lege Domini. Omnium artifex rerum[f] Deus, ut vestrae[g] notissimum est periciae, pater beate, mirum quoddam[h] et immortale sensibus humanis indidit bonum[h]: scire videlicet litteras, quae sunt notae[h] elementorum. Sicut enim illa mundum, sic istae corpora[h] vocum constituunt; propter quod et ab eis vocabula traxerunt. Quarum nimirum tantae perfectionis extat scientia, ut earum indagine, labentibus iam seculis, nec ipsa nos scire volentes[h] atque valentes rerum lateant principia. Propter quod tanta illarum fretus efficatia — nam sopitos[h] hominum cineres ad vitam revocant, dum, scriptis[h] eorum, quibus in mundo vixerant, factionibus, suis eos lectoribus vivos quodammodo representant — operam dedi, reverentissime pater, iuxta veracium assertionem testium eorum felices actus prosperosque suc-

a) Domno — tam gloriosum fuisse *des.* 2. b) *deest* 1^a. c) *deest* 1^b; *evan.* 1^a. d) diu 1^b. e) *voc. evanuisse videtur* 1^a; *deest* 1^b. f) *absc.* 1^a; *et post singulae litterae.* g) nostrae *codd.*; *corr. Harless.*

1) Ita etiam Harless statuit p. 167. 2) Omisit Papebrochius quae post c. 33. leguntur. Neque tamen haec in codice defuisse videntur; sed (p. 60 n.): 'Sequebatur', ait, 'prolixa deductio eorum quae pro recuperatione istius iuris a b. Wolfhelmo acta sunt et apud Gelenium ex parte possunt legi'; quae ad ea referenda esse, Pabst recte statuit p. 84 n. 3) Cf. quae monuit 'Arch.' VIII, p. 514. 4) Papebrochius tam recentioris temporis additamenta quam genuina capita in codd. 2 omissa eidem interpolatori tribuit eoque alios in errorem induxit.

cessus utcumque scripto[a] edere, qui sacri Brunwilrensis[b] coenobii fundatores atque auctores ab initio fuere; tum quod[c] supernae dispensationis gratia eidem monasterio vos preesse voluit atque prodesse, tum etiam precipue quod[c] vestris in diebus crebris miraculorum indiciis suam Deus presentiam cunctis in[d] hoc loco[a] fidelibus dignatus[e] est ostendere. Per quorum, caelestium videlicet signorum, frequentationem quid divinam[a] arbitramur clementiam significasse, nisi bona[a] illorum[a] opera talibus testimoniis approbasse nosque inertes et negligentes, qui debitis illos studiis[a] non extulimus, increpasse? Re vera etenim illorum gesta litteris non deesse, sed[e*] ad exempla viventium vel[a] imaginarie huic eos vitae adhuc etiam superstites esse. Ubi notandum, quod[f] apud eos, quorum in hoc negotio sum exempla sequutus, aliter visa, aliter audita narrantur. Nam de his[g], sola purae fidei conscientia interveniente, nihil ambiguum scribunt; de illis vero[a] quaecumque dixerint, suorum assertorum, quibus ea auctoribus didicere, fidei atque iudicio[h] relinquunt[i]; morem nimirum nautarum imitantes, qui non solum propriis adiuti viribus obices undarum rudentibus findunt, verum etiam prosperis vela pandentes ventis, iter cupitum expediunt. Et sicut illis evenire solet, verbi gratia, ut, flante vento quolibet optato, alterius subito maiori, etsi parum accommodo, non tamen multum adverso, impetu acti, sed solo[k] naucleri gubernaculo quo cupiunt correcti perveniant[l]: ita isti, consummandae operam dantes historiae, per suas aliorumque sententias — ut ita sit dictum — in diversitate relationum plurimorum sibi assensum consciscunt. Nihil enim vetat credi posse, quod tantum possibile sit, sive sic sive aliter fieri potuisse. Quo fit, ut in sequentis serie operis, si quid, immo quia[m] constat aliquid simile actitatum, nullius censeatur iudicio[a] fore dampnandum.

De genealogia sane gloriosissimi viri, domini videlicet Ezonis, ideo nihil a nobis hoc in libello litteris est mandatum, quia, quicquid inde dici vel scribi poterat, nostrae id noticiae et antiquitate temporum et maiorum neglectu extat oblitteratum. Nam et hoc a nonnullis superflue quaeritur, cum — sicut in sequentibus liquebit — et luce clarius sit, suorum gloriam progenitorum ad illum usque deductam non in illo defecisse, sed suae illos summam generositatis in illo peperisse, quem constat et rerum affluentia et fama virtutum tam glo-
(1). riosum fuisse. Quod* autem Herenfridus[n] primum, sed Ezo postmodum est appellatus, hocque nomine insignior habebatur, precedentium gratia patrum[1] imbutus est, quibus mutatis semper nominibus[a] virtus maior meritumque divinitus insitum[o] est. Cuius cum sacri Deoque frequenti miraculorum illustratione dicati loci memoriam litteris et per eas posteris mandare curassemus, placuit nobis, eisdem prius inserere, quae viro a pueritia vitae institutio, quanta in militari virtute strennuae[p] actionis perfectio quamque perfecta ad ultimum in christiana religione fuisset devotio. His etenim et ceteris perpaucis hoc eodem[q] in codice commemoratis, ordo signorum congruum acceptat locum, ut[r] veritatem historiae habens fundamentum, spirituale precellens aedificium sui latius fulgoris pretexat ornamentum.

EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIT PREFATIO.

(2). Multi cum legunt vel audiunt fortium facta virorum, ad eorum imitationem accenduntur[2]. Sed si vitam moresque religiosorum, Deo scilicet devotorum, hominum inspexerint, multo in his salubrius, quid agere, quid vitare, qua discretione mentis cuncta perpendere debeant, instruuntur. Ut enim se res habet, pleraque illorum tantum[s] in viribus suis confidentium facta cum vita depereunt; quia, dum[t] domum suam, quae est suae[u] opus fortitudinis, super harenam labentis humanae laudis construunt, semet ipsos, ut ita dicam, ad impulsum miseri mortalis lapsus destruunt. Sed enim[v] hi fortes in Deo facti, suae consi-
Iac. 4, 15. derantes cursum naturae, quod scilicet 'vita hominis vapor est ad modicum parens, deinde[w] exterminabitur', eo proficere deliberant, ubi pro mortalibus aeterni fiant[3]; ideoque in his

*) 2 *incipit verbis his:* Fundator monasterii Sancti Nicolai in Bruwilre erat preclarissimus dominus Herenfridus comes palatinus, qui post Ezo nominatus est, cum gloriosissima coniuge sua Mathilde, filia potentissimi Magni Ottonis nati de Saxonia. Quod *etc.*

a) *evan.* 1^{a}. b) Brunwylr. 1^{a} *saepius.* c) quia 1^{c}. d) hoc in 1^{b}. e) est dign. 1^{b}. e*) *ita corr.;* est *(pro* set*) edd. codd.?).* f) *deest* 1^{a}. g) *deest* $1^{a.c}$. h) indicio 1^{a}. i) relinqunt 1^{b}, *corr.* relinquunt 1^{a}. k) solum 1^{b}. l) perveniunt *codd.* m) quod 1^{c}. n) Erenfridus $1^{a.c}$. o) est i. 2; insignitum *coni. Köpke, sed cf. infra cap.* 13. p) strenua 2. q) in eodem 1^{c}. r) et 1^{b}. s) tam 1^{c}? t) cum 1^{a}. u) opus sue 1^{a}. v) Sedent 1^{b}. w) demum 2.

1) i. e. patriarcharum. K. Cf. infra addit.: *qui velut Abraham patriarcha nomine mutato Ezo appellatus est.* 2) Cf. Sallust. Iugurth. c. 4. 3) Sallust. Iugurth. c. 1: *eo magnitudinis procederent, ubi pro mortalibus gloria aeterni fierent.*

profectuum conatibus, ut ipsius verbis Domini loquar, domum suam supra petram aedificant; Matth. 7, 25 quam nec ventorum, id est demonum, illisiones[a] nec fluctuum, nequam videlicet hominum, inundationes diruant[b]. Nam et si quid rei publicae vel curae domesticae inservientes fortiter gesserunt[c], non hoc ad suam, sed ad[d] illius virtutem et laudem referunt, cui[e] illud Daviticum concinunt: *Fortitudo mea*[f] *et laus mea Dominus et factus est mihi in* Ps. 117, 14. *salutem.*

EXPLICIT PREFATIO.

INCIPIT NARRATIO SEQUENTIS OPERIS.

1. Vir[g] itaque preclarissimi generis Ezo comes palatinus[1], tum propria virtutum (3). actione, tum etiam gloriosissimae coniugis suae Mathildis pia ac Deo devota religione venerandus semper et[h] predicandus, manifesta suorum reliquit indicia gestorum, in quibus nulli sit[i] ambiguum, eum consortium tantorum, de quibus paucis prelibatum est, adeptum esse virorum. Denique totius Galliae principum cum esset corporis elegantia[k] venustissimus, mentis industria prudentissimus, animi magnanimitate fortissimus, ad disponenda negotia tam privata quam publica discretissimus: regalis palacii apicem iure paterni sanguinis strennuissime gubernando eo profecit honoris, ut suam semper gloriam pluris quam accepisset efficeret decoris. Nam — ut altius rerum primordia inchoantes, in similitudinem amnis a fonte decurrentis usque ad certum narrationis limitem derivemus[l] — mox ubi primum adolevit[2], nullis se corrumpendum puerilis ineptiae lusibus dedit[m]; sed, ut esset tam validus corpore quam erat animi virtute, etsi pre nobilitate, qua summe preditus fuerat, vestium aureo[n] fulgebat nitore, plus tamen equitatu, venatu[o] atque quolibet militari corporis motu desidiosa proterens ocia, valitudine armorum delectabatur et fulgore, quatenus inimicis terrori et amicis esset amori. Nullum est enim[d] virtutis[p] exercitium, quod per invidiam ignaviae non execretur[q] vicium. Et quidem ignavia se virtuti per livoris aemulationem inimicam ostendit, et eius tamen[r] timore percussa tabescit; quoniam[s] omnis virtus ad alta se subrigens, in suis se indeficienter augescit; ideoque memorabilem hunc virum quanto secum altius sustulit, tanto fama clariorem universis Romani regni principibus extulit. Nec mirum, si ullis[t] sui temporis potentibus viris, tametsi divitiis preclare pollentibus, potentior esse poterat atque prestantior, qui omnibus procul dubio claruit uxoris generositate liberorumque honestate fortunatior. Quod enim ingenium, quae lingua, quae facundia tantam explicabit gloriam[u] Romanorum, quanta excrevit terra[v] marique Ottonum temporibus augustorum, quorum predicta Mathildis, clarissima scilicet femina, primum habuit avum, alterum patrem, germanum alterum[3]? Verum quales successus superna 4). disponente clementia sortiretur ille vir illustrissimus ad conducendum sibi eiusdem feminae tam excellentis venerabile[w] matrimonium, hinc sumatur exordium; quo nullum laetius hac dumtaxat in serie audiri poterit eulogium.

2. Igitur* prima tyrocinii[x] sui tempora non severitate tumida, sed mansuetudine instruxit et misericordia, ne, dum militaria tractando negotia excederet alienam irae rationem, furoris incideret errorem et, virtutem miliciae in atrocitatem convertendo saevitiae, non tantum improbis infligeret punitionis, quantum bonis[y] inferret terroris. Sciebat enim, quod, si in potestate maxima minima audendi potiretur licentia, plures sibi ex benivolentia contraheret quam potentia subiugaret, iuxta illud Proverbiorum: *Noli esse quasi leo in domo* Eccli. 4, 35.

*) *Inde usque ad c. 6. initium omnia des. 2; omissis ceteris, e c. 3. verba haec in exordium historiae traxit* 3: Generosissimus heros Hermannus comes palatinus cognomento Pusillus, non mediocris reputationis inter magnates illustrissimi imperatoris primi Ottonis, cui in negotiis regni ac praeliorum periculis tam auxilio quam consilio fidelissime adstitit; et praesertim in praelio contra efferam Ungarorum gentem commisso, ubi hostilem pugnando aciem fortissime attrivit. Hic et diversis in locis plura dominia cum amplis possessionibus habuit et Brunweilerensem locum primum hominibus habitabilem fieri procuravit, duos autem filios ex Helywiga uxore genuit, videlicet Erenfridum et Ezelinum.

a) illusiones 1a. 2. b) diruunt 1c. c) gesserint 1b. c. d) *deest* 2. e) qui 2b. f) *deest* 1b. g) Fuit 2. h) semperque 2. i) fit 1b. k) eligantia 1b. l) diriv. 1a. m) *hic miraculum ramusculi revirescentis infra c. 22. narratum refert* 3. n) auro 1b. o) *deest* 2b. p) virtutum 1c. q) execratur 1a; exercetur 1b. r) tam 1c. s) quam 1c. t) nullis 2b; multis *Pap. K. P.* u) R. gl. 2. v) t. m. *des.* 2b. w) m. v. 2. x) torocynii 1a. y) bonum 1a.

1) Cf. praesertim Usinger in Hirsch, 'Jahrbücher Heinrich II.' Vol. I, p. 447 sqq. 2) Cf. Sallust. Iugurth. c. 6. 3) Cf. epitaphium Mathildis infra c. 16.

tua subvertens domesticos tuos. Ex hac ergo tali tantaque animi eius modestia acciti sunt ad eum quam plurimi rebus etiam et vita nobilium, quibus eo duce nullus labor difficilis, nulla res esset aspera[1]; precipue quod eius egregia liberalitas nullas eos alieni aeris pati curas sinebat vel molestias. Quibus rebus tam fidos sibi[a] eos faciebat[2], ut vitae illius aeque atque suae timerent, sperarent, tristia propellerent, laeta ocius admittere[b] non desisterent. Horum suffultus obsequiis, armatus presidiis, nec minus eorum quos ex suis libertos fecerat fretus serviciis, nihil erat quod non auderet in hostes profligare[c] militaris audaciae, defendendo cives patriae; illis terribilis ad mortis exicium, istis desiderabilis ad tutamentum vitaeque presidium. Numquam sane securitas illi detrimentum intulit negligentiae; tam domi quam miliciae frequentes castrorum agebantur vigiliae, ut tanto tutior esset in adversis, quanto minus erat[d] securus in prosperis. Et cum omnes gloria anteiret, omnibus tamen carus erat[3]; quippe qui virtute potior, fama clarior omnibus enitebat, quo surgere non valens invidia torpebat. Quid plura? Gloriosissimus[e] Otto Magnus imperator cernens virtutem eius regno suo gloriae fore[4], tum quod Herimannus[f] comes palatinus cognomento Pusillus, qui matre Heliwiga[5] pater[g] extitit eius, in prelio, quod contra beluinam Ungario- 955. rum[h] gentem commiserat, fortissime hostilem pugnando aciem attriverat[6], tum quod is postmodum, paternae ferventissimus aemulator industriae, multa egregie patraverat, amicitia, familiaritate, beneficiis ceteris plus principibus eum excolebat; quippe cuius consilium neque inceptum ullum frustra erat[7].

3. Ceterum id loci attingentes, quo nunc nil dici potest memorabilius — presertim quod inscrutabili Dei consilio predicta Mathilt[i], neptis eiusdem Magni Ottonis, ipsius erat copulanda[k] coniugio —, quam magnificus imperator, quam clarum Romanum reddiderit imperium, sicut nobis a maioribus traditum est[8], enarremus, ut cunctis scire volentibus ordo rerum existat eo notior, quo fuerit in enarratione propensior. Sed quod Magnus idem Otto appellatus est, sic eum appellari triplex causa exposcebat: sive quod corpore robusto atque eminenti vigebat, sive quod ceterorum progenitor Ottonum erat, sive quod Romano imperio quam maxime dilatando maximum suae[l] magnanimitatis studium impendebat. Erat ei pater Herim. Aug. Heinricus[m], natione Saxo, quo sicut nullus ad id temporis extitit generis nobilitate, facultate rerum, solertia animi insignior, ditior vel prudentior, ita etiam cunctis in sublimitate constitutis gratia divina amminiculante factus est potentior atque sublimior. Nam in Italia atque Germania turbatis undique rebus humanis, ad Romani statum regni reparandum 919. omnibus spebus in eum collatis, ad nutum superni[n] Regis gloriam adeptus est regiae maiestatis, quatenus[o] generaliter omnibus[p] valeret prodesse, quod in eo specialiter effulsit cf Herim. iusticiae ac pietatis insigne. Defuncto etenim[q] Arnulpho imperatore piissimo, quis mala enumeret omnia, quae per 19 annos, sub Ludowico scilicet, eiusdem Arnulphi filio, et quodam Cunrado, ad eius usque duraverant[r] tempora, cum pro[s] caeca ambitionis gloria ubique saevirent rapinae, caedes et incendia? Quae crudelitatis pestilentia ita irrepserat improborum pectora — maxime cum eis quodlibet audendi increvisset licentia —, ut bonos iuxta ac malos non adhorrerent interficere, ceteros metu terrere[9]. Quae rabies ferina ita regis prudentissimi cohercebatur disciplina, ut, paulatim crescente bonorum gloria, penitus improborum aboleretur memoria. Numquam enim ad disponenda regni negotia, cum magnifice posset, propria contentus erat industria; sed, ut in his agendis rata suorum forent consilia, semper ea confirmari voluit episcoporum auctoritate canonica. Nihil ergo nisi quod regem deceret agendo, Divinitate propicia prerogativam regnandi suae nimirum relin- Herim. quens clarissimae posteritati, decessit[t] anno regni sui 18. atque in Saxonia apud Quidelincburc[u] sepelitur anno dominicae incarnationis 936[v].

a) eos sibi 1[b]. b) admitterent 1[a]. c) profligando *corr. P.* d) esset 1[b]. e) De Ottone primo imperatore *add. rubram* 1[b]. f) Herm. 1[a]. g) patre 1[a]. h) Ungarorum 1[c]. i) Mathildt 1[b]. k) copulando 1[a]. l) suum 1[b]. m) Henr. 1[b]. n) supremi 1[b]. o) qualiter 1[c]. p) *deest* 1[b]. q) enim 1[c]. r) duraverat 1[a]. s) pro — gloriam 1[c]. *ap. Harl.* t) discessit 1[b]. u) Quidelingburg 1[b]. v) nongentesimo tricesimo 1[a. b].

1) Cf. Sallust. Catil. c. 7: *talibus viris non labor insolitus, non locus ullus asper . . . erat.* 2) Cf. Sallust. Catil. c. 14: *dum illos obnoxios fidosque sibi faceret.* 3) Salust. Iugurth. c. 6: *et cum omnis gloria anteiret, omnibus tamen carus esse.* 4) Sallust. Iugurth. c. 6: *Micipsa . . . existumans virtutem Iugurthae regno suo gloriae fore.* 5) *Helewich comitissa, uxor palatini,* Necrol. S. Gereonis Col., Lacomblet, 'Arch.' III, p. 117. 6) Quod sane dubiae fidei est. 7) Sallust. Iugurth. c. 7: *quippe cuius neque consilium neque inceptum ullum frustra erat.* 8) *sicut — traditum est* etiam infra c. 34. 9) Sallust. Catil. c. 51: *ubi paulatim licentia crevit, iuxta bonos et malos lubidinose interficere, ceteros metu terrere.*

4.[a] Otto igitur, filius eius[b], de quo non erat ambiguum, quod maximum in eo regni foret 936.
presidium, patris honore sublimatur, coronatur, magnifice predicatur, magnificentius hono-
ratur; utpote qui, iam magnus munere regio, maior erat futurus[1] Romani nominis imperio.
Siquidem mox ad suae dignitatis augmentum fratribus germanis, Heinrico[c] scilicet atque
Brunoni, debitae munificentiae impendens affectum, ob robur regni atque firmamentum
sibique indeficiens tutamentum alterum Baioariae[d] ducatus, alterum sanctae Coloniae subli-
mat honore archiepiscopatus[e], quatenus, dextera sinistraque armatus aequaliter, omnem
hostilem impetum audacter exciperet, reprimeret viriliter, vinceret regaliter. Interim ef-
fera[f] gens Ungariorum[g], ferinis[h] excita furiis, omnem invadit provinciam Noricorum, agros cf. Herim. 954.
villasque depopulando, miseros cives imparatos et passim palantes necando, mulieres et
parvulos tragica caede lacerando; quos cerneres non tam hostiliter saevire quam feraliter
insanire. Iam Alemanniam[i] occupant, civitatem Augustam obsidione circumdant, eam acriter im-
pugnant. Sancto Udalrico cum omni tempore, tunc, ut credi fas est, precipue accipiente arma-
turam Dei, scutum fidei, gladium spiritus, quod est verbum Dei, electa iuventus nihilo
segnius repugnans moenia civitatis defensat; quisque alterum ad pugnam hortatur, multum
utrimque preliantur; cum, ecce! rex gloriosissimus Otto 4. Idus Augusti cum validissimo sui exercitus Herim. 955.
brachio eos impavide aggressus, tametsi fortissime resisterent, exuperat, fugat, triumphat, multis
occisis, belli ductores vivos omnes comprehendit et in eculeis, perfossis crurium suris, suspendit[2].
Dehinc Italiam petit, Berengerum regem expellit, impotentibus sibi ad rebellandum Romanis, ipse ib. 950.
magna cum potestate ferro viam faciens, Romam ingreditur et ab apostolica benedictione ib. 962.
Iohannis papae imperator efficitur[3]. Nam eodem anno iuxta chronicorum[4] fidem signum in solis ib. 961.
medio reliqua parte clarius apparuit; quod, eius procul dubio singularem potentiam mundo
lumen veritatis et iusticiae illaturam fore, indicio fuit. Compositis vero iuxta ac dispo-
suerat in Italia rebus, reversus per Gallias veniensque[k] cis[5] Renum[l] in Germaniam, Saxo-
num quam plurimos perniciosis paganismi cultibus obnoxios propter paganos circum-
quaque confinitimos[m] cum salutifera suasione vel suae potestatis terrore, tum etiam epi-
scoporum predicatione fidei subegit christianae. Ad confirmandum vero ibidem sanctae
ecclesiae statum in Partenopoli[n] civitate, quae ab accolis Magdeburg[o] dicitur, instituit archiepiscopatum[p], ib. 973.
suffraganeorum scilicet episcoporum principatum; ibidemque[6] post plurima, quae Romano
imperio digna peregerat, diem clausit extremum Nonas Maii anno regni sui 37, imperii 10, domi-
nicae incarnationis 973. Cuius corpus in ammirandae magnitudinis domo, quam ipse in honore
sancti Mauricii construxerat, eo quo dignum erat regio cultu venerabiliter est humatum.
Consenuerat autem secum imperatrix nomine Adelheit[q], non minus quam ipse habens in
Christo devotionis; ob quod meritorum eius virtutes non solum Saelsineburg[r.7], ubi sepulta
quiescit, sed ubique maximam suae transfundunt lucem ammirationis.

5.[s] Otto itaque, filius eius, per omnia patris ingressus vestigia, nomine, moribus et vita, 973.
— nam iam frater eius Ludolphus dux Suevorum[t], qui patri rebellaverat, morte interierat — cf. Herim. 957.
statim Romam profectus atque coram totius regni principum[u] frequentia, quorum diu ad
hoc laetum spectaculum protracta studia fuerant, ab apostolico Leone VIII. imperialis bene-
dictionis gloriam est adeptus[8]; cuius ad imperium valere iam dudum spectata virtus extitit
atque probata. Cui pater adhuc vivens filiam Iohannis[9] Grecorum regis[v] Theophanu nomine
in coniugium desponsaverat, simulque cum ipso nuptias eius Papiae[10] celebraverat; a qua[w]
iam filium nomine suo [scilicet[x] Otto] insignem clarissimique sui sanguinis normam pro-
pemodum exprimentem filiamque vocabulo Mathilt[y] procreaverat, quam etiam sorori suae
venerabili abbatissae Sophiae in Asnide[z.11] monasterio nutriendam commendaverat. Suscepti
itaque imperii[a] strennuissime disponens moderamina, Lotharium mox regem secedere cogit cf. Herim. 978.

a) Otto primus imperator *add. rubram* 1a. b) *deest* 1b. c) Heynr. *h. l.* 1a. d) Vaiorie *corr.* Vaioarie 1a; Boiariae 1b. e) archipontificatus 1b. f) effaera 1b. g) Hungariorum 1b. h) erinis 1a. i) Alemaniam 1a. k) inveniensque 1b, *corr.* veniensque 1a. l) Rhen. 1b *constanter.* m) finitimos 1c. n) Parthenopili 1b c. o) Mageb. *corr.* Mageib. 1a; Magdeburgh 1b. p) archipontificatum 1b. q) Adelheidt 1b. r) Saelsineburgh 1b. s) De Ottone secundo imperatore *rubr. add.* 1a. t) Swev. 1a. u) principium 1b. v) imperatoris 1b. *Col.* w) quo 1b. x) sc. O. *des. Col.*; Otto *deest* 1b. y) Magthilt 1b. z) Asnidae 1b. a) regiminis 1c.

1) Cf. Sallust. Iugurth. c. 92: *Marius . . . magnus et clarus antea, maior atque clarior haberi coepit.* 2) In hac descriptione praeter Herimannum etiam Gerhardi Vitam Oudalrici adhibitam esse, monuit Pabst. 3) Auctor expeditionem Italicam a. 951. et 952. cum Romana a. 961. sqq. confundit. 4) i. e. Herimanni Augiensis. 5) *trans* scribere debuisset; cf. quae de hoc loco disputavit Pabst p. 94. 6) Herimannus Ottonem Parthenopoli sepultum esse recte tradit. 7) Selz in Alsatia. 8) Haec erroribus plena esse, satis constat. 9) Immo Romani II. 10) Immo Romae (972, Apr. 16). 11) Essen.

a Gallia[1]; sed interim, dum haec patrare aggreditur et alia his similia, quo Romana res publica augustior esset etiam sub speciali gloria, fit certus a Grecia, Iohannem, imperatricis Theophanu patrem, defunctum[2], aliumque eius in loco regem esse constitutum[3] sibique de Calabria, uxoris suae hereditate, consuetum[a] denegare tributum. Explorans interdictionem, mittit legationem. Responsum accipit, Calabriam non Theophanu imperatricis, sed hereditatem et dotem esse sanctae Crucis, quam, ut legitur, Helena regina partim reliquit Iherosolimis, partim honorificandam Constantinopolitanis invexit auleis. Imperator irae precipitio, non rationis auxilio cum exercitu, quem habet[b] in presenti numero pauciorem, verum cf. Herim. 981 usu miliciae fortem, ocius Calabriam, ferro petit perniciter hostem. Iam fama precesserat, quae regem[4] omnibus quibus[c] posset se munire presidiis compulerat. Qui diffidens suis — sunt enim omnes[d] fere Greci imbelles atque quieti, nihilque eis inesse militaris audaciae, ex ipsa suarum vestium claret specie —, ut rei exposcebat asperitas, pro vita, pro patria[5] Grecas contemptui habens divicias, expolians opibus aerarium, auro argentoque Sarracenos ib. 982 sibi paciscitur in auxilium. Qui conscribentes legiones, centurias, manipulos, cohortes, turmas, et omnia quae belli postulat[e] usus procurantes[6], imperatorisque exercitum[f] explorantes, pauci contra ipsum ad prelium proficiscuntur, reliqui omnes per loca insidiis oportuna circumquaque disponuntur. ib. Pugna conseritur; omnes pariter Sarraceni prosternuntur. Similis[g] acies, quae a tergo occisorum iam ordinata extiterat, fortius aliquid, ut putabat, actura, cum eis conflictatur; impulsu primo plurimi trucidantur, reliqui omnes fugantur. Quibus visis, qui constiterant in insidiis, a silvarum secretis atque virgultorum abditis erumpentes, rati, quod evenire solet, scilicet, si non fortitudine, saltem multitudine prevalerent, eminus eos sagittis impetunt, dehinc armis undique circumfundunt. Belli negotio acriter insistunt; isti haud timidi resistunt[7]. Tandem, multis occisis, iam iamque[h] diutissime prelio protracto, Romani imperii strennuissimi defensores Bucco, Ekehart[i], Udo[8] ceterique ib. pariter omnes lassi viribus destituuntur et sic interficiuntur. Imperator vero confertissimas hostium acies impetu interrumpens et utrimque gladio viam secans, lancea, lorica ceterisque omnibus quae oneri essent iactis in mare, equo etiam, cui insederat, deficiente, fluctibus maris tota innatat nocte. Mane vero a piscatoribus captus et quis esset sciscitatus, occisi imperatoris armigerum se esse respondit; sique sese redderent Romanis, sibimet valde placiturum fore confirmavit. Romani assunt, pro servo dominum precio redimunt, Romam moesti laetique redeunt; quia, etsi imperatori non provenerat victoria, vivus tamen ipse rediit, ib. 983. eorum laeticia et gloria. Infirmatus autem eodem[k] labore atque dolore, decimo imperii sui anno ibidem defunctus atque in porticu Sancti Petri est honorifice sepultus; super cuius sepulchrum iugiter ardere[l] cernitur lucidum in ampulla suspensa oleum. Tragicis modulis totus orbis ad lamenta incitatur; sed non multo post, profligatis tristibus, ad laeta vocatur.

6. Siquidem[m] imperatrix in disponendis Galliae Germaniaeque negociis viri prudentissimi domini Ezonis semper intenta consilio, cuius numquam ad haec decenter perficienda vacabat auxilio, in Aquisgrani palacio interim moratur[n] cum filio[9] [scilicet[o] Ottone tertio]. Qui inter reliqua admirandae in eo sagacitatis indicia adeo[p] peritus effulsit in construendo[q] sive dissolvendo flexuoso[r] alearum scemate[10], ut neminem crederet fore, qui in hac arte prevaleret adversum se. Quadam ergo die domnum comitem palatinum compellat, quatenus secum ad tabulam alearum e regione sedeat, ordinem[s] disponat, pariterque iocosam congressionis[t] stropham[11] promoveat. Ea vero altrinsecus proposita condicio est, ut, cui per tres continuas vices victoria proveniret, alterius potiretur rebus, optimis etiam, quibus vellet. Pariter igitur considunt, ludo confligunt. Domnus Ezo, invocato[u] sanctae Trinitatis auxilio, ter victor extat; deinde, tametsi impetrare desperaret, quod, Divinitate procul dubio aspirante[v], diu optaverat, sororem eius sibi ab ipso dari in coniugium[w] postulat. Cernens

a) consuetam 1^{a}. b) *ita* $1^{a.b}$. c) *deest* 1^{b}. d) fere omnes 1^{b}. e) poscebat 1^{c}. f) exercitium 1^{b}. g) *an* Secunda? *P.* h) immanique 1^{c}. i) Ekehardt 1^{a}. k) eodem — dolore *des.* 1^{c}. l) ardens 1^{c}. *ap. H.* m) *pergit* 2. n) morabatur $1^{a.c}$. o) *deest* 1^{b}; sc. O. t. *des.* 2. p) ideo 1^{a}. q) constituendo 2 *(K.)*. r) fluxoso 1^{b}. s) ordinemque 2. t) aggressionis 1^{c}. u) invocata 1^{c}. v) inspirante 2. w) coniugem 2.

1) i. e. Lotharingia. 2) Immo Iohannem Tzimiscem, a. 976. mortuum. 3) Basilium II. et Constantinum IX, Theophanu fratres. 4) sc. Graecorum. 5) Cf. Sallust. Catil. c. 58: *nos pro patria, pro libertate, pro vita certamus.* 6) Cf. Sallust. Iugurth. c. 43. 7) Sallust. Catil. c. 60: *comminus acriter instare, illi haud timidi resistunt.* 8) Cf. Thietmar. III, 12, ubi Burchardus et Ecelinus iidem esse videntur, qui hic Bucco, Ekehart dicuntur, nescio ex quo fonte. 9) Ex regestis non patet, Ottonem vivente matre saepius Aquisgrani commoratum esse. K. 10) Scaccorum ludo. Hoc fabellam esse nemo non videt, similemque occurrere constat in Karolingorum fabellis. K. 11) i. e. simulationem, imitationem. K.

ille, ludum ad seria processisse, simulque ex consultu eorum qui interfuerant tractans, eam rem ex Dei nutu provenisse, non esse regii honoris, si mendax fieret suae sponsionis, ipsum etiam apud avum, apud patrem, postremo apud semet ipsum plurimum potuisse: propositae condicionis fidem manus in manu[a] confirmat impositione, quatenus iuxta apostolum castum (Hebr 13, 4.) conubium et thorum immaculatum cum sua servaret sorore. Palatinus comes, collectis suorum copiis, Asnide[b] properat, venerabilem puellam edicto regis ad presentiam vocat; fratre iubente, matre volente, eam suam fore sponsam enunciat. Amita vero eius[1] pertinaciter obsistit; sed sive eius potestate sive regia maiestate territa, cedit. Mathilt[c] sponsalium more anulo subarratur; in Brunwilre[d] predio comitis palatini nuptiae parantur, atque in ambobus a sacerdotibus Christi patriarcharum benedictionibus completis, eundem ad locum non tam velociter quam laetanter festinatur. Nam laeticia, quae tunc secularium more agebatur, Christi ecclesiaeque ibi fore copulam in spiritualium conversatione protestabatur, iuxta illud apostoli, quia: *Non prius quod spirituale*[e], *sed quod animale, deinde* (1. Cor. 15, 46.) *quod spirituale est*[f]. Et alio in loco ad construendum[g] sponsi et sponsae, Christi et ecclesiae, caelestem thalamum, trahens a veteri Testamento viri et mulieris exemplum: *Propter* (Ephes 5, 31. 32.) *hoc,* inquit, *relinquet homo patrem et matrem, adhaerens uxori suae; et erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo et in*[h] *ecclesia.*

7.[i] Preterea, ubi ad supradictum locum ventum est, fertur, quod memorabilis Ezo ra- (5). musculum arboris eiusdem terrae involutum cespite acceperit et cum eodem Brunwilrense predium et alia proprii iuris plura eidem[k] venerabili[l] suae sponsae in dotem tradiderit. Ubi mox illa nullam retractionis morulam perpessa, sed ecclesiolam sancti Medardi, quae inibi antiquitus constructa fuerat, ingressa, Christo deo salvatori[m] nostro simulque sanctis eius, et quorum in suis presentia reliquiis aderat, et his[n] etiam quos specialiter honorificare devoverat[o], eandem dotem suam[p] sollempni traditione condonavit; idemque ramusculus in boni testimonium facti longa viroris gratia iocundus permansit. Nuptialis interim apparatus, festiva[q] procuratur celebratio; proceres togatos splendidioris ambit amictus accuratio; pauperes victus recreat, indumentum consolatur; et quo semet ipsam liberalitas excedens plus[p] singulis suffragatur, eo laudabilior ab omnibus predicatur. Apud omnes ergo gaudium ingens exortum est, quia felicissimi illius proventu[r] conubii multis postmodum gaudere et laetari divinitus provisum est. Siquidem legittimo humanae procreationis tempore exacto, nati sunt eis filii tres: Herimannus, Otto, Ludolphus*, [et[s]] filiae septem: Richeza[t], Adelheit, Ida, Mathilt[u], Theophanu, Heylewig[v], Sophia; quibus talem tantamque gloriam gratia divina contulit, ut memoriam eorum et apud Deum et apud homines immortalem esse nulli[w] dubium sit. Nam et ipse numerus — 7 enim et[x] 3 decem sunt — cum pro eo, quod ceterorum infra se omnium summam concludat, perfectissimus atque ex decalogo legis idem sit sacratissimus[y], indicio est, venerabiles eorum parentes non solum in dilectione Dei et proximi sacratos[z], sed et[a], quantum cura secularis eos non impedierat, in omni observantia mandatorum Dei fuisse perfectos. Alio etiam modo et ipsa 7 et 3, quae decem constituunt, magnorum in se sacramentorum plenitudinem exprimunt, sive propter vitae presentis tempus[p], quod 7 diebus volvitur, sive propter septiformem sancti Spiritus gratiam, quae prophetica lectione septempliciter distinguitur[b], seu etiam propter sanctam[c] Trinitatem, qua ad fidem imbuimur. Nam ambo in hac vita constituti et eadem gratia sancti Spiritus adiuti, fidem suam bonis in se vixisse operibus luce clarius premonstraverunt, non solum sese videntibus, verum etiam post se futuris cunctis fidelibus.

8. Ludolphus autem[d] maior natu, quod erat animo acerrimus et corpore robustissimus (6). militarique prorsus virtuti aptissimus, preter parentum glorias et divitias comitatum seu prefecturam[e] adeptus est, scilicet ut, ingruente[f] bellicosi discriminis articulo, Coloniensis

*) 1[a] *uncis includens add.:* Notandum, quod habuerunt adhuc alium filium nomine Heynricum, sicut in vetustissimo libello invenitur. Hic Henricus electus fuit ex summo Coloniensi in abbatem monasterii Gorziensis. *Haec in autographo alia manu addita fuisse, monet* 1[b].

a) manum 2. b) Asinde 2 *semper.* c) Mathildis 2. d) Bruwylre 1[a]; Bruwilre *h. l.* 2. e) est *add.* 2[a]. f) *deest* 2[a]. g) constituendum 2 (*K.*). h) *deest* 1[c]. i) *nulla cap. dist.* 1[a. b]. k) eodem 1[a]. l) suae ven. 1[b]. m) salutari 1[c]. n) iis 1[c]. o) decreverat 1[c]. p) *deest* 2[b]. q) festina 1[a]. r) proventa 1[a]. s) *deest* 1[b], 2. t) Richza 1[b]. 2; Richiza *Col.* u) Mathild 2. v) Heilewich *Col.* w) nullum 2[b]. x) *deest* 1[a]. y) sanctissimus 1[c]. z) sanctos 1[c]. a) etiam 1[c]. b) distinguuntur 1[b]. c) sanctissimam 2. d) *deest* 2. e) perfecturam 1[b]. f) ingruenti 1[c].

1) Mathildis abbatissa Quedlinburgensis, quae obiit a. 999. Cf. Thietm. IV, 38. K.

archiepiscopi legionis signifer, id est primipilarius, esset. Hic filiam Ottonis comitis de Sudveno[1] nomine Mathildim[a] in coniugem accipiens, duos aeque per omnia sibi simillimos ex ea generavit filios, Heinricum[b] videlicet et Cunonem; quorum alter suam[c] post mortem[2] eius[d] comitatum, alter vero Baioariae[e] meruit ducatum[3]. Verum a[f] vita excessit uterque sine ulla stirpis successione. Sed Cunonis interitus haec causa extitit, quod, contempta imperatoris Heinrici[g] filia, quam uxorem accipere debuerat, et ob hoc sui ducatus honore depulsus[4], sed propere Ungariis amicitia coniunctus est. Horum etenim auxilio moliebatur eum non solum bello pulsare, sed et regno privare, si posset; quod tale tantumque facinus frustra conatus est. Nam veneno, quod cocus suus per immissionem imperatoris pro pac-
1055. tione pecuniae prandio eius immiscuerat[h], extinctus est[5]; cui imperator non solum pecuniam non dedit, sed et pro magno munere, ne se deinceps videre presumeret, concessit. Dux autem Cuno[i] ibidem est tumulatus; sed per Coloniensem archiepiscopum Annonem post aliquot annos Coloniam translatus atque in ecclesia sanctae Mariae ad Gradus est humatus. Porro Adelheit* in Nivella[6] monasterio, Theophanu in Asnide[7], Heylewig in Nussia, Mathilt in Didinkirica[k] atque Vilica[l, 8], Ida in monasterio Sanctae Mariae Coloniae[9], Sophia similiter in monasterio Sanctae Mariae Maguntiae[m] atque Gandersheim[n] sanctimonialibus feminis sunt prelatae loco regiminis. Quarum fere singulae et pro[o] caelestis vitae conversatione et pro Christi amore, in semet ipsis habita corporis ac spiritus sanctificatione, acsi viventes in carne, suis in locis, pro virtutum etiam operatione summo frequentantur honore. E quibus Theophanu, virum se[p] moribus agens, Asnidense[q] monasterium cum universis eius officinis[r] iam partim[s] vetustate collapsis[t] ab ipsis fundamentis novo erigens opere, mirabiliter amplificavit; unde et ibidem eius memoria semper in benedictione erit[10].

10. De[u] Herimanno[v] vero, Ottone etiam et Richeza aliis in locis est dicendum, quoniam ad superiora, a quibus digressi sumus, nobis parumper est revertendum. Ut enim prefati sumus, Theophanu imperatrix, domni Ezonis, qui iam preter regium nomen secundus in regno erat, magnifice suffulta presidio, Galliae atque[w] Germaniae principatum agebat cum sapientissimo Ottone filio, qui patre adhuc vivente rex institutus fuerat in Aquisgrani palacio[11]. Qua tempestate Crescentius quidam, strangulato Benedicto papa[12], sedis
cf. Herim. 974. apostolicae assumpta tirannide, oppressit Romam, invasit Italiam[x], arbitratus universum imperium facile suae potestati cedere, quippe qui cum suis omnibus se munierat in validissima Adriani imperatoris, quae et Theoderici opinatur tiranni fuisse, fabrica, quae sine ulla laesionis iniuria contra omnem impulsionis machinam durare videtur in secula. Cuius insolentiam rex indigne ferens, Italiam[y] tendit[13] cum omnibus pene regni sui optimatibus, non solum tempestatis illius auctoribus poenas debitas illaturus, verum etiam, firmata Romae, quae diu vacillaverat, sede apostolica, sanctae ecclesiae statum simul et imperium reparaturus. Itaque tam sui quam omnium qui secum venerant sapientum voto atque sententia Bruno, archicancellarius eius[14], dignus adiudicatus[z], cui pro vitae forma, moribus et scientia ad totius sanctae regimen ecclesiae committi debeat sedes apostolica, summi pontifica-
Herim. 997. tus apicem auctore Deo, Gregorius[15] appellatus, adipiscitur[16]. Cuius et omnium simul qui aderant episcoporum benedictione ipse rex imperator efficitur[17]. Sed eodem post biennium papa ex hac luce
ib. 1000. subtracto[18], Gerbertus, primo[a] Remorum, sed tunc Ravennantium archiepiscopus, propter quod erat omnium

*) 3 *addit:* Adelheit, ut desideravit in loco Braweyler apud parentes sepeliri, tumulata iacet in crypta ante altare beatae virginis sub lapide elevato.

a) Mathildem 1[b]. 2. b) Henr. 1[a]. c) p. s. m. 1[a]. d) *deest* 2[b]. e) Bavariae 2. f) e 1[c]? g) Henr. *h. l.* 1[a, b], *et ita saepius.* h) immiserat 1[c], *corr.* immiscuerat 1[b]. i) *deest* 2. k) Didinckkirica 2; Didikircha *Col.* l) Vyl. 1[b]; Wilica *Col.* m) Moguntiae 1[b]. 2. n) Gandershym 1[a]. o) prae 1[b]. p) de 1[a]. q) Asind. 1[b] *h. l.*, 2 *semper.* r) officiis 2. s) parte 1[a]. t) collapsum 1[c]. u) *inde omnia usque ad c.* 13. *initium des.* 2, *usque ad c.* 11. *des.* 3. v) Herm. 1[a]. w) at 1[a]. x) Yt. arbrit. 1[a]. y) Yt. 1[a] *saepius. Col.* z) est *add.* 1[c]. a) primus 1[b].

1) Zutphania. 2) Ex capite 22. infra patet, obiisse Liudolfum a. 1031. K. 3) A. 1049, Febr. 2. Cf. Annal. Altah. maiores 1049, SS. XX, p. 804. 4) Martesburgii 1053, Apr. 11 (v. Annal. Altah. mai. l. l. p. 806). K. 5) In Pannonia mortuus est a. 1055. Quae hic narrantur, fabulam redolent. Cf. Steindorff, 'Heinrich III', Vol. II, p. 218. 321. 6) Nivelles (Nyvel) dioecesis Leodiensis. 7) A. 1039; v. Annal. Hildesheim., SS. III, p. 103. 8) Dedikirchen apud Bonnam et Willig ad Siegam e regione Bonnae. K. 9) De sepulcro eius vide Gelenium, De magnitudine Coloniae p. 329. K. 10) Obiit a. 1054, Mart. 5. 11) Immo vivo patre electus erat Veronae m. Iunio a. 983; coronatus est demum mortuo Ottone II. Aquisgrani Dec. 25. P. 12) VI. Haec gesta a. 974. falso huc transfert noster, rerum similitudine deceptus. P. 13) A. 996. 14) Fuit in capella regis. 15) V. 16) Mai. 3. 17) Mai. 21. 18) A. 999, mense Februario.

liberalium artium instaurator, nedum doctor peritissimus, imperatori curioso admodum dilectus, Romanae et apostolicae summum sedis honorem, Silvester[a] secundus appellatus, adeptus est[1]. Interim Crescentio non sua, sicut opinabatur, munitio imperii gloriam, sed longam carceris efficiebat custodiam, et quem imperatoris longanimitas sua suorumque sibi indulta impunitate flectere non potuit ad dedicionem, iustam suae Dei iudicio pertinaciae passus est ultionem. Tandem enim ad presentiam eius, fide interposita, evocatus[b], venit; monitus, ut sese cum omnibus suis imperatoris gratiae dederet, tumens abnuit; redire permissus, electis militibus, qui fidem suam virtute probarent, eum perniciter insequentibus, revertitur et ad altioris aedis secretum ascendere hostiumque pessulo obfirmare nititur. Sed repente velociori persequentium[c] impetu repulsus, clamore in altum elato, simulque e latere strictis quos absconderant gladiis, perterritis[d] suis, ipse vecors impigre a cavea sua extrahitur, imperatori presentatus, ut reus maiestatis capite dampnatur. Ductus vero in montis illius planiciem, qua totam videre possis[e] Urbem, capite truncatur; idemque mons usque[b] hodie ob triumphatum 998. tirannidis presumptorem a Teutonicis Mons Gaudii, a Romanis autem Mons Malus vocatur[2]. Quidam dicunt, quod, corruptis ad perditionem[f] pecunia eiusdem munitionis custodibus, a regiae maiestatis ultoribus inventus ludere arcis in edito ad tabulas cum tesseribus, violenter extractus et mox super Tiberis[g] pontem capite sit truncatus. Laetus triumphus, laeta victoria, et cui laetis carminibus merito prolixa responderent tempora, si celerius imperatori sua in semet ipsum ad vitae exitium non insurgeret concupiscentia, quae iuxta quod notatur ex apostoli Iacobi sententia, 'cum conceperit, parit peccatum, peccatum vero cum Iac. 1, 15. consummatum fuerit, generat mortem'. Cernens etenim triumphati eiusdem tiranni pulcherrimam esse uxorem, eius in exitiabilem[h] incidit amorem; quam nocte sequenti constuprans[i], ab eadem veneno inficitur[k], et augescente grassantis per venas veneni peste, non multo post gravissimo languore corripitur[3]. Heriberto autem Coloniensium archiepiscopo[4], iam dudum Christi virtutum operatore mirifico, cuius tota imperialis curia parebat[l] consilio, familiarius eum observante, ibidem moritur[5]. Et mox, ut ab ipso fuerat dispositum, acsi vivus esset, purpura indutus, super equum velud expeditionem acturus arte extruitur, et ita, morte eius Romanis incognita, quorum nonnullos occiso Crescentio graviter offenderat, cis Alpes in Sueviam defertur. Sepultis eius intestinis in civitate Augusta[m], corpus delatum in Franciam, Herim 1002. in medio oratorii sanctae Mariae, quod est Aquisgrani, honorifice ab eodem beato archiepiscopo[n] sepelitur[6]; propter quod eundem locum cultu quam maximo renovaverat, et constructis[o] ibidem etiam aliis monachorum atque canonicorum monasteriis, illustriorem, quam eatenus esset, fecerat. Monachorum monasterium quod dicitur Burcetum[7] in honore sancti Iohannis baptistae atque sancti Nicolai Mirrenorum[p] archiepiscopi constituerat, quod materno ex sanguine Grecus erat; canonicorum in honore sancti Adelberti episcopi et martiris[8], quod idem, de Boemia[q] natus, suo tum[r] tempore et monachus et martir factus, clarus virtutibus eni- V. Adalb. tebat. Bracorum etenim [urbis[s]] presul effectus, cum genti Pruzorum verbum vitae predicaret, a paganis septies perfossus et capite truncatus, tribus diebus ab aquila custoditus est; et primo[t] apud Polanos 997. tumulatus, sed postea a Bulezlao duce[9] ad sedem suam Bracham urbem summo cum honore est relatus. 1039.

11.[u] Sed cum supradictus antistes[*] imperialia etiam insignia secum ab Italia deferret[10], Heinrici Noricorum ducis, qui ad imperium iam dudum aspiraverat, insidiis iuxta Alpes positis atque maiore militum manu oppressus, eadem amittens, multis iniuriis affectus est; ob quod e contrario et ipse regni invasor iusto Dei iudicio plurimos postea labores ante imperium perpessus est. Verum ex occasione imperialium apud se retentorum pluribus

*) scilicet sanctus Heribertus *addunt* 1a. c.

a) Sylv. 1b. b) *deest* 1b. c) prosequentium 1b. d) perterritus 1c. e) posset *Col.* f) ad p. *bis scr.* 1b. g) Tyb. 1b. h) excitabilem 1b. i) construpans 1a. k) interficitur 1b. l) perebat 1a. m) in c. A. *des.* 1b. n) Heriberto *add.* 1b. o) constrictis 1b. p) Myrrhen. 1b. q) Boemia 1a. r) tamen 1b. s) *deest* 1a. c. t) primum 1b. u) *nulla cap. dist.* 1a. b.

1) A. 999, ineunte m. Aprili. 2) Hodie Monte Mario. De nominibus illis cf. Benedicti Chron. c. 26. et Thietm. Chron. IV, 22, SS. III, p. 713. 777. P. 3) Cf. V. Heriberti c. 7, SS. IV, p. 745, cuius narrationem auctor ampliavit. Cf. Pabst p. 98 n. 4) A. 999, Iul. 9. — 1021, Mart. 16. 5) A. 1002, Ian. 23. 6) A. 1002, Apr. 5. Hic auctor praeter Herimannum etiam Lantberti Vita Heriberti (c. 7) usus est. P. 7) Burtscheid. 8) Utriusque coenobii constructionem incepit, Heinricus III. demum perfecit. V. diplomata ap. Lacomblet l. l. nr. 143. 149. 151. P. 9) Immo Bretislavo, Bohemiae duce. 10) Cf. Lantberti V. Heriberti c. 7.

regni maioribus ad sese[a] cum favore commigrantibus, idem Heinricus regnat; sed mox saepius commemorati palatini comitis rebus quam plurimis, quas ipse ex hereditate nobilissimae suae coniugis possederat, sibi ex occasione regni vendicatis, cuius se opibus ditat, amicitiis privat; quas potiores esse omnibus facultatibus, facile probat quaelibet imminentis periculi atrocitas. Etenim domnus Ezo talibus ad iustam irae vindictam concitatus iniuriis, quam plurimo suorum fretus, armato scilicet, presidio, magnanimiter obnititur, ne vel regiae sedis honore potiatur; cuius potiri alteri omnimodo[b] fuit impossibile, quia tantum alterius in tota Lotharingia, qua[c] ipsa sedes erat, prevaluit posse. Perque enim continuos decem annos sive comitis palatini magnanimitate, sive confirmata ad eius sententiam sacramentis publica fide, ab universis Lotharingiis omnis regius honor eidem regnatori abdicatur[1]. Qui diffidens, quod ullam tanto[d] posset viro laesionem inferre, ad suum eo colloquium advocato, simulque in Maguntina civitate habito frequenti primorum concilio, suam offensionem eorum
1011. tractat consilio. Qui sive favori sive timori principis obnoxii, iuxta quod voto sententiaque prefixum fuerat, in regem lenia discriminant[e]; in ipsum vero, preiudicato[f] vel eius honore vel rerum, quibus incomparabiliter illis omnibus excellebat, facultate, aspera dictitant. Quarum fastus[g] minarum indigne ferens, festine a curia se proripit, Odernheim[h, 2] ad villam secedit, fixisque in prato papilionibus, fortissimis castra presidiis munit. Concitata regis ira immanior efficitur, suas presentibus offensiones aegre queritur simulque, quid leniundis rebus temerariis solacii ferant, percunctatur. Theodericus, cuius tunc super Mosellam ducatus vigebat[3], summam potestatem apud ipsum nactus[4], quo studium suum in eius gloriam clarius esset[5], si tantum preter suos, quam regio ex latere per se ipsum eligat, militaris sibi manus suffragetur, palatinum comitem quantocius regio conspectui impotem sui presentandum pollicetur. Quos ad hoc desiderat, regnator annuit; quibus ille, velut assumptis alis, laetus Odernheim advolat, sed pro certo easdem perniciter amissurus militares alas, quas assumpserat. Palatinus etenim[i] comes, exploratorum cautela paratior quam dux speraret inventus, adversus eum magnis suorum animis, sed maxime fratris germani Hezelini[k] comitis filiorumque, quorum audaciam frequenter expertus fuerat, in prelium proficiscitur; congressio citatur, strepitus armorum ad caelum fertur, instar grandinis tela telis miscentur. Igitur nullus in alio magis quam in sese spem habebat; alteri alteros avidius sauciare quam semet ipsos[l] tegere certant[6]. Par utrimque vincendi omnibus extitit affectus, sed dispar virtus vincentibus gloriam, victis suae confusionis intulit notam. Nam pene omnis exercitus ducis[m] caesus, fusus atque fugatus[7], et — quod maximum victoriae genus est — ipse dux cum suis quam plurimis captus ac vili iumento inermis et vinctus impositus, Tonaburg[8] castro palatini comitis custodiendus illatus est. Tanta autem strages militum hostilis agminis in supradicto loco facta est, ut ipsius caedis atrocitatem execrantes usque hodie in proverbio amici amicis optare soleant: quatenus eis numquam[n] Odernheim adventare contingat. Itaque rex consultius arbitratus virum egregium beneficiis placare quam molestiis iam ullis infestare, pro abolenda ducis et concaptivorum[o] calamitate eo accersito, offensas[p] ignoscit, fidem amiciciamque exposcit; utque non minore etiam apud se quam a maioribus suis familiaritatis vel honoris emeriti gratia potiatur, insulam quae est in Reno Sancti Suitperti[q, 9] cum omnibus suis appendiciis, Duysburg etiam atque Salaveld[r, 10], non modica regni subsidia, sibi suisque liberis perpetua hereditate possidenda largitur.

12.[s] Parum dixerim, si infra Romanum tantum orbem et non etiam apud exteras et barbaras gentes maxima viri foret opinio. Nam eodem tempore Poliniorum[t] rex nomine Misecho[11], cum diversis, regiae tamen personae congruis, munerum speciebus missis procis, per prefati regnatoris interventum filiae eius, quae primogenita erat, Richezae[u] petit con-

a) se 1b. b) omnino *e corr.* 1b. c) quoniam 1c. d) tanto *bis scr.* 1a. e) discrimant 1c. f) premeditato 1c. g) fastum 1c. h) Odernbeym 1a *saepius.* i) enim 1b. k) Hecel., c *e corr.* 1b. l) ipso 1b. m) Theoderici *inter lineas add.* 1b. n) in *add.* 1c. o) captivorum 1b. p) offensus 1a. q) Suiberti 1a; Suitberti *Col.* r) Saleveldt 1b. s) *nulla cap. dist.* 1. t) Poloniorum 1c. u) Rycheze 1a; Richzae 1b.

1) Etiam hic falsa veris miscentur. Cf. Usinger l. l. p. 451 sqq. 2) Gau-Odernheim inter Oppenheim et Alzey; cf. 'Jahrb.' II, p. 310. 3) i. e. dux Lotharingiae superioris. 4) Cf. Sallust. Catil. c. 38: *adulescentes summam potestatem nacti.* 5) Sallust. Catil. c. 49: *quo studium suum in rem publicam clarius esset.* 6) Cf. Sallust. Iugurth. c. 60: *neque alius in alio magis quam in sese spem habere ... avidius alteri alteros sauciare quam semet tegere ... item strepitus armorum ad caelum ferri; tela utrimque volare.* 7) Cf. Sallust. Iugurth. c. 58: *eos maxuma vi caedere fundere atque fugare.* 8) Tomberg inter Euskirchen et Rheinbach in Eiflia. K. 9) Kaiserswerth. 10) Saalfeld. 11) II. a. 1025—1034.

sortium. Cuius, ut desiderabat, puella sponsalibus, quo decebat [cultu[a]], multorum favoribus adaptatur[b]; quoniam eiusdem occasione coniugii regnum Sclavorum[c] regno Teutonicorum confoederari a multis spe non inani credebatur. Quo non multo post tempore rex suarum de statu securus rerum, quarum procul dubio vir excellentissimus tutum erat firmamentum, Romam profectus, imperator creatur. 1014.

13.[d] Post[e] hoc gloriosissimus heros[f] pari nobilissimae suae coniugis voto tractat, (7). quonam in loco oratorium servisque[g] Dei congrua divinas excubias agentibus habitacula construat. Cuius voti propositum sibi divinitus insitum ut ratum inveniat consilium, sanctissimi viri Romani pontificis Iohannis[1] presentiam[h] ambo Romam profecti expetunt, commissa, quae vel domesticis occupati curis vel publicis regni negotiis obnoxii nullatenus vitare prevaluerant, per confessionem aperiunt. Quibus idem papa post absolutionem cum preciosissimis sanctorum Dei reliquiis cruciculam donat auream propter confirmandam[i] in eis apostolicam benedictionem; simul sua eis iniungens auctoritate, quatenus, ut voverant[k] Deo, in propria hereditate monachorum instituant collegium, quorum et artioris[l] vitae conversatio et iugis die ac nocte ad Deum profusa oratio sibi plenum etiam[m] caelestis vitae conferre posset remedium.

14.[d] Reversis autem ad patriam quantum reverentiae, quantum honoris et gloriae (8). ubique adventantibus impenderetur, postremo quam laetis suorum animis quamque festivis occursibus susciperentur, satius est tacita id opinione aestimari, quam, quibus non valeas, verbis iuxta modum aestimationis effari. Igitur ille sedulus explorat, ubinam locorum, quae[n] propriae possessionis essent[o], placitum Deo in fundando sanctae religionis coenobio suum expleat votum; Duysburg[p] precipue seu insulam Sancti Suitperti[q] diiudicans ad hoc[r] aptissimam esse, seu propter Reni fluenta[s] seu propter maximae amoenitatis locis in ipsis iocunda quaedam oblectamenta. Nam pene[t] ad collocanda in Duysburg[p] fundamenta desiderium eius proveniret, si illa[u] tenacioris animi ipsi non obstitisset, Brunwilre[v] omnibus anteponens locis propter revelatam sibi[w] quandam visionem gloriae caelestis. Erat enim sollempnis ei consuetudo, numquam e vicino loci illius iter agere[x], quin secedens de via in ecclesiolam sancti Medardi orationi solito prolixius insisteret aut psalmodiae. Unde contigit, ut quadam die et itineris labore et solis ardore aestuans, expletis in sacri ambitus aedicula consuetae devotionis suae precibus, refrigerandi se gratia sub umbra arboris sycomori, quam Teutonici 'mulbom' appellant, quae e regione stabat, supra cespitis amoeni thorum[y] accumberet et parum dormitans somni caperet. Cum ecce, ut sibi visum est, aperto desuper caelo, globus lucis ipso sole splendidior super eundem Deo placitum locum descendit, tanta eum claritate perfundens, ut omnem circumadiacentem[z] regionem iocundam atque choruscam in magna[a] sui admiratione[a] efficeret. Hac visione venerabilis heros cognita, moxque omni ambiguitate postposita, unum idemque simul cum ipsa animo volvebat: nullo scilicet in loco consultius divinae mansionis habitaculum fundari, quam in eodem, quem et paterni laboris instantia iam dudum, densissimo arboribus nemore cum tribulis et vepribus[b] radicitus extirpato, pro bestiis, quarum prius tuta ibi lustra fuerant, incolis hominibus habitabilem fecerat et religiosissimae suae coniugis visione[c] caelestibus ad hoc esse notatum indiciis noverat. Et quoniam per semet ipsum, qualiter id foret inchoandum, minus discernebat, abbatis Popponis, apud quem tunc temporis maxime[d] religio monachica cum regulari discretione vigebat, patris scilicet monasteriorum sanctorum confessorum Christi Maximini atque[e] Remacli[2] consilium atque solacium per allegationem archipontificis domni Piligrini[f] expetebat. Qui, ut semper paratus erat piis obedire precatibus, septem fratres, vita religiosos, doctrina simul et actione probos, ad hoc opus non secus ac[g] ab ipso didicerant instituendum ei mittebat.

a) *deest codd., addidit P.* b) aptatur 1[b]. c) Schlavorum 1[b]. d) *nulla cap. dist.* 1. e) *pergit* 2. f) heres 1[a]. g) servis 2. h) *deest* 1[c]. i) consummandam 2. k) noverant 1[b]. l) acrioris 1[b]. m) *deest* 2[b]. n) qui *corr.* 1[c]. o) esset *corr.* 1[c]. p) Duisb. 1[b]. q) Swip. *h. l.* 1; Swib. 2. r) hec 1[a]. s) fluentia 1[a]. t) bene 2. u) uxor 2[a]. v) Brunwylre 1[a]; Bruwilre 2. w) *deest* 1[b]. x) facere 2. y) thoris 1[a]. z) circumiacentem 1[b]; circumiadiacentem, di *e corr.* 1[a]. a) magnam — admirationem 1[c]. b) veperibus 1[b]. c) iussione 2[b]. d) r. max. mon. 2. e) et 2. f) Pelegrimi *h. l.* 1[a]; Piligrimi 1[b. c] *constanter.* g) atque 1[a].

1) XIX, qui sedit inde ab a. 1024. usque ad a. 1033. Error nihilominus hic videtur latere; nam Iohannes XIX. papa post monasterii institutionem m. Augusto a. 1024. consecratus est. Itaque Romae videntur fuisse tempore Benedicti VIII. antecessoris eius, qui sedit a. 1012—1024. K. 2) Stabulensis et Malmundariensis.

(9). 1024. Apr. 14. 15. Annus dominicae incarnationis 1024. iam tunc[a] instabat et, defuncto apud Bavenberg episcopium suum imperatore Heinrico, imperium Cunradus agebat: cum illi, accepta paterna benedictione atque fraterna, venerunt[b] ad predictum locum 18. Kalendas[c] Maii, feria simul et hora diei tertia[1], ut annuntiarent in Syon nomen Domini in conveniendo populos
Ier. 7, 3. in unum, ut servirent Domino, quibus ipse in suo nomine diceret congregatis: *Bonas facite vias vestras et studia vestra, et habitabo vobiscum in loco isto in sempiternum.* Igitur omnia, quorum gratia eo venerant[d], certatim accelerantur[e]; fundamenta monasterii, non in eo[f] tamen loco, quo[g] ecclesiola supradicta erat, sed ad eius aquilonalem partem 18[h] ferme[i] passibus[k] longius ab ea[l] locantur; ea de causa presertim, quod cuiusdam infantis defuncti corpus, dum ter[m] ibi fuisset[n] humatum, totiens egesta humo tumuli sit quiete privatum. Dum ergo remotiori loco fundantes monasterium pro sepultura mortuorum solliciti sunt, inter ipsa laeta sanctae operationis exordia ipsius opinatissimae[o] virtutum operatricis Mathildis Deoque devotissimae matronae tristi morte turbati sunt. Quae quidem, quamdiu sano et incolumi[p] valuit corpore, preter secretae[q] sollicitam intentissimamque[r] orationis atque elemosinarum operam, preter hoc etiam, quod in servis Dei monachis cum Marta[s] Iesum[t] excepit in domum suam Brunwilrensem[u] gaudens, circa quorum frequens erat ministerium; nec minus preter[v] hoc, quod cum Maria sedulo lectionibus sacris, velut ipsius Domini verbis, intendens, integrum cotidie decantabat psalterium[w], nullius umquam septimanae sabbatum, quo tantum balneo uti liceret[2], preteriit, quin aliquem de turba inopum sibi secretius adductum calidis per se ipsam aquis perfundens, sordes ablueret, crines comeret indutumque vestibus seu novis seu non multum vetustis consolatum abire permitteret. Qua de re contigit etiam, ut, mundissimarum ex huiusmodi operibus manuum eius facta in aqua ablutione, aliqui caecitate predampnati aegris orbibus suis remedium videndi inferrent[3], qui hoc eius merita posse indubia fide crederent. Ad quarum testimonia virtutum quaedam Adelburg ad nostra usque duraverat tempora iam veterana; quae solebat nobis referre, quia[x], cum caeca fuisset ab infantia, in[y] adolescentiae perveniens aetatulam, eo quo prediximus modo diu optatam commeruit lucis videre gloriam. Eandem etiam sanitatis gratiam in Tonaburg[z] castro ab ipsa quaedam caeca coram sancta cruce, ipsius nimirum, ut indubitanter credi potest, crucifixi Domini medicabili dextra adiuvante, consecuta est; propter quod eadem crux sancta ad venerationem sui maiorem per se ipsam Brunwilre[a] honorifice translata est. Quid plura? Omnem curam omnibus subinferens ministravit in fide sua virtutem, scientiam, abstinentiam, patientiam, pietatem, amorem fraternum atque caritatem, ut per bona opera certam suam vocationem faciens, introitum sibi pararet in aeternum regnum gloriae Christi Iesu.

(10). 1025. 16[b]. Instabat iam annus post eum quem superius commemoravimus proximus, incarnationis scilicet Domini[c] 1025, cum Hezelinus[d] comes, [frater[e] Erenfridi], cognationis, immo impendendae venerationis atque munificentiae gratia illam Aeccheze[f] villa[g. 4] ad suum accersitam convivium omni quo potest honorificat[h] obsequio; quam non minus, ut credi fas est, Christus interim caeleste vocatam ad convivium laetificare disponit in gaudio perenniter cum vultu suo simulque[i] consortium suarum Sarae[k], Sefforae atque sanctae[g] Elisabet[l] honorificare contubernio. Nam, expleto convivii gaudio, levi[m] mox inprimis corripitur febricula; cuius per singulos dies acrius ingravescente molestia, septimo tandem post eum diem, quo aegra decubuit, accepto salutis viatico, reliquit suos lugentes et flentes; quia de hac convalle[n] lacrimarum transivit ad contubernales suas, in vera perpetuae beatitudinis vita sine fine gaudentes. Cuius transitu[o] in Aquisgrani palacio propere cognito — nam ibi tunc

a) hinc 2. b) veniunt 1b. c) Idus 1b. d) convenerant 1c. e) accelerant 2. f) ea 1a. g) que 1a. h) *deest* 2a. i) fere 2. k) *deest* 1b. l) eo 2. m) terrae 2. n) dum f. t. i. 1a. o) ornatissimae 2b. p) et i. *des.* 1b. q) secretam 1c. r) secretae *hic ponit* 2. s) Martham 1b. t) Christum *add.* 1c. u) Brunwiler 1b; Bruwil. 2. v) praestat 2b. w) spal. *corr.* psal. 1a. x) quod 1c. y) *deest* 2b. z) Thonab. 1a. a) Bruwylre 1a. b) *nulla cap. dist.* 1. c) *deest* 1b. d) Ezel. 1a. e) f. e *des.* 2, *inter lineas add.* 1b. f) Ethcheze 1a. c; Accheze 2a; Acheze 2b. g) *deest* 2. h) honorificavit 1a. i) *deest* 2b. k) sacrae 2b. l) Elisabeth 1b. m) leni 1a. b. n) valle 1b. o) transitum 2.

1) Dies 14. m. Aprilis non a. 1024, sed 1025. feria tertia fuit; idemque annus efficeretur, si re vera demum Conrado regnante monasterium fundatum esset. Cum Annales quoque Brunwilarenses (SS. XVI, p. 725) a. 1024. praebeant, noster errasse censendus erit. P. 2) Notant AA. SS. editores, balnei usum aliquibus diebus ab ecclesia prohibitum nuspiam legi, et videri hic talem aliquam in ecclesia Coloniensi consuetudinem indicari. K. 3) scil. aquam. 4) Esch. K.

comes palatinus erat occupatus cum totius Lotharingiae maiorum colloquio —, assumptis 1025. eis secum, quorum alii se dominam, nonnulli decus et imperii gloriam se[a] amisisse dolerent, gemerent et plangerent, velocius pervenit ad concorporalis[b] suae corporis exanimi pignus venerabile[c]. Quibus cervices suas feretro subicientibus, aliis ex sacro ordine psallentibus, aliis lampades et cereos preferentibus, ad Brunwilrense transfertur oppidulum poniturque, extenso desuper tentorio, infra monasterialis ambitus medium. Tota Coloniensium turba ultimum eius funeri officium redditura cum venerabili suo archiepiscopo Piligrino eo convenit; tribus[d] diebus ac noctibus continuis ad eius exequias, quae[e] tantae doloris feminae atque amissio exigebat, cum psalmis et vigiliis missarum sacramenta explevit; donec demum quarto die ab archiepiscopo infra ipsum tentorium altare in honore[f] sanctae Nov. 7. Mariae consecratum est, ante quod eius corpus venerabiliter humatum est; et epitaphium supra eam huiusmodi scriptum est:

Otto avus, Otto pater fuerant huic Ottoque frater,
Sub queis[g] Roma potens subdidit omne nocens;
Haec huius tecti structrix, dux femina facti,
Machtilt[h] nobilius[i] suscipit inde genus.
Arcitenens[1] ipsam quarto sub lumine[k] fixam
Transtulit ad vitam lucis in arce sitam. —
Cui quod debemus, quia non implere valemus,
Tu fer solamen, Christe redemptor! Amen.[l]

Decubuerat autem in eodem prefata Aeccheze[m] villa qua et ipsa eademque[n] febris molestia (11). quidam miles eius nomine Harnit[o]; qui post ipsam[p] quidem die sequenti defunctus est, sed Nov. 5. ante ipsam primus sepulturae quietem ante fores adhuc rudis aedificii sortitus est.

17. Attamen venerabilis heros tanto instabat inchoato operi studio, ut quinto anno, ad integrum perfecto eodem monasterio, dedicationem eius supradictus antistes 6. Idus No- 1028. vembris consummaret[2] atque iuxta morem predia, quae liberorum suorum permissione pius ipse sacrati[q] loci fundator et auctor precipuis[r] Christi confessoribus, sancto videlicet Nicolao atque Medardo, delegaverat, quaeque[s] liberis relicta ab eis postmodum absque heredum posteritate libera fore speraverat, banno suo rata in perpetuum confirmaret[3]. His ita non secus ac abba Poppo reverentissimus voluit patratis, ipse aliorum cura monasteriorum occupatus, providit[t] a suis electum fratribus proprium eidem loco abbatem, moribus religiosum, verbo vero et opere divino atque[u] humano per omnia insignem et probum, nomine Ellonem. Cui euangelica quidem villicatio ab ipso domno Ezone commissa est, et sic ad curam accepti regiminis agendam anno dominicae incarnationis 1030. benedictione prefati[v] 1030. archipresulis[w] ordinatus est[4]. Huius igitur abbatis et fratrum — quorum, exceptis minoribus, qui ad eorum disciplinae formam instituebantur, 16[x] erant — religiosam conversationem atque ferventissimam omnimodis in divinis cultibus devotionem adeo amplectebatur et diligebat, ut sub serica veste atque aureo baltheo conversatus, moribus ipse potius quam habitu monachus esse putaretur[y].

18.[z] Unde etiam contigit, ut quadam vice sui militis cuiusdam, qui monachis libenter (12). detrahebat, oblocutione satis procaci offenderetur. Nocte ergo sequenti, quae sollempnis erat, ubi signum ad explendas laudes divinas sonat, iubet eundem — quod antea non solebat — accensa lampade ad ecclesiam se cum lumine sequentem precedere atque ibidem donec peragerentur[a.5] subsistere. Iussa facit; et ut ventum est ad hoc, ut dominica oratio sub silentio diceretur, aestimans omnia esse[b] finita, volebat, accensa[c], ut advenerat, lampade, — sed sine nutu imperantis non audebat — quoquam recedere. Artabatur etenim sola subsistens in camisia nimio gelidissimae noctis frigore. Fecit[d] ergo secunda vice et tertio[e] similiter; cuius angustias ad correctionem eius pius et prudens heros se scire dissimulans,

a) *deest* 2. b) conthoralis 1^{c}? 2^{a}. c) venerabili 1^{a}. d) tribusque 2. e) qui 2. f) honorem 1^{b}. 2. g) quis 1^{a}; quas 2^{b}. h) cht *e corr.* 1^{b}; Machtilth *e corr.* 1^{a}; Mathildt 2. i) nobilibus 2^{b} *(K.)*. k) 12. Kal. Decembris *notat* 3. l) *hic tria ad sepulcrum Mathildis facta miracula inserit cum clausula etc.* 3. m) Echcheze 1^{a}; Ethcheze 1^{c}; Aicheze 2^{a}; Archtese 2^{b}. n) eadem $1^{b.c}$. o) Harnic 2. p) ipasam 1^{a}. q) sancti 1^{c}. r) precipuus 1^{a}. s) quae 2^{b}. t) previdit $1^{a.b}$. u) a. h. *des.* 2^{b}. v) *deest* 2^{b}. w) Piligrimi *superscr. atram. rubro* 1^{b}. x) *deest* 2^{a}. y) videretur 1^{a}. z) *nulla cap. dist.* 1. a) peragaretur 2. b) f. e. 1^{a}. c) *deest* 2^{b}. d) Facit 2^{b}. e) tertia 2.

1) Sagittarius, id est November; die quarto. Cf. Ezonis charta, Lacomblet I, p. 103, v. Pabst p. 116. Necrol. S. Maximini, Hontheim, Prodr. II, p. 990. K. 2) A. 1028; v. Ann. Brunw., SS. XVI, p. 725. 3) De 4) Cf. Ann. Brunw. l. l. 5) scil. laudes.

nusquam declinavit; sed semper sollempnibus, usque quo ad integrum decantarentur[a], ymnis et suis, ut solebat, placitis, nimirum[b] Deo precatibus[c] intentus, fixus eodem [in[d]] loco permansit. Ita ille potius[e] correctus artificiose quam aspera increpantis invectione, coepit dominum suum assidue et vehementer compellere, nihil sibi reliqui dimittere, se suaque simul[f] omnia Dei servis monachis dedere, solos illos sua etiam sententia esse contestans, quamvis euangalicae nescius doctrinae, qui eum hic[g] deficientem in aeterna deberent tabernacula recipere.

(13). 19.[h] Neque hoc pretereundum est, quod ex eius fidei virtute miraculum factum est.
Ioh 14, 12. *Opera enim, quae ego facio,* dicit Dominus, *qui credit in me et ipse faciet;* a cuius verbis neuter sexus, nulla conditio aut professio et — ut pace virginum viduarumque dixerim — nec etiam coniugatus aliquis excludi potest. Contigit enim, ut villicus eius Rudolphus nomine in eiusdem[i] Brunwilrensis predii agro nonnisi purum tritici semen seminaret, messis vero tempore perparum quidem tritici, per totum autem [in[k]] siliginis sementem atque in execrabile lolium versum, id ipsum ad eius preceptum in horrea recondendum[l] admissa falce meteret; quod, a suis excussum paleis, exaratis eiusdem[m] iterum terrae sulcis recommendaret. Factum est ergo ut precepit, et in cuius nomine omnia credenti prosperantur, sequentis anni messe non siliginem aut lolium, sed purissimi tritici sementem recepit. Non hoc solummodo ipsius Rudolphi, sed omnium senum illius regionis accolarum certa narratione nobis relatum est.

20.[h] Nec mirum, si ante suae[n] finem vitae alienus in se ipso non fuit a fidei virtute, qui florens adhuc primaeva[o] iuvenilis aetatis lanugine, sancti Udalrici episcopi — propterea[p] quod eius erat consanguineus[1] — familiari miraculorum ipsius frequenter est iocundatus
Psal. 17, 26 27. dulcedine. *Cum sancto,* inquit psalmista, *sanctus eris, et cum electo electus eris.* Contigit enim quadam vice, beatum virum instante Christi nativitate Ottonis Magni imperatoris cum reliquo episcoporum conventu[q] curiam in ipsa hiemis asperitate petisse[r]. Cui per quandam silvam ire fuit necesse. Verum illi, ut evenire solet, equitanti ramusculus arboris obiectus impedimentum itineris intulit; quem avulsum dextra psalmorum et orationum sacro semper frequens murmure secum in via tulit; qui mox sanctae manus suae calore, velut aestivo solis adanimatus fervore, gemmis turgentibus expansisque foliis virentibus effloruit. Quod cum, egregio iuvene secum familiarius commeante, stupefactus ipse cerneret, volens latere quod evenit, ramusculum abiecit; quem ille protinus equo dissiliens collegit; sed ut ei vanum favorem vulgi nullum[s] excitaret ex virtute miraculi, a sancto pontifice mandatum accepit; quod et omni quoad vixit tempore observavit semperque pignus amabile conspicuo virore iocundum ac desiderabile secretius apud se servatum habuit. Nam postea huius precipue miraculi gratia Herimannus archiepiscopus, venerandi patris* eiusdem[g] filius, in sancta Coloniensi ecclesia sancti confessoris Christi sollempnizare instituit festa.

(14). 21.[h] Ut vero ad maturiores eius actus stilum reflectamus: post obitum religiosissimae
1034. coniugis suae cum iam decimus annus instaret[2], maximo suorum, ut semper, comitatu stipatus, ad suam provinciam Salaveld profectus et prolixiore tempore[t] ibidem commoratus et infirmatus, 80 prope annos aetatis habens, congruo suae fidei, spei et operationi fine defunctus et vere beatis, qui in Domino moriuntur, in illa qua nemo moritur vita spiritu coniunctus est. Corpus vero eius ad dilectum sibi locum, quem, ut verus Abraham patriarcha, non ab indigenis terrae, sed a Christo et sanctis eius, datis rebus suis, in sepulturam emerat, delatum[u] et ab archipresule supradicto** iuxta corpus consortis suae devotissimae Deo Mathildis sepultum est; et hoc epitaphium[v] supra[w] ipsum descriptum est:

Nomen Erenfridi tribuat[x] super aethera scribi,
Nomine pro cuius structa stat ista domus!

*) scilicet Erenfridi comitis palatini *add.* 1a. c.
**) Herimanno pio eius filio *inter lineas atram. rubro add.* 1b.

a) decantaretur 2a; decantarent 2b. b) nimium 2. c) precationibus 2a. d) *deest* 1b. 2. e) c. a. p. 2. f) o. s. 2. g) *deest* 1a. h) *nulla cap. dist.* 1. i) eius 1b. k) *deest codd.* l) recundendum 1a. m) it. ei. 1b. n) f. s. 1a. o) primevae 1b. p) propter 1. q) iter ad *add.* 2b. r) fecisse 2. s) nemo 2b. t) ib. t. 2. u) est *add.* 1b. v) epithaph. 1a. w) super 1a. x) tribuas 1b.

1) Tolnerus et post eum alii Heylwigam, Ezonis matrem, ex eadem gente qua Udalricum ortam esse, mera coniectura contenderunt. K. 2) Cf. Annal. Brunwil. 1034. l. l. In Hildesheimensibus Annal., SS. III, p. 99, legitur, eum a Thietburga concubina veneno necatum esse. K.

Ad quod eum factum coniunx carissima tractum
Flexit; et haec[a] *obiit, liquit, et hic subiit;*
Cuius foecundi dederint[b] *cum pignora lumbi,*
Subtraxit natis, quod daret hic monachis.
Quem sub bis senis Gemini misere Kalendis[1], Mai 21
Qua fovet ille domo, qui Deus est et homo.

22. Ludolphus, solus filiorum eius, tribus ante transitum eius annis in ipso Brunwilrensi[c] oppido, cuius advocationem primus post patrem habuit, relinquens eam filio suo Cunoni, defunctus et ibidem est[d] conditus; iuxta quem et filius[e] eius Heinricus situs est. (15). 1031.

23. Otto igitur, filius eius*, qui erat aspectu venustus, statura[f] procerus, affatu iocundus, patriis rebus et honore dignus heres substitutus est; et non multo post etiam frater eius Herimannus, Piligrino archiepiscopo transmigrante, Cunrado[g] adhuc imperante[2], sanctae Coloniae archipontificatum gratia Dei et electione totius cleri atque favore universi populi adeptus est.

24.[h] Eodem tempore Richeza regina, facto inter se et regem coniugem suum[3] divortio per odium et instigationem cuiusdam[i] suae pellicis[k], cum ei iam peperisset Gazimerum, cuius generosa posteritas divitiis et potestate nobiliter insignis permanet usque hodie, veste mutata, paucis se fugam clanculo agentem adiuvantibus, utpote fastus eius intolerabiles simulque[l] et barbaros Sclavorum pertaesa ritus, venit ad imperatorem Cunradum in Saxoniam. A quo venerabiliter[m] et ipsa suscepta est[i]; et ipse nihilominus gloriosis ipsius xeniis magnifice honorificatus est. Accepit namque ab ipsa duarum, ipsius regisque sui coniugis, coronarum insignia concessitque ei, eadem in suo sicut in regno proprio, quoad viveret, auctoritate potiri semper eademque gloria, congrua plane sibi reddita vicissitudine; cuius totum venit ex munere, quicquid suum extra limitem Romanum imperium magnificentiae eius ad sese contraxit in tempore. Nam patrata mox super Polanos[n] expeditione[4], triumphatoque sub tributo Misechone cum tota Sclavorum[o] gente, victoriae tropheum duplici quidem sub corona sortitus est; sed[p] hac in brevi functus sicque defunctus est, et 1039. Heinrico, filio eius, summam rerum agere concessum est. Qui cum regnare coepisset, exorta contra eum Godefridi ducis[5] atque Baldewini comitis[6] invidia ad excitandum plurimis[q] perniciosissimum mortalibus tumultum, multa quidem passus est adversa; quae, quamvis cum difficultate, supradicto tamen archipresule Herimanno[r] et fratre eius Ottone comite palatino, quos pre omnibus sui semper laboris et gloriae consortes habuit, laboriosissime secum decertantibus, simul et eum gloriosissime in omnibus adiuvantibus, superavit universa. Siquidem imperatori comitis palatini non solum fidem, sed et virtutem sibi summopere appetendam fore, ea res maxime suadebat, quae et tunc recens erat et magnam ubique viro laudem circumferebat.

25.[h] Fuit in saltu Sclavorum, qui ob densitatem nemoris[s] umbrosam iuxta linguam eorum Lovia[t, 7] dicitur, quique ob immensae latitudinis et longitudinis vastam solitudinem infinitam ursorum enutrit[u] multitudinem, ursus quidam naturali rabie ceteris saevior et[v] crudelior et ipsa etiam enormi corporis mole maior, ultra quam credi possit, et immanior. Huius tanta rabies erat[i], ut non solum venatus cervorum raptusque damularum atque aliarum[w] conculcatio bestiolarum ad mitigandam immanem[x] sui ventris ingluviem non suffi- (17).

*) scilicet Erenfridi *add.* 1[a. c].

a) hic 1[a]. b) dederunt 1[a]. c) Bruw. 1[a]. d) *deest* 1. e) H. fil. ei. 1[b]. f) statera 1[a]. g) Conr. 1[a]. 2, *et ita post.* h) *nulla cap. dist.* 1. i) *deest* 1[b]. k) pelicis 1[a]. l) simul 1[b]. 2. m) et v. 2. n) Polonos 2. o) Schlavorum 1[b] *saepius.* p) in *add.* 1. q) plurimum 1[b]. r) Hermanno *codd. saepius.* s) nemorum 1[b]. t) Loviā 1[a]; Levia 2. u) nutrit 2. v) atque 1[c]. w) alia 1[b]. x) inanem 2.

1) Errant igitur iidem Annales, qui eum 16. Kalendas Iun. Augustae in ecclesia sancti Udalrici sepultum esse volunt. K. 2) A. 1036. 3) Miecislaus II. rex Poloniae est, qui obiit eodem anno 1034, ad quem et Annales Magdeburgenses (SS. XVI, p. 170) reginae fugam referunt, quod in fontibus eorum non invenitur. Errat igitur auctor in describendo tempore. Longe aliter Polonorum scriptores rem narrant, qui eam post mariti mortem expulsam esse volunt. Vide eorum examen, quod instituit Röpell, 'Gesch. von Polen' I, p. 662, et Dethier, Epistola inedita Mathildis Suevae, sororis Gislae imperatricis, ad Misegonem II, p. 33. 79. K. 4) Facta est a. 1029. et 1031. K. 5) Lotharingiae, qui seditionem movit a. 1044. et 1047. K. 6) Quinti Flandriae marchionis. K. 7) Cf. Annal. Quedlinburg., SS. III, p. 32.

ceret, quin etiam sub clara luce diei ferali ausu ad nullorum pavidus occursus venatorum, horrida rictibus ora trahens, in patentes e vicinitate regiones e cubili suo potenter emergeret et valida iumentorum ac[a] fortia boum corpora sive adiuncta carpento sive subiugata aratro invaderet, suffocaret, voraret. Compulsa ergo tota gens illa[b] a tali suarum rerum, immo vitae suae execrabili[c] vastatore, aut illum, si prevalerent, omnes quoquo[d] modo pariter insequentes, suis a finibus exturbare sive necare, aut, si id agere non possent, alio sub caelo quieta suisque commoda usibus habitacula quaerere; afflictis suis rabida peste rebus, tandem, quamvis sero, remedium id solum fore explorant, si domnum palatinum comitem ad hoc humili precatu flectere queant, quo se communi hosti[e], victoriam et[f] Domini procul dubio dextera et virtute percepturus[g] propria, opponat. Nam suimet ipsius provinciam Salaveld[h] maxime devastaverat. Quod implorant[i], ocius actu consequuntur. Ascenso namque[k] [equo[l] atque] emissario comitante licisca[1] — quod est genus canum iubis inflexis villosum atque fortissimum —, venatum aggreditur; ceterisque venatoribus cum tubis raucisonis circa spissiora saltus loca occupatis, bestia immanis, quidnam circa se agatur exploratura, egreditur, et solum e vicino cernens adesse, emisso horrendo satis uncatu[m], simulque erectis in altum brachiis, cum plantis minacibus eum aggreditur; cuius mox primus impetus, licisca gravi aurem eius morsu lacerante, impeditur. Nam, ut est iniuriae natura impatiens, dum ad eam[n] versa planta cum asperis unguibus se ulcisci nititur, abscisa[o] protinus eadem, venabulum in medio occipitis excipiens[p], ad terram eliditur. Paratis post hoc, ut par erat, carnibus eius in escam, laetum convivium instauratum est; corium vero eius quindecim pedum longitudinis spacium habuisse probatum est. Sunt qui dicant[q], quod non provectioris, sed recentioris aetatis tempore has theatrico[r] dignas spectaculo monomachiae patraverit palaestras; quod eo vicinius laudi est, quo constat, quod tenuis aetas tale quid agendi suam virtutem non habet.

26.[s] Imperator autem, maioris volens dignitatis gloria virum extollere, accepta ab eo insula Sancti Suitperti[t] atque Duysburg[u], munificentiae gratia Suevorum ei committit du-
1045. catum, Heinrico[v], patrui[2] eius filio, ad palacii officium substituto. Qui traditum sibi ducatum, omnium fere mortalium favorabili erga eum habita dilectione, gloriose gubernans,
1047. Sept. 7. tertio, proh dolor! eiusdem ducatus anno 7. Idus Septembris immatura morte in Tonaburg[w] castro diem clausit extremum.

(18). Sept. 8. 27.[s] Ea tempestate imperator, expeditionem supra Flandrenses acturus, sanctae Mariae festum celebravit[x] apud Xantum[3]; ubi pius archipresul Herimannus[y] exhortationem instanti periculo congruam ad plebem faciens universosque[z] admonens, quatenus a superna clementia pro continuanda[a] regni pace imperatori[b] filium dari secum implorarent, cognita per nuncium morte fratris[c], flebili voce finem allocutionis fecit et omnes ad lamenta perturbatos incitavit. Expletis autem missarum sollempniis, vix[d] frequenti omnium et ipsius imperatoris petitione — propter quod[e] nec ad momentum quidem eius solatio carere poterant — retentus[f], et episcopus Tullensis Bruno, qui ex virtute animi vel fidei Leo appellatus, papa Romanus postea factus est, ad tumulandum fratrem eius Brunwilre[g] missus est. Quo, devote quae vel[h] iussus vel postulatus fuerat expleturus, adveniens — erat enim iste vir ipso corporis statu vultuque terribilis simul et amabilis, verbo etiam et opere ad aedificationem corporis Christi mirabiliter insignis — omnia, quae tristibus exequiis usus ecclesiasticus impendenda[i] sancivit, pro requie ipsius reverenter et competenter explevit; sicque venerabiliter eum iuxta suorum ossa parentum sepelivit. [Super[k] cuius sepulchrum hoc epitaphium descriptum est:

Sept. 7. *Virgineum sidus dum septem terminat Idus,*
Admonet, huc veniens ut legat ista gemens.

a) et 2. b) est *add.* 2a. c) exiciabili 1a. c. d) quo 1b. e) hoste 1b. f) a 2a. g) praecepturus 1b. h) Saleveldt 1b. i) imploraverant 2. k) igitur 1a; *deest* 2. l) e. a. *des* 1. m) micatu 2. n) eum 2. o) abscissa 1b. p) accipiens 1c. q) dicunt 1a. r) theatrice 1a; co *e corr.* 1b. s) *nulla cap. dist.* 1. 2. t) Swiperti 1; Swiberti 2. u) Duisburg 1b. v) Heynr. 1a. w) Thon. 1a. c; Conabs 2. x) celebrant 1a. y) *superscr. atram. rubro* 1b; Herm. arch. 2. z) universisque 1a. a) concinanda 1. b) *deest* 1c *(ap. H.)*. c) Ottonis *superscr. atram. rubro* 1b. d) iuxta frequentem ... petitionem 2. e) pet. qui nec 2a; pet. quod prope n. 2b. f) est *add.* 2. g) Bruwylre 1a. h) *deest* 1b. i) *deest* 2. k) *haec des.* 1b. 2.

1) Canis lupo similis. K. 2) Hezelini comitis. K. 3) Heinricus III. die 7. Sept. 1047. tabulam scribi iussit Troiae quod et Sanctum dicitur; vide Stumpf, Reg. nr. 2342. K.

Heu! ruit Ottonum flos regum magnificorum,
Imperiale quibus cessit in orbe decus.
Flos hic eorundem tulit Otto nomine nomen,
Cui Mathilt mater, cui fuit Ezo pater,
Dux qui Suevorum moriens fit planctus eorum.
Sed de[a] *morte, Deus, hunc repara melius!]*

28. Qua[b] die soror eius Richeza[c] regina[d] — ita enim[e] deplanxit eum, ut ipsa prope moreretur — omnem ornatum suum, lunulas et torques et monilia et inaures et gemmas et vittas, omnia aut auro textilia aut penitus aurea, in divinos commutanda[f] cultus, principali altari imponit; acceptoque a sancto pontifice sacro velamine, caput obnubit sibique sepulturam iuxta fratrem fore disponit suorumque fidem super hoc, quo[g] id ipsum superstites ipsi fideliter compleant, exposcit. (19).

29. Qua de re abbas Ello, ipsius permagno confisus auxilio, vetus monasterium funditus destruxit et aliud validioribus fundamentis ambitiosius construendum[h] novo opere 1048. inchoans[1], imperfectum reliquit. Iam antea ecclesiola sancti Medardi destructa, eius altare summotum sine laesione infra ambitum prioris monasterii transferre voluit, sed non valuit. Nam penitus confractum est; et quia locus sacratus[i], cui prius inerat, quadam immunditia contaminatus est, divino verbere, putredine[k] scilicet unius cruris, graviter tactus est. Alias autem preter hanc causam in omnibus felix et prospere agens, ex hac luce subtractus est[2], 1054. et a successore suo Tegenone, qui iam pridem ordinatus fuerat[3], honorifice sepultus est.

30. Verum quid[l] pius Herimannus archiepiscopus pietatis aut potius tutelae eidem loco providerit[m], si quis scire desiderat, apostolici papae Leonis epistolam legat; et contra eam agentes, neque divinas neque leges humanas[4] iusticiae cultui commendantes, sed contempnentes expavescat nostrique temporis miserias totis visceribus ad Deum conversus defleat. Exemplar vero huius hoc est[5]:

Leo episcopus, servus servorum Dei, Herimanno sanctae Coloniensis ecclesiae venerabili (20). 1052. *archiepiscopo ac per eum suis successoribus illuc canonice intrantibus in perpetuum. Convenit apostolico moderamini, pia pollentibus religione assensum prebere*[n] *pietatis, ut et nobis proficiat ad aeternam beatitudinem et ecclesiis ad perpetuam defensionem. Quia nuncius tuus Romam veniens, fili carissime, sollicitavit nos precum suarum nimietate, ut per apostolicae defensionis paginam confirmaremus ecclesiae tuae abbatiam sitam in Brunwilre*[o]*, sicut preceptum carissimi filii nostri imperatoris Heinrici videtur continere*[6]*: inclinati igitur tuis iustis precibus, confirmamus et corroboramus tuae ecclesiae predictum monasterium nostra apostolica auctoritate, ut habeat et possideat*[p] *cum omni sua integritate et quod*[q] *habet modo et quicquid acquirere poterit in futuro*[r]*, secundum diffinitionem*[s]*, qua diffinitum*[s] *est ante presentiam filii nostri serenissimi imperatoris; statuentes*[t] *apostolica censura, ut nullus imperator, rex, archiepiscopus, episcopus*[d]*, dux, marchio, comes, vicecomes vel quilibet cuiusquam*[u] *potestatis exactor molestare vel infringere audeat, sed sicut a te est constitutum permaneat. Si quis autem contra hanc defensatricem paginam venire temptaverit, nostri anathematis iaculo perfossus, ad vitam numquam surgere mereatur. Qui vero custodierit immutilatam*[v]*, nostram benedictionem habeat cumulatam*[7].

31. Siquidem Heinricus imperator, sicut haec carta testatur, iuxta predicti pontificis votum eundem iam sua auctoritate et privilegio confirmaverat locum. Ubi, cognita prioris et nostrae aetatis distantia, facile discernitur, in quam periculosa devenimus tempora, cum a statu suo Deo placita[w] et hominibus commoda[x] immutata sint omnia. Nam, sicut ait Veritas: *quoniam habundavit iniquitas, refrigescet*[y] *caritas multorum.* Matth. 24,12.

a) vi 3. b) Eadem $1^{a.c}$. c) Richza 2. d) *deest* 2. e) etiam 2. f) convertenda 2. g) quod 1^{c}. h) construendo 2^{b}. i) sanctus 1^{c}. k) scil. putr. 1^{b}. l) quod 1^{a}. m) previderit $1^{a.b}$. 2. n) p. pr. *or.* o) Brunwylre 1^{a}; loco qui dicitur Brunivilare *or.* p) et *add.* 1^{b}. q) quid *or.* r) futurum 1^{b}. s) defin. 1^{b}. t) statuens 2. u) cuiuscumque 2^{a}; cuiusdam 2^{b}. v) immutulatam 1^{a}; immaculatam 1^{b}. w) placida 1^{b}; placito 2^{a}. x) commodo 1^{b}. 2^{a} y) refrigescit 1^{b}.

1) A. 1048, Iun. 30; vid. Annal. Brunwil. 1048, SS. XVI, p. 725. 2) A. 1054, Mai 25. 3) A. 1053; cf. Annal. Brunwil. 1053. 1054. 4) Cf. Sallust. Iugurth. c. 31: *leges . . . divina et humana omnia hostibus tradita sunt.* 5) Ex orig. bibl. Parisiensis iterum ed. v. Pflugk-Harttung, Acta I, p. 19 (Jaffé nr. 3249). 6) Genuinum huius exemplar deperditum esse, sed tenor genuinus exstare (Stumpf nr. 2407) videtur; v. Steindorff, 'Jahrb. Heinrich III.' Vol. II, p. 423 sqq. 7) Haec sunt bullae signa chronologica l. l.: *Data Nonas Mai, anno domni Leonis VIIII. papae 4, indictione 5.*

1056. 32.[a] Anno etenim dominicae[b] incarnationis 1056, defuncto pio archipresule Herimanno, successit ei in episcopatum[c] vir venerabilis Anno; qui quamvis sanctae[b] religionis approbatus cultor fuisset, interdum tamen proprii plus arbitratus quam iusticiae cultus tenax, eidem loco nihil pietatis impendebat aut affectus. Quod sentiens Richeza regina, habito prudentum apud se consilio[d], ratum duxit esse pontificem beneficiis placare; veniensque ad eum[e] in insulam Sancti Suitperti[f], commorantem cum imperatore, Sancto Petro Salaveld[g] [et[h]] Coburg, Sancto Nicolao vero Clotteno[i, 1] per manum[k] mundiburdis[l] sui Heinrici comitis palatini de placito sibi ad vitam usufructuario sub sollempni dedit traditione. Ubi mox archiantistes eodem animi[m] voto eademque sententia, qua Sancto Petro et sibi Salaveld[g] [et[h]] Coburg, Clotteno[i] Sancto Nicolao et abbati Tegenoni[n], qui presens erat — ut ipse imperator, sub divo hoc agi iustum fore, dicebat — banno suo terribili, sub anathemate dampnatis invasoribus earundem rerum, perpetuo possidenda confirmabat. Super quo etiam piae actionis negocio ipsius reginae privilegii carta descripta est, quae in redargutionem impiorum, quibus iusticia poena est, adhuc usque eam legere volentibus apud sacri cultores loci servata est[2].

22). 1061. 33.[o] Anno autem post hoc[p] 1061, cum iam perfectum esset in Brunwilre monasterium, idem reverentissimus archipresul Anno, quod sui erat officii expleturus, cum Egilberto Mindensi episcopo[3] eo veniens, et sub veneratione sanctorum confessorum Christi pariterque
Oct. 30 pontificum Nicolai atque Medardi eiusdem monasterii dedicationem 3.[q] Kalendas Novembris consummavit et, ita ut erat sacerdotalibus indumentis infulatus, — Ihesum testor! — Clotteno[i] specialiter et reliqua generaliter predia sacro illi collata loco banno suo secunda iam vice confirmavit.

34. Constructum est et aliud ex[r] eiusdem gloriosissimae feminae atque reginae sumptibus monasterium per Adelberonem Wirzeburgensem episcopum[4] in loco, ubi sancti Kiliani sociorumque eius sacrum[s] extat[t] martirium: utpote cuius episcopium ex eius numerosa familiarium clientela cum omnibus quae ad oppidum Salzo[5] pertinent regia[u] prorsus muni-
1063. ficentia adauctum est. Verum[v] non multo post, anno scilicet dominicae[w] incarnationis 1063,
Mart. 21. 12. Kalendas Aprilis, apud Salaveld[x] ipsa defuncta est; corpus vero eius religioso tantaeque feminae exequiarum congruo apparatu Coloniae[y] delatum et, archipontifice insistente[z], ibidem in ecclesia sanctae Mariae quae est ad Gradus humatum est. Hacque ex occasione contra fas iusque divinum[6], excepto quinque librarum censu, sacer Brunwilrensis locus non solum fundatricis[a] suae corpore, sed et[b] Clotteno privatus est[c, 7]. Super qua re, immo[d] temerato omni aequitatis iure, ex[e] industria abbatis et fratrum formata in persona sancti Nicolai epistola sibique in presentia reliquorum etiam[f] episcoporum[g] missa[h] correptus est. Cuius[i] hoc exemplar est:

Nicolaus Dei gratia Mirrensium[k] archiepiscopus Annoni fratri et coepiscopo salutem. Miror, fraternitatem tuam[g] propter quosdam impios, invidos et adulatores in me, nescio ob quam culpam mei, sic graviter exarsisse, ut me odire, lacerare et res meas, a bonis hominibus mihi traditas, non desinas contra humanas divinasque leges iniuste diripere. Quod quam sit absurdum et inconveniens, ad te ipsum tandem reversus perpende. Quod enim tibi non vis, quare hoc in me agis? Piligrinus archiepiscopus in prima dedicatione mei monasterii, ne mea raperentur, vetuit[8]. Itidem et papa tunc temporis Iohannes eius decretum firmans statuit[9], Herimannus quoque archiepiscopus hoc idem. Leo quoque papa, cuius sanctitas neminem latet, eadem, positus in Colonia, presente imperatore Heinrico, confirmavit; postea a Roma directis litteris, apostolico sigillo insignitis, sicut in promptu habetur, ne iniusticia ulla[g] mihi

a) *nulla cap. dist.* 1. b) *deest* 1^{a} c) episcopatu 1^{b}. d) concilio $1^{b.c}$. e) eum in *des.* 1^{b}. f) Swip. 1^{a}; Swib. 2. g) Saleveld 1^{b}. h) *deest* 1. i) Cloteno $1^{b.c}$. 2^{b}; Clottenum 2^{a}. k) manus 1^{b}. l) mundibordis 1^{b}. 2. m) animo 1^{a}; cum 2^{b}. n) Theg. 1^{a}. o) *nulla cap. dist.* 1. p) hec 1^{a}. q) 4. *leg.* 1^{a}. r) est etiam ex 2^{b}. s) *deest* 1^{b}. t) erat 2^{b}. u) cum regia 2^{b}. v) Verum — post *des.* 1^{b}. w) inc. dom. 1^{a}. x) Saleveld 2; Saleveldt 1^{b}. y) Coloniam 2^{a}. z) existente 1^{a}. a) confundatricis 2^{b}. b) etiam 1^{c}. c) *hoc loco editionem suam finivit Papebrochius* (2^{a}). d) in uno 2^{b}. e) et 2^{b}. f) *post add.* 1^{a}; *deest* 2^{b}. g) *deest* 1^{b}. h) iussu 2^{b}. i) *abhinc usque ad p.* 142, *l.* 40. *omnia des.* 2^{b}. k) Myrrh. 1^{b}.

1) Clotten ad Mosellam. K. 2) Richezae chartas, quae exstant, falsas esse, neque cum hac fundationis relatione convenire, docuit Pabst p. 124 sqq. 3) Qui sedit a. 1055—1080. 4) A. 1045—1085. 5) In comitatu Hennebergensi. K. 6) Cf. Sallust. Cat. c. 15: *contra ius fasque.* 7) Cf. V. Wolfhelmi c. 12, SS. XII, p. 186, ubi haec accuratius narrantur. 8) V. supra c. 17. 9) V. supra c. 13. et Kòpkii adnotationem.

fieret, sub anathemate decrevit. Tu etiam in dedicatione ipsius ecclesiae banno sancti Petri et tuo quod antecessores tui firmasti[1]. *Vide ergo, ne forte Dei iudicio, sicut tu tantorum pontificum et tua parvipendis decreta, ita successores tui, tuo provocati exemplo, etiam tua convellant et res a te datas ecclesiis, quas aedificas, diripiant et eas quibus vel in quos voluerint usus expendant. 'Eadem quippe mensura', ut ait Dominus, 'qua mensi fueritis, remetietur et* Luc. 6, 38. *vobis'. Timens ergo Dei iudicia, quae sunt abissus multa, noli eum irritare, auferendo sanctis* cf. Ps 35, 9. *sua; ne forte omnium advocatus, nostris clamoribus iratus, de medio te auferens, aeternis tradat cruciatibus. Nam multum rogamur, compellimur et horribiliter a multis adiuramur atque multociens blasphemamur*[a], *quod a Domino vita tua prolongatur. Quanto igitur excellentiorem locum tenes inter homines, tanto aspectui omnium pates; et ideo non solum non reprehensibile, sed etiam quod vis vel quod agis debet esse laudabile. Sciat autem fraternitas tua, quia fratres, qui sunt in meo monasterio, non, sicut tibi dictum est, opibus superhabundant, sed multa eos saepissime constringit egestas. Predium autem Brunwilre, quod Mathilt*[b] *Deo dilecta a marito sumpsit in dote, illud eos enutrit pane, cerevisia*[c], *sagina et legumine; nam cetera predia, quae supersunt, nec uno quidem mense possunt panem sufficere. Vini autem tanta copia est eis, ut, si nimia habundantia orbem terrarum repleverit, pro miraculo erit, si ultra 30 carratas meruerint. Hae sunt opes nimiae, quibus fratres mei dicuntur superhabundare. His ita prelibatis, rogo tuam dilectionem per illam quae inter Deum et homines est caritatem, ut a te ulterius meae res non fiant in direptionem; sed quae hereditario iure*[d] *mihi relicta sunt restitue, ne ad communem iudicem clamor meus veniat pro te.*

35. Hoc quidem iusto ac digno increpationis eulogio ipso eodem in tempore, quo vana calliditatis[e] suae stropha sibi blandiebatur de rapina in holocaustum data[2], redargutus est et sibimet ipsi in contrarium isse[f] notatus est. Sed mirum dictu, quod virum tam prudentem nec iusta ab obstinatione sua revocare sententia potuit, nec illa ultio divina, qua capellanus eiusdem Richezae reginae Otto nomine iustas suae luit poenas perfidiae, deterrere valuit. Siquidem idem ille Otto ab eadem venerabili regina in mandatum acceperat, ut venerandas sanctorum reliquias, quas in scrinio decenter ornato condierat, post mortem suam Brunwilre deferret; sed ille, caecus avaricia, earum precio pactus preposituram cum archiepiscopo, mox ut in Saxoniam ad sua revertitur, quadam in silva ictu fulminis percussus, ab equo, cui insederat, preceps agitur. Tanta autem inundatio pluviae tonitruum [fragorem[g]] est subsequuta, ut, ex eius infusione valida attriti corporis cinere cum arena involuto, sola tantum ipsius[h] dextera manus integra sit reperta.

ADDITAMENTUM, UT VIDETUR, ALTERIUS AUCTORIS.

Nihilominus[i] vero successor abbatis Tegenonis, domnus Wolfhelmus[k,3], cernens, quam plurimos huius iniquitatis exemplo, contempto ecclesiastici usus vigore, non in ante iuxta apostolum, sed retro ad errorem viam veritatis et iusticiae reflectere, eum de perpetrata 1. Tim. 5, 15. iniquitate et per se et per alios etiam sui ordinis viros, episcopos videlicet, ad emendationem revocare satagebat; sed parum proficiens, eo defuncto, regiam presentiam plurimo labore sui suorumque super hoc negocio sollicitabat. Denique tam diu pio labori institit, donec, rege[l] Heinrico imperante, precipue tamen pio palatino comite Herimanno sibi per[m] omnia fideliter amminiculante, permittente vero supradicti archipontificis successore Hildolpho[n], Clotteno recepit et, exacto ab incolis fidei iuramento, in usum propriae possessionis redegit. Cuius cum fidei virtute qualis habita esset animi constantia, in quadam eius manifeste continetur epistola; cuius haec forma est:

Domno[o] *Heinrico, augustorum sanguini, Dei gratia Romanorum regi, Wolfhelmus cum omni Brunwilrensium congregatione fidem cum intentissima precum devotione. Misericordiae*

a) blasphematur 1a. b) Magthilt 1b. c) cervisia 1a. d) mihi iure 1b. e) calliditatiosus st. 1a. f) esse 1b. g) *deest codd.; Harl.* h) eius 1a. i) *nulla cap. dist.* 1. k) Wolffh. *h. l.* 1a. b. l) H. r. 1c. m) per o. *des.* 1b. n) Hyld. 1a. o) Domino 1a.

1) V. supra c. 31. 2) Verba *rapina in holocaustum data* e Gregorii VII. bulla (Jaffé nr. 3786) sumpta sunt. V. Pabst p. 142, n. 2. 3) Inde ab a. 1065. Cf. Annal. Brunwil., SS. XVI, p. 725; V. Wolfhelmi c. 13 sqq., l. l. p. 186, ubi haec res fusius narratur.

vestrae genibus provoluti, quod conquesti sumus iterum conquerimur; quia pro iustificatione, quam nobis fieri precepistis, frustra clamantes taediis atterimur[a]. *Est autem querimonia nostra super quodam predio, quod, Clotteno dictum, beato Nicolao, quando puer fuistis, immo quia fuistis, est ablatum. Quod quia tunc vestra*[b] *non prohibuit infirmitas puerilis, aspiret Dominus, ut modo corrigat auctoritas virilis, nullumque patiatur ecclesiasticam censuram infirmare, quamvis etiam dicatur miraculis choruscare*[c]. *Nam cum sint duae nativitates miraculis choruscantium*[c], *vetus Adam et novus: boni malique litem gerunt*[d] *inter se compugnantium; ac ex bono quidem eorum statuit nos dominus Deus informari, malum vero vel in beato Petro, presertim quod Christum negavit, non debemus imitari. Cur enim egressus*[e] *foras flevit amare,* cf. Matth. 26,75 *si non malum fuit dominum suum negare? Ex his ergo, bona sanctorum, non mala nos imitari debere, intelligitur; et mox ex eisdem, miracula, quae faciunt, ob ea tantum, quae imitatione digna sunt, fieri, colligitur. Quodsi miracula eorum nulla mala struunt, nec ecclesiasticam censuram, quod ceteris malis aliquanto gravius est, destruunt. Ergo ne miracula, quae fieri dicuntur ad sepulchrum domini nostri archiepiscopi Annonis, nostram querelam apud vestram clementiam videantur impedire; qualiter imperator augustus, pater vester Heinricus, pro nobis agat, dignetur vestra serenitas audire. Nam in carta, quam nobis fieri iussit, de domino nostro archiepiscopo Herimanno et suis sororibus ita loquens: 'Nostram', inquit, 'adivere clementiam, rogantes, ut eam loco Brunwilre nominato libertatis statueremus gratiam, quatenus ab omnium presentium ac futurorum tam pontificum quam regum seu imperatorum liber dominatu, laetius tam pro nostra quam pro ipsorum salute vacaret*[f]'. *Et post pauca: 'Hanc eorum petitionem iustam ac piam agnoscentes, voluntati eorum prebuimus assensum, loco illi Brunwilre nominato libertatem statuentes; atque ut rata et inconvulsa maneat in perpetuum, cartam hanc ei libertatis conscribi, manuque propria corroborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Quam si quis infringere temptaverit, ad primum iram Dei sanctique Petri simulque omnium sanctorum incurrat, sciatque se compositurum auri purissimi libras centum, nostrae camerae medietatem, archiepiscopo alteram medietatem*[1]'. *Ecce! si munera desideratis vos et dominus noster archiepiscopus Coloniensis, sine peccato cesaris edictum utriusque cameram ponderibus onerat immensis. Si tamen iustificetur, unde nobis causa movetur? At vero cavete vobis et vestris, hanc tanti patris declinando maledictionem; cui dominus papa Leo cum aliquot suis antecessoribus suam quoque iungit anathematizationem; sed nec suam subtrahit dominus noster archiepiscopus Anno cum suis antecessoribus Piligrino et Herimanno, in tantum, ut Clotteno expresse et diffinitive*[g] *nominaret, eo quod nobis timens carnales heredes hoc ablatum ire formidaret. Supersunt adhuc, qui, quando novissime nostram ecclesiam dedicavit, presentes fuerunt et hanc diffinitam eiusdem nominis expressionem audierunt. Constat igitur, ipsius bannum — ut de ceteris taceamus — a semet ipso esse violatum, si predium illud, unde agitur, illis, qui nunc retinent, ab eo, sicut ipsi fatentur, postea fuerat datum. Unde, ut ab eius hostia maculam*[h] *tollatis, largius a Domino vobis*[i] *affluant viscera pietatis; quibus ita pensetur miraculorum eius commendatio, ut ecclesiasticae censurae non fiat infirmatio; nostrae*[k] *quoque pusillanimitati consulatur, ne abundantiori tristitia absorbeatur*[2].

Haec[l] quidem ille*. Nos etiam nihil aliud sentimus de illo, nisi quod de omnibus in
Rom. 3,4. commune Paulus sentit apostolus, quia: *Omnis homo mendax, solus autem Deus verax*, et
Rom 3,23 alibi: *Omnes*, inquit, *peccaverunt et egent gloria Dei, iustificati gratis per gratiam*[m] *ipsius.*

Operae[n] precium est[o], sicut a maioribus nobis traditum est, commemorare, unde idem sacer locus iam olim nominatus fuerit Brunwilre, qualiterque ibidem vera rerum investigatione repertum sit, quod sancti Medardi sacrum eidem loco inesset memoriale. Erat in diebus Herimanni comitis palatini, patris memorabilis scilicet Herenfridi[p], qui velud Abraham patriarcha nomine mutato Ezo appellatus est, vir quidam in vico qui Mannestede[q] dicitur, copiosum habens in sua possessione peculium; cuius[r] contigit ut die quadam scrofa

*) scilicet Wolfhelmus *add.* $1^{a.c}$

a) alteruntur 1^{c}. b) nostra 1^{b}. c) corusch. 1^{b}. d) gerant $1^{a.c}$. e) ingressus 1^{b}. f) vocaret 1^{a}. g) definitive 1^{b}. h) macula tollatur 1^{c}. i) nobis 1^{b}. k) nostri 1^{a}. l) He siquidem 1^{a}. m) gloriam 1^{b}. n) *pergit* 2^{b}; 2^{a} *haec initio ponit;* De nomine huius loci scilicet Brunwylre unde dicatur *rubr. add.* 1^{a}. o) ut *addit* 1^{b}; ut a 2^{b}. p) Erenfr. 1^{a} q) Manstrede 1^{a}. r) casu 2^{a}.

1) Desumpti sunt hi loci e Heinrici III. charta, Stumpf nr. 2407; cf. Steindorff II, p. 429. 2) Hanc epistolam terminationibus concordantibus magis etiam quam libellum abundare, monuit Pabst p. 137, n. 2.

pregnans a silva, cuius minabatur ad pascua, cum reliquo[a] grege porcorum non esset domum reversa, quia ad eiciendos foetus secretiora sibi nemoris elegerat loca. Nihil ergo ille[b] aliud quam quod evenerat arbitratus, accepta secum bipenne, lucum, abscisis remotisque vepribus quasi viam faciens, secretius quam soleret intrat; et ecce! aediculam ex ligno satis curiose constructam lateribusque studiose ab infusione imbrium defensam aspectat. Explorat itaque aditum; tectum non sine ammiratione novitatis ingreditur; altare, utpote in ecclesia more consueto constructum[c], aspicit, suemque[d] simul domesticam sibi a crepidine altaris cum decem porcorum capitibus occursantem laetus suscipit[e, 1]. Post hoc summoto lapide superiori, sancti Medardi aliorumque[f] venerandas sanctorum Dei reliquias cum carta in fasciculum compositas a fossa altaris eicit, et secum illas auferens[g], preposito Indensis monasterii[2], qui ex more eas in partes saepius venire consueverat, ostendit. Qui, inspecta carta et cognita ammiranda rei novitate, — erat enim cognatus comitis palatini ipsique ob hoc familiaris et notus — ad eum velociter properat et, quam inspexerat, ex ordine boni eventus[h] salutem illi laetanter annunciat. Ille insperatum laetique ominis nuncium gratanter audiens, rusticum eundem, cui nomen erat Brun, ocius accersiit; cartam cum reliquiis inquisitam et exhibitam reverenter excipit[i] et hanc illi causam esse[k] inscriptam agnoscit.

Huius sacrae fundator et auctor[l] aediculae Bruno nomine, germanum habens vocabulo Berechonem, vir potens et nobilis, non procul hinc in silva, quae ex sui magnitudine Veila[m] dicitur[3], constructa tutissima[n] degebat in munitione. Quam quidam[o] tirannus Heymo[p] nomine subita invadens incursione, interfecto eiusdem fratre Berechone cum reliquis fere omnibus, hunc cum paucis presidio fugae vitam servantibus suis a finibus extorrem fecit et in Franciam ire coegit. Qui Suessionis[q] civitatem adiens et flebilem suae calamitatis historiam coram omnibus pietatis affectum[r] habentibus edicens, sancti Medardi reliquias ad construendam[s] in eius honore ecclesiam petiit et impetravit; cuius indubium ad revincendum hostem meritum et patrocinium sibi adesse speravit. Ad votum omnia, suffragante illi pio salutis suae protectore, prosperantur: ecclesiola fundatur et dedicatur. Verum huius dedicationis auctor quis esset, incertum adhuc usque manet; quoniam aviditate rustici, qui maxime pecuniam esse sperabat quod invenerat, fragilis[t] cerae signum confractum[u] est, sicque auctoris persona et nomen aboletum[v] est. Verumtamen supradictus, ut fertur, acephala[4] a multis eatenus timore periculi devitatus, postmodum a prefato Brunone impetitus occiditur; et quamvis eius munitio triumphato hoste destruitur, idem locus tamen usque hodie Heymenburg dicitur. Fiunt[w] propere[x] metropolitano episcopo Warino[y, 5] comperta, quae fuerant comiti palatino iam cognita. Altare reparatur; ecclesia, instructis ex lapide parietibus innovata, ab eodem archipontifice dedicatur, sacroque illi loco, congruentibus sibi veteris ecclesiae et antiqui auctoris et novi eiusdem inventoris nominibus, Brunwilre nomen aptatur.

36.[z] Constat autem, venerabilem patrem Ezonem, precipuum sacri illius loci innovatorem, necnon et Mathildam[a], religiosissimam eius coniugem, etiam post mortem virtutibus claruisse. Quod[b] eo magis credibile est, quo longe superius digesta[c] oratio[6] ambos adhuc in carne viventes his non caruisse in testimonio est. Nam et earundem virtutum miracula, quae frequenter illic fiunt, si beatorum patrum Nicolai atque Medardi meritis asscribenda sunt, hi tamen alieni illis non sunt, quibus auctoribus nomina eorum ibidem in secula vivunt.

Igitur[d] in eodem vico* fuit quidam adventicius nomine Liumarus[e], fullonis officio[f] deputatus, habens filiam septennem, cui ab ipso nativitatis exordio pedum denegaverat

*) scilicet Brunwylre *add.* 1[a. c].

a) reliqua 1[b]. b) ipse 2. c) constitum 1[b]. 2[b]; *deest* 2[a]. d) suamque 1. e) suscepit 2. f) et aliorum 2. g) auferendo 2. h) conventus 1[a]. i) excepit 2; accepit excipit 1[b] k) *deest* 1[b]. l) fund. aed. et auct. 2. m) Vila 1[b]; Vela 2. n) dicitur totissima *add.* 1[b]. o) quidem 2. p) Heino 1[a]. q) Swess. 1. r) effectum 1[b]. s) constituendam 1[b]. 2. t) fragile 2. u) fractum 1[b]. v) absconditum 2. w) Fuerunt 2. x) praepropere 1[c]. y) Wyrino iam 1[a], *ubi* cognita *add. sed del.* z) *nulla cap. dist.* 1. *Reliqua des.* 2[a]. a) Magthildam 1[b]. b) Quo 1[b]. c) digressa 2[b]. d) De puella contracta et sanata ad sepulchrum fundatorum *add. rubr.* 1[a]. e) Lynmarus 2[b]. f) officiis 1[c].

1) Haec narratiuncula e Vergilii Aeneide III, 390 sq. mutuata videtur. P. 2) S. Cornelii. K. 3) Vela silva est Filk. K. Carta Piligrini archiep. (falsa, Pabst p. 113), Lacomblet I, p. 102, eadem habet verba: *silvam illam quae prae magnitudine sui Vela nuncupatur.* 4) Heimo caput vel magistratum non agnoscens. LEIBN. 5) Coloniensi a. 976—984. 6) C. 15. intelligere videtur.

incessum contractio genuum. Instabat iam annus dominicae incarnationis 1044; illuxerat 1044. Mai 31. etiam dies ascensionis Domini festus; cum ecce! eam secum ad quietis amborum — nam simul adhuc conditi fuerant — detulit locum. Quam mox, cum adhuc pro ea in ore[a] eius fidelis volveretur oratio, divina virtus in pedes erexit et coram omnibus qui aderant ammirantibus sanam ei restituit[b].

[37.[c] Erat quidam Guncelinus[d] nomine, cui simili modo, ut superius de puella relatum Act. 3. est, prima dies[e] exordia vitae membrorum[f] cum strage dedit. Qui sicut ille, quem beatus Petrus curasse in actibus apostolorum legitur, ad portam monasterii quotidie ponebatur baiulorum manibus, quatenus ad limina sanctorum aut suae debilitatis plangeret miseriam aut ab 1052. introeuntibus peteret elemosinam. Anno itaque dominicae incarnationis 1052, sexta[g] feria Apr. 17. parasceue, die tertia passionis ante gloriam dominicae resurrectionis, hora matutinali baiulorum adminiculo, qui cum reliquo christianae devotionis populo divino aderant servitio, in cripta iuxta chorum positus videt[h], ut ipse postea retulit, matronam operosis vestibus indutam, precedentibus viris duobus pontificali dignitate fulgentibus, chorum intrare et sibi nutu vultus, ut se sequeretur[i], imperare. Qui de visione admiratus, nescit, an citius sit curatus. De nutu etenim[k] imperantis exiliens, medicina potens,

protulit incessus, quos non sibi contulit ortus.

Apr. 19. Tertia dehinc die dominicae resurrectionis panem non modicum supra[l] sanctae memoriae sepulchrum domnae Mathildis positum arripiens et avide comedens, magnum omnibus Deum laudantibus miraculum prebuit, quia infantium more numquam solido[m] antea cibo uti valuit].

APPENDIX.

EX MIRACULIS SANCTI NICOLAI BRUNWILARENSIS.

In[n] hoc celebri[o] monasterio Brunwilrensi, quod ad honorem omnipotentis Dei eiusque genitricis virginis Mariae et precipue confessorum eius[p] Nicolai atque Medardi episcoporum per generosissimum comitem palatinum Erenfridum seu Ezonem[q] nuncupatum ac nobilissimam venerandissimamque[o] eius coniugem Mathildim constructum est, divinae maiestatis clementia[r] multa quidem et magna miracula per merita beatissimi Nicolai episcopi, huius loci principalis patroni[s], palam ostendere dignata est et quotidie operatur, ita ut[t], quicumque debilis huc[u] pro expetenda[v] sanitate cum ferventi pietate[w] accesserit[x], procul dubio consequatur[y], quicquid devotus petierit[z]. Unde ne quis tepida[a] fide presumat dubitare, auscultet et[b] attendat miracula[c], quae dubiam mentem ad credendum possint excitare.

1. De adolescente contracto mirifice[d] sanato. Adolescens quidam nomine Ancelinus festis diebus magis consuetus illicitis operibus atque venationibus intendere, quam ad ecclesiam more christianorum pergere, quadam die dominica ex consuetudine, nescio quid operaturus, arrepta securi, mox ut ictum in lignum, quod de nemore tulerat, libravit, subito mentis pavore attactus et retro in terram actus, emortuis per ilia atque genua[e] venis vitalibus, est contractus, atque multo deinceps tempore non nisi aliis se in sella portantibus est quoquam motatus. Hunc[f] ergo suus dominus, palatinus 1080. comes Herimannus, in quadragesima, quae dominicae incarnationis 1080. attigit annum, cum coniuge Feb. 25. Apr. 4. Adelheida[g] veniens in Brunwilre[h] causa orationis, sancto Nicolao sub ea servum obtulit condicione, ut eum a suae debilitatis salvaret passione. Vix interfluente trium mensium tempore, in[i] nativitate sancti Iun 24 Iohannis baptistae positus ad gradus iuxta altare, fratribus iam ad nocturnos occupatis in divinae servitutis theoremate, gressu ad deambulandum surrexit sospite.

2. De puella ex pago Pirna[k] oriunda sanata. Eodem tempore fuit quaedam virgo iuvencula Frouwechyn[l] dicta de Pirna[k] villa, quae sita est iuxta fluvium qui dicitur Rura, cui ab ipso nativitatis exordio gressum abdicaverat et unius innata debilitas et nimia cruris[m] alterius imbecillitas. Ob quod cruceis baculis innixa temptabat incedere quacumque poterat motione, cum nimia tamen sui corporis

a) ea incuratione 2b. b) *hic expliciunt* 1b. 2b. c) De claudo per merita fundatorum sanato operante divina virtute *rubr. add.* 1a. d) Gunzel. *K.* e) die 1a. f) c. m. *K.* g) sexta — gloriam *des. K.* h) videtur 1a. i) sequatur *K.* k) enim *K.* l) super *K.* m) a. s. *K.* n) Certe in 1a. o) *deest* 1a. p) ad honorem beatissimorum Christi confessorum 1a. q) Ezzonem 1a. r) constructum est, omnipotens Deus 1a. s) operari ac p. demonstrare 1a. t) dignatus ita ut 1a. u) quisquis huc olim debilis 1a. v) s. e. 1a. w) fide 1a. x) accederit 1a. y) consequebatur 1a. z) peteret *K.* a) fide trepida 1a. b) ac diligentius a. hic quedam m. 1a. c) ex multis aliis carptim conscripta 1a. d) et 1c. e) genis 1a. f) Hinc 1a. g) Adelheyda 1c. h) Brunwylre 1a. i) *deest* 1a. k) Pyrna 1c. l) Frouwechin 1a. m) crucis 1a.

defatigatione. Haec vero sui patris labore et studio multa sanctorum loca petens et nullum suae salutis
remedium experiens[a], vidit se in somnis[b] altario sancti Nicolai assistere et, eidem manu abbatis[1] impo-
sita, sanitatem percipere. Erat dominica nox, cui prenotatur officium diurnale: *Vocem iocunditatis annun-* 1082.
ciate, quae est dominica[c] quarta[2] ante ascensionem Domini, quia et cum illa suam voluit Dominus Mai 29.
misericordiam magnificare et suo[d] in eius salute populo[e] vocem iocunditatis annunciare. Pater ergo,
eius percepta visione, secunda feria iam instante, secum eam detulit et sancti Nicolai patrocinio per Mai 30.
manum abbatis obtulit .... Mira sunt quae dicuntur; nec ista tamen[f] sufficiunt, sed signis[g] signa
adiciuntur, et virtutes virtutibus fulciuntur.

3. De surdo et muto Oppenheym[h] oriundo. Tertio post hoc miraculum anno, qui erat
dominicae incarnationis 1084, cum inclaruisset beatorum apostolorum Philippi et Iacobi sollempnitas, et 1084. Mai 1.
a fratribus sacratissima missarum ageretur celebritas, quidam ab exordio vitae surdus et mutus reliquo
populo sanctae crucis arae vicinior stabat....... Sospes ergo ad integrum efficitur, proficiscitur, rever-
titur; nativitatis suae locum Oppenheym[h], villam inter Wormaciam et Mogunciam sitam, nuncupat; se
vero Bertwinum appellatum enunciat.......

4. De quodam monacho monasterii Werdinensis[i], qui huc veniens[k] quandam
visionem mirandam habuit, et postea[l] per latrones interfectus fuit; super cuius
sepulchrum quidam caecus visum recepit. Processu temporis, eodem scilicet anno quo haec
predicta facta sunt, beatissimae Barbarae virginis festivitate in vigiliis beatissimi confessoris Christi Nicolai 1084. Dec. 4.
advesperascente, contigit, fratrem, cui nomen erat Gerunch, de monasterio Sancti Liutgeri[m.3] tardius, quam
infra monasterium recipi posset, eundem venerabilem locum adisse et ob hoc ad sui cuiusdam propinqui
hospicium divertisse. Omnis ergo ei humanitas hac de causa maior exhibetur, grata quies fessis itinere
membris impertitur. Sed noctis medio, ut sibi visum est, omnibus ex alto monasterii campanis
simul sonantibus, somno stratoque excitur, et mox solito suavior concentus[n] velut matutinos ymnos
decantantium auditur. Itaque sensim tecta domus est egressus; sed nescio, dignosne an non dignos
ad hoc caeleste arcanum haberet accessus, quia, quo per viae spacium sancto erat loco propinquior, eo
idem ille concentus diductior factus est et obscurior. Nichil enim iam in porta subsistens monasterii,
quod solide caperet, nisi *Alleluia* ter in fine dici audiebat. Utrum autem haec celare an alicui revelare
consultius fuerit, nescitur. Sed quod posthac[o] in hac vita non amplius quam 40 dies substiterit, cer-
tissime scitur. Nam ab illo, quod erat in Brunwylre, sanctitatis fastigio, vel ab illo, quod audierat,
angelici cantus iubilo, vel ab Iherusalem descendens in Iericho: Idibus Ianuarii quadam[p] in silva a latro- 1085.
nibus est occisus. Sed non multo post ad eius sepulchrum per euangelicum Samaritanum quasi semi- Ian. 13.
vivo cuidam caeco donatus est visus.......

5. De muliere contracta per eundem sanctum episcopum patrocinantem[q] sanata,
quae fuit de pago Bolenheim[r] oriunda[4]. Ceterum ut ad seriem miraculorum texendam redeamus:
allegoriarum nodos non dico resolvere laboremus, sed ne quidem attingere temptemus. Igitur sequentium 1085.
ex ordine temporum adveniente quadragesima, cum iam primae hebdomadae feria instaret sexta, quae- Mart. 14.
dam mulier contracta de villa Bolenheim, ad expetenda sancti Nicolai suffragia karro advecta, oratione
profusa sine mora gaudia desideratae sospitatis est adepta. Haec Adelheit[s] dicebatur, quod Latine nobi-
litas interpretatur. Quae quantum ad se pertinet per infirmitatem contractionis et invalida et ignobilis
erat; sed beati viri incomparabilis virtutum nobilitas interpretationem sui nominis melius sibi cum salute
corporis restituebat.

6. De homine a suspendio liberato, quod contigit in Moresdorp[t]. Benedicta Domini
de loco suo gloria, qui[u] suum glorificavit famulum aetatis memoria! Incarnati quippe Verbi anno 1084, 1084.
indictione septima quaedam matrona de Moresdorp villa Seburch nomine rebus suis furto[v] sibi sublatis
indoluit non minime. Quae nesciens tegere dolorem, non erubuit dolori miscere furorem, mancipio suo
cui nomen Hericho crimen imponens per suspicionem. Negans, in vulgi iudicium producitur; a quo
flagris[w] correptus, nec confessus, suspendio addicitur. Divinam igitur supplex post acceptam sententiam,
conversus ad[x] pii nostri oratorium patroni Nicolai, invocat clementiam, ut, si umquam[y] succurrisset
innocenti ipsius per merita, et sibi subvenire[z] insonti hac in poena dignaretur indebita. Et ille quidem
constans fide sic peroravit et spe; sed vulgo — ut est cupidum et preproperum ad huiusmodi — con-
fusis clamante vocibus ut suspendatur, revinctis manibus, velata facie, opus triste consummatur. Sed
quid nos persequendo[a] tristia subsecutura[b] moramur gaudia? Omnibus digressis, cor, quia manus et
ora nequibat, in anchoram fidei speique suae erigendo figebat; quoniam, ut infulatum, canicie decoratum,
precidere sibi funem aspiciebat, protinus ad[c] terram decidit; sine laesura constitit[d]; viribus receptis, ad
basilicam sui venit liberatoris cum vinculis suae testibus liberationis....... Idem postea septem in hac
transegit vita hiemes felicissime, totidem salvatori suo nummos quotannis pendens devotissime. 1091.

a) expetens 1^a. b) somniis *ed.* c) feria 1^c. d) suum *codd.* e) populum *codd.* f) ista *repetit* 1^c. g) signa signis 1^a. h) Oppenheim 1^a. i) Werdenensis 1^a. k) in nocte sanctissimi patroni Nicolai *add.* 1^a. l) postmodum 1^a. m) Lutgeri 1^a n) contentus 1^a. o) posthec 1^a. p) in quadam 1^a. q) eundem patronum nostrum 1^a. r) Bollenheim 1^a; Bolenheym 1^c. s) Adelheydt 1^c. t) pago *add.* 1^a. u) que 1^a. v) forto 1^a. w) flagra 1^a. x) pii ad 1^a. y) alicui *add.* 1^a. z) subveniret 1^c. a) persequenda 1^a. b) subsequitura 1^a. c) *bis scr.* 1^a. d) decidit 1^c.

1) Wolfhelmi. 2) Quarta dominica post pascha clausum (i. e. dominicam primam post pascha) intelligi videtur. 3) i. e. Werdensi. 4) Hoc miraculum etiam in Vitae Wolfhelmi c. 32. narratur. P.

7. De iuvene a debilitate[a] gressus sanato, qui fuit oriundus de pago Sinteren[b] ad monasterii[c] nostri dominium spectante. Tu etiam, Giselberte, beneficia experte nostri pii hierarchae[d], in crucis virtute sacrae, testis procede, tibi quid provenerit ede! Giselbertus. 'Planius edicam: sensu, verbis benedicam in servo dominum Deum, quia suam magnificat misericordiam mecum. Ut crucis triumphus victoriosissimae et Nicolaus pius glorificaretur in me, providentia Dei[e] inscrutabili infirmitati submissus sum lamentabili; quae diebus augmenta capiens et mensibus, infesto me pressit dominio per anni spacium totius. Ossa in me siccabantur, medullae torquebantur, arentibus in venis nervi contrahebantur; donec, pedibus ad nates concrescentibus, incessus mihi denegaretur penitus. Miseriam videas duram: humanam scilicet naturam non velut animal rationale erectum pergere, sed ut irrationale humo demissum repere; huic triste mundo spectaculum, meis[f] miserum notis miraculum, utpote qui mallent se mihi debita funeris exolvisse quam in vivo tantam cadavere calamitatem vidisse. Hos dolor, hos plangor torquet, me taedia, languor: cum subito medicus de summis[g] prospexit clementissimus, patientis misertus et compatientium gemitibus. Qui quomodo obdormierat in navi, tempestate periclitabamur in mari; ad nos evigilavit, immo, fidem in nobis attendens[h], nos ad se excitavit. Nam Adelberoni, Sinterensis[i] villae, unde oriundus sum, civi, hinc cuidam mulieri, deinde visum est oromate consimili[k] et mihi, quia, si cum oblationibus ad monasterii portarer Brunwilrensis moenia, optatae repor-
1084. Mai. 3. taturus essem salutis munia. Quo in asino perlatus sexta feria, qua celebris sanctae recolitur crucis memoria, atque ante sacram in ecclesiae introitu collocatus aram, sensi paulatim plantas mihi reformari proprioque loco recompaginari. Exin domum relatus, perque duas de die in diem septimanas melioratus, iam tercia locum sexta feria sanctum per me adii, et perfectae restitutus sanitati, redii. Haec[l] in virtute sanctae crucis consecutus beneficia per clementissimi Nicolai presulis merita vestrae denuncio unanimitati, laudem et gloriam et magnificentiam summae decantans Trinitati. Vos ea mandando litteris vestris committite posteris, ut in ore personet[m] omnium gratiarum actio Deo Deorum; cuius regnum et imperium sine fine permanet in secula seculorum. Amen'.

a) debilitatis 1^c. b) Synteren sive Kyrdorp nuncupato 1^c. c) d. n. m. 1^a. d) ierarche 1^a. e) Deitatis 1^a. f) me, *post e raso loco* 1^a. g) *deest* 1^a. h) accendens 1^c. i) Synterensis 1^c. k) simili 1^a, *ubi add.:* id est nocturna visione. l) Et 1^c. m) personent 1^a.

TOMELLI HISTORIA MONASTERII HASNONIENSIS.

EDIDIT O. HOLDER-EGGER.

In villa Hasnonii in confinio Hannoniae et Flandriae ad Scarpim fluvium sita iam saeculo VII. duplex coenobium monachorum et monialium fundatum est, quod per duo saecula floruit, sed tempore incursionum Normannorum, ut videtur, a religiosis derelictum, a paucis canonicis occupatum est[1], *donec Balduinus VI. comes Flandriae et I. Hannoniae, visione, ut sibi videbatur, ammonitus, locum sacrum, annuente patre Balduino V. comite et adiuvante Lietberto episcopo Cameracensi, restituit, monachos ex monasterio S. Amandi vel etiam aliunde ascivit, ecclesiam exstructam a.* 1070. *consecrari fecit. Huius coenobii historiam, sed, cum pristinae historiae pauca comperta haberet, maxime relationem restaurationis, petente Rotlando primo post restaurationem abbate, conscripsit Tomellus quidam*[2], *de quo hucusque nihil certius constitit. Nunc vero in Catalogo abbatum S. Amandi, SS. XIII, p.* 387. *edito, legitur:* Malbodus abbas S. Amandi Hasnoniense monasterium reparavit; quod cum aliquot annis rexisset, tandem infirmitate detentus, beato Rolando tradidit, dans ei socium virum venerabilem Tomellum, qui iussu beati Rolandi sui abbatis scripsit de fundatione sui coenobii, reparatione et dedicatione ac de moribus Balduini comitis, eiusdem loci reparatoris[3]. *Et licet hic catalogus non magnae sit auctoritatis, certe tamen constabit, Tomellum monachum Elnonensem fuisse, cum ipse nonnulla scripserit, ex quibus coenobita cognosci possit*[4]. *Ut vero, eum membrum conventus Hasnoniensis fuisse, cum huius coenobii historiam componeret, credam, vix facere possum*[5]. *Certe vero antequam vel dum scriberet aliquo tempore in hoc monasterio degisse censendus est. Nam chartis archivi huius coenobii usus, conscripsit brevem libellum, apto sed non tam simplici sermone*[6], *post mortem*

1) Cf. Gesta episc. Camerac. II, 25, SS. VII, p. 460.
2) Nomen auctoris Iacobus de Guisia *Thomellus* scribit.
3) Hae sunt inscriptiones capitum sequentis libri.
4) Maxime quae c. 18. de malis moribus abbatum dicuntur. Sed hoc caput postea additum est.
5) Nusquam Hasnoniense coenobium suum nec abbatem fratresque suos profitetur. Cum aliquoties coenobium 'hunc locum' dicat, 'hunc' nonnisi 'de quo dicimus' intelligendum esse videtur. Verba prologi: *Unde animum induxi, quidquid imperaveris, acsi divinitus imperetur, obaudire,* minime monachum Hasnoniensem indicant, qui iam voto monachali ad obedientiam abbatis astrictus fuisset; verbis vero: *Succurrunt et labori meo orationes fratrum Hasnoniensium sub cura tua in castris Christi arma iustitiae gerentium,* apertissime indicare videtur, ipsum non inter hos fratres fuisse (R. Wilmans quidem eadem verba attulit, ut eum monachum Hasnoniensem probaret). Non tam incredibile est, auctorem catalogi ex lectione Historiae Hasnoniensis coniecisse quae de Tomello monacho Hasnoniensi scripsit. Primus Iacobus de Mavilla, de quo mox dicetur, et recenti tempore fere omnes, ut Martene et 'Hist. litt. de la France' VIII, p. 145. contenderunt, Tomellum secretarium Balduini VI. comitis fuisse; sed hoc nonnisi ex eo effecisse videntur, quod c. 8. dicit, se Balduini comitis familiaritate usum esse; in eius chartis Tomellus non occurrit. Falsam hanc coniecturam b. m. R. Wilmans optimo iure refellit.
6) Vergilii, Horatii et Terentii carmina eum legisse, locutiones eorum repetitae probant. Saeculi more terminationibus consonantibus ('Reimprosa') studet.

Balduini VI, vivente Rotlando abbate, i. e. inter a. 1070—1084. *Cap.* 18. *vero post huius abbatis mortem ab ipso auctore, ut videtur, additum est*[1]*; capituli* 17. *alteram partem, quae ex Sigeberti Auctario Hasnoniensi exscripta est, multo postea insertam esse, apparet.*

Editionis nostrae subsidia fuere:

1) *Editio Marteniana, Thes. anecd. III, p.* 777 *sqq., qui codice abbatiae Hasnoniensis usus est, nunc quidem latente, qui vero forte quondam ex absconditis thesauris bibliothecae Philippsianae emerget. Saeculo XV. demum exaratus fuisse videtur*[2].

2) *Iacobus de Guisia libellum fere integrum Annalibus suis Hanno-niae, vix verbo mutato, inseruit*[3] *lib. XV, cap. III—XX, ed. M. de Fortia XI, p.* 26—76, *quibuscum codicem quem dicunt Iacobi autographon, Valentianensem nr.* 578, *olim fratrum Minorum recollectorum Valentian., mbr.* 4°, *saec. XIV. ex.*[4], *t. III, f.* 3—6', *b. m. I. Heller contulit, quo non pauci loci editionis Martenianae emendari potuerunt*[5].

3) *Iacobus de Mavilla monachus Hasnoniensis saec. XVII. Tomelli libellum fere integrum*[6] *descripsit et ita inscripsit:* Liber primus de fundatione et restauratione Hasnoniensis coenobii authore Tomello Balduini cognomento Montani Flandriae et Hannoniae comitis secretario, ex vetustissimo ms. codice eiusdem coenobii depromptus, qui dividitur in duos tractatus. Stylum nonnihil expolivit N. Iacobus de Mauville predicti coenobii religiosus[7]. *Huius apographum continet codex Valentianensis nr.* 484, *chart.* 4°, *saec. XVII*[8], *quem b. m. I. Heller contulit, sed non multum utilitatis affert, cum saepe verba, ut ipsa profitetur, mutaverit, nonnulla addiderit, quae ut inutilia silentio praetermisimus.*

Tomelli loci in Sigeberti Auctario Hasnoniensi[9] *et in Flandria generosa ampliata*[10] *exscripti sunt, quos ad lectiones veras stabiliendas ascivimus, plerumque Iacobi de Guisia lectionem confirmantes. Fragmenta editionis Martenianae dedit Bouquet, SS. R. Gall. XI, p.* 108 *sqq. Integram repetiit Migne, Patrol. Lat. CXLVII, p.* 587 *sqq.*

Rationem verborum scribendorum codicum recentiorum secundum morem saec. XI. emendavimus. Attulimus quaedam a b. m. R. Wilmans editionem praeparante annotata atque etiam praefatione ab eodem conscripta usi sumus.

Teste Iacobo de Guisia (I, 34. *VI,* 22) *Tomellus quidam, quem nostrum fuisse nemo dubitavit, aliud opus deperditum 'Gesta Ostrevanensium' inscriptum composuit, quantum ex Iacobi allegationibus cognosci potest, ineptis fabulis plenum*[11].

Martenium secuti Tomelli libello opusculum subiunximus de lite inter abbatias S. Amandi Elnonensem et Hasnoniensem agitata, cum abbates Hasnonienses in fluviolis Scarpi et Hartinio molendina exstruere conarentur, quod

1) Ex verbis in fine huius capitis: *Sed haec .. sapientioribus discutienda relinquimus, dummodo prosequi festinamus, quae dicere intendimus,* coniiciendum est, auctorem aut sibi proposuisse, ut plura adderet, aut re vera plura conscripsisse, quae deperdita sint; quod vero minus probabile videtur. 2) Huius solius saeculi litterarum formae tales sunt, ut Martene *Ubellula, Ubanercinium* pro *Wellula, Wavercinium* legere potuerit. 3) Cf. R. Wilmans, 'Arch.' IX, p. 365. 4) Cf. Mangeart, 'Catal. des mss. de Valenciennes' p. 569 sq. 5) Ex codice Parisiensi nr. 5995, vol. III, p. 7 sqq. V. Cl. Schweitzer quaedam enotavit. 6) Non habet capituli 17. partem alteram et cap. 18. postea addita. 7) Subiunxit 'Miraculum quoddam sancti Donatiani archiepiscopi Remensis in secunda dedicatione Hasnoniensis coenobii factum', editum apud Surium V, p. 759. 8) Cf. Mangeart l. l. p. 490. 9) SS. VI, p. 441. 10) Ed. Warnkönig, Corp. chron. Flandr. I, p. 50. Cuius nos vero codicem optimum Monacensem Lat. nr. 23583. adhibere potuimus. 11) Cf. Wilmans, 'Arch' IX, p. 326 sq.

abbates S. Amandi prohibebant, ne navigium hominum suorum victualia ad monasteria de praediis advehentium impediretur. Conscripsit monachus quidam S. Amandi non multo post litem a. 1093. *compositam. Quod b. m. I. Heller emendavit ex codice*

1) *Valentianensi nr.* 388, *olim S. Amandi, mbr. saec. XII, ubi post Apuleii Periermenias f.* 58 *sq. accurate exaratum est;*

cum Martene huius tantum apographo usus sit[1], *quod exstat in codice*

2) *Valentianensi nr.* 473, *olim S. Amandi, saec. XVII.*

O. Holder-Egger.

INCIPIT[a] PROLOGUS TOMELLI DE FUNDATIONE HASNONIENSIS COENOBII AD ROLLANDUM ABBATEM PRIMUM POST RESTAURATIONEM.

Licet divitias huius seculi prima mortales putent, divitiae tamen salutis sapientia et scientia ac timor Domini ipse est thesaurus eius. Quem se thesaurum in vasis fictilibus habere apostolus gloriatur, quia conservata in humili corde sapientia omni[b] principum (2. Cor. 4, 7) huius seculi maior est potentia. Hanc, venerande pater Rollande, posthabitis sapientibus et conquisitoribus huius mundi, in te amplector et veneror, cuius senectus venerabilis et diuturna, non annorum numero computata, sed omnium virtutum facetiis[c] ornata; cuius imperio parere est imperium parare, tibique humiliter subesse est non sine gloria preesse. Unde animum induxi, quidquid imperaveris, acsi divinitus imperetur, obaudire et ad nutum tui[d] totis animi et[e] corporis passibus ire. Novi enim te matre virtutum[2] omne quod agis temperare, ut et sit quod fortes cupiant et infirmi non refugiant. Exigis a me antiquam Hasnoniensis[f] coenobii constructionem novo stylo cudere passimque in archivis divisam in unum volumen colligere, quantumque divae memoriae marchio Balduinus beneficium eidem loco[g] nostra aetate indulserit, subscribere. Iubenti[h] quippe tanto viro obaudire constat, ut dixi, gloriosum; sed imparem operi manum ponere non modice laboriosum. Sed me sub fasce gradientem baculus tuae[i] sustentabit sanctitatis, cumque extremam operi manum dedero, tui sit muneris, si placeo, tuae correctionis[k], si displiceo, dum unum auctoritate probes, alterum oratione robores. Succurrunt[l] et labori meo orationes fratrum Hasnoniensium sub cura tua in castris Christi arma iustitiae gerentium, quibus in ore numquam dormitat oratio, in corde dilectio, in virtute numquam languescit operatio. Quibus caudam hostiae in sacrificio[3] et cum Ioseph talarem tunicam[4], hoc est opus bonum usque ad consummationem, et votis exopto et precibus exoro.

TOMELLUS[m] DE FUNDATIONE HASNONIENSIS COENOBII.

De[n] Iohanne viro illustri eiusque sorore Eulalia primis fundatoribus. Caput 1.

Dicturus[o] fundationem Hasnoniensis loci, res postulat temporibus et personis loco accommodis[p] uti; id enim grammaticis cum oratoribus commune est, locum, tempus, personam in cunctis adtendere negotiis. Locum, inquam, qui fundatus, tempus, quando fundatus, personas, quibus[q] constat fundatus. Et primum os in laudem fundatoris prefati loci aperiam; deinde qualiter eisdem[r] sit fundatoribus constructus, quod potero, referam. Nec[s] habebit his in scriptis me auctorem quodlibet scriptum fallaciter fictum, quia quicquid dixero ex archivis eiusdem monasterii comprobare[t] promptum habeo. Habebat ecclesia pretiosum dominici diadematis lapidem, Iohannem scilicet[u], [opere[v]], genere et virtute illustrem[w], perfectissimum laicum, perfectis etiam sacerdotibus[x] imitabilem; perfectissimum, inquam, quia dominicae voci paruit dicenti: *Si vis perfectus esse, vade et vende omnia quae* (Matth. 19, 21.)

a) *prologus deest* 2; Reverendo in Christo domino Rollando abbati Hasnoniensi Tomellus s. d. 3. b) omnium 3. c) insignibus 3. d) tuum 3. e) ac 3. f) coenobii vestri 3. g) coenobio 3. h) Habenti 3. i) tuus 3. k) correctioni 3. l) Succurrant 3. m) Thomellus historiographus *(l. XV, c. 4)* 2; Tomellus — coenobii *des.* 3. n) *haec rubra cap. deest* 2, *reliquae mutatae sunt.* o) Scripturus 3. p) ac c. 1. q) a q. 3. r) ab e. 3. s) Non 1. t) comprobari 1. u) *deest* 3. v) *deest* 1. 3. w) insignem et 3. x) laicis 1.

1) Mangeart p. 380 sq. 482. — Ex hoc codice Martene ineptam libelli inscriptionem *De fundatione monasterii Hasnoniensis* sumsit. Sed re vera de fundatione huius coenobii quaedam a Tomello non tradita monachus S. Amandi narravit. 2) i. e. caritate. 3) Cf. Lev. 3, 9. 4) Cf. Gen. 37, 23.

habes et da pauperibus, et veni sequere me. Quod quali[a] affectu effectui mancipari[b], in subsequentibus[c] palam constabit. Habuit sane in consortium suae probitatis sororem carne et spiritu non inferioris bonitatis, nomine Eulaliam. Sed quibus parentibus originem duxerint[d], et quas personas germanitatis vinculo habuerint, qualiterque per eos exordium Hasnoniense coenobium ceperit, facile agnitu in subsequentibus erit[1].

De coenobii Hasnoniensis constructione eiusdemque sacrosancta dedicatione. Caput 2.

Erat prefato Iohanni sicut egregia stirpis claritudo, ita et magna patrimonii amplitudo; qui Christum in terris subscribere decrevit heredem, ut se Christo[e] in caelis faceret coheredem, et funiculos hereditatis terrenae in temporalibus angustans ac in caelestibus
Ps 15, 6 preclare dilatans, illud cum psalmista dicere posset: *Funes ceciderunt mihi in preclaris, etenim hereditas mea preclara est mihi.* Fuerat tunc Hasnonium ampli patrimonii eius quaedam portio, futura non[f] postmodum[g] per eundem illustrem virum servorum Dei mansio, quae in pago Austrebanto Scarbin[h,2] adiacet fluvio, in qua[i] ut coenobium Deo construeret, sibi sororique suae Eulaliae iam memoratae consulto[k] convenit; et tantae devotionis affectum effectus sequitur, tandemque Deo cooperante perficitur. Coeptum est autem hoc opus anno
670. humanati[l] Verbi sexcentesimo septuagesimo, Theoderici regis, filii[m] Hlodovei[n] regis et Balthildis[o] reginae, anno 4[3]. Cumque[4] architector[p] extremam operi manum dedisset, evocato venerando Cameracensis ecclesiae antistite Vindiciano, Deo sanctoque Petro idem[f] locus adtitulatur pridie[q] Kalendas Maii[5]. Tum[r] sancta Syon sponso suo iuncta filios sanctae dilectionis peperit, per quos odorem virtutum late respersit, ita ut exultans dicere posset:
Cant 1, 11. *Cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem*[s].

De illustribus eiusdem coenobii fundatoribus ac rectoribus. Caput 3.

Ad Iohannem venerabilem[t] virum redeat oratio, qui causa et principium huic[u] fuerat coenobio et promissis[v] effectum daturus. Quibus his[w] parentibus originem duxerit quosque

a) tali 1. b) mancipavit ut 1. c) conseq. 1. d) dixerint 2. e) in c. Chr. 3. f) *deest* 3. g) post multum 1. h) Scarpę 3. i) quam 3. k) *deest* 1. l) humanitati *corr.* humati incarnati 2; V. incarnati 3. m) *post* reginae *ponit* 3. n) Clodovei 3. o) Badthildis 3. p) architectus 3. q) III. *Auct. Hasn.* r) Tunc 3; Tum — odorem *om.* 2. s) suum *add. Auct. Hasn.* t) vir. ven. 1. u) f. h. 3. v) praemissis 1. w) is 1; hic 3.

1) Eadem ac noster tradunt versus, quos saec. XI. compositos esse coniecerim, impressi apud Miraeum, Orig. Benedict. cap. 29, p. 142, repetiti apud Locrium, Chron. Belg. p. 65, et Le Cointe, Ann. eccl. IV, p. 255, quos hic adscribere iuvat:

Si cupis Hasnonii structores noscere templi,
Haec metra pertracta, sic succedent tua vota.
Inclyta progenies Eulalia sicque Iohannes,
Frater hic, illa soror, germani mente fideli
Huius praesentis statuunt fundamina templi,
Tunc humanati Verbi dum volvitur annus
Qui sexcentenus quoque septuagenus habetur.
Cunctis expletis advenit Vindicianus
Antistes Cameracensis templumque dicavit
Altithrono Domino, cuius nos lustrat imago,
Caeli clavigero, doctori gentis amoeno.
Desine mirari hic sexum duplicem famulari:
Namque Iohannis et Eulaliae praeclara propago
Coenobium rexit, coetum super aethera vexit.
Hic locus enituit rigidi servator honesti,
Usque dies Carli durans cognomine Calvi
Induperatoris, regis quoque Francigenarum.
Ipsius et coniunx Ermentrudis vocitata
Mundum despexit regni fastumque reliquit,
Huic domui sese tradens fit Martha, Maria
Otia sectando pia divinisque vacando.
Semine caesareo produxerat aequivocatam
Formosam natam, meritis tamen univocatam,
Quam secum nutriit consortem religionis.
Sic spreto mundo tegitur velamine nigro,
Moribus ornata fuit abbatissa creata.
Ast eius genitor post Carolus induperator
Coenobii matris prece dotes amplificavit.

2) Scarpe. 3) Theodericus III. demum a. 673. rex elevatus est, cum a. 670. Chlotario fratri defuncto in Neustria succedere debuisset, sed in monasterium retrusus esset. 4) Haec exscripta sunt in Auct. Hasnon., SS. VI, p. 441. 5) Hac de re affert Brasseur, Origines omnium Hannoniae coenobiorum (Montibus 1650) p. 32. inscriptionem, quae olim legebatur in ecclesiae Hasnoniensis sacello B. Mariae retro chorum: *Anno a partu Virginis* 670, *Theoderici Francorum regis quarto, a Ioanne domino Hasnoniensi et Eulalia, eius sorore, Autbaldi Austrovandiae comitis et Grimoarae comitissae liberis, constructum est geminum hoc coenobium monachorum et monialium; templumque eius in honorem Dei et sancti Petri apostoli pridie Calendas Maii consecravit sanctus Vinditianus Cameracensis episcopus. Dederunt coenobitis Hasnonium cum omnibus appenditiis.* WILMANS. Sed haec et sequentes inscriptiones, quas Brasseur affert, nimis recentis aetatis esse videntur. — Cf. dipl. Philippi regis, Miraei Opp. dipl. III, p. 305. Le Cointe, Ann. eccl. IV, p. 254, et Mabillon, Ann. I, p. 550, ecclesiam a. 691. dedicatam esse contendunt, quia hoc anno Apr. 30. dies dominica erat, sed idem fuit a. 674. 685.

germanos vel germanas habuerit, scriptis signabo. Hic Autbaldo patre et Grimoara matre ortus, germanos habuit Aldonem, Autgangum, Adalboldum[a], Adalardum, germanas vero Eulaliam, Bertrudem et Adalwaram[b]. Habuere hi[c] avunculum nomine et merito Deodatum. Hique[d] viri et feminae misericordiae, quorum iustitiae oblivionem non acceperunt, Spiritus sancti fervore concepto pepererunt virtutem, per quam facultatibus propriis se[e] spoliaverunt locumque hunc egregie ditaverunt; quorum primus Iohannes cum Eulalia, sorore sua, locum hunc construens honorifice rexit sanctisque tam rerum suarum quam virtutum provectibus[f] in altum erexit. Cui frater Aldo succedens, relictis rebus coniugeque Oedila[g], deposita coma capitis, castris se Christi militem eodem in loco adscripsit. Qui, sicut virtutum ascensus[h] in corde suo disposuit, ita per ecclesiasticos paulatim[i] gradus ascendens, presbyterii honorem obtinuit, quem sanctis actibus usque ad consummationem vitae decorabilem reddidit. Et ut omnem rectorum eiusdem loci lector inveniat successionem, hanc ab archivis sumptam legat descriptionem. cf Ezech 33, 13

Commemoratio rectorum huius loci. Caput 4.

Iohannes abba et Eulalia, soror eius, tenuerunt regimen Hasnoniensis coenobii annis 17.

Aldo presbyter, frater predicti Iohannis, annis 40. At[k] Bertrudis, soror eius, cum eo annis 20. Sigebolda[l], soror prefati Aldonis, tenuit cum eo regimen annis 8. et post eius discessum[m] annis[i] 4. Adalwara[n], item soror predicti[o] Aldonis, annis 10.

Savericus annis 31. Gundrada, filia predicti Saverici, annis 12.

Geroldus annis 6.

Hrotfridus[p] annis 26.

Martina annis 13.

Waltoarius[q] anno uno et semis[r].

Alpaidis anno uno.

Amadeus annis duobus et semis.

Audulfus[s] annis 7 et[t] semis[1].

Algintrudis[u] annis 10.

Ermentrudis imperatrix[v] et regina[2] cum filia item Ermentrude annis 9[3].

Colliguntur in summa anni centum nonaginta quatuor[4]. His rectoribus multa per tempora[w] locus hic in dies processit et ad usque ultima Karoli Calvi tempora rigidi servator honesti[x] permansit. Nec lectorem moveat, utriusque sexus personas eidem loco prefuisse, geminam quippe in duobus monasteriis monachorum ac sanctimonialium catervam constat fuisse. Cuius rei fidem hinc[y] collatione similium, hinc[z] testimonio veterum facile fieri constat. Et maior quippe eo loci divina gratia fuerat, quod Dei in utriusque sexus ore gloria sonuerat.

Quod Ermentrudis reginae petitio eundem locum Karoli Calvi munificaverit beneficio. Caput 5.

Prefata namque Ermentrudis regina[a] nobilitatis titulo egregie pollebat, quem meritis et sapientia egregius decorabilem reddebat, adeo ut in fascibus imperii humilem mirareris ac[b] in humilitate reginam venerareris[c]. Nec magni habuit sine humilitate et karitate regnare, quibus alis de terrenis ad caelestia didicit evolare[5]. In consortium proinde suae virtutis carne et spiritu pepererat filiam nomine sibi aequivocam, sed meritis univocam[6], quam verbis et exemplis docuit ac ad totius bonitatis unguem instituit. Quorum virtus adeo excrevit,

a) Adalbodum 1; Adolbaldum 2. b) Adalunaram 1. 2? c) et hii 3. d) que *deest* 2. 3. e) *deest* 2. f) proventibus 1. g) Dedila 2. h) assensus 2. i) *deest* 1. k) *deest* 3. l) Sigeboda 3. m) decessum 1. n) Adalunaria 1; Adaluara 2. o) dicti 1; predictorum soror 3. p) Hrofridus 2; Grotfridus 3. q) Walctarius 2. r) dimidio 3. s) Adalulfus 1; Audulphus 2. 3. t) cum 3. u) Algnitrudis 1. v) i. et *des.* 2. w) p. t. *des.* 2. x) p. h. 3. y) huic 1. 2. 3. z) *deest* 1; huic 2. 3. a) *deest* 1; regine 2. b) ac — venerareris *des.* 1. c) veneraris 3.

1) *Tempore persecutionis Nordmannorum cladibus moeroreque affectus obiit a.* 880. teste ad eius effigiem scripto. Brass. p. 33. WILM. 2) Uxor Karoli Calvi. 3) Tertia inscriptio ap. Brass. p. 33: *Serenissima Ermentrudis regina anno a religionis ingressu secundo, una cum filia Ermentrude nona et ultima Hasnoniensium abbatissa statum monasterii summa prudentia et authoritate annis* 9 *administrata, moritur a.* 864. *et in dominarum oratorio sepelitur.* WILM. Sed mortua est a. 869, sepulta in monasterio S. Dionysii; Hincm. Ann., SS. I, p. 486. 4) Summa annorum abbatum est 131½, abbatissarum 104. Quomodo hanc summam effecerit auctor, ignoramus. 5) Cf. secundam inscriptionem sacelli iam dicti ap. Brass. p. 33: *Anno D.* 858. *praesidente Algitrude* 8. *abbatissa, Ermentrudis regina, propria Caroli Calvi uxor, spretis mariti amplexibus, liberis mundique gloria, una cum Ermentrude filia, pietatis ergo coetui monialium adhaesit.* WILM. Sed hoc plane falsum est. 6) Cf. p. 150, n. 1, v. 22 sq.

ut, relicta seculi pompa, se mundo, mundum[a] sibi crucifigerent[b] prescriptoque in loco feminae in castris dominicis milites fierent; locumque hunc tum consilio[c] tum rebus ditavere atque[d] tam regali munificentia quam privilegio corroboravere. Habebat tunc in sceptris Francia primum principem sui[e] Karolum augustum cognomine[f] Calvum, apud quem saepe memoratam Ermentrudem plurimum posse, hinc nobilitas, hinc probitas ipsius habuit efficere. Unde etiam petitione ipsius regia se maiestas huic loco inclinavit, quem et munificentia ditavit et[g] privilegio decoravit, roboravit. Nec pigebit ex archivis eiusdem monasterii prescripti regis privilegium hic supponere ac legentibus super his quae dicimus fidem facere.

Ad tutandum idem coenobium sumptum ex archivis Karoli Calvi privilegium. Caput 6.

In[1] *nomine sanctae et individuae Trinitatis Carolus misericordia Dei imperator augustus. Si servorum Dei utilitatibus subveniendo conferimus*[h], *profuturum nobis hoc ad aeternam beatitudinem fore, nullo modo ambigimus. Quapropter noverit omnium sanctae Dei ecclesiae fidelium nostrorumque tam presentium quam et futurorum industria, quoniam fratrum et sororum necessitatibus in coenobio Hasnonie*[i] *nuncupato, videlicet sito in comitatu Attrebatensi*[k], *in pago Ostrebanto, super fluvium Scarbin*[l], *sub tutela sancti Petri apostolorum principis Deo*[m] *militantium subvenire cupientes, eorum indigentiis per Ermentrudem, filiam nostram, abbatissam patefactis, decernimus per eiusdem Ermentrudis deprecationem nostrae altitudinis precepta eis confirmari, quatenus per nostram munificentiam ad augmentum et utilitatem eorum ea perpetualiter possideant, quae inferius descripta habentur. Concedimus igitur memorato coenobio infra ipsum monasterium mansos duos et cambas duas silvamque*[n] *unam et*[o] *insuper de silva abbatis, unde possint sexaginta porci saginari, necnon et*[m] *in predicto pago villam Azinium*[2] *cum omni integritate, exceptis tribus mansis; denique in ipso pago Azinium quod est super fluvium Scaldum*[p] *cum omni integritate, exceptis mansis quinque cum molendinis duobus, cum camba una et pratis duobus. Pari etiam*[q] *tenore largimur in prefato pago Ostrebanto villam Wavercinium*[r.3] *cum omni integritate, necnon*[s] *in ipso pago in Scaldinio*[t.4] *dedimus eis mansos octo*[u]. *De ipsis quoque tenet per nostram iussionem Gotramnus*[v] *quatuor, deprecante prefata abbatissa, quamdiu vixerit. Postea vero recipiantur ad opus fratrum. De cetero in comitatu Tardanensi*[w.5] *villam Anciacum*[x] *sitam*[y] *super fluvium Wellula*[z.6] *cum mansis* 11; *necnon et de omnibus villis totius abbatiae omnem decimam pleniter statuimus largiendam. Et si non suffecerit ad usus fratrum seu sororum, ex*[a] *indominicato*[b] *cuncta necessaria suppleantur. Et ut hoc per omnia tempora inviolabiliter maneat*[c], *manu propria subterfirmavimus*[d] *et anuli nostri impressione insigniri iussimus. Signum Caroli gloriosissimi imperatoris augusti. Odacrus notarius ad vicem Goselini*[e] *recognovit et subscripsit. Datum* 5. *Idus Iulii*[7],
877. Iul. 11. *indictione* 10, *anno* 38. *regni domini Caroli regis in Francia et imperii eius* 2. *Actum Cariziaco*[f] *palatio imperiali in Dei nomine feliciter. Amen.*

Quod idem locus divina diu religione floruerit, sed paulatim ad tempora usque Balduini sexti[g] marchisi tepuerit. Caput 7.

His regalibus tam privilegiis quam munificentiis prescriptis locus roboratus, quodque[h] his incomparabiliter pretiosius est, accipiens a Deo pignus Spiritum sanctum[i], piae conversationis iocunditate diu mansit honestatus. Sed abundante iniquitate, dum refriguit karitas multorum, religio sancta facta est virtus paucorum. Nam quoniam[k] tempora, ut
2.Tim.3,1.2. scriptum est, imminere[l] periculosa, erantque, immo[m] sunt homines se ipsos amantes:

a) mundumque 3. b) crucifixerunt 3. c) consiliis 1. d) atque — corroboravere *des.* 3. e) *deest* 3. f) agnomine 3. g) et — roboravit *des.* 1; decor. *deest* 3. h) bona conf. 3. i) Hasnone 3; Hasnon *M.* k) Atreb. *M.* l) Scarbum 1; Scarpę 3; Scarpin *M.* m) *deest* 1. n) que *deest* 3. o) insuper etiam 3. p) Scandum 1; Scaldim *M.* q) in 2; *deest M.* r) Ubanercinium 1; Wavercinum 2; Wavercium *M.* s) et *add.* 2. t) Scandinio 1. u) o. m. 2. *M.* v) Gotrannus *M.* w) Taruanensi 3. x) Aniciacum 1; Auciacum *M.* y) situm *M.* z) Ubellula 1. a) et ex 1. b) dominicato 1; *deest, spatio vacuo rel. M.* c) permaneat *M.* d) subscribi firmavimus 2. *M.* e) Gosselini 2; Gozelini 3. *B.* f) Carisiaco 1. *M.* g) *deest* 3. h) quoque 2. i) fratrum 2. k) cum 3. l) imminerent 3. m) i. s. *des.* 3.

1) Hoc diploma impressum est: Miraeus, Donat. piae p. 53; Opp. dipl. I, p. 32, c. 22; qui id forte ex Iacobi de Guisia Ann. sumsit; Bouquet, SS. R. Gall. VIII, p. 662; Böhmer, Reg. Car. nr. 1812. Miraei varias lectiones annotavi. 2) Anzin prope Valenciennes. 3) Wavrechain-sous-Denain ad Scaldim fl. inter Bouchain et Valenciennes. 4) Escaudain prope Bouchain. 5) Le Tardenois inter fluvios Axonam et Matronam. 6) Vesle, qui Axonae fl. influit. 7) *Iunii* legendum esse censet Böhmer, Reg. Car. nr. 1812.

quanto quique religionem professi ad exteriora vagantur, tanto in interioribus[a] infirmantur. Unde et hac occasione locus Hasnoniensis a magna qua[b] diu[c] floruit religione paulatim decessit, dum modica spernendo honesti modum rigoris negligenter excessit. Iam canonici eiusdem loci canonicis sanctionibus adscripti[d], ne dicam intenti, quibus dedit Dominus regiones[e] gentium et labores populorum, ut custodirent iustificationes eius et legem eius requirerent, stipendiis[f] sacrosancti loci gratis sine fructu laboris alebantur, dum alius in villam, alius in negotiationem, hic curiositati, ille voluptati foras rapiebantur[1]. Cuius vitii morbus in dies excrescens, domum Dei eo loci ab omni religione vacantem ad interitum usque animarum corrupit, simul et ad tempora usque Balduini sexti gloriosi marchysi corruptioni finem non dedit. Ps 104, 44 45

[SECUNDUS[g] TRACTATUS TOMELLI DE RESTAURATIONE COENOBII HASNONIENSIS.]

De sexti Balduini marchysi temporibus eiusque dignae memoriae moribus[h]. Caput 8[i].

Quia Balduinum nobis occasio rationis obtulit — Balduinum inquam, quem a Balduino Ferreo sextum sexta haec nostra aetas meruit —, non abs[k] re est quaedam virtutum eius ornamenta exemplo bonis principibus sufficientia in medium proferre[l], ex multis pauca, sed ex magnis magna, ut moris est astrologis spaeram[m] caeli in arcto depingere. Primis[2] hic tyrocinii annis in aula imperiali sub Henrico imperatore educatur, coaevis quos aula tunc habebat honore[n] prerogatur amicis, amore aequatur. Deinde fortioribus annis, aetate cum tempore adolescente, Nerviorum[3] comitatum, licet imperiali maiestate non inoffensa, subintrans[4], 1051. belli in hostes, pacis in cives potentissimus claruit. Habebant hunc pauperes, orphani, viduae patrem, monachi exemplar religionis, afflicti scutum tuitionis, adeo ut mirareris, eundem in laico habitu pollere principem regni et latuisse pauperem Christi. In sacrosanctis missarum solempniis ad Deum, quasi obtutibus suis visibilem, totum se animo et corpore fixum dedit, in oratione Deo colloquium, hominibus prebens silentium. Habebat proinde secum inter agenda eadem missarum solempnia pauperes pro se ad Deum intercessores, quibus post oblationem sacerdoti exhibitam elemosinas dispartiens[o] pro Christo, Christo[c] in pauperibus offerebat[p]. Habes me huius rei testem, o lector, quicumque es, si tamen de minus[q] ydoneo teste non dubitas, qui dum lateri suo, ut saepe dignatus est, familiarem familiariter me applicuisset, audivi eum pauperes secreto, ut missarum sacrosanctis mysteriis secum sibi interessent, invitasse; quibusdam vero, finitis missarum laudibus, dum stipem peterent, quia neglexerant interesse, tacite improperasse; nec eo solo, dum[r] omni etiam res poscebat, tempore elemosinis nunc clandestinis, nunc publicis per se et per alios insudabat. Fame vero ingravescente, et largiori indigentibus manu distribuit et regni sui coenobiis pensum id adscripsit, ut ex propriis stipendiis consultius pauperum prospicerent refrigeriis.

Ante[s] diem clauso componet vesper Olympo, Verg. Aen. I, 374

quam virtutes eius aut stilus aut sermo aequabit. Id tamen aggredimur dicere, Hasnoniense coenobium qualiter per eum ex veteri novum, ex neglecto in melius elaboratum coeperit surgere.

Quod super huius loci restauratione divina admonitus sit revelatione. Caput 9[t].

Cum a gratissima pueritiae suae indole[u] adolescentiae ingrederetur annos, languore gravi non solum ad lectum, sed[v] ad desperationem usque corruit; et sicut facile patri spem

a) inferioribus 1. b) a qua 1. c) *deest* 1. d) astricti 2. e) regionem 1. f) stipendii 3. g) *sic* 3, *ubi praemissum:* Finis primi tractatus; *haec des.* 1. 2. h) sanctis mor. 3. i) Caput I. 3; *hoc caput ante primum cap. positum* 2, *ubi inscriptum:* Thomellus de laudibus Balduini VI. machionis Flandrie. k) ab 2. 3. l) ponere 2. m) sph(a)eram 1. 3. n) *sic* 2. *Fl. gen.; deest* 1. 3. o) pauperibus *add.* 2. p) offerens 3. q) minus de yd. 1. 3. r) solo; sed omni d. r. p. 2. s) *sequentia usque ad finem cap. des.* 2. t) II. 3. u) Balduinus *in rasura* 2. v) sed etiam 2.

1) Quinta inscriptio apud Brasseur p. 34: *Anno Christi* 880, *a monasterio condito* 210, *praefecturae Ermentrudis nonae et ultimae abbatissae secundo, a Nordmannis et Danis ferro et igne destructum est. Tranquillitate postmodum reddita, quidam monachi proprias sedes repetentes, canonici facti sunt usque ad restaurationem.* 2) Sequentia in Flandria generosa ampliata, ap. De Smet, Corp. chron. Flandriae I, p. 50, sqq. exscripta sunt. 3) i. e. Hannoniae. 4) Henricus III. a. 1054. contra Balduinum comitem Flandriae et eius filium bellum movit, cum concedere nollet, ut hic cum Richilde, filia haerede, Hannoniam acciperet.

et gaudium sui quoad vixit et valuit, sic timorem non sine dolore eidem[a] aegrotus suscitavit, adeo ut hinc filii languore, hinc patris moerore omnem curiam doleres condolere[b]. Sed tanto huic periculo inclinatis caelis, inclinavit se divina miseratio, sanctorumque Marcellini et Petri cum sancto sanctorum visitatio, quae et languoris in filio et moeroris in patre abstersit incommodum. Nam aegroto semivigilanti prefati martyres visi sunt astitisse et in haec consolationis verba prorupisse: 'Hac aegritudine te posse liberari noveris, si te futurum Hasnoniensis loci renovatorem voveris[1]'. Mansit tunc temporis eo loci[c] in castello[d] Winthericus[e] quidam, non minus vitiis quam[f] divitiis abundans, in utroque perversus, dum in uno eorum posset esse utcumque bonus; in uno eorum[g] enim quemcumque[h] possessorem semper malum, in altero saepe contingit[i] esse bonum. Nam omnis circumquaque regio tali viro quasi peste laborabat, et pro afflictione sua totius terrae[k] illius vox ad Deum clamabat. Et ecce! in eadem[l] hac revelatione martyrum suorum recor-
cf Thren 2,1. datus est Dominus scabelli pedum suorum; nam prefato Balduino aegrotanti ac semivigilanti sancti quos prescripsimus martyres adiecerunt inculcare, ut Winthericum, nomine et actu contrarium regno[2], compelleret inde migrare. Hanc revelationem Bruchii[3] factam, quia fidelium relatu didicimus, fidelem fideliter credidimus[m] credentesque scriptis tradidimus.

Quod eundem locum patris munificentia impetraverit, sed admonitionis divinae immemor fuerit. Caput 10[n].

Erat eo revelationis tempore gloriosus marchysus Balduinus assidens filio, qui iam conclamatus iacebat, cui ad observandum extremum spiritum velut iam iamque exiturum cereum ardentem pretendebat; sed filius diu oculos in extasin simul et languorem clausos aperuit, linguam in[o] verba balbutientia potius vix movit quam composuit, patrique blandis se[p] sermonibus super salute sui[q] sciscitanti, quid viderit, retulit. Adiecit insuper, se salutis suae posse fieri compotem, si se voti sui divina inspirati[r] revelatione pater faceret compotem. Cumque salutis filii pater tantopere cupidus, quid voto sibi sederet, requisisset sollicitus, ut Hasnoniensem locum sibi dono conferret, rogavit et impetravit. Nam circumstantibus quibusdam curialibus, quos marchysus ad spectaculum sui moeroris admisit, cereum ardentem filio in manus dedit, quo ei Hasnonium velut adstipulatione subnixa donativum fecit. Erat cernere uno eodemque momento filium a patre donativum et a sanctis morbi[s] remedium suscepisse recidivum[t]. Exinde in dies paulatim meliusculus[u] convaluit, plenumque gaudium multis ipse fuit, dum plenam aeque salutem iam sanus obtinuit. Sed ut saepe solet lubricis cum salute carnis subrepere infirmitas mentis, ado-
cf Eccli 11,27. lescens marchysus in die bonorum factus immemor malorum, dum portum corporeae subit salutis post naufragium languoris, divinae quam viderat obliviscitur visionis.

Quod ictu belli sauciatus et de vita periclitatus, divina rursus visione super hoc loco sit commonefactus. Caput 11[v].

Succedenti tempore ad robur virile provectus, cum Nerviorum comitatum[w], ut prescripsimus[4], esset adeptus, flammantis discordiae flagellum immite inter orientales[5] et Flandrenses movit bellum. Unde Balduinus gloriosus marchysus, accitis quas poterat co-

a) idem 3. b) ℊdolore 2. c) *sic* 2. *Fl. gen.;* loco 1. 3. d) *sic* 2. *Fl. gen.;* in c. *des.* 1. 3. e) Witheric. 2 *semper.* f) quod 1. g) en. eo. 2. h) quemque 1. i) contigit 1. k) ill. ter. 2. l) h. e. 2. m) credimus 3. n) III. 3. o) ad 3. p) *deest* 3. q) sua 3. r) rev. insp. 3. s) r. m. 2. t) redivivum 1. u) meliuscule 3. v) IV. 3. w) ut pr. com. 2.

1) Balduinus in charta data a. 1065, Gall. christ. III, Instr. p. 82, nr. 8, sic scribit: *Ego Balduinus, filius Balduini, Philippi regis Francorum procuratoris et baiuli, futurae posteritati . . . huius conscriptionis paginam curavi transmittere, qualiter omnipotentis et clementis Dei patientia et benignitas me in gravi mei corporis invaletudine visitaverit et super restauratione Hasnoniensis coenobii, in honore beati Petri apostolorum principis olim constructi et a viris nobilibus sublimati vel ditati, nunc negligentia vel depopulatione tam laicorum quam clericorum ad nihilum pene redacti, me per visum monuerit. Quod scribo non accepi ab homine, sed ipsum testor . . . Deum, monitus sum ab eo in nimia corporis mei aegritudine per beatos martyres Marcellinum et Petrum, qui infra septa requiescunt eiusdem basilicae. Hanc ergo admonitionem cum patri meo Balduino matrique meae ex ordine recensuissem, eorum salubri consilio aliorumque plurimorum abbatum, clericorum, laicorum exhortatione gratissima executurum me obligavi, et sic ab importabili quam patiebar molestia, misericordia Dei alleviante manum, evasi.* 2) Nomen interpretatur: *wider rîch.* 3) Brügge. 4) c. 8. 5) i. e. Lotharingos. Nam sequentia certe ad bellum pertinent, de quo Sigeb. ad a. 1055, SS. VI, p. 360, refert.

piis, Antverpienses fines, regni sui termino contiguos eoque magis infestos, aggredi parat; 1055. et divisis exercitibus, hinc navali, hinc equestri certamine, semet navibus, iuniorem marchysum Balduinum preesse voluit equitibus. Sed eodem iuniore marchyso equitatuum castra eo quo intenderat ducente et cum paucis, ut tunc eventus habuit, longiuscule a posterioribus castrorum iter agente, hostem[a] in insidiis succenturiatum[1] improvisus incidit seque suosque constanti audacia cum consilio, ut potuit, armavit. Cominus utrimque congreditur, bellum conseritur, gladiis iam, non missilibus, pugna geritur[2]. Cumque utrimque diu certatur, hostem fortiorem infestioremque Hubertum quendam marchysus invadit, sauciat, sauciatus et ipse deicit[b]; cuius deiectio et reliquos hostium fugae dedit et pugnam exemit. Manibus suorum iunior marchysus Gandavum vehitur ac non modicis diebus non modici vulneris languore affligitur[3]. Cumque iam pene de vita periclitaretur, divinae super Hasnonio revelationis per Salakonem sui olim tutorem admonetur; patrem, qui tunc moestus aderat, super hoc sermone quo potuit convenit; cum quo, ut Wintherícum, cui Hasnonium[c] tunc competebat, evocaret, consilium invenit. Evocatur, super concambio Hasnonii blande convenitur, sed diu postulantibus aures tantum, non assensum prebuit.

De castro Hasnoniense a iuniore Balduino igne cremato, sed denuo a Wintherico reaedificato. Caput 12[d].

Igitur saepe memoratus Balduinus, cicatrice vulnus obducente, convaluit, utque effectui divinam manciparet admonitionem, elaborare instituit. Sed quid ageret, qui[e] nulla ratione in prefato Wintherico nec obstinatam mentem nec surdas ad assentiendum, ne dicam ad audiendum, aures inclinare potuit? Victus[f] igitur rationis via, ex obliquo ad id quod voluit pervenire disposuit. Iuniorem itaque[g] fratrem Wintherici blanditiis [et[h]] premiis ad tradendum sibi castellum Hasnoniense clam suasit et, licet difficulter, tradendi pactum impetravit. Quo pacto potius quam armis armatus, cum non multis suorum copiis castellum ex improviso invasit incendioque delens solo coaequavit[i]. Sed, re gesta, marchysus consilium perdidit, quoniam ad votum res non successit. Nam Wintherícus, re comperta, traditionis etiam suspicione non incerta, astu quo calluit, nisu quo valuit, castelli sui dampna, velut illa recidiva Pergama, reparare instituit, affectus sui effectum invenit[k] reparando et marchysi consilium ad presens irritum fecit.

Quod Winthericus a proprio milite interemptus, humanis sit rebus exemptus. Caput 13[l].

Cum ergo nobilissimum comitem non solum nulla[m] voti sui sacies[n] cepisset, sed etiam quod gerebatur desperare coegisset, in se rediens, quod humano non potuit, divino impetrandum auxilio credidit; unde et per se et per alios ad aures Dei Sabaoth perpetuas preces perpetuabat, ut, sicut divina revelatione per martyres suos boni operis concepit affectum, ita inveniret effectum. Sed sicut promissio Veritatis, quae dicit: *Petite et accipietis*[4], *pulsate* Matth. 7, 7. *et aperietur vobis,* cassari non potuit, sic petitio in nomine Iesu petentium efficaciam non[o] habere non[o] potuit. Et ecce! mucro furoris Domini in verticem Wintherici evaginatur ictumque ad animam usque minitatur. Nam dum iter cum suis quadam die ageret, uni suorum adulterii crimen in dominam suam[5] intentione intentat[p]; a quo dum excusabilem facti repulsionem accepisset, nec sic vel sacramentis terribilibus satisfactus fuisset, eo res processit, ut duellum ab eo ante diludia sine dilatione posceret. Quod cum ille ab alio potius quam a domino[q], timore magis domini[r] quam intentati criminis, poposcisset, ille vero non solum non adquievisset, sed et militem armis impetisset, miles defensionis obtentu

a) in h. 1. b) deiecit 3. c) t. H. 2. d) V. 3. e) que 2. f) Virtus 1. g) namque 2. h) *deest* 2. *Fl. gen.* i) *sic* 2. *Fl. gen.*; equavit 1. 3. k) rep. inv. 2. l) VI. 3. m) ulla 2. 3. n) facies 1. o) *deest* 3. p) intendit 3. q) suo *add.* 3. *Fl. gen.* r) dominii 3.

1) Cf. Terent. Phorm. I, 4, 53 sq.: *ego in insidiis hic ero succenturiatus.* 2) Cf. Sallust. Cat. c. 60: *pila omittunt, gladiis res geritur.* 3) Balduinus in charta laudata sic pergit: *Processu vero aliquanto temporis cum ingratus Dei misericordiae iam neglectui vel potius promissa mea tradidissem oblivioni — non enim sentiebam quae sensi —, iterum gravis facta est super me manus Domini, incidi quidem in languorem gravissimum, quo non erat qui me speraret evasurum; recolligens igitur quibus olim me obligaveram et imputans peccatis meis, graviter flens et eiulans, quae ferebam, accitis iterum genitore meo et genitrice et aliis quam plurimis, iure iurando astrinxi me reinformaturum quidquid neglexerat reatus oblivionis.* Minime igitur dicit se vulnere laborasse. 4) Versus non recte laudatus est, sed compositus ex Ioh. ev. 16, 24. et Matth. 7, 7. 5) i. e. uxorem Wintherici.

dominum[a] confodiens prosternit sicque solo simul et morti dedit, et quem occultum Dei iudicium diu patiendo ad vindictam distulit, ei per arma militis vitam simul cum castello abstulit.

Quod Balduinus sextus marchysus castrum Hasnoniense invasit, incendio delevit, castrenses eiecit. Caput 14[b].

Facti fama volat et in auribus iunioris marchysi innotuerat. Rem laetus accipit, desiderii sui se fore compotem Deo adscribens, gratias agit, a quo impetrare meruit, quod ab homine non potuit. Sed veritus, ne desiderii sui lucrum perderet, si irrumpere mox castellum Hasnoniense differret, accitis quam[c] citius poterat armatorum suorum copiis, moras ipsorum ipse[d] preveniens, castrum invasit. Nec ad repugnandum facilis via consilii castrensibus fuerat, utpote principe destitutis, nec adeo vel loci vel armorum tuitione munitis, insuper, ne sibi consulerent, temporis necessitate preventis[e]; unde, quam difficile eis ad resistendum, tam facile marchyso fuerat ad insistendum. Irrumpens ergo castri loca, gladiis sibi suisque viam fecit; eiectisque sine sanguine castellanis, castellum omne igni dedit, cuius nihil reliquum fecit, insuper valli aggerem humili terrae instar aequoris coaequavit. Sicque securus de reliquo speluncam illam latronum mutata vice disposuit facere Dei domum.

De eiusdem loci canonicis a prefato marchyso callida benignitate conventis eorumque stipendiis redemptis. Caput 15[f].

c. 7 Erant eo in loco ea tempestate, ut prefati sumus, canonici solo nomine in castris divinis militantes, exterioribus plus iusto, interioribus minus iusto insudantes. Et quia viro clarissimo sedit animo canonicas consuetudines monasticis eo loci mutare, ut id salva utriusque ordinis pace fieret, in omne consilium diutina deliberatione descendit. Convocatis ergo nunc singulis, nunc omnibus[g], plerumque eos ad conversionem morum, interdum ad monachale propositum, postremo, ut stipendia sua vel concambiis vel premiis acceptis sibi traderent, hortatur. Sic serenissimi viri instans oportune importune labor improbus omnia vicit[h. 1], quaecumque sibi Spiritus sanctus voto inspiravit; et quamquam morosiori quam vellet labore ea quae sibi voto sederant efficeret, id tamen sat cito futurum, immo multis profuturum credidit, si sat bene. Quid multis morer? Valuit[i] tandem impetrare quod voluit. Adeptis enim a canonicis, salva pace eorum, stipendiis, tam locum quam loci propria sibi fecit propria, ut ea Deo servorumque Dei usibus adscriberet omnia.

Quod, canonicis inde migrantibus, locus idem monasticis adscriptus sit conventibus. Caput 16[k].

Cumque, ut diximus, locum illum Balduinus integerrime cum appendiciis suis possideret, utpote solus suorum suus, monasticis eum decorabilem reddere sanctionibus erat assiduus. Et primo paucis undecumque accitis monachis[2], stipendiis etiam ad victum vestitumque sufficientibus collatis loco illi, velut rudi infantiae primas ad ambulandum[l] viam mandatorum Dei informari fecit plantas, ut processu temporis monastica ibidem vita quasi fortioribus vigeret annis. Quod ut hostis humani generis vidit, mox invidit, et quia vires suas intellexit enervari, parat per hostes visibiles invisibilis ipse insidiari. Nam quosdam Wintherici prefati consanguineos, membra videlicet sua, in servos Dei concitat, qui vix manibus, nedum verbis iniuriam illorum temperarent, ut eos quoquo[m] modo exinde migrare compellerent; sed incassum in eos furebant, qui Deum protectorem habebant, citiusque telis araneae rumpebantur, qui fortioribus per Deum adamante insidias moliebantur.

De[n] loci Hasnoniensis in maiori elegantia constructione novaque solempniter dedicatione. Caput 17[o].

Quia coenobium illud cum officinis suis sufficere vix poterat coenobitis[p], amplificare illud placuit marchyso; caementariis undecumque accitis, animi affectum effectui manci-

a) suum *add.* 3. *Fl. gen.* b) VII. 3. c) quos 1. d) *deest* 1. e) praeventi 1. f) VIII. 3. g) canonicis *add.* 3. h) vincit 1. i) Evicit 2. k) IX. 3. l) ambulandam 1. m) quoque 1. n) *cap.* 18. *hunc praemittit* 2. o) X. 3. p) cenobatis 2.

1) Cf. Verg. Georg. I, 145: *labor omnia vicit Improbus.*
2) Balduinus ipse in charta laudata refert, a Lietberto episcopo Cameracensi ab ipso consulto monachos eo missos esse. Ex coenobio S. Amandi hos venisse, tradit auctor sequentis opusculi p. 158 sq.

parat et, surgentibus in brevi aedificiis, extremam operi manum consummarat. Contigit tunc[a] patrem eius[1] humanis rebus exemptum sibi successionis iure reliquisse regnum[b,2], 1067. et non multo post tempore, postquam omni favente curia plene ad regni[c] convaluit fastigia, placuit sibi Hasnoniense coenobium, operosa manu elaboratum, quibusdam convocatis[d] presulibus iri crismatum. Qui[e] negotio maturando tertium Iunii diem indixit, secundum a festo martyrum Marcellini et Petri, ut, encaeniarum die prefatorum martyrum solempnitati Iun. 2. continuato, gaudium terrae illius populis[f] festo cresceret duplicato; et hoc consulto providit, ut in eorundem martyrum festo id quod ab eisdem revelatione olim acceperat consummaretur, presertim cum idem locus[g] patrociniis eorum presentibus tueatur[h]; quibus etiam thecam miro auri gemmarumque opere fecit aptari, in qua reliquias eorundem superventura solempnitate disposuit locari; quod et factum est. Cui translationi simul et dedicationi presules Lietbertum[i] Cameracensem, ad cuius diocesim locus idem respiciebat, Ratbodum Noviomagensem[k], Raynerum Aurelianensem invitatos interesse faciebat; adiunctisque eis quam plurimis abbatibus cum quam plurimis sanctorum[l] patrociniis[m], saepe memorati encaenias coenobii non modicis transegit solempniis. Acta[n] est haec dedicatio in honore apostolorum Petri et Pauli tertio Nonas Iunii anno ab incarnatione Domini 1070, 1070. Iun. 3. Alexandro papa sanctae Romanae ecclesiae presidente, regnantibus Henrico Lotharingiae, Philippo Franciae regibus.

[Dedicatio[o,3] huius loci post restaurationem quae facta est a tribus episcopis, videlicet sancto Lietberto Cameracensi, Ratbodone Noviomagensi et Rainero Aurelianensi, anno dominicae incarnationis 1070, indictione 8, epacta 6, concurrente 4, ciclo 4, temporibus Alexandri papae, qui primitus fuit episcopus in Luca, Philippi regis Francorum, filii Henrici, et Balduini comitis Flandrensis.

Sanctorum corpora quae intererant dedicationi:

Sancti Marcelli papae [de[p] Alto-monte[4]]. Sancti Piati martyris[q] [de Syclinio[r,5]]. Sancti Salvii martyris de Valencenis. Sancti Innocentii de Condato[6]. Sancti Amati de Duaco. Sancti Donatiani de Brugis[7]. Sancti Vedasti de Atrebato. Sancti Amandi de Helnone[s]. Sancti Audomari de Sancto Audomaro[t]. Sancti Gisleni de Cellensi. Sancti Vincentii comitis Hannoniae[u]. Sancti Bertini de Sancto Bertino circa Audomarim. Sancti Winoci de[v] Flandria. Sancti Wandregisili de Blandinio. Sancti Bavonis de Gandavo. Sancti Everardi de Cisonio[w,8]. Sancti Euberti de Insula[x,9]. Sancti Landelini de Crispino[y,10]. Sancti Hugonis de Haspra[11]. Sancti Aycadri[z] de Haspra. Sanctae Eusebiae de Marchenis[12]. Sanctae Rictrudis matris de Marchenis. Sanctae Aldegundis de Malbodio[13]. Sanctae Raginfledis[a] de Dononio[b,14]. Sanctae Reginae de Dononio. Sanctae Waldetrudis de Montibus

Quindecim abbates etiam adfuerunt, quorum nomina ex Sigeberti chronica deprompta habentur: Rollandus huius loci primus abbas a restauratione, Lambertus[15], Adelardus[16], Guedericus, Ursio[17], Galterus[18], Guldericus[c,19], Remigius, Reynerus, Reinaldus[d], Fulcardus[*,20],

*) abbas Sancti Gisleni *add.* 3.

a) tunc tum 1. b) Flandrie comitatum 3. c) comitatus 3. d) evocatis 3. e) Quo 1. f) populi 1 g) eundem locum 3. h) tueretur 2; tueantur 3. i) Litbertum 2. k) Novomagiensem 1. l) eque sanctorum 2. m) corporibus 3. n) Facta 3. o) *sequentia usque ad finem capituli des.* 2, *ubi add.*: Hec Thomellus; Dedicatio — Flandrensis *des.* 3, *ubi haec magnam partem iam praecedentibus intermixta sunt.* p) *des.* 1; *sic Auct. Hasnon. et* 3, *ubi* p. et martyris de A. m. Hannonię coenobio. q) presbiteri et m. Tornacensium apostoli 3. *ubi sequentia similiter ampliata sunt.* r) *sic* 3. *Auct. Hasnon.; des.* 1. s) Elnone in Pabula 3. t) de Audomaropoli 3. u) de Sonegiis *add.* 3; Somniacensis *Auct. Hasnon.* v) Bergensi oppido in *add.* 3. w) Osonio 1. x) Insulis 3. y) Crispinio 3. z) Aycardi 1. a) Ragemfredis 3; Ragenfredis *Auct. Hasnon.* b) Dodonio 3. c) Gualdricus *Auct. Hasnon.* d) Rainardus *Auct. Hasnon.*

1) 'Balduinum cognomento Pium alias Insulensem', ut Iac. de Mavilla inserit. 2) 'Regnum' comitis Flandrensis potestas etiam ab aliis eiusdem temporis auctoribus, ut in Ann. Bland. et apud Simonem Sith. dicitur. 3) Sequentia certe post addita sunt ex Sigeberti Auct. Hasnon., cuius codex archetypus deperditus est, SS. VI, p. 441, ubi Bethmann, haec ex nostri libro sumta esse, minus recte putans, minoribus litteris exprimi fecit. Quae vero ibi praecedunt re vera ex nostro addita sunt. 4) Hautmont, ad Sabim. 5) Seclin. 6) Condé, ad Scaldim. 7) Cf. Translat. S. Donatiani, AA. SS. Oct. VI, p. 504 sq. 8) Cisoing. 9) Lille. 10) Crespin. 11) Haspres. 12) Marchiennes. 13) Maubeuge, ad Sabim. 14) Denain. 15) S. Amandi, qui et Fulcardus dictus. 16) Marchianensis. 17) Altimontensis. 18) S. Sepulcri Cameracensis? 19) S. Andreae Cameracensis. 20) S. Gisleni.

Sygerus[1], Heribertus[a, 2], Armengerus[b, 3], Walterus[c]; abbatissae duae: Fredesendis[d, 4], Gerberga].

De[e] bonae memoriae Rotlando abbate ipsiusque gratissima morum probitate. Caput 18.

Quia[5] monachorum est humiliter uni subesse, quem, ut presit, decet[f] prodesse, ut prosit aeque decet[g] preesse, saepe prememoratus[h] comes aequum duxit plurimis eo in loco unum preficere, uni plurimos subicere[i], ut unus plurimis cum karitate imperium, plures uni cum humilitate exhiberent obedientiam. Erat tunc in coenobio Sancti Amandi Rotlandus quidam tam nomine quam officio monachili[k] rutilans, vita spectabilis, pie vivere volentibus imitabilis. [cf. Matth. 5, 15.] Hunc ut lucernam in abscondito diu positam quia oportuit super candelabrum poni, ut ingredientibus domum Domini fieret exemplar boni, accitum[l] hunc marchysus electione fratrum[m] eis in Hasnoniensi coenobio dedit preesse, quem didicerat iam humiliter subesse[6]. Quo honore promotus et onere occupatus, oneri potius quam honori intendit — honoris enim est preesse, oneris animas regere. In quo ydonee occupatus, magis studuit prodesse quam preesse, adeo ut in cunctis occupationibus monasterii nullum nisi vitae merito virgaque pastorali precelleret. Sic se humilitate inter humiles aequalem, immo[n] inferiorem, inter pravos culpis eorum exigentibus disciplina exhibuit superiorem, illud animo revolvens [1 Petr. 5, 3] et opere complens: *Non dominantes in clero, sed forma facti gregis;* itemque: *Principem te* [Eccl. 32, 1.] *constituerunt: noli extolli, sed esto quasi unus ex illis.* In synaxi fratrum primum se in primordio, ultimum in fine divinarum laudum presentavit. Lectisternia eius saepius vel petra vel sola nuda tellus vel, cum remissius indulgere voluit corpori, vilia quaeque, mattae aut sagi stramenta. Veste vilis, cibo sibi parcus, aliis sumptuosus et largus, omnia in omnibus discretione temperans, disciplina cohercens. Mensam et lectum communem cum fratribus habuit, nisi forte in oratorio peculiarium obtentu precum specialius interdum pernoctasset. Quod utinam vel ad confusionem vel ad dampnationem quorundam abbatum non diceretur, qui sibi secretius a communi conventu fratrum multa struunt[o] conclavia, sculpunt ostia, pingunt armaria, mensa sumptuosiori epulantur cum divite illo sine Lazaro cotidie splendide, postremo, ut Flacci illius verbis loquar[p, 7], sibi 'diruunt, aedificant, mutant quadrata rotundis'. Et utinam in solos abbates et non etiam in monachos, qui suos per abrupta[q] prelatos[r] sequuntur, haec faba cuderetur[s, 8], quos[t] psalmista non optantis, sed prophetantis [Ps 68, 24.] animo intuens, ait: *Obscurentur oculi eorum, ne videant, et dorsum eorum semper incurva.* Oculi quippe sunt, qui in honoris summi facie positi itineris officium susceperunt, quibus [cf. ib.] hi nimirum qui subsequenter inhaerent dorsa nominantur. Obscuratis ergo oculis, dorsum incurvatur, quia cum lumen virtutis perdunt qui preeunt[u], profecto cuncti ad portandum peccatorum onera curvantur qui sequuntur. Sed haec suo in loco latius sapientioribus discutienda relinquimus, dum modo prosequi festinamus, quae dicere intendimus, quamquam adhuc plura supersint quae et laudi bonae memoriae abbatis Rotlandi[9] et reprehensioni nostrae pateant.

DE LITE ABBATIARUM ELNONENSIS ET HASNONIENSIS.

Comes[v] Balduinus ex relicta Herimanni comitis Montis Castri-loci[10] Richelde, quam [1055.] duxerat uxorem, habens filium, Sancti Amandi tradidit abbati venerabili viro Malboldo ad vivifico fonte insigniendum, ex quo puer ipse nomen referret Ernulfum. Quod postquam est expletum, abbas apud comitem velut[r] compatrem suum multae familiaritatis optinuit contubernium. Quocirca aliquot temporum post haec intercapedine elapsa, dum comes animi haberet Hasnonii aedificare monachorum habitacula, patris sui sibi aequivoci Flan-

a) Horibertus 3. b) Ermeng. *Auct. Hasnon.* c) Walbertus *Auct. Hasnon.* d) Fredesensis 3. *Auct. Hasnon. codd.* e) *reliqua omnia desunt* 3; *hoc caput praecedenti praeponit* 2. f) ut d. 2. g) docet 1. h) memoratus 1. i) subiecere 1. k) monachali 1. l) accinctum 2. m) *deest* 1. n) Christo 2. o) strui 1; struum conclava 2. p) loquaris 2. q) arrumpta 2. r) *deest* 2. s) cuderentur 1. t) *sequentia des.* 2. u) pereunt 1. v) De fundatione monasterii Hasnoniensis *rubram praemittit* 2.

1) S. Bavonis Gandavensis. 2) S. Bertini. 3) S. Winnoci Bergensis. 4) Dononiensis. 5) Hoc etiam caput postea, forte ab ipso Tomello, libro additum est. 6) Cf. quae monachus S. Amandi in sequente opusculo de hac re narrat. 7) Horat. Epist. I, 1, 100. 8) Cf. Terent. Eun. II, 3, 89. 9) Obiit a. 1084, Nov. 9. 10) Mons.

drensium comitis requisivit colloquia; atque sibi colloquentes, ut abbatem accerserent, pari decreverunt sententia. Mittentes itaque post ipsum, ut eundem ei locum committerent, habuerunt consilium. Ad quos ubi pervenit, iam incipiens gravari senio, super hoc ab eis interpellatus est negotio. Quod dum per sagax recusaret ingenium, asserens suum sibi sufficere ad regendum coenobium, addiderunt, si susciperet ipsum, eius monachis levamen futurum, dum corporali molestia gravati eo mitterentur ad refocilandum. Qui precibus fatigatus amborum, tandem ad exequendum quod petebatur prebuit assensum. Post haec autem iunior Balduinus adiens Hasnonium, abbatem advocans, coram optimatibus suis illud[a] mancipavit eius regimini per clavem reliquiarum, spondens se a militibus, qui ipsum possidebant, et a clericis redempturum. Tum vero abbas ex monachis suis illuc aliquos dirigere ducens dignum, de suo inclaustro eis diatim victum destinabat ac potum. Artifices etiam lignorum in silvam misit Sancti Amandi, quatinus ex ipsa habitationes utiles monachis construerent Hasnonii. Et ne forte solitudo molestaret ac penuria loci quos primitus fratres miserat, annuatim quos eo delegaret eligebat. Praepositum nihilominus Bovonem nomine illis constituit, pueros quoque scolares illuc delegavit doctoremque eis[b] providit. Processu autem temporis comes cernens abbatem aegrotare[1], quippe cui senectus ipsa videbatur morbum continuare, mandavit ei aliquem ex suis sibi destinare, quem illi loco quiret preficere. Tunc abbas delegavit ei bonae indolis monachum nomine Rotlandum, qui curam habebat in providendo vino fratrum. Hic rediens cum baculo pastorali, etiamtunc se suo subiciebat abbati, donec hostis antiqui instinctu inter eos quiddam subreperet scandali. Verum discipulus recognoscens se magistrum offendisse, humiliatus est illi cum multa satisfactione. Ea tempestate alloquitur iunior Balduinus seniorem super abbatia Hasnoniensi, quod carerent fratres usu molendini; sineret ergo unum super amnem Scarb[c], alterum vero super fluviolum ab Hartinio[2] defluentem fieri. Ad haec pater filio intulit, oportere fore neutrum, quoniam a Scaldinio seu Nova-villa[3] per fluviolum, per amnem autem a Deciaco et Ferinio[4] veheretur annona Sancti-Amandensium fratrum. Cumque ille cerneret se ad hoc quod intendebat nil posse proficere, ad abbatem Malboldum conferens se, optinuit ab eo, ut, quoties Sancti Amandi molendino adveheretur annona, mensae tantum fratrum Hasnoniensium moleretur absque dilatione, nisi inpresentiarum esset annona fratrum Sancti-Amandensium mensae. Mira nempe karitas inter has duas ecclesias, prout inter matrem et filiam, aliquanto tempore viguit. At postquam mundus principibus est orbatus tam gloriosis, confusa omnia, fasque nefasque perverterunt commoda iuris. Ubi autem Malboldus abbas de 1062.
medio est[d] factus[5], successit ei Fulchardus, qui et Lambertus. Quo etiam functo vitae ter- 1076.
mino, in abbatiam successit Bovo. Rotlando vero abbate vita decedente, monachi Sancti 1084.
Amandi voluerunt abbatiam Hasnoniensem in clamorem ponere, ut sibi olim datam a Balduino comite; ast quia languebat orbis, iustitia deficiente, interim quieverunt ab clamore. Karitas tamen inter hos et illos adhuc minime friguit, sed tunc temporis ita incaluit, ut statuerent ad invicem sepeliendis defunctis fratribus ex parte plurima occurrere atque pro eis quemadmodum pro suis[e] trigesimam celebrare. Et ut ceptum persequar ordinem, post Rotlandi obitum Hasnonienses elegerunt Lotbertum simplicis sat qualitatis[f] abbatem; qui adeuntes comitissam Richeldem[6], postulaverunt ab ea persuaderi monachis Sancti Amandi, quatinus concederent ipsis[g] molendinum efficere super Hartinii[h] fontem, hanc interponentes conditionem, quod statuto molendino Sancti Amandi servitores nullam paterentur navigandi difficultatem. Quid multis immorer? Illa tum precando[i], tum propter bellum, quod erat inter[k] ipsam et comitem Robertum[a.7], comminando se bona Sancti Amandi[l] direpturam, persuasit quidem, sed Sancti-Amandenses impedimenti simul et detrimenti passi sunt lesionem. Post haec Lotberto abbate Hasnoniensi mortem obeunte, illius loci fratres divor- 1091.
tium fecerunt in eligendo abbate. Nam priores quidem Turonicum coenobium quod dicitur Maius-monasterium[8] pro pastore sibi dando adierunt; iuvenes vero quendam suorum

a) *in rasura* 1. b) illis 2. c) Scarp 2. d) f. e. 2. e) *e corr.* 1. f) in *postea add.* 2. g) sibi ipsis 2. h) Hartim 2. i) ando *e corr.* 1. k) *deest* 2. l) b. S. A. *in ras.* 1.

1) Iam a. 1062. Malbodus aegrotans, abbatiam abdicavit; cf. Ann. Eln. mai., SS. V, p. 13. 2) Hertain rivus, cui Hasnonium adiacet. 3) Escaudain et Neuville-sur-L'Escaut, prope Bouchain. 4) Dechy et Férin, prope Douai. Hae villae omnes fuere S. Amandi. 5) Malbodus abdicavit abbatiam a. 1062, mortuus est a. 1063. 6) Hannoniam pro filio Balduino regentem. 7) Qui eam cum filio Flandria a. 1071. expulerat. 8) Marmoutier prope Tours.

1091. nomine Albertum elegerunt; qui cedens discidio, Sancto se commisit Amando, atque gratanter susceptus est et cum multo honore habitus a Hugone abbate, Bovonis successore, ac omni ipsorum fratrum consortio. Hoc aliquantum temporis ibi faciente, nacto quoque in capitulo prebendam cum statione, prevaluit iuventus Hasnoniensis in sua electione, eumque sibi revocantes, fecerunt episcopum[a,1] benedicere. Ad quem cum accederet quidam artifex lignorum, asserens se facturum super amnem Scarb molendinum, si ipsius afforet voluntas simul et auxilium, citius quam debuit adhibuit consensum. Tum abbas Hugo audiens, quod vellet viam obstruere, per quam fratrum Sancti-Amandensium adveheretur victus, eius petens colloquium, satis affectuose ammonuit eum, ne quid conaretur, quod foret impedimento fratribus, quorum ipse esset frater ac prebendarius. Ad haec ille suorum requirens consilium, hoc retulit responsum: se in eos nil, unde merito culpari debeat, facturum. Igitur sicut inchoaverat perfecit, et non tantum his de quibus sermo est, sed et divitibus ac pauperibus, qui tali mercimonio vitae subsidia[b] querunt, si possent illam per pacem frequentare, viam navigii damnavit. Verum quoniam plus dolet qui plus perdit, abbas Hugo ad comitem Rotbertum atque ad patrem eius aeque Rotbertum[2] se contulit, clamorem de abbate Hasnoniensi fecit, de iniuria conquerens, quam Sancti Amandi monachis inrogavit, videlicet quia super eos[c] adeptus quod numquam eatenus habere Hasnoniensis ecclesia quivit, illis abstulit, quod a tempore sancti Amandi ipsius aecclesia absque contradictione aliqua possedit, qui locum incolens exstirpando aedificavit. Quod audientes ambo comites, cum primatibus suis seculare iudicium exquisierunt, iuxta quod res exigebat de rebus terrenis. Tunc optimates cum consilio locuti, sententia iudiciali sanxerunt, iniustitiam, quae Sancto Amando ac monachis[d] eius fiebat, non debere dominari, nec oportere manere quod nemini antehac licuerit adipisci. Ad haec a comite Flandrensis monarchiae patris sui monitu Alberto abbati eiusque defensori Balduino comiti, filio Richeldis, est imperatum[e], ut sequerentur regale iudicium. Protinus ipse Balduinus indixit suo abbati, ut quod iniuste statuerat iuste destitueret. Quo refutante, Rotbertus comes precepit Amulrico de Landast et Almanno villae Sancti-Amandensis preposito id ipsum explere. Quod cum esset peractum, perpendens abbas Albertus cessasse molendini fructum, convertit se ad archiepiscopum[3], deferens, Sancti-Amandenses iussu abbatis Hugonis incursum[f] fecisse in Hasnoniense monasterium. Archiepiscopus vero episcopo bullatum[g] mittens indiculum, mandavit, quo abbatem Sancti Amandi invitaret ad concilium propediem futurum[4]. Quid multis opus est? Episcopus invitavit[h]; abbas nil verens abiit, testem habens conscientiam idoneasque personas, se fore reatus expertem, quo ille eum insimulavit. Antequam autem residerent qui convenerant concilio, episcopi et abbates finitimi, clerici ac monachi, abbatem assumentes, utrumque conabantur ad pacis concordiam revocare. Demum igitur ad hoc est perventum, ut ipsi duo illis de se crederent iudicium. Tunc investigantes secreta amborum, scilicet quid haberent animi unde possent concordari, didicerunt, in confinio harum duarum abbatiarum locum[i] haberi, in quo sine impedimento posset molendinum fieri. Mox ergo statutum est atque concessum, ibidem utrimque construi molendinum, eiusque sumi communiter fructum, ita tamen, ut ultra[k] nec ab ipso abbate Hasnoniensi neque a successoribus eius super fluvium Scarb fieret[l] quicquam impedimenti usque ad unum stipitem. Qui[m] quoniam vehementer querebatur, se multa in molendino quod destitutum[n] erat expendisse, vix impetraverunt[o] presentes a Sancti Amandi abbate, ut saltem ob huius rei stabilitatem[l] ei[p] 5 argenti marcas non denegaret[o] conferre[q]. Hic extitit finis discordiae. Tunc illi omnes accedentes ad archiepiscopum, intimaverunt ei inter duos abbates concordiae bonum; et ille laudavit factum[r].

a) per ep. *emend. M.* b) subdidia 1. c) eos *corr.* eis 2. d) e. m. 2. e) impetratum 2. f) *in ras.* 1. g) m. b. 2. h) invit. *corr.* imut. 2. i) locum — impedimento *in ras.* 1. k) *superscr.* 1. l) *e ras.* 1. m) Qui — conferre *ead. manu in marg. inferiore suppl., signo apposito* 1. n) tutum *e ras.* 1. o) *e corr.* 1. p) *deest* 2. q) con *in ras.* 1. r) Explicit *add.* 2.

1) Cameracensem Gerardum. 2) Qui iam a. 1093. Oct. defunctus est. Haec igitur a. 1091. vel 1092. gesta sunt. 3) Remensem Rainaldum I. 4) De concilio a. 1093. ante pascha Remis celebrato agi videtur.

CHRONICA MONASTERII WATINENSIS.

EDIDIT O. HOLDER-EGGER.

Quis auctor fuerit chronicae Watinensis (Watten, praef. Dunkerque, pagi Bourbourg, ad fl. Aa) quaestio difficilis est, quae pendet ex interpretatione loci cap. 1, *ubi auctor dicit, se ad collem Watinensem aliquo tempore antequam coenobium ibi fundatum esset venisse ibidemque apud Alfwinum presbyterum, qui ecclesiolae ibi sitae praeerat, hospitatum esse*, ut facile, *inquit*, divino quodam presagio propheticum illud previderes in nobis profuturum: 'Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum'. Quod non post multos annos Dei providentia impleri contigit, dum ambos nos sagena conversionis ad portum coenobii, quod postea inibi fundatum est, traxit, ut in eodem, sicut postmodum claruit, subiret locum regiminis, et me, quod ante multis votis cupierat, post eius transitum ecclesia reciperet Guatinensis. *Quam vim habet* me ecclesia reciperet? *Canonicumne an praelatum eum recepit? Altius haec repetam oportet. Postquam Odfridus, vir piissimus, auxilio Roberti I. comitis Flandriae et Drogonis episcopi Morinensis a.* 1072. *circiter coenobium canonicorum regulae S. Augustini fundavit, Alfwinus ille in hoc conventu regularis vitae votum fecit, cuius praepositus ipse a.* 1079. *vel* 1080, *Odfrido praelaturam abdicante, electus et hoc munere usque ad obitum a.* 1087, *ut videtur*[1], *functus est; huic successit Bernoldus praepositus*[2]. *Atqui auctor chronicae apertissime indicat, se iam tempore Odfridi in monasterio Watinensi vixisse*[3], *cum saepissime de canonicis Watinensibus narrans prima persona pluralis utatur, ut, quin saltem a.* 1078.[4] *vitam regularem professus sit, dubitare non liceat. Quae cum ita sint, locus supra positus ita explicandus esse videtur, ut auctor Alfwino in regendo coenobio successerit; unde colligitur, Bernoldum praepositum chronicam composuisse*[5]. *Et hoc iam intellexit Annalista Watinensis saec. XVI, cui*

1) Cf. notam ad cap. 1. 2) Falsissimo Gall. christ. III, p. 524, Alfwinus (ibi Alfunnius) quartus seriei ponitur. 3) Iam quidem, antequam ibi degeret, res ita describit acsi ipsis interfuisset, prima persona pluralis utens; ut c. 11: *Erat tunc . . . . quando suscepimus*, quamvis quae praecedunt ipse auditu percepisse indicet, scribens: *Ut ab his qui noverunt novimus.* Et c. 17: *Erat tunc quidam inter nos frater;* ipsum vero tunc cum res narrata gerebatur nondum in coenobio fuisse, apparet in fine narrationis, cum dicat: *Huius facti relationem dum ego requirerem*, et paullo post: *Haec non me confingere . . . . quisquam preiudicet, dum ab eorum labiis exceperim, quibus et videndi atque interesse facultas frequenter pavitantibus fuit.* Sed cum c. 27. dicat: *[consilio] communi consultum in hoc convenimus*, et c. 26: *nos autem . . . vel minimas occasiones nocendi . . . . . amputabamus, ut ne quidem priori nostro . . . communicaremus*, et similiter saepe, nemo dubitare potest, quin tunc, i. e. a. 1079, canonicus Watinensis auctor fuerit. Sed quo anno ordinem susceperit, propter morem narrandi supra indicatum certius definire nequimus. 4) Bernoldus canonicus (Watinensis) iam a. 1072. donavit monasterio Watinensi 10 mensuras terrae in Petenham (infra c. 10), quem postea praepositum fuisse, Gall. christ. III, p. 522. apte suspicatur. Sed auctor chronicae tunc nondum professionem fecisse videtur, neque quidquam loco laudato indicat, ipsum fuisse donatorem. 5) Obstat quidem, quod auctor in prologo dicit: *Exordium . . . . . . iussu tuo, mi pater, aggressurus*, quae a canonico ad praepositum scripta videntur. Forte vero coniici possit, librum iam vivente Alfwino compositum, locum supra citatum postea ab auctore additum esse.

alterum chronicae exemplar debemus, cum dicat[1]*:* De quibus partibus latius scribitur libro quem hic adiunximus *(scil. Chron. Watin.)*, quantum apparet Bernoldi tertii praepositi; *et in fine chronicae:* Hucusque Bernoldus praepositus de exordiis Watinensis ecclesiae. *In altero quidem codice libro praescriptum est* Erbrardus, *quod Martene mutavit in* Ebrardus, *quo sub nomine libellus hucusque ferebatur, sed nomen demum manu bibliothecarii Brugensis a.* 1644. *scriptum, ideoque nullius momenti in hac quaestione est.*

Hucusque auctori chronicae alter libellus, qui in codicibus illi subiunctus est, de Miraculo S. Donatiani in canonico quodam Watinensi perpetrato tribuebatur[2]*, qui petente Rainaldo archiepiscopo Remensi*[3] *a quodam canonico Watinensi, illi quondam aliqua necessitudine coniuncto*[4]*, a.* 1091. *vel* 1092.[5] *conscriptus est. Et apte libelli eiusdem auctoris esse credebantur, qui eodem fere tempore et loco, sermone paene dicam non simillimo, sed eodem conscripti sint, in quibus eadem descriptio loci Watinensis legatur. Miraculum vero minime a Bernoldo praeposito conscriptum esse, apparet ex prologo, ubi auctor patris monasterii sui, Bernoldi videlicet, mentionem fecit. Porro auctorem chronicae iam ante a.* 1079. *ordinem suscepisse, supra vidimus, auctor vero miraculi aperte indicat, se non multo ante a.* 1091. *Watini regulam professum esse*[6]*. Itaque minime opuscula eidem auctori tribui possunt, sed qui Miraculum conscripsit chronicam legisse censendus est.*

Hanc igitur Bernoldus ante a. 1091.[7] *composuisse videtur, fundationem coenobii et quae sub Odfrido primo praeposito a.* 1072—1079. *gesta sunt*[8] *enarrans, partim auditu percepta, partim ex chartis*[9] *monasterii sumta, partim ipsi visa. In quo libello haud pauca notatu digna leguntur, quibus non modo Watinensis coenobii, sed etiam Huberti Morinensis episcopi, Roberti I. comitis Flandriae, Bergensis monasterii historia illustratur; sed sermo nimis tumidus turgidusque est, verba insolita quaesitaque monstruoso modo composita sunt, ut saepe sententias vix plene intelligas. Miraculum eodem stilo conscriptum pro amplitudine pauca praebet notatu digna; quod tamen Martenium imitati chronicae subiunximus.*

Duo exstant codices, qui ex eodem exemplari iam aliquot mendis maculato, quod et Miraculum S. Donatiani continebat, descripti videntur.

1) *Codex* ***Brugensis*** *civit. nr.* 425, *mbr.* 4⁰, *saec. XV. ex., olim S. Mariae de Dunis. In fine codicis notatum est:* Emptus a dominis Dunensibus 12 florenis a Carolo von Brusel bibliopola Brugensi anno 1644. *eadem manu, quae in primo folio* Erbrardus *chronicae Watinensi praescripsit*[10]*. Hic codex librum*

1) Cf. A. Courtois in 'Bulletin de la soc. des antiquaires de la Morinie' I, 1, p. 18. 2) Cf. 'Hist. litt. de la France' VIII, p. 358. 3) Qui a. 1091. circiter Taruannam veniens, ibi auctorem nuper vitam regularem Watini professum invenit, et miraculo audito, ab eo, ut illud conscriberet, petiit. Cf. Mirac. prol. 4) *anteriori familiaritate, qua penes te solitus eram haberi* Mirac. prol. Auctor Miraculi igitur quondam in dioecesi Remensi, forte in ipsa Remorum urbe vixisse videtur. Cf. locum prologi, ubi conqueritur, quosdam Remenses clericos ipsi infestos esse, a quibus, cum mores eorum corrigere voluerit, se vexatum esse, et laudes Remorum ibidem. 5) *Ante hoc triennium* dicit miraculum evenisse, quod a. 1088, Dec. 23. factum est. 6) Mirac. prol.: *statum meum . . . requisisti. Quem cum tibi exposuissem, videlicet . . . ad regularem et apostolicam vitam . . . . in coenobio Guatinensi transisse . . . . exhortationis fomento me vacillantem refecisti.* Sed iam a. 1088. in coenobio Watinensi exstitisse videtur, cum dicat a. 1088, Dec. 6: *cum frequentior ad nos populus conflueret.* 7) De regimine Bernoldi v. Gall. christ. III, p. 522. A. 1093. a synodo Remensi ad Robertum I. comitem Flandriae legatus missus est; Lamb. Aud. c. 7, SS. IX, p. 311. Postremo a. 1114. occurrit et paullo post defunctus est. 8) Ideo Annalista Watinensis opusculum apte 'De exordiis Watinensis ecclesiae' inscripsit. 9) Quarum perpaucae hucusque typis expressae sunt, quamvis in duobus chartulariis collectae exstent; cf. A. Courtois in 'Bulletin' l. l. p. 17 sqq.; Coussemaker in 'Annales du comité Flamand' V. regesta alterius chartularii dedit. 10) Eidem codici inest Chronica abbatum Villariensium (SS. XXV, p. 194). Cf. Laude, 'Catal. des mss. de la bibl. publ. de Bruges' p. 367 sq.

solus integrum praebet, sed foedissimis mendis redundat; ex quo Martene et Durand, Thes. III, p. 797 *sqq., Chronicam et Miraculum ediderunt. Quorum editionem repetivit Migne, Patrol. Lat. CXLIX, p.* 1513 *sqq.; fragmenta eiusdem exhibuit Bouquet cont., SS. R. Gall. XI, p.* 104 *sqq.*

2) Codex Audomarensis nr. 851, *chart., saec. XVI, duobus voluminibus continet 'Annales Watinenses'*[1], *videlicet chartas monasterii secundum ordinem temporis dispositas, rerum summa praescripta, usque ad a.* 1528. *a quodam canonico conscriptas. Qui operi vol. I, f.* 2—17. *chronicam praemisit, non integram quidem, sed praesertim in fine, ubi nimia verbositas eum offendit, valde decurtatam. Etiam haud paucis locis, quibus lectio aut corrupta aut minus perspicua distinctave ei videbatur, arbitrio suo verba mutavit; attamen multa menda auxilio huius codicis tolli potuerunt. Inter chartas etiam f.* 30. *Miraculi S. Donatiani excerptum exhibuit, cuius utilitas propter nimiam brevitatem multo minor est. Codices b. m. I. Heller exscripsit.*

Recentium codicum rationem verborum scribendorum secundum morem saec. XI. emendavimus, divisionem capitum a Martenii editione paullo diversam instituimus. *O. Holder-Egger.*

CHRONICA[a] MONASTERII GUATINENSIS.

Exordium Guatinensis[b] ecclesiae, in quâ sub regula canonice[c] vivimus[d], prout Spiritus sanctus dat eloqui, iussu tuo, mi pater, aggressurus, primo ipsius loci descriptionem secundum veterum historiarum traditiones, seu etiam id quod visu vel auditu verius compertum habetur ponere decrevi[e], ut[f], dum res tenues, si quos delectat, audierint, quomodo carptim de minimis — sicut aiunt, ex atomis corporis massam colligi — succreverint, gratius ordinem narrationis arripiant, quia diu reticita prodere, nova de veteribus cudere, de novis antiqua reparare, nec tam ficta quam vera et indubitata me velle, cognoverint. Miscere enim vetustissimos Batavos cum Guatinensibus opinor, quia quorum occupamus locum, quorum destructa construimus et desolata reformamus, horum profecto . . . . .[g] vocabulum non mutuatum, quamvis levibus sillabis permutatum, ymo iure hereditario nanciscimur optinere, dum[h] quod ita esse in subiecta pagina promptius apparebit. Nunc autem, ut ad percipientium singula quae molimur latius perveniant obtutus, dicendi limitem ingrediamur.

1. Antiquissimum igitur opidum fuisse Menaporum quod nunc Guatinas vocatur[i] vel Guatinum, nulli qui secundum historicos eiusdem pagi confinia vel situm territorii novit est ambiguum; quos etiam historiarum cognitores Batavos appellant; ob cuius insigne rei aut eventus auspicium[k], ignoratur. Ait enim de his[l] in annalibus suis Orosius[*], dum locorum *I, 2
atque insularum diversos situs describeret[m]: *Britannia oceani insula per longum in boream extenditur; a meridie Gallias habet, cuius proximum litus transmeantibus civitas apparet quae dicitur Rutupi*[n]*-portus, unde haut procul a Morinis in austro positis*[o] *Menapos Batavosque prospectat*[p]. Unde cum Rutupi[n]-portum in meridiana eiusdem insulae ripa situm[q] noverimus, nec minus a Morinis Menapos[r] Batavosque in boream porrectos, eodem mari dividente, in ulteriori litore contiguos prospectum sui ad alterutrum habere, nec[s] dubium est[t], [veteres] Guatinenses a scriptoribus iure Batavos appellari. Illud etiam eorum epyteton, quo genuina[u] quadam feritate inter alias nationes ab auctoribus notati clarebant, si transeamus, indicia Romanae vindictae clamant. Patent enim evulsa murorum fundamenta, aedificia passim diruta, et ut veterem ruinam testantur vestigia, quanto plus fuerant timori, tanto crudelius ab adversariis sunt extirpati. Sed nec[v] adhuc divinae providentiae visum est suffecisse,

a) *sic* 1; *des.* 2. b) Guatiniensis *semper* 2. c) canonicę 2. d) unionis 1. e) decrevimus 2. f) ut — ingrediamur *des.* 2. g) lenire 1, *quod emendare nequeo; forte* peculiare. h) id *emend. ed.* i) vel Guatinium voc. 2. k) auspicio 2. l) hiis *semper* 1. m) describit 2. n) Rutipi 1. o) positos *Oros.* p) spectat 2. q) sitam 2. r) Manapos 1. s) non 2. t) quin 1, *ubi* vet. *deest.* u) gemina 1. v) ne 2.

1) Cf. A. Courtois l. l. p. 17 sqq.

quod primo illo[a] eversionis momento reliquiarum spes ad usque internecionem[b] nulla[c] remansit, quin etiam abinde per succedentia tempora ad tantam solitudinem, quasi[d] civitas quae devastatur, ipsa marmorum[e] fragmenta devenere, ut silvestres ferae [circumquaque[f]] stabularent, ubi deletae domus[g], si quae superfuissent, vivendi monimenta reparabant[h]. Sic hostili vastitate etiam per christiana curricula consumptus[i], tanta aetate locus permansit vacuus, nichil in se memorabile habens preter desolatae mansionis vetustatem, quae cuncta quaquaversum[k] obduxerat[l]; sola tantum cum sui cantoris tugurio ecclesia, quam summo[m] in vertice gestabat prospicuam, inter vepres et serpentium latebras, inter dumeta et querulos avium ramos vili admodum fabrica prominebat. Hanc missarum audire sollempnia valde[n] tenuis fidelium frequentabat conventus; ubi et ipse aliquando curialem adhuc strepitum, quasi mimilogi[o], vae! licet clericus, ambiens, dum[p] necdum tempus visitationis meae seu miserendi eius advenisset, cum comitatu transitum habui. Memini et meminisse iuvat sedulitatem digne dicendi tunc ibi sacerdotis domni Alfwini[q], quanta benivolentia nos acceperit[r], quam[s] strenuum in famulando[t] circa nobis[u] necessaria se exhibuerit. Videres humilitate serviendi officiosum karitate virum meque[v] verecundiae urbanitate cedentem[w], ut facile divino[x] quodam presagio propheticum illud previderes in nobis profuturum[y]:
Ps 132, 1. *Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum.* Quod non post multos annos Dei providentia impleri contigit, dum ambos nos sagena conversionis ad portum coenobii, quod postea inibi fundatum est, traxit, ut in eodem, sicut postmodum claruit, subiret locum regiminis[1], et me, quod ante multis votis cupierat, post eius transitum[2] ecclesia reciperet Guatinensis.

2. Tum ego nova rerum facie curiosus, quae in tanta valli[z] amplitudine sollers antiquorum cura fuisset, aspicio, miseratus locum, miseratus excidium, nichil minus quam quod hodie videmus futurum aestimabam. Apparebat[a, 3] tamen ex facili, quam fuerit suis diebus celeber, in quo tanta destructionis monimenta adhuc reservabantur. Nam quanta fuerit popularis frequentia quantusque concursus, publicae atque regales viae utrimque convenientes premonstrant; quarum illa quae a diffusa orientis plaga ad nos usque dirigitur alveo subterluente[b] clauditur, altera vero a pharo[c] altissima[d], quae domus olim speculatoria in hiberna Romanorum dicebatur, Bononiae muro contigua, ad portum oceani sita, Britanniam Deirorum[4] insulam prospectans, ab occidentali parte supra dictum eundem terminatur in amnem[5], quem, sicut vetustatis fama loquitur, per ambas [aliquando[e]] vadosum stratas fuisse, accolarum commenta ferunt. Sed fidem his non prebentes, magis hoc admirari quam credere volunt; est enim magnae profunditatis et non solum ex sui altura piscosam circummanentibus[f] conferens habundantiam, verum et navigio habilis ab oceano, cui multis hostiolis infusus excipitur, tum diversa rerum mercimonia, tum multimodas ad fruendum ministrat capturas; a cuius margine paulatim succrescente tumulo[g] clementi proceritate, mons gignitur, qui sicut continuo deducta planicie ad subsolanum egeritur, ita a septentrione et meridie residentibus cumbis in altitudinem cumulatur. Nemoribus consitus, pascuis uber, vini non ferax — quo solo[h] peregrino[e] beneficio Gallos admittimus irrisores[i], quod succo[k] granorum fermentato[l] coctione potamur, quasi mitioris liquoris potores in[m] noctibus ad Dei laudes non evigilent —, arborum frugiferarum simul et diversi generis olerum ad usum famulantium, si colatur, adeo fertilis, ut, si nolis[n] procurare utilia, velis nolis, quasi desi-

a) pr. ab evers. incremento postea spes 2. b) internicię 1. c) nullam veniam sit q. 1. d) sol. quod testantur ipsa 2. e) murorum 2. f) *deest* 1. g) del. quantumvis fuissent viv. 2. h) repararent 1. i) consumpta civitate hic locus 2. k) *deest* 2. l) extinxerat 2. m) summa 1. n) sol. populi terrę freq. 2. o) mimilogine l. 1; mimilogus 2, *ubi* vae *deest.* p) ubi 2. q) Alphwini 1. r) accepit 1. s) ut 2. t) administrando 2. u) nos 2. v) me quoque verecunda 2. w) sedentem 1. x) divine 1. y) futurum 2. z) vallis 1. a) Apparet 2. b) *sic* 2. *Mirac.*; subterfluente 1. c) faro 2. d) altissimo 1. e) *deest* 1. f) circumviantibus ferens 2. g) *sic Mirac*; cumulo 1. 2. h) solos 2. i) irriseres 2. k) suco 2. l) fermentata 2. m) innoxius ad 1. n) *e corr.* 1.

1) A. Hermand in 'Mém. de la soc. des antiquaires de la Morinie' IV, p. 74, n. 1. citat excerptum quoddam archivi Audomarensis factum a. 1740. ex antiquo codice manuscripto Watinensi, ubi haec: *Anno* 1079. *domnus Alfumius (l. Alfwinus) fit praepositus huius ecclesiae;* quod solum testimonium habemus, Alfwinum Odfrido praeposito successisse. 2) A. 1087, ut videtur, mortuus est; in excerpto quidem laudato p. 75, n. 2. legitur: 1088. *Bernoldus huic praeficitur ecclesiae;* sed hic iam a. 1087, Aug. exequiis Arnulfi Suessionensis episcopi astitit (cf. Vitam eius AA. SS. Aug. III, p. 253) et a. 1087. electus dicitur in Ann. Watin. saec. XVI. conscriptis; v. 'Bulletin de la soc. des antiquaires de la Morinie' I, p. 20. 3) Sequentia infra in Mirac. S. Donatiani repetita sunt. 4) *Deirorum regnum, Deira,* pars Northanhymbriae; cf. Bedae Hist. eccl. III, 1. 5) Aa fl.

diam laboratoris arguens, miro incremento germinet inutilia. Ac[a] preterea tam salubriter spirantibus ventis expositus, ut infecti crassitudinem aeris sive nebularum, quas isdem exalat, nocivam alveus confluens[b] in se coagulari non permittat.

3. Et hoc sane gratum et imitabile atque in re insensata quasi vivum documentum. Innuit enim velut divino quodam oraculo, ad communem vitam concurrentes his causis propositis ad provectum debere informari, ut, summo[c] videlicet exercitio culti, ad sancta vivendi studia laboremus. Ne quando, quod absit, boni propositi cultum deserentes, indecores nostrae professionis prorumpant abusus, qui in tam[d] eminenti arce mentis copias semel congessimus, ubi nebulosas seculi huius umbras dies inocciduus[e] salubriter aspirans in occasum semper demergit. Umbras dixerim ut quidam velox ad fugiendas huiusmodi tenebras: 'Quaecumque', ait, 'in hoc seculo magna videntur, umbra vel sompnia deputanda sunt. Pulchritudo scilicet corporis, sapientia litterarum, robur membrorum, infulae dignitatum, regni potentia, omnia haec ad comparationem illius aeterni diei umbrae et sompnia comprobantur'. Quare intra castra ecclesiae, in militia nominis apostolici, quod primo procinctu in tota maritima regione nos Christi pauperes initiavit, ita vivendum est, ut vincti caritatis vinculis, preparati pedes in euangelium pacis, stricto mucrone spiritus ad debellandas aereas potestates, alios blanda commonitione, alios durius increpando[f], exemplo vitae et verbo atque vicinitate[g] commanendi in omni loco bonus odor Dei, semper emendatiorem vitam omnibus offerendo, tum[h] etiam[i] his similia posteris ad memoriam transmittendo, non solum dici, sed iure hereditario Batavi, quasi beati avi heredibus[i*] primitivae apostolicae conversationis esse possimus. Et ut scolastice, quemadmodum[k] inter scientes, applaudendo quiddam verisimile subinferam, ne infertiles ipsi arbores ad aliorum simus provectum, nos forsan adhuc absentes pendula his arboribus poma monebant[l], ipsi[m] nos fontes, ipsi nos montes, ipsa haec arbusta notabant[n].

4. Iam aliquantulum digrediendo[o], usui nostro, prout videbatur necessarium[p], immorati, ipsum coenobii nostri fundatorem, quem divina miseratio[q], sicuti arbitramur, ab orientalis Flandriae partibus ad memoratum destinavit mittere locum in opus Dei, ad medium producamus, ut non modo exteriora fundamenta iaciat, verum in aedificio spirituali vivos sanctuarii lapides ut sapiens architectus polite componat. Erat is religiosae vitae clericus, ordine sacerdotali decoratus, dignus non simpliciter dici domnus Odfridus[r], litteratura seculari ac divinorum tam convenienter instructus, ut preter quos grammaticos appellamus in libris divinis ab eo apud nos relictis luculenter appareat, quam diligens eorum examinator fuerit, dum omni eos genere distinctionum ad intelligentiae famulatum, prout inter scolasticos de scripturis sanctis audivit, gnaviter explevit. Sed[s] forsitan aliquis tu cupidus dicere vel audire quid novi, remordeas et, quia pinxerit[1] audita, non sua, me dixisse reprehendas: te ipsum in hoc convenio. Quid enim habes quod non accepisti? Aut non sunt quaerenda ab eis absconsa scripturarum qui Dei voluntatem mentis acumine vicinius contemplantur? An non eorum sequenda vestigia, quibus divina testimonia scrutantibus revelata sunt? Non dico, quod ingenium tantum[t] sine doctore non sit laudabile, sed quia est inspirationis et gratiae; sed dum quidam scioli conclave philosophiae quasi per rimas tenuissime introspexerint, statim vilipendenda diiudicant a doctoribus collecta, nisi academico[u] sopore fuerint condita. Quos potius ridendos addixerim, qui per oblectamenta fallaciae magis appetunt garrire quam sancti Spiritus organis, virorum videlicet illustrium documentis, obaudire. Quare tanto maioribus eum disciplinae bonis inter nos dum vixit habundare vidimus, quanto non inventa vel[v] ficta per se humana persuasione morum instrumenta palliavit, verum secundum auctoritatem sanctorum patrum religiose vivens enituit.

5. Accedit ad hoc, quod vitae superioris amore diversa coenobitarum habitacula laborioso circuitu, sicut vir desideriorum, lustravit; sed soli Guatino[w] specialiter designatus, opulentiae divitiarum atque suffarcinatis ferculis olera nostra sobrie irrigata preferens, in horum nullo mansit[x] fixus. Ceterum opinatissima quam[y] potuit canonicae institutionis

a) At 1. b) confluentiam 2. c) summa 1. d) q. vitam 1. e) in occiduis 1. f) increpandos 1. g) in civitate 1. h) cum 1. i) et 2. i*) *forte* heredes k) quasi 2. l) manebant 1. 2. m) isti 2. n) vocabant 2. o) digrediendi 1. p) necessariis 2. q) miseratione sic actum arb. 1. r) Otfridus *h. l.* 1. s) Sed — documentis obaudire *des* 2. t) *sic ed.*; tamen 1. u) archademico 1. v) *sic* 2; aut, *superscr.* vel 1. w) Guatinio 2, *et sic semper.* x) permansit 2. y) quę 2.

1) scil. Odfridus.

undecumque decerpta mentis in alveario collegit, ut in horreum sanctae ecclesiae messor divinus conferret, quae secum in tritura laboraturis grato pastu cibaria dispensaret. Veniens igitur ad descriptum locum, quasi peracto currendi stadio, bravium agonis accepturus, speculata silvarum solitudine, aptum private[a] vivendi ab importunitate[b] discurrentium ratus est sibi repperisse latibulum. Replicat tamen provide vices, velut perspicax in futurum vivendi provisor, et quasi ales iam vicina partui, ubi tuta cubilia ponat, sollicita, hinc ventorum turbines, inde milvorum ingluviem, hinc trepida cogitat angues, tandem ardua tremulis in ramis anxiae placent[c] frondea: ita crebra visitatione, non semel aut bis redeundo, saciatus, quos iam in spe parturiens sibi sociari meditabatur, filiorum mansiunculas sollerti curiositate providebat[d], [donec[e] omni constantia vigilanti insedit animo], ne tanta loci commoditate quoquo modo frustraretur.

6. Sed quia Bergensis monasterii[1] membrum id esse deprehendit, ad quendam maiorem[f] provinciae virum, principii nostri et re et nomine quasi patrem, Adam[g], cui aeque honesta erat matrona, et haec nostrae creationis, ut ita dicam, fecunda genitrix*, scilicet[h] huiusmodi consilium per se ferre non valens, detulit, et quid in supradicta tam augusta[i] olim [antiquorum[k]] sede, si in sua cederet, fieri deliberasset, aperuit. Parvane fiducia id putas ausus, ut hominem quasi beluina rabie frendentem, ubique nequam fama cognitum, elatum, incompositum, sine affectione ignotus ignotum adiret? An quia non crederes in aliquo aut aliquali[l] huiusmodi probandum[m] tibi, posse mansuescere multorum eatenus[n] punitorem? Sed audebat plane et bonam voluntatem habebat timorem Domini istiusmodi ho-
cf. Ps. 93,13 minibus suadere, corripere, docere, in omni doctrina perfectos reddere, ut mitigaret eos a diebus malis. Iuvit [vero[o] et] in hoc ipsum qui incrementum[p] dat Deus, suscitare filium
cf Matth. 3,9 Abrahae quasi vivum de lapide. Nam licet impune multos exquisitis malitiis ex consuetudine nocendi sine misericordia saepe multasset, sed in hoc laudandus[q], quia, cum rarum valde sit cognitu ad id usque alicui eum vel necessitatem patienti[r] in modico[s] aliquando succurrisse, predictum tantum[s*] religionis virum primo aditu honeste suscepit, diligenter audivit, veneratus est et nobis ipsius hortatu res, terras, pecuniam, ornamenta, se insuper ipsum pre omnibus ad serviendum benivolus exhibuit. Tantum Odfridi[t] lima sermonis evaluit, quae[u] mitem de crudeli, de[v] inutili frugalem, increpatam duritiae pravitatem rodendo paulatim exsculpserat[w]. Hic ergo, cum eius desiderium cognovisset, tum innuente[x] proba coniuge, tum inaudita novitate canonici ordinis, quem instituendum inibi paulo[y] ante exposuerat, totum se huic negotio impendit, quomodo isdem locus cum annuis reditibus, quos Bergensibus solvere solebat, libertati condonaretur. Quod hac molitione, sicut erat ingeniosus, admonitione[b] predicti provisoris nostri, indicta taciturnitate, cautus effecit.

7. Sed nos neminem latere volentes, tam nolentibus scire quam volentibus innotescere studeamus[z], ut, sicut quis, de qua sit oriundus linea, novit[a], ne itidem, cuius sit[b] originis Guatinense coenobium, filii qui nascentur ignorent. Cuiusdam ergo Richarii de canonicis Sanctae Mariae Morinensis altare de[c] Ledringehem[2] quod usibus deserviebat, cessione ipsius a beatae memoriae tunc episcopo Drogone domno Odfrido concedi laicus idem precibus obtinuit. Quod idem cum appendiciis suis non[d] post multos dies, conditione interveniente[e], eodem predicto episcopo mediante cum idoneis personis, Ermengerus abbas Bergensis et monachi eius in usus monasterii[f] sui pro Guatinensi ecclesia et quos debebat annuatim solidis[g] a domno Odfrido patre nostro in cambio suscepit, ut potestative[h] deinceps alterutrum mutata possessio perpetua stabilitate cui cessisset hinc vel inde firma remaneret. Hoc ita sinodali publico conventu diffinito[i], quisque sibi ratis[k] cesis receptis suas dioceses, sicut[c] commutatae sunt, proprio cum iure solide et quiete recognovit. Sic initiatum[l] a primo introitu prelationis in Guatinensi ecclesia domnum Odfridum cognovimus, et ne occultatum posteris excidat, testimonio tali ad memorandum suscitamus.

*) Eva *add.* 2.

a) privatim 2. b) inoportunitate 1. c) placet 1. d) provideat 2. e) donec — animo *des.* 1. f) maiorum 2. g) A. 1. h) *deest* 2. i) angusta 1. k) *deest* 1. l) alias 1; aliquo āīlj (*corr.* animali) 2. m) parandum 1; p. t. *des.* 2. n) catenis 1. o) v. et *des.* 1. p) merentium 1. q) est *add.* 2. r) patiendi *corr.* patienti 2. s) immodico 2. t) Odfridini 2. s*) tamen? u) ut 2. v) fr. de in. 2. w) exscupserat *corr.* exsculpserat 2. x) *sic coniecit Mart.*, imminente 1. 2. y) a. p. 2. z) studemus 2. a) norit 2. b) *deest* 2. c) *deest* 1. d) *sic ed.;* nisi 1. 2. e) inconveniente 1. f) s. m. 2. g) solidos 1. h) *deest* 2; utpote stative 1. i) definito 2. k) rat. ces. rec. *des.* 2. l) ūciatum 1.

1) Bergh St. Winnoc (Bergues). 2) Ledringhem, praef. Dunkerque, pagi Wormhout.

8. Ventum ergo iam erat ad illum quem votis mille petitum ambierat[a] vidisse diem, ut, nacta videlicet oportunitate, cum his quos Deus ad hunc quietis monasterii portum appelleret canonice conversaretur, ab urbe[b] Taruanensium directo itinere Guatinum pervenit, et composita pace cum his quos invenit, facto etiam, prout res erat, inventario, ipsum hactenus cantorem[1] eiusdem ecclesiae, venerandum sacerdotio virum, quem postea in ea priorem, ut dictum est, vidimus, Deo mediatore in unum cor et animam unam sibi conglutinans, regulariter vivere coepit.

9. Hanc religionem prefatus ille bonae spei laicus[2] non mediocriter appreciatus, se cum uxore sua in societatem huius fraternitatis suscipi et connumerari magna cum veneratione postulans impetravit; et sicut publicarum, quibus cingimur, forestium officialis erat, in[c] cellulis, officinis ac necessariis fabricandis hilaris machinarum et lignorum administrator diligenter adiuvit. Eo[d] tempore nichilominus idem vir obtulit quadraginta octo mensuras terrae cultae in meridiana parte sub monte Casleti[e] ad sustentationem ecclesiae nostrae in redemptionem suam[f] et suae collateralis[3], ut, quam velut expositam nutricius a principio collegerat, neglectam composuerat, humilem sustentaverat, infirmam refecerat, pannosam ornamentis speciose compserat, iam adultam et quasi producendam ante omnes primitiis oblationis dote firmaret.

10. Tunc etiam domnus Odfridus prepositus noster dedit viginti mensuras terrae in villa Flissingehem, Riquardus canonicus quatuor mensuras in Walins[g,4], Bernoldus canonicus in Petenham[h,5] decem mensuras, Ledbertus[i,6] canonicus in Petenham[k] quinque mensuras, Herebertus canonicus et conversus in Sintina[l,7] sedecim mensuras, Tainardus et Everboldus canonici[m] triginta mensuras, Alfwinus[n,8] canonicus decem mensuras in Brocsela[9], Radulfus canonicus decem mensuras in Sintina; quarum Riquardi quatuor mensuras et[o] Bernoldi decem mensuras et Alfwini[p] decem vendidimus propter comparandum allodium Iohannis Atrebatensis, et sicut in sequentibus dicetur, in meliorem possessionem commutavimus. Dedit postea Rodulfus conversus tredecim mensuras terrae et se ipsum ecclesiae nostrae cum tota mansione in villa Ledersela[q,10], Gibbodo miles de Fleterne[11] viginti mensuras in[r] villa Thiggabusc[s].

11. Et ne ad incepta maiorum personarum deesset dignitas, ad confirmandum comitissam Flandriae, Adelam[t] videlicet, Balduini[u] comitis apud Insulam sepulti viduam, adiit, quid fecisset, quid vellet, intimavit. Illa autem, ut erat indeficiens ad melioris vitae provectum consolatrix, filium, comitem videlicet Rodbertum[v] cognomento Frisonem, e vestigio convenit[12]; bonum esse et salubre, si huiusmodi bene volentibus conversari aliquid attribueretur, efficacissime suasit, nec ante desiit, quam dominicalem curtem nomine Ballingeberghe[w,13] ad occidentalem plagam Casleti[e] montis iuxta rivulum Penam[x,14] cum omnibus appendiciis integerrime, insuper et duas garbas tocius parrochiae Guatinensis necnon et in circuitu atrii ad ampliandum curtilia et mansiones quatuor diurnales terrae fiscalinae in remissionem peccatorum suorum Deo et sanctis ad continentiam inibi servientium nostrae Guatinensi ecclesiae ambo perpetualiter offerrent. Actum in villa Sithiu apud coenobium 1072.
Sancti Bertini[y,15], atque inde in sinodo Taruanensi[z] publico consessu[a], idoneis adstantibus personis, cum eadem ecclesia nostra in testamento episcopali, quemadmodum scire volentibus patet, libertati inconvulsae sub astipulatione confirmatum, presidente Drogone epi-

a) ambigerat 1. b) ab hac urbe *corr.* ab urbe 2. c) qui in 2. d) Eodem 2. e) Caleti 1. f) nostram *corr.* suam 2. g) Walnis 2. h) X m. in P. 2. i) Bedbertus 1. k) V mens. in Petegam 2. l) XVI mens. in S. 2. m) canonicus 2. n) Alfunnius 1. o) Alf. X mensuras et B. X m. vend. 2; et B. canonicorum et A. 1 *(ubi forte* cañ *pro* meñ *lectum).* p) Alfuini 1. q) Lidersela 2. r) in v. *des.* 2. s) Thiggabusch 2. t) A., *ead. m. superscr.* Adela 1; Adilam 2. u) B., *ead. m. superscr.* Balduinus 1; Bald. vid. 2. v) R. 1; Robbertum 2. w) Ballinberge 1. x) Peenám 2. y) B. 1. z) Teruanensi 2. a) consensu *corr.* consessu 2.

1) Alfwinum; v. c. 1. 2) Adam. 3) Haec et sequentes donationes confirmantur charta Drogonis episcopi a. 1072. infra laudata. . 4) Hoc nomen personae est in regesto chartae Drogonis episc. infra laudatae ap. Coussemaker, certe falso. 5) Pitgam, praef. Dunkerque, pagi Bergues. 6) Robertus audit ap. Coussemaker. 7) Synthe (Grande- vel Petite-?), pagi Dunkerque. 8) Certe idem qui supra c. 1. memoratur, postea praepositus. 9) Broxeele, praef. Dunkerque, pagi Wormhout. 10) Lederzeele, praef. Dunkerque, pagi Wormhout. 11) Flêtre, praef. Hazebrouck, pagi Bailleul. 12) Lamb. Ard. c. 28, SS. XXIV, p. 571, dicit, ipsum Robertum poenitentia nepotis occisi commotum coenobium Watinense fundasse et 30 canonicos ibi instituisse. 13) Ballenberch hodieque collis prope Cassel vocatur. 14) Peene, qui Yserae influit. 15) Haec charta impressa est ap. Miraeum, Opp. dipl. II, p. 1311.

1072. Iun. 8. scopo anno incarnationis Domini 1072, indictione decima, 6. Ydus Iunii, sexta feria[1]. Necdum animo saciem[a] dederat femina caelitus inspirata, immo Guatinum venit, et quasi una de minoribus humili subsellio cum cementariis ac fossoribus operi immorata, sub divo solis patiens, sancti aedificii, quod usque hodie est, fundamenta iecit, et abscedens hac vice non modicum censum ad plastarum expensas per manum domni Odfridi patris nostri dereliquit; quas[b] utique, ne serius[c] opificium, exhaustis quas prius miserat, consummaretur, per plura incrementa non semel aut bis, sed multotiens, ut ab his qui noverunt novimus, augere curavit. Erat tunc, quando numerosa pecunia in extruendis molendinis apud Muggascota, quem locum a silva per divisionem fossati, quod fecimus, comitis dono suscepimus, perdite et sine effectu impensa est.

12. Preterea Iohannes Attrebatensis, vir potens in ordine suo, provinciae ipsius advocatus, allodium, terras videlicet magnas quas habebat in Flandria[d], eidem ipsi feminae nobili pro quinquaginta libris solidorum ante aliquot annos apposuerat, ex quibus ipsa, statutis in eis duabus vaccariis, pensiones annuas iuxta consuetudinem recipiebat. Sed hoc usufructu animae commertium potius fenerari cupiens, satagebat intenta mente, quomodo ecclesiam nostram iure perpetuo eisdem terris hereditaret[e]. Sunt autem hae: in parrochia videlicet Ereinboldescappla viginti tria diurnalia, quae terra vocatur Olderdesdit, in parrochiis Stenen[f,2] et Petingham[g,3] diurnalia ducenta, quae in summa[h] ducta ducenta viginti tria diurnalia, quae vulgo mensuras nominamus, faciunt. Qua de causa cum fratribus nostris I[ohannem[i]] convenit, hortata est, quatinus supradictum allodium in redemptionem peccatorum suorum ipse et uxor eius Ermentruda[k] Guatinensi ecclesiae, si tribuere nollent, vel misericordi pretio venderent. Tandem persuasit, pecuniam pacta est, centum videlicet libras et insuper quoad viverent annuatim decem libras, ab ipsa ecclesia scilicet in festo sancti Martini solidos 100 et quindecim dies ante pascha solidos 100, ea conditione, ut, dum ambo defecissent, pro eorum absolutione decem illae librae sine repetitione aliqua perpetuo deinceps Guatinensi ecclesiae remissae decidissent. Ita sapienter devota femina emptionis pretium ad hanc summam facilius recidere[l], nec aliter potuit, quia ad decem annuas libras, quas idcirco pepigerat, propter spem diutius vivendi cupidos animos[m] inhiare prospexit. In quo debito illas quinquaginta libras, quas ab ea I[ohannes[n]] super predictum allodium mutuaverat, eidem ipsi infra numerum 100 librarum sub emptionis et venditionis ratione, quemadmodum ab initio conventionis ecclesiae nostrae ipsa donaverat, eo sic annuente, statim in solutionem computavit. Reliquum autem, id est alias quinquaginta libras usque ad centum, nos undecumque corradendo, gravi dispendio ipsi persolvimus.

13. Eo tempore adeo importabili debito addicti sumus, ut, extra terras quas vendidimus, libri etiam et ornamenta ecclesiae distraherentur, quia levius visum fuit rebus mobilibus ad tempus desolari quam in futurum vivendi tam ampla possessione non hereditari. Huic autem pactioni, mediante comite Rodberto[o] Frisone, publice in plena curia penthe-
1075. Mai 24. costes in[p] Bergis castro Iohannes consentiens atque irremeabiliter laudans, cum ad donum ac manumissionem faciendam pervenisset, uxor eius reluctabatur, quasi dotem suam amissura[q]; qua tamen duas auri uncias a nobis extorquente, et fieri permisit et cum marito suo ipsa legitime fecit. Facta est autem haec traditio anno incarnationis Domini 1075,
Mai 25. indictione 13, 8. Kalendas Iunii, feria secunda penthecosten[r], in villa Bergis[4] a Iohanne Attrebatensi[s] et uxore eius Ermentrude super[t] reliquias ecclesiae Guatinensis in mansione ac domo Gonteri conductoris[u] et ministri eiusdem Iohannis, adhibitis iudicibus quos scabinos appellamus his: de Cappla[5]: Ereinberto[v], Fredeboldo de Uggeshem[w], Dodino filio[x] Tidboldi de Werhen, Adalardo Tire, Rodulfo filio Everardi Nossalim, Lugelmaro Stanin filio Ingelmari Stanin, Lugelmaro Albo, Olrico filio Hermi, Eggafrido filio Arnoldi; de Stenen: Walrardo de Coldelkerke, Arnoldo filio Ermengeri, Malgero filio Wulfardi Wanka; de Petengham[y]: Odfrido, Reinlofo[z] filio[a] Heregoti, Heregoto de[b] Petengham, Volrado fratre eius, Godewino de Petengham, Waltero Voxbalg.

a) satis 1. b) quos 2. c) secius 2. d) Flandris 2. e) *deest* 1. f) Steenen 2. g) Petegam 2. h) summam 2. i) I. 1; illum 2. k) E. 1. l) *verbum vel plura excidisse videntur.* m) annuas numerare pr. 1. n) I. 1; ille 2. o) Robert. 1 *semper*; Robberto Frisione 2. p) *in marg. suppl.* 1. q) amissuram 1; manumissura 2. r) penthecostes 1. s) Atrebatense 2. t) supra 2. u) condictoris 1. v) *deest* 2. w) Fr. Dunggeshen 2. x) *haec* — Wanka *om.* 2, *ponens* etc. y) Petegam 2. z) Renlofo 1. a) f. H. *des.* 2. b) *haec* — Voxbalg *om.* 2, *ponens* etc.

1) Regestum chartae Drogonis episcopi dedit Coussemaker in 'Annales du comité Flamand de France' V, p. 337. 2) Steene, praef. Dunkerque, pagi Bergues. 3) Pitgam. 4) Charta in chartulario non exstat. 5) Cappel, pagi Dunkerque.

Et quia comes causis curialibus implicatus erat, Walterus Bergensis advocatus ad hoc in [1075.] forum iudiciale[a] transmissus, donum ac stipulationes et ratum sponsionis, ut in legibus mos est, in oculis testium, qui infra conscripti[b] sunt, ad opus ecclesiae Guatinensis vice comitis suscepit. Testes[c]: ipse Walterus Bergensis [advocatus[d]], Eustachius[e] Viviensis[f], Lambertus frater eius, Albertus de Bellis, Giselbertus frater Balduini Gandensis, qui ab Anglia tunc venerat, Onulfus dapifer, Rodbertus buticularius[g], Rodulphus camerarius, Ragenfridus frater eius, Franco Niviellensis[h], Wago Attrebatensis, Walterus filius Ursonis Duacensis, Goiffridus castellanus Cassiliensis, Rodulphus filius eius, Rodulphus Sapin[i], Azo de Stapris, Gerardus scabinus, Gilbodo scabinus de Fleterne, Arnoldus scabinus de Mue, Arnoldus de Castra; Bergenses: Folcranus castellanus Bergensis, Boldravan[k] filius Letrae, Balduinus frater eius, Lectra frater eius, Hagabaru filius Stulard, Boldravan frater eius, Wizalo frater eius, Malgor frater eius, Bernoldus filius Norberti, Norbertus frater eius, Ravan frater eius, Arnoldus filius Ravan, Hugo Roda, Odbertus frater eius, Hugo Roda de Port, Walterus filius Odfridi, Vemerus frater eius, Hugo frater eius, Odfridus[l] frater eius, Algot filius Otfridi, Remgor filius Arnoldi Nigri, Lugelmar filius eius, Everardus filius Everardi, Adalim filius Vemardi, Lem.[m] filius Wulfardi Mankel, Renger frater eius, Herebertus filius Denes, Bernoldus filius Radulfi, Gozmar Clenehant, Arnoldus Uggeshem, Camo de Trembold filius Eggefridi, Eggefridus frater eius, Erembertus frater eius, Erembert[n] filius Oden, Erembertus filius Onuakin, Reimlof filius Godildi, Hugo frater eius, Eremboldus frater eius.

14. Quo[o] facto, sequenti die, id est 3. feria in penthecosten, dilatione unius noctis [Mai 26.] mediae, venit Iohannes[p], et huius traditionis maiorem adhuc fidem facturus, quicquid Bergis in consessu iudicum, in oculis iurisperitorum et testium dono, stipulatione, rato, promisso ac fideiussione fecerat, totum repetito ordine Deo et sanctis eius Nicholao et Richario[1] ad usum ecclesiae Guatinensis benivolus in altari renovavit, obtulit, manumisit. Cui secundae traditioni iuvenis comes Rodbertus, filius comitis Rodberti Frisonis[q], ad hoc a patre et avia[2] directus interfuit, et sicut scientes uti legibus cautius dictaverunt, videlicet donum, stipulationes et cetera quae in huiusmodi fieri competebant tam iussu quam vice patris ad ius ecclesiae nostrae vindicans[r] suscepit.

15. Sic Guatinensis ecclesia allodium Iohannis Attrebatensis, quod in[s] iam dictis parrochiis possidere videbatur, per saepe nominatam feminam acquisivit; pro quo per continuos novem annos sine remissione prescriptas decem libras ad libitum accipientis numeravimus. Decimo autem anno, cum prius uxor eius defuncta esset, et ipse interfectus [1085.] est, sed ante solutis illius anni 100 solidis[t] debiti nostri; quinque igitur de ducentis[3] plus minus libris, si a principio conventionis ac deinceps per singulos annos, ut notavimus[4], computes, constitisse nobis easdem terras ante mortem Iohannis invenies, sicut[u] ad primas centum libras novies decem libris[v] supputatis et semel centum solidis in hac conscriptione facillime taxare poteris. Quae ita scire, ut supra posuimus, reor, non oberit, ymo et post ex illo die eandem possessionem solide et quiete nos tenuisse, apud memoriam posterorum multum nosse proderit.

16. Huiusmodi ergo nostrae ecclesiae provectus, quos hactenus notavimus, ne beneficiis Dei ingrati essemus, semper aliqua[w] amaritudine aspergebantur, ne vel minimum nasceretur commodum, quod non aliqua ex parte nobis fieret incommodatum. Primo enim omnium, postquam anima una et cor unum in Deo nobis esse coeperat, unitatem spiritus dissensionis aegre ferens, quia solitum[d] mutare cogebatur hospitium, amica suae fraudis vascula serpentes nobis dereliquit, quorum tam innumera erat ante nos in his sedibus multitudo, ut cum mansionario eiusdem atrii, anterioris scilicet ecclesiae cantore[5], sub eadem casula gregatim habitarent. Et quamvis neminem morsibus laederent venenosis, tamen tractibus mansiunculas atque utensilia quaeque polluebant; quem[x] tandem tam imminenti grassatione[y] sunt aggressi, ut pre nimia importunitate deserere locum compellerent et

a) iuridiciale 2. b) scripti 2. c) Testis 2. d) *deest* 1. e) Minensis 1. f) *reliqua nomina testium om.* 2, *ponens* etc. g) butcll[5] 1. h) Nimellensis 1. i) *fortasse* Stipin 1. k) Boldrauā 1. l) Odfri 1. m) Lem̃ (Lemar?) 1. n) Crembert 1. o) *pergit* 2. p) Guatiniensis *add.* 2. q) Frisionis 2. r) iudicans 1. s) iam in dictis 2. t) scutis 1. u) si 1. v) libras 1. w) aliquibus amaritudinibus 2. x) quę 2. y) grassione 1.

1) Cf. Hariulfi Mirac. S. Richarii c. 1, Mabillon, Acta V, p. 568, quomodo evenerit, ut his duobus sanctis coenobium dicatum sit. 2) Adela. 3) i. e. 195 libris. 4) C. 12, ubi apparet, 100 solidos 5 libras valuisse. 5) Alfwino.

mansionem mutare. Videres enim, ut[a] affirmant, ita mansuetos, ut, qui naturali formidine humanos declinare solent[b] occursus, preter id quod multociens, immissa nescio qua audacia, inter consedentium pedes adlabebantur, tum etiam a tecto per tegulas, tum per impluvium ipsius tugurii semet penduli capitibus inversis precipitabant, [ita[c] ut] domestica quadam familiaritate lectulos quorundam ascenderent et facto sinuamine[d] in orbem intra vestes se sibi implicarent. Ubi si quando reperiebantur, non quasi deprehensi latebras quaerebant, sed velut officiosi servitute parentes de mutato loco ex latere ad horam maiori cedere videbantur. Observabant etiam reficiendi tempus, ne vel prandium vel coena sine illorum participio transiret, qui ipsam mensam aliquando, sicut doctus sum[e], scandere parabant, nisi violentia aut incusso terrore arcerentur. Ita dies de improvisa eorum ingressione, ubi minus adesse putabantur, formidolosi, noctes vero omnino suspectae ducebantur. Quia enim haec reptilia, prout a referentibus qui talia noverunt contigisse innotuit, apertis oribus dormientium solent insidiari, ut, sicubi laxa, sicut fit, solutis[f] sopore membris, observaverint, corpora humana ingrediantur, vix alicui satis tutum erat dormire, nisi mundioris alicuius brandei glomis[g] ora compilata aut facies velamine obvolvisset. Si quando vero, quod ex natura pati non possunt, frigore aut aeris aliqua incommoditate ad latebras redire compellebantur, videres alios palis, sudibus alios[e], alios perticis ac lapidibus armatos exploratas tavernas obsidere, ut[h], cum desuper ab aliis de sterquiliniis comprimerentur egredi, ab aliis excepti diversis mortibus exterminarentur. Sed cum nos Deus ad hanc habitationem lue mortifera forsan extergendam, ymo ad suae mansionis receptacula in nobis mundanda convocasset, huiusmodi portenta etiam claustri nostri penetralia ita pervio lapsu aliquando permeabant, ut sedilia fratrum saepius occuparent, promptuaria irrumperent[i], vias deambulantibus frequenter sepirent.

17. Erat tunc iuvenis quidam inter nos frater, divino, credo, impetu ceteris audacior, qui quotquot offendebat — aliis pro solo visu [horrore[e]] pavitantibus — immisericorditer multabat. De quo quia res ita[k] se offert, iocosum triumphum simul ac[l] memorabilem[m] ponere non ab re duxi, ut, dum, aetas iunior constantia simplicitatis qualiter impulsa nescio quid fecerit, maiores audierint, fidei tutela indubitanter armati, quid ipsi in eo qui dat potestatem calcandi supra serpentes[n] et scorpiones presumere valeant, non cunctentur. (cf. Luc. 10, 19.) Hic enim dum forte quiddam operis habens in claustro die quadam sederet, ex improviso insolitae magnitudinis, quantum ad solitos videri, ante pedes eius e latebris serpens adlapsus est. Quem cum, pallentibus aliis, reptantem advertisset, statim, licet inermis, eo spiritus impetu quo solebat fidens, aggreditur et medium nuda manu arreptum, rigentem quasi telum vibrans, solidum parietem, qui ex latere stabat, ictu tam facili transverberavit, acsi missile aliquod pro serpente iecisset. Ad huius facti relationem dum ego requirerem, quid de illo suo vivo iaculo deinde fecisset, respondit, tamdiu in perfosso[o] pariete hinc atque inde pependisse, donec subsecutus et rei effectum disceret et bestiam interimeret. Mirari ergo, prout dignum admiratione videbatur, coepi; ille autem nichilominus affirmare et ne quidem minimam aperturam antehac in ea parietis parte, qua serpens transierat, fuisse, perfectissime probatum habere. Asserebat insuper, non rei fide, sed ne quis forsan virtuti tale quid incomperta diffamatione attribueret, quosdam huius esse generis colubros, quorum facie preacuta lignea quaelibet maceries, si quis temptaret, absque difficultate iactu[p] transfigeretur. Sed ego inverecundius historicorum disertissimis, qui Libiae tantum siticulosa regione aut Arabiae divitibus arvis hunc quem dicunt iaculum morari serpentem opinantur[q.1], ad cuius iactum, dum irascitur, non armorum vasa salutem tueri valeant, magis crediderim. Istud autem, quaslibet opiniones machinetur, quas velit[r] excusationes ad non credendum pretendat, nonnisi divinae virtutis indicium et occultum futuri alicuius beneficii presagium dixerim. Haec non me confingere, quemadmodum graphio committuntur, quisquam preiudicet, dum ab eorum labiis exceperim, quibus et videndi atque interesse facultas frequenter pavitantibus fuit.

18. Addidit his[s] totius iniquitatis seminarium dyabolus temptationis[t] adversum nos adhuc arma commovere et peccatis nostris exigentibus permissus, facto soricum[u] grege

a) prout 2. b) solere 1. c) i. ut *des.* 1. d) foramine 1. e) *deest* 1. f) solitis 1. g) glomus 1. h) et 1. i) irruperent 1. k) se ita 2. l) et 2. m) memorabile 1. n) sc. et serp. 1. o) imperfosso 2. p) actu 1. q) opinatur 1. r) vel 1. s) -hic 1. t) temptationes 1. u) gr. sor. 2.

1) Cf. Isid. Etym. XII, 4.

omnes officinarum mansiunculas usque adeo vehementi tabe commaculans infecit, ut preter quod solito casu[a] naturae mandi poterat, lectorum sternia, vestes, manutergia, altaris pallas, libros divinos absque ullo respectu, preterea vasa, calices ligneos, pixides panum sanctificandorum cum ipsis panibus immisericorditer deroderent et vix, ut timebatur, ab humanis carnibus temperarent. Sed forsan in hoc proxime imminens adversitatis portendebatur indiculum[b], ut, cum immundorum animalium lacerati dentibus evasissemus[c], invidorum[d] attrectandi morsibus, quemadmodum contigit, deputaremur. Nam huic successit incommodo totius fere provinciae contra nos, maxime autem clericorum, conflata suspicio, quia mandatorum apostolicorum plus aemulatores pre ceteris videbamur, videlicet de non suscipiendis ad missas faciendas uxoratis sacerdotibus, de incestuosis et simoniacis vitandis, tum etiam de aliis capitulis, quae in decreto Gregorii papae septimi[1] distinguuntur[e], servandis, atque ob hoc velut incentorem huius commotionis domnum Odfridum odiis[f], opprobriis ac maledictionibus insectabantur, ut, preter illa quae ubique disseminando verbum Dei foris patiebatur convicia[f], comprovinciales et clerici vicini caedes, incendia, exterminium exitiale cotidie domi nobis comminarentur. Ita foris pugnae[g], intus timores, vix aliqua securi inter cf. 2. Cor 7, 5 vivendum hora. Hinc, ut aiunt, lapides, inde sagittas, aliunde consumpturas omnia flammas timebamus. Sed periculis futuris prescius Deus premunitionis clipeum obiecit, ne, si[f] quando peccatis exigentibus ingruerent[f], locus omni[h] sine spe desolaretur. Nam egregio concepit animo predicta virtutis femina[2] Romam ad limina beatorum apostolorum Petri et Pauli properare; in quo comitatu predictum prepositum nostrum sibi socians, ad beatae memoriae Gregorium[i] septimum perduxit. A quo, oblata cessione [prefati[k.3]] Teruanensis 1076. episcopi, privilegium sancti Petri[l] ad confirmationem ecclesiae nostrae sollempniter datum suscepit[4] et feliciter iens ac felicius rediens ad nos usque perduxit.

19. His Romanis opibus ditati quietiores degere putabamus, cum ad offensionem suam omnia fieri reputantes, quasi agmen aculeatum exasperati, acrius nobis adversarii insurgunt. Nec clam [in conventiculis[m]] per se conferentes, capita cleri atque ipsum episcopum[5] concitant, auctoritatem ligandi atque solvendi Romano libellatico prepositum nostrum suscepisse accusant; huiusmodi privilegio, si[n] roboratum sit, ius episcopale destrui, de cetero solo nomine episcopum militare, Guatinenses imperare[o], summa imis commutari, inversa omnia, caput in caudam, nichil iam deesse[p] preter infulas episcopales; actum esse, nisi Guatinum funditus concidat, et id genus plurima, quae etiam sanctissimas mentes iniustitiae arma corripere cogere possent, donec sumpta occasione per[q] cleri conventum presentari[r] privilegium mandat. Defertur, legitur et velut adulterinum cum violentia atque iniuria, sine iure, sine iudicio trahitur, rapitur et in armario episcopi recluditur[s]. Latorem autem prepositum nostrum contumeliis et convitiis affectum, sine ratione exspoliatum, ne quidem ulterius iam convincendum, sed, prout confusus tumultus acclamabant[t], sine auditione dampnatum dimiserunt.

20. Singula quid opus est retexere? Quos luctus, quas ignominias, quae obprobria, quas invectiones, quas comminationes, terrores, derisiones interim nostra ecclesia tulerit, dum suo capite nudata, viduitatis vestibus amicta, restitutionis tempus [a[u] Domino] expectabat. Consolabatur tamen in filiorum qui residui erant constantia, quia viriliter resistentes omnibus quae acciderant infortuniis[v], canonicae vitae a regia via[w] non exorbitabant, sed pro se ipsis et loco agentes, nichil impossibilius quam Romano decreto [quicquam[k]] superordinari posse iudicantes, resumptis viribus, per se ipsos episcopum adeunt, rogant, expostulant, incusant, cur scilicet Guatinensem ecclesiam ludibrio habitam sine lege fecisset, cur iniquorum machinatione destruere moliretur quod ipse fecisset; privilegium, quod abstulisset, Guatinensem ecclesiam ex furtiva[x] usurpatione non presumpsisse, datorem adhuc vivere, nec emendandum esse, quod ex sua conscientia et cessione[y] Romani pontificis permissum erat; nullius[z] obiectionis convictos, accusatione, simulatione reos factos, non at-

a) usu 2. b) indicium 2. c) evadissemus 2. d) mundorum 1. e) distinguntur 1. 2. f) *deest* 2. g) metus 2. h) s. o. 2. i) papam *add.* 2. k) *deest* 1. l) papę 2. m) cl. murinculis 1; in. c. p. se c. *des.* 2, *ubi ins.* sed etiam; *locus corruptus difficile sanari potest.* n) sit 1. o) impere 2. p) acclamantes *add.* 2. q) et 1. r) et pr. 1; *forte* ei pr. s) retenditur 2. t) acclamabat 2. u) a D. *des.* 1. v) infortunis 1? 2? w) vita 2. x) *in ras.* 1. y) concessione 2. z) nullius — impuniendos *des.* 2.

1) De synodo Romana a. 1075. agi videtur. Cf. Gregorii VII. Reg. IV, 10. 11. 2) Adela comitissa. Cf. Flandr. gen. c. 11, SS. IX, p. 320. 3) Drogonis. 4) Hoc privilegium non exstat, sed in excerpto citato a H. Morand l. l. p. 70, n. 2. legitur: *Anno Domini* 1076. *libertate sublimatus est locus iste a Gregorio papa.* 5) Morinensem Drogonem, qui a. 1078. defunctus est. Inter a. 1076—1078. igitur sequentia gesta sunt.

testatione, ut, si culpabilem discutere vellet, se ipsum in causa esse[a] qui iniuriasset, non iniuriatos, se invenire puniendum, punitos autem impuniendos; placeret tandem ablata reddere, exspoliatos, receptis[b] propriis, iurisdictione[c] in sua restituere, patre[d] turpiter repulso, pupillorum causae non obviare. Satis iam et plus quam satis malignorum superbia et obtrectatione Guatinenses terra marique fuisse decantatos[e], iam invidos ad cumulum grassatos, nil restare spei in posterum preter miseriae et plorationis elogium. Sed eo tamen miseros apud iudicem miserabiliores in omni causa debere fieri, quo ab aemulis opprimuntur; tamen super omnia cogitandum, quod in divinas leges impie impune agere diu non cedatur; sin autem, Neroniana tempora his posse convinci, quae licet Petrum absumpsissent, sed tamen fidem illius, scilicet[f] testimonia, reservasse; nunc vero in hac rerum intemperie, si hactenus[g] iniustitiae frena laxentur, quid aliud nisi fidei totius fundamenta collidere?
Luc 22,32. atque ipsa Veritate reclamante: *Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua*, quae infidelium intemerata reliquit impietas, eiusdem cuius non desinet fides contra veritatem etiam testamenta delere? Intererat[h] huic altercationi filius sanctae Romanae ecclesiae I[ngelramnus[h*, 1]] Sancti-Audomarensis canonicus, quem in sacro palatio cum venerandae memoriae Gregorio papa septimo non parvo tempore commoratum et novimus et splendide peregrinatum vidimus. Qui Romuleos apices, reserata carta, veluti familiaris aliquamdiu collactaneus[i], acumine clariori quid continerent intuitus, rata interpretatione sine difficultate resolvit et, oppilato refragantium ore, Guatinensi ecclesiae tultum[k] privilegium resignari habundanti ratione convicit. Sic igitur restituti ac grate postliminium reversi, deinceps aliqua inquietudine libertatem nostram a nemine rescivimus cauponari.

21. Ea tempestate cum in Galliis per diversas sedes plurima concilia celebrarentur et ab Hugone Diensi sanctae Romanae ecclesiae[l] legato multa corrigerentur[2], clerus Morinensis[m] per simplicitatem episcopi senis tum in nobis[n] tum in aliis pro qualitate temporis ita impune[o] delirabant[p]. In[q] hoc tamen conamur eos excusare, quia, cum multo minus quam quorundam poscebat invida suggestio pateremur, animus eorum vix a nobis, salva episcopali reverentia, in nostra defensione recessit. Sed in his omnibus quae pacis eversores alii atque alii suggerebant, digna quidem animadversione, si ulcisci de nos pulsantibus vellemus, numquam propterea venerandos canos tam annosi sacerdotis offendimus nec in tanta levitate morum vel concilia appellavimus vel sententiam in eum iaculandam aliqua protervia censuimus. Tanta mansuetudine commotionem nostram in nobismet ipsis fregimus, cum inter multiplices querelas atque impetentium perversitates, prout ab osoribus nostris impellebatur, nos iniuriasset. Et quidem[r] Romana pietas, cui in eodem assentiebamus, quae[s] semper laborantes misericordiae gremio suscipere solet, virum hunc[t] velut emeritum suum, quamvis in aliquibus statum rei publicae[u] labefactantem, materne sustinebat, quia simplicitatem[v] cum senectute pensans, tanto pro eo sollicitior atque timidior videbatur, quanto scientia ac discretione excedens, morti vicinior, dierum plenus cotidie efficiebatur[3].
1078. Etenim non multo post ipse defungitur anno episcopatus sui quinquagesimo.

22. In cuius sedem Hubertus, eiusdem ecclesiae archidiaconus, subrogatur, vir elegantis[w] scientiae ac dignus dominio, si sibi[x], ut aiunt, dominari potuisset; quae[y] res plerosque multociens ad usque interniciem confudit potentes. Qui sacerdotium adeptus, cum ad continentiam ecclesiae suae possessiones et altaria, in quibus cum defecto predecessore et ipsa defecerat, strenue conferret et quasi redivivam reformare disponeret, bonae spei apud plures esse coeperat, quod utiliter episcopalibus redditibus provideret. Unde, si ab eo collata servata remansissent, felices usque hodie successores predicaremus episcopos, qui unde alerentur non egerent, nec distraherentur contra Spiritum sanctum venalia sanctorum locorum patrocinia, quae per simoniam ignobilibus commissa personis, ad miseranda vivendi commertia suis mercennariis suffragantur. Talibus autem initiis si reliqua, dum fuit in episcopio, pro tempore, locis, personis convenienter adaequasset, minus infortunia[4], plus

a) *praecedentis* ut *oblitus, mendose verba composuit auctor.* b) r. pr. *des.* 2. c) in sua iur. 2. d) patre — testamenta delere *des.* 2. e) *sic* 1; decertatos? f) sed 1; sub testimonio *ed.* g) tenuis hac 1; *forte* Temis ac. h) H. int. 2. h*) L. 1. 2; I. *legendum esse, monitum est SS. R. Gall. XIV, p.* 624, *n.* d. i) collectaneus 1; colact. 2. k) cultum 1; tutum 2; *eandem formam v. Folcwin. c.* 57, *SS. XIII, p.* 617. l) *deest* 2. m) Moriniensis 2. n) nos t. in alios 2. o) impugne 2. p) delirabat 2. q) In — nos iniuriasset *des.* 2. r) tamen 2. s) quae — solet *des.* 2. t) habet (ht *pro* hc) 1. u) s. ecclesię 2. v) simplic. — excedens *des.* 2. w) eleganti 2. x) sibimet ipsi 2. y) quae — plus decoris habuisset *des.* 2.

1) De quo cf. Gregorii VII. Reg. IV, 11. VI, 7—9. cf. Simon., G. abb. Sith. II, 51, SS. XIII, p. 646. 2) Cf. ib. V, 17 et sqq. 3) Cf. Greg. epist. ap. Hugon. Flav., SS. VIII, p. 420. 4) A. 1081. lancea a quodam milite vulneratus epicopatum adbicavit; Cf. de his et sequentibus A. Giry, 'Revue historique' I, p. 387 sqq.

decoris habuisset. Sed dum in[a] ordinandis quibusdam sibi contentus, magis libertati gratiae, qua se promotum fidebat, quam discretioni attenderet, dampnose magisterii clavum regens, in altiores personas impegit. Nam pluribus[b] aliis quibus confidere posset ante abiectis, ipsum principem totius Flandriae[1] tandem hac de causa in perniciem sui commovit.

23. Cum enim in concilio Pictavensi quodam a domno Hugone[c] Romano legato E[rmengerus[d]] abbas Bergensis coenobii depositus rediisset[2], et monachi benigne licentiam electionis a principe accepissent, orta[e] dissentione[f] atque[g] diu habita inter eos quaestione, ob invidiam ascendendi in unum convenire non potuerunt. Ad quod definiendum Viennensem[h] archiepiscopum W[armundum[i]], qui forte diebus illis advenerat[k, 3], qui coenobii Cluniacensis inter precipuos[l] regulares[m] habebatur, princeps accivit, ut ipsius consilio, quem destitutae ecclesiae patrem constitueret, regulari decreto investigaret. In quo conventu prior[n, 4] noster in medium suggessit, Verdunensis[o] monasterii Sancti Ayrici sub regula sancti Benedicti religiose disciplinatum domnum M[anassen[p, 5]] proximis diebus notos[l] visendi gratia in diversorium ecclesiae nostrae declinasse[q], ibi morari, a Deo quasi transmissum; si hunc promovere placeret, tutum fore nec posse desperari[r] de bonae vitae provectu sub illo, qui tam honesta conversatione non parvi temporis dispendio districte in monachico habitu philosophatus erat. Ad haec grave periculum imminere, si nolentibus regulariter vivere consentiret; communicare peccatis alienis, si rebelles et contentiosos ex sententia sua agere non reprimeret; negotium iam adesse, devenisse; provideret, ne locus sine rectore detrimentum sustineret, et ut sacer ordo, qui apud illos deperisset, vel modo sero per regularem rediret. Princeps vero rationis valde capax, tum auctoritate archiepiscopi, tum et comitissae matris eius assensu[s], ita fieri prebuit, si divelli a monasterio sui abbatis cessione potuisset. Monachis autem ex aliqua parte in obstinatione persistentibus, alii saniori mentis intuitu salutem suam cum timore Dei considerantes, ad iustam voluntatem et principis petitionem, remoto studio, ymo consensu talem sibi preficiendum expetierunt. Huius ergo postulationis directa relatione ad patrem monasterii Sancti Ayrici Verdunensis[6], qui missi fuerant a principe redierunt, cessionem nullis intercessionibus sibi fieri, nisi frater ad claustrum obediens redeat, sub attestatione referunt. Quem cum item[t] eo usque peracta legatione princeps canonice recepisset, Bergensi coenobio, remota omni quae manu[u] laica fieri solet promotione, preesse concessit. 1079.

24. Adierant interim quidam specie[v] monachi Huberti Teruanensis episcopi notitiam, qui[w], sicut ipsi legi Dei subiecti fieri timebant, ita illius animum repellentes ab intentione principis, ut quoquo modo quod deliberatum erat cassaretur, subdolis molitionibus obstabant. Quorum persuasionibus aurem[x] patens[y], non tam[z] in eo quod contra iustitiam quaesierant, cum plurimum artificiose temptassent, eis profuit, quoniam predictae matronae ac filii principis[a] — si vel soli sibi episcopari didicisset! — inimicitias comparavit. Nam cum reliqui fratrum secundum sancita canonum ad pontificalem sedem consecrandum electum suum obtulissent, ipse renuit, et[b] ne sibi suffragantem ecclesiam talis electus optineret[c], quia suus non esset, viva voce interdixit. Sic imperfecto pro quo ierant negotio, ad contumeliam principis turpiter a sessione sua velut nugaces abegit ac derisui habitos redire permisit. Nec adhuc quidem pensans, quod eatenus animi sui motum tam inconsiderate fuisset executus, ipsi[d] electo simul et priori[e] nostro, qui secum venerat, quia rei huius consiliarius videbatur, pro benedictione quam petierant maledictionem anathematis invexit; nec illud[f] quidem semel aut bis, verum ubicumque sollempnes agere solebat letanias, ut[g]

a) in o. q. s. c. *des.* 2. b) pluribus — abiectis *des.* 2. c) H. 2. d) E. 1. e) inter eos *add.* 2. f) discensione 2. g) atque — ascendendi *des.* 2. h) mēn̄ensem *corr. manu rec.* Vieñensem 1. i) W. 1. 2. k) supervenerat 2. l) *deest* 2. m) tunc *add.* 2. n) prępositus 2. o) medunensis *corr. manu rec.* Virdunensis 1, *et sic* 2; Verdun. *mox* 1. p) Ad. 1; qui *add.* 2. q) declinaverat 2, *ubi sequentia* — per regularem rediret *des.* r) desperare 1. s) eius assensum praebuit 2, *ubi sequentia usque* sub attestatione referunt *des.* t) i. eo u. *des.* 2. u) de m. 2. v) stene 1; *deest* 2. w) qui — obstabant *des.* 2. x) aurem — quoniam *des.* 2. y) *i. e.* patefaciens. z) tā 1. a) princ. — didicisset *des.* 2. b) et — fuisset executus *des.* 2. c) opprimeret 1. d) Et insuper ipsi 2, *qui hinc pergit.* e) praeposito 2. f) id semel 2. g) ut — notificabat *des.* 2.

1) Robertum I. 2) A. 1079. in. Cf. Simon. II, 73, p. 650, et quae ibi annotavi. 3) In Normanniam profecturus. Cf. Chartul. monast. S. Trinit. ed. A. Deville p. 463, nr. 82. 4) Odfridus, supra praepositus dictus; *prior vel praepositus* dicitur in Hariulfi Mirac. S. Richarii, Mabillon, Acta V, p. 657. 5) Ermengero subiicitur Manasses, de quo in Necrologio S. Agerici: *Obiit 5. Kal. Maii Manasses abbas coenobii Bergensis.* MART. Cf. Ioh. Longum 38, 4, SS. XXV, p. 783. 6) Stephanum abbatem.

quasi multiplici scandalo memoriae principis quod fecerat commendaret, quod eis indixerat excommunicationis vinculum omnibus rememorando, ad infamiam eorum notificabat. Prin-
Prov. 29, 11 ceps vero ad[a] nutum Salomonis sapiens differt spiritum et reservat in posterum. Iniuriatus verbis non obstrepuit, sed, ut dicitur, 'ad quod intenderis ingenium valet etiam': nichil propositum differens, cum sollempnitate decreti et omnium postulantium subscriptionibus roboratum et sua ipsius pagina prosequente necnon et[b] archiepiscopo Viennensi propriis apicibus consonante electum eundem domno Hugoni Diensi ordinandum sine[c] dilatione coenobio Bergensi direxit. In qua profectione prior[d] noster iussu principis comitatus est. Cui roganti, quatinus alligationem episcopi Taruanensis sibi resolveret, cardinalis tale fertur dedisse responsum: Deum[e] pensare potius illati causam criminis quam ultionem iniustae animadversionis, nec[f] ullo modo apud ipsum valere sententiam precipitationis, qui novit in[g] intimo, quantum discernat ficta[h] dampnatio pastoris; et idcirco non esse dignum absolutione, quod non commiserat qualitas culpae; valere in pace nec ulterius se credere privatum apostolica communione.

25. Sic ergo accepta benedictione, cum ad principem peracto[i] negotio repedassent, Hubertus Teruanensis, ab[k] eo quod fuerat non mutatus[l], in sua sententia perdurabat et[m] quos antea necdum auctoritate cauta firmatos communione privaverat etiam nunc anathematis ruga propter sui despectum acrius notabat. Videns[n] autem princeps ad ingratitudinem suam rem magis commoveri, cogitabat, quomodo ecclesiae fieret consultum, ne de beneficio ecclesiarum, quas in episcopio plures tenebat, alicuius omissione pro hac vindicta incurreret dampnum. Accitum igitur I[ngelramnum[n*]] Sithiensem canonicum, qui[o], ut iam dictum est[1], in sacro palatio inter primos notus erat, atque iunctum sibi quasi suo responsali eundem abbatem Romam sub celeritate mittit, et a domno Gregorio papa eidem coenobio firmissimum privilegium contra[p] omnes immissiones et angarias impetravit[2]. Quod non multo post incendio consumptum[g] cum ipsa ecclesia, simoniae intrandi limitem miserabiliter patefecit[3]. Sed quia, quomodo id ita evenerit, compendio perstringi non potuit nec ad presens negotium pertinet, melius inde supersedendum[q] fore ratus, dispositum narrationis aggredior.

26. His adhuc Hubertus Teruanensis[r] a Romana ecclesia repudiis non cohercitus[4], cum[s] et abbatem, ut dictum est, ordinatum ac privilegium sibi firmatum sine sua concessione videret, cum[t] etiam cassatam obligationem anathematis, quam sibi ac priori[u] nostro indixerat[v], nichilominus[w] intelligeret, quid ageret, quo se verteret, anxius pavore dissimulabat, et quamvis sibimet suspectus, ne ad effectum rei pertingeret, semel tamen inceptum inverecunda cumulatione urgebat. Sed et princeps, hac eadem ab eis occasione suscepta, qui ad cardinales et Romam ierant, sibi non prodesse[5] iudicans, quae illis interdicta non oberat, communionem eius et per se et per responsales suos unanimiter declinabat; atque hac de causa maiori odio priorem nostrum insectabatur[6], quod initium totius absumptae pacis inter se ac principem ab ipso crevisse, illum nutrimentum discordiae, obicem reconciliationis atque depositoribus suis conspirare causabatur. Tantum ad hoc invidiae pondus nobis superinducens, quandocumque unquam observatione poterat, ecclesiae nostrae cotidie suae improbitatis intentabat. Nos autem econtra vel minimas[x] occasiones nocendi omni cautela, ne alicubi adhaereret, amputabamus, ut ne quidem priori nostro, quia ab illo interdictus erat sine causa, cum tamen honeste id liceret, communicaremus.

27. Sed dum aversum animum illius non obsequium, non officiosa frequentia, nulla tandem ratio nobis delinire valeret, veriti, ne id idem pauculum quod habere videbamur in aliquo dampnificaretur, vel, quod maius erat, his simultatibus locus omnino desolaretur, communi consultu[y] in hoc convenimus, quatinus secundum consilium domni Gregorii

a) ad — propositum differens *des.* 2. b) ad archiepiscopum 2, *ubi vero* Viennensi. c) s. d. *des.* 2. d) praepositus 2. e) Debeo 1. f) nec — valere *in ras.* 1. g) *deest* 1. h) ficti 1. i) p. n. *des.* 2. k) ab — mutatus *des.* 2. l) *forte* multatus? m) et — notabat *des.* 2. n) Quod videns princeps 2, *ubi sequentia* — incurreret dampnum *des.* n*) L. 1. 2. o) qui — mittit *des.* 2, *pro quibus solum* predictum. p) c. o. i. et a. *om.* 2. q) supercedendum 1. r) episcopus 2. s) cum — videret *des.* 2. t) etiam si casatam 2. u) praeposito 2, *ubi* sibi ac *des.* v) induxerat 2. w) *ex reliquis pauca tantum verba excerpsit, quae ad constituendam veram lectionem nihil faciunt* 2. x) *sic ed.*; inimicas 1. y) consultum 1.

1) C. 20. 2) Privilegii Gregorii VII. etiam Ioh. Longus 38, 4, p. 784. mentionem facit. 3) Ingelbertus enim abbas circa a. 1083, Manasse expulso, a comite praefectus est; cf. Ioh. Longum l. l. 4) Propter alias res a Gregorio papa duras litteras accepit, Greg. Reg. VII, 16, Jaffé, Reg. nr. 3884; et 'N. Arch.' VII, p. 162, editas. 5) scil. communionem Huberti episcopi. 6) Hubertus.

papae septimi prior noster prelationem redderet, ne, si res in pernitiosiorem[a] partem tenderet, vel dissidentes ad invicem maiores personae confederarent, nos dissimulati plecteremur, quod eatenus inter se divites improbe delirassent. Indixerat enim iam dictus vir memorabilis[b,1], cum[c], audito introitu illius atque ordine ad nos initiando[d], scriptorum suorum paginam apostolica libertate roboratam ecclesiae nostrae delegaret, quatinus suffragante se apud memoriam apostolorum ad tempus ecclesiam regeret, ut, quia rationem dati et accepti pro ea omnino excusare non poterat, dum idoneam personam Deus loco attribueret, quae posset curam omnem agere, deposito regimine, hanc in suo loco subrogare non differret, ipse autem vacans a prelationis honore, ei, quem[e] sua et fratrum electione preficeret, pro omnipotentis Dei timore suppositus et obediens in eodem ordine permaneret. Qui videlicet timore cordis de nomine honoris efferri non appetens, privatum vocabulum summa cum devotione se velle subire[f] annuit, atque causam periculi imminentis amoveri de se ipso aiens, benignissime decrevit. Missa igitur scriptis postulatione ad eundem Teruanensem, et iuxta datas inducias a domno Gregorio papa eo regimine recusante, dum loco illius alium eligendum nobis preficere peteremus, pro voluntate sua distulit et ad horam ecclesiae renuntianti consulere noluit. Cavebat enim in hoc, ne quasi contra fornicarios eundem, quibus ipse patrocinabatur, infestiorem et audaciorem redderet, si absolutum subiectione a se removeret, quos multociens continentiae zelo severa correptione confuderat.

28. Qua dilationis causa cognita, nil ultra remorati, electum[g] nostrum[2] fecimus; et cum 1080
sedi pontificali ipsum prior noster obtulisset, prelationem reddidit et electam personam, sibimet incolumi ut succederet, omni dignatione preordinare fecit, sese in Christi discipulatum ei omni obedientia subiecit. Nos vero tantam humilitatis gratiam in eo venerati, Deum glorificabamus, quia, sicut in allevatione monasterii sine falsa gloria subnixum per plures annos vidimus, ita sine maerore depositi culminis mentis rectitudinem aequanimiter retinuisse cognovimus. Nam sicut antea commune legumen, fercula non digniora, non archipisces, non archigallinae, non ambitiosior vestis, non stratus mollior, fulcra non altius strata animum extulerant, ita non amissorum suspiria commovebant, quia omnia aequali nobiscum mensura, ut prior sic et privatus, quamdiu vixit[3], postea recepit. Reliquit hanc memorabilem hactenus apud nos moderationis formam, duplici sancti ordinis dulcedine conditam, uti ne in magisterii gradu ambiciose[h] quemquam elevet dignitas, vel subiectionis in statu positum ascendendi cupiditate humilitas gravet. Voluit enim sic preesse, dum prefuit, ut, quantum gradu superior apparebat in ordine, tantum sui despectum gereret in humilitate. Atque ideo absque indignatione subesse potuit, quem paulo ante in honore positum mentis elatio non evexit, quia, unde maior in dignitate se efferre noluit, inde minoratus in moderata consuetudine remanens, discipulus esse non contempsit. Rexit autem ecclesiam ab eo quo eam fundavit anno, qui [fuit[i]] ab incarnatione Christi 1072, septem annis, mensibus octo, diebus sex[4]. In quibus quantas invidorum pervasiones sustinuerit, ex parte digessimus, quia, quibus in cotidiano pene discrimine perturbationibus propter divini verbi dispensationem sit allisus, prolixum notare duximus. In quo ipsius tempore quae loco nostro per Dei largitionem sint donatae, per compendium terras repetere volui[k,5], ut fastidiosis absque gravamine sit cognitum, quod de superiori tractatu singulis exceptionibus requirere fieret onerosum[l].

a) *sic ed.*; pernitiorem 1. b) *forte* venerabilis. c) tum 1. d) nuntiandi 1. e) quam 1. f) se *iterum add.* 1. g) *forte* electionem nostram; *aut verbum supplendum.* h) ābicio 1. i) *deest* 1. k) nolui 1. l) 2 *notat:* Hactenus Bernoldus prepositus de exordiis Watinensis ecclesiae. Nos privilegia quorum dicto scripto fit mentio, ordine annorum quo concessa sunt subiicimus.

1) Gregorius papa. 2) Alfwinum; v. supra p. 164, n. 1. 3) Prope Gandavum Nov. 22. defunctus est (Hariulfi Mirac. S. Richarii c. 1, Mabillon, Acta V, p. 567) a. 1086. secundum Ann. Bland. SS. V, p. 26, a. 1085. secundum excerptum l. l. p. 74, n.: 1085. *obiit domnus Offridus huius ecclesiae rector ac fundator.* Cf. infra p. 179. 4) Cum charta a. 1072, Iul. 6. Drogo episcopus canonicis permiserit, ut praepositum libere eligerent, demum a. 1080. ineunte, non a. 1079, ut supra p. 164, n. 1. dictum est, Odfridus praelaturam abdicasse videtur. 5) Sed haec in codicibus non inveniuntur.

MIRACULUM SANCTI DONATIANI.

PREFATIO[a] IN MIRACULUM DE QUODAM CANONICO GUATINENSI PER SANCTUM DONATIANUM CURATO.

Cum in antiqua Morinorum urbe ante hos paucos elapsos dies pro causis pastoralis sollicitudinis, presul venerande[1], devenisses et a publico cleri populique conventu adventus tui celebrata sollempnitatis susceptione, inter alios me recognovisses, anteriori familiaritate, qua penes te solitus eram haberi notus, benigne invitasti, statum meum[b] et quid ibi agerem[c] diligentius requisisti. Quem cum tibi exposuissem, videlicet iam secularibus impedimentis exutum, ad regularem et apostolicam vitam, cui sufficientia Deus est, in coenobio Guatinensi transisse, gratum ac paterne accepisti ac propositum collaudans, exhortationis fomento me vacillantem refecisti. Tum[d] in sermone communi, qui de ecclesiae nostrae conferebatur consolatione, incidisti in miracula quaedam mea[e] relatione, quae nuper in ea Deus fieri voluit multorum congratulatione; quae etiam, ut mos est sapientis bona semel audita verius inquirere, mox a patre monasterii mei[2], qui presens erat, eodem quo erant ordine acta cognovisti. A me, ut ea tibi scribendo digererem, admodum devota postulatione exegisti, ut, quia per sanctissimum confessorem Christi Donatianum patronum nostrum facta summotenus[f] attigeras, haberes, ubi tanti predecessoris tui signa relegens, merita retractares, quantus apud Deum sit recoleres, quatinus in sua metropoli ac sede te successorem dirigeret, te pastorem cum tuo grege, ymo et suo, summo Pastori reconciliaret. Hoc ego tam precordiale desiderium exosculans, non habui consilium renitendi, ne apici tanto videretur iniuria fieri; sed levi, ut fit, puerorum affectu, qui dum parentibus liceat comeare, longiora itineris spatia faciliora promittunt, annui voluntati tuae. In quo dum efficaciam[g] mandati, licet inculto sermone, susceperis, non ea tamen quasi alleviatum hoc fasce te subtrahas, quia, si qua, dum legerit, aura contrarietatis efflaverit, illud nimirum apologeticum mihi pretendas domni archiepiscopi Remensis: 'remigio me navigare non meo'. Sic enim in causa mecum eris, dum ego infirma operis perventione[h], tu autem iussione periclitaberis. Quia ergo delitescere cupientem ad publicum egredi precepisti, huius opusculi recitatorem ea tu lege cognoscas, ut[i] apud improbos mores, dum lacessitus[k] fuerit, etiam ipse defendas. Nam sunt plures, quorum Donatianus et Deus fiat sortis sanctorum in
Col. 1, 12 lumine, qui mox [cum[l] me] e latebris, quas elegi, tam publica apud te emersione prodire cognoverint, quas putas calumpnias, quas nocendi occasiones non connectent? Nocuit olim apud aliquos mihi tua, qua compte fruebar, notitia, quorum foeda cupiditate ac dolenda morum corruptione, dum moliebar, ut purgaretur ecclesia, Zenonis tormento, Platonis invidia, Socratis veneno pene interieram. Necdum etiam exhaustum in parte vereor, si quid[m] eradicari coeperat absentia mea, aconitum, ne[n] redivivo germine, si apparuero, resumat incrementum. Non mentior; nego enim ullum esse bonum, ut ait quidam sapiens, quod noceat habenti. Quare sacietates, honores, divitias varias, fortunae iocunditates, quas mortales mirantur in mundo, paucis ac modificatis sanctae ecclesiae sufficientiis inferiora esse contendo[3]. Sicut enim omnem possidet divitiarum habundantiam cui sufficit Christus et ecclesia, ita credo semper egentem quem extollit diabolus et pecunia. Harum ego te quia vere divitiarum dilectorem considero, dum huius sancti virtutum thesauri conchas tecum communicando compono, nec a quo discernis, ymo quid a ministratore[o] suscipias, solum [num[n]] id quod porrigit in se habeat, quod sapido gustu mentis interiora contingat. In quo dum
cf Marc 10, 14 sinis parvulos ad te venire, mandatae per euangelium humilitatis formam exhibes et locupletem in spe conscientiam quasi vir desideriorum diversis mercium oblectamentis eo fecundius intus cumulas, quo sine personarum acceptione, quid quisque boni deferat, indifferentius pensas. Quae cum ita sint, eadem etiam constantia in tuis agendis te ac tua disponis, dum, ut alia pretermittam, ante omnes, quos tibi collimitaneos novimus, adversus matris

a) *prologus deest* 2. b) *sic ed.;* me 1. c) *sic ed.;* agere 1. d) *sic ed.;* Cum 1. e) *sic vel* in ea 1. f) sompnotenus 1. g) efficacem 1. h) *forte* perfectione. i) *sic ed.;* ne 1. k) lascess. 1. l) c. me *des.* 1; ut *suppl. ed.* m) qd' 1. n) *deest* 1. o) q. administratore 1.

1) Remensem Rainaldum I. a. 1083—1096. alloquitur. 2) Bernoldo. 3) Similia Chron. c. 3, supra p. 165.

aecclesiae inimicos, ad destructionem munitionum validior aries assurgis, surgentes tempestates alias verbi tonitruo dissipas, alias procellas turbinum sedas et quae obnubilata vel ignorantia seu erroris tenebris alicubi offendis, detersa caligine, ad regulam intelligentiae doctrinae manu reducis. Inde illa ab ineunte fidei germine semper gloriosa adhuc, etiam nunc, te presule, et re et specie clara Remorum metropolis, sicut excellit magistra urbium regiminis altitudine, ita et rectoris et decentissimi cleri summa religione, quia, quotquot circa fidem naufragantes repperit, ut expertum in multis habetur, aut a se fugat aut convertit. Cum ergo tam rigidi honesti sint servatores Remorum indoles, tremor invadit pauperem calamum quidquam conscribere, quod veniat inter Tulliana facundia tam florentes. Sed quia non defiteor, aequum esse servire maioribus, ad nutum tuum qualecumque defero scriptum, illorum tradendum manibus, qui quanto sunt ingenio sublimiores, tanto quibuslibet in casibus meis vereor iudicio certiores. Quare quem sapientia verbi venustate dicendi non colore[a], vel causa vel materia scribendi tua mediante presentia commendet, ut quod rei veritate alienum[b] est a culpa sui necessitate, quia taceri non debuit, quod peccatum est non excludat a venia. Insuper et gratum debet accipi de tanto patrono nova signa ad rememorandum referre, cuius, si quae fuere, forsan vetustate temporis, tum penuria notariorum, tum etiam, quod facilius credo, ipsius armarii aecclesiae, cui presides, devastatione, antiqua periere. Deinde cum servi dominis aut filii parentibus thesaurizant, sit[b*] licet exiguum, licet exile, licet rusticum quod offerunt, quasi primitias proprii fructus accipiunt, dum hi quibus contulerunt mutuam vicem beneficiis impendunt.

MIRACULUM[c] DE QUODAM GUATINENSI RELIGIOSO PER SANCTUM DONATIANUM AB EGRITUDINE SUA SANATO.

Miracula sanctorum, quibus vel corporali presentia in mundo claruerint vel hiis erumpnis absumpti[d] apud ossa sua et memorias cotidie redeunt, quales[e] et ipsi vitae merito fuerint[f], nobis indicant et supernae patriae, in quam transierunt, ad superna[g] gaudia capienda nos invitant. Vivunt enim ibi, quia feliciter vivunt, quia mansurae Iherusalem iam cives effecti, sic huius habitationis, quae dissolvetur, adhuc hospites visitant[h], ut ab illa, in qua vere vivitur[i], mansione nunquam voluntate recedant. Ostendunt enim ibi[k] se posse impetrare quod rogantur, dum postulata conferunt, quae, nisi feliciter ibi viverent, ad eos suspirantibus donare non valerent. Ex qua [illa[l]] communi angelorum et hominum curia, quae una per adoptionem[m] iam est facta res publica, rex Christus presidens singulis quibusquam gentibus sua deputavit[n] suffragia, ut corpus eius, quae est aecclesia, ubique pervigiles habeat suae peregrinationis excubias, ne invidentis inimici per incautelam incurrat insidias; per hos enim[l] rectores secundum prophetae vaticinium requirit (Ezech 34, 12. 16.) oves suas ac visitat, ut quod abiectum fuerit reducat, quod confractum fuerit alliget, quod infirmum fuerit consolidet[o] et quod pingue et forte custodiat. Ex quibus unum de multis, quos diversis artibus mirificavit, emeritum suae domus mansionarium nobis marinis plebibus sanctissimum confessorem[p] delegavit Donatianum, fidelem gregis preambulum[q], frugalem nutricium, votorum susceptorem, hylarem in omnibus datorem, medelae largum, curationis sanctum, salutis diuturnae tutorem sollertissimum. Qui non modo ubi venerabilis corporis ipsius thesaurus honoratur virtutibus choruscat, verum etiam extra territorii sui limites[r] multociens miraculorum signis innotuit, quae non tam scriptorum inopia, quam sua semper curans, non quae Ihesu Christi, terrena sollicitudo negligentius[s] oblivione delevit. De quibus memorabilia quaedam dono sancti Spiritus notificare suscepimus, quae in Guatiniensi nostra[g] aecclesia ante[t] hoc triennium[1] per eundem patronum nostrum[g] patrata cognovimus, fidentes ab illo donari munera linguae qui linguas dat in munere.

Est[u] ergo pagus inter Legiam[2] fluvium et Flandrenses[v] maritimos Menapia cognominatus, cuius incolae generali vocabulo ab hystoriographis Menapii[w] denominantur, gens antiqua et aspera, quae a Romanis etiam, ut veterum hystoria meminit[3], sine cruore domari non potuit. Haec non repperitur alieno aliquo sanguine inducta, sed quae illis[x] sedes eadem est et origo. Hii fortissimis ac muratis oppidis inter se olim divisi, commune denominativum[y] pagi propriis a principio in Caletos[z] et Batavos subdivisere vocabulis. Pagi autem ipsius longitudo ab oriente extenditur atque ab occidente, Enula[4] videlicet fluvio finem excipiente, terminatur; a[5] cuius margine paulatim succrescente tumulo[a] clementi proceritate, mons gignitur

a) *locum plane corruptum esse apparet; fort.* coluere *pro* colore *scribendum est.* b) almum 1. b*) sic *c.* c) *hoc Miraculum abbreviatum et nonnullis locis alteratum etiam exstat in codice* *Bruxellensi* *nr.* 7460, *mbr.*, *fol. max.*, *s. XII. ex.* — *XIII. in.*, *parte legendarii magni monasterii Valcellensis, quae vitas sanctorum Oct.* 1 — *Nov.* 3 *continet, inter alia miracula S. Donatiani edita Acta SS. Oct. VI, p.* 503 *sqq. Quem nuper Bruxellis collatum numero* 3 *signavimus; ubi, omisso prologo, rubra:* Item Miracula sancti Donatiani Remorum archiepiscopi; *initium deest* 2. d) assumpti 3. e) et i. q. 3. f) fuerunt 1. g) *deest* 3. h) vivant 3. i) innititur 1. k) et p. 1. l) *deest* 1. m) adeptionem 1. n) Dei 1. o) reducat quod ad q. 1. p) Don. c. del. 3. q) peramb. 3. r) milites *post corr.* limites 3. s) negligenti 3. t) a. h. tr. *des.* 3. u) *incipit* 2, *ubi* ergo *deest; litt. init. deest, spatio vacuo relicto* 1; Est igitur 3. v) Flandrinenses 1. 2. w) Menapi 1. 2. x) s. i. 3. y) dominat. 1. 2. z) Casletos 2. a) cumulo 3.

1) Miraculum a. 1088, Dec. 23. actum est; haec igitur a. 1091. vel 1092. scripta sunt. 2) Lys. 3) Cf. Oros. VI, 7. 10. 4) Aa. 5) Sequentia cum Chron. Wat. c. 2. conveniunt; ex qua exscripta videntur.

et plano deductu ad subsolanum egestus, a septentrione et[a] meridie residentibus cumbis[b], in altitudinem[c] cumulatur. Nemoribus[d] consitus, pascuis uber, arborum[e] ac diversi generis olerum adeo ferax, ut, si nolis procurare utilia, velis nolis, quasi desidiam laboratoris arguens, miro incremento germinet inutilia. Preterea tam salubriter flatibus ventorum expositus, ut aeris infecti seu nebularum, quarum[f] confluentiam isdem alveus exalat, in se crassitudinem coagulari non permittat. Apparet quoque[g] ex facili, quanta populi frequentia suis diebus fuerit locus celeber, ad quem publicae atque regales utrinque viae convenientes adhuc premonstrantur; quarum illa quae ab[h] oriente diffusa ad[i] nos usque dirigitur, alveo subterluente clauditur, altera vero Brittanniam prospectans, ab occidente in portum occeani terminatur. In[k] hoc ergo monte hystoriarum testimonio quondam Batavorum colonia, modo vero Gnatiniensis nostra[l] sita est aecclesia, a viro quodam religioso Odfrido nomine a radice fundata. Cuius bonae conversationis, quam in illa promulgavit, initium inter duros et incultos homines multis dedit animarum provectum. Nam cum primo sui adventus tempore locum vidisset solitarium, quemadmodum diu[m] desideratum dilexit et aecclesiolam, quam inter vepres ac[n] serpentes vilibus tabulatis contextam[o] invenit, non post multum 1072. episcopalibus gestis suscepit[1], clericorum habitationem instituit et secundum regulam sub sanctis apostolis constitutam vivere cepit. Ad quem cum alii vocis[p] novitate permoti, alii vero devotione et occulto gratiae beneficio inspirati confluerent, ex[q] parvo principio re in dies crescente, ampliorem fundavit atque ad bene vivendi propositum plurimorum animos incitavit, ut et communi[r] vitae se libentes contraderent atque omnium quae in seculo habere videbantur renunciantes Christum heredem facerent. Inter quos convicaneus quidam Hermarus[s] nomine, vir fidelis, tunc etiam duos filios parvulos optulit atque sub regulae iugo predicto sacerdoti erudiendos tradidit. Quos ille suscipiens, paterne[t] nutrivit atque vitae merito sub sancta societate degentes, prout aetas illa sinebat, sub sacris ordinibus servituros promovit. De quorum uno Tainardo[u] nomine relatione preclara per sanctum Donatianum Deus ostendit miracula virtute fulgida, claritate perspicua, in se probabilia, alieni testimonii non egentia. Et[v] quia conversantes a principio cotidie illa videmus, cotidie oculis aspicimus, cotidie manibus contrectamus, volumus etiam quosque fideles ea nobiscum admirari, nobiscum venerari et, licet non presentes, vel[w] in hoc scripto nobiscum contueri. Hic igitur cum novennis iuvenculus a parentibus in eodem monasterio[x] esset oblatus, in illa sancta societate pro modulo suo sub disciplina pastorali regulariter est conversatus, promptus obedienter[y] domestica implebat officia et[1] ad nutum monentis facilis operabatur iniuncta. Et ad quod provectior aetas competens agere non erat[z], ut consuetudo est, in domo Dei minores instruere, in sorte sua cum coaetaneis veniebat. Agebat sic sub scolaribus alis tempus prolixius et ad quod instituebatur providentia Dei in dies proficiebat in melius et pubescentem aetatem sub custodiis[a] transigebat regularibus. Intelligebat iam tunc[b], tutam viam esse sub doctoribus, tutam viam vivere sub rectoribus, tutum laborare[c] cum huiusmodi laboratoribus. Sed sub intuitu cernentis[d] cuncta Iudicis quid tutum aut sibi confidens esse queat? Quid Opificem sui operis aliquatenus lateat? Quid divini luminis acumen effugiat? Nulla transeunt, nulla succedunt, omnia videt, omnia penetrat, scrutatur omnia, iudicat omnia, neque opus cf. Ioh. 2, 25. habet, ut sibi quis dicat testimonium de homine, ipse enim[e] novit, quid sit in homine, ipse etiam[f] in hoc famulo suo invisibili iudicio forsan sciebat occultum, quod misericorditer puniri voluit, ne transiret inultum; aut, si proprio reatu puniri non debuit, salutiferum in eo iudicium nostrae[g] correptionis indixit. Nam decursa, ut dictum est, minori aetate, iam grandiusculus eminebat, iam calentis adolescentiae ter- 1085. minos attigerat, cum acutissima quam Greci paralysin vocant passione dissolutus decubuit ac, membrorum destituta compage, a planta pedis usque ad verticem dimidius emarcuit. Erat miseranda facies preferentis vivum cum mortuo, cum, adhuc tota corporis mole superstite, sinistrum latus omne tulisset passio, ac vivos artus pars mortua sibi deputasset officio. Et quia se ipso carere salus non erat, pondus tediosum oculis omnium preferebat, quod in eo, ne omnino deperisset, morbus ipse solidarat[h]. Iacebant a ministerio vacua languida membra et superficiem solam humani corporis exhibebant, nullo usui congrua. Si quando autem, ad modicum remissa passione, ad aecclesiam aut alicubi eundum erat, baculo sustollente vivum cadaver, segniter ac fatigabiliter tripodabat, aut absente custode, dum se aliquando minus sane ad aliena movebat, miserum hominem multotiens in reptile quoddam[i] transformabat. Lingua sine officio erat, vel si quid balbutiendo delatrabat[k], aliena ab intellectu ac sine sensu personabat. Longum est[l] memorare per singula[m] miserias et quas tam dira passio solet excitare molestias. Nam[n] dies sine quiete, noctes insompnes, dum a fratribus continuatas: haec[o] maiora recolo specialius, narrare minora pretereo. Sed unum satis mirandum pono, quod partem vivam corporis, quae premortuam trahebat, tanta[p] passionis adiumento collata virtus roborabat, ut non solum non deficeret, sed, quod languentibus accidere non solet, duobus aut tribus retinentibus aliquando valentior obsisteret. Qui tam indomabilis vigor nec ante passionem unquam extitit nec sanitate recepta ulterius in eo remansit. Cumque fere per triennium huiusmodi martyria[q] dilatio protenderet, nec iam spem recuperandi ullam inveterata morbi affectio pro-

a) ac 1. 2. b) tumbis 1. c) altitudine tumul. 3. d) *sequentia* — occeani terminatur *des.* 2. e) olerum 1. f) aquarum confluentium 1. g) quamquam 3. h) a diff or. 1. i) usque ad n. usque 1; illuc usq. 3. k) *pergit* 2. l) *deest* 3. m) des. diu 3. n) et 2. o) intextam 1. p) n. v. 3. q) et 3. r) communis 3. s) H. 1. 2. t) paternę 3. u) Tamardo 1; Theinardo 3. v) Et — nobiscum contueri *om.* 3. w) saltem 2. x) coenobio 2. y) et ob. 3. z) poterat 1. a) studiis transibat 3. b) *deest* 2. c) laborem 3. d) cuncta cern. 2. e) *deest* 1; ipsemet 2. f) *deest* 3. g) ad nostram correptionem 2; iud. corr. fratrum 3. h) solidaret 1. i) quodlibet 3. k) dilatrabat 1. l) esset 2. m) singulas 1. 2. n) Nam — in eo remansit *om.* 3. o) hac 1. p) tantę 2. q) martyrii 3.

1) V. Chron. c. 7—11.

mitteret, inremota[a] semper cum fide postulantibus divina miseratio affuit et diuturna calamitate afflictum a beneplacito tamen[b] suo non derelictum fuisse demonstravit. Nam cum sancti Nicholai patris[c] nostri anniversarius natalis advenisset, ac frequentior ob eius memoriam ad nos[d] populus confluerет, idem frater quadam in se mentis alacritate inter ipsa flagella tractos[e], commonitus petiit, quatinus communi leticiae, quam celebrandam noverat, cum caeteris fratribus interesset. 1088. Dec. 6. Deductus autem ad vigilias noctis, officium lectionis, quod sibi licere postularat, devotus explevit, sed invalitudinem non ferens, ante alios finitis laudibus ad stratum rediit. Vixdum[f] tenuissimo sopore solvitur, ut, quemadmodum fieri solet, facile dormiens potius te vigilare credas, cum ecce[g]! subita luce cubile, in quo iacebat, omne perfunditur, in qua magnificos duos viros ad se venire de improviso conspicatur; quos officiosa sedulitate senior quidam precedens, quasi obsequentis vicem ante tantam dignitatem gerere videbatur. Ipsi autem admodum decenti gravium personarum incessu hinc inde pone[h] sequebantur[i]. Terretur inopino lumine frater atque inviso antehac formarum[k] atque habitus fulgore totus concutitur, et quidnam incertus faceret, solam eorum quos aspiciebat presentiam tremulus ammiratur[l]. Is autem qui eos antecedebat quasi familiaris visitator propius accedens, lectulo astitit et aliquandiu tacitus habitudinem iacentis exploravit. Quem cum diligentius desuper intuentem intueretur, priorem[m] atque aecclesiae nostrae[n] fundatorem domnum[o] Odfridum, qui ante biennium vita decesserat[p, 1], toga regulari splendificum, hunc esse recognovit. Gratulatione statim attollitur, gaudio interiori relevatur; inopinatum enim reditum diu amissi patris exosculatur[q] et quo valuit nutu caelicum[r] illum conventum ac reverentia veneratur. Nunquid[s] ergo, pater, tui non vides affectum filii? Nunquid non erga te habitudinem mentis illius attendis? Si valeret, iam adventum tuum salutationibus preoccupasset; si debilitas sineret, obsequiis laetis paruisset; si membra libera non rigerent, obvius tentis brachiis in amplexus venisset. Nunc autem, quod potuit, gratulabunda cognitione dignanter occurrit; recognovit enim[t] filius patrem, recognovit discipulus magistrum, recognovit patremfamilias mancipium, fidelis[u] heres longinqua regione ad propria redeuntem dissimulando non avertit, immo superiorem omnium possessorem ac priorem recognovit. Quia ergo, pater, ad eum visitandum venisti, compella quem olim tibi commissum meministi! Quid de illa felici habitatione tua prodisti? Compella iuvenem, quem ab ineunte aetate sub tua custodia enutristi! Quia, inquam, divina providentia ad habitaculum tuae fundationis repedasti, compella, quem sacrae disciplinae rudimentis diligenter instructum reliquisti! Certum namque esse pro quo venisti scimus, ratum esse ad quod redisti scimus, firma cautione apud superos constipulatum esse quod machinaris scimus et, forsan pro reformanda integritate huius infirmi quia venisti, scimus. Sed quia ligata verba frater habet, libet[v] interim tecum, o senior, vicem confabulationis accipere, libet causas tui reditus te teste[w] tractare. Nec[x] enim erit caelico[y] offensio in hac mora, quae non tam erit nugax quam fructuosa. [Quae[z] ergo tantae te tenuere morae? Quibus ab horis expectate venis, ut te post multa tuorum excidia, post varios filiorum locique labores defessi aspicimus? Dampnis affecti sumus: ubi eras? Incendiis tribulati: quid latebas? Insultationes hereticorum sustinuimus: quid interim agebas? Expulsiones et exilia passi sumus: quomodo tandem in hoc infirmo nos revisitas?] 'Profectus', inquis[a], 'a[b] fide in fidem, profectus a specie in speciem, profectus[c] a speculatione in visionem'. Quod[d] perfectum est festina[e] in illo supplere quod ex parte est! Appareat in eo perfectionis effectus, dum recuperetur qui deperiit incolumitatis defectus. Sed quia te medicum non profiteris, quia abeundo salutem huius opitularis, quae istae tam idoneae personae sint, enuncia, quas conducis, quae in fumoso tugurio noctis tenebras fugant, scema caliginosum sine fulgoribus illustrant, ne forte, quemadmodum lucis videntur ministratores, adveniant etiam huius aegritudinum curatores! Huic, inquam, aperi ad salutem suspiranti, quem adeo diuturna vexatione fatigatum novisti, et commenda sanandum cuilibet istorum, quem tociens veluti nutrix filium refovisti[2]! Iam[f] ergo sciscitare, quomodo se agat, quia nova rerum facie magis quam sopore depressus loqui reformidat! Tunc senior: 'Num', inquit[g], 'dormis, fili?' Et ille: 'Nunquid, pater[h], posse me dormire credis, quem imminenti ac tam gravi debilitate vinculatum[i] cernis? Somnus nanque aufugit ab oculis quemadmodum sanitas a membris'. Ad haec senior: 'Vide', inquit, 'fili' — et ex latere stantes innuebat — 'vide, inquam, et[k] sanctum Donatianum Bruggensem hunc esse ac tui visitatorem venisse cognoscas, istum autem Blandiniensis cenobii conservatorem ac mansionarium beatum Gudwalum[3] assistere, nec minus ambigas'. Quorum ultra humanum modum ad choruscos vultus et infulas[l] episcopales dum studiosius aciem oculorum intendit, formas et corporum qualitates in memoriam sibi depinxit et velut alicuius vitales adhuc carpentis auras statum et proprietates ita nobis[m] exposuit. 'Erat', ait, 'sanctus Donatianus statura aequalis[4], quae nec longitudinem nimis excederet aut sui parvitate personae dignitatem deprimeret. Scapulis la is, pectore virili et inextenuato, cervice torosa[n], facie rotunda et hylari, oculis grandibus et claritate vivacibus[o], naso directo, labiis summotenus expressis[p],

a) in re morata 1. 2. b) s. n. t. 3. c) p. n. *des.* 3. d) ad supra memoratum locum 3. e) *deest* 3; tr. com. *des.* 2. f) Vix 3. g) esse 1. h) pene 3. i) sequebatur 2. — Territus 1. 2. k) ante has formas 1. l) admirabatur 1. 2. m) praepositum 2. n) loci 3. o) O. d. *corr.* d. O. 3. p) discesserat 2. q) oscul. 3. r) celitum 1. s) Nunquid — occurrit *des.* 2; Nunq. — *l.* 44. loqui reformidat *om.* 3. t) *deest* 2. u) fidelis — frater habet *des.* 2. v) *pergit* 2. w) te t. *des.* 2. x) Nec — fructuosa *des.* 2. y) caelica *ed.* z) *uncis incl. des.* 1. a) inquit 1. b) i. eram ex f. 2. c) *deest* 2. d) Quod — reformidat *des.* 2. e) festiva 1. f) Iam — reformidat *ead. manu in marg. suppl.* 1. g) inquid *h. l.* 3. h) posse me pater 3. i) vinctum 2. k) *deest* 3. l) infula 3. m) fratribus 3. n) toxosa 2. o) micacibus 1. p) turgentibus 2.

1) Ergo a. 1086, ut Ann. Bland. habent; cf. p. 175, n. 3. 2) Nota crebras terminationes consonantes. 3) Apud Hariulfum, Mirac. S. Richarii c. 1, qui hoc miraculum narrat, alter sanctorum est Ansbertus Gandavensis. 4) In sequentibus Einh. V. Kar. c. 21. auctor imitatus est.

obesa fronte, auribus patulis et arrectis, circa timpora[a] per ambitum frontis cicinnos densioribus canis respersus, retro autem capillatura plana[b], naturalem colorem vix rara albedine interlucente. Beatus autem Gudwalus altitudine procera, omni superficie membrorum eminentior, forma elegans, multi temporis senex et etatis maturae nivibus candidatus'. Hiis dictis, ad beatum Donatianum conversus: 'En', inquit[1], 'vir sancte, Deus precipit[c], ut hunc canonicum sanes, qui etiam in hac proxima[d] Christi nativitate Bruggas[e] ad tuam curiam veniet ac suae mensurae filum argenteum duos anglicos appendens pro munere tibi deferet, quo etiam dono singulis annis, dum vixerit, revoluto termino rediens, altare tuum honorabit'. Cui sanctus respondit: 'Laudo'. 'Nunquid[f,2], sancte Dei, verbum non amplius addis[g]? Medicus designaris, et promissum medicinae uno solo verbo concludis? Munus propositum audis, et spe augendi muneris non altercaris? Securitatem fiendae sanitatis accipis et oblata duo munera[h] non spernis? Tam longa via venis, et pro itinere mercedis nichil requiris? Non Arabs, non Indus, non dives virga[i] species mittit quales portas et, quia dono possedisti, vili precio[k] pensas? Diversis tamen questibus lucrantur[l] medici, diversis imposturationibus acquirunt medici, diversis modis se ipsos extrudunt medici, multis assertionibus promittunt, multis promissionibus fallunt: tu autem, omni ambiguitate postposita, multiloquio non uteris, aviditate precii non caperis, sed "Laudo" quinque litteris et duabus sillabis totum hominem sanare confidis. Dives littera, dives sensus, dives responsio. Magna medicina in parva dictione, magna salus in brevi conscriptione. Donatianus[m] vocaris, a donatione nomen accepisti; dona, mi domine, convenienter edicere quid respondisti, immo ipse resolvas "Laudo", quod dixisti. An non ita, sancte, aisti? Ergo, senior, a Deo te missum asseris, curialem illius te profiteris'? 'Laudo'. 'Destinatum te ab eo testaris, nuncio illius fungeris'? 'Laudo'. 'Veredarium caelestem[n] te fateris, inter summa et ima discurris'? 'Laudo'. 'Medicum fieri me precipis, huius curationem mihi impendis'? 'Laudo'. 'Adventum eius ad me disponis, inter meos curiales moraturum promittis'? 'Laudo'. 'Ne appareat ante Deum vacuus, intendis, precium oblationis appendis'? 'Ergo et hoc laudo'. 'Restat[o] ergo[p], sancte Dei[q], ut[r] mancum in tua iam recipias et sanatum, postquam ad te venerit, ad sua remittas. Restat, ut vivifica manu[s] contractum tangas et[t] ad te portandum sui portatorem facias. Suscipe ergo[u] grabbato decumbentem et resigna nobis non, ut solet, miserabiliter tripodantem'. Et apprehensam iacentis manum morbidam senior dextrae[v] sancti inseruit eumque sub huiusmodi verbis attentius commendavit: 'Accipe', inquit, 'ó sancte Dei, hunc canonicum pro illo uno de tuis[3], quem tibi nomino, qui nisi velociter vitam correxerit, iam in Dei presentia dampnandum predico! O[w] altitudo divitiarum misericordiae Dei! Dignus morte non moritur, puniendus punitati subtrahitur, peccator non iudicio, sed terrore mulctatur; premens misericordia iudicium remoratur, panditur via peccatori, ut a pravis actibus convertatur; dilatio penitendi promittitur et ei proponitur qui non meretur; spem recuperandi patientia nunciat, et illi offertur qui non expectat. Reus ex nomine in sanctorum conventiculo denotatur, quem fidelis auditor publicare formidat, ne malorum contione confundatur. Quam pura revelatio sine convitio! quam affectuosa visitatio sine opprobrio! quam dulcis admonitio sine improperio! reum comminatio castigat, non pena. Conversio proponitur in vindicta, et nisi conditionem dissimulaverit[x] corrigendi, vera certitudo docetur sententiam evadendi. Quin etiam et fidum pectus auditoris auditum celat, ne divini secreti proditor iudicandus existat. Simplex affectio conscientiae trepidat denudare crimen culpae. Sed nunquid, frater, ita sincere discernis? Nunquid conscientiae bonum amittis, si hunc, qui perire desiderat, a laqueo perditionis avertis? Aut, si nemini licet loqui archanum quod novisti, vel illi certe licet de quo audivisti. Nec enim beatorum spirituum fides[y] (cf Ezech. 3,18) arguitur, in quo prophetae spiritus comprobatur. Ait enim: *Si non annuntiaveris iniquo iniquitatem suam, sanguinem ipsius de manu tua requiram.* Et certum obiurgationis modum dat euangelium, ubi peccantem (Matth. 18,15.) corripere precipit 'inter te et ipsum solum'. Et apostolus: *Peribit,* inquit, *in tua conscientia frater, pro* (cf. 1. Cor 8,11) *quo Christus mortuus est.* Certe crudelitas non est, si solum soli confiteris, immo magis innocens non eris, si fratrem, quem corripiendo lucrari poteris, tacendo perire permittis. Ceterum replica consequenter, quae tibi dicta est, conditionem, et utique invenies emendatioris vitae commonitionem; alioquin eversorem mandati te ipsum constituis, si ferrum, quo putridum vulnus secari potest, subtrahendo abscondis. Festina (cf Prov 12,7.) ergo lucrari[z] animam fratris; si converti feceris, pro certo reus non erit, quia scriptum est: *Muta impium, et non erit.* Frater[a] autem ad horam hunc taceri voluit, quia, de se ipso quid revelationis compleretur, tacitus expectavit, et quemadmodum sanctorum consecretalis fuit in audiendo, ita quoque cautus reum non prodidit detegendo, quia nulli[b] unquam, quis esset, indicare voluit preter eundem ipsum, quem revelatio denotavit. Sed[w] nunquid hunc peccatorem felicem non licet arbitremur, fratres, oraculo divino premonitum, felicem transgressorem tam idoneis testibus convincendum, qui ante Deum in causa positus reatum post ammonitionem occultare timebit, quem hactenus de se confiteri vel erubuit vel contempsit? Felicem plane, nec inficiari poterit; quin etiam ipsum similis negligentia cum David sancto propheta componit. Ille namque Deo satisfacere de pervasa Uriae uxore noluit[c], iste sponsam Christi, quam in se foe-

a) temp. 1. 2. b) *ita codd.* c) precepit 3. d) Chr. pr. 3. e) Bruggis 1. 2. f) Nunquid — Ergo et hoc laudo *des.* 2. g) addes 3. h) minuta 3. i) *locus corruptus videtur; sed cf. Verg. Georg. II,* 117, *ubi* turea virga Sabaeis *post arbores Arabum et Indiae memoratur.* k) *deest* 3. l) conluctantur 1. m) *sequentibus — l.* 26. miserabiliter tripodantem *omissis,* 3 *add.:* atque ideo non eges prolixa circunlocutione. n) celeste 1. o) *pergit* 2. p) igitur 2. q) inquit Odfridus *add.* 2. r) ut — Restat *des.* 2. s) mancum et *add. h. l.* 2. t) et — facias *des.* 2. u) *deest* 2. v) dexterę 2. w) *sequentia des.* 2. 3. x) dissimilaverit 1. y) *sic ed.;* fideles 1. z) lucrare 1. a) *pergit* 3. b) *haec habet* 2, *ubi* Tainardus autem nulli. c) voluit 1.

1) Odfridus. 2) Haec verba ab Odfrido dicta esse fingit. 3) Clerico Remensi.

davit, confessione mundare contempsit; ille commissum flagitium iusto silentio cautius occulere curavit, iste, ne animae vulnus appareret, conscientiae tenebris obvolutus, in lucem venire vitavit; ille innocentis homicidium callida machinatione composuit, iste indesinenti plaga se ipsum petens, conamine quo valuit cotidie mori disposuit; ille de manifesto scelere prophetae parabola convincitur[1], iste sanctorum in audientia, nisi reverti voluerit, auditione mala dampnandus addicitur. Ambo ergo patratores illiciti, sed ille convicti criminis, iste occulti; ambo misericordia Dei indigi et gratiae a qua ceciderunt egentes reconciliari. Non ergo magis abhominandus peccator iste, quia dignitate minor, immo venerabiliter in forma cuique magis anteponendus, quia cum regali maiestate sui voluit esse corrector. Retulit[a] namque[b] idem frater nobis, a se postea commonitum ante mortem suam attentius ad lamenta fuisse conversum. Interea caelicus ille conventus solvitur, et, relicto qui cum eis[c] venerat seniore[2], sanctus uterque divertitur. Senior autem sollicitudinis instantia adhuc alia quaedam domestica dispositurus in ipso lumine substitit atque discipulum, quid deinceps ageret, diligenti eruditione amplius informavit. 'Vade', inquit, 'fili, ad fratres nostros et cambarium eorum ante hoc aliquod[d] tempus rebus humanis exemptum intolerabiliter cruciari nuncia, sed eorum precibus, si unanimiter pro illo egerint, a Deo in brevi concedendum fideliter indica! Et ne, inquies, diffidant de venia, quia per eos redimetur pro certo a[e] pena. Addas etiam tuis assertionibus, ne anniversarium Gregorii papae septimi de cetero negligentia transeant, sed annis singulis celebri obsequio sollempniter ambiant, quia aecclesiam nostram signo et apostolico decreto firmavit et recte vivendi viam in ea nobis paterna traditione promulgavit. Quod si devote complere voluerint, non frustrari remuneratione sine dubio affirmes, quia vir sanctus est et magni meriti, et in multa gratiarum actione Deus suscipiet quod mando pro eo fieri'. Ita consummata visione, sanctorum comitatus vestigia senior quoque abscessit et fratrem pre angustia spiritus multo sudore velut aqua perfusum[f] dereliquit. Vix enim onus visionis propter sui difficultatem sustinuit, sed non tam quod in stupore mentis vidit, licet pene exestuantem, terruit, quam odoris fraglantia atque recipiendae sanitatis iam in spe gratia delectabiliter refovit. Nunc[g] age, frater, tolle moras[3]! Quid iaces? Surge, conventum adi, mandata comple! Oratore[h] pro te non eges; quod mente habes, ipse, prout vales, pro te loquaris; ipse te et quid vidisti exponas ipse, nemo enim verius potest quam tu ipse. Veni in medium, procede in publicum! Non opus est multis, benevoli sunt auditores; fratres enim sunt, sepius miserando de te planxerunt elogio, sepius tuae infirmitatis affectuose compassi sunt vinculo, habent tecum flere, habent tecum gaudere, pro placito silentium indicent, audire te current, discere a te desiderabunt intentique ora tenebunt[4]. Impeditam linguam habes; ne timeas, sub dialogo nichil ages, questionibus non expongeris, spacium loquendi cum eis non permutabis, solam habeas vocem narrandi, non respondendi. Ingredere, inquam, sermonem, edoce miseriarum tuarum finem, edoce sospitatis redintegrandae fidem, denuda quod vidisti sompnium, per quod denodabitur tuae invalitudinis vinculum, denuda mirandae dispensationis promissum, indubitandae curationis emolumentum, et affirma verae[i] revelationis in te proventum! Tecum cognoscant certionem ministrorum caelestium, audiant quis te suscepit medicum, audiant efficacium antidotorum pigmentarium; ubi mansionis habet locum, Bruggis notifica castrum! quo cum perveneris, paratum invenias diversorium. Specialius aperi diem determinatum! Parent expensas, quia apud sanctum Donatianum tua sit parata sanitas; et profecto ut te velint sanandum deducendum ad hunc euangelicum stabularium nec amplius patiantur debilem, quia sine dubio ipsum sis habiturus curatorem. Adiunge quoque ad huius sanctissimi confessoris preconium, quod in calce revelationis est annexum, quia illi iure videbitur attribuendum, quod a se comitante salubriter fieri est premonitum!

Iam sol astrigeras cursu properabat ad arces 1088. Dec. 7
Et rosea stellas cecabat luce minores,

cum a leni[k] frater quiete percellitur et se magis certum vidisse caelicolas quam dormisse miratur. Qui statim, ordine resomputato, ad confessionem eorum quae viderat in consessum[l] fratrum quam citius[m] pervenit atque mirantes pre gaudio et de promissa salute alacriores reddidit et de caelesti visitatione loci in magnam spem unanimiores excitavit. Fit interim preteriens decursus temporis longior, atque salutaris terminus quando se nostri Salvatoris nativitas acceleret, cupienti animo preoptatur. Salutat cotidie adventus diem, salutat futurae sanitatis sponsionem; 'solum sancta statio veniat!' iam securus loquaci[n] conscientia de sua statione se iactat, dilationem passionis diuturnae non reputat; lucescat dies, quam virginis proles et idem Filius[o] Dei sacrat. Nichili pendit membra torta[p], corpus contractum, dum sustinetur dies pollicita, quae reddat[q] erectum; sed venit ad votum tardior, et quae elementorum[r] ministerio remoratur, inhianti suspirantis desiderio prevenitur. Tandem vero iussu prelati ac fratrum consilio parata profectione, iter optatum arripuit atque Bruggas castrum[s] ad locum sancti triduo ante natale Dec. 22. Domini multo sudore pervenit. Quem prima nocte liberalis quidam de fratribus hospitio[t] suscepit; sed eius[s] causam[u] cum prepositus[5] aecclesiae cognovisset, statim in domo sua diversorium habere concessit. Unde, quia aecclesiae contigua esset, facile[v] ante sanctum deponi potuisset, et, ordinatis ad eius custodiam officiis, ydoneas personas cum eo de fratribus, qui omni benivolentia aderant, eis[w] et commendatum dereliquit.

a) *pergunt* 2. 3. b) enim nobis i. fr. 2; etiam fr. i. fratribus eum a se 3. c) eo 1. d) aliquot 3. e) de 3. f) profusum 2. g) *haec — l.* 41. est premonitum *des.* 3. h) *ex sequentibus pauca verba tantum excerpta sunt* 2. i) affirmavere 1. k) c. alienus 1. l) consessu 1. m) totius 1. n) loquitur. In consc. 1. o) D. F. 3. p) m. corp. tortura 1. q) rectum er. 1. r) aliment. 1. s) *deest* 3. t) s. h. 3. u) cum causam 3. v) *deest* 1. w) e. et c. *des.* 3.

1) Cf. 2. Reg. 12. 2) Odfrido. 3) Est locutio Lucani, Phars. I, 281. 4) Locutio Vergiliana Aen. II, 1. 5) Rainerius.

1088 Ipse[a] sollicitus ad alia tractanda longius abiit. En[b], patrone sancte, tuus infirmus collectus est, cura hospitalis habita, omnis auctor quiescat! Sed iam, frater, quid remoraris? Quid ad stationem indictam venisti? Ei te offer propter quem venisti! Quia Donatiani magnati caelestis ad curiam intrasti, obtutibus eius te presenta quem requisisti; quia territorii fines ipsius attigisti, ad tui recognitionem excita quem adisti! Vade igitur, quia venisse te non ignorat, sed ad se ut venias iam expectat; faciem tuam iam prenoscit, sed requirendus est sanctus ubi requiescit. Vade, inquam, et prosterne coram eo misericordiae clamorem, quia gratum procul dubio senties propitiatorem. Dulcedo namque pauperum est iste sanctus; crede, quia bene venisti; pius consolator miserorum est, confide, quia bene venisti; fortitudo debilium est, confortare, quia bene venisti; susceptor tuus fidelis est, ergo bene venisti. Per ipsum enim in te implebitur
Es. 35, 6. illud propheticum: *Tunc saliet claudus quasi cervus, et clara erit lingua mutorum.* Cumque iam, con-
Dec. 23. summato[c] vespertinali sinaxi, nox imminere cepisset — erat enim quae proxima[d] dominicas vigilias antecedebat —, aecclesiam adiit, ibique aliquandiu moratus, dum orationum vota persolvit, tam subita concussione[e] viribus deficit, ut, dum redire pararet, per se nullo modo prevaleret. Ex quodam enim horrore superinfuso, ut ante sanctum pervenit[f], estus latens per[g] ima viscerum statim cucurrit, ac deinde ad exteriora pervagatus, singula membra sensim carpere cepit; unde totum corpus simul copiosissima sudoris inundantia permanavit, quae[h] etiam post sanitatem[i] receptam multis diebus in recuperato latere siccari non potuit. Tortus autem aliquandiu, dum accrescentem defectionem non sufferret, ministrorum manibus ad lectulum ab aecclesia reportatus est. Videres tunc hominem diversis anfractibus angustiari, occultis quibusdam fatigabiliter suggestionibus huc illucque versari, nichil stabile, nichil certum agere, remedium[k] passionis multiplici mutatione querere, nunc aptius iacere, nunc sedere commodius; sed nec locus ad quietem, nec lectus ad requiem temptationibus tot fatigata membra commodabat, ita ut[l] excruciatum doloribus, ne furiose ageret, custodes aliquandiu formidarent. Nec tamen ad tam varios motus, quibus humana compages in se reformabatur, victi cedere, immo nunc fomenta caloribus adhibere, nunc ad refocillandum vixdum anhelanti frigora ministrare, interdum ad aliena conantem strenue cohibere, inter omnia mirari tantam valitudinem in non valente. Tum interim latus illud, quod[m] diu stolidum iacuerat, paulatim rigore soluto calere, crebris momentis subrepente vigore titillare, nervorum conexiones ad usus pristinos reparari, manus cum lacerto, cum pede sepius temptatis reflexionibus crus ab inguine redire, donec sensim repens undique sanitas quasi post medicantis tactum a summo usque deorsum hominem redintegravit, atque inter sibi considentes veloci saltu [se[n]] in pedes erexit. Meror in gaudium, luctus in exultationem continuo permutatur, et qui paulo ante compatiendo tristes circumsteterant[o], iam congratulando undique confluebant. Temptant, contingunt et, an ita se habeat, ut factum est, pre nimia signi ammiratione aliqui adhuc ambigentes, multiplici experimento, alii videre audita, alii non semel audire visa, quasi novum semper amica stupentes[p] curiositate, concertant[q]. Stat medius, et argumenta fidei circunferens, quibusque obviantibus gaudenter exponit atque in hiis quae videbant monstratis indiciis certiores reddit. Tunc omnes, unusquisque videlicet, impensi famulatus fructum per ipsum offerre Deo cupientes, iter ad aecclesiam cum
Act 9, 33 34. eo accelerant. Sed velut apostolicus Eneas novis gressibus fidens, non ille auxilium, non ille lumen quesivit, immo per difficilia et angulosa loca solus omnes alios antevenit; subsequuntur curiosi, qui ad ministerium precedere debuissent, et quod nulla inpactione se leserit nocte[r] ac periculoso in transitu, cum intactum repperissent, Deum glorificantes, plus mirantur. Ut autem adhuc maior fidei firmitas appareret, ipse a superiori basilicae solario, ubi intraverat, nemine regente ante altare quod maius appellant per cocleam celerrime descendit, filum argenteum, sicut iniunctum erat in ipso[s], ad sancti corpus optulit atque in eodem loco multis veniis, quas nisi sanus facere non potuisset, brevi spacio se in oratione afflixit. Huiusmodi probationibus, ne momentaneum impulsu aliquo contigisse crederent, spectantibus qui aderant
Dec. 24. satisfecit; [ad[t] quietem rediit, matutinis eiusdem noctis interfuit]. Die facta, nichilominus in choro continue sanus apparuit, portatoribus suis ipse saliens dapifer eadem die ad mensam ministravit et, omni ambiguitate detersa, secunda nocte dominicas vigilias cum pleno conventu celebravit. Die autem ipsa
Dec. 25. natalis Domini prelatus aecclesiae[1] publica statione, eodem fratre attestante, de omnibus quae acciderant in sermone ad populum credibiliter peroravit. Erat annus incarnationis Domini millesimus octogesimus octavus, indictio undecima, cum in aecclesia sancti Donatiani patris nostri hoc preclarum miraculum consummatum est atque ante corpus eiusdem sancti cum magno cleri plebisque tripudio[u] fideliter recitatum ad laudem et gloriam Dei patris et filii eius Ihesu Christi domini nostri, qui cum eo et Spiritu sancto vivit et regnat in secula seculorum. Amen!

a) Ille 3. b) En — lingua mutorum *om.* 3. c) *sic* 1. 3. d) proximas 3. e) *sic ed.;* concussio 1; tam magna subito difficultate deficere cepit 3. f) hicu̅ 1. g) viscera per ima 3. h) quod 1. i) s. r. *des.* 3. k) rem. — querere *des.* 1. l) nec *add.* 1. m) quam 1. n) *deest* 1. o) constiterant 1. p) stupantes 3. q) concertans *post corr.* concertant 3. r) nocte — repperissent *des.* 3. s) er. ei *in loco raso* 3. t) *haec des.* 1. u) triumpho 3.

1) Rainerius praepositus.

GESTA EPISCOPORUM CAMERACENSIUM CONTINUATA.

Episcoporum Cameracensium gesta cum medio saec. XI. magno et praeclaro opere memoriae tradita essent, non defuerunt, qui ea continuanda susceperunt; sed eorum libri magnam partem perditi lugebantur, ita ut vel epitomae post factae vel versio Gallica recentioris temporis eorum locum supplere deberent. Quare vix laetius quidquam evenire potuit, quam quod codex reperiebatur longa oblivione obrutus, quo genuina opera servata sunt ad res Cameracenses inde a fine saec. XI. usque ad medium saec. XII. pertinentia.

Is, olim monasterii Altimontensis, deinde collegii Iesu Antverpiensis, nunc bibliothecae Parisiensi illatus, novae acquis. nr. 264, membr. saec. XII. ex. post[1] alia scripta vel historica vel alius argumenti f. 116—f. 157'. haec Gesta continet, brevi continuatione f. 157'. 158. addita in monasterio Altimontensi scripta. Editionem magna diligentia paravit R. P. E. de Smedt (1880), opera V. Cl. Leopoldi Delisle adiutus, ita ut levissima tantum emendanda essent, cum Parisiis a. 1880. constitutus eum iterum perlegerem. Pauca sustuli menda, quae librario tribuenda esse, correctoris vero manum evasisse censeo[2]; ceterum scribendi rationem retinui. Scripturae specimen exhibet editio Parisiensis. Capitum numeros addidi, ubi rubrae deerant, litteras maiores initiales secutus.

Codex incipit a Gestis Gerardi II. episcopi, quae SS. VII, p. 497. edita sunt[3]. Haec excipit f. 118. Vita Galcheri, eaque versibus scripta. Quod exemplum cum alii imitati sint, factum est, ut magna Gestorum pars ita sit composita, neque dubito, quin propter hanc narrationis formam, longiorem et fastidiosam, liber rarius describeretur, sed potius in epitomen redactus sit. Versus quaternos octo syllabarum simili exitu coniunctos vix historica relatione dignos iudicaveris; neque hoc tempore aliud eiusmodi opus conscriptum esse scio. Auctor ne magnam quidem curam eis componendis adhibuit, sed regulas saepius neglexit, duos tantum eadem terminatione coniungens vel unam alteramve syllabam minus congruentem admittens[4], nonnumquam etiam a quaterno numero prorsus recedens. Ita vero metro parum coartatus sermo liberior procedit, res satis luculenter exponuntur, nonnumquam etiam vividis coloribus pinguntur; scriptoris animus ubique se prodit. Ipse canonicus procul dubio Cameracensis rebus gestis intererat, a. 1105. Galcheri causam acturus Remos profectus est (v. 480), ubique

1) V. Delisle, 'Mélanges de paléographie et de bibliographie' p. 377; 'N. Arch.' VI, p. 486. 2) Codicem a compluribus librariis fortasse non uno tempore scriptum putat De Smedt p. XVIII; sed huic sententiae assentire nequeo. 3) Lectiones variae levissimae sunt; duas tantum afferam: 499, l. 3: *a finibus terrarum Cameracensium;* l. 14: *civibus communiter auxiliantibus.* 4) Accuratius haec exposuit de Smedt p. XI, n.

eius partes tenet, et eo adhuc vivo librum scripsisse videtur, a pluribus, inquit, commonitus, ut rescriberet varia fata episcopi, qui procellis litis inter imperatorem et papam actae agitatus, episcopatu depositus, ad minores dignitates rediit, et his contentus iterum oblatum episcopatum refutavit. Quae de ipsius morte referuntur post addita videntur, sive ab eodem sive ab altero scriptore, qui versus paullo diversos fecit.

Ad pedestrem vero orationem rediit, qui de Odone episcopo, Galcheri adversario, retulit, breviter quidem, ita ut paucas tantum paginulas expleret et vitam viri de litteris bene meriti in Tornacensi S. Martini coenobio ante actam, quam magnis laudibus Herimannus Tornacensis extulit, vix verbo tangeret, sed eius causae addictus, de Galchero satis acerbe iudicans. Sane quae tunc in Cameracensi ecclesia oppositae erant factiones etiam historiam sibi vendicarunt, nunc vero earum foetus in hoc codice pacifice sunt coniuncti[1].

Burchardi episcopi duae exstant Vitae, altera pedestri sermone, altera iterum versibus conscripta. Re vero accuratius considerata, haec nihil fere est quam prioris caput primum in versus redactum, paucis tantum accuratius expositis, quod ab ipso auctore factum esse, idem verborum usus comprobat[2]. *Neque artem metricam ab ipso alienam fuisse, longior narratio priori Vitae inserta ostendit ex maiore parte pariter ut Odonis Vita versibus octo syllabarum composita, sed in fine stropha duodecim syllabarum addita, qua in altero opere ubique usus est. Hoc auctor Burchardo vivo suscepit*[3], *neque de pedestri libro aliter iudico, sive ante sive post scriptus sit. Certe de episcopi morte a.* 1130. *etiam in hoc nihil tradidit, sed in a.* 1127. *substitit. Sermo sententiis ex Sacra Scriptura sumtis nimis impletus. Res vero auctor bene habuit compertas easque candide memoriae tradidit.*

Qui Burchardo successit Liethardus episcopus, a rege constitutus, historiographum coaevum[4] *nactus est canonicum ipsi nimis infensum, qui eum tamquam Teutonicum odit, acerbis verbis mores castigat, post paucos annos depositum maledictionibus prosequitur. Versus duodecim syllabarum bini tantum simili extremorum verborum sonitu coniuncti sunt. Sermo parum cultus, etiam contra grammaticae regulas peccans*[5].

*Ad primam vero versuum formam redit Vita Nicolai sive, ut rectius dicam, historia primorum eius annorum (*1135—1138*), quae longius ex certa rerum cognitione exponitur, ita tamen ut nonnulla taceantur, quae aliunde comperta habemus. Auctorem eundem esse, qui Vitam Galcheri scripsit, vix contenderim*[6]*;*

1) De Smedt p. XIII. censet, verbis 'praelibato Hugoni', cum ipse auctor Hugonis nondum mentionem fecerit, ad Vitam Galcheri referri; sed auctor potius de Gestis Lietberti et Gerardi II. cogitasse videtur.

2) *in extremo dictamine presentis hystoriae;* v. 38: *que sermo referet huius dictaminis;* — v. 90: *pontifex perfectus* (quod priore loco perperam correxit editor in *praefectus*); – *Verumtamen Deum ponens adiutorem suum, qui certum desolatis prebet solatium, qui Ioseph alienum super Egyptios fecit prepositum;*

v. 47: *In solo Domino ponit consilium,*
qui certum tristibus prestat solatium,
qui Ioseph venditum regique subditum
super Egyptios fecit prepositum.

3) Praef. str. 5.

4) Str. 21: *in quantum vidimus atque probavimus, qui sui privati esse debuimus.*

5) Str. 9: *fuit in dubium.*

6) Ita statuit de Smedt p. XVI, praesertim versuum forma persuasus. Etiam similes locutiones deprehenduntur; cf. Galc. str. 177:

Unde modo contraire
ne videar malteriae,
hoc reservabo dicere
in suo recto ordine.

Nic. str. 16: *Scripsi de Gerardi morte*
inconservato ordine,
de illo volens finire,
mox reverti malteriae.

Sed non pauca verba Galcheri Vitae sunt peculiaria: *auctorizabilis; audientia; coniurium; defensabilis; deiurare; dissonantia; glorianter; grandes; insultare; magisterium; perprobare; refugare; solidarii; subauditus.* — Alia habet Vita Nicolai: *fortunium; inconservatus; caudarius; classica (= campanae); interrare; tormentare; seniores Cameraci; Hauninum* pro *Hannonia.* In utraque legitur: *sustinentia.* Et narrationis indoles valde diversa. Illic saepe orationes vel certe verba hominum de quibus agitur referuntur, in Nicolai gestis bis tantum eaque breviora. Sententiis Sacrae Scripturae hic magis orationem ornat, sed narrandi arte ab illo superatur.

sed ipsis rebus interfuisse, quam apertissime ex tota narrationis indole apparet[1]. *In fine felicia celebrat tempora, quae post diutina bella Cameracum vidit; novi igitur motus mox in hac provincia orti ipsi, cum scriberet, nondum cogniti fuerunt.*

Neque haec episcoporum gesta longius producta sunt. Altimontensi codici quasi epilogus Nicolai mors, necnon brevis episcoporum Roberti, Alardi et Rogeri memoria, denique donationis a Nicolao monasterio illi factae notitia post inlata sunt, versibus itidem octo syllabarum, quorum binorum extrema verba consonant, scripta.

Praeterea canonicus quidam Cameracensis, qui Gestorum epitomen inde ab initiis confecit, ad sua usque tempora, saeculi XII. finem, narrationem continuavit (SS. VII, p. 504*), necnon alter de vita Iohannis et Nicolai II. retulit, sed fato iniquo in codice unico qui exstat, procul dubio autographo, folio exciso, magna huius pars periit. Fragmenta quae restant descripsit et edidit V. Cl. W. Arndt ('N. Arch.' II, p.* 294*), nunc iterum cod.* P a r i s i e n s i *nr.* 10968, *chartulario episcopatus Cameracensis littera A indicato, ubi f.* 90. *leguntur, quod perditum putabat Bethmann, collato, in Appendice exhibui, necnon ex priore parte pauca quae auctor Gestorum epitomae inseruit, recepi.*

Codex ex quo eadem Gesta abbreviata — 1191. *edita sunt a.* 1786. *apud S. Berthoud (SS. VII, p.* 397*) nunc in bibliotheca servatur* V a l e n t i a n e n s i *nr.* 635 *(Mangeart, 'Catalogue' p.* 625*). Annis* 1144. 1145. 1148. *breves insertae sunt notitiae ex Lamberti de Waterlos Annalibus sumtae, quem inspexit b. m. I. Heller.*

Versio Gallica Gestorum narrationem in universum satis accurate expressit, nonnulla tamen, ut in versibus illis transferendis sane licuit, brevius reddidit, etiam quae in Vitis Galcheri, Odonis et Burchardi de iisdem rebus tradita erant inter se coniunxit. Codex vero, ex quo haec edita (SS. VII, p. 510*), in fine Gestorum Liethardi subsistit, nonnullis, ut videtur, deperditis (SS. VII, p.* 400*). Alter vero,* V a t i c a n u s *Christ. nr.* 760, *saec. XV/XVI, cuius notitiam primus ipse Bethmann dedit ('Arch.' XII, p.* 307*), Liethardi depositionem longius narravit, et hac parte a Gestis recedit, neque cum ulla huius rei relatione convenit. Neque tamen ea tamquam falsa audacter reiecerim; sed quae sequuntur de Nicolai electione longe a vero recedere, constat, eo procul dubio tempore et eo animo scripta, quo iam papae Romano ius de episcopatibus vacantibus providendis vindicabatur. Neque de Girardi castellani morte recte refertur. Quamvis igitur historia pariter ac in Gestis non ultra a.* 1138. *deducta sit, ex illis hausta esse nequit. Sequuntur excerpta ex Lamberti Waterlos Annalibus a.* 1154—1170. *Quae etsi alia manu in codice exarata sunt, quominus alii auctori tribuam, eo impedior, quod etiam antea horum annalium flosculos Gestorum excerptis interpositos video. Idem etiam res usque ad a.* 1215. *breviter digessisse videtur. Post vero nuda pene nomina usque ad Engerandum de Crequy leguntur, (*1275—1292*), et compluribus omissis medio demum saec. XIV. ordo resumtus et ad finem saec. XV. deductus est. Tertia (vel quarta*[2]*) manu de episcopis saec. XV. ex. relatum est; denique iterum alia notae marginales et relatio miraculi a.* 1480. *acti addita sunt. Omnia haec post adiecta, ipsam vero versionem saec. XIII. incipiente factam esse, recte statuere mihi videor, quamvis sermonem a librario recentioris temporis nonnunquam mutatum esse libenter concesserim. Codice male*

1) Cf. str. 32: *qualis visa vel audita nobis non fuit antea.* 2) In mediis Lamberti excerptis manus mutari videtur.

picto, lectu difficili, a socio nostro P. Ewald descripto, verbis restituendis V. Cl. Tobler curam nobis gratissimam adhibuit.

Quas ipsis Gestis adieci adnotationes magnam partem suppeditavit editio Parisiensis; maioribus litteram S. (Smedt) apposui. *G. W.*

f. 118. INCIPIT PROLOGUS IN VITA GALCERI CAMERACENSIS EPISCOPI.

1 Commoneor a pluribus,
ut ego scribam omnibus
futuris et presentibus
de gestis mirabilibus
2 vitae Gualcheri presulis,
et quomodo tunc temporis
tractatus [sit[a]] a clericis
et qualiter a laicis.
3 Commoneor, et faciam,
sed posco Dei gratiam,
ut prosequi matteriam[b]
ex veritate valeam.

EXPLICIT PROLOGUS.

f. 118'. INCIPIT VITA VEL ACTUS GALCHERI CAMERACENSIS EPISCOPI.

1.

1092. 4 Quando secundus Gerardus
antistes fuit mortuus,
eisdem sub temporibus,
clericis discordantibus,
5 cecidit haec aecclesia
et omnis eius gloria
pro illorum insania,
pro lite et discordia.
6 Nam, ut agant ad libitum,
nolunt habere dominum,
cum post Gerardum mortuum
vix eligant episcopum.
7 Si hinc accuso clericos,
non hinc excuso laicos,
cum cernam ut scismaticos
omnes esse contrarios.
8 Quod enim haec ecclesia
tot patitur exilia,
quod est ruinae dedita
et in dolore posita,
9 hoc factum est a clericis
et universis laicis,
a dominis et servulis,
á grandibus et minimis.
10 Sed ex maiori merito
hinc clericos redarguo,
quorum debet consilio
agi de sanctuario.
11 Qui adeo sunt cupidi
ex amore proficui,
quod non sufferunt tribui
presulatum alicui.
12 Hic vult esse prepositus,
ille archidiaconus,
et qui non potest melius
vult esse vel canonicus.
13 Hic istum vult episcopum,
et ille petit alium,
unusquisque ad libitum
propter suum proficuum.
14 Nolunt habere presulem
secundum legis ordinem
nec per canonum regulam
nec per doctrinam aliam.
15 Virum ecclesiasticum
non querunt nec catholicum
nec qui bonorum hominum
habeat[c] testimonium.
16 Sed quem largum aspiciunt
preesse sibi cupiunt,
aut illum quem plus diligunt
sibi pastorem eligunt.
17 Et cum sic agant clerici,
non est mirum, si laici
voluntate consimili[d]
sint discordes et cupidi.
18 Nam illi qui plus sapiunt
et legem magis sentiunt[e],
quod dissonant, quod seviunt,
plebem errare faciunt.
19 Clerici per invidiam
dissentiunt in invicem,
docent omnes malitiam
et seminant discordiam.
20 Sed postquam vidit populus,
nil clericorum actibus
nilque eorum moribus
in terris esse nequius,
21 venerunt in consilium,
dicentes, episcopium
sumpsisse precipitium
per hoc cleri discidium.
22 Hinc tenent audientiam,
spernunt cleri scientiam,
qui propter avaritiam
Dei turbant ecclesiam.

a) *deest c.* b) *ita semper c.* c) *alio atramento post add. c.* d) mili *e corr. c.* e) sensiunt *c.*

23 Spernunt eorum codices
et decreta et canones,
quos super cunctos homines
dicunt esse mirabiles.

24 Iuravit ergo populus
pro tot dissensionibus,
quod non erit episcopus
nec hic nec ille alius,

25 nisi ille quem nobilis
*imperator transmiserit, *f. 119
et quem cleri et populi
pars melior receperit.

26 Statuerunt solummodo
de pastorali baculo,
ut referatur maximo
regi Henrico tercio[1].

27 Paratus est prepositus
Mazelinus, vir strenuus,
pro iuris sui ritibus
ad referendum citius.

28 Sed contradixit facere
hoc Erleboldus[2] nomine;
ius suum clamat affore,
cum custos sit aecclesiae.

29 Ambo certant pro baculo
quasi pro iure proprio,
nec sic pro hoc litigio
fit baculi relatio.

30 Transivit annus integer,
rex antequam cognosceret,
si mortuus existeret
Gerardus noster pontifex.

31 Anno et plus preterito
durant lites de baculo,
nec erat de episcopo
restituendo ratio.

2. De electione Manasse.

32 Quidam tandem Francigena[3],
cui Manasses onoma,
electus est per iurgia,
non per iura canonica.

33 Et ut nil dicam verius,
clericis fugientibus
electus est episcopus
á casatis et civibus.

34 Cum Manasses eligitur,
a clero plebs dividitur,
omnisque lex confunditur
et in inversum vertitur.

35 Nam postquam vident clerici
plebem ab illis dividi,
certatur alter eligi
secundum legem Domini.

36 Venerunt in capitulo;
ubi iure canonico
extincta est electio
quae fiebat a populo.

37 Mox elegerunt alterum,
Mazelinum prepositum,
sacerdotem catholicum
virumque nobilissimum.

38 Quod audientes laici,
furore perterribili
hoc decretum capituli
contradixerunt fieri.

39 De electo preposito
post hec non fuit ratio;
nam velit nolit populo
clerus cedit contrario.

40 Recurrit plebs ad Manassem,
vita et sensu iuvenem,
iam designatum presulem
per subauditam rabiem.

41 Quod si quis bene vel male
presumit contradicere,
minatur ei findere
nares aut linguam tollere.

42 De his quid dicam amplius?
Sic electus episcopus
paravit se de omnibus
ad regem ire protinus.

43 Dant cives illi Manasse
de thesauro aecclesiae,
unde valeat splendide
ad curtem regis vivere.

44 Duo[a] donant candelabra
de argento purissima,
quae de marchis plus triginta
sunt honeste composita.

45 Dant et calicem aureum
de septem marchis conditum
preter texturam lapidum
et electrorum precium.

46 Miserunt ergo Manassem
ad ipsam regis curiam,
spoliando ecclesiam
per suam fortitudinem.

47 Sed quod accidit postea
previdit Dei gratia;
nam regressus de curia
*caret dono Francigena. *f. 119'

48 Noluit forsan Dominus,
ut esset hic episcopus,
quem statuerat populus
ita inversis legibus.

a) *ante* duo *quaedam erasa*; 7 *Vers. Gall.*

1) III. imperatori, IV. regi. 2) Vix idem qui G. Lietberti c. 24, SS. VII, p. 407, nominatur. S. 3) Frater comitis Suessionensis, Chron. S. Andreae III, 16, p. 544. S.

49 Tunc clerici et laici,
infelices et miseri,
fiunt ut canes rabidi,
discordes et contrarii.

50 Tunc alter super alterum
ponit illud nefarium,
quia Manasse deditum
non erat episcopium.

51 Dicunt, quosdam epistola,
quosdam mandasse vernula,
ne sibi regis gratia
daret episcopalia.

52 Clamant cives ferociter:
'Tractetur ille viliter,
quicumque hinc suspectus est,
si non per sacra prohibet'.

53 De his suspicionibus
se purgat quisque conscius.
Ansellus quidam clericus
non iurat, forsan conscius.

54 Ita ergo ecclesia
adhuc remanens vidua
inter divisos posita
nondum habet consilia.

55 Ipsa cum omni patria
turbata est ut vidua,
nec est[a] qui det solatia
sedendi in tristicia.

56 Illi etenim maxime
quos nutrivit dulcissime
laborant eam ledere
et omnino confundere.

57 Lac suum omnes capiunt
et mel sibi distribuunt,
sugunt totam et comedunt
et ei non subveniunt.

58 Sed Fulco vicedominus
intravit cum militibus
episcopi in domibus
atque episcopalibus
vivebat de redditibus.

59 Vivens de episcopio,
non curat de episcopo,
sed gaudet ex discidio
aecclesiae et iurgio.

60 Gaudet, quod potest altius
et clericis et civibus,
et quia suis usibus
urbis succedunt redditus.

61 Super hoc maleficio
gaudet malo consilio
Ansellus de Bulcenio[1]
cum Raginero impio[2].

62 De hoc casati ceteri
gaudent furore simili,
et Amolricus de Goï[b, 3]
et Manasses de[c] Rumeghli[4].

63 Sed quidam Hugo[5] perfidus,
vir potens et maleficus,
semper fuit his omnibus
mali consiliarius.

64 Per illum omnes seviunt,
á Cameraco exeunt,
castra sibi constituunt
urbique werram faciunt,

65 et per suum consilium
de Roberto Flandrensium
sumunt[d] super periurium
terras Cameracensium.

66 Est habita usque modo
interius divisio,
sed foris erit amodo
certamen de episcopo.

67 Huc usque fuit iurgium
per linguas et per odium[6];
sed ventum est ad gladium,
ad predas et incendium.

68 Frustrato enim Manasse,
penas ferunt aecclesiae
quicumque possunt maxime
tam verbo quam et opere.

69 Nam tenent solidarios,
tenent latrones horridos,
depopulantur clericos,
captant cives *et rusticos. *f. 120

70 Vastant villas et predia,
bona consumunt omnia;
in hac ubique patria
vix remanet agricola.

3. Qualiter Attrebatensis aecclesia a Cameracensi sit divisa, et de Lamberto primo eiusdem civitatis episcopo.

71 Surgit in eo tempore,
crescente vi discordiae,
huic matri aecclesiae
malum inestimabile.

72 Hoc enim inter iurgium
apud urbem Attrebatum
sumunt omnes consilium
eligendi episcopum[7];

a) esset *corr.* est *c.* b) Goin *corr.* Goi *c.* c) e *superscr. c.* d) sup. p. s. *corr.* s. sup. p. *c*

1) Boucbain caput pagi Ostrebant; idem qui Ansellus de Ribodi-monte dicitur G. Gerardi II. c. 6, p. 499. 2) In charta Anselli a. 1096. nominantur: *Rainerus dapifer meus*, *Rainerus de Trith*, *nepos eius*. S. 3) Ibidem: *Almaricus de Landast;* fortasse idem. S. 4) Rumilly; fortasse idem qui Manasses de Meliduno (Melun). V. S. Rouillard, 'Histoire de Melun', Paris 1628, in 4°, p. 681. S. 5) In charta supra laudata: *Hugo castellanus* (H. d'Oisy). S. 6) *par tenchons* Vers. Gall. Quod perperam interpretatus est Bethmann (p. 511, n. 47): 'certamina poetica'. S. 7) Cf. Acta Atrebat., SS. R. Gall. XIV, p. 738.

73 qui presumunt eligere
quendam Lambertum nomine:
student, quamvis illicite,
caput de membro facere.

74 Certant, ut mater vidua
orbata sit a filia;
elaborant, ut domina
relicta sit á famula.

75 Quo audito, fit anxius
Cameracensis populus,
qui timet, ne dolentibus
adhuc succedat peius.

76 Timent omnes non modice,
ne tam magno dedecore
istud dampnum horribile
fiat matri aecclesiae.

77 Qua moti verecundia,
pudore et mesticia,
querunt, ne perdat domina
honoris privilegia.

78 Hinc querunt adiutorium
atque certum consilium
ad Raginaldum dominum
tunc presulem Remensium,

79 cuius in manu posita
erat ista aecclesia,
ex quo remansit vacua
á pastoris custodia.

4. De electione Galceri.

80 Dat archipresul postmodum
solum illud consilium,
ut eligant episcopum,
qui frangat hoc periculum.

81 Sed tamen quidam clericus
Galcerus, qui loci huius
erat archidiaconus[1],
ibi surrexit citius,

82 dicens, se Romam pergere
et Lambertum destruere,
si maiores aecclesiae
velint eum adiuvare.

83 Hinc locutum eis venit
in villa Hunocurtensis[2];
Romam ire commonuit[a];
sed ire nullus[b] voluit.

84 Nam dicitur ab omnibus:
'Iste labor est maximus;
contradicat ille solus
qui fuerit episcopus'.

85 Sed cum illis angustia
crescat magis quam minuat,
ignorant, per quem valeat
reformari aecclesia.

86 Querunt infra et undique,
quem valeant[c] eligere,
qui hostibus aecclesiae
magis possit resistere.

87 At circumspectis omnibus,
non invenitur clericus,
qui penas cum certantibus
sufferre queat melius

88 quam Galcerus prelibatus,
qui est archidiaconus
atque defensor optimus
contra hostiles impetus;

89 Qui etiam nuperrime
sancte huius aecclesiae
invasori apostate
volebat contradicere.

90 Erat et causa alia
satis patens et congrua,
ut in sancta aecclesia
decus magnum optineat.

91 Nam natus est nobilium
de genere pontificum,
nutritus ad Noviomum
sub lege septem artium;

92 Qui informatus litteris
et legibus et placitis,
valebat *in conciliis *f. 120'
Gallicanis et synodis.

93 Fuit et causa tercia,
ut ad hoc decus veniat,
cum et[d] eum rex eligat
et mandet et precipiat

94 signo sue epistolae,
communiter eligere[e]
a filiis aecclesiae
atque sibi transmittere.

95 Hoc Deus, credo, voluit,
quando res ita accidit,
quod clerus et plebs eligit,
quem imperator precipit.

96 Qui, sine dissonantia
electione habita,
nil sumens de aecclesia,
ex omnium licentia

97 pergit ad ipsum dominum
regem Henricum tercium,
de quo Cameracensium
suscepit episcopium.

98 Quo accepto, fit gaudium
per regale palacium:
nam incipit rex *Te Deum*,
et sequitur corus eum.

a) communuit *corr.* commonuit *c.* b) vol. n. *corr.* n. v. *c.* c) valent *corr.* valeant *c.* d) *post add. c.* e) eligere ... (tur?) *c.*

1) Bracbatensis; Chron. S. Andreae III, 18, p. 544. 2) Honnecourt (départ. Nord).

5. De consecratione Lamberti Attrebatensis episcopi.

99 Sed infra illud gaudium
et infra morae terminum
1094 Urbanus papa Lambertum
consecravit hereticum.

100 Consecravit hypocritam
propter datam pecuniam,
qui per magnam audaciam
hanc invasit aecclesiam.

101 Receptus est Atrebati,
ubi sua hypocrisi
et iussu apostolici[a]
favorem habet populi.

102 Est Lambertus apostata
sublimatus in cathedra,
priusquam de presentia
regis Galcerus redeat.

6. De reditu Galceri ab imperatoris curia.

103 At ille tandem optinens
imperatoris gratiam,
hanc rediit in patriam,
receptus per[b] leticiam.

104 Tunc Fulco vicedominus,
de quo scripsi superius,
per sanctos ei primitus
devenit homo ligius.

105 Cui electo presuli
fidelitatem ceteri
iuraverunt tam clerici
quam universi laici.

7. De adversariis eius.

106 Dum ergo putat vivere
inter eos pacifice
atque malum aecclesiae
paulatim conquiescere,

107 non cessat tamen solita
casatorum superbia
nec eorum malitia,
sicut dicam inantea.

108 Nam Hugo et Amolricus
et Manasses et Ansellus
nominati superius
adversus illum gravius

109 consurrexerunt undique,
timentes castra perdere,
quae struxerant illicite,
dum erant sine presule.

110 Timebant illud etiam,
quod contra hanc ecclesiam
et regni rectitudinem
terras suas receperant

111 de comite Flandrensium,
quod fecerant hominium,
et quod de illo proprium
quisque tenebat opidum.

112 Hii quatuor plus ceteris
per vim Roberti comitis
premunt terram flagitiis
et omnibus miseriis.

113 Sic Galcerus circumdatus
horum oppressionibus,
sed maxime sollicitus
ex pauperum doloribus

114 compatienter doluit.
Quod dum pati non potuit,
hos á malo, ut debuit,
prius cessare monuit.

115 Hec etiam post *monita *f. 121
promittit dare munera,
ut diruantur oppida
et in pace sint omnia.

116 Nolunt dona recipere,
nolunt illum diligere,
sed insultant abundique
ecclesiam confundere.

117 Quos cum electus pontifex
erga illum et pauperes
aspexit inflexibiles
atque inemendabiles,

118 collegit solidarios
privatos et extraneos
ad expugnandos impios,
crudeles atque rabidos.

119 Qui septingentos milites
hic tenens per multos dies,
defendit se et pauperes
de hostibus viriliter.

120 Contra quorum superbiam,
furorem et potentiam
detinuit hanc patriam
post Dei sustinentiam.

121 Quos donis nequit frangere,
frangebat fortitudine,
et quos non valet munere,
vi laborabat vincere.

122 Nunc assultu et gladio,
nunc fame et incendio
terrebat hostes improbos,
auxiliante Domino.

123 Goih castrum[1], quod fuerat
situm in arrogantia,
cepit idem vi maxima,
Dei iuvante gratia.

a) *tres litterae erasae c.* b) *post add. c.*

1) Gouy-en-Arrouaise (départ. Aisne).

124 Ibi vero Amolricum
quendam suorum hostium
captum misit in vinculum,
tenens per annum integrum.

125 Quem horrendo in carcere
longo distractum tempore
penituit malitiae,
quam fecerat aecclesiae.

126 Tandem solutus vinculis
atque dolore carceris,
mansit in fide stabilis
Galceri magni principis.

127 Mox castellum de Rumelih,
quod Manasses instituit
ante urbem Cameraci,
idem assultu appetit.

128 Assultum prebet sepius
intus illic morantibus
maleficis predonibus,
terram totam vastantibus.

129 Frequenter illos visitat
scuto, ense et galea,
sagittis, igne, lancea;
sed non prosunt hec omnia.

130 Erat enim villa fortis,
vallo munita et foveis,
in profundo terribilis
et in alto mirabilis.

131 Superbit inde Manasses,
superbiunt et complices,
crescit eorum rabies
contra Deum et pauperes.

132 Hanc rabiem continuo
divina stravit ultio,
occiso forte gladio
Manasse crudelissimo.

133 Quo defuncto, mox Galcerus
fecit castrum cum domibus
extirpare radicitus,
igne consumptis omnibus.

134 Munitionem aliam,
Salcih[1], latronum foveam,
que hanc vastabat patriam,
cepit per fortitudinem.

135 Quem locum a latronibus
mundavit et raptoribus,
captis, occisis pluribus
pro iusticiae legibus.

136 Sic in quiete patria
aliquantulum posita,
*solidariis merita *f. 122'.
fecit magna donaria.

137 De suo autem munere
quos nequivit conducere,
conduxit fidelissime
de thesauro aecclesiae.

138 Hoc enim pro ecclesia,
hoc fecit pro iusticia,
quod dedit cappas, pallia
huiusmodique cetera[a].

139 Galcero, his laboribus
intento multiplicibus,
adhuc frui legalibus
non licuit ordinibus.

140 Verum post hanc victoriam
parumper habens requiem,
tunc primum apostolicam
petit misericordiam.

141 Qui more precedentium
beatorum pontificum
quesivit sacerdotium
a domino Remensium

142 Raginaldo pontifice;
sed hoc illo recusante,
donec iussa potentiae
habeat apostolicae,

143 vadit Romam[2]; quem Urbanus
suscepit apostolicus,
audit quoque benignius,
quicquid monstrat de talibus.

144 Monstravit enim preter hoc
Galcerus apostolico,
quanto perit exilio
Cameracensis regio.

145 Ostendit et, qua rabie
Robertus comes Flandriae
instat illam confundere,
immo bona aecclesiae.

146 Intimavitque singula
de Manasse Francigena,
qui electionis causa
infert illi contraria.

147 His querelis, his planctibus
testis adest idoneus
Turonensis episcopus[3]
cum aliis quam pluribus.

8. De consecratione Galceri, et de expulsione Manasse, adversarii eius.

148 Urbanus papa, cognitis
laboribus Galcericis,
et perceptis iniuriis
tam Manasse quam comitis,

149 remisit illum Remensi
Raginaldo pontifici,
sigillis suis plurimis
confirmatum et litteris.

a) *superscr.* vel plurima *c.*

1) Sauchy- l'Estrées vel Sauchy-Cauchy (départ. Pas-de-Calais). 2) Tunc temporis Urbanum non Romae moratum esse, sed fortasse in concilio Placentino a. 1095, cui affuit episcopus Turonensis, Galcherum papam adiisse, de Smedt monuit. 3) Radulphus II.

150 Precepto cuius Urbani
vadunt cum eo[a] domini
presul, inquam, de[a] Turonis[a]
et abbas Sancti Basoli[1].
151 Mandat, iubet attentius,
de Galceri ordinibus
agi horum assensibus
sanctisque patrum legibus.
152 Precepit illud etiam,
ne consentiret, Manassem
amplius Cameracensem
infestare aecclesiam
153 nec Galcerum preterea
pro electionis causa,
quam nullam sibi re vera
habuisse cognoverat.
154 Mandat eidem Manasse
papa, thesaurum reddere
Cameraci aecclesiae,
quod asportavit temere;
155 vel, si totum plenarie
non potest restituere,
hinc querat satisfacere
Galchero et aecclesiae.
156 Quod si istud despiciat,
se incurrisse sentiat[b]
precepta apostolica
et decreta canonica.
157 Sic visa pape gratia,
sigillo et epistola[2],
presul Remensis mandata
complere studet omnia.
158 Nam, sicut per hos monuit,
rem Galcheri detinuit
*f. 122 et *Manassem cohibuit,
ut sequens ordo proderit.
159 Parata erat Lauduno
Galcheri benedictio,
cum a Manasse emulo
infertur contradictio.
160 Contradixit presentibus
diocesis presulibus,
ne super eum Galcerus
ordinetur episcopus.
161 Iras, lites, contraria,
quae intulit Francigena
pro electione sua,
quid enarrabo omnia?
162 Statim causa utriusque
diffinita canonice
ab ipso archipresule
et confratrum examine,
163 Galcherus fit legitimus
iustis defensionibus,
et Manasses fit obvius
patrum auctoritatibus[c].
164 Ab episcopis igitur
Manasses abiudicatus
atque excommunicatus
de templo foras pellitur.
165 Ita deiecto Manasse
cum sua obiectione,
Galcherus sacro ordine
consecratur legitime.
166 Quem regressum ad propria
suscepit plebs dominica,
laudi eius antiphona
Christus resurgens posita.
167 Collocatur mox in sede
pontificalis cathedrae
ab Elinando presule
Laudunensis aecclesiae.
168 Fuerunt omnes moniti
litteris apostolici[3],
ut sint Galchero presuli
fideles et obnoxii.
169 Fit cunctis ammonitio,
ut Galchero episcopo
ita corde et animo
obediant benivolo,
170 ut ex fideli gratia
et pastor et grex valeat
ad pastoris ovilia
pervenire perpetua.

9.

171 Urbanus apostolicus
et Remorum episcopus,
missis[d] legationibus,
172 monent Robertum comitem,
ut dimittat malitiam,
quam super Cameracensem
irrogabat ecclesiam,
173 eique pacem conferat,
immo pastorem diligat
Galcerum et custodiat,
honoret et sustineat.
174 Quod si utrumque facere
indignatur, facillime
indignantem percutere
minatur anathemate.
175 Comes autem magnificus
adquievit fallacius
horum dilectionibus
et preceptis et precibus.

a) *post add. c.* b) sensiat *c.* c) auctoribus *c.* d) m. R. c. m. l. *corr. ut ed. c.*

1) Burchardus; cf. Acta Atreb. p. 741. 2) De qua nihil constat. 3) Neque hae exstant.

176 Tunc enim ob hec monita
cessavit a malitia;
sed non per longa tempora
permansit haec concordia.

177 Unde modo contraire
ne videar matteriae,
hoc reservabo dicere
in suo recto ordine.

10. Qualiter Galcerus a papa Urbano sit depositus et excommunicatus, et Manasses in loco eius subrogatus [vel[a] restitutus].

178 Revertar ad pontificem
Galcerum venerabilem,
qui reparare divisam
hanc optabat ecclesiam.

179 Nam videns, quod canonice
valebat verba facere
de Lamberto invasore
huius sancte aecclesiae,

180 Urbano apostolico
suo *mandavit nuntio, *f. 122'.
ut statuat de Lamberto
diem sibi certo loco.

181 Qui studio amabili
ipsi Galchero presuli
spondens adiutor fieri,
hinc in adventu Domini

182 denominat sibi diem
ad secundam dominicam Dec. 9.
atque apud Clarum-montem
dat loci certitudinem.

183 Mandavit quoque Lamberto,
Galcheri adversario,
ut sit[b] diei posito
presto eodem termino[1].

184 Iam Galcherum episcopum
nullum tenet periculum,
quin vadat ad concilium,
ut ventum est ad terminum.

185 Quem videns apostolicus
suscepit, ut probavimus,
simultatis amplexibus
et osculis fallacibus.

186 Nam Lambertus ypocrita
retro ad illum venerat;
cui munus obtulerat,
orans, ne ipsum destruat.

187 Attraxit papam litteris
verbisque deceptoriis,
sed plus allexit loculis
muneribus plenissimis.

188 Temptatur tamen sepius
domni Galcheri animus,
si dare vellet amplius
Lambertinis muneribus.

189 Trecentas marcas argenti
Urbanus dari petiit;
quas presul quod non tribuit,
ius habere non potuit.

190 Cum enim cepit fieri
in conspectu concilii
clamor Galcheri presulis
de Lamberti iniuriis,

191 et cum fuit promulgatum,
quod contra iura canonum
Urbanus ipsum Lambertum
statuerat episcopum,

192 respondens papa duriter,
clamavit: 'Cessent canones',
quia omnes suae leges
starent auctorizabiles.

193 Ad hoc turbatus, turbidus
Urbanus, fallax, impius,
nequaquam apostolicus,
sed magis apostaticus,

194 Manasse statim imperat —
nam ibi presens aderat —,
ut palam planctum faciat
de electione sua.

195 Ob hoc ergo mirificum
miratur turba presulum;
in[c] extasi stat omnium
clericorum concilium.

196 Consurgit, clamat Manasses,
infert, quod non legaliter
domnus Galcherus pontifex
episcopatum obtinet.

197 Nam electus canonice
erat a clero et plebe
Cameracensis patriae
sine contradictione;

198 sed super eum ceperat
iura episcopalia
Galcerus ex invidia
et Symonis pecunia.

199 Galcerum papa stimulat,
ut Manasse respondeat;
uterque vero habeat
concilium quod iudicat.

200 Presul Galcherus congruas
postulavit indutias;
qui, ut Manasses taceat,
causas refert legitimas.

201 Ipse namque universo
representat concilio,
et qualiter *et quomodo *f. 123.
venit in episcopio.

a) v. r. *superscr. c.* b) d. s. *corr.* s. d. *c.* c) *duae litterae erasae c.*

1) Urbani litterae Lamberto datae 1095, Iul. (Aug.) 15; Acta p. 754 (Jaffé, Reg. nr. 4168).

202 Narrat gesta de omnibus,
que scripta sunt superius,
quis scilicet fuit suus
et Manasse introitus.
203 Satis tamen pernotum est,
quia non umquam Manasses[a]
canonice electus est,
ut ordo scriptus perhibet.
204 Et si, quod verum non fuit,
electionem habuit,
quam in clamore protulit,
Galcherus illi contrait,
205 dicens: 'Tota electio
sub tali fit argumento,
quod cui det[b] imperator
laudaretur a populo'.
206 Rex sibi donum fecerat,
et plebs omnis laudaverat,
quem Remensis ecclesia
per Romanam sacraverat;
207 ubi Manasses testibus
episcopis quam pluribus
fuit excommunicatus;
'nec loqui debet amplius'.
208 Hinc Galcherus Raginaldum
pontificem Remensium
et plures ibi astantium
vocat in testimonium.
209 Surgit presul Raginaldus,
huius rei certissimus;
cuius verbis veracibus
non favet apostolicus.
210 Preter hoc monstrat litteras
Galcherus apostolicas,
monstrat et sigilla sua;
Urbanus negat omnia.
211 Tunc, causarum utriusque
exaudito certamine,
iubet Urbanus facere
iudicium canonice.
212 Sed Galcherus, ne tradito
fiat abiudicatio,
exivit de concilio,
facto nondum iudicio.
213 Sic papa per iudicium
quorumdam, non per omnium,
Manassem super Galcherum
restituit ut electum.
214 Galcherum post nec monuit,
auctoritas ut precipit,
sed, sicut ira suggerit,
cito excommunicavit.
215 Ó Romana aecclesia,
o sedes apostolica,
quis umquam audit talia
quae facit hic apostata?
216 Iste enim pro argento
ex ipsius arbitrio
tres posuit episcopos
in[c] uno episcopio.
217 Oret omnis ecclesia,
summa Dei iustitia
ut ulciscatur scelera
huius turbantis omnia!

11.

218 Galcherus ad hanc turbatam
regrediens ecclesiam,
invenit sibi paratam
processionem debitam.
219 Sed quia illum tenuit
dolor inestimabilis,
se glorianter recipi
bene consultus noluit.
220 Mandat omnes in crastino,
volens uti consilio
dicto de illo, quomodo
sit actum in concilio.
221 Narravit enim omnia;
sed cum clerus et plebs tota
audit, quod pro pecunia
distracta sit iusticia,
222 Urbanum apostaticum
maledicunt, despiciunt
et ei non obediunt;
patri Galchero consulunt,
223 ne illi det obsequium
nec presuli Remensium,
donec reddant ad integrum
*Cameraci Attrebatum. *f. 123
224 Quo per eos diffinito
et fide et sacramento,
presul Galcherus divino
non cessat ab officio.
225 Sed hoc quidem consilium,
sicut agnovi postmodum,
pontifici in maximum
conversum est contrarium.
226 Nam Fulco vicedominus
atque ille Amolricus,
quem captivum superius
dissolverat episcopus,
227 quam plures vero alii
istius urbis populi,
immo eius episcopi
privati et domestici
228 inceperunt recipere
legationes Manasse,
oblito quod nuperrime
decreverant attendere.

a) *duae litterae erasae c.* b) *superscr. c.* c) in u. *in loco raso c.*

229 Mandabat enim grandia
Manasses illis munera,
scilicet municipia,
villas, terras et predia,
230 aurum, argentum, honores,
res etiam multiplices,
quae magis sunt amabiles
apud avaros homines.
231 Hec non mandat minoribus,
sed magnis et potentibus
et his qui possunt melius
et foris et interius.
232 Mandat et illis omnibus,
qui vivere de raptibus
et de venditionibus
cunctis gaudent temporibus.
233 Manassem tales audiunt,
suis promissis annuunt
et iam sibi assentiunt[a]
et obedire cupiunt.
234 Hinc agunt conventicula
atque conciliabula,
querunt execrabilia
alterutrum consilia.
235 Hic illum verbis attrahit,
et ille istum arguit;
qui est allectus allicit,
et qui deceptus decipit.
236 Fere omnes in domibus,
in prandiis et potibus
et in locis similibus
iam locuntur de talibus.
237 Paulatim exivit foras
impiorum cupiditas,
quos non tenet fidelitas,
sacramentum nec veritas.
238 Nituntur omni studio,
presul Galcherus quomodo
vel quo possit ingenio
pelli de[b] pontificio.
239 Nunc potest, si non audeo,
hec vel clamare scriptio,
quod orta est traditio
de Galchero episcopo.
240 Ab illis enim litterae[c]
cito mittuntur Manasse,
haec ex toto nesciente
ipso Galchero presule.
241 Rogant, precantur per eas,
ut presens apud Avesnas[1]
presentibus absque mora
collocutum adveniat.
242 Venit ad eos Manasses
in loco qui predictus est,
ubi Galcherus pontifex
tali modo venditus est.
243 Fulco libras sexaginta
et Amolricus triginta
multique[d] multa alia
ob hec habent facinora.
244 Propter datam *pecuniam *f. 124.
tunc affirmant Francigenam
multum secreto Manassem[d]
in dominum et presulem.
245 De quo receptis prediis,
terris suis et fiodis,
dant ei pactum fidei
quasi suo iam presuli.
246 Monentque illum Manassem,
ut roget archipresulem
totam post hanc ecclesiam
imbannizare patriam.
247 Nam hoc erit occasio
de Galchero episcopo
ab honore expellendo,
si positi sunt in banno.
248 Perfecta sunt hec omnia:
in banno est aecclesia
et omnis ista patria
pro Galcheri infamia.

12. De morte Raginaldi Remensis archiepiscopi.

249 Illis autem in diebus
defunctus est Raginaldus
Remensium episcopus.
Cui successit alius
250 in archiepiscopatu
qui Manasses appellatur,
equivoci avunculus
Manasse de quo scribimus.
251 Hic archipresul etiam
hanc in banno ecclesiam
sic tenet propter Manassem,
sicut invenit positam.
252 Hinc Galcheri episcopi
colletantur malivoli,
qui cogitatus animi 1096.
desiderabant perfici.
253 Nam erant in angustiis,
in laboribus plurimis,
diebus in consiliis,
noctibus in suspiriis,
254 scrutantes mente subdola,
qua fronte, qua audacia
presul Galcherus valeat
ab hac expelli patria.

a) assensiunt c. b) verbum erasum c. c) in loco raso c. d) post add. c

1) Avesnes (départ. Nord).

255 Audite rem mirabilem
et multum execrabilem,
cum propter hanc perniciem
non evitent pontificem!
256 Sed ante illum veniunt
et quicquid agit consulunt,
sibi locuntur, serviunt,
cum eo potant, comedunt.
257 Verumtamen nec proinde,
vel dum esca in corpore
residebat, de presule
non cessant male dicere.
258 Neque inceptum facinus
remanebat ob aliud,
nisi ob hoc quod populus
non favet horum actibus.
259 Timebant enim pauperem
minoremque plebiculam,
quae amabat pontificem
propter pacem et requiem,
260 ad quam semper laboravit,
ut valeret institui;
nec illum umquam dilexit
qui contra pacem extitit.
261 Propter quod bonum studium
hunc presulem pacificum
maiores nonquam[a] diligunt,
quia pro velle nequeunt
262 hunc et illum arripere,
comparare et vendere,
comedere et bibere
et omnino consumere.
263 Qua de causa nunc vindicta
paratur sibi pessima
occasione sub illa,
quod eum excommunicat
264 et sedes apostolica
et Remensis aecclesia,
et inde habent maxima
clericorum auxilia.
265 Nam postquam sciunt clerici,
quod insimul sunt conexi
potentiores laici
*f. 124'. *ad dedecus episcopi,
266 omnes fere per similem
connectuntur nequitiam
ad pontificis eiusdem
exhereditationem.
267 Nam die quadam accidit,
quod archipresul Remensis
suis mandavit litteris,
ut cessarent a divinis,
268 nisi predictum Manassem
reciperent in presulem
et nisi darent debitam
ei obedientiam.
269 Quas[1] presumentes sumere
sine Galchero presule,
presumpserunt et linquere
servitium aecclesiae.
270 Quo audito, episcopus
miratur de his actibus,
se tamen offert omnibus
positurum de talibus
271 in eorum consiliis,
sicut in suis clericis
atque fidelibus suis
tam fide quam sacramentis;
272 et quicquid consuluerint
ipse libenter fecerit,
si ei obedierint
et cantare presumpserint.
273 Quod indignantes audire
et respuentes facere,
fero frementes furore
et infinita rabie,
274 sumpserunt in aecclesia
sanctorum sancta corpora,
volentes sanctuaria
de hac auferre patria.
275 Sicut audivi dicere
et[b] ut probavi denique,
sanctis arreptis temere
et sine devotione,
276 percussit Deus ideo
terram grandi miraculo,
expandens ymbres subito
cum strepitu mirifico.
277 Currunt post eos famuli
et milites episcopi;
timent, fugiunt clerici,
sanctos resumunt laici.
278 Sic homines pontificis
retulerunt aecclesiis
sanctos, percussis plurimis
dedecorose clericis.
279 Condoluit episcopus
de tot inversionibus,
de clericis enormibus
et sibi resistentibus.
280 Quibus tamen congregatis
in templo beatissimi
confessoris Gaugerici
ut in loco refugii,
281 mandavit presul denuo
commonuitque[c] tercio,
ne cessent ab officio
impiorum consilio;

a) *ita c.* b) *superscr. c.* c) communuitque *corr.* commonuitque *c.*

1) sc. litteras.

282 sed in urbe remaneant
aecclesiisque serviant
atque sibi sicut debent
fideliter obediant.
283 Per malorum consilium
hoc respuentes iterum,
tantum rogant episcopum,
ut donet eis licitum,
284 quo valeant liberrime
ab urbe foras pergere
et sine offensione
corporis et pecuniae.
285 Dat presul hanc licentiam,
ut sua tute habeant,
sive sibi remaneant,
sive ab urbe exeant.

13. De[a] fuga clericorum Cameracensium.

286 Tunc abierunt clerici,
Remorum archipresuli
nuntiantes, quod Galcheri
destructio episcopi
287 in promptum est, si Manassem
benedicat in presulem;
nam si hoc facit, debitam
sibi obedientiam
288 omnes clamant impendere
et Galcherum relinquere;
*spondent servire Manasse *f. 125.
et Galchero resistere.
289 Quorum tandem consilio
fit ab archiepiscopo,
non spectante in futuro,
Manasse consecratio[1].
290 Surgit pena super penam
laborque super laborem
contra Galcherum presulem
ob consecratum Manassem.
291 Attamen imperterritus
stans Galcherus episcopus,
non cessavit pacificus
a sanctae pacis actibus.
292 Quamvis laborent perfidi
ad malum suum plurimi,
bonum tamen operari
studet in virtute Domini.
293 Qui inter hoc contrarium
Osgih[2] obsedit[b] castellum,
quod erat forte nimium
vallo turrique lapidum.
294 In quo manebat optimus
miles quidam Gozewinus[3],
eiusdem consanguineus
presulis et vir ligius.
295 Sed tamen sibi proinde
noluit presul parcere,
hanc terram volens mittere
et paci et concordiae.
296 Illud etenim castellum
ad dampnum erat omnium
rusticorum et civium
sibi circummanentium.
297 Ubi tamdiu perstitit
et tam longe pernoctavit,
donec illi subiugari
et vis et fames arguit.
298 Quod vi et fame redditum
prostravit ad terram totum;
captis dedit arbitrium
vivendi propter Dominum.
299 Prostravit duo alia
presul Galcherus oppida,
Buzegniis[4] et Buzeias
pecuniarum lancea.
300 Destruxit enim omnia
rura, casas et oppida
huic terrae nocentia
aut per vim aut per munera.
301 Placet multum episcopus
et magnis et minoribus
de tot castrorum casibus
hic dictis et superius.
302 Nam illum hinc episcopum
magnificant, benedicunt
et gratiant et diligunt
hi etiam qui odiunt.
303 Fecit post haec quam citius
ultionem episcopus
de clericis euntibus
Remis ad suum dedecus.
304 Prebendas illis abstulit,
possessiones diruit;
quorum honores ceteris
sibi subiectis contulit.
305 Hic ad istam aecclesiam
clerici qui remanserant
per eundem pontificem
Dei agunt servitutem.
306 Quos presul sepe visitat,
servire Deo incitat
quantumque potest adiuvat
et in rebus multiplicat.

a) *rubra supra ad v. 273. scripta, ubi tamen littera initialis maior desideratur, quae hic exstat.* b) *in loco raso c.*

1) Quam factam esse mense Iunio vel Iulio a. 1096, ex Manassis chartis ostendit De Smedt. 2) Oisy (départ. Pas-de-Calais). 3) De quo cf. Gisleberti Gesta com. Hanon., SS. XXI, p. 501. 4) Busigny et Bousies (départ. Nord).

307 Qui quatuor altaria
de Cantengh[1] et de Rihwia,
[a]de Wanbaizs et de Wethria
dedit eis et alia.
308 Tunc aliquanto tempore
mansit huic aecclesiae
et amor cum solamine
et pax cum plenitudine.
*f. 125' 309 *Quod clerici cum audissent,
qui iam Remis abierant,
tam temere ecclesiam
se reliquisse condolent.
310 Cum vident istos crescere
et redditus aecclesiae,
et illos sua perdere
aliisque succedere,
311 contristantur et penitent,
quod umquam propter Manassem
ecclesiam dimiserant
et honores perdiderant.
312 Quid illi tandem faciunt?
Ad Galcherum episcopum
fere omnes iam redeunt,
eius amorem repetunt.
313 Querunt misericordiam,
orant, ut eis propriam
redire ad ecclesiam
laudet per suam gratiam.
314 Laudat presul, ut redeant
ecclesiisque serviant
atque sua rehabeant,
sicut prius tenuerant.
315 Sic ad illum regressi sunt
condonatorem scelerum;
qui fatentes periurium,
sibi reiurant iterum
fidem et adiutorium.
316 Diliguntur a presule
scripturae cohortamine,
Matth. 5, 44 que docet, omnes tamquam se
inimicos diligere[b].
317 Simulant autem clerici
amorem ferre presuli,
obedire ut filii,
servire ut domestici.
318 Sed Sathan, qui domesticam
semper odit concordiam,
item movit malitiam
inter eos et presulem.

14. Qualiter Cameracenses Galcherum refutaverint.

319 Annus enim preterit,
quo fides facta viluit
et sacramentum corruit,
quod simul factum extitit.
320 Nam illi ministerium
vilificantes divinum,
secum contra episcopum
excommoverunt populum.
321 Tunc clerus et plebis turba
in presulis presentia
sibi sub mente subdola
verba dixerunt talia:
322 'Galchere, noster domine,
te de christianitate[2]
sicut rebellem Romanae
et Remensi aecclesiae
323 expectare ulterius
non debemus nec volumus
et te inde diffidimus.
Vade ergo quam citius
324 ad tuum magisterium[3],
tuum querens officium;
sed si non habes divinum,
ad nos non agas reditum'.
325 Quod cum audit episcopus,
exhorret esse traditus
timetque mori penitus
pro omnium clamoribus.
326 Timet, et non immerito,
Nam de illo solummodo
non est facta traditio
sed multiplex venditio[c].
327 Probaveratque omnia,
probra, lites et odia
et mala queque altera
preter mortis pericula.
328 Hoc autem ne tunc fieret,
inducias precatus est
querendi quod divinum est,
ut vel sic mortem fugeret.
329 Servavit Deus presulem,
qui vult perire neminem,
cum iuxta petitionem
impetrasset *licentiam. *f. 126

15. De profectione Galcheri ad imperatorem.

330 Mox infra diem tercium
fugit presul ad dominum
et ad suum advocatum
imperatorem Henricum
331 Quae facta sunt renuntiat[d]
illumque inde obsecrat
et arguit et increpat[e],
iusticiam ut faciat.

a) et *erasum videtur c.* b) dilegere *corr.* diligere *c.* c) *verbum erasum c.* d) renuntiant *corr.* renuntiat *c.* e) *e corr. c.*

1) Cantaing, Rieux, Wambrix (départ. Nord); Vitry (? départ. Pas-de-Calais). 2) i. q. communio ecclesiae. 3) i. e. superiorem, archiepiscopum Remensem vel papam.

332 Iam sibi quantum placuit
Galcherum rex detinuit;
sed inter hec quod accidit
nulli mirari sufficit.

333 Nam clerici et laici,
non servantes iura regis
neque statum imperii
neque decus episcopi,

334 in hanc regis civitatem
introduxerunt Manassem,
quem longe ante fecerant
super Galcherum presulem.

335 Ingressus ita, postmodum
per clerum et per populum
et eorum consilium
hic celebravit synodum[1]. 1098.

336 Per idem tempus Manasses
ille ut novus pontifex
novos hic agens ordines
actus confinxit celebres.

337 Qui hic sub tribus mensibus
mansit aut paulo amplius,
quod suis dat fidelibus
tollens Galcheriensibus.

16. De fuga Manasse et receptione Galcheri infra urbem.

338 Hic[a] ergo dum sic agitur,
fama sparsim extenditur,
quod cum regis principibus
Galcherus iam regreditur.

339 Quod ut audivit Manasses,
exit urbem velociter,
et Galcherus receptus est
et Lotharingi principes,

340 qui hic a rege Henrico
transmissi erant ideo,
ut perprobarent[b], quomodo
suo erant episcopo

341 Galchero Cameracenses:
qui maligni, qui fideles,
quive sibi repugnantes
et qui magis amabiles.

342 Preceptum fuit omnibus
á legatis regalibus,
ut qui ei non subduntur
pro hostibus habeantur.

343 Istud edictum cesaris
cum auditur a clericis,
hic remanserunt alii,
se subtraxerunt alteri.

344 Hic ergo remanentium
presul Galcherus omnium
rogat fidem, sacramentum
et etiam hominium.

345 Quicquid[c] petit episcopus
fecit clerus et populus
sibi coram principibus,
nullis contradicentibus.

346 Sed quid valent haec talia,
tot scilicet sacramenta,
cum retro dicant omnia
non adesse legalia?

347 Non enim magis ideo
Galchero sunt episcopo
obedientes animo
nec fideles in aliquo.

348 Ó mira gens et pessima,
quae te tenet dementia,
quae non servas iuramenta
nec humana nec celica!

349 Si hodie astringeris
sacramentorum vinculis,
cras exlex, detestabilis,
cunctorum non *memineris. *f. 126'.

350 Tantum ergo nefarium
et tam frequens periurium
non modice turbaverunt
regnum et sacerdotium.

17. Quod Robertus comes Flandrensis Cameracenses valde afflixit.

351 Sub illo enim[d] tempore
Robertus comes Flandriae,
vir de magna potestate,
homo de multo milite,

352 propter cleri discordiam
plebisque dissonantiam
contra Henricum cesarem
istam invasit patriam[2].

353 Cui presul per litteras
Remensium mandaverat,
ut Cameracum destruat
ob animae remedia,

354 totumque frangat populum,
qui consolatur Galcherum,
ut frangeret gentilium
synagogam vel ydolum.

355 Tali ergo sub monitu
cum maximo exercitu
venit comes frequentius
in his predatum partibus.

a) *e corr. c.* b) per *post add. c.* c) *duae vel tres litterae erasae c.* d) *post add. c.*

1) V. chartas ap. Duvivier, 'Recherches sur le Hainaut ancien' p. 476. 477. S. 2) Cf. epistolam Paschalis ad comitem Robertum datam (SS. R. Gall. XV, p. 25; Jaffé nr. 4432), quam ad a. 1102, Ian. 21. revocat de Smedt.

356 Cum predarum frequentia
multa fecit incendia,
ita quod rura omnia
tunc remanserunt vacua

357 de terrarum cultoribus
atque de mulieribus,
de equis, vaccis, ovibus,
immo de bonis omnibus.

358 Fecit viros et feminas,
tam pupillos quam viduas,
mendicare per proximas
urbes[a] et per extraneas.

359 Sic ruribus dissipatis
fugatisque agricolis,
ut ista urbs continuis
premeretur angustiis,

360 firmavit comes oppidum
apud villam Marchonium[1],
sic urbi antepositum,
quod sibi tollit exitum,

361 tollitque foris omnia
huiusmodi venalia,
panem, carnem, sal, nemora,
vinum, fructus et cetera.

362 Cum ergo cives undique
vident hostes affluere
nec aliquem succurrere
de imperatoris parte,

363 ante Galcherum presulem
negant urbis custodiam,
nisi perquirat[b] aliquem,
qui retro fuget comitem.

18. De succursu imperatoris.

364 Tunc presulis conquestibus
imperator excitatus,
succursum misit protinus
de sexcentis militibus.

365 Comes illi Lovanensis[2]
prius ducentos tenuit,
et pontifex Legiensis[3]
post hec[c] trecentos habuit.

366 Mox mandat rex se venire
atque urbi succurrere,
immo Robertum Flandriae
viriliter repellere.

367 Sed succursu hoc regresso,
expectabatur denuo
ab isto parvo populo
civitatis perditio.

368 Urbs enim est pauperrima
de plebe, de militia,
et eisdem non aderat
alterutrum fidutia.

369 Nam quidam dicunt invicem:
'Cur patimur longam mortem?
Recipiamus comitem
et habeamus requiem'.

370 Hoc cives moti dubio,
quesierunt episcopo
Galchero suo domino,
ut pro eiusdem commodo

*f. 127. 371 omnes illos *communiter
coniurare permitteret,
quia urbem non aliter
neque se[d] ipsos proteget[e].

372 Presul videns periculum,
super hoc dolet nimium;
laudat tamen coniurium
propter urbis suffragium.

373 Sed quod iurant episcopo
nolo quidem ullo modo
preterire silentio.
Hec enim est iuratio:

374 'Nos omnes cives insimul
per sanctos Dei iuramus
et per fidem promittimus
et per cartam confirmamus,

375 quod Galcherum fidelius
episcopum servabimus
de vita, de membris eius,
de honore presulatus,

376 regi Henrico quamdiu,
quin immo filio eius
atque eorum omnibus
Romanis successoribus

377 in ius adesse poterit,
ut sui[b] iudicaverint
fratres et coepiscopi
Lotharingi[f] imperii.

378 Iuramus et hoc denique,
nos pro christianitate
Remensium aecclesiae
numquam sibi deficere,

379 neque inter nos monachum
nec abbatem nec clericum
consentire nec laicum,
qui sit contra episcopum;

380 immo illum expellere
ab urbe cum dedecore,
qui de ipso inhoneste
audebit verba facere;

381 et recipere neminem
de clericis extra urbem,
qui sunt contra pontificem,
nisi per suam gratiam;

a) *post add. c.* b) *vocabulum erasum c.* c) hic *c.* d) *superscr. c.* e) protegeret *corr.* proteget *c.* f) imp. L. *corr.* L. i. *c.*

1) Marcoing. 2) Godefridus. 3) Otbertus.

382 et de presulis legibus,
de consuetudinibus,
ut fuerunt antiquitus
suis predecessoribus,
383 nec quicquam supercrescere
nec ad minus descendere,
iuramus eo vivente
et successorum tempore'.
384 Preter iura episcopi
quae iurat cetus populi
hic necesse non affuit
singulatim interseri;
385 sed quod iurant episcopo
hic interscripsi ideo,
ut sciant omnes, quomodo
servaverunt in futuro.
386 Coniurati verumtamen
per maiorem fiduciam
iuvant Galcherum presulem
contra Robertum comitem;
387 et expectant fideliter,
donec cesar adveniret,
Henricus rex videlicet,
qui se ultum occurreret.

19. De adventu imperatoris in hanc terram.

388 Venit tandem rex Henricus,
imperator egregius
et miles potentissimus,
venit in istis partibus.
389 Intravit terram comitis
cum grege fortitudinis;
cui comes non potuit
resistere nec debuit.
390 Nam homo regis aderat
et per stulta consilia
regnum suum invaserat
et male dissipaverat.
391 Rex ergo sicut equitat
cum regali militia,
cadunt ante se castella
vi aut timore omnia.
392 Cadunt quinque per numerum, 1102.
videlicet Marchonium,
Paluels[1] et Inceïum,
Esclusa et Bulchenium[2].
393 Sed Exclusa vi, assultu, *f. 127'
ense, igne consternitur,
occisis, captis pluribus
de comitis militibus.
394 Transisset rex inantea,
nisi equis contraria
esset terrae fragilitas
et hyemis asperitas;
395 et tantus grex militiae
non poterat equitare
pro pluvia, pro grandine,
pro venti magnitudine.

20. De regressu imperatoris ad propria.

396 Rex post preclara opera
per nos agens itinera,
cum laude, cum victoria
regressus est ad propria.
397 Fecit iurare postmodum
magnum valde exercitum
ad herbam[3] statim facturum
in Flandrias retrogradum.
398 Se rex potenter reparat,
struit naves non modicas,
tam per mare quam per terras
volens intrare Flandrias.
399 Sed hoc cives Cameraci
hoc nequeunt prestolari,
cum a rege sint relicti
sine spe adiutorii.
400 Comitem enim leserat
et ad iram commoverat;
inde timent, ne redeat
et per vim eos capiat.
401 Quod totum fere accidit;
comes enim noctu venit,
urbem istam subintravit,
igne multa dampna fecit.
402 Iam omnes sunt introgressi,
cum meritum sanctissimi
Gaugerici confessoris
illos ab urbe reppulit;
403 qui fecit hoc miraculum,
quod nullus instat civium,
sed eorundem hostium
alter refugat alterum.
404 Quando cives hec talia
evasi sunt pericula,
sancto rependunt gratias,
qui sic eos salvaverat.

21. De treviis á comite civibus datis.

405 Cives tandem exterriti
hac fortuna horribili
et eventu periculi,
mittunt legatos comiti,
406 qui querant et concordiam
et trevias et gratiam
et per fidem fidutiam
inter eos et comitem.

1) Palluel, Inchy-en-Artois (départ. Pas-de-Calais), L'Écluse, Bouchain (départ. Nord). 2) Cf. Ann. necr. Prum., SS. XIII, p. 223. 3) i. e. vere.

1102. 407 Hanc enim urbem tradere
mandant eius potentiae
et eos fidelissime
viros suos[a] existere,
408 tantummodo si terminum
expectat, in quo Henricum
regem facere reditum
hic ad nos est pollicitum.
409 Et hoc sibi concedere,
querunt ab ipso comite,
ut liceat cum cesare,
si redit, eum ledere.
410 Sed terminus si transeat,
quo rex ipse non veniat,
mox urbem hanc recipiat
atque potenter teneat.
411 Si venit et regreditur
et urbi non imponitur
succursus de militibus,
qui fortior sit civibus,
412 urbem et ipsos milites
tradent sibi precipites,
et post hec sibi fideles
erunt ut sui homines.
413 Quesitis comes annuit
et trevias imposuit
usque *ad natale Dei *f. 128.
genitricis in Septembri. Sept. 8.
414 Ob hec complenda omnia
hinc facta est fidutia,
utrinque fide tradita
in comitis presentia.

22. De reditu imperatoris, et de pace inter eum et comitem reformata.

1103. 415 Sic ergo comes tribui
speravit hanc urbem sibi;
sed, regem velle regredi
cum audit, á spe decidit.
416 Qui de sua timens valde
exhereditatione,
maiores viros Flandriae
cepit omnes consulere,
417 quid contra regem faceret,
quidve de hoc satageret,
quod regnum eius insuper
invaserat[b] tam leviter.
418 Fideles sibi consulunt,
ut, sicut regis odium
habet per hoc flagitium,
quo turbavit imperium,
419 sic per satisfactionem
et [per[c]] emendationem
eius requirat gratiam
atque misericordiam.
420 Bonum habens consilium,
venit comes[d] Leodium,
ubi ius erat positum
inter servum et dominum.
421 Tot duces, tot episcopi,
tot principes, tot domini,
qui inde sunt Leodii
utrobique[e] congregati,
422 inter regem et militem,
inter magnum et humilem
per maximam prudentiam
restituunt concordiam[1].
423 Facto palam hominio,
iurat Robertus Henrico,
promittit, miles domino,
quia fidelis amodo
424 regno eius extiterit,
et Galcherum honorabit,
immo eum sustentabit
contra quemcumque poterit.
425 De villis, de altaribus,
quae sunt in suis partibus,
precipiet securius
sibi conferre redditus.
426 Capti utrinque liberi
redduntur regi, comiti,
et presulem oportuit
liberare quos habuit.
427 Utrinque pax extenditur
et iuvamen in omnibus
a comite promittitur
viris Cameracensibus.

23. De iterata expulsione Galcheri a Cameraco.

428 In pace ergo positi
cum essent plebs et clerici,
qui actibus episcopi
semper fuerunt obvii,
429 dolentes eum vivere
et in rebus proficere,
iam de christianitate
Remensium aecclesiae
430 item sicut superius
duris locuntur vocibus;
unde statim accipitur
consilium ab omnibus.
431 Quo accepto consilio,
presul Galcherus ilico
supradicto[f] sacramento
defendit omni populo,

a) suo *c.* b) t. l. i. *corr.* i. t. l. *c.* c) *deest c.; suppl. S.* d) *post add. c.* e) utroque *corr.* utrobique *c.* f) sac. sup. *corr.* sup. sac. *c.*

1) Cf. Ann. Sax., SS. VI, p. 723.

432 ne ab illis abiurati
recipiantur clerici,
qui sunt eius inimici
et totius imperii.

433 Hoc defenso, episcopus
exivit urbem citius,
humiliter spectaturus,
quicquid faceret populus.

434 Mandant tamen cives cuncti 1103.
Remorum archipresuli,
ut hic, licet contradicti,
regrediantur clerici,

435 iubeatque descendere
*talem de suo latere, *f. 128'.
qui veniat absolvere
illos de anathemate.

24. De absolutione civium et excommunicatione Galcheri.

436 Venit ad hoc faciendum
presul idem Remensium,
absolvit clerum, populum,
foras ad urbis exitum.

437 Mox Cameracum penetrat[a]
urbem ac reconciliat
universas[a] ecclesias
singulaque altaria.

438 Facit clerum, iubet plebem
tam per sacra quam per fidem[b]
ad Remensem ecclesiam
ferre obedientiam.

439 Galcherum excommunicat
episcopum nec nominat
et omnem virum execrat
qui execratum adiuvat.

440 Iubet tandem presbiteros,
levitas, subdiaconos,
qui decertant sub Galchero,
cessare ab officio.

441 Archipresul Remis redit;
et hic remanent clerici,
pro quibus habent laici
infamiam periurii.

25. De malitia civium in Galcherum perpetrata.

442 Stat Galcherus intereà
in oppido quod fecerat,
cui Estrum[1] antiquitas
vocabulum posuerat.

443 Fuit per tempus plurimum
ibi suum refugium,
ubi, dum licet, regium
suscepit beneficium.

444 Vixit ibi dum licuit,
nec iuvit nos nec nocuit;
cui parent ut presuli
tam milites quam rustici.

445 Aspicientes iterum
catervae infidelium,
quod ad eius imperium
pergebat ordo militum,

446 et quod ei per omnia
impendebat servitia
pontificis familia
atque omnis ruricola,

447 cogitaverunt denuo,
qua arte, quo ingenio
Galcherus possit ab illo
expelli receptaculo.

448 Nunc omnes intelligite,
qui sano estis pectore,
factum illud terribile,
quod fecerunt pro presule!

26. De Godefrido.

449 Sumunt enim Godefridum,
illum Anselli filium[2],
quem sublimant in dominum
ac civile presidium.

450 Super hoc[c] adhuc facinus
concedunt sibi[c] protinus,
ut suis trahat usibus
episcopales redditus

451 et milites hinc teneat,
per quos terre provideat
et Galcherum cohibeat,
ne umquam illis noceat.

452 Hugo de Incih[3] preter hoc
iunxit se sibi ilico,
facto illi hominio,
in hoc nequam negocio.

453 Castellaniam petiit,
Godefridusque reddidit,
quam in secundi[b] Gerardi
temporibus iam perdidit[4].

454 De hoc ergo ridiculo,
de hoc dono adultero
in toto mundi populo
fit grandis admiratio.

a) *in marg. post add. c.* b) *vocabulum erasum.* c) *post add. c.*

1) Estrun (départ. Nord). 2) De Bulcenio vel de Ribodi-monte, de quo supra c. 2, str. 61. 3) Inchy; idem qui Hugo de Oisy (Oiciaco), ut monuit de Smedt. Cf. c. 2, str. 63. 4) V. G. Gerardi II. c. 4, p. 499.

455 Cum enim vult, dat vel aufert
quicquid ad regem pertinet;
terram vastat, non refovet;
cunctos ledit, non sustinet.

456 *Congregavit ad ultimum *f. 129
istius urbis populum
Estrumque stravit oppidum,
pontificis hospicium.

27. Quod Galcherus in Novo-castro[1] sit receptus.

457 Hinc Galcherus expellitur,
victusque sibi tollitur;
qui tamen a burgensibus
Novi-castri recipitur.

458 Per hanc ergo dementiam
et civium audaciam
Godefridus hanc miseram
valde turbavit patriam.

459 Movitque regis animum
ad iram et ad odium
contra superbum populum
per hoc fraudis dominium.

460 Hoc non est pax nec requies,
sed est dolor et rabies;
quae fecit hoc sit milies
maledicta progenies!

461 Quid Galcherus posterius,
vir sapiens et providus,
pro his fecit exlegibus,
suis apponam actibus.

462 Sub parvo enim tempore
per regem Alemannie[a]
per comitemque Flandriae
Godefridum penitere
suae fecit malicie.

463 Ipse enim[b] Godefridus
consultus a fidelibus,
ne obviaret amplius
viris imperialibus,

464 Galcherum sine requie
nitentem eos ledere,
quorum pravo hortamine
fugarat eum temere,

465 hac in urbe reposuit
et in domo restituit;
clerus et plebs hinc doluit,
verumtamen non abnuit.

28. Quod Manasses, relictis Cameracensibus, pontifex Suessionis a papa sit effectus.

466 Galcherus illo tempore
paternali dulcedine
se habuit mirifice
cum clericis aecclesiae.

467 Sanum cepit consilium:
ad suum stat hospicium,
nulli infert contrarium
ad divinum officium.

468 In suo firmat pectore
universos diligere
et eorum iuvamine
officium requirere.

469 Illo refertur termino
grandis fortunae nuntio,
quod migrarat a seculo
presul de Suessonio;

470 et hoc adnuntiatum est,
quod iam per papam Manasses,
nobis relictis, pontifex
ibidem introductus est. 1103.

471 Ecce ad restituendum
Galcherum in episcopum,
si velit magisterium[2],
nullum restat obstaculum.

472 Restitui iam poterit,
si Deo hoc placuerit;
nam nemo est qui non velit,
et nullus inde contrait.

29. De legatione Galcheri ad archiepiscopum missa.

473 Tunc Galcherus inter eum
atque archiepiscopum
Ansellum misit medium
quendam archidiaconum.

474 Per mentem valde simplicem
petit misericordiam,
orat per frontem humilem
transgressionis veniam.

475 Unde iratus graviter
Remorum presul Manasses,
Ansellum[c] his crudeliter
responsis allocutus est:

476 'Pro hoc, Anselle, nuntio
te totum excommunico,
qui audes loqui denuo
de Antichristi filio'.

477 Ansellus ob hoc trepidat
seque absolvi postulat,
de reditu non cogitat,
Galchero non *renuntiat. *f. 129'.

a) *ultimum* e *e corr. c.* b) *post add. c.* c) Ansellus *corr.* Ansellum *c.*

1) Le Cateau-Cambrésis (départ. Nord). 2) Cf. supra str. 324.

30. De electione Odonis episcopi.

478 Nunc quasi in principio
ex Clari-montis synodo
renovatur turbatio
Cameracensi populo.
479 Non multum enim longius
iubet archiepiscopus,
ut Cameraci alius
eligatur episcopus.
480 Pro his monitionibus
Remis omnes perreximus
et quod inde pateremur
periculum, ostendimus;
481 dicentes: 'Pater optime,
ne cogas nos hoc tempore
electionem facere
de aliquo pontifice.
482 Nam Cameraci residet
nimis potentialiter
Galcherus olim pontifex
et nos amat et sustinet,
483 et per nos rogat veniam;
et si in eo aliquam
non habes patientiam,
sibi facis iniuriam.
484 Lex enim omnis predicat,
promittit et testificat,
ut veniam obtineat
quisquis veniam postulat.
485 Si nos cogis, ut alium
eligamus episcopum,
aufers nobis hospicium,
novum reddis exilium'.
486 Archipresul idiota,
cui non patet littera,
Galchero ferens odia,
nostra sprevit precamina;
487 dixitque: 'Fratres, gaudeo,
quod insimul vos habeo;
quapropter de episcopo
faciendo vos moneo.
488 Roma venit epistola,
quae imperat, ne sit ultra
de pastore ecclesia 1105.
Cameracensis vacua[1]'.
489 Pro his oppressionibus[a]
tunc Romam appellavimus,
redire qui voluimus
in nostris mansionibus.
490 Sed nostri quidam clerici,
faventes archipresuli,
abbatem Sancti Martini
Tornacensis cenobii
491 domnum Odonem eligunt,
pontificem instituunt,
consecrato post triduum[2]
fidelitatem faciunt.
492 Nunc mirandis plus miranda
succedunt mirabilia,
cum ita iste advena
sumat pontificalia.
493 De istius introitu
miratur omnis populus;
qui factus [est[b]] episcopus,
clericis fugientibus.
494 Tornacum Odo rediit;
clerus illi subiacuit,
ordinesque celebravit
atque synodos tenuit.
495 Venit tandem Inciacum[3];
stat ibi per quinquennium
totum habens servitium
de iure subiacentium.
496 Ipsi enim episcopo
iuste vel iniuste facto
contraire audet nemo
pro timore chatholico.
497 Putamus illic[c] pessimum
habuisse introitum
ob pravum eius exitum,
quem vidimus ad ultimum.
498 Sed ne dirumpam ordinem
et actuum matteriam,
in loco suo faciam[d]
finis sui noticiam.

31. De profectione Galcheri Legiam.

499 *Ad Galcherum hinc redeo *f.130.
atque fleo et doleo,
quod illius petitio
refragatur ex odio.
500 Miror, quod non irascitur
qui tot adversa patitur,
qui non ledit et leditur,
immo nec se ulciscitur.
501 Quicumque enim voluit
sibi nocere, nocuit,
et hoc ipse dum potuit
patienter sustinuit.
502 Reliquit nos novissime
vir magne patientiae,
quia Dei iusticiae
non ultra vult resistere.

a) ibus *e corr. c.* b) *deest c.* c) illi *c.* d) ficiam *c.*

1) Cf. Herim. Torn. de restaur. S. Martini c. 82, ubi de Odone eiusque electione fusius agitur. 2) A. 1105, Iul. 2. e nota psalterii olim S. Martini Tornacensis in bibl. Paris. novae acq. nr. 2195, infra edenda. 3) Inchy (supra str. 452: *Incih*); cf. infra G. Odonis c. 1.

503 Perrexit ergo Legiam
ad Obertum pontificem
per eius amicitiam
et cesaris fiduciam.

504 Obertus illum recipit,
veneratur ac diligit
sibique donec voluit
totum necesse tribuit.

505 Hoc accidit interea,
quod rex noster concesserat,
ut Robertus de Flandria
hanc urbem de se teneat.

506 Quam possedit et habuit,
donec imperator vixit,
totumque quod est regii
suscepit beneficii.

32.

507 Odo[a] vero episcopus,
de quo scripsi superius,
per eum introducitur
pontificis in domibus[1].

508 Presul habet hospitium,
non habet beneficium;
solummodo catholicum
celebrabat officium.

33. De morte Henrici imperatoris et successione filii eius Henrici.

509 Non multum quidem postea
ob hec et multa alia
accesserunt mortifera
regi nostro contraria.

510 Nam fortasse caelestibus
1106 ex dispositionibus[b]
surrexit eius filius
tanquam hostis extraneus

511 adversus ipsum cesarem;
cui coronam, lanceam,
sceptrum, regni potentiam
omnemque[c] tulit gloriam.

512 Qui a cunctis principibus
fugatus tamquam reprobus,
tandem sine regalibus
fuit Legiae mortuus.

513 Sic filius regnum tenet
cui Henricus nomen est;
sic imperat, sic optinet,
sic universa possidet.

34. De profectione Galcheri ad imperatorem.

514 Illum Galcherus adiit
iusticiamque petiit
de Roberto Flandriensi[d]
turbatore imperii.

515 Qui, sicut scripsi antea
in precedenti littera,
Cameracum invaserat
et presulem posuerat.

35. De adventu imperatoris in Flandriam.

1107 516 Commotus rex in intimis
pro Galcheri miseriis
iniuriisque comitis
atque Odonis presulis,

517 elapso parvo tempore,
paravit potentissime
in Flandrias se mittere
cum copioso milite.

518 Duacum prius oppidum,
vallo muroque validum,
ivit rex, per consilium
ibi ponens obsidium.

519 Quod faciens, exterritat
universos per Flandrias
atque omnem qui menia
contra illum firmaverat.

520 Vasalli vero comitis,
quos locarat Cameraci,
ad resistendum cesari,
discurrunt valde trepidi.

521 Ab invicem dissentiunt,
mori timentes seviunt.
Quid illi tandem faciunt?
Urbe relicta fugiunt.

522 Duacum intravit comes,
res ornat defensabiles,
monet cunctos, non segniter
ut se defendant fortiter.

523 Cesar post diem tercium
assultum prebet maximum;
comes resistit nimium;
cesar non capit oppidum.

524 Nam cesaris exercitus,
multis in suis partibus
interfectis militibus,
assultum liquit citius.

a) *hoc loco rubra legitur infra str. 509. posita c.* b) dispotionibus *c.* c) omnem gl. que tulit *corr. ut ed. c.* d) Flandrensi *corr.* Flandriensi *c.*

1) Herimanno teste post mortem Heinrici IV, quod praeferendum duxit de Smedt.

36. De pace inter imperatorem et comitem reformata.

525 Tunc omnes regis principes,
duces magnique presules,
videntes, quod non caperet
neque ibi proficeret,
526 donant ei consilium,
ut comitis Flandrensium
recipiat hominium,
fidem atque servitium.
527 Rex itaque principibus
consultus a maioribus,
de futuris inprovidus, 1107.
datis favet consultibus.
528 Suscepit ergo comitem
in amicum et hominem,
dans ei castellaniam,
Novum Castellum etiam.
529 Donat tamen ad terminum,
ut testatur imperium,
donec imponat proprium
Cameraci episcopum.

37. De adventu imperatoris apud Cameracum.

530 Hoc itaque composito,
venit cesar continuo
Cameracum cum maximo
terrore et cum odio.
531 Sed antequam rex veniat,
fugit Odo qui presulat,
fugit cleri pars plurima
plebisque fraudis conscia.
532 Mulieres cum parvulis
fugiunt in aecclesiis,
in turribus, in angulis
multisque diversoriis.
533 Se abscondunt et virgines,
quae verentur tot milites,
Alemannos et Sclavones,
Lotharingos et Saxones.
534 Suscepit regem postea
clericorum pars altera,
quae numquam ex industria
fuit illi contraria.
535 Erat cum ipso cesare
Galcherus honorifice,
sodalis suae gratiae,
consors suae familiae.
536 Fecit ergo rex edictum
per Galcheri consilium,
ut veniat grex ad eum
casatorum et civium.
537 Venerunt quidem ante se,
non audentes dimittere,
quamvis putent certissime
vitam vel membra perdere.
538 Quibus ante presentibus
rex nimis dure loquitur;
appellat illos gravius
de magnis facinoribus,
539 dicens: 'Vos mei homines,
periuri, incredibiles,
cur agitis res tam turpes,
inauditas, horribiles?
540 qui omnium dissimiles
instruitis novas leges
atque coniurationes,
duces novos et comites;
541 et quod magis est horridum,
recipitis episcopum,
quem ad regni discidium
scitis esse compositum'.
542 Tunc[a] universi trepidant,
se ut *reos humiliant; *f. 131.
nam nesciunt nec cogitant,
quid obiectis respondeant.
543 Unusquisque culpabilis
fit in conspectu cesaris;
sunt omnes in periculis
de vita et membris suis.
544 Prevaluit continuo
Galcheri deprecatio
in hoc plebis negotio
et doloris articulo;
545 clamans: 'O rex fortissime,
noli cives destruere,
quos alio conamine
satis potes corrigere'!
546 Conclamant viri optimi,
regis consiliarii:
'Rex pie, miserabilis,
parce servorum lacrimis'!
547 Audit rex tot precamina
et sequitur consilia
et de prius ordinata
se abstinet iusticia.
548 Iubet cives verumtamen,
ut afferant compositam
communionis cartulam
ante suam presentiam.
549 Cives, audito cesare,
ne irascatur, provide
clamant, nil pretermittere
de his quae rogat facere.
550 Affertur privilegium;
quod per regis imperium
deiurant in perpetuum
in aspectu tot principum.

a) Tunc ut v. c.

1107. 551 Sic disiuncta communio
ab iniquo coniurio,
fecit regi Heinrico
fiduciam sacramento.

552 Rex itaque, vix credulus
factis fidelitatibus
pro plebis levitatibus
et cognitis sceleribus,

553 monet cives et milites,
ut ei donent obsides
de hoc quid sibi iugiter
erunt in[a] fide stabiles.

554 Ex edicto huiusmodi
perturbantur universi;
sed, ne obsistant cesari,
dantur maiorum filii.

555 Non inclusit rex infantes,
quos ceperat in obsides,
sed divisit per principes
conservandos fideliter.

556 Redit cesar, hoc peracto,
et Galcherus it cum eo;
qui pro regis servitio
moratur in palatio.

557 Regressi sunt tunc clerici
qui fugerant et laici
ad hanc urbem, sed cum eis
presul non potest ingredi.

558 Grex enim totus civium
sibi negat introitum;
inde vadit Inciacum
ad antiquum hospitium.

38. Quod Galcherus ad papam ab imperatore sit missus.

1109? 559 Eiusdem anni tempore
rex idem Alemanniae
sub magnae pacis specie
decrevit Romam pergere.

560 Quare premisit nuntios
viros prudentes, optimos,
qui de suo negotio
loquantur apostolico.

561 Unus ex illis nuntiis
fuit Galcherus nobilis,
persona venerabilis
et affatu laudabilis.

562 Hic de regis profectibus
pre suis consodalibus
Pascali papae loquitur
et paterne recipitur.

563 Quem in hac legatione
cepit papa diligere,
venerari et habere
pro sapienti homine.

564 Sed preter secretaria,
quae Galcherus contulerat,
de se ipso rem intimat,
que ipsum deposuerat.

565 Refert enim per ordinem
cleri plebisque[b] rabiem,
quam contra illum egerant
propter pacis iusticiam.

566 Nam quia pacem fecerat
et superbos represserat
et raptores fugaverat
et latrones dampnaverat,

567 omnes quidem contra illum
ligati per coniurium
abstulerant presulatum
sibi Cameracensium.

568 Et hoc grave sibi erat,
quod umquam presulaverat;
nam proinde perdiderat
quicquid ante tenuerat.

569 Miratur apostolicus
de Galcheri laboribus;
dolet, quod vir tam optimus
fuit umquam depositus.

570 Qui quoniam non potuit,
dum presul Odo viguit,
occasione utili
episcopus restitui,

571 concessit papa aliam
sibi misericordiam
propter eius recognitam
paupertatis miseriam.

572 Reddit illi custodias,
honores et canonicas
et quicquid in ecclesia
nundum presul habuerat.

573 Ut ratum sit quod reddidit,
cartam papa composuit[1]
et sigillo roboravit
sicque Galchero tribuit.

574 Et ne hoc beneficium
Galchero fiat dubium
totum perdere iterum,
inde sibi dat osculum;

575 et ut archiepiscopus
reponat eum firmius
in antiquis tenoribus,
suis mandat apicibus.

576 Galcherus enim, omnibus
completis iussionibus,
fit custos[2], fit canonicus
fitque archidiaconus.

a) in fide *in marg. suppl. c.* b) blebisque *c.*

1) Quae desideratur. 2) Tornacensis seu Noviomensis ecclesiae custodem eum dicit Chron. S. Andreae III, 18, p. 544.

577 Ut de regis itinere
quod Romae debet facere
in hoc loquar dictamine
necesse est matteriae.

578 De his enim quae sub illo
facta fuerunt termino
procedet sequens ratio,
de qua dictare habeo.

39. De pace inter papam et imperatorem facta.

579 Quid produco sermunculum?
Rex per pacis ingenium
magnum ducens exercitum,
Romanum fregit populum
et cepit apostolicum;

580 quem tenuit per exemplum
sancti Iacob legitimum,
qui non dimisit angelum,
donec benedixit eum [1].

581 Quod factum est utrobique
tam á Romano milite
quam ab eodem cesare,
non est necesse dicere.

582 Silet enim contentio
ex bonorum consilio,
regique benedictio
fit [a] ab apostolico.

583 Papa regem coronavit
regaliaque tribuit
et, electis episcopis
ut virgas donet, annuit.

584 Ad hoc autem conservandum
factum est privilegium
et utrinque confirmatum
super corpus dominicum.

585 Quo taliter composito,
fit prima haec *petitio *f. 132
regi ab apostolico,
ut bono eius animo

586 Odonem, virum simplicem,
quem fecerat pontificem,
reciperet in hominem
atque in suam gratiam.

587 Hoc primum apostolicum
rex diligens obsequium,
dat Odoni presulatum
statim post suum reditum.

588 Qui regi fide subditus
cum legatis regalibus
Cameracum regreditur
et decenter recipitur.

589 Tonitruum huius facti
per totum orbem sonuit,
de quo stupent universi 1111.
aecclesiarum filii.

590 Mirantur hoc audientes
religiosi presules,
sanctissimi et abbates
cunctique mundi ordines.

591 Hinc adeunt velociter
papam presentialiter,
quem alloquuntur duriter
et reprehendunt graviter

592 de hoc pacto mirifico,
terribili, sacrilego,
quod fecit cum diabolo
pro timore corporeo.

593 Dehonestant papam multum,
totum damnant eius pactum,
dirumpunt privilegium,
quod vocant pravilegium [2].

594 Est itaque deposita
haec pactio mortifera,
et item excommunicat [b]
regem omnis aecclesia.

595 Ecce papa digno iure
cohercetur deponere
episcopos qui de rege
virgas ausi sunt sumere.

596 Non multo post hunc terminum
deposuit episcopum [c]
Odonem propter baculum
a rege sibi [d] traditum.

597 Deposuit per litteras
quem tenebat infirmitas;
cuius complet humilitas
quicquid iubet auctoritas.

598 Dimittens episcopium,
perrexit Aquicinium [3];
ubi reddens se monachum,
per tempus vixit modicum.

599 Defunctus enim citius [4], 1113.
sic totus est depositus,
quod non vocatur amplius
nec abbas nec episcopus.

a) tunc *ante* fit *metri causa suppl. S.* b) excommunicant *corr.* excommunicat *c.* c) O. ep. *corr.* ep. O. *c.* d) *post add. c.*

1) Cf. Ekkeh. h. a. p. 244. et alios qui exscripserunt David Scottum. 2) Ibidem a. 1112, p. 246. 3) Anchin. 4) Epitaphium legitur Gall. christ. III, p. 26:
Hic tegitur praesul Odo,
Qui perspectus omni mundo
Fuit exsul, Deo fidus;
Fulget caelo quasi sidus. S.

40. Quod Cameracenses Galcherum in episcopatu restituere voluerunt post mortem Odonis.

600 Ad eligendum alterum
clerus et plebs episcopum
per commune consilium
statim agunt capitulum.
601 Reducunt ad memoriam
suam longam miseriam,
quam passi diu fuerant
per alternam discordiam.
602 Quod malum, quod discidium
pati verentes iterum,
ad Galcherum revocandum
omnes confirmant animum.
603 Nam hoc satis probaverant,
quod vivere non poterant
per stabilem concordiam,
donec eum restituant.
604 Revocatur hinc Galcherus;
regi refertur baculus;
rex vero favet citius
factis petitionibus.
605 Morabatur in Tornaco
Galcherus illo termino,
vivens ibi de proprio
cum honore et *gaudio. *f. 132'.
606 Cui fecit rex cognitum,
ut veniat apud eum,
recepturus presulatum
urbis Cameracensium.
607 Verum Galcherus pessimam
sciens esse discordiam
inter papam et cesarem,
se ipsum vero debilem,
608 immo timens de gratia
perdenda apostolica,
quam stulte iam amiserat
pro inobedientia,
609 ad hoc illius animum
nullum flexit consilium,
ut ultra per regis donum
offendat magisterium.
610 Cum igitur de Galchero
nulla prosit petitio,
nec facta revocatio,
mittatur in silentio.

DE[1] MORTE GALCHERI.

Vixit Galcherus denique
non multo quidem tempore[2];
sed antequam sit mortuus,
fit ultio de hostibus,
de his qui eum oderant,
qui eum deposuerant,
qui magis eius operi
semper erant contrarii.
Nam priusquam moriatur,
omnes illi moriuntur,
quorum labor quesierat,
quod honorem amiserat.
Suis ergo malivolis
divina strage mortuis,
dixit: 'Ecce, iam vindicor;
si ego exnunc morior,
dulcis michi mors aderit,
mortem volo cum venerit,
eo quod vivum Dominus
me ultus est de hostibus'.
Dehinc sub brevi termino,
sancto fretus consilio,
se ad Sanctum Nicholaum
de Silva[3] reddit monachum.
Ibi vero penituit,
actus pravos corripuit
egitque penitentiam
ob delictorum veniam.
Qui, sumpto Christi corpore
sancta in confessione,
de hoc migravit seculo.
Modo vivat in Domino!
Et Deus illi tribuat,
ut vitae pacem habeat,
qui odiens nequitiam
semper fecit iusticiam!
Det vero sibi requiem
atque lucem perpetuam
qui iudicabit populum
atque per ignem seculum! Amen.

EXPLICIT VITA GALCHERI CAMERACENSIS EPISCOPI.

INCIPIT DE DOMNO ODONE EPISCOPO.

1105. 1. Defuncto Suessionensi episcopo, Pascalis tunc apostolicus Manassem, episcopum Cameracensi aecclesiae dispositum, in pastorem eis concessit, eo quod nec Cameracum

1) Haec alii deberi auctori verisimile est. 2) De anno mortis non constat; etiam in charta a. 1122 (Duvivier, 'Recherches sur le Hainaut ancien' p. 527) legitur: *S. Gualteri archidiaconi.* S. 3) S. Nicolas-au-Bois, dioec. Laudunensis (départ. Aisne).

intrare nec commissis sibi poterat prodesse. Ecce restitui potest Galcherus; ecce, si voluerit Deus, patet locus et oportunitas datur miserendi eius. Quapropter clerici Cameracenses, de eius restitutione spem habentes, ad archiepiscopum *Manassem vadunt, misericordiam querunt, sed, adhuc[a] antiquo prevalente odio, impetrare non possunt. Quos archiepiscopus ille dum videt ante se, sub obedientia et anathemate commonet et cogit pastorem eligere. Verumtamen ipsi nullum elegerunt, immo eligi contradixerunt, appellantes Romam propter evitandam inobedientiam et propter habendam apud Cameracum reversionem. Cives enim, qui pro conservanda fidelitate filios suos tradiderant cesari, illis cum iuramento denuntiaverant, si alterum quam Galcherum episcopum facerent, Cameracum non reverti[b]. Ideo reversi sunt, sed inobedientes, et quidam, qui Remis remanserunt, Galchero penitus abrenuntiantes, quendam Odonem abbatem Sancti Martini de Tornaco presulem elegerunt; cui post triduum consecrato obedientiam iuraverunt. In eadem aecclesia, cuius abbas extiterat, duobus annis et apud Inciacum per quinquennium habitavit, eique de christianitate Cameracensis clerus et populus fideliter obedivit. Videns vero Galcherus, quod etiam inter amicos vilescit et á cunctis postponitur, comparatus iumentis insipientibus quasi demens loquitur. Manassem enim[c] archiepiscopum vocat archibricum, asinum coronatum, idiotam indiscretum, quicquid facit parvipendens, dehonestans[d] et blasphemans. Positus ergo extra spem misericordiae ex parte Remensis aecclesiae, Romam ire paravit; et ideo quedam tribuit et quedam vendidit, et quae non potuit dare nec vendere aut pignoravit aut dissipavit. Prelibato[1] enim Hugoni castellano Cameraci castellaniam reddidit infra urbem per magnam pecuniam; quam sibi numquam reddendam Lietbertus episcopus firmaverat per excommunicationem. Pro multa etiam argenti pecunia pignoravit theloneum et molendina et quedam alia bona episcopo pertinentia, ut futurus episcopus cuncta inveniret impedita. Quem ad se venientem Pascalis paterne recepit atque possessiones et honores, quos ante presulatum tenuerat, sibi per iudicium recognovit. Et inter cetera ei redditum Braibatensem *archidiaconatum confirmavit ita libere possidere per privilegium, quod inde Cameracensi episcopo non responderet et a quocumque vellet presule chrisma in ministerio suo quotannis haberet.

*f. 133. *f. 133'.

2. De receptione Odonis intra urbem.

Tempore illo comes Robertus clericorum consilio Odonem episcopum posuit in Cameraco, victurum de proprio, non de imperatoris beneficio. Episcopus iste, vir litteratus, magister egregius, patiens et modestus, humilis ad omnes, sanctos habens mores, iste, inquam, honoravit clericos super omnes ordines. Quasi unus de fratribus tam per diem quam per noctem frequentavit aecclesiam et possessiones eius augmentavit de bonis temporalibus. Nil exigebat preter obsonium de consecrationibus ecclesiarum. Omnes subiectos pascebat et multiplicabat in doctrinis celestibus, quemadmodum pascit et multiplicat oves suas pastor bonus.

3. De depositione et morte ipsius.

Dum vero haberet maximum studium de salvatione animarum, sed unde viveret nullum possideret beneficium, tandem de quesito et recepto nescius futurorum, in magnae offensionis cecidit periculum. Ex hoc enim quod de manu imperatoris excommunicati virgam suscepit pastoralem et coram episcopis et principibus regni fecit sibi fidelitatem, quasi primus prevaricator summum offendit sacerdotem. Nam inter papam et cesarem in tempore illo erat contentio de pastorali baculo et de omni dono ecclesiastico. Quem iam ipse papa sic superaverat, quod nullus amplius de manibus illius investituram ecclesiasticam accipere presumebat. Et quoniam iste Odo episcopus humilis et incautus sacratas manus manibus heretici et anathemate sacrilegi polluit, hoc utique papa pro gravi tenens excessu, episcopalia sibi cuncta prohibuit. Infirmus morti proximus tunc ipse iacebat, quando in eum apostolica supervenit sententia; qui obediens Deo et apostolico, defunctus est in obedientia, sepultus honorifice in Aquicinensi ecclesia. 1113.

EXPLICIT DE DOMNO ODONE EPISCOPO CAMERACENSI.

a) aduc *post corr.* adhuc *c.* b) *e corr. c.* c) *post add. c.* d) hehonestans *c.*

1) G. Lietberti c. 16 sqq.; G. Gerardi c. 1 sqq.

*f 134. INCIPIT DE DOMNO BURCHARDO EPISCOPO.

Cum sit utile et dignum memoria[a] vitas pontificum incognitas futuris innotescere et actus eorum celebres declarare, quomodo domnus Burchardus in episcopatum Cameracensem successerit, qualiterque vixerit, quot penas sustinuerit, quo labore dispersa recollegerit, qua cura recollecta servaverit, ad honorem Dei et sanctae sibi[b] commissae aecclesiae congruum est intelligere et audire.

1. De electione eius.

Post defunctum Odonem episcopum Cameracensem assensu imperatoris et canonica 1114. electione cleri et populi ad episcopatum successit tricesimus sextus domnus Burchardus, vir simplex et honestus clericus sacerdosque catholicus. Papa vocabatur Pascalis qui tunc temporis apostolicae sedis custos extiterat et rector, et quartus Henricus dicebatur imperator qui sub eodem tempore Romani imperii inventus est gubernator. Ceterum inter regnum et sacerdotium erat discordia mirabilis maximumque discidium. Papa namque ipsum imperatorem et eius opera incessanter anathematizabat et omnibus virgam pastoralem recipientibus de manu sua sacerdotii consecrationem et oleum penitus denegabat. Quapropter domnus iste Burchardus Cameracensi aecclesiae presul communiter designatus et per ipsum imperatorem, á Cameracensibus factis fidelitatibus, in terram receptus, per biennium utique ab apostolica et Remensi sede consecrationem debitam dubitavit requirere. Verumtamen Deum ponens adiutorem suum, qui certum desolatis prebet solatium, qui Ioseph alienum super Egyptios fecit prepositum, et obedire cupiens sancte Romane et Remensi aecclesiae, prudenter misericordiam Dei suique magisterii cepit sustinere, assiduis orationibus et ceteris beneficiis vacare, cleri et populi gratiam per humilitatis devotionem plurimum obtinere. Ex honesta ergo conversatione sua tam utilis et optima de illo circum- *f 134'. fertur opinio, quod Radulfus *Remorum archiepiscopus ex bono rumoris odore pro amore paterno in eius nimirum animatur auxilio. Quem ideo protinus mandatum suisque litteris munitum cum bona spe et grandi fiducia recuperandi domino transmisit pape[b] Pascali. Mox operante Deo et archiepiscopi testimonio, immo eius consilio, apud ipsum papam Pascalem quesitam invenit gratiam et misericordiam. Reversumque á presentia pape idem archiepiscopus benigne recepit et precepto eiusdem apostolici in nomine Domini pridie 1116 Nonas Iunii honorabiliter Remis consecravit. Denique confirmatus in pontificali potentia Cameraci receptus est cum honore debito et sollemni leticia, positus a legato sancte metropolis in pastorali cathedra. In primo igitur curae pastoralis negotio ipse Burchardus pontifex perfectus[c] á Domino, venit inter canonicos sicut pater inter filios, sicut dominus inter servos, sicut magister inter discipulos; sicque locutus est ad eos: 'Karissimi, oportet nos, qui super domum Dei episcopale suscepimus ministerium, ne dormitantibus nobis silentio subtrahatur á vobis quod animabus vestris sit necessarium. Ad hoc enim transmissi sumus a Domino et a nostro magisterio, quatinus á nobis et prava corrigantur et salutaria predicentur. Vobis itaque a Deo denuntiamus vestramque dilectionem dulciter commonemus, ut in diebus vestris Domino servientes et catholicae aecclesiae statum sustinentes, sacras sanctorum patrum sequamini traditiones. Nos vero more predecessorum nostrorum vobis iura vestra benigne reddimus vestrasque canonicas consuetudines plane concedimus et sub anathemate confirmamus. Promittimus etiam paternaliter vos tractare et amare resque ecclesiasticas, prout Deus donaverit, libenter augmentare'. Cuius promissionis donaria pro ordinanda ratione decrevi manifestare in extremo dictamine presentis hystoriae. Presul autem ad quod interdum laborare nititur, conservato ordine ecce demonstrabitur. Intrans enim pontificale palatium, de propriis possessionibus sic invenit vacuum, quod cum clericis, *f 135 cum militibus, cum famulis ita vivere non poterat, sicut iure et *consuetudine predecessorum vivere decebat episcopum. Iura, domus et possessiones que sint, et quomodo omnia collocata consistant, presul sollicitus investigát, quia distracta et dispersa reformare et recolligere in sua sacratione promiserat. Sui namque predecessores episcopi, alii per levitatem, alii per amicitiam, alii per necessitudinem hec et illa donaverant, hec et illa vendiderant et pleraque alia in vadimonium posuerant: villas scilicet, dominicaturas, silvas, aquas piscatorias, terras arabiles ceterasque possessiones, quas iniuste occupaverant[d] casati

a) *superscr.* vel [memori]e *c.* b) *post add. c.* c) praefectus *corr. ed.; sed cf. infra V. metr. c.* 10. d) ocup. *c.*

Cameracenses et quidam milites. Ceterum quicquid episcopus ad mensam suam iuste pertinuisse didicit, auxiliante Deo ex curiali iudicio ad se retraxit et tenuit. Molendina vero atque teloneum, quae posita fuerant in vadimonium, videns quod sine redemtione non valeret rehabere, prestantibus argentum nolens inferre detrimentum, redemit ea de possessione aliorum reddituum.

2. De recuperatione Novi Castelli.

De alio damno preterea quod multo tempore passa fuerat Cameracensis aecclesia, scilicet de Novo Castello et de castellania, consilium querit episcopus a suis fidelibus auxiliumque postulat. Miratur enim et non cessat meditari, quo magis ingenio illud damnum mirabiliter impeditum posset expediri. Tercius enim Henricus imperator castellaniam Cameraci Novumque Castellum secundo Roberto comiti Flandriarum olim concesserat ideo possidendum, ut episcopum suum, quem mitteret apud Cameracum, diligenter sustineret et terram, que ad regnum suum pertinet, fidelius custodiret. Comes itaque Robertus in manu sua castellum tenuit, et Hugo de Osgiacho[1], filius Hugonis castellani Cameracensis, castellaniam illam á comite sibi concessam recepit, et proinde sibi hominium faciens, fidelitatem comiti servare iuravit. Comes pro huiusmodi crebro Cameracum veniebat, Cameracensibus conferens auxilium ubi necessitas exigebat. Sed brevi vivens tempore, profectus[a] Meldis, quodam die subito *extinctus est inter opera et arma militaris superbiae. In cuius *f 135'. 1111. hereditatem et honorem heres succedens proximus filius suus iuvenis Balduinus, quasi ex hereditate patris castellum possedit; et sicut de patre ita de filio castellaturam tenuit, facto hominio et fidelitate, idem Hugo castellanus. Hec igitur universa omnia quoniam facta sunt contra Deum et sanctam Cameracensem ecclesiam, Burchardus episcopus iuste consultus ipsum cepit excommunicare Balduinum comitem et cotidie campanis sonantibus ante dominicum corpus et sanguinem actitare proclamationem ad presentem[b] et perpetuam illius comitis damnationem. Et vere ad damnationem secundum opera eius et nostram intentionem. Non multum enim moratur illud, quo comes ille Balduinus, quemadmodum pater suus Robertus, in possessiones Sanctae Mariae ingressus, quodam die militari negotio circumventus, tale vulnus repente in proprio suscepit capite, quod nullo utique potuit salu- 1118. tifero sanari medicamine. Pius tamen Dominus, qui neminem vult perire, qui non letatur in morientium perditione, nobis tribuit fidem suae misericordiae, quando illi vulnerato et plaga putrescente graviter cruciato tamdiu concessit vivere, quod spacium confessionis et locum habuit penitentiae.

3. De morte Balduini comitis.

Audiens itaque Burchardus episcopus, quod de vita comitis nulla spes habeatur, legati sui ad ipsum velociter transmittuntur, quesituri ex parte sua, ut predictum castellum Sancte Mariae et castellaniam liberrime reddat et, ne successor eius in eandem possessionem post ipsum introeat, pro sui absolutione et peccatorum remissione firmiter precipiendo prohibeat. Suscepta libenter legatione pontificis, comes infirmus compunctus, humilis, similitudine veri penitentis, utramque possessionem episcopo liberam clamavit, exterritus morte imminenti et timore Domini et die iudicii. Facta vero redditione castelli et castellaniae, comes 1119. absolvitur, antequam *moriatur, a Burchardo pontifice; nec mora, defunctus est, Deo gratias! *f 136 in penitentia et satisfactione. Usque modo, propitiante Deo, haec omnia prospere credimus accidisse ad reddendam Sanctae Mariae possessionem suam; sed diabolus, bone actionis invidus, adhuc temptavit quantum potuit paratis obsistere factamque concessionem in longam perturbationem reducere.

4. De Karolo comite Flandrensi.

Successit enim in honorem Balduini comitis nepos suus[2] nomine Karolus, regis Danimarcae filius, vir potens et prudentissimus; qui noluit assentire factis de castello concessionibus, immo illud cum castellania in suis retinuit manibus. Ecce venit qui presulem non noverat, ecce venit tamquam Pharao qui Ioseph ignorabat! Ecce presuli crescit labor et detrimentum, quia de concessione defuncti comitis neminem habuit sustentatorem contra ipsum Karolum noviter constitutum! Noviter enim introductus omnes occupare concupivit

a) p. est c. b) e corr. c.

1) Oisy; filius Hugonis supra p. 211. nominati. 2) Filius amitae, sororis Roberti II.

redditus et honores, quoscumque in vita sua iuste vel iniuste tenuerant ipsius predecessores. Qui inter cetera quae ex consilio fidelium disposuerat castellaniam reddidit Hugoni castellano, eo iure et servitio quo prius eam tenuerat de suis predecessoribus, de Roberto scilicet et Balduino, filio eius, Flandriarum comitibus. Unde presul dolens et graviter conquerens, convenit ipsum venerabilem comitatus successorem et cum magnae humilitatis devotione suam quesivit habere gratiam et super ablatis misericordiam. Qui tandem commotus tam servitio presulis* quam amicorum precibus, castellaniam retinens, castellum reddidit, ita tamen, quod, si aliquando sibi foret necessarium, in eodem haberet castello sicut episcopus et plenam fiduciam et fidele refugium. Cetera quid dicam? Hoc totum sic est concessum sicque constitutum.

5. De Hugone castellano.

Post haec citius á suis fidelibus de castellania consilium postulat idem episcopus. Unde accepta virtute consilii, statim commovit castellanum Hugonem de illo castellaniam recipere et tenere, sicut olim illam tenuerant predecessores eius[a] de Cameracensi pontifice. *f. 136'. Quod illum *quidem facere recusantem percussit episcopus anathematis gladio, totam terram suam divino precipiens carere officio. Hinc castellanus nimiam succensus in iram et in mortale commotus odium adversus pontificem, in villa de Crevecuerh[1] firmavit opidum, Cameraci proximum, quod fore intendebat intus urbi et terrae foris ad intolerabile[b] detrimentum. In quo velociter ingressus cum militibus et servientibus sibi[c], villas circumpositas depopulatus est predis et incendiis, captis terrarum cultoribus aut interfectis. Sedet in cf. Ps. 9, 8. 9. insidiis per singulos dies, ut rapiat pauperes, ut interficiat innocentes. Conversus ad superbiam, pronus ad malitiam, factus est continuus insidiator omnium venalia Cameraci ferre volentium. Prorsus enim Cameracensibus desiderabat auferre triticum, sal et vinum et fructus arborum, pisces maris et ligna silvarum. Haec siquidem mala quamdiu potuit tam- cf. Ps. 93, 1. diu irrogare nequaquam cessavit. Sed omnis posteritas in exemplum teneat et in perpetuam habeat memoriam, quam apertam de hac malitia Deus ultionum fecit iusticiam, qui Ps. 30, 24. retribuit habundanter[d] facientibus superbiam. Episcopus enim et Cameracenses hoc malum ulterius ferre non valentes, quotquot possunt congregant milites, opidum de Crevecuerh et contumaciam castellani exterminare cupientes. Congregati vero concurrunt primum apud Osgiacum, ubi castellanus securius manebat et in cuius munimine fortius confidebat. Villam autem totam extra firmitatem frangunt et concremant aliasque villas devastant, quae circa fuerant et ad eum pertinebant. In crastino apud Crevecuerh episcopus et Cameracenses una conveniunt, assultu appetunt villamque usque ad interiorem opidi fortitudinem capiunt, predantur et comburunt. Castellanus novissime recognoscens sibi iuste haec omnia accidisse, eo quod Deo et recto domino suo restiterat et solummodo aecclesiis Dei atque pau- *f. 137. peribus malefecerat, valde penitens pacem et *concordiam per fideles quesivit atque pontifici ligiam fidelitatem et[e] hominium facere obtulit et promisit, si qualibet arte posset huius rei licentiam impetrare á domino suo Karolo Flandriarum comite. Hec igitur castellani promissio ad pacem flexit episcopum, veniaque concessa, sic absolvit eum, quod opidum de Crevecuerh in statu et forma qua villa prius extiterat relocaret nec illud deinceps sine assensu episcopi et Cameracensium pro alia necessitate reformaret iuratamque amicitiam firmiter conservaret. Quod et[f] factum est.

6. De quodam homine nomine Werimboldo.

1 In isto nostro dictamine
volo de quodam homine,
de Werimbaldo nomine
vitam notam ostendere
fidelium noticiae.

2 Sub antiquis temporibus
vir iste de parentibus
ortus fuit venerabilibus
Cameraci[g] manentibus.

3 Qui et in pueritia
et in adolescentia
plenus fuit per omnia
humilitatis gratia.

4 Nam dum puer, dum[h] parvulus,

*) *inter lineas add. c.:* marcas ducentas.

a) vel sui *superscr. c.* b) intolarabile *corr.* intolerabile *c.* c) vel suis *superscr. c.* d) h *eras. c.* e) *vocabulum erasum c.* f) *superscr. c.* g) *duae litterae erasae c.* h) d. i. d. p. *corr. ut ed. c.*

1) Crèvecoeur (départ. Nord).

dum iuvenis, ut famulus
et cum fit vir ut callidus
famulabatur omnibus.
5 Hoc opere gratissimo
placet urbis dominio,
placet clero et populo,
tam minori quam maximo.
6 Emortuis parentibus,
remansit hic iuvenculus,
7 inter vicinos habitat,
se omnibus humiliat,
amat omnes et approbat,
nullum ledens improperat.
8 Ad omne genus hominum
verbum profert dulcissimum
et quasi servus omnium
cunctis offert servitium.
9 Porro cuidam homini
Petro, plurimum diviti,
coniunxit se multiplici
pro gratia servicii.
10 Suscepit Petrus iuvenem
propter eius prudentiam,
cui suam dat filiam
sicut suam Iacob Laban.
11 Nam sicut Iacob meruit,
quod natam Laban habuit[a],
hic servire sic studuit,
quod sibi Petrus tribuit
12 Mariam suam filiam
etate nimis iuvenem,
quam accepit in coniugem
et irremotam comitem.
13 Petrus, Mariae genitor,
vicinis suis ditior,
hoc adiuncto conubio
sub federe legitimo,
14 quem filiae coniunxerat
et generum plasmaverat,
rebus suis consociat,
domesticum edificat.
15 Concedit bono animo
et filiae et genero,
ut sit eis communio
de victu et hospitio.
16 *Largitur eis propriam *f. 137'.
de argento pecuniam,
de nummis abundantiam,
de vestimentis copiam.
17 Sunt igitur per omnia
tanquam una familia;
lucrantur, querunt munera
quacumque possunt gratia.
18 Argenti lucris inhiant
et horrea magnificant
et omnia quae congregant
dupliciter multiplicant.
19 Sic computatis mensibus,
in modicis temporibus
census accrescunt censibus
et munera muneribus.
20 Ecce dolor est nimius
et timor in hominibus,
quod qui boni sunt primitus
hos depravat diabolus.
21 Nunc ditantur muneribus
et argenti ponderibus,
delectantur in vestibus
et in cibis et potibus.
22 Hii ergo qui sic faciunt
divitiis et affluunt,
profecto non obediunt
prophete, a quo audiunt
23 frequenti exhortamine
in psalmo sancto dicere:
Si affluunt divitiae, Ps 61, 11.
nolite cor apponere.
24 **W**erimboldus propterea,
sua favente femina,
sibi suisque propria
paravit edificia.
25 Coaptatur una domus
de lignis et lapidibus,
grata urbi et civibus,
apta viris divitibus.
26 Nam ibi sunt cellarium,
granarium et solium
et coquina et stabulum
et quodque necessarium.
27 Ergo Petri licentia,
cum omni sua gratia
perrexerunt ad propria
gener suus et filia.
28 Petrus ita relinquitur,
familia dividitur,
Werimboldus magnificus
domum factam ingreditur.
29 Tunc ostendit eximias
quas habebat divitias
et iuxta circumpositas
edes extendit alias.
30 Tendit semper ad ardua,
ad honores et munera,
iam pauperum consortia
contempnit pro pecunia.
31 Honorant eum domini
atque maiores populi
illumque faciunt sui
participem consilii.
32 Quid ultra possum dicere

a) *duae litterae* (si?) *erasae c.*

de huiusmodi homine?
Aspexi, sibi prospere
universa succedere.

33 Fortasse Deus annuit,
quod omnibus sic placuit;
virtutem enim habuit,
per[a] quam qui habet proficit.

34 Nam elemosinarius
largus erat pauperibus,
et haec virtus est omnibus
excelsior virtutibus.

35 Nam data elemosina
est precibus assidua,
hec est quae purgat crimina
et cuncta donat prospera.

36 Multi enim gentilium
per hoc idem officium
meruerunt propitium
sibi habere Dominum.

37 Uxor eius similiter
libenter pascit pauperes,
nudos vestit et debiles
vagosque facit hospites.

38 Libenter ad sanctissimam
Dei vadunt aecclesiam,
per sermonum frequentiam
abhorrent avaritiam.

39 Iam de malis recogitant,
iam se peccasse penitent,
mundi lucra despiciunt,
quicquid habent vilificant.

40 Ecce Deus hunc alterum
respexit Eustachium[1],
cf. Luc. 19. sicut Zacheum alium
Act. 10, 2. vidit et ut Cornelium.

41 Iam sacrum Flamen proficit,
quod inspirat quem diligit;
nam uterque iam despicit
quicquid vanitas[b] contulit.

42 Ó vos omnes christicolae,
huius viri et feminae
inaudita percipite!
nam de his qui sunt hodie
non possum equa dicere.

43 Timore namque nimio[c]
exterriti sunt hi duo
de die quidem ultimo
futuroque iudicio.

44 Ut sequitur, iam cogitant,
ut seculo renuntient,
et ex voto iam properant,
ut in mundo nil habeant.

45 Exhortati per plurima
scripturae predicamina,
pro Christi amicitia[d]
cuncta relinquunt propria.

46 Nam audiunt cotidie
euangelistam dicere, Matth. 10, 34
quod gladium Rex gloriae,
non pacem venit mittere.

47 Acutum infert gladium, ib. 35
qui iubet hoc discidium,
ut linquat pater filium
et filius patrem suum;

48 qui rogat idem facere
de matre et de coniuge,
de domibus et munere,
de agris et de pecore; cf. ib. 19, 29.

49 et qui affirmat[e] penitus,
quod, qui possessionibus
non renuntiat omnibus,
non est suus discipulus; Luc. 14, 33.

50 sed hec quicumque faciet
et his iussis obediet,
hic centuplum recipiet
et ad vitam perveniet. Matth. 19, 29

51 Hi duo sic ammoniti
per verba euangelii,
cuncta relinquunt[f] seculi
propter amorem Domini.

52 Quorum una volentium
separari coniugium
per Burchardum episcopum
hoc factum est divortium.

53 Ante cuius presentiam
dividuntur ab invicem,
iurant vero perpetuam
servare[g] continentiam.

54 Maria ergo femina
et una eius filia
et filii incognita
didicerunt psalteria.

55 Horum Werimboldus pater
illos, quamvis sint iuvenes,
disposuit sagaciter
per cenobitas ordines.

56 Pro victu suae coniugis
et pro duobus filiis
de suis dat pecuniis
Sancti Autberti clericis.

57 Pro tertioque filio
in Sepulcri cenobio[2]
magnifice de proprio
largitur beneficio.

a) *superscr. c.* b) mundi v. *c.; quod cum metro pugnat, quare id post insertum putat S.* c) nimino *c.* d) amacitia *c.* e) affirmant *corr.* affirmat *c.* f) reliquunt *c.* g) c. s. *corr.* s. c. *c.*

1) De quo v. Act. SS. Sept. VI, p. 114. S. 2) Cameracensi.

58 Est Remis celeberrima
monacharum aecclesia,
inter quas una filia
Werimboldi fit monacha.

59 Ibidem ad oraculum
magnum *fecit donarium *f. 138'.
fecitque peridoneum
caritatis officium.

60 Ibi enim dat talenta
duodecim pro filia,
dedit et hec et alia
dona memorabilia.

61 Sic matre sicque filiis
per abbatias positis,
Werimboldus in aliis
exercet elemosinis.

62 **A**d portae Salis transitum[a]
statutum erat feodum
accipere pedagium
de rebus transeuntium,

63 et in illo itinere
debebat pontem facere
quidam Fulchardus nomine,
quem tenebat de presule.

64 Ad destruendum penitus
hos pestilentes redditus
laboravit Werimboldus
et argento et precibus.

65 Cogitatu sanctissimo
ad hoc laborat merito;
nam cum fletu creberrimo
pontis erat transitio.

66 Crudeles enim famuli
receptores pedagii,
cum deerant denarii,
tollebant cappam rustici

67 aut tunicam aut pallium
aut bestiam aut alterum
quodcumque vadimonium.

68 Flet rusticus et clamitat;
sive calorem habeat,
sive frigus sustineat,
nudus ad forum properat.

69 Quod vendere debet homo
quo potest vendit precio,
sollicitus ex debito,
quod debet pro pedagio.

70 Sed hoc frequenter accidit,
quod pignus vir, cum rediit,
rehabere non potuit
pro moneta quam attulit.

71 Nam famuli nequitiae,
seva pleni cupidine,
cum nolunt pignus reddere,
mentiuntur perdidisse.

72 Si de tali iniuria
auditur querimonia
ab homine vel femina,
hinc nulla fit iusticia.

73 Sic pauper per dominium
nullum habens auxilium
perdit cappam vel pallium
propter unum denarium.

74 Istos planctus, has querelas,
hos dolores, has lacrimas
Werimboldus per maximas
extirpavit pecunias.

75 Burchardo namque presuli
atque Fulchardo militi
de suo tantum tribuit,
quod feodum hoc diruit.

76 De isto enim[b] feodo
tunc facta est concessio
à milite et domino
coram clero et populo.

77 Fecit miles sacramentum
et presul privilegium,
ut nunc et in perpetuum
hoc feodum sit mortuum.

78 Ecce porta est omnibus
aperta gradientibus;
liber atque letissimus
intrat et exit rusticus.

79 Exultant ergo rustici
de ruina pedagii;
qui ante tributarii,
modo fiunt liberrimi.

80 Et Werimboldus pontifex
congaudet propter pauperes,
quos fecerat perhenniter
tutissimos et hilares.

81 *Qui, ut homo vel bestia *f. 139.
per callem equum transeat,
ad terram iter relevat,
ad aquam pontes renovat.

82 Equantur per vestigia
et lapides et rudera,
ne offendatur bestia,
quae fert aut trahit onera.

83 Statuitque quamtotius
de suis facultatibus
sufficientes redditus
in detinendis pontibus.

84 Dedit enim aecclesiae
sancti Autberti proinde
hospites viginti quinque
in sempiterno tempore

85 infra urbem Cameraci

a) *st. tr. corr. tr. st. c.* b) *post add. c.*

sub conditione tali,
quod, cum necesse fuerit,
abbas pontes renovabit.

86 Werimboldus consilium
istud invenit optimum,
aecclesiae utillimum
et sibi saluberrimum;

87 Qui voluit, hec munera
ut predicta aecclesia
in eternum possideat
et hinc pontes restituat.

88 **P**ost illud beneficium
Werimboldus ad alterum
opus tendit sanctissimum
propter amorem pauperum.

89 Qui pro salute animae
residuum pecuniae
gratulatur dispendere
egentium miseriae.

90 Ad sanctae Crucis atrium
erat Dei hospitium
magnifice compositum
receptioni pauperum;

91 quod urbis huius presules
et clericorum divites,
casati, cives, milites
hereditarant pleniter

92 de suis beneficiis,
de culcitris, de feodis,
de terris, de alodiis
et multis rebus aliis.

93 Hoc hospitale Domini
cui volebant homini
disponebant episcopi
egentium regimini.

94 Sub antiquorum tempore
rector huius custodiae
propter salutem animae
studébat bene facere.

95 Tunc temporis de omnibus
abundabat Dei domus,
de diversis pecoribus,
porcis, vaccis et ovibus.

96 Sed, succedente altero
post alterum episcopo,
in peiorem de maligno
successit haec provisio.

97 Minoratur enim domus
pravis successionibus:
á rectore negligitur,
á custode diripitur.

98 Qui res eius custodiunt,
qui tenent, qui recipiunt,
bibunt eas et comedunt,
et pauperes esuriunt.

99 Sic annorum non modico
pretereunte termino,
fuit rerum distractio
et inopum oblivio.

100 Sed Deus rector omnium,
qui Werimboldo animum
excitarat per spiritum
ad solamen egentium,

101 ipse ad hoc hospitale
fecit eum transcurrere
atque nimis sollicite
de illo intromittere.

102 Ad hoc Deus beneficum
animavit et populum,
ut orarent Werimboldum
domum intrare pauperum.

103 Dono *tandem episcopi, *f. 139'
petitione populi
intravit aulam Domini
causa sui servitii.

104 Ecce cultor catholicus,
magis magisque providus
de commissis pauperibus,
domum incepit altius

105 informare de cameris,
renovare de lectulis,
de culcitris, de linteis
et de coopertoriis.

106 Emendavit et porticum,
maceries et solium,
instruxitque granarium
ad conservandum triticum.

107 Intus et foris cetera
melioravit vetera,
que domui sint congrua
et egenis utilia.

108 Amplificavit curiam,
circumcingens maceriam,
fecit furnum atque cambam
et officinam aliam

109 pro congreganda cerere
et pro alendo pecore,
quodcumque scit[a] proficere
egentium inediae.

110 Nunc Dei providentia
fit celebris haec curia
tam de fruge triticea
quam bestiarum copia.

111 Nam ibi bona confluunt
et commode proveniunt,
quicquid egentes cupiunt
infra domum inveniunt.

112 Ergo Dei hospitium
per Werimboldi studium
fit de rebus uberrimum
tamquam regis palatium.

113 Werimboldi humilitas

a) sit *corr.* scit *c.*

eiusque larga caritas
semper crescit et pullulat,
quam sic Deus magnificat.

114 Mutatus Dei dextera
commutavit et opera,
se exercens per omnia
religionis regula.

115 Quamvis enim sit laicus,
vivit tamen ut monachus,
carens proprietatibus
mundique vanitatibus.

116 Vestit enim se viliter
et componit humiliter,
non profert verba leviter,
sed continens sagaciter.

117 Divinis semper legibus
intendere sollicitus,
aut sanctis est[a] in precibus
aut in bonis operibus.

118 Super virtutes alias
ad orphanos et viduas,
ad hospites et advenas
curat dare substantias.

119 Servus Dei et hominum
obediens est nimium,
receptioni pauperum
se inclinans ut famulum.

120 Nam ipse nullum despicit,
sed eque omnes recipit,
amplectitur et diligit,
lavat pedes et reficit.

121 Sicut patrem sic pauperem,
sicut matrem sic viduam,
ut filium et filiam
ita alienigenam

122 enititur colligere,
venerari, diligere,
sublimari, preficere,
consolari, defendere.

123 Exemplo huius laici
conversi sunt quam plurimi,
qui facti sunt aut monachi
aut *heremitae optimi. *f. 140.

124 Exemplo uxoris suae
converse sunt et feminae
tam virgines quam viduae
suo viventes tempore.

125 Qui etiam sanctis ornati moribus
creduntur vivere iam in celestibus.
Sic enim in terris vixerunt simpliciter,
quod illos vivere credo perhenniter.
Amen.

7.

Nunc ad Burchardum revertamur episcopum,
De illoque nostrum proloquatur oraculum.

Cum ergo pontifex animadverteret in pacis quiete terram suam posuisse, subito quidam miles de Stabaih[1] nomine Gerardus, alieni appetens suique profusus, terram hanc Cameracensem crudeliter invasit et villas que de werra castellani remanserant usque ad Novum Castellum et ultra omnes destruxit et funditus extirpavit. Milites enim de Ostrevanth ad omnia terrae huius consumenda et delenda cotidie confluebant. Itaque tam terribili et tam intolerabili malitia episcopus et Cameracenses circumdati, nemine terram defendente, nimirum coacti sunt talem sub Deo sibi patronum querere, cuius potentia tanta iniquitas tantaque raptorum immanitas cesset regnare. Quapropter predictum Karolum comitem Flandriarum sibi constituerunt dominum[2], ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum; 1122? quippe quem circummanentes formidabant predones tamquam tonitruum. Quo frequenter istam terram visitante et de cunctis malefactoribus pacem faciente, cultores ad villas redeunt, loca deserta coloni repetunt: pro comitis custodia pacisque leticia oblita est retro habita omnis malitia. Ceterum infra biennium[3] propter nostrum fortasse peccatum ablata est a nobis tanta prosperitas, et diabolo instigante ad tempus prevaluit superborum iniquitas. Comitem enim Karolum, per quem ad nos pax leta descenderat, apud Brugias tradi- 1127. derunt morti homines sui proditores impii in quadragesima, in aecclesia Dei et beati Donati missam ex solito devote audientem et facta oblatione sacerdoti et extenso corpore ante sacrum altare Dominum exorantem. *Mox de morte comitis certo rumore cognito, castel- *f. 140'. lanus Hugo, qui castellaniam tenuerat de illo, liberrime occurrit ad dominum suum legitimum Burchardum pontificem; de quo, ut iustum erat, suam recipiens castellaniam, sibi fecit hominium, et fidelitatem iuraverunt alterutrum et obsides interdederunt ob agendam pacem et firmiter observandam inter eos concordiam.

a) *post add. c.*

1) De cuius situ non constat. 2) Cf. Lamberti de Waterlos Ann. 1122, p. 513. 3) Tempus minus recte computatum esse videtur.

ITEM DE DOMNO BURCHARDO EPISCOPO CAMERACENSI.

1 Quia periculum esse conspicio
magnumque odium mereri timeo,
Burchardi presulis si vitam scripsero,
iccirco scribere nequaquam[a] audeo.
2 Quem si laudavero ubi non meruit,
si reprehendero ubi non corruit,
me quidem potius silere decuit,
quam illud dicere quod odium parit.
3 Nam laudes hominis dum vivit scribere
atque magnificum illum componere
est adulatio vel votum gratiae
vel avaritia patens pecuniae.
4 Sed ego nec laudem quero nec gratiam
nec opto scribere propter pecuniam;
sed quia rem cerno semper mirabilem,
hinc[b] volo[b] posteris ferre memoriam.
5 Si enim expecto mortem antistitis
vel ego morior, non erit aliquis,
qui curet forsitan referre litteris
quae gesta fuerunt temporibus suis.
6 Ideo refero, sed tamen pavidus,
plasmatus quomodo fuit episcopus,
quibus ingeniis, quibus laboribus,
operante tamen Deo in omnibus.
7 Divinum igitur precor auxilium
sanctique Spiritus sanctum consilium,
ut possim per verum ire vestigium
a verbo priori usque ad ultimum.

1. Quod cives Galcherum revocare voluerunt.

8 Quando defunctus est Odo episcopus,
doctor magnificus de septem artibus[1],
Cameracensium convenit populus,
ut presul post eum ponatur alius.
9 Galcherum, qui ante eum pontificaverat,
quem papa Urbanus iam deposuerat,
qui illum Odonem tunc supervixerat,
assensus omnium in patrem revocat.
10 Reducunt pariter hoc ad memoriam,
*f. 141 quod donec tenuit istam *provinciam
terram viriliter rexit et patriam,
castrorum omnium frangens superbiam.
11 Heinrico, qui illo regnabat tempore,
archidiaconi, casati, litterae
totius Cameracensis aecclesiae
Gualcherum pastorem vadunt repetere.
12 Gualcherus ubi sit, cesar interrogat.
Legati respondent: 'Tornaci habitat'.
Ire, adducere rex illis imperat;
donum recipere citius veniat.
13 Cui cum afferunt assensum regium
et velle populi Cameracensium,
qui illum revocant ad episcopium,
magnum sibi putant afferre gaudium.
14 At ille reddidit gratias populo;
sed procul pellitur regis concessio,
pro quo pulsus erat de pontificio
ad suum dedecus ab apostolico.
15 Retulit etiam legatis talia:
'Cognovi, domini, mores et opera
vestrosque animos, et qua fallacia
vos me reponere vultis ad onera.
16 Pro nullo honore[c], pro nullo commodo
ad pugnas et lites redire cupio;
pro vobis iterum deponi caveo;
magistris placeo; absit offensio'!

2. De Iohanne archidiacono.

17 Tunc quidam Iohannes archidiaconus,
de magnis inter nos ortus parentibus,
quibusdam eorum instimulantibus,
laborat plurimum, ut sit episcopus.
18 Monentur clerici, ut eum eligant
illumque presulem sibi preficiant.
Clerici nesciunt, quid hinc respondeant,
cum nimis iuvenem illum aspiciant.
19 Quid hoc silendum est? patris sollertiae
se clamant iuvenem nolle eligere,
cum suum cor solum nesciat regere,
qui curam multorum vult intercipere.
20 Attamen iuvenis archidiaconus
fratrum consiliis, parentum vocibus
vadit ad cesarem nequaquam electus,
tam sine litteris quam sine testibus,
21 quos regi dirigat cleri societas,
assensus populi neque communitas;
et quia non habet testes nec litteras,
quod querit denegat regis sagacitas.

3. De electione Burchardi episcopi.

1114. 22 Regresso itaque archidiacono,
fideli utitur cesar consilio,
quippe qui in suo habet palatio
clericos utiles Dei servitio.

a) *post add. c.* b) *c et* lo *post add. c.* c) *e corr. c*

1) Ita etiam de Galchero G. Galcheri c. 4, str. 91, p. 189.

23 Inter domesticos unus accipitur
Burchardus nomine, homo catholicus;
iste post Odonem, ut voluit Deus,
ad episcopium datur idoneus.

24 Super hoc etenim nil cogitaverat
nec honoris huius culmen ambierat,
nec *ad hoc se ipsum ultro ingesserat,
quapropter prefici digne meruerat,

25 utpote qui erat instructus litteris,
ornatus etiam moribus optimis,
et de ordinibus ecclesiasticis
facetus et prudens et honorabilis.

26 Qui placens omnibus per sua merita
atque per congrua eius servitia,
Henrici cesaris mansit in curia
ut probus clericus et cautus vernula.

27 Hunc cesar diligens pro suis actibus
acceptis tam Deo quam et hominibus,
iudicat affore dignum in omnibus
sanctae aecclesiae prelationibus.

28 Hinc per epistolam certumque nuntium
clero et populo Cameracensium
mandat et consulit, ut in episcopum
Burchardum eligant suum carissimum.

29 Promittit etiam bona aecclesiae
intus et deforis cuncta defendere
et quibus poterit modis accrescere, *f. 141'.
si illum studeant sibi preficere.

30 Cognito cesaris bono consilio,
et bona omnia testante nuntio,
protinus facta est concors[a] electio
a clero pariter atque a populo.

31 Electus itaque repetit cesarem,
et cesar eligit ipsum in presulem.
A coepiscopis electus etiam,
ad sibi traditam redit ecclesiam.

32 Et cum recipitur honore debito
Cameracensium a grege subdito,
laudes et gratiae redduntur Domino,
quod sic confirmata est eius electio.

4. Quanta adversa passus sit.

33 Sacrandus igitur electus Domini
quantum anterius habet contrarii,
quantum discordiae, quantum periculi,
qui hec videbitis admirabimini!

34 Namque tunc temporis erat discidium
inter imperium et sacerdotium,
atque propterea non per biennium
impetrare sibi potuit oleum.

35 Attamen electus per Dei gratiam
spectat humiliter misericordiam,
archiepiscopo Remensi debitam
presto promittere obedientiam

36 more pontificum se precedentium,
qui semper domino patri Remensium
subiecti iugiter fecerunt debitum
christianitatis suae obsequium.

37 At ille, ut dixi, propter discordiam,
que inter regnum est atque aecclesiam,
electo denegat consecrationem
suamque deicit filiationem.

38 De suis igitur magnis contrariis
et de laboribus et de periculis,
que sermo referet huius dictaminis,
hoc primum maius est omnibus aliis.

39 Maluisset namque poni in carcere
damnumque maximum pati pecuniae
quam sibi ab ipso archipontifice
de sua contrahi[b] benedictione.

40 Oleum etenim electo denegat
*atque introitum suum vituperat *f. 142.
et rectitudinem tollit quam postulat,
donec imperium pape recipiat.

41 Frustratus electus suspirat, cogitat,
studet, innititur[c], querit, interrogat,
quid sibi melius agere valeat,
cum ei pro bono nil boni veniat.

5. De legatione ad papam directa.

42 Videns aecclesiam sanctam dividere
sanctumque ordinem sub anathemate
aufferre precio atque redimere,
precio etiam cuncta disponere,

43 linquendi omnia velle depromitur,
inde confessio eius ostenditur;
non enim vult mori et mortem patitur,
et pacem querenti pax sibi tollitur.

44 Ex velle proprio mavult dimittere
omnia quam suam animam perdere,
honorem traditum magis postponere
quam iter ingredi mortis perpetuae.

45 Veretur homines, sed magis Dominum,
presens decus amat, sed plus perpetuum,
et istud et illud quod constat nichilum
prorsus omittere vult propter Dominum.

46 In rebus plurimis volvitur animus,
huc illuc vertitur per cuncta trepidus,
quippe cui non est consiliarius,
qui sit negotio in hoc fidissimus.

47 In solo Domino ponit consilium,
qui certum tristibus prestat solatium,
qui Ioseph venditum regique subditum
super Egyptios fecit prepositum.

48 Si Deus decrevit, ut sit episcopus,
eius imperio vult esse famulus,
sibi obediens ut patri filius,
iussa custodiens sicut discipulus.

a) consors c. b) *ita c.; cf. infra str.* 72. c) innitur c.

49 Prudenter igitur prudens se continet,
diligit clericos, á malis prohibet,
largitur quibusdam de his quae possidet
et per hoc gratiam eorum optinet.

50 Intendit etiam in bonis actibus,
vacat[a] assiduis orationibus;
tandem sic complacet subiectis omnibus,
quod una cupiunt dominium eius.

51 A sapientibus monetur iterum
suo requirere capiti oleum;
proinde transmisit ad apostolicum
Ansellum fidelem archidiaconum[1].

52 Qui persona erat decens, laudabilis,
litteris eloquens, lingua affabilis,
decetque legatus tam honorabilis
legationibus in apostolicis.

53 Ivit et contulit preces aecclesiae
et electionis modum compositae;
sed papa, notato electi nomine,
et sicut venerat missus á cesare,

54 nil, inquam, remandat, nil vero consulit,
preces et litteras transmissas respuit.
Legatus Ansellus confusus rediit,
misericordiam quia non attulit.

*f 142.

6. De profectione Burchardi ad papam.

55 Burchardus, accepto inde consilio,
spem suam et sensum ponens in Domino,
se ipsum paravit ire continuo
rogatum veniam ab apostolico.

56 In cuius veniens pronus presentia,
nulla receptus est misericordia,
nec pro culpa sua, sed pro discordia,
quam regnum patitur atque ecclesia.

7. De Conone cardinali[2].

57 Antequam redeat, impassibilibus
feritur aliis adversitatibus.
Cardinalis enim Cono episcopus
venit tunc temporis in istis partibus.

58 Qui sibi obvius intulit grandia
consecrationi suae contraria,
ubicumque sua tenet in Gallia
cum pontificibus conciliabula[3].

59 Et ut commoveat magis discordiam,
Cameracensibus mittens epistolam,
per pape precipit obedientiam,
ut sibi eligant honestum presulem.

60 Iniungit etiam vi apostolica,
illa electio ut fiat mortua,
quae prius fuerat vane composita
de viro qui venit á regis camera;

61 quem excommunicat os apostolicum
et pro eo damnat omnem domesticum,
suosque principes et omnem populum,
qui sibi faciunt ullum servitium.

62 **H**oc Cameracenses turbati nuntio,
cavillant, quae possit obtendi ratio,
ne fiat altera patris electio
et tamen servetur papae subiectio.

63 Quare aecclesiae archidiaconi,
á quibus consuli debet et protegi,
ipsum conveniunt verbo placabili
Cononem, legatum papae catholici;

64 ostenduntque sibi dura exilia,
rapinas, prelia, mortes, incendia,
quae cuncta pro papae obedientia
Cameracensium suffert ecclesia.

65 Precantur, ut illos saltem[b] sustineat,
de electione nec illos arguat,
donec prelibatus Burchardus redeat
et, papa quid sibi fecerit, referat.

66 Si enim remeat[c] ingratus veniae,
Romanae parati obedientiae
et eius legato plane satagere,
deinde presulem spondent eligere.

67 Tandem[d] Remensis presulis precibus
et episcoporum petitionibus,
immo pro auditis afflictionibus
relaxavit eos de iussionibus.

8. De profectione Burchardi ad imperatorem.

68 Tunc Burchardus erat in Langobardia,
de papae rediens tristis presentia;
cui abundique accidunt maxima
mentis et corporis mille pericula[e].

69 In suo reditu invenit cesarem,
1116. qui tunc equitabat per Langobardiam;
*f. 143 cui *innotuit, quantam iniuriam
et quantam pro eo suffert miseriam.

70 Retulit domino, quia solummodo
pro eius odio ab apostolico
et á Remensium archiepiscopo
benedictionis fit contradictio.

71 Et quia clericus illius fuerat,
veniam habere nequaquam poterat,
et hoc est quod eum magis impediat
et unde legatus Cono plus arguat.

72 In eius persona quisquam non contrahit
nec vitae nec suis moribus obicit,
quin episcopio et laude dignus sit;
tantum divisio audita officit.

a) vacca *c.* b) sust. salt. *corr.* salt. sust. *c.* c) *superscr. c.* d) que *metri causa suppl. S.* e) *superscr.* vel contraria *c.*

1) Cf. Gesta Galcheri c. 29, supra p. 204. 2) Praenestino episcopo. 3) Cf. Schoene, 'Kardinallateg Kuno Bischof von Praeneste' (Weimar 1857).

73 Affirmat[a] igitur hoc ante cesarem,
quod numquam redibit ad istam rabiem,
ubi Roma furens per totam Galliam
ponit et deponit pro velle presulem.

74 In ista dubitat morari patria,
ubi fidelium suffert aecclesia
tot bella, tot lites et tot certamina
tum pro contrario, tum pro pecunia.

75 Precatur cesarem illud solummodo,
ut eum reponat in beneficio,
quod ante tenebat Aquis cum gaudio
cleri utriusque in monasterio.

76 Suum imperator audivit clericum[b] 1116.
et suum dolorem atque exilium;
nimis exterrito prebet solatium,
prorsus inconsulto prebet consilium,

77 dicens: 'Dilecte mi frater, ne paveas.
Benigne consulo, ut tuis redeas.
Concedo, ut Romae et Remis subeas,
quicquid precipiunt rogo ut compleas.

78 Et ego condono tue[b] prudentiae,
quem michi fidelem novi existere,
ut non remaneat pro meo nomine,
quin possis amodo cum pace vivere'.

7. De reditu eius.

79 Audito itaque regis solatio
datoque assensu atque consilio,
Burchardus letior redit continuo,
commissos estimans esse in gaudio.

80 Sed cum hoc audiat quod Cono fecerat
et[c] quantum nocere sibi voluerat,
suis accidisse peccatis reputat
seque coram Deo prohinc humiliat.

81 Pergit frequentius ad monasterium
suumque[d] precibus affligit animum
et in ebdomada studet per triduum
sibi subtrahere carnis edulium.

82 Ergo vitae suae nota opinio
et abstinentiae simplex afflictio
Remensi placuit archiepiscopo,
dolentique pio condolet animo.

83 Qui Burchardo suum spondet auxilium
et ei consulit, ut vadat iterum
cum suis litteris ad apostolicum
et eius veniae portet consilium.

8. De secunda profectione ad papam.

84 Munitus litteris archiepiscopi,
ad papam recurrit animo simplici,
lectisque litteris, *verbo placabili *f. 143'.
respondit Burchardo gratia domini.

85 Per verbum quod vix est intelligibile
confratri precipit Remensis patriae
in Burchardo fructus dignos efficere,
electus, ut scripsit, si sit canonice.

86 Hii fructus quomodo possint intelligi,
nescit archipresul nec[e] coepiscopi;
qua occasione Burchardi domini
longe sacratio differtur fieri.

87 Ceterum propter hoc mandati presules,
qui noscunt Romanas artes multiplices,
dubitant, et tamen consulunt firmiter,
ut sine dubio Burchardum consecret.

9. De consecratione eius.

88 Ergo consilii dato munimine
Burchardum consecrat in Dei nomine
Quirini martiris sub celebri[f] die; 1116. Iun 4.
mansitque celebris in suo tempore.

10. De reditu eius.

89 Regresso igitur ad sedem propriam,
subiecti celebrant magnam leticiam,
pro cuius gaudio iam retro habitam
totam obliti sunt suam[b] mesticiam.

90 Perfectus pontifex favente Domino
in sede ponitur honore maximo;
amplectuntur eum amore nimio
devoti clerici cum omni populo.

91 Sibi communiter spondent obsequium,
atque unusquisque qui tenet feodum
per sanctos cum fide iurat hominium,
victurus ad suum decus et commodum.

11. De recuperatione bonorum[g] ecclesiae.

92 In suis denique primis operibus
iura aecclesiae querit episcopus,
quae erant tradita dispersionibus
sibi subtrahere[h] de malis manibus.

93 Casati etenim et quidam milites
villas, silvas, aquas, terras arabiles,
quas occupaverant[i] per invasiones,
et quas disperserant olim pontifices,

94 ad mensam propriam omnia retrahit,
quae iuris sui sunt cuncta recolligit,
sed huic et illi quamvis displicuit,
tamen iudicio recepta tenuit.

95 Haec erant, ut dixi, iniuste tradita
et[k] quaedam alia temere vendita;
alia preter hec istorum maxima
in vadimonio invenit posita,

a) Affirmant *corr.* Affirmat *c* b) *post add. c.* c) *superscr. c.* d) que *post add. c.* e) ne *post corr.* nec *c.* f) *duae litterae erasae c.* g) bonoorum *c.* h) *superscr.* vel re[trahere] *c.* i) occupaverat *corr.* occupaverant *c.* k) et q. *post add. c.*

96 molendina quidem atque teloneum,
quae erant propria mense pontificum;
sed haec et cetera redemit postmodum
de suo alio iure reddituum.

EXPLICIT DE DOMNO BURCHARDO EPISCOPO.

INCIPIT DE DOMNO LIETHARDO EPISCOPO.

f. 144. 1. De adventu papae apud Cameracum, et de electione Liethardi.

1 In illo tempore quo fuit mortuus
1130. Burchardus Cameracensis episcopus
1131. accidit, quod [dominus[a]] Innocentius,
Romani populi tunc apostolicus,
venit Cameracum[1] cum cardinalibus
2 et cum episcopis natis de Gallia,
iturus ad regem de Alemannia,
3 regem Lotharium, virum laudabilem
Deumque timentem et probum militem.
4 Apud Leodium una conveniunt;
qui cum alterutrum sese conspiciunt,
5 paterna prebentes invicem oscula,
innumerabili astante[b] curia,
6 presulum, principum fiunt consilio
de regno concordes et sacerdotio.
7 Ibi de presule Cameracensium
statim alloquitur rex apostolicum;
8 qui quendam clericum suum eligere
rogat et postulat, Lietardum nomine.
9 Quod papa audiens, fuit in dubium,
utrum tam subito ignotum clericum
10 Cameracensibus pastorem tribuat,
cum vitam et mores illius nesciat.
11 Dubitat merito papa propheticus,
quoniam ille vir erat hereticus.
12 Sed quia Deus cor, vir videt faciem,
nescit papa malam vitare speciem.
13 Nam cito condescendens precibus cesaris,
Liethardum posuit in sede pontificis.

2. De consecratione eius, et de infami eius conversatione.

14 Consecravit eum presul Remensium.
Qui agens quatuor annis officium,
15 centum putabatur regnasse pontifex,
qui semper agebat res execrabiles.
16 Quos enim debebat amare oderat,
suum servitium pati non poterat;
17 expellit proximos, fugat domesticos
atque extraneos amat ut filios;
18 suique privati sunt Teutonici,
imberbes iuvenes et lenes pueri.
19 Tandem exit foras rumor de talibus,
de Teutonicis et de iuvenibus,
20 eo[c] quod non iacet in sua camera
cubicularius nec notus vernula.
21 In foro vendentes herbam et stipulam
nudos ante suam suffert presentiam,
22 pannosos mendicos ante se patitur;
sed propter Dominum istud non agitur,
23 in quantum vidimus atque probavimus,
qui sui privati esse debuimus.
24 In corde illius, mente et anima
ita plantaverat se avaritia,
cf. 1. Tim 6, 10 25 radix nominata malorum omnium,
quod totum abscondit in archa redditum.
*f. 144'. 26 Que sibi *prohibens honeste vivere,
sicut episcopum decebat facere,
27 ad hoc novissime coegit cupidum,
quod suum linquere fecit hospitium.
28 Exivit etenim de domo propria,
iubente venere et avaritia,
29 vaditque ad montem Sancti Gaugerici
in domo Abdonis cuiusdam clerici,
30 ibique habitat ad votum proprium,
nullum á famulis rogans servitium.
31 Sed, quare maneat ibi, si dixero,
hinc magnum odium mereri potero.
32 Attamen sat dictum est sapientibus,
vitam heretici non ignorantibus.
33 Tristatur itaque clerus et populus,
quod se tam turpiter tractat episcopus.
34 Invitum ideo moventes presulem,
ad domum compellunt redire propriam.
35 Ad primam iterum iram quam habuit,
á domo exiens alteram repetit.
36 Ad Sanctum Autbertum tunc hospitatus est;
ne illum famuli sequantur, prohibet.
37 Tamquam pro hostibus habet domesticos,
quos unde videat non habet oculos.
38 Iccirco laborat eius crudelitas,
in sua curia ne sit hereditas.
39 Hinc prius invasit curtis prepositum,
defendens, ne suum agat officium,
40 iuransque per Christi corpus et sanguinem,

a) *deest c.* b) assentante *c.* c) *superscr. c.*

1) V. Lamberti Waterl. Ann. 1131, p. 514: *Innocentius papa veniens Cameracum. in ecclesia sancti Autberti missam celebravit feria 2. hebdomadae secundae quadragesimae.*

quod prepositturam non tenebit suam;
41 nam credit, quod, istum si deposuerit,
ceteros leviter exhereditabit[a].
42 Attamen incassum iurat et laborat,
sibi inimicos temere comparat;
43 hoc enim serviens perdere non valet,
hereditario quod iure possidet.
44 Nunc habet odium de servientibus,
habet et de clero atque de civibus.
45 Si enim daretur facultas presuli,
sperat quisque sibi hoc idem fieri.
46 Omnes maledicunt tam durum hominem,
multorum criminum dantes calumniam;
47 se multi periurant pro hac duritia
fidemque amittunt pro hac nequitia.
48 Infelix, exosus talis episcopus
ut intus odium habet extrinsecus.

3. Quod Gerardus[b] Malus-filiaster eum invaserit.

49 Gerardus etenim Malus-filiaster[1]
presulem contra se ad iram promovet.
50 Nam suos homines ubique arripit
atque redimere per penas arguit
51 taxatque rusticos, qui eum invocant
et qui aecclesiis sanctorum pertinent.
52 Sepe á Gerardo requirit pontifex,
ut sibi liberi reddantur homines
53 fideiussione vel vadimonio,
sed ille neütrum facit episcopo.
54 *Sed querit trevias inter se statui, *f. 145
donec alterutrum se possint alloqui;
55 presulque, consultus a nequam homine,
noluit trevias illi concedere.

4. De castelli captione.

56 Gerardus hinc ira commotus maxima,
propter hoc in brevi tempore postea
57 mandat et congregat multos satellites,
copiam peditum probosque milites.
58 Castello presulis assultum prebuit;
quod per vim et ignem citius habuit[2].
59 Audite presentes, futuri etiam,
accepti castelli casum horribilem!
60 Nam ibi utriusque sexus combusta
fuerunt amplius quam centum corpora.
61 Cum villa arsae sunt quinque aecclesiae
et cum ecclesiis sancte reliquiae,
62 et corpus Domini ibi combustum est,
ibi comburitur et quidam presbiter.
63 Et de morte ignis ereptos homines
hac illac dispersos capiunt equites.
64 Mox expoliatur castellum penitus
argento, bestiis, supellectilibus.
65 Gerardus istius caput[c] malitiae,
nequam parricida, auctor nequitiae,
66 castellum retinet in manu propria
et bona presulis usurpat omnia,
67 villas, aecclesias, aquas et nemora, 1133.
cetera etiam his appendentia.
68 Tenet [et[d]] ut servos gentem pontificis,
taxat eos annis tercio singulis.
69 Habens vel non habens rerum substantiam
nequit ante ipsum habere requiem.
70 Hoc damnum, hoc crimen hancque malitiam
cuncta accidisse dicunt per presulem,
71 eo quod trevias dare noluerat
et quod colloquium non expectaverat.

5. De Symone castellano

72 Symon, castellani Hugonis[3] filius,
videns malitiam quam facit Gerardus,
73 et nolle quempiam pro suo presule
illi pestifero armis resistere,
74 per fortitudinem Cameracensium
et per militiae fortem exercitum,
75 ardens et rapiens, consumit omnia,
queque Gerardi sunt et multa alia;
76 ubicumque victum sui satellites
et necessaria carpebant pedites.
77 De nostris et suis bonis hominibus
frequenter invicem convenientibus
78 capti sunt plurimi multique mortui,
alii divites, mendici alteri.
79 Gerardus itaque Malus-filiaster
ita novissime pauper effectus est,
80 quod apud erectum *contra se Symonem *f. 145'.
et pacem requirit et amicitiam.
81 Hinc pater Symonis, Hugo castellanus,
capto consilio cum sapientibus
82 viris Cameraci, qui secum ierant
adversus Gerardum eumque leserant,

a) exhereditavit *c.* b) Geradus *c.* c) *superscr. c.* d) *deest c.*

1) Gerardus de S. Autberto; de cognomine legitur in carmine 'Gilles de Chin' (ed. de Reiffenberg, v. 431—433, p. 17): *Parce que faunoié* (renié; cf. Glossaire aux romans du chevalier du Cygne et de Gilles de Chin', par Em. Gachet, p. 761) *l'avoit* (pater) *Quant fu petits et en enfance.* S. 2) Cf. Chron. S. Andr. III, 39, p. 550. 3) II, cuius soror nupsit Gerardo.

83 volens ut per eos fiat concordia,
ad pacem flectitur statim communia.
84 Unde indignantur loqui episcopo,
credentes fieri non sine precio,
85 si vellent per eum pacem componere
de damno audito et facto crimine.
86 Quid ergo, ut audit, fecit episcopus?
Adhuc velint nolint eorum dominus,
87 quamvis pro hac werra se non[a] commoverit,
sed neque milites ob hoc tenuerit,
88 contradicit tamen[a] esse concordiam,
nisi per illius fiat licentiam.
89 Affirmat denique numquam absolvere
Gerardum[a] nec suos de anathemate,
90 donec aecclesias arsas restituant
et mille decies marchas retribuant,
91 donec preterea de centum mortuis,
tam de presbitero quam de castricolis,
92 Deo satisfactum, et illi veniant
et penitentiam inde accipiant.
93 Ergo despiciunt cives pontificem,
et presul de illis monstrat incuriam:
94 se enim expelli sufferret antea,
quam hoc concederet sine iusticia.
95 Videntes igitur, nullo ingenio
hoc posse fieri sine episcopo,
96 in dolo pro cunctis qui compeccaverant
libras quinquaginta sibi revadiant;
97 et vere in dolo; nam numquam habuit,
ut sibi iuratas habere debuit.
98 Has libras statuto prebere termino
iuravit se quartus comes de Haino[1].
99 Quem presul absolvit, Gerardum, Gilium[2]
et multitudinem militum, peditum,
100 taliter, ut miles det quinque solidos
et pedes viginti donet denarios
101 ad restituendam funditus dirutam
beati Andreae totam ecclesiam.
102 Modum iussionis et penitentiae,
quem illis iniunxit presul pro crimine,
103 scribere nolui, quia contempnitur
quicquid a presule illis precipitur.
104 Namque universi nec penitentiam
agunt nec promissam donant pecuniam.
105 Fit periurus comes suique complices,
quia denarios non habet pontifex;
106 suum mendacium atque periurium
vertunt in odium super episcopum.
107 De suis etiam iratis civibus
infidelitatem suffert episcopus.
108 Suffert, quod contra se curtis prepositum
sustinent et donant ei consilium,
rogantes facere suum officium;
109 quem, sicut dixi in primo dictamine[3],
presul iuraverat prorsus deponere.
110 Infelix pontifex, infestus omnibus,
ecce invaditur de multis partibus.
111 Aperte fatentur illum hostes sui
non regnare diu, si potest fieri.

6. Quomodo Liethardus episcopus sit depositus.

1134. 112 Contigit, quod Remis ivit commonitus,
et post eum pergit ille prepositus,
113 secum adhibitis quibusdam clericis,
qui diffamant eum de culpa heresis
114 et de prebendarum venditionibus
et aecclesiarum sacrationibus,
115 de quibus exigit aperte munera
et denominata querit servitia.
116 Accusant etiam de hoc episcopum,
ex avaritia ubique cognitum,
117 quod nullum recipit ad penitentiam,
de quo extorquere possit pecuniam.
118 De tanto exlege facto episcopo
dicunt omne malum archiepiscopo,
119 obliti ad plenam ferre memoriam
totam vitae suae notam malitiam.
120 Ad quem deponendum, si plus non dicerent,
ista que dicuntur[b] satis sufficerent.
121 Tunc archipontifex sumpsit episcopum
sub testimonio quinque pontificum,
122 dicens: 'O mi pater, audisti publice,
quanta malivoli dicunt adversum te,
123 tueque audisti vite calumpniam,
morum infamiam, luxus blasphemiam.
124 Oramus ergo te hoc recognoscere,
quoniam minime potes proficere
125 inter universos qui te sic odiunt
et quodcumque facis[c] una despiciunt.
126 Precamur te tuam servare animam
et plebem fugere sic indomabilem'.
127 Eorum precibus allectus[d] pontifex,
peccatum heresis sibi confessus est,
128 fideque promisit coram presulibus,
quod non presulare curabit amplius.
129 Hoc tantum supplicat[e] archiepiscopo,
ut permittat eum in episcopio
130 capere quantam posset pecuniam
usque ad futuram tunc epiphaniam.
131 Infra quam, concedit archiepiscopus,

a) *post add. c.* b) dicentur *corr.* dicuntur *c.* c) *superscr. c.* d) *voc. erasum c.* e) supplicant *corr.* supplicat *c.*

1) Balduinus IV. 2) De Chin; de quo v. infra G. Nicolai c. 11, p. 233. 3) c. 2.

ut se intromittat de bonis omnibus,
132 sed non remaneat in episcopio
istius permissi die preterito.
133 Hoc ignorant nonnulli homines,
nisi qui fuerunt quinque pontifices.
134 Statuunt igitur, ut hoc sepultum sit,
donec impositus dies advenerit;
135 Quod se pepigisse, credo, penituit,
cum post in honore stat quantum potuit.
136 Namque ad cesarem vadit continuo,
sperans restitui eius auxilio;
137 pergit ad patronum ante hunc terminum,
postulans scribere *ad apostolicum, *f. 146'.
138 ut propter mandatum cesaris gratiam,
promissi[a] faciat misericordiam.
139 Illum secuti sunt curtis prepositus
atque Cameraci quidam de civibus,
140 accusantes eum coram principibus,
coram episcopis, coram comitibus[b],
141 de hoc quod omnes vult de iure proprio
exhereditare sine iudicio.
142 Econtra respondens presul viriliter,
regi innotuit, quam infideliter
143 ipsi Cameraci illum tractaverant
et suos redditus sibi abstulerant.
144 Quod quando audiunt divites domini,
tractari timentes more consimili,
145 iudicant, ut nullus servire audeat
domino proprio, nisi precipiat,
146 qui feodatus est habeat feodum
nullumque nolenti agat servitium.
147 Iubente cesare mox per iudicium
de prepositura fit privilegium,
148 ne quis prepositet in sua curia,
nisi concesserit presulis gratia.
149 Hinc Cameracenses turbati remeant
et hoc iudicium nemini propalant,
150 immo se nequaquam audisse asserunt;
unde iram Dei, spero, deserviunt.
151 Nam quamvis super se habeant dominum
nequam[c], inhumanum, crudelem, pessimum,
152 tamen conservari debet fidelitas,
quam sibi promittit cuiusque veritas.
153 Fortasse propter hanc vel culpam aliam
inter Cameracum villamque Hasperam[1],
154 ubi cum timore magno pervenerant
et quo tutiores esse putaverant,
155 accidit, quod eos misit in carcerem[a]
predictus Gerardus, qui ob pecuniam
numquam ulli fidem portavit stabilem.
156 Ab illis etenim qui erant divites
extorsit viginti marcas undecies,
157 ita quod propter hoc nec querimoniam
nec ullam sentiet inimicitiam.
158 Istam captionem, hoc damnum iterum
imponunt captivi super episcopum.
159 Ceterum post illos reversus pontifex,
monstravit, quomodo abiudicatus est
160 de[b] prepositura curtis prepositus,
per cartam cesaris Cameracensibus.
161 Mox illos qui cives[d] ceperant
et capientibus assensum dederant
162 ex anathematis ligavit vinculo,
divina celebrans die dominico.
163 Dehinc maledixit qui privilegium
cesaris infregit propter prepositum.
164 Hec missa presulis fuit novissima, 1135.
quam in Cameraci cantat *aecclesia; *f. 147.
165 quia transierat iam epiphania, Ian. 6.
qua linqui voverat pontificalia.
166 Á Remis ideo litterae veniunt,
inobedienti vero precipiunt,
167 ut á Cameraco citius exeat
nec ibi amplius morari audeat.
168 Confusus igitur exivit ilico,
ubique conquerens, sine iudicio
169 se exposuisse de episcopio,
ab accusatore non victum aliquo.
170 Tunc Innocentius papa Romanorum
celebravit Pisis magnum concilium[2],
171 quo fuit Remensis archiepiscopus
cum suffraganeis suis presulibus;
172 ibique ostendit eisdem testibus,
quomodo Liethardus erat depositus.
173 Depositionem itaque cognitam
constituit[e] papa esse perpetuam,
174 á verbo domini et ore proprio
conclamante 'fiat' omni concilio.
175 Ó quam plangendus est iste episcopus,
persona congrua, clericus optimus,
176 quod vilis factus est pro avaricia
atque depositus pro immunditia!
177 Namque de litteris et ministerio
magister probatus aecclesiastico,
178 si castis munitus fuisset moribus,
papa constitui foret idoneus[3].

a) permissi? *cf. str.* 132. b) *vocabulum erasum c.* c) *tres fere litterae erasae c.* d) *vocabulum deesse videtur.* e) constitui *corr.* constituit *c.*

1) Haspres (départ. Nord). 2) 1135, Mai. 3) Cf. Gesta lingua Gallica scripta infra.

INCIPIT DE DOMNO NICHOLAO CAMERACENSI EPISCOPO.

1.

1 Liethardo episcopo,
ut dictum est, deposito
á papa Innocentio
in Pisano concilio,
2 precepto apostolici,
immo archiepiscopi
Cameracenses clerici
coguntur atque laici
3 episcopum eligere,
qui de bono sit nomine,
qui sciat restituere
destituta aecclesiae.

2. De electione Ottonis.

4 Per commune consilium
mox eligunt episcopum
Ottonem quendam clericum,
regularem canonicum
5 de Premonstrati ordine,
notum ex opinione
litteralis scientiae
et fidei catholicae.
6 Electionis actibus
favet archiepiscopus;
favet tamen sub talibus
rerum conditionibus,
7 electio ut maneat
et rata sit, ne pereat,
si cesari hoc placeat,
cum fieri non valeat,
8 nisi ipse laudaverit
et electum receperit
eique donum fecerit,
ut regius mos[a] exigit.
9 Tunc sic facta electio
a clero atque populo
manifestatur ilico
ipsi regi Lothario
10 per legatos idoneos,
duos abbates optimos,
de Sancto quidem Autberto
et Sepulcro sanctissimo[1].
11 Sed retentis abbatibus,
cesar Cameracensibus
mandat, quod de claustralibus
nemo presul erit suus.
12 Nam imponi vult neminem
Cameraci pontificem,
*nisi qui possit marchiam *f. 147'
et hanc tueri patriam.
13 Plebs ergo Cameracensis
cognoscens velle cesaris,
legatis missis aliis
cum sigillatis litteris,
14 concedunt votis omnibus,
ut ab illis abbatibus
ante regem presentibus
eligatur episcopus,
15 et Ottonis de persona
cassata sit memoria,
quae non fuit nominata
nisi cum regis gratia.
16 Rex hoc totum prohibuit
et prohibens destituit,
quia quod esse noluit
ratum stare non[b] debuit.

3. De electione Nicholai episcopi.

1136. Mart. 22. 17 Tunc rex erat Aquisgrani
in sancto pascha Domini,
in die quidem celebri
letitiae et gaudii;
18 ubi duces et comites
convenerant et principes
multique viri divites,
abbates et pontifices.
19 Fuit cardinalis quidam[2]
ad hanc eandem curiam,
paratus ad consulendam
Cameraci aecclesiam.
20 Ecce horum intuitu,
consilio et monitu,
vocato sancto Spiritu,
presul presens eligitur
21 Nicholaus prepositus,
oriundus nobilibus
longe notis parentibus[3],
gratus vita et moribus,
22 in hac nostra aecclesia
nutritus ab infantia,
cunctis prebens servitia
humilitate nimia.
23 Quae virtus est laudabilis
atque Deo amabilis,

a) mox *c.* b) *superscr. c.*

1) Galterum et Parvinum. 2) Gerhardus archiepiscopus Bononiensis; cf. Giesebrecht 'KG.' IV, p. 110. 3) Frater fuit Gossuini de Montibus; filius Ysaac. Cf. Gisleberti Gest. com. Hann., SS. XXI, p. 506; Balduin. Avesn. c. 56. 152, SS. XXV, p. 422. 444.

et dignus est pre ceteris,
ut exaltetur humilis.

24 Electum ergo presulem,
bonae indolis iuvenem,
ad presulatus regimen
exaltat Deus humilem.

25 Cui consultu principum,
electione presulum,
voce Cameracensium
dat sibi pontificium

26 cesar sub illis legibus
et consuetudinibus 1136.
atque possessionibus,
ut fuerunt antiquitus,

27 sicut Gerardus ultimus
iam tenuisse dicitur
et sicut cartis testibus
hinc veritas agnoscitur.

28 Presulatu sic accepto
in cesaris palatio,
astantium processio
magno resultat gaudio.

4. De receptione eius apud Cameracum.

29 Quando autem episcopus
in istis redit partibus,
longe ab urbe populus
sibi exivit obvius.

30 Qui in sua presentia
ferunt ramos et folia,
extollunt laudum carmina
eius honori congrua.

31 Mox cleri universitas
et ordinis humilitas
'honor, virtus et potestas'
ad laudes canunt debitas,

32 et *Te Deum* in cathedra[a]
tali cantant letitia,
qualis visa vel audita
nobis non fuit antea.

33 Ergo sanctus extat clerus
atque beatus populus,
quibus talis est dominus
feliciter dispositus.

34 Speramus enim, optimum
hoc fuisse presagium,
quod habet episcopium
per felicem introitum.

35 Ante suam presentiam
casati, cives etiam
*per sanctos Dei stabilem *f. 148.
iurant ei fidutiam.

36 Et ipse per consilium
reddidit illis postmodum,
ut quisquis debet proprium
recte tenere feodum.

5. De Gerardo Malo-filiastro.

37 Accelerant universi,
ut viri sint episcopi;
sed Gerardus Amolrici
non vult suus vir fieri.

38 Indignatur accedere
hominiumque facere,
neque [vult[b]] de pontifice
terram suam recipere.

39 Fit constans in superbia
ostenditque per opera,
quia sibi non est cura
de pastorali gratia.

40 Terram suam et castellum
sibi tenet ut proprium,
turrim vero suam domum
facit contra episcopum.

41 Ipse nequam, infidelis
et homo detestabilis,
captat viros cum bestiis
et redditus pontificis.

42 Modo perdit episcopus
Novi Castelli redditus,
humiliterque patitur,
quod sua gens affligitur.

43 Mirantur sui homines,
quare tam diu sustinet,
quia Gerardus possidet
castrum quod sibi pertinet.

44 Ignorant eius animum
et divinum consilium
qui locuntur alterutrum,
quod non invadit perfidum.

45 Quem sitiunt requirere
cum magna fortitudine
et de castro expellere
terraeque pacem facere.

46 Spectat simplex episcopus,
et quicquid de redditibus
et de suis hominibus
Gerardus agit impius.

47 Credit enim, malitiam
vinci per patientiam;
nam qui exaltat humilem
franget eius superbiam. cf. Prov. 29, 23.

48 Ut scriptum est, sunt omnia
credenti possibilia, Marc. 9, 22
si in Deo sibi vera
sit spes atque fidutia.

a) cathadra *corr.* cathedra *c.* b) *deest c.; suppl. S.*

1136. 49 Credenti Deus subvenit;
nam die quadam accidit,
quod Gerardus, qui superbit,
in[a] manus suas corruit.

50 Itaque pro miraculo
universis notifico,
Gerardus ab episcopo
quo captus est fortunio.

6. De captione eius.

51 Ad Thumium[1] presul erat,
cum Gerardus transierat;
cui loqui despexerat
nec conductum quesierat.

52 Qui audito hunc superbum
sic transisse per Thumium,
nullum requirens socium,
Gerardi spectat reditum[b].

53 Revertenti ad vesperam
sibi presul stat obviam
sicutque David Goliam
cepit inermis militem.

54 Ad quem currunt ruricolae
volentes interficere,
quippe quos illo tempore
numquam cessarat ledere.

55 Tunc de morte perterritus
pro circumfusis hostibus
orat flendo, ut citius
illum salvet episcopus.

56 Presul his motus lacrimis
pulsis laborat rusticis,
quod leo factus humilis
servatus est incolumis.

57 De rusticis liberatus
episcopi laboribus,
vix civium de manibus
evasit ille perfidus.

58 Quando enim presul illum f 148'.
adducebat Cameracum
in captionis laqueum,
ne perdendi sit dubium,

59 cives armati citius
et lanceis et ensibus,
contribulati sepius
Gerardi facinoribus,

60 insurgunt adversus eum
tamquam latronem pessimum,
clamantes, sibi meritum
mortis venisse terminum.

61 Presul laborat iterum
liberare captum suum
de furore tot hominum
sibi inimicantium.

62 Inter hostilem aciem
transit presul domum suam,
ubi Gerardum militem
perduxit in custodiam.

7. De redditione Novi Castelli et absolutione Gerardi.

63 Sub die autem tercio
non temere nec subito,
sed communi consilio
fit placitum de Gerardo.

64 Statutum vero placiti
et ordinem consilii
volo sciant universi,
tam presentes quam futuri.

65 Est enim necessaria
haec pactio, haec gratia
ut nobis in perpetua
habeatur memoria.

66 In conspectu insignium,
videlicet casatorum,
clericorum et civium,
Gerardus Novum Castellum
reddit pastori liberum;

67 horumque in presentia
cetera beneficia
pastori pertinentia
cuncta reddit liberrima.

68 De Sancto quoque Autberto[2],
castro novo composito,
concedit ut de proprio
potentiam episcopo;

69 ita, inquam, quod pontifex,
aliquando si opus est,
ponet in eo milites
cum Gerardo communiter.

70 Mox eis[dem[c]] hominibus
ad placitum presentibus,
Gerardus miles optimus
fit presuli vir legius.

71 Factus homo dat etiam
episcopo fidutiam
tam per sanctos quam per fidem
hanc servandi concordiam.

72 Inde vero multiplices
pontifici dat obsides,
ut res facta tam firmiter
observetur perhenniter.

73 Qui fuerunt tunc temporis
vident, quod quidam pueri
pignorati[d] in domo sunt episcopi.

a) *superscr. c.* b) redditum *c.* c) eis *c.; emend. S.* d) *S. ut versum restitueret scripsit:* a Gerardo p.

1) Thun-l'Évêque. 2) Nunc Saint-Aubert (départ. Nord).

1136.

74 Sunt et quidam in aliis
dominorum hospitiis,
qui sunt defensores regni
et fideles episcopi.

75 Stat Gerardus in requie
custos istius patriae,
servans fidem pollicite
pacis et amicitiae.

76 Ecce in regionibus
longissimis extenditur
opinio facti huius
et virtutis introitus.

77 A longinquis et proximis
scientibus rem operis
hac de causa fit celebris
laudatio pontificis.

8. De profectione Nicholai episcopi ad archiepiscopum.

78 Inter eos sic firmato
amoris privilegio,
vadit Remensi ilico
presul archiepiscopo.

79 Qui ab archipontifice
receptus honorifice,
sua in electione
confirmatur canonice

80 per domnum apostolicum
et per archiepiscopum
et per assensum presulum
*ibi ante presentium. *f. 149.

81 Quem confirmatum taliter
conduxit archipontifex
ad altare feliciter,
Deum laudans sollempniter.

82 Post datas Deo gratias
datur sibi haec potestas,
datur et haec licentia
tam a Remis quam a Roma,

83 ut res aecclesiasticas
gubernet et provideat
et quibus velit tribuat
prebendas et altaria.

84 Conceditur vero illi
infra ordines manenti[1]
clerum subiectum fieri
consensu apostolici.

85 Hoc totum est compositum
datumque spectat terminum,
quo pontifex Remensium
ordinabit diaconum.

9. De consecratione eius.

86 Eiusdem anni tempore
ab ipso archipresule
ditatur honorifice
diaconatus ordine.

87 Post haec in die sabati Dec. 19.
ante natale Domini
provectus est sanctissimi
ad culmen sacerdotii.

88 Qua vero cantatur die
Memento nostri, Domine, Dec. 20.
perungitur unctione
olei leticiae.

89 Qui melius et melius
sanctis ascendens gradibus,
divinis sanctionibus
formatus est episcopus.

90 Cui reverso postmodum
ad hanc urbem Cameracum
Cameracenses gaudium
concelebrant alterutrum.

91 Fecit presul sacrosancta
primae missae sollempnia
in nocte celeberrima
Christi natalis propria. Dec. 24.

92 Clerus vero et populus
iocundis eunt cordibus
osculari manus eius,
datis oblationibus.

93 Mox Christi natalitio Dec. 25.
exultanter preterito,
ivit presul in Brabantho
suo in episcopio.

94 Illum archidiaconi,
abbates atque clerici,
utrique nobilissimi
tam milites quam rustici

95 congaudentes recipiunt,
venerantur et diligunt
et ut patri obediunt,
famulantur et serviunt.

96 Laudant Dei potentiam,
qui per ipsius gratiam
tribuerat sibi talem
patronum et pontificem.

97 Omnesque sancti homines
et beatae mulieres
de tanto patre hilares
sunt sicut bonae pecudes.

98 Et tota gens pauperrima
exorans sibi prospera,
de moribus et de vita
bona fert testimonia.

99 Presul per episcopium
suum agens officium,
quocumque potest subditum
docet et signat populum.

1) i. e. qui nondum ordines acceperat. S.

100 Ab amicis perplurima
donantur ei munera;
qui carens avaritia
large largitur omnia.

10. Qualiter Gerardus pacem infregerit.

1137. 101 His actibus, his prosperis,
his laudibus, his gaudiis
inimica diaboli
temptatio non defuit.
102 Nam ille serpens lividus,
antiquus hostis invidus, .
per quem ordo angelicus
prostratur de celestibus,
103 per quem Adam seducitur,
*f 149 per quem *Iudas suspenditur
et per quem Ioseph venditur
et Christus crucifigitur,
104 ille plenus discordia,
stans semper in tristicia
nullique volens prospera,
sed neque pacis gaudia,
105 commovit contra presulem
Gerardum, virum mobilem,
cuius insaturabilem
supra dixi nequitiam.
106 Illum cogit et stimulat,
exhortatur et imperat,
ut[a] contra hunc se erigat
cui fidem iuraverat.
107 Serpens fomes superbiae,
succendium malitiae,
Gerardum fecit surgere
contra virum iusticiae.
108 Iusticiae virum dico
tam opere quam merito,
qui pacis erat sanctio
et latronum confusio.
109 Latrones enim oderat,
atque pati non poterat,
ut in sua custodia
fierent latrocinia.
110 De Gerardi familia
erat latronum copia
in hac conversans patria,
ad omne malum sedula.
111 Qui repente prosiliunt
super quendam Godefridum,
Sancti Humberti[1] famulum,
venientem Cameracum.
112 Consodales tres fuerunt,
qui tunc insidiati sunt
illi, donec inveniunt
eique boves aufferunt.
113 Tollunt ei sine culpa
quatuor animalia.
Qua commota iniuria
Cameraci communia,
114 arma statim arripiunt;
qui quesitos inveniunt
nec se ulcisci differunt,
sed excecare faciunt.
115 Gerardus ille pestifer
hos dicit execrabiles
suos fuisse homines;
quo inculpatur pontifex,
116 statutae pacis pessimam
fecisse violentiam
et mutasse concordiam
inter eos compositam.
117 Cumque audit episcopus,
quod Gerardus conqueritur
de cecatis latronibus
tamquam suis hominibus,
118 offert ei satagere
ex ordine iusticiae,
ut queat illi tollere
matteriam discordiae.
119 Quod Gerardus non recipit,
immo audire despicit,
quippe qui presulem odit
et nocendi causam querit.

11. De nequitia Gerardi.

120 Haec est eius occasio
stantis in desiderio,
qua causa, quo ingenio,
immo quo possit merito
contraire episcopo.
121 Qui presuli continuum
in corde ferens odium,
habens in se demonium,
non ultra celat animum;
122 sed aperit nequitiam
in corde suo habitam,
fraude diu absconditam.
Qui non diffidens presulem,
123 Castellum requirit Novum,
magnum ducens exercitum,
assultum dans fortissimum,
captis minans interitum.
124 Verumtamen castricolae
se defendunt *acerrime, *f 150
illum Dei iuvamine
compellentes recedere.

a) *duae litterae erasae c.*

1) Maroilles.

125 Nunc iniqui iniquitas,
nunc dolosi dolositas
probata est et cognita[a]
per loca quidem plurima.

126 Nunc periurus Gerardus est,
periuri sunt et complices
Gillius[1], Montensis comes[2]
atque Walterus Pulechels[3].

127 Qui iurarant episcopo
fidem ferre perpetuo,
obsidibus in proprio
sibi datis hospitio.

128 Ad hoc Gerardus laborat,
meditatur et cavillat,
qua obsides artis via
liberare prevaleat.

129 Per quindenas post quindenas
querit componi trevias,
sua perfirmans opida
et providens interea.

130 Sed frustra illud queritur
atque frustra conceditur,
quia, ut factis cernitur,
ars ista arte fallitur.

131 Nam si firmat se Gerardus,
firmat et se episcopus,
Castello Novo firmius
circumclauso lapidibus.

132 Sub treviarum termino
consulitur episcopo
se custodi[b] de Gerardo,
viro nequam et callido.

133 Sollicitus hinc pontifex
probos retinet milites,
contra suos infideles
positurus, si opus est.

12. Quod episcopus se defendere paraverit.

134 Percipientes emuli,
quod probitas episcopi
provideat se defendi,
sunt nimirum exterriti.

135 Pacem optant componere,
sed indignantur querere,
ne cadat a sacerdote
superbia militiae.

136 Qui pre pudore nimio,
ne diffamentur populo,
erubescunt, tam subito
se vinci a presbitero.

137 Gerardus seductor malus
mille laborat artibus,
ut careat obsidibus
Nicholaus episcopus.

138 Nam crebro hinc episcopum
temptat comes Montensium
et alii qui Gerardum
diligebant potissimum.

139 Sed presul, munitus bonis
fidelium consiliis,
affirmat obsides suis
non exire de vinculis[c]

140 in toto illo tempore,
quo sibi et terrae suae
presumpserit obsistere
Gerardus, os fallatiae.

141 Nam presul mavult hominem
tam subdolum, tam duplicem,
apertum habere hostem
quam dolosum amatorem.

142 Et merito vult aperte
inimicum suum esse,
eo quod pacis tempore
non cessat malum agere.

143 Per quem tolluntur oculi,
capiuntur et plurimi
pertinentes pontifici
atque coguntur redimi.

144 Illa quidem flagitia,
que Gerardi familia
sub data facit trevia,
negat Gerardus omnia.

145 Quod sui agunt famuli
per se *mentitur fieri, *f. 150'.
verbo tamen mendacii
scitur culpa periurii.

146 Propter ista et alia
mala ineffabilia
a presule non modica
congregatur militia.

147 Per legatos et apices
ad se venire milites
mandat presul velociter,
cor continens viriliter.

148 Tunc electam et nobilem
tenet presul familiam,
quae hostibus terribilem
ingerebat formidinem.

a) cognota *corr.* cognita c. *(et ita etiam alibi).* b) *ita c. pro* custodiri, *ut videtur; cf. str.* 134. c) victis c.

1) Cf. 'Roman de Gilles de Chin', ed. de Reiffenberg, p. 17—29 passim, p. 166. 2) Balduinus IV. 3) Gisleb. p. 511: *Walterus dominus de Avesnis agnomine Pelukels;* Lamb. Waterlos a. 1108, SS. XVI, p. 511: *Galterus Pulchet;* Bald. Avenn., SS. XXV, p. 428: *Wautier Plukiel.* Cf. Michaux, 'Chron. hist. des seigneurs d'Avesnes' p. 26. S.

13. De werra inter episcopum et Gerardum orta[a].

149 Ecce werra exoritur,
crescens malum extollitur;
multi enim capiuntur,
multi vero occiduntur.
150 Hii et illi alterutrum
crebro simul conveniunt;
isti illos sepe querunt,
captant vel interficiunt.
151 Utraque parte milites
vastant villas et segetes;
quod ante se quisque videt
dissipari non remanet.
152 Gerardus super castellum
totum imponens animum
et magnum ferens odium
habensque desiderium,
153 ut forte sibi accidat,
quod subintrare valeat,
sepe temptat et laborat,
ut acceptum possideat.
154 Sed hanc malam voluntatem,
hoc studium, hunc laborem
credendum est per divinam
ruisse providentiam.
155 Namque infra mensem unum
ad hoc malum renovatum
Deus quidem ultionum
imposuit finem novum.

14. De secunda captione Gerardi.

156 Nam accidit, quod Gerardus
castrum habendi cupidus
ante castrum stat munitus
de armatis militibus;
157 et iubet, ante exitum
sic parari exercitum,
ut illo intrante castrum
intrent omnes cito secum.
158 Cui preter spem accidit;
nam sicut propheta dicit,
Eccl 27, 29. insultans male cecidit
in laqueum quem tetendit,
159 et incidit in foveam,
quam prophanus fecit idem
ad ipsius perniciem
ante castelli ianuam.
160 Nam cum intrare estimat,
ut fieri decreverat,
et precurrit, ut feriat
atque primus introeat,
161 illum viri de castello
prosternentes continuo,
audaci captant animo,
auxiliante Domino.
162 Deum enim permisisse
credo atque voluisse,
quod captus est nequam ipse
crudeli furens rabie.
163 Credo, Deum preterea
haec fecisse miracula
ob viduarum lacrimas
et pauperum miserias.
164 Nam quando captus cecidit,
sic fuerunt in extasi
milites eius positi,
quod nullus ei subvenit,
165 et de suis militibus,
quod magnum fuit dedecus,
non est captus secum unus,
vulneratus aut peremptus.
166 Cui si tot mulieres
essent quot erant equites,
liberari potuisset,
si vivere habuisset.
167 Sed fortasse *divinitus *f. 151
ita fuit dispositus
sibi dierum numerus
et mortis suae terminus.

15. De morte Gerardi.

168 Tunc fideles episcopi
de Gerardo tutissimi,
quod amplius non[b] poterit
de captione eripi,
169 infra castrum illum trahunt[1].
Super quem omnes[c] irruunt,
conclamant et percutiunt,
immo necare cupiunt;
170 habentes in memoria
parentum homicidia,
minas, predas, incendia
et quicquid eis fecerat.
171 Quapropter in introitu
magno currentes impetu,
necant eum sine metu
turpissimo interitu[2].
172 Nam inenarrabilibus
corpus plenum vulneribus
viri cum mulieribus
concutiunt lapidibus.

a) *tria fere vocabula rubrae erasa c.; fortasse quae mox sequuntur* et de sec. capt. eius. b) n. p. *post add. c.* c) vel multi *superscr. c.*

1) *infra muros uncis ferreis protractus* G. abbr. c. 17, p. 507. 2) Cf. Lamb. Waterl. Ann. p. 514.

173 Plebs igitur tota credit,
quae peccata eius novit,
matri placuisse Dei,
quod sic tirannus obiit;
174 per quam ipse iuraverat
et obsidem se dederat,
quod tutus de perpetua
presul foret fide sua.
175 Quam servare quia sprevit,
pro presule miti ruit,
sicut et Golias fecit
pro humilitate David.
176 Tandem suis militibus
corpus Gerardi redditur,
sed anathematizatus
in atrio non mittitur.
177 Tunc illa diabolica
militiae familia,
maledicta et pessima,
quae Gerardo servierat,
178 plangit, dolet atque plorat,
vitam eius magnificat,
non alia ex gratia,
sed de sua malitia[a].
179 Plangunt et viri divites
ipsius largitiones,
unde gaudebant complices;
sed nudi flebant inopes.
180 Predator á predonibus
laudatur et diligitur,
ab iniquis hominibus
iniquus benedicitur.
181 Super isto nil iudico;
nam de omni catholico
perditio, salvatio
ex Dei est iudicio.
182 Ergo qui hunc occiderunt
nil se deliquisse credunt
nec hinc offendisse Deum
neque suum episcopum.
183 Non enim putant hominem
occidisse, sed demonem,
non christianum aliquem,
sed Antichristi militem.
184 De Deo ipse nescio,
sed novi de episcopo,
quod de casu tam subito
contristatur in animo.
185 Nam si Gerardum antistes
per probos eius milites
captum vivum tenuisset,
pacem firmam habuisset.
186 Dedisset vero maximam
pecuniarum copiam
atque prostravisset omnem
castellorum munitatem.
187 Conqueritur presul valde
de hoc dampno atque pace,
servitio et amore
potuisset quem habere.
188 Comes autem de Montibus
cum liberis hominibus
de Gerardi interitu
ad presulem conqueritur.
189 Conqueruntur comuniter,
quod tam liberalis, dives
et tam nominatus miles
captus vivens necatus est;
190 quem diligebant *principes, *f 151'
venerabantur comites,
cui frequenter nobiles
famulabantur milites.
191 Iusti enim iusticia
non erat ita cognita
per loca longe posita
ut Gerardi potentia.
192 Qui si timuisset Deum
et amasset episcopum,
solus terrae dominium
tenuisset subtus eum.
193 Et quia presul hominem
et comes tantum comitem
amiserant per hanc mortem
ab exosis compositam,
194 communiter statuerunt
et per fidem firmaverunt,
quod inter se non manebunt
qui odio necaverunt.
195 Per hoc ergo constitutum
oportuit quemque virum
de Gerardi morte reum
laxare natale solum,
196 domos, terras relinquere,
cum externis habitare,
exulari et vivere.
197 Oportuit et presulem
prophanis propter comitem
dare absolutionem,
qui Gerardo servierant.
198 Sub eadem vero die
in communi facta pace
a presule et comite
decretum est illos esse,
199 qui non rei de Gerardo
morabuntur in castello,
nec prementur ab aliquo
pro exclusorum hodio[b].

a) militia *corr.* malitia *c.* b) h *erasum c*

16. De redditione Sanctoberti[1].

200 Scripsi de Gerardi morte
inconservato ordine,
de illo volens finire,
mox reverti matteriae.

201 Nam in nocte qua Gerardus
recenter fuit mortuus,
viris Cameracensibus
adhuc condormientibus,

202 venerunt vasalli duo,
Tericus de Waslerio[2]
et Amandus de Dunio[3],
ex industri consilio,

203 ferentes claves presuli
de castello Sanctoberti,
ut redderentur pueri
pro Gerardo pignorati.

204 Cuius celantes obitum
convenerunt[a] episcopum,
dissimulantes, Gerardum
captum esse, non mortuum.

205 Qui magno artis genere
eiusdem noctis tempore,
mandato cum pontifice
nepote suo[4] Symone,

206 atque paucis convocatis
de hominibus presulis,
obtulerunt pontifici
Sanctobertum exhiberi;

207 pactione tamen tali,
si pueros reddiderit
et amicos illos sibi
componere voluerit.

208 Ad hoc ergo peragendum
fuit breve consilium,
quia diei proximum
iam videbant crepusculum.

209 Favet statim episcopus
factis petitionibus,
reddit infantes patribus,
receptis castri clavibus.

210 Quod presul in manu sua
tuta tenens fiducia,
familiam ibi locat,
quae castellum custodiat.

211 Á rusticis fit postea
pontifici securitas,
quod de tota sibi villa
servabitur fidelitas.

17. Quod episcopus idem castellum Simoni castellano reddiderit.

212 Querit Symon continuo
eorumdem consilio
*f 152. qui erant *cum episcopo,
ut hoc castrum pro puero,
sororis suae[5] filio,

213 quae fuit uxor Gerardi,
ut iustum est, donet sibi,
cui debet Sanctoberti
advocatio succedi.

214 Instat Symon vehementer,
instant sui adiutores,
ut eorum diligenter
agat precata pontifex.

215 Cui, credens bonum esse,
promisit castrum tradere
sub pollicitatione
veracis fidei suae.

216 Promisit Symon pariter
episcopo, ut oportet,
tales prebere obsides,
quibus de pace crederet.

18.

217 His omnibus sic peractis,
predicti duo vasalli
celatam mortem Gerardi
confessi sunt pontifici.

218 Ecce presul, Symon quoque
et qui simul affuere
seducti sunt empta pace,
quam dederat Deus terrae.

219 Gerardo namque mortuo,
descenderat pax de celo
et requies in populo
presso eius dominio.

220 Infantes ergo minime
necesse erat reddere,
composita nova pace
per Auctorem iusticiae.

19. De morte Egidii de Cinnio.

221 Dum sic agitur apud nos,
plurali fertur nuntio,
quod Gilius de Cinnio
mortuus[b] est in tornio[6].

a) cov. *c.* b) vel necatus *superscr. c.*

1) Idem quod Sanctus Autbertus, supra c. 7. 2) Wallers. 3) Denain. 4) *Filium amitae suae* Lamb. Waterlos p. 514. 5) Ermengardis, filiae Hugonis II. 6) Aliter Gislebertus p. 507: *in quadam guerra quam cum duce Lovaniensi habebat comes Namurcensis.* Cf. epitaphium: *L'an mil cent et XXXVII, III[e] jour devant le my-aoust trespassa messire Gilles de Chin, ly boins chers, qui fut tué d'une*

222 Est igitur admiranda
in hoc Dei iusticia,
quod Gerardi trux collega
infra dies quadraginta[1]

223 post illum qui est occisus
occisus est et Gilius;
quos pares in sceleribus
compar prostravit obitus.

224 Ita mori meruerant,
qui adversus Dei matrem
et Nicholaum presulem
incessanter peccaverant.

225 Hec fortuna tanta talis
ad presens est laudabilis,
dum choruscat miraculis
et moratur in prosperis.

226 Quae heri stans odibilis
et de werra terribilis
fit hodie amabilis,
pacifica et humilis.

227 Versatilis est fortuna,
in qua fides non est firma;
nam hodie si sit bona,
cras veniet importuna.

228 Quod verum esse predico
per illa quae episcopo
mox accidisse video
sub brevi quidem termino.

20.

229 Nam de castro sibi dato
atque nuper adquisito
dum putat esse fortior
et in pace securior,

230 monet Symon episcopum,
Gerardum sciens mortuum,
ut, donec habet licitum,
donet ei Sanctobertum.

231 Quod, sicut est dictum supra,
sibi dare pepigerat,
data inde fidutia
per bona testimonia.

232 Pepigerat Symon quoque
episcopo pari fide,
hinc obsides bonos dare
et per sacra confirmare,

233 quia illo de castello
nullum dampnum aliquando
eveniret episcopo
neque successori suo

234 nec civibus Cameraci
nec patriae circumstanti,
sed communi pace tuti
forent *cives et rustici. *f. 152'.

21.

235 Cumque Cameraci cives
percipiunt, quod antistes
a Symone agressus est,
ut castellum ei donet,

236 ne tribuat, contradicunt,
qui pactionem nesciunt
nec privatum consilium
inter se nuper habitum.

237 Quando sciunt, non alia
dant presuli consilia,
nisi ut in manu sua
Sanctobertum retineat.

238 Tali enim munimine
atque tam forti obice
potest presul magnifice
malivolis resistere.

239 Quod si Symon possideret,
qui nunc eius amicus est,
si quandoque cor mutaret,
hanc turbare terram posset.

240 Qui tenet per circuitum
hinc Paluel, hinc Osgium,
turrim apud Inciacum,
Haveranchurt[2], Crevicorum.

241 Ergo Symon[a] totam sibi
terram optat ancillari,
qui in rure Sanctoberti
se postulat introduci.

242 Nam, ut dixi, si animum
converteret in odium,
ab urbe cives liberum
nullum haberent exitum,

243 nec externus civitatem
ingrederetur quispiam
nisi per ipsum Symonem
aut per conductum aliquem.

244 Sic civitas circumclausa
neque intus neque extra
valeret necessaria
exercere negotia.

a) Symo *corr.* Symon *c.*

lance et est eius qui tua le gayant (de Reiffenberg praef. ad 'Roman de Gilles de Chin' p. XXXVII. et quae hic v. 5512 sqq. (p. 187) narrantur. Minus recte 'La chronique du bon chevalier messire Gilles de Chin' ed. Chalon, Mons 1837, in 8°, p. 139, causam mortis dicit *moult grant fièvre, et ossy pour les grans cops et navreures que il avoit rechups en plusieurs batailles et estours où il s'estoit trouvé.* S.

1) Gerardus occisus est d. 6. Iulii, Aegidius mortuus d. 12. Augusti. S.

2) Havrincourt (départ. Pas-de-Calais).

22.

245 Intelligit[1] episcopus,
quod verum dicit populus,
sed a Symone coactus,
ut attendat fidem eius,
246 si deberet exulari
et adversa multa pati
et ab honore deponi,
247 oportet tamen presulem
aut volentem aut nolentem
conservare suam fidem.
248 Nam consulunt sibi omnes,
archipresul et presules,
ut servetur data fides,
talesque donet obsides
249 Symon ille de castello,
quod presul et communio
sint positi in securo
sub tempore perpetuo.
250 Ita mandat, ad Thumium
nepotem venire suum
recipere Sanctobertum
concessione civium
251 et obsides exhibere,
ut spoponderat facere,
et quibus presul credere
de perfecta possit pace.

23.

252 Ecce simul conveniunt
presul, Symon ad Thumium;
offert presul dare castrum,
Symon nequit sequi pactum.
253 Nam de casatis omnibus
et presulis hominibus
non vult esse obses unus
pro Symonis profectibus.
254 Adductos secum milites
offert Symon in obsides,
sed ad tantas sponsiones
parum erant credibiles.
255 Inde[a] capto consilio
per clericos et laicos,
offert antistes tercio
castellum nepoti suo.
256 Vocatus Symon totiens,
revocantem despiciens,
non vult audire presulem
nec á se missum quempiam.
257 Est presto presul reddere,
presto Symon recipere;
sed obsides fiduciae
non videntur sufficere.

*f. 153. 24. *Quod Cameracenses comitem Balduinum sibi adsciverunt in auxilium.

258 Vadit Symon iracundus,
refutatis obsidibus,
et presto fidem[b] eius
conservare episcopus.
259 Nolente ergo Symone
ad presulem remeare
nec promissa peragere
permanentis fiduciae,
260 dicunt cives, episcopum
de fide esse liberum,
qui de castro pollicitum
non habet vadimonium.
261 Cives tamen non modice
dubitantes de Symone,
sicut de viro divite,
qui malum potest facere,
262 querunt sibi auxilium
á comite Montensium
atque Cameracensium
sibi casatos attrahunt
263 in firmam amicitiam
et bonam sustinentiam,
ligatos per communiam[2]
et per fidem exhibitam.
264 Querunt firmitatem pacis
pro potestate Symonis
et pro cunctis inimicis
salvo honore presulis.
265 Non enim volunt minui
honorem sui domini;
sed ut in pace stabili
ab undique sint positi,
266 iurant omnes communiter,
ipse Montensium comes
et casati et milites
atque Cameraci cives,
267 quod eorum hostis erit,
qui castellum Sanctoberti
introire presumpserit,
nisi ipsi concesserint;
268 et inde se alterutrum
viriliter adiuvabunt
et tamdiu Sanctobertum
unanimes obsidebunt,

a) In *corr.* Inde *c.* b) *superscr. c.*

1) Cum sequentibus conferas Lamb. Waterlos relationem, SS. XVI, p. 514 sq. 2) Foedus inter se iuratum hoc loco significare videtur.

269 donec fame defecerint
qui castrum custodierint,
aut se victi reddiderint
quos repugnasse noverint.

25. De obsidione Sanctoberti.

270 Ergo presul propterea
magna pressus angustia
ingemiscit et cogitat,
quid magis sequi debeat.

271 Si enim satisfecerit
nepoti suo Symoni
et hinc cives offenderit,
infideles sibi parit.

272 Et si ipse consilium
et velle facit civium,
offendit, inquam, Dominum
ob fidei mendacium.

273 Verumtamen presul ipse
neütrum valens facere
sine verbis calumpniae,
sine culpa discordiae,

274 estimavit maius bonum,
sufferre minas civium
quam peccare in Dominum
propter fidei transgressum.

275 Hinc Sanctobertum tribuit
nepoti suo Symoni
causa servandae fidei
iussu archiepiscopi.

276 His relatis rumoribus
ad comitem de Montibus,
festinavit velocius
cum Valenceniensibus

277 castrum illud occupare
et circiter obsidere,
ante affirmans capere,
quam debeat discedere.

278 Ad comitis auxilia
et prosternenda menia
pergit leta sine mora
Cameraci communia.

279 Precurrunt vero faciles
communiarum pedites
ad assultum, estimantes
introire velociter.

280 Oppidani se defendunt[a]
peditesque sic repellunt,
quod vulnerati fugiunt
atque confusi redeunt.

281 Comesque Montis *remeat, *f. 153'.
qui, priusquam castrum cadat
aut se victum ultro reddat,
non redire iuraverat.

282 Ex hoc initio mali,
quod ostenderunt Symoni
comes, cives Cameraci,
possum refferre nemini,

283 quantum Symon perturbatur,
quantum inde irascitur,
eo quod ab hominibus
qui sui sunt invaditur,

284 culpa sua nondum nota,
facta necdum iniuria,
nec ratione prodita,
cur inferant ei mala.

285 Symon tamen dolens sibi
amicos hostes fieri
et qui erant fide sui
infideles constitui,

286 alloquitur pontificem,
offert omnem iusticiam,
optans cunctorum solitam
tenere amicitiam.

287 Offert quoque, castrum reddi
in manibus episcopi,
servato iure debiti,
quod heredis est Gerardi.

288 Quod offertur a Symone
nolunt cives recipere,
nisi favente comite,
cui fidem iuravere.

289 Est ista res mirabilis
in hoc quod fidem comitis
optabant servare magis
quam presulis et Symonis.

290 Omnis terra admiratur,
quod vetus fides labitur,
nova vero erigitur
Sed cui magis creditur?
stans hodie, cras frangitur.

291 Videns Symon, cautus miles,
quod viri Cameracenses
effecti sunt sui hostes
et in nullo tuta fides,

292 castra sua magis firmat,
levat muros et reformat
queque fracta, queque lapsa
restituit et emendat.

293 Ob hoc sui sunt[b] commoti
et parentes et amici,
quippe qui non possunt pati
illum exhereditari.

294 Ad Symonem conveniunt,
consolantur et promittunt,
quia illum adiuvabunt,
quantum iuvare poterunt.

a) deffend. *corr.* defend. *c.* b) *superscr. c.*

295 Ergo circa universa
huius terrae confinia
ardent villas, vastant terras,
captant viros et bestias.

296 Ordinibus parcunt nullis,
nec clericis nec monachis,
nec suis beneficiis,
cunctos frangunt dies pacis.

297 Christiana et prophana
commixta sunt universa;
infra urbem atque extra
nulla manet leticia.

298 Nam dolores et lacrimae,
que videntur cotidie,
destructioque patriae
facit omnes condolere;

299 et pauperum tristicia,
contritio, miseria
sic divites exterminat,
quod nemo est quin doleat,

300 quicumque timet[a] Dominum,
quicumque amat proximum
et quicumque facit suum
alterius detrimentum.

26. De receptione comitis infra urbem.

301 Ob hanc tribulationem
valde intolerabilem
receperunt in hanc urbem
cives comitem[b] Montensem,

302 super suum episcopum,
*f. 154. *super suum castellanum,
á neütro consilium
requirentes nec assensum,

303 et collecta militia
atque urbis communia,
vindicare pergunt dampna,
que Symon eis fecerat.

304 Symon arsit, ardet comes;
predas facit, predant cives;
dampna sibi equaliter
non minora facientes.

305 Terram suam populantur
et quecumque pretenduntur,
sic omnia dissipantur[c],
quod bene se ulciscuntur.

306 Hec pro bono ducunt dampna,
quod in ultione sua
destructa est bona terra
et inculta derelicta.

307 De fructibus cuius terrae
atque eius ubertate
plus vicinis terris ante
replebantur domus suae.

308 Sed non curant cives inde;
nam pauperes malunt esse
quam á malo quod cepere
donec vincant abstinere.

309 Testor videns haec omnia,
quia non est gens altera,
quae sustulisset tot mala
ex voluntate propria,

310 sicuti gens Cameraci
sponte cupit ita pati,
ut nequeat superari
á Symone neque vinci.

27. De odio civium contra episcopum.

311 Quid laboro plus referre?
Possum quidem affirmare,
quod non in prisco tempore
neque nostra in etate

312 tanta fuit malitia,
quanta modo est exorta,
qua nescio invidia,
qua ignoro superbia.

313 Sed hoc heü! discidium
cives omnes obiciunt
super suum episcopum,
quod nimis est nefarium;

314 et odium portant sibi,
maledicunt et diei,
quo intravit et ascendit
ad culmen episcopii.

315 Cui in necessitate
non verentur ostendere,
quia contra eum valde
irati sunt pro Symone,

316 eo quod dederat ei
firmitatem Sanctoberti,
de quo estimabant sibi
evenire nichil boni.

317 Et stultis maledicere
non sufficit de presule,
sed minantur deponere,
fugare aut occidere.

318 Tamquam omnes sint insani,
locuntur de lege Dei,
de honore episcopi,
de statu sui domini

319 non sicut eius homines
christiani et fideles,
sed sicut aperti hostes,
quantum audent repugnantes.

320 Seniores Cameraci
potentioresque viri,

a) timent *corr.* timet *c.* b) *post add. c.* c) dissippantur *c.*

qui sufferunt blasphemari
nomen sui episcopi
321 et emendare negligunt,
sed rident, quando audiunt,
intendere hoc faciunt,
quod presulem non diligunt.

28. Quod cives domum Symonis prostraverint.

322 Universi fatentur, se
episcopi viros esse,
et trevias de Symone
nolunt ei concedere;
323 sed cum de[a] pace illius
et de treviis loquitur[b],
tanto magis irascuntur
et ledere moliuntur.
324 Qui Symoni ut ostendant
*suae pacis incuriam, *f. 154'.
prostraverunt domum suam
hac in urbe[c] valde bonam,
325 quae sedebat in sacrato
sanctae Mariae atrio,
cuius omnis violator
segregatur a Domino.
326 Ab illo die etenim
quo dicatum templum fuit
sunt infractores atrii
omnes excommunicati,
327 et ratione legali
nusquam possunt excusari
nec defendi, quin sint rei
excommunicationis.

29.

328 Presul vero die illa
qua fuit domus diruta
ad Thumium perrexerat;
unde redire dubitat,
329 eo quod Symonis domus
confracta est á civibus
de pace non curantibus,
quam querebat episcopus.
330 Et quia pax refutatur
atque presul despicitur,
bene fecisse dicitur,
quod urbi non regreditur.
331 Nam abbates, pacis viri,
et quidam cives intimi,
fideles et benivoli,
iam consuluerunt ei,
inter eos non morari,
332 sed ab eis se vitare
et ad tempus discedere,
ibi vero habitare,
ubi tuto sit corpore.
333 Talis énim posset homo
interfici fortunio,
unde ipse in maximo
remaneret periculo.

30. Quod presul ad Thumium confugerit.

334 Relinquens ergo proprium
huius sedis hospitium
per acceptum consilium,
hospitatur ad Thumium.
335 Ibi vitat[d] litigia,
ibi expectat omnia
quae conferunt certamina
Symon, comes, communia.
336 Spectat Dei voluntatem
atque misericordiam,
iudicium, iusticiam
á Domino dispositam.
337 Formidat enim apud se,
hanc radicem discordiae
hac in terra ortam esse
pro aliquorum crimine.
338 Quis hoc peccavit nescio,
sed hoc aperte video,
quod crescit tribulatio
et patriae destructio.
339 Qua crescente discordia,
maior crescit[e] malitia,
non leviter compescenda,
nisi Deus hanc compescat.
340 Nam per malos turbatores
fiunt inter se discordes
potentes duo principes,
Flandrensis[1] et Montis comes.
341 Quod quidem cives stimulant
et hortantur et incitant
inter eos et presulem
propter[f] predictum Symonem.

31. De discordia Montensis atque Flandrensis comitis.

342 Comes enim Flandriarum
comiti mandat Montium,
ut exeat Cameracum,
sicut amat semet ipsum

a) *superscr. c* b) *vocabulum septem fere litterarum erasum c.* c) urbē *c* d) iultat *c.* e) *post add. c.* f) *duae vel tres litterae erasae c.*

1) Theodericus; a Simone et episcopo in adiutorium vocatus.

343 et quicquid de illo tenet;
quippe qui homo suus est
et qui sibi, ut iustum est,
conservare fidem debet.

344 De quo si non exierit
neque terram dimiserit,
*f. 155. quam *iniuste occupavit,
sibi obesse asserit,
quocumque[a] modo poterit.

345 Pro hac ergo re audita
et minarum superbia
item iurat et affirmat
Cameraci communia,

346 quod ipsum Montis comitem
sustinebunt in[b] principem
adversus omnem hominem
preter regem et presulem[c].

32. De bello ante Osgiachum et de captione Symonis[1].

347 Audito vero postmodum,
quod apud Oÿsiacum
erat comes Flandriarum,
it Montensis contra eum.

348 Quibus congredientibus
et utrimque certantibus,
cepit comes de Montibus
complures de Flandrensibus.

349 Symon vero audaciter
prosecutus prosequentes,
ab inimicis pariter
inter captivos captus est.

350 Quem idem eius emuli,
qui erant parentes sui,
sterni videntes et capi,
cito laborant eripi.

351 Ereptumque de captura
et hostili potentia
reducunt sine morula
incolumem ad propria.

352 Eadem hora contigit,
unde Flandria doluit,
quod ibi sunt[d] interfecti
duo probi castellani,

353 ambo nati in Flandria
de gente Teutonica,
in longa noti patria
divitiarum gloria.

354 Flandrensis comes protinus
verecundus et commotus
pro defunctis barronibus[e]
et pro captis militibus,

355 submonuit Montensium
comitem per hominium,
accedere ad ius suum
de obiectis responsurum.

356 Loco dicto congregatis,
clamavit comes Flandrensis
super Montensem de suis
viris captis et occisis,

357 et de occupatione
civitatis Cameracae
atque regalis marchiae,
quam tenebat inconsulte.

358 Dicit enim, esse suum
per ius hereditarium,
ut conferat[b] auxilium
viris Cameracensium,

359 more Karoli comitis,
sui boni precessoris,
qui gavalum[2] Cameraci
possedit nutu cesaris.

360 Comes Montis respondebat,
quod contra se nil fecerat,
nec de viris quos ceperat
nec quos morti sors dederat;

361 unde offert iusticiam
per eorum sententiam
qui utrimque pepigerant
inter eos concordiam.

362 Ostendit ei postmodum,
quod venerat Cameracum
oratione civium
ad eorum presidium,

363 qui cesaris sub nomine
monuerant se venire,
Cameracum custodire
et marchiam defendere.

364 Quod iuste fecisse, sua
testatur conscientia,
cum sequi per iudicia
offeratur iusticia[f].

33. De taxatione civium.

365 Ergo Flandriarum comes
hoc audiens quod displicet,
et quod clamat nichil prodest,
cum odio partitus est.

366 Ecce Cameraci *cives *f. 155'.
de placito gratulantes,
quod inter ipsos comites
discordiae conversum est,

a) quomodocumque *corr.* quocumque modo *c.* b) *post add. c.* c) *e corr c.* d) fu͛t *c.* e) *ita c.* f) iusticiam *corr.* iusticia *c.*

1) His de rebus alibi nihil legitur. 2) De Smedt idem putat quod 'gave' vel 'gavene' dicit Le Carpentier ('Hist. de Cambray' I, p. 102) a Friderico I. imperatore comiti Flandriae concessum. Sed 'gavalum' iam Lietberti tempore Cameraci occurrit; SS. VII, p. 497 n.

367 propter Montensem comitem
taxaverunt pecuniam
inter eos non modicam,
sicut ei promiserant.
368 Quod cum audit Nicholaus
Cameraci episcopus,
prohibuit burgensibus,
ne taxaretur populus,
369 qui sibi commissus erat,
cum fieri non debeat
in civitate propria
nisi eius licentia.
370 Hoc enim est incognitum
per totum hoc imperium,
ut sit nec urbs nec oppidum
in potestate civium.
371 Haec precepta quae facta sunt
nil utique proficiunt,
sed plus iram exactorum
exacerbare[a] faciunt.
372 Nam propter hec prohibita
crescunt nummorum debita;
agentes haec et cetera
ad presulis contraria,
373 et nolentes concedere
constitutum pecuniae,
oportebat persolvere
coactos fortitudine.

34. Quod episcopus cives in banno tenuerit propter suam infidelitatem terramque comitis.

374 Eia dolens episcopus,
quod commissis pauperibus
nequit esse advocatus
iure sui dominatus,
375 huic datus contemptui,
civitatem Cameraci
totam in banno posuit
auctoritate Domini,
376 favente archipresule
atque bannum confirmante,
excepta confessione,
viatico, baptismate.
377 Canonicis et monachis
laudat divina fieri
portis clausis pro laicis
silentibusque classicis.
378 Familiis clericorum
et cubiculariorum
et conversis ad Dominum
plenum donat obsequium.
379 Similiter in Haunio[1]
fit divina defensio,
pari quidem consilio,
pari quoque constituto,
380 pro comite Montensium,
qui fregerat Sambucetum[2],
episcopi ius proprium
sibique successorium,
381 qui rusticos taxaverat,
sicut ipse plus poterat,
atque die festinata
persolvere coegerat.
382 Post hec mandat imbannita
episcopo communia,
quod iniuste catholica
tolluntur sibi debita,
383 et presto sunt et offerunt,
si redeat Cameracum,
quod venerabuntur eum
ut presulem et dominum
384 venientque respondere
atque sibi emendare
de quacumque poterit re
universos inculpare.

35.

385 Sciens presul, quod inique,
quod in lingua, non in corde,
quod in dolo, non in fide,
rogant eum remeare,
386 remandavit, Cameracum
se nequaquam rediturum
nec divinum officium
celebrare concessurum,
387 donec ille comes Montis
atque sui inimici
morabuntur Cameraci,
contra illum introducti;
388 quos in suam civitatem
contra eius *voluntatem *f. 156.
cives ipsi receperant
et res suas vastaverant.
389 Sed si donant fiduciam
prosequendi iusticiam,
Valcellis[3] dat illis diem
ante suam presentiam,
390 concessis firmis treviis
de omnibus inimicis
prope longeque positis,
391 ut cognito, illos iuste

a) exarcerbare c.

1) i. e. Hannonia. 2) Semousies (?; départ. Nord). 3) Vaucelles.

imbannitos extitisse,
iam profecti tutissime
tuti possent et redire.

392 Apud archidiaconum
dant cives vadimonium
subeundi iudicium
de culpa rerum omnium;

393 sed nisi de communia
nolunt offerre trevias
et nisi de militia,
que ad eos pertineat.

394 Quibus inscio comite
presul timens se credere,
ad illos statuto die
non presumit accedere.

395 Nec de ipso tam timebat
quam de[a] illis quos volebat
secum esse ad placita
alterutrum disposita.

396 Tunc quando cives audiunt,
non venire episcopum,
atque illi ad placitum
proficisci parati sunt,

397 conclamant, sibi iniuste
christianismum tollere
immeritoque perdere
iura legis catholicae.

398 Verumtamen sua causa
remanente inconcussa,
á presule exhibita
manet banni sententia.

36. De malis a civibus perpetratis.

399 Furentes cives ideo,
spreto Dei servitio,
quippe cuius non est timor[b]
ante eorum oculos,

400 non amplius considerant
de omnibus quid faciant;
nam vilescunt aecclesiam,
totum clerum et ordinem.

401 Apostate, increduli,
ut gentiles et Iudei,
depravant legem Domini
et prophanant iura Dei.

402 Ipsi namque ad Briastrum[1]
sanctum corpus dominicum
á pixide expositum
heü! terrae proiecerunt.

403 Apud Lesdengh[2] cives idem
Crucifixi imaginem
atque matris Dei formam
confringere non dubitant.

404 Et in Crevichori villa
ab eadem communia
prosternitur aecclesia
Ihesu Christo consecrata.

405 Sic sevientes agitant
et sic Deum inhonorant,
sic etiam vilificant
quecumque Deo pertinent.

37. De bello ante Crevichorum facto.

1138. 406 Stantes[3] ante Crevichorum
viris qui servabant eum[c]
per grave turpiloquium
comminantur suspendium.

407 Intus enim manentibus
promittunt altis vocibus,
sic fieri de omnibus
sicut de proditoribus.

408 Credo, quod nocent homines
tantae maledictiones
et tot linguae facientes
superbas comminationes.

409 Credo, quod, sicut legitur,
ante casum cor letatur;
nam risus qui pretenditur
cito in fletum vertitur.

410 Venit[d] namque Symon, suus
mortalis adversarius,
centum fere militibus
secum advenientibus.

411 *Quibus ense et gladio *f. 156'.
instantibus continuo,
audaces ut caudarios[4]
tremor apprehendit eos.

412 Valde enim exterriti,
capi timentes aut mori,
nulli repugnare ausi,
terga vertunt universi.

413 Videns Symon, quod fugiunt,
et milites qui secum sunt
innumeros accipiunt,
innumeros interimunt.

414 Referre nulli valeo —
nam veritatem nescio —,
quanta virorum captio,
quanta fuit occisio.

415 Miror valde, quemadmodum,
qua fortuna viri centum
exercitum tot milium
superare potuerunt.

a) *superscr. c.* b) timo *post corr.* timor *c.* c) *post add. c.* d) *novum cap. maiore littera initiali indic. c.*

1) Briastre. 2) Lesdain. 3) Cf. Lamb. Waterl. l. l. 4) Gallice 'couard'.

416 Fortasse permisso Dei
tunc accidit, sicut olim,
cum Saül mille perculit 1. Reg. 18, 7.
et decem milia David.
417 Nam hoc pati meruerant
qui sacratam ecclesiam
et sacrosancta fregerant
et insontes predaverant.
418 Defunctorum cadavera
sicut in die crastina
reperta sunt et sepulta,
abhorreat gens futura.
419 Nudi enim inventi sunt,
et uxores quae requirunt
viros suos, levant, vertunt
et neminem recognoscunt.
420 Sic enim sunt armis cesi,
de cruore inquinati,
ab avibus excecati,
quod nequeunt recognosci
421 Pergunt cives pro amicis
et pro coniugibus suis
ad lacerandum bestiis
et avibus expositis.
422 Quos interrant tamquam porcos,
binos, ternos, quinos, denos
opprobrio sempiterno
indecenter consepultos.
423 Et hi qui fuerunt capti
tam dire sunt coartati,
quod festinant semivivi 1138.
ultra posse se redimi.
424 Nam ob intolerabilem
tormentorum angustiam
promissam dant pecuniam,
et passi sunt tamen mortem.
425 Mortuorum extra castra
proiciuntur corpora,
super terram derelicta
sicut canum morticina.
426 Ó Datiana[1] rabies,
viperarum progenies,
quae mortuos et viventes
ita tormentat homines.
427 Senex nullus est hodie,
qui malum huic simile
in hac unquam civitate
commemoret accidisse.
428 Hoc dedecus et hoc dampnum
omnes meruisse credunt,
eo quod non timent Deum
nec honorant episcopum.
429 Pro hoc ergo miraculo
future genti consulo,
ut honorem dantes Deo
obediant episcopo,
430 et castellanum minime
querant exhereditare,
ne conformi stultitiae
malum occurrat simile.

38. De pace nobis reformata.

431 Post hos infelices casus
occurrit[a] quidam nuntius,
dicens, quod erat mortuus
imperator Lotharius,
432 et Conradus successerat,
de stirpe natus regia,
electus Dei gratia
ad regni gubernacula.
433 Qui audiens pestiferam
extitisse discordiam
inter cives et presulem,
ad suam illos curiam
434 proficisci commonuit,
Colonie quam tenuit
in sancto pascha Domini Apr. 3.
ad commodum imperii.
435 Rex enim factus noviter
vult, ut pacem stabiliter
conservent regni principes,
episcopi et comites.
436 Ergo Cameracensium
ante regem presentium
audivit rex discidium,
discordiam et odium.
437 Primo monstrat episcopus
querelam super civibus
de persecutionibus
et de taxationibus,
438 quas fecerant contra eum,
non timentes periurium
nec etiam Dei bannum
ob hoc eis impositum.
439 Monstrat et hoc, quod comitem
de Haunio receperant
terramque sibi dederant
atque fidem iuraverant.
440 Tunc presules omnes dicunt:
'Vota stulta frangenda sunt;
iudicamus sacramentum
istud nunquam attendendum';
441 neque licere cuiquam
urbem taxare regiam,
nisi per suum presulem,
qui de rege tenet terram.

a) occurri *corr.* occurrit *c.*

1) Nescio an de Dacis, Danis, vel de Dathan (Numeri 16) cogitaverit.

442 Ergo legati civium
quod temere abstulerunt
iudicio pontificum
restaurari convicti sunt.

443 Abiurant vero comitem
receptum per stultitiam
faciuntque fiduciam[a]
relocandi pontificem

444 in propria eius sede
cum gloria et honore,
inter eum cives quoque
reiurata firma pace.

445 His finitis, continuo
precepit rex episcopo,
ut bona suo populo
conferatur dilectio.

446 Precepit quoque civibus,
ut fide et operibus
honoretur episcopus
sicut debet[a] in omnibus;

447 terram simul custodiant,
castra quae nocent diruant,
aut super his ne noceant
fiduciam accipiant;

448 iusticia de casatis,
militibus et clericis
et eorum familiis
sit in manu pontificis.

449 Per has pacis pactiones
presul et sui homines
effecti sunt unanimes,
Cameracum remeantes.

450 De hac tamen concordia
facta in regis curia
fuit dolens et invida
atque contradictoria

451 illorum turba civium,
qui passi sunt detrimentum
tam de casu amicorum
quam ablatis[b] captivorum.

452 Sed quamvis illi doleant
qui parentes amiserant,
legati tamen regiam
pertimentes potentiam,

453 quod fecerant id facere,
quod iurarant id iurare,
vellent nollent, coegere
superbiam communiae.

454 Cognoscentes ad ultimum,
se per malum consilium
offendisse episcopum
atque suum castellanum,

455 terram vero *commovisse, *f. 157'.
immo totam perturbasse,
incendisse et predasse
nilque sibi profecisse,

456 dicit alter ad alterum:
'Peccavimus contra Deum,
contra nostrum dominium
incurrentes periurium'.

457 Recognoscentes etiam,
per maiorum superbiam
se fecisse stultitiam
contra Deum et presulem,

458 et in eorum capita
redundasse universa
malefactorum opera
et crevisse detrimenta,

459 quasi victi et confusi,
penitentes et trepidi,
ostensa fronte humili,

460 dilexerunt pontificem
et castellanum Symonem,
sacramentis concordiam
renovantes ad invicem.

461 Mox ille Montensis comes
et Nicholaus pontifex
per amicos et fideles
fiunt amici stabiles.

462 Hinc ipsa terra comitis
banno ligata presulis
absoluta fit hilaris
pro stabilitate pacis.

463 Et ut iusta[c] pax servetur,
petit comes et precatur,
ut Gerardus supradictus
in atrio tumuletur;

464 qui habens testimonium,
se recognovisse reum
contra Creatorem suum,
habere debet atrium.

465 Audito testimonio,
presul Gerardum ilico
fidelium consilio
sepelivit in[d] atrio,

466 in atrio de Senlecis[1]
secus fossam suae matris;
cui Deus pietatis
indulgeat de peccatis!

467 Sic his rebus compositis,
in hac terra tunc temporis
malum ubique siluit,
pax et amor effloruit[2].

a) *duae litterae erasae c.* b) *ita c.* pro ablatione *ut videtur.* c) iuxta *c.* d) in a. *post add. c.*

1) Salesches (départ. Nord). 2) Cf. quae de bello inter comitem Flandriae et Simonem gesto refert Can. Camer. c. 11, SS. VII, p. 505.

468 Et tam fuit copiosa
tunc rerum abundantia,
quod á cunctis est oblita
paupertas retro habita.

CONTINUATIO ALTIMONTENSIS.

1 His[a] scriptis nostra subdimus
et stilo nos apponimus;
nec tamen cuncta dicimus,
sed carptim quedam stringimus,
2 volentes nostris pandere
acta sequenti tempore.
3 Hic annus quem millesimum
et octies vicesimum
et cum his adhuc septimum 1167.
4 a pariente virgine
notat usus aecclesiae
5 vidit virum magnanimum
sepeliri exanimum
6 Cameracensem presulem
Nicholaum amabilem.

De Petro Cameracensi electo.

7 Post hunc Flandrensis comitis
frater Petrus á clericis
8 est electus ad cathedram
et regendam provinciam;
9 nec tamen sic canonice,
quin plus in fratre comite
10 timendo spem deponerent,
quam quae sunt Dei quererent.
11 Electus tamen iuvenis,
cum esset bonae indolis,
12 tenere *posset ordinem, *f. 158.
ni[b] post duxisset coniugem.
13 Sed frater comes sterilis[c],
cum esset absque liberis,
14 ne comitatus viduus
vacaret ab heredibus,
15 uxorem, non ut debuit,
his quae sunt Dei pretulit.
16 Sed qui divina negligit
non recte sibi consulit;
17 quod hic exemplo docuit.
Qui infra annum perdidit
18 et vitam et coniugium
pro quo negavit clericum[1]; 1174.
19 nam mors eum surripuit, 1176.
et spes eius evanuit.

De Roberto Ariensi.

20 Hinc Robertum de Aria 1174.
Flandrensis dedit curia,
21 ut regeret ecclesiam,
multam habens industriam.
22 Sed Iacobi satellites 1174.
in morte sua complices
23 sensit, et datus funeri
locum dimisit alteri[2].

De Alardo Cameracensi episcopo.

24 Post hunc archidiaconus
Alardus, nummis preditus,
25 pontificatum habuit[3],
sed diu non retinuit.
26 Nam mors et consecratio
unius anni spatio,
27 quem ista fecit presulem,
haec reduxit ad pulverem. 1177

De Rogero.

28 Hinc Rogerus aecclesiae
est ornatus regimine,
29 quem Wavrins ex nobilibus
ortum monstrat[d] parentibus,
30 qui famosi militia
potentes sunt in patria

31 De his[e] quos nominavimus
dictare cupientibus
32 grandis restat matteria,
si gesta scirent omnia.
33 Nobis tantum suffecerit[f]
scire, quis quem precesserit.
34 Primus horum quos diximus
Nicholaus munificus,
35 iam rite sumptis infulis
consecramento[g] presulis,
36 bis binos nobis solidos,
quos reddebamus annuos
37 pro nostra parrocheïa
in Altomonte[4] posita,

a) *Quae sequuntur alia manu vel certe alio atramento post addita sunt.* b) nisi *corr.* ni *c.* c) e *corr. c.* d) *post add. c.* e) is *e corr. c.* f) sufficiat (?) *corr.* suffecerit *c.* g) c. p. *post in marg. suppl. c.*

1) Cf. Sigeb. Cont. Aquicinct., SS. VI, p. 414. 2) Cf. Can. Camer. c. 21. 3) Cf. Sigeb. Cont. Aquicinct. 1174, p. 415. 4) Hautmont.

38 condonavit perpetuo
confirmans privilegio.
39 Post haec dedit altaria
quorum sunt haec vocabula:
40 Moncellus cum participe
Sancto Vedasto nomine[1]
41 et Villare[1] et Slemies[1],
ut scripti narrat series.
42 Sciant hoc nostri posteri,
orantes corde supplici,
43 ut qui nobis dant[a] terrea
consequantur etherea
44 et Trinitatem videant,
cum qua per secla gaudeant! Amen.

a) *post add* c.

1) Monceau-Saint-Vaast (départ. Nord); Villers-Pol; Semeries.

APPENDIX.

EX GESTIS ABBREVIATIS.

G Camer I,1. Auctores et[a] Camerace et Attrebati civitatis penitus ignorantur, licet antiquitas in defensione sui erroris multa de eis confingat, que non confirmantur aliqua auctoritate scripturarum, sed potius ab eis exorta sunt, qui non rei certitudinem, sed potius narrantium sequuntur involutam varietate multiplici confabulationem. Sed in scripturis antiquitatum frequentius predictarum civitatum mentio reperitur, quia et civium gloria, nobilitate morum, locorum situ, iocunditate fluminum, salubritate aeris, terrarum fertilitate specialiter commendantur. Maxime in historia Romanorum, in qua civitas Attrebatensis cum Commeo duce suo, militie veteris stipendiis egregio et in gentis[b] sue salute et patrie defensione ferventissimo, Iulio Cesari, cui patebant extrema Indie et Assirius Egyptusque parebant, quem Scotia, que nichil terris debet, et Saxonia paludibus inaccessa formidabant, muros clausit, rebellionem paravit, optans potius pro libertate mori quam turpiter sub tributo victa servire, gens nata dominari et potius ministrari quam
Luc Phars. I, 128. ministrare. Sed causa Iulii victrice diis placente, cum victa placuisset Catoni, Romani principis fortitu-
G. Cam. I. I. dinem sustinere nec declinare valens Commeus, dux prius invictus, ad deditionem tandem fuit coactus, multipliciter ammirandus in illa subita fortune mutatione, in qua se sic victum exibuit, ut ex ante gestorum meritis et libertatis amore princeps militie Romane constitueretur, sic servituti subiectus, ut libertatem non amitteret[c], sed collatus in partem victoris alios in servitutem redigere multipliciter elaboraret.

Camerace quoque civitatis liber, qui iubente Iulio á prudentibus viris de cosmographya[d] inscribitur et enumerat loca famosa Romano nomini subiecta, frequentem memoriam facit, et quantum distet a Bavaco, 18 scilicet milibus, evidenter ostendit[1]. Narrat preterea hystoria, quod Clodio Francorum rex gentilis . . . .

G. c. 12. Beato Vedasto successit in pontificatu Dominicus et illi Vedulphus. De quibus nichil aliud nobis reliquid antiquitas nisi successiones et nomina et quod sedem episcopatus Cameracum transtulerunt, viri, sicut credimus, sanctitate commendabiles, licet scriptores de ipsis pauca vel nulla sue posteritati in scriptis suis transmiserint . . . .[2]

c. 109. Rothardus . . . . . . iuxta ecclesiam sancte Dei genitricis, quam specialiter honoravit, in stilicidio aquarum de superioribus emanantium ob testimonium cognate sibi semper humilitatis sepelitur.

. . . .

c. 119. 1012. . . . . tumulavit Erluinum episcopum, qui canonicis ecclesie sue terciam prebendam, que de donatione episcoporum erat, donandam concessit in perpetuum.

cf. G III,58. Gerardus episcopus . . . . . . Sancte Marie Atrebatensis ecclesiam, quam celitus adveniens ignis penitus combuxit, cunctis videntibus reliquiarum ibidem inventarum con-
cf ib. III,49. fortatus miraculis, reparavit á fundamentis. Monasterium beati Andree apostoli, cuius specialem habebat memoriam, in Novo suo castro propriis inpensis extructum, multis donavit
p. 484. possessionibus et munivit privilegiis; cathedralem vero ecclesiam, quam pre ceteris dilexit,
III, 58. pre ceteris ornando beneficiavit, ampliata tabula aurea, utrique lateri altaris subrogavit argenteas — — et cele-
p. 488. 1051. brata est dedicatio 4. Nonas Ianuarii. Igitur instante tempore quo maturus annis migrare debebat a seculo, morbo febris acute corripitur, et inter manus suorum et fletus preciosam emittens

a) *post add.* c. b) ingenti *corr.* ingentis c. c) amiteret c. d) comomo gr. *corr.* cosmogr. c.

1) Cf. Antonii Itinerarium (ed. a. 1675) p. 177. 2) De sancto Gaugerico ex gestis eius uberius agit.

animam, vir pacis amator precipuus et conciliator discordantium, in ecclesia sancte Dei genitricis sepulture honorem consequitur.

Domnus Libertus, hoc nomine boni auspicii quasi libertas patrie nuncupatus[1], in Cameracensi ecclesia primo scolasticus, postmodum prepositus et archidiaconus, sub rege Henrico votis omnium Cameracensis ecclesie obtinuit principatum[2]. . . . . . .

Superveniente autem senio, presul de sua salute sollicitus, patrimonium suum apud
Lescines et alia quam plurima, sicut in privilegiis suis continetur, assignavit ecclesie Came-
racensi. In ecclesia sancti Auberti Camer. et in Monte Sancti Eligii canonicos regulares instituit, Erleboldum in in- G. Lietb.
stitutione canonicorum Sancte Crucis consilio et multis collationibus iuvit. Monasterio Sancti Gaugerici decimam c. 24. cf. p. 538
matere[3] istius civitatis dedit et multis aliis bonis exaltare studuit. . . . .*

CONTINUATIO.

Domino[a] Rogero felicis memorie successit nepos eius, filius inquam sororis sue, Iohan- 1191.
nes, in Cameraco maior archidiaconus et Attrebatensis decanus, iuvenis quidem probate
indolis et mirande pulcritudinis, quia speciosus forma pre aliis filiis hominum. Et licet in
. . . .[b] conveniant et in una sede morentur[c] . . . .[d]
debitorum onus portare et supererogata gratia subiectos in pace regere sciret efficaciter et *f. 116.
prevaleret. Et hac prerogativa meritorum, licet in ordine subdiaconatus esset electus[4], do- 1197.
minus tamen Willelmus Remensis archiepiscopus, apostolice sedis legatus, electionem factam approbavit[e] et[e] confirmavit auctoritate metropolitana et legationis qua fungebatur. Cum ergo predictus electus pro susceptione regalium ad imperatorem proficissi disponeret, apud Nivellam, ubi gerebat prepositure[e] dignitatem, consummatus in brevi, in fata feliciter concessit; raptus veraciter de medio, ne malicia immutaret cor eius, et ne amministratione suscepta, que vix aut numquam hac tempestate sine delicto aut lapsu geritur, aut[f] anime sue maculam contraheret aut opinionis sue integritatem obfuscaret. Sepultus itaque est in ecclesia beate Gertrudis virginis, quam dum viveret devotissime venerabatur, *in choro maiori canonicorum ad gradum sanctuarii. Quinque tantum elapsis ebdomadibus tribusque diebus a die sue electionis usque ad exequias memorande sue sepulture. Decedens autem ob memoriam sui sempiternam altare de Wolva inferiori in usus fratrum ecclesie sue liberum assignavit. Beatus, qui exopinato[g] virorum istorum transitu nullam rebus mortalibus inesse constanciam edocetur, nec in lubrico rerum secularium anchoram spei figit, ubi omnia generata velocius corrumpuntur, augmentata diminuuntur, alterata locis et temporibus transmutantur.

VERSIO GALLICA CONTINUATA.

Or[b] advint que ly clergies de Cambray seurent, comment ly archevesques[5] de Rains 1135.
avoit condempne l'evesque Lietart; si s'en allerent par devers l'archevesque priveement et luy noncherent, qu'il estoit revenus a Cambray oultre ses deffences. Et quand ly archevesques

*) *Praecipuas codicis lectiones, quibus editio SS. VII, p. 504. emendatur, annotasse sufficiat: p. 504, l. 19:* gavali; *l. 25:* Hafliginiense; *l. 29:* Lescines; *p. 505, l. 2:* Goi — Arrovasia — Rumilli; *l. 19:* domino Man.; *l. 20:* Oglium, Buseginium et Busseias; *p. 506, l. 6:* Vinciacum; *l. 11. in fine c. 11:* Que vero vel quanta presules isti sue sedi vel aliis contulerint ecclesiis, privilegia exinde facta nobis tacentibus propalabunt; *l. 24:* Bruges; *l. 27:* Crivecuer; *l. 46:* Symon de Oisi *(et ita constanter); p. 507, l. 8:* fiodati; *l. 16:* Auberti; *l. 17:* Parvinus; *l. 23:* Manfillatre; Tumium *(et ita post)*, Girardum (*l. 34. corr.* Ger.); *l 45:* Hannoie; *p. 508, l. 1:* vir in omnibus predicabilis; *l. 9:* Octovianum imp. Federicus: *l. 18:* satisfactionem promittens; *l. 36:* in posterum; *l. 39:* Sub diebus; *l. 53:* Hilsodum; *p. 509, l. 24:* quibusdam; *l. 35:* suorum *deest, l. 42:* creato *deest; l. 43:* ab Alexandro; *p. 510, l. 2:* conspiratio; *l. 19:* ad Acre *(post perperam corr.:* sacre*)* civitatis; *l. 24:* mancaldorum; *l. 31:* Haveraincort, Crievecuer, Wallaincort, Businies, Sains Obers.

a) *haec manu saec. XII. ex. vel XIII. addita sunt.* b) *abscisa.* c) *praeterea* for *legit Arndt.* d) *folium excisum c.* e) *post add. ead. m. c.* f) animam suam conturbaret *scr. sed del. c.* g) *ita c.;* inopinato *legendum videtur.* b) *haec secundis curis cum codice contulit V. Cl. Mau; in verbis vero saepe corruptis vel lectu difficilibus restituendis ope VV. CCl. Tobler et Holder-Egger adiutus sum.*

1) Cf. V. Lietberti c. 3: *divino praesagio nomen accepit Lietbertus, et merito, quippe qui liberaturus erat plebem sibi committendam de hostis rabidi versutis hiatibus, tantum rei publicae studuit libertati, ut suis imaginibus Lietbertus publica tranquillitas adscribatur;* cf. c. 9: *Libertas autem patriae Lietbertus.* 2) Quae sequuntur magnam partem ex Rodulfi V. Lietberti sumta sunt. 3) Matera sive materia cervisiae; de quo iure v. VG. VIII, p. 276, n. 3. Bethmann, qui in codice legit: *mathene* pro *matherie,* perperam correxit: *in Athene* (SS. VIII, p. 497 n.). 4) De Nicolao II. agitur. 5) Rainaldus II.

le sçeut, sy en fu moult courouchies, et pour ce qu'il sçavoit bien que ly evesques estoit bien de l'empereur[1], si dist as canonnes: 'Je noncheray au pape le gouvernanche et qu'il y[a] pourvoye remede cria (?)[b]. Je sçay bien que ly papes[2] luy donna l'evesquiet bien envis, mais ce fu par l'empereur, qui l'en pria moult amiablement'[3]. Et a tant ly canonne de Cambray revinrent en la cite, et ly archevesques de Rains envoya par devers le pape certains messages, qui luy dirent tout l'estat de l'esvesque Lietart, et comment il avoit desobeÿ a l'archevesque de Rains, et que ly paÿs estoit tout wastes par luy. Et si[c] luy conterent tout le fait de la ville du Castel-en-Cambresis[4] et le grant pite qu'il y avoit advenu par l'orgeul de l'evesque, qui n'avoit mie donnet trieuwes a ung chevalier[5], qui le werioit. Et quand ly papes tout ce oÿ, si fu moult tristres de ceur de ce qu'il avoit donne telle seignourie a Lietart, et dist qu'il y pourverroit de remede en[d] brief. Puis (?)[e] tantost ly papes luy manda qu'il allast parler a luy, et il ne l'osa refuser; mais y ala moult envys, combien qu'il ne sçavoit riens des canonnes qui avoient este a Rains; mais il se sentoit si haÿs de pluisieurs, qu'il se souçoit bien que on ne l'euïst greve devers le pape. Or advint que, quant il fu venus devant le pape, il se humilia moult au pape et as cardinaux; mais ly papes n'en fist nul compte. Mais il luy racompta toute sa vie, depuis qu'il avoit este evesques de Cambray; e il ne se sceut de riens excuser, mais il pria merchi au pape. Et ly[f] papes luy dist que, se n'estoit pour l'amour de l'empereur, auquel priëre il luy avoit donne l'evesquiet, ja mais evesqiet il ne tenroit; et adont luy en donna une en[g] Lombardie et lui fist renoncher a celluy de Cambray, et il le fist moult envis. Et ainsi perdy il l'evesquiet de Cambray, dont on eult grant joye ou[h] paÿs. Adont avoit ung trest vaillant homme entour le pape[6], lequel avoit a nom Nycollas, lequel eult l'evesquiet de Cambray, et luy donna ly pape, present l'evesque Lietart, et fu sacres de l'archevesques de Rains, et puis vint a Cambray, ou il fu rechups a grant honneur l'an de grace 1138, le 10. jour
1138. Sept 10. de Septembre. Quant ly evesques Nicollas fu rechups comme evesques, si enquist moult de le gouvernanche du paÿs, et liquel estoient amy a l'evesque et liquel non; et quant il sceut tout l'estat, si traita tant par devers les ennemis du paÿs, que par doulces parolles il mist paix en paÿs. Il fist tant que messire Gerards[i] Mallfillastre se repenti des grans guas[k] qu'il avoit fais au Castel-en-Cambresis et donna quantques[l] il avoit a l'evesque Nicolle pour faire refaire les eglises, qui avoient este arses par luy et par sa cause, et pria merchy a l'evesque Nicolle, et qu'y le vausist rasolre de ses pechies aussi bien que ce[m] en fust alle a Romme. Et[7] ainsi trespassa messire Gerars Malfillastre de ce siecle, et ly evesques Nycolles fist refaire les eglises du Castel-en-Cambresis bien et honnorablement et ce[m] fist amer de tous ses subges et de tous ses voisins et tint son paÿs en paix tant qu'il vesquy[n]. . . . . . .

. . . .

1167. Tant comme Pierre eult l'administration de l'evesquiez de Cambray[8], le paÿs eult bonne paix; car nuls n'eüst[o] peü soustenier la puissanche de Flandres a luy et pour luy preste et prochaine[9]. Son gouvernement fu comme de jeune seigneurs et nobles, et despendit les biens de son evesquiez en sa noblesse sans office. Car outre que ne fu en ordre, ainchois portoit non d'evesque, sans faire office d'evesque, en portant l'onneur et non mie la charge. En tant que apres che qu'il eult este pluisieurs ans eslus de Cambray, il lassa habis de clercq
1174. en portant habis lay, et vint a che a quoy avoit piech'a par avant tendut: c'est assavoir a mariage, et prit a femme le contesse de Nevers[10], auvecque laquelle toute voyes n'eult mie longe delectation. Car en la terre de sa femme bien peu apres morut soudainement et enterres fu a Hisodun[11].

Apres luy Robers, ne de bas lieu, mais bien fortune en office et benefices — car il estoit provosts d'Aire, de Saint-Omer, de Bruges et de Saint-Ame de Douay, tresoriers de Tours et chanchelier de Flandres, moult familier a Philippes contes de Flandres — fu, molt de cheulx de l'eglise reclamans, eslus evesque, esperans que il fortunat aussy bien l'eglese de Cambray, comme il avoit este jusque lors fortune de sa personne. Envoya a l'empereurs et puis y alla et fu recheüs a sa regale aux pryëres du contes; puis fu colloques et recheüs a Cambray,

a) il *c.* b) *ita legi videtur.* c) se *c.* d) ly *c.?* e) paw *vel* par *legi videtur.* f) luy *c.* g) *deest c.* h) en ou *c.* i) Grards *et infra* Grars *c.* k) epas *legi videtur.* l) quartques *legi videtur.* m) *i. e.* se. n) *sequuntur excerpta ex Lamberti Waterl. Ann., quae omisi.* o) neult *c.*

1) Lotharii. 2) Innocentius II. 3) Cf. Gesta Liethardi c. 1, supra p. 224. 4) Cateau-Cambrésis. 5) Gerardo Maufillâtre; cf. G. Lieth. c. 3, supra p. 225. 6) Haec longe a Gestis Nicolai, supra p. 228, recedunt. 7) Quam plurima praetermissa sunt. 8) Electus est a. 1167, sed consecrationem non accepit. 9) Erat enim frater Philippi comitis Flandrensis. 10) Mathildam. 11) Issoudun.

ou il promittoit grans coses sans grans esperanche des siens[a]. Et en icele prosperite concita
des plus grans de son evesquies en haÿne et envie, en tant que, luy passans par Condet[1] a
grans maingnie, de peu de gens qui le gatairent, fu ochis, des siens miserablement lessies,
et de mauvais cruëllement murdris. Puis fu de Condet portes a Aire, ou il avoit piech'a 1174.
ordonne sa sepulture.

Apres Robert fu Alard eslus, qui estoit archedyacres de Cambray et tresoriers, homme 1175.
douls et debonnaires et sans malisce. Ala a l'empereurs, fist son hommaige et retorna[b] a
Cambray, ou il gouverna douchement, et tant que de chascun se fist amer. Et attendut que
il estoit anchiën, faissoit aulcunes foix en son offisce plus que son aege ne requeroit. Ainsy
deffina ses jours, et fu a Vaucelles ensevelis l'an de grasce 1178[c]. 1178.

Apres Alard fu eslus messire Rogier de Wantquetin, archidiacres et tresoriers en Can. c. 23.
l'eglese de Cambray, et tantost fu par l'empereurs confermes et apres consacres a Rome par
messire Willamme archevesque de Rains et cardinal de Saint Sabine et ou conseil de Latran par pape Alexandre mittres avant que consacres. Quant retorna a Cambray, trouva
que le[d] contes de Flandres avoit achete et usurpes le Castiel-en-Cambresis; mais l'evesque
par bon advis et grans despens pourcacha et optint que le contes y renoncha parmy che que
toute sa vie en joÿroit de certayne[e] portion; et assignoit a l'evesque ou il voloit pour rechevoir apres sa mort 7 cent livres; lequel accord fu par l'empereurs et le roy de Franche
confremes. Rogiers dona a capitle sa jurisdiction ordinaire en cheulx de l'abit de l'eglise
et leurs censiers.

L'an 1181. tosts apres, ceulx de Cambray, qui par leurs commune faissoient des griefs c. 24.
a l'evesque et a l'eglise, furent par l'evesque appelles devant l'empereurs, qui abjuga et
revoca le communaulte de Cambray. Apres par aultres moyen d'argent obtinrent, que non
mie en nom de communaulte useroient, mais[f] soubs aultres nom, c'om appelloit paix;
mais depuis fu traittie une paix par le moyen de 8 personnes esleües de parties.

L'an 1185. de laquelle abuseient en tant que l'evesque en deplaisanche de ses subges 1185.
de Cambray a luy rebelles prist le chemin en Jherusalem, quant on y alla contre les Sarasins, ib. c. 25.
qui l'avoient subjugue. Et finablement le bon seigneurs a Tir fu reporte de l'obsidion[2], et
resigna a son eveschie et la morut, et fu ensevelis la en l'eglise Saint Creux soubs l'abit de
cannone reguliers. 1191.

Apres Rogiers fu esleüs Jehan son nepveu, fils de sa soers, archediacre de Cambray et
doyen d'Arras, jeune homme et soubsdyacres, lequel Guillaume archevesque de Rains et
legat confrema[3]; et soy desposans aler a l'empereurs vint a Nivelle, ou il avoit este prouvosts. Et le 5. sepmaine et troix jours apres son election trespassa[4] et gist a Saincte Gertrud[g].
Donna a l'eglise de Cambray l'aultel de Wolve inferieure[h].

Auquel succeda nobles hommes et du linaige de Frederic roy et empereurs des Romains Jehan[5]; lequelle estans en chemin de Rome a ung conseil general, les cytoiens de
Cambray empetrerent de l'empereurs confirmation de leurs privilieges, taisans que par le
sentenche de l'empereurs Octo estoient submis a ban royal. Et pour che a la pryëre du dit
evesque Jehan requirant la confirmation du dit ban fu la dite confirmation de leurs priviliege
des cytoiens revoquee[i] et annullee, et le ban royal contre eulx confreme. L'an 1208. et depuis
encore par cheluy Octo eult aultre declaration des coses dessudites de l'an 1210, et finablement apres le condampnation de Octo Frederic second luy confirma tout a Ais l'an 1215[6,*]. 1215.

PARS ALTERA.

Apres Jehan de Bethune fu evesque de Cambray Godefroy de Fontaines, fils du seigneurs 1219.
de Condet[7] en Haynnau. Et apres luy fu evesque de Cambray Guys de Laon, et puis Nicolles 1237.
de Fontaines, fils de seigneurs de Fontaines[8] en Hainnau, lequel fu moult grans clers et 1247.

*) *Manu rec. nomina addita sunt:* Nicolaus electus. Hughes. Pierre de Corbolio. Io. de Bethunia.

a) aous *vel* aens *legi videtur.* b) retoura *c.* c) MCLXXIII *c.* d) les *c.* e) cartayne *c.* f) sol *add. sed del. c.* g) Gertud *c.* h) *ita vocabulum subobscurum legendum videtur.* i) revoques *c.*

1) Condé, a Valenciennes ad septentrionem. 2) Supple: d'Acre. 3) d. 13. Sept. a. 1192. secundum Albricum, SS. XXIII, p. 869. 4) Error; obiit demum a. 1196. Cf. Ann. Aquicinct. a. 1196, SS. XVI, p. 505; Gall. christ. III, p. 33. 5) Omisit Nicolaum II. et Hugonem et Petrum de Corbolio, qui a. 1197—1200. sederunt. 6) Hucusque eum qui versionem fecit historiam continuasse, censemus. 7) Rogerii. 8) Walteri.

preudoms et plains de doctrine. Et fist pluisieurs lieus et edifisses en son tamps, comme le castieau de Selt, le casteau de Boussut et le Malle-maison et plusieurs aultres lieus.*

1275. Apres Nicolle de Fontaines fu evesque de Cambray Engherrans de Crequy. Et apres luy fu evesque de Cambray Jan d'Ausseine[a]. Et puis fu evesque de la chite de Cambray
1349. Pierre Andrien, natifs de Cleremont en Auvergne, lequel fu homme de grans vertus et de clergie et fist pluisieurs edeffisses en son tamps. Et fist faire le chambre de la ville ou les[b] prouvosts et eschevins de Cambray tienent leurs conseil et plaidourie pour la justice temporel, et rengnoit le dit evesque en l'an de grasce 1334[c].

1368. Apres Pierre Andrien Robers de Geneves fu evesque de Cambray, lequel avoit estes par avant evesque de la chites d'Arras et Terouanne et puis fu de Cambray; lequel estoit sages et discres, prudens et de saincte vie et grans virtus. Et quant il eult demoures en Cambray une espasse de tamps, il fu fais cardinal de Rome, dont il y ala demourer, et tantosts apres il fu eslus pappes de Rome, et y demoura toute sa vie. [Et[d] fut appelles Clement VII. de che nom. Et fist faire la porte Robert].

1371. Apres Robers de Geneves Gerars[e] Dainville fu evesque de Cambray, lequel avoit estes par avant evesque d'Arras et puis de Terouanne. Apres il fu fais eslus evesque de Cambray. Et estoit noble homme, natifs du paÿs d'Artois; s'estoit bon clers, prudens et saiges et plains de grans vertus et de saincte vie; et gist ou coers de Notre Dame de Cambray enpres le grans aultes. Et trespassa en l'an de grasce 1378, le 18. jours de mois de Juing. Priës a Dieu pour son ame!

1378. Apres Gerars de Dainville fu evesque de la chite de Cambray Jehan de Tserclaes, nobles hommes, natifs du paÿs de Braibans, lequelle estoit grans clers, preudens et de saincte vie et virtus. S'amoit paix, justiche, equites et faisoit plusieurs aulmonnes as povres gens et fasoit grans abstinences, austerites et penitanches por amour de Dieu acquerir, et amoit fort l'eglise. Se fu evesque du dit eveschies de Cambray l'espasse de 10 ans, 6 mois et 12 jours. Et gist en l'eglise Notre Dame de Cambray empres l'uis dales les 4 docteurs de saincte eglise.
1388 Lequel trespassa en l'an de grasce mil troix cens quatre vins et huit, 12. jours ou mois de Jenvier. Priës Dieu pour son ame!

1390. Apres Jehan Tserclaes fu evesque de la chite de Cambray Andrien de Luxenbourg, freres germain au contes de Sainct Pol ou paÿs d'Artois; lequel fu en son tamps bon clers, prudens et saiges et de grans vertus plains. Et fu evesque de la dicte chite de Cambray l'espasse de 13 ans. Et gist en l'eglise Notre Dame de Cambray empres le coers. Se tres-
1407. passa en l'an de grasce mil quatre cens et sept, le . . .[f] jours de mois de. . .[f]

1398. Apres Andrien de Luxenbourg Pier d'Ailli[g] fu evesque de Cambray, docteur en theologie, aulmonnier ou roy de Franche, chancelier de Paris, tresoriers de la saincte chapelle de Paris, archediacres de Cambresis; lequel fu evesque de Cambray 7 ans. Et eult plusieurs proches et dissention contre cheulx de l'eglise de Cambray pour garder ses droix episcopaulx. Et en fin il fu eslus cardinal de Rome et trespassa en l'an de grasce 1414, le 2. jour du mois de Septembre[1]. Et gist ou coer Notre Dame deriere le grans aultes.**

1411. Apres Pier d'Ailly Jehan de Gaures, fils de seigneurs de Lens en Haynnau, fu evesque de Cambray, homme saige, nobles et prudens et de saincte vie et vertus. S'amoit paix, justiche et equites et faissoit pluisieurs aulmonnes as povres gens; lequel fu evesque du dit eveschie de Cambray 25 ans et demy. Et est enterre en la dicte eglise de Cambray au coeurs empres l'uis au les devers saincte Anne. Et trespassa en l'an de grasce 1439, le 2. jours du mois de Septembre.

1440. Apres Jehan de Gaures et de Lens Jehan de Bourgongne, freres de bas du ducque Philippes de Bourgongne, fu evesque de Cambray; lequel estoit saiges, prudens et discrez et faissoit plusieurs aulmonnies as povres gens. Et fi sa residenche long tamps en la ville de

*) *Eadem manu qua supra nomina episcoporum partim hic omissorum scribuntur:* Engheran de Crequi. Jan d'Aussenne. Guillame de Hanonia. Guy de Collomedio. Philippe de Marigny. Pierre de Mirapice. Guy de Bolonia. Guillame de Auxonio. Guy de Vantadoro. Pierre Andrien.

**) *Manu rec. add.:* Scripsit doctissimum commentarium et . . . . .[h] in 7 psalmos penitentiales. Il edifia la chapelle du palais et la bibliotheque, ou il mit beaucoup de livres.

a) Dässeine *c.* b) le *c.* c) *ita errore manifesto c.* d) *haec post addita sunt c.* e) Gerras Danville *h. l. c.* f) *spatium vacuum c.* g) Daille *c.* h) *vocabulum valde dubium.*

1) Obiit a. 1420, d. 10. August.; v. Dupont, 'Hist. eccl. de la ville de Cambray' II, 5, p. 17, ex quo notitiam coaevam repetivit Tschackert, 'Peter von Ailli' p. 377.

Bruselle; se fist bonne justiche en son tamps en la chite de Cambray. Et fu evesque de
l'evesquies de Cambray 39 ans; lequel trespassa en l'an de grasce mil quatre cens et 80, le
27. jours du mois de l'Apvril a Malinez. 1480.

PARS TERTIA.

Apres le trespas de monseigneur Jehan de Bourgongne succeda en l'eveschiet de Cambray
monseigneur Henry de Berghes, docteur es droits et es loix, evesque de Cambray, comte de 1480.
Cambresis, prince du saint empire, chanchelier de l'ordre de la toison, seigneur de Stimes, de
Tourbisoul, de Welppe, de Dillebeck et d'Escaudoeuvre et cetera, fils de noble et vaillant che-
valier Jehan seigneur de Berghes et de dame Blance de Saint Simon la plus belle de Franche,
et frere a haults et puissans seigneurs Anthone abbe de Saint Bertin et de Sain Tron, Philippe,
Jehan, Cornille et Michiel de Berghes, chevaliers preux et de bon renom. Et fut esleüt en
Valencien en evesque de Cambray l'an 1480, dont la datte se poeult trouver en 'ECCe saCer-
dos MagnVs qVI In dIebVs sVIs pLaCVIt Deo'[1]. Le 22. jour de May et le 27. du dit mois fut es-
leüt a Romme consistorialment present notre saint pere Sixte pape IIII. Et che meïsme
jour qui fut esleüt yl eult sa provision par bulle apostolique. Et le 3. jour de May ensuit an
1484. entreprint le saint voiaige de Jherusalem auvecque 10 serviteurs et familiers, lesquels
il ramena sains et haities a Romme, ou yl fut recheüpt benignement du pape Innocent VIII.
et de tout le college, duquel yl obtint plusieures graces et cetera. Et en l'an 92 furent par 1492.
ycheluy J[ehan] evesque toutes offices celebrees en son eglise de Cambray qui se peulent ou
doibvent faire et celebrer par evesque et qui se troeuve en l'ordinaire: et le merquedi de
le sepmaine sainte le introduction des penanchiers, le cene, le sabmedi saint les bene-
dictions du feu, des fons, du chinon[a] beneit, 'et collatio omnium ordinum in magno altari et
cetera'. Apres en l'an 1501, en Novembre entreprint le voiage d'Espagne en la compagnie 1501.
de tres noble et tres puissant seigneur et prince monseigneur Philippe roy de Castille, archi-
ducque d'Austriche, duc de Bourgongne et cetera, et de dame Jenne d'Espagne son espouse
et de tres noble compagnie; durant lequel voyage yl visita le glorieux apostole saint Jacque
le maieur en la cite de Compostelle en Gallice affin en Marts au dit an 1501. Et dela se
retraÿ devers le dit prince a Madrid. Auquel voiage et paÿs feist de grands service et honneurs
au dit roy et a sa compagnie. Apres au mois de Jullet an 1502. ensuit avoir obtenu licence 1502.
du dit roy et du roy d'Espagne don Fernande et de toute la court, pour plusieurs causes ad (?)
ce le mouvant, se party de la cite de Toulette pour retourner en son paÿs de Cambresis,
noblement accompagnie. Et rentra en sa ville du Castel-en-Cambresis le joeudi penultieme de
Septembre, jour saint Michiel an dessusdit. Aulcunnement traveilliet de fiebvres et melancolie
dont yl s'alita. Et apres avoir fait ses besonges et ordonnanches et avoir recheüpt les sacre-
mens de sainte eglise bien et catholicquement, rendy son ame a Dieu en age de 55 ans ou
environ, par ung vendredi, 7. jour d'Octobre an dessudit 1502. Dont la datte de sa mort avecque
celle de son election[2] est: 'Et InventVs est IVstVs'; que Dieu voeulle par sa grace! Lequel prelat
estoit homme d'honneur, beau personnage et de grant stature et grave, blons et vairs, assez
sanguin, large et courte; dont la figure est en la chambre de paix de Cambray; et fut le corps
aporte en terre honorablement au choeur de le venerable eglise de Cambray au dextre lez,
le lundy 10. Octobre an dessudit, et les entrailles en le chappelle de l'hospital du saint Esperit
au Castel-en-Cambresis, qu'il avoit fait. Requiescat in pace! Amen[b,*].

*) *Alia manu vix legibili in marg. add.:* Il avait de son temps convenchie a faire . . . . lequel ensamble le crucifix este fait a despens de son execution. — *Et in marg. inf. fol.* 30'. *et* 31*:* En son temps environ l'an 1490(?) saulva la vie a ung josne homme de gherre nomme Sedech, lequel pour plusieurs malefices par luy perpetres et commis en divers lieux et paÿs et especialement en Cambresis, finablement prins en Cambray par le provost et mys en justice, fut condempne par messieurs de la loix d'avoir la teste trenchie tant que mort son enssuvyt, et de fait fut confesse. Et che temps pendant qu'il se confessoit et que le hourt estoit fait pour executer justice, le dit seigneur a la requeste d'aulcun bon personne, et attendu la jonesse et beaulte du dit delinquant, mene de pite et de compassion, et de puissanche absolute luy pardonna la mort et l'envoia requeire en plaine chambre par deux de ses escuiers et guites, auxquels apres plusieurs remonstrances et excuses et disant, ja mes non avoit veü ne trouve avoir saulve et cetera: leur fut rendu et restitue, et le menerent au castel de Sellez certes jours . . . . traitiet et cetera.

a) *sic c.; sed quid verbum significet nescimus.* b) *sequuntur epitaphia et alii versus magnam partem Gallica lingua scripti.*

1) Litterae quae numeros significant, monente V. Cl. Tobler, annum 1480. indicant. 2) Annos 22 per litteras indicatos ad a. 1480. addas.

HISTORIA HIRSAUGIENSIS MONASTERII.

Brevem hanc monasterii celeberrimi historiam duabus constare partibus, nuper V. Cl. A. Helmsdörfer luculenter exposuit[1]. *Prima paullo uberius de fundatione et primis abbatibus agitur; auctor ad testes rebus suppares provocat*[2], *praeterea Vitam Wilhelmi novit*[3] *et diplomate regis Heinrici IV. usus videtur esse*[4]. *Hanc relationem fortasse medio saec. XII. Annalista Saxo exscripsit*[5]. *Pars altera quo loco inceperit, non satis certe indicari potest. Et fortasse ab eius auctore etiam priorem partem non ubique immutatam esse servatam, conieceris. Certe eodem modo ubique de abbatum figura et corpore refertur; ita ut, nisi haec ex ingenio addita credas, eorum imagines scriptoribus praesto fuisse statuere debeas. Ut vero alteram partem inde a Volmaro incipere censeam, eo praesertim permoveor, quod dehinc semper etiam sepulchri locus accuratius indicatur; id quod antea non ita factum video*[6]. *Etiam hic scriptor res, quas ad initium usque saeculi XIII. retulit, bene habuit compertas*[7]; *sed praeter electiones, ordinationes et obitus vix quidquam memoria dignum indicavit. — Altera continuatio saec. XVI. demum exeunte addita est, quam a nostro consilio alienam omisimus.*

Codex unicus qui exstat est archivi regii Stuttgartiensis, *primis saec. XVI. annis*[8] *in membranis eleganter exaratus, quo brevis haec historia, notae quaedam historicae, et traditiones monasterio factae continentur, ex antiquiore procul dubio libro saec. XIII. exceptae, sed post additionibus nonnullis auctae. Ex quibus appendicis loco adiecimus altarium dedicationes saec. XII. factas, catalogum abbatum ex Hirsaugiensi ad alia eiusdem regulae monasteria transmissorum, denique alteram fundationis notitiam, qua etiam bona monasterio a fundatoribus tradita recensentur. Codicem benivole hic transmissum ipse cum editione contuli, quam, nisi fallor, vir de historia patriae suae bene meritus b. m. Kaussler ante 40 fere annos (1843. 'Zweite Publication des literarischen Vereins') magna diligentia luci dedit, indice copioso addito, quo tamen nomina hodierna et situs locorum haud annotata esse, doleo.* *G. W.*

*f. 2 1. Quo tempore corpus sancti Aurelii de Italia sit translatum, vel quando Hirsaugia sit fundata.

Anno dominice incarnationis octingentesimo tricesimo, anno autem Ludovici Pii imperatoris, Karoli Magni filii, decimo septimo corpus sancti Aurelii episcopi et confessoris de

1) 'Forschungen zur Geschichte des Abtes Wilhelm von Hirschau', Göttingen 1874, p. 3 sqq. 2) c. 2: *sicut ab eius* (primi abbatis Friderici) *professis accepimus;* c. 3: *sicut hii qui huic negocio interfuerunt testati sunt.* 3) c. 3. 4) c. 1. 5) A. 830, SS. VI, p. 574; a. 1048, p. 687. 6) Wilhelmum solum in medio ecclesie sepultum legimus c. 3. 7) Cf. Helmsdörfer p. 7. Sine causa tamen temporis decursu a diversis haec addita putat. 8) F. 23'. altaris dedicatio a. 1500. facta memoratur.

Italia translatum est, et Hirsaugia primum fundata[1]. Nothingus namque, Erlafridi comitis
filius, Vercellensi cathedra sublimatus, tribuente Mediolanensi archiepiscopo, venerandi
confessoris ossa, que in ecclesia sancti Dionisii eiusdem civitatis episcopi recondita erant,
cuius sepulchrum usque nunc ibidem honorifice recolitur, civibus ignorantibus accepit ac
paterno fundo, ubi postmodum Hirsaugia fundata est, invexit, ubi tunc eiusdem comitis
domus saltus fuit[2]. Sacre vero reliquie primum deposite sunt in ecclesiola, que in honore
sancti Nazarii martyris consecrata erat, sita in vertice prominentis collis, quousque ad ipsius
collis radicem condigno decore ecclesia construeretur. Unde et collis idem nunc usque de
nomine sancti Nazarii nominatur. Ecclesia constructa ac variis ornamentis decore adornata
in honorem sancti Petri apostolorum principis consecratur, ac sacrata ossa in eadem sunt
collocata. Ad quam omnem circumiacentis silve latitudinem a fluvio qui dicitur Deinaha[3]
usque in fluvium inferiorem *Richinbach et alia non pauca predia dedit ac cenobialis vite *f. 2'.
religionem ibidem esse instituit. Que et per multa tempora sub constitutis patribus in eodem
loco effloruit. Sed peccatis hominum exigentibus, que regnum in regnum transferri faciunt
et urbes opulentas inhabitabiles reddunt, ad tantam diminutionem spiritalis vite devenit, ut
deficientibus monachis in eorum locum clerici substituerentur, quia, ut scriptum est, non
propter locum homines, sed propter homines Deus eligit locum, seu, quod magis estimari
potest, quod per divinam providenciam ex hac diminutione ad maioris spiritualis discipline
ubertatem idem locus sublimari disponeretur. Quod et postea patuit. Sub hac ergo immu-
tatione aliquantis annis devolutis, possessiones ecclesie ab iniquis invasoribus distracta
sunt, manuscripta quoque, que ab antiquis principibus pro loci stabilitate facta fuerant,
disrupta, necnon castellum Kalwa nuncupatum in ipso ecclesie fundo est constructum. Hec
iniusta hereditas ad iniquos heredes per successiones devolvitur, quousque ad Adalbertum
comitem seniorem quasi hereditario iure ipsius loci pervenit providencia. Qui, avaricie
frenis laxatis, que ceteri parcendo intacta reliquerant, hic absque timoris Dei respectu quam
plura contraxit. Sed cum diu hac mala parta hereditate potiretur, contigit, beatum Leonem
nonum eiusdem nominis papam, avunculum videlicet predicti Adalberti, ad invisendum
regnum *Theutonicorum de Italia progressum, ad eundem ob consanguinitatis causam diver- *f. 3.
tisse[4]. Qui de fama sancti Aurelii audiens, pro certo scire cupiebat, si ipsius sancti viri
reliquie, ut fama tulit, in eodem loco reservarentur. Ex ipsius comitisque precepto accer-
sitis artificibus, non modica difficultate quesitum est ac desperatis rebus cassato labore
cessatum. Sed diligencia cuiusdam peritissimi artificis adhibita, qui ex Venecie partibus
cum filiis advenerat, qui etiam postmodum multa beneficia eidem loco arte sua admini-
straverat, subtercavatum locum ex malleorum repercussione advertit, nec sine magno
labore tandem subterlatentem parvam cameram invenit, in qua adornatum sarcofagum cum
ossibus venerandi confessoris Christi, apostolico omnibusque una gaudentibus, reperit. Re-
cognitis igitur ab apostolico causis, de quibus ad tantam defectionem spiritualis vite hic
sacer locus pervenerit, sub comminatione tremendi iudicii Dei prefatum comitem admonuit,
ut iniuste possessa relinqueret et sacre regule observatores in eodem loco restituere sata-
geret. Qua commonitione perterritus, vetere ecclesia destructa, que quidem spaciosa, sed
in modum veterum ecclesiarum sine columnarum sustentaculo constructa fuerat, novum
monasterium, quod ad nostra usque tempora permansit, construi precepit. Anno ab incar-
natione Domini millesimo quinquagesimo nono incepta est edificari ecclesia sancti Aurelii, 1059.
anno vero *millesimo septuagesimo primo consummata est et pridie Nonas Septembr. a *f. 3'.
Heinrico Spirensi episcopo dedicata. Missis etiam legatis ad monasterium Solitariorum, 1071.
quod vulgariter Einsidelen dicitur, abbatem cum quibusdam fratribus impetravit.

2. De domno Friderico primo abbate.

Anno millesimo sexagesimo quinto pridie Nonas Decembr. Fridericus abbas cum qui- 1065.
busdam fratribus advenit. Qui venerandus vir secundum seculi dignitatem ex ingenuis pa-
rentibus de Suevorum gente originem duxit. Mediocri statura erat, que nec multum brevis
nec satis longa videretur; in facie plenus, corpore erat robustus, nec tamen nimium crassus,
capillis subnigris, canis aliquantis intermixtis, capite in circuitu capillato. Hic lectioni et

1) Cf. diploma Heinrici IV. a. 1075, 'Wirt. UB.' I, nr. 233, p. 276. Sed haec fabulosa sunt; cf. Helmsdörfer p. 106 sqq. Aliam relationem v. infra.
2) Cf. V. Aurelii, AA. SS. Mai. VI, p. 48.
3) Teinach.
4) Neque de tempore neque de ipsa re constat.

orationi operam dabat, vigiliis et ieiuniis frequenter inserviebat. Vagationes et secularia negocia, que quidam flagranti animo amplectuntur, postponebat et contemplative vite dulcedine delectabatur. In tantum autem humilitate et spirituali occupatione pollebat, ut scriptorium inter alios scriptores habere perhibeatur. Pauperum vero curam tam devote exhibebat, ut ex his que in proprios usus cesserant necnon ex communi fratrum victu seu vestitu quantum suppetebat subtraheret et indigentium inopie subveniret. Habebat autem duodecim fratres tantum sub sui cura regiminis per constitutas annonas. Hii quidem subtus
*f. 4. *cucullis, desuper cappis utebantur. Sed electorum vita sicut aliis est odor vite in vitam, ita plerumque fit aliis odor mortis in mortem, quia unde piis exemplum boni operis tribuunt, inde sepe malivoli occasionem obtrectandi accipiunt. Unde et huic beato viro quietem, quam in Christo habere cupiebat, non spiritali exercicio, sed ignavie et desidie ascribebant quidam de fratribus, quippe qui nihil eorum exterioribus utilitatibus provideret, sed inerti tantum ocio vacasset. Qua de causa animum comitis in tantum illi offensum reddebant, ut, si aliqua causa excusabili prevaleret, illum iam de monasterii regimine depulisset. Igitur deliberato consilio maculam adulterii illi impingunt, ut ob hanc infamiam iusta ex causa depositus a plebe iudicaretur. Re vera autem nulla in facto, ut postea patuit, veritas fuit; sed quia vir humilis et quietus fuit, minus actuali vite intendens minusque se in pastorali austeritate formidabilem prebens, ideo exosum illum habuerant et ad magisterii gradum idoneum non esse pronunciabant. Viro autem Dei per potenciam comitis deposito, illatas contumelias pro Dei amore pacienter sufferens, nec locum deseruit, sed pacienter inter reliquos fratres quietus mansit, quousque Laurissensis abbas nomine Udalricus[1] veniens secum deduceret et in monte Sancti Michaelis, qui Ebernsberc dicitur, manere faceret, eo quod pridem illum pro vite merito familiarem haberet. In quo loco usque ad vite terminum
*f. 4'. mansit. Quo *defuncto, inventa est corpori eius cathena astricta; cuius ardoris in Deum vivens in corpore fuerit, in carne mortui investigari potuit. In eodem ergo loco sepulture traditur, et sunt quidam qui affirment, ad ipsius sepulchrum postmodum celitus signa non defuisse. Talis exitus domni Friderici primi abbatis, sicut ab eius professis accepimus, extitit. Prefuit annis tribus.

3. De abbate Wilhelmo.

Secundus in regimine monasterii succedit domnus Willehelmus, gente Bavariorum ortus; statura procerus, in anteriori parte capitis calvus erat, in occipicio capillos raros habebat, faciem productam et cerulei coloris, vocem grandem, digitos manuum longos et totum corpus extenuatum. Hunc quidam de fratribus antea cognitum habebant, et deposito domno Friderico, cum legatione comitis ad monasterium Sancti Emmerammi martyris Ratispone, in quo conversabatur, devenerunt. Quem ab abbate et a fratribus obtinuerunt, secumque deducentes, monasterii regimini preficiunt. Qui iniqua predecessoris sui deiectione cognita, satis displicuit factum. Sed cum mentem comitis de eius sentencia irrevocabilem cognosceret, nec ordinari nec in choro in sede abbatis stare voluit, quamdiu illum in hac vita superstitem cognovit, sicut hii qui huic negocio interfuerunt testati sunt.
1071. Quo de hac vita postmodum cicius migrante, quarto Nonas Iunii, quo die anno illo ascensio
*f. 5. Domini evenerat, consecrari consensit[2]. *De quo plura quidem possent enarrari; sed libellus de vita eius descriptus satis de his instruit lectorem. Hic namque plurimorum animas ad Deum exhortando perducere studebat et fama sue bone conversationis nonnullos ad sancte institutionis propositum attrahebat. De hac etiam causa quam plures tunc maxime seculum relinquere coacti sunt, quia maledictio anathematis, que super Heinricum quartum regem facta est, in tantum regnum Theutonicum infecit, ut nullus pene tute posset in seculo conversari, quin aut regis fautoribus consentiret aut illorum vindictas experiretur. Unde ad eum quam plurimi potentes viri ex ordine clericorum seu laicorum velut ad quoddam asilum confluebant, in tantum ut plus quam centum quinquaginta monachos congregatos haberet absque multitudine fratrum barbatorum[3], quorum conversationis auctor ipse primus extitit. Tunc enim ex toto in hac provincia monachilis conversationis pene fervor tepuerat. Preterea a secularibus seu spiritalibus satis amabatur. Erat enim vir columbine simplicitatis et magis Dei provisioni in cunctis suis dispositionibus intendebat quam proprie seu aliorum

1) A. 1056—1075; v. Chron. Lauresh., SS. XXI, p. 413 sqq. 2) Cf. V. Wilhelmi c. 2, SS. XII, p. 212.
3) De hoc nomine laicorum conversorum v. Helmsdörfer p. 92.

prudencie. Sub eo quoque maius monasterium constructum est. Coniunx[1] denique Her-
manni marchionis, qui suos clam fugiens ob summi Pastoris amorem pastor pecorum Clu-
niacensium[a] monachorum factus fuerat[2], ex proprio sumptu magna ex parte construxit.
Que pro quibusdam *causis offensa imperfectum reliquit. Sed ex sumptu, quem ad ipsum *f. 5'.
opus preparaverat, reliquum pene quod remanserat edificatum est. Anno vero ab incarna-
tione Domini millesimo nonagesimo primo dedicatum est. Congregatio tamen eo vivente 1091.
de Sancto Aurelio non recessit. In ipso autem anno, quo monasterium consecratum est,
tercio[3] Nonas Iulii de hac vita ad Dominum migravit et in ipso maiori monasterio in medio
ecclesie tumulatur. Prefuit autem annis viginti duobus.

4. De Gebehardo abbate.

Tercius constituitur abbas domnus Gebehardus, natione Suevus; literis bene instructus,
eloquencia clarus, in disponendis secularibus rebus satis idoneus. Equali statura erat, que
nec longa nec brevis adverteretur, crine nigro, capite in circuitu capillato, corpore crassus.
Hic in Argentinensi civitate sub clericali habitu constitutus, vinum, quod in eadem pro-
vincia fratribus excreverat, per potenciam abstulerat; sed pro commisso admonitus, de hac
re compositurus iactanter et inflato animo cellam ingreditur, utpote quem genus et divicie
efferebant, nil minus, ut specie demonstrabat, quam monachicum habitum desiderio gerens.
Sagaci igitur intuitu fratrum conversationem perspiciens, necnon venerandi patris alloquiis
illectus, subito mutata mente seculo renunciat et monachili scemate vestiri desiderat. In
quo cum aliquandiu sanus et incolomis *perduraret, qui omnium secretorum investigator *f. 6.
est, Deus, qui mortificat ut vivificet et qui ante gloriam spiritum humiliat, subito tanta cf. 1. Reg. 2, 6.
mole infirmitatis illum depressit, ut, membris omnibus resolutis, toto corpore per terram
reperet, scamnellis in modum clodorum sustentatus. Cum hac infirmitate aliquandiu atte-
reretur, tandem Dei respectu et ipsius predecessoris sui precibus adiutus, cepit paulatim
convalescere, quousque sospitati redderetur toto corpore. Tamen ex eadem infirmitate
semper in uno claudicabat pede. Postmodum prioris suscepit ordinem. In quo constitutus,
pro acquirendis sancti Petri apostoli reliquiis ad Romanum dirigitur pontificem. Qui ab eo
benigne quidem susceptus, hoc tamen quod petivit non obtinuit. A Cluniacensium autem
abbate tres crines de eiusdem apostoli capillis cum argenteo scriniolo accepit. Et priusquam
ceptum iter in remeando perageret, antecessorem suum de hoc seculo decessisse cognovit.
Reliquias siquidem extra monasterium in apto loco reservari fecit, et in ipsis Kal. Augusti
propter festum sancti Petri suscipiuntur. Quo die et ipse in abbatem eligitur eodem anno
quo maius monasterium consecratum est. Mansit autem usque ad 12. Kal. Aprilis, quo 1092.
consecrari renuit. Cum de hac re non minimum fratres mirarentur, hac eis ratione satis-
fecit: 'Quod tam diu', inquit, 'fratres, inordinatus mansi, non ob aliud quid feci, quam ut
mores meos vobis innotescerem et vestrum erga me affectum cognoscerem. *Nunc autem *f. 6'.
in vestro adhuc statuitur arbitrio, utrum abicere[b] an retinere me malitis'. Tunc demum ad
Constanciense oppidum perrexit et a Gebehardo eiusdem loci episcopo in natali sancti
Benedicti consecratur. Claustrum et omnes pene claustri officine sub eo constructe sunt. Mart. 21.
Vir denique honorabilis Wignandus nomine, Moguntine civitatis civis, eas ex proprio sumptu
edificavit. Sub eo congregatio de Sancto Aurelio ad maius monasterium transmigravit
anno 1092. Hic erat vir astutus ingenio, sepe simulans ea nolle que animo proponebat
facere. Erat et capacissimi auditus, ita ut que in semoto loco leniter dicta fuissent auditu
capere posset. Satis autem nominatus erat tam inter spiritales quam seculares pro pru-
dencia et eloquencia eius. Sub eo res monasterii satis ampliate sunt in prediis et edificiis.
Ipse primum aqueductum subterraneum in cellam duci fecit et muro cellam circumcinxit
pene totam. Post hec accidit, ut Heinricus quintus rex, qui regnum adversus patrem susce-
pit, colloquium cum principibus in Ratisponensi civitate[4] haberet. Ad quod et ipse vocatus
venit. In quo episcopatum Spirensem cum abbacia Laurissensi in die omnium sanctorum 1105.
accepit anno 1105. Qui maioris dignitatis gradum adeptus, minoris venerationis habitus Nov. 1.
est a cunctis, eo quod tante estimationis vir tam honorabilem locum pro episcopatu relin-

a) Clunic. *post corr.* Cluniac *c.* b) abiicere *c.*

1) Iudith. 2) V. Bertholdi Ann. a. 1073, p. 276. 3) 4. Non. Iulii minus recte Vita c. 24; cf. Wattenbach, SS. XII, p. 221, n. 30. 4) Ann. Hildesh., SS. III, p. 109, et Ekkehardus VI, p. 229, hoc Spirae factum esse tradunt; et certe rex Heinricus V. tunc ibi moratus esse videtur.

*f. 7. quere non renueret. In canticum etiam vulgi versus est, in tantum *ut, quodam in loco cum moraretur, cives eiusdem loci in ipsius audiencia choros de eo cantantes ducerent, quamvis illis in prosperum non cessisset. Nam amici eius cum militibus accurrentes, fustigatos illos disperserunt. Cum vero terminus vite illius immineret, cepit iam diuturnis languoribus fatigari. Et persuasus a quibusdam familiaribus amicis, decrevit secularia negocia cum episcopatu relinquere et ad pristinum monasterium remeare, ut, quos vivens deserere non recusavit, saltem vel mortuus iungeretur. Disposito igitur itinere de monte Sancti Michaelis qui Ebernsberc dicitur, ubi tunc forte manebat, in vehiculo deducitur, et antequam medium iter perficiat, a multitudine Spirensium deprehenditur, quibus omnino hoc celari iusserat negocium. Quos omnimodis exorabat precibus, ne propositum iter impediant neque se ipsos cum eius diutina infirmitate gravent. Et cum multum diuque in hac re consentire trepidarent, unus ex illis assurgens, ceteros hac voce alloquitur: 'Non', inquit, 'iustum nec honestum videtur, ut episcopum nostrum, quem legitime suscepimus, hac ratione a nobis separari viventem paciamur et alienis pondus infirmitatis eius sufferendum imponamus, quia, quamdiu in hac infirmitate subsistat, incertum habemus. Eligendus pocius est secretus ipsius congruus infirmitati locus, et per paucos idoneos ministros que illius necessaria *f. 7'. sunt ministerio exhibeantur, quousque, quid Dei presciencia *de eo ordinari velit, agnoscamus. Quod consilium cum placuisset ceteris, eligitur ei locus inter paludes Rheni Brůhsel[1] nuncupatus, quem antecessor eius meniis satis munitum reddiderat; sed tunc magna ex parte collapsa fuerant; hoc ei primitus fide confirmantes, ut, si de hoc seculo migrasset, absque ulla cunctatione ad monasterium corpus eius perduceretur. Tribus dehinc evolutis mensibus, in eodem loco diem clausit extremum, et ad monasterium, ut desideraverat, reducitur. Magno ergo cum honore suscipitur a Hirsaugiensibus et in maiori tumulatur ecclesia. Prefuit in monasterio annis quatuordecim, mensibus tribus; in episcopatu vero anno 1107. uno, mensibus quatuor. Obiit Kal. Martii.

5. Cum primum in monasterio fratribus intimatum fuisset, quod illorum spiritualis pater in episcopalis gradus dignitatem promotus esset, visa est inter eos aliquanta contencio versari. Nam alii molestias, quas ab anterioribus Spirensium presulibus pertulerant, rememorantes, aiebant, hoc eis omnino profuturum esse, si eundem abbatem quem et episcopum haberent, cuius auctoritate et defensione non parum comodi se habituros confiderent. Econtra alii, non hanc esse defensionem, sed magis inicium destructionis et eversionis possessionum monasterii, presertim cum episcopus cum multitudine militum multociens eos visitandi causa adiret, et per queque monasterii predia mansiones habiturus, et que ipsi *f. 8. *cum diutina sollicitudine congregassent, ille in brevi tempore dissipaturus fuisset. Sed et hoc nihilominus eis quam maxime pertimescendum, ne predia monasterii per amicos et milites per potenciam distribueret, et unde alia quam plurima monasteria destructa iam cernerent, sibi nihilominus imminere non dubitarent. Unde consultius eis videri, ut talem sibi abbatem eligant, qui inter illos modeste et regulariter vivat, quam illum super se stabiliant, cuius auctoritas magis terrori sit quam defensioni. Episcopus vero occulte per nuncios advocatum et fratres, quos ad hoc idoneos estimaverat, subnixius precabatur, beneficiorum veterum memores ut essent, ne se abici vel alium in loco eius abbatem substitui consentirent. Quod consilium fratres quoque non latuit Unde et ipsi abbatem eligere omnimodo accelerant, ut eius obtectos annisus intercipere valeant.

6. De Brunone abbate.

1105. Anno igitur millesimo centesimo quinto eligitur domnus Bruno senior[2], qui quondam erat canonicus et matricularius Sancte Marie Spire, licet aliquantis in eius electione non concordantibus. Sed multitudini pars minor consensum prebere non tardat. Electus est autem pridie Kal. Decembris, ipso mense, quo antecessor eius episcopatum suscepit, et in ipso monasterio a Richardo Ostiensi episcopo septimo Kal. Ianuar. ordinatus est. Hic mitis *f. 8'. et timidus homo erat et ex ipsa natura mansuetus. Corpore quidem *imbecillis fuit; sed propter fratris[3] amicorumque subsidium eum quam maxime eligere studuerunt, ut, si quid adversi ab episcopo obortum fuisset, ab his destrui potuisset. Nam frater eius vir potens

1) Bruchsal. 2) Nescio cur senior dictus sit; certe alter Bruno in abbatum catalogo non invenitur. 3) In cod. tradd. p. 42. legitur: *Luitgart, soror domni Brunonis abbatis et Conradi de Wirtenberg;* p. 96. et 97. frater Conradus de Butelsbach dicitur. Qua de re v. Stälin II, p. 175.

erat inter Suevigenas, de quorum stirpe descenderat. Virilis stature erat, recalvester et canicie respersus caput. Que disponenda in monasterio erant, maxime per subditorum industriam gerebantur. Nam pondera secularium negociorum homo quietus animo ferre non poterat. Et quamvis natura nobilis esset, nil tamen in habitu vel vestitu arrogancie ostentabat. Prefuit annis quatuordecim, mensibus tribus, diebus viginti duobus. Migravit de hoc seculo 10. Kal. Aprilis. 1120.

PARS ALTERA.

7. De Volmaro abbate.

Anno millesimo centesimo vicesimo constituitur domnus Folmarus consensu tocius congregationis. Electus est autem tercio die post discessum antecessoris sui. Et consecratur pridie Nonas April. ab Adalbertho Moguntino archiepiscopo in ecclesia sancti Albani Moguncie. Hic de Suevorum genere ortus fuit, procere stature, vir magne prudencie et clare eloquencie. Hic tam secularibus quam spiritalibus timendus videbatur. Sub hoc res monasterii satis sunt ampliate tam in prediis quam edificiis. Pro utilitatibus monasterii multos labores sepe pertulerat. Prefuit annis triginta sex, exceptis octo septimanis; quinto Kal. Februar. prima vigilia noctis de hac vita migravit. Tumulatur in maiori ecclesia ante 1156. altare sancti Michaelis.

8. De Hertwigo abbate.

*Domnus Hertwigus in abbatem eligitur tali consensu congregationis, ut ne unus esset *f 9. qui contradiceret. Hic primum fuit decanus, postea prepositus, dehinc camerarius in maiori domo Spirensis ecclesie. Electus est autem ipso die quo predecessor eius decessit, prima hora diei. Hic de genere Francorum fuit; sciencia litterarum clarus satis, seculari quoque prudencia non minus pollebat. Erat autem pius homo, placidus moribus. Hic multa bona, priusquam ad conversionem venisset, nobis contulit. Cum vero secularem vitam relinqueret, in varia supellectili, hoc est in auro et argento, in purpura et vasis argenteis, plura et varia donaria obtulit. Consecratus est autem Treveris ab Illino archiepiscopo quarto Nonas 1156. Mart. 4. Martii, quo die dominica secunda[1] evenerat quadragesime. Hic supplevit ebdomadas, que predecessori eius defuerunt de triginta sex annis. Nam octo tantum septimanis prefuit; octavo Kal. April. prima vigilia noctis, sicut predecessor eius, discessit. Tumulatur in maiori ecclesia ante altare omnium sanctorum.

9. De Manegoldo abbate.

Anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo sexto constituitur domnus Manegoldus abbas circa horam terciam ipso die quo precessor eius decessit. Hic erat statura brevis, ex cognatione predecessoris sui, annos etatis habens fere 60. Primum erat adiutor cantoris, et in ipso officio constitutus plus quam sexaginta libros fecit conscribi, amicis eius secularibus Dei et amore eius ad hoc sumptus administrantibus. Postea prior in maiori *monasterio factus. Eodem anno consecrandus multo et celebri comitatu Spiram proficiscitur, *f 9'. ubi fere viginti quinque monachi in sabbatho 12 lectionum autumnalis ieiunii a Gunthero Sept 22. Spirensi episcopo ordinantur. Postera die, hoc est decimo[2] Kalendarum Octobrium die, Sept. 23. consecratus est ipse, astantibus sibi sex abbatibus, festivis indutus vestibus, in domo sancte Marie Spire, die dominico. Hic gente Francorum ortus, placidus erat moribus, suavis, affabilis eque omnibus, humilis, castus et homo fidelissimus. Prefuit annis decem, mensibus quatuor, diebus septem. Obiit Kal. Augusti post meridiem. Tumulatur ante altare sancti 1165. Michaelis.

10. De Rûperto abbate.

Anno dominice incarnationis millesimo centesimo sexagesimo quinto domno Manegoldo abbate de medio facto, succedit ei in claustri regimine domnus Rupertus, vir procere stature, personatus facie et pulchra venerandus canicie. Hic gente Francorum ortus, placidus erat in moribus, consilio bonus et in rebus agendis circumspectus. Primum abbas fuit Gottesaugie[3], ubi dum importunitatem quorundam sua, non que Iesu Christi, querentium ferre non posset, relictis illis quos incurabiles vidit, abbacia se abdicavit et ad locum proprium

1) Invocavit; prima hic Estomihi computatur. 2) Lege: *nono*. 3) Gottsau prope Karlsruhe.

rediit. Postea prior ad Sconrein[1] destinatur; sed interiectis aliquot annis domno Manegoldo abbate hominem exeunte[a], domnus et abbas huic loco preponitur; ubi per undecim annos *f. 10 sedens, *quoniam dies mali erant et redimere tempus necesse habuit, fratres non ut voluit, sed ut potuit, rexit. Capellam sancti Nicolai, que est in maiori monasterio, fecit construi et caritatem, que fratribus ad cenam per annum ministratur, quam nos vulgariter cenam dicimus, ipse dari instituit. Ad ultimum fessus senio, cum labori tanto non sufficeret, absolvi peciit et impetravit. Prepositurамque Rothe[2] a fratribus, unde sustentaretur quoad viveret, accepit. Per annos igitur aliquot ibi laboriose vivens, iam ad purum excocta, si qua animam eius maculaverat, peccati scoria, nature debitum solvit et, ut ita dixerim, vitam vita commutavit. Rogatu suo in ipso limine ecclesie est sepultus, eo quod precibus calcantium cineres suos Domino se commendandum credidit attencius.

11. De Conrado abbate.

1176. Postquam pie memorie domnus Rupertus abbas, suscepti regiminis onere deposito, nomen et locum pastoris mutavit, domnus Conradus communi fratrum censura et acclamatione canonice et iuste sibi subrogatur, brevique tempore transacto a domno H.[b,3] Babenbergensi episcopo solenniter et officiosissime ordinatur. Itaque ad altiora provectus, ut Scrip- Eccli. 3, 20. tura refert: *Quanto magnus es, humilia te in omnibus*, ad omnia se omnibus proniorem exhibuit et, ut dicitur, nobilis quasi non vilis, dignitatem generis vite et morum nobilitate de- *f. 10'. coravit. Nam Suevorum nobili propagine ortus, comitis Hermanni de Kilhberg[4] *frater fuit. Hic sui curam non laute, sed caste et caute gerens, secundum verba Domini congruo tem- Luc. 12, 42 pore tritici mensuram conservis suis ubertim et plenarie erogavit, dum in disponendis ecclesie rebus admodum alacris et officiosus, fratrum usui necessaria solerti diligencia et studiosa sagacitate administravit. In mensa inter epularum convivia adeo largus et dapsilis habebatur, ut aut nullus aut vix ullus in hoc sibi parificari posset. Niger erat facie, statura mediocris, gestu et habitu corporis despicabilis, animi vero virtute utrumque graciosus et spectabilis. Duodecim annis prefuit et circa ultimum vite sue terminum apud cellam Sancti Gregorii, que Richenbach[5] dicitur, arduum negocium pro commodo eiusdem ecclesie exacturus, eotenus proficiscendi iter arripuit, illucque perveniens, crebris febrium ictibus pulsari cepit, et ut bonus athleta felici agone cursum vite sue consummans, in brevi diem clausit extremum[6]. Cuius corpus filii et fratres huius ecclesie cum timore Dei et paterna reverentia reducentes ac lugubres exequias pro eo celebrantes, ad introitum maioris ecclesie ante altare omnium sanctorum cum summo devotionis et honoris studio terre commendaverunt.

12. De Heinrico abbate.

1188. Anno millesimo centesimo octogesimo octavo post decessum domni Conradi abbatis domnus Heinricus unanimi voto, communi omnium sentencia abbas eligitur. Hic primum *f. 11. cantoris gerens *officium, velut oliva fructifera in domo Domini pluribus bonis hunc locum adornavit. Singula altaria oleo cum lampadibus decenter illustravit, vineas plantavit, predia ampliavit. Igitur operum eius fama crescente, fratres de Benwilre[7] eum sibi in abbatem expetunt. Apud quos cum aliquandiu commoratus esset, victus eorum importunitate et loci paupertate, sed et plurima sui corporis infirmitate, abbaciam resignavit, et ad nos denuo rediens, pristinum gradum et officium cantoris recepit. Postmodum nobis abbas ordinatus, per aliquot annos satis modeste et regulariter suam et subditorum vitam instituit. Dumque in processu temporis cure et negocia seculi contra eum nimis excrescerent, cum cervice corporis flexit rigorem mentis, et factus est in observatione sancte regule paulo remissior, quam tempora et mores expeterent. Ob hoc penitens et timens anime sue, licet renitentibus amicis suis et cognatis, abbacia se abdicavit et ad sustentationem vite sue prepositurам Rothe a fratribus accepit. Ibi ad dimidium fere annum in merore vivens et lacrimis, quarto Nonas Iunii de hac domo lutea transivit ad eternam, que est in celestibus. Prefuit annis octo; vir tenuis corpore, statura mediocri, raros pilos habebat in capite. Corpus eius iuxta ossa domni Ruperti abbatis humatum est in ipso introitu ecclesie.

a) exuente? b) N. c.

1) Schönrein in Franconia; de quo cf. 'W. UB.' II, p. 5. 2) Roth vel Mönchenroth. 3) Hermanno II. 4) Kirchberg. Cf. Stälin II, p. 405, qui 'Hartmanni' legendum esse coniecit. 5) Reichenbach in Nigra Silva; de cuius fundatione v. chartam 'W. UB.' I, p. 284. et II, p. 391. 6) Sept. 4; Necrol. Zwifalt. 7) Beinweil in pago Solothurn.

13. De Marquardo abbate.

Domnus Marquardus abbas, magnis natalibus ortus, unanimi sentencia capituli electus, *anno millesimo ducentesimo quinto dominice incarnationis obiens, fratribus orbatis et bono *f. 11'. 1205.
aliquo pastore reficiendis, seminarium infestissime dissensionis reliquit. Nam in primis pro libertate familie monasterii Romam pergens et post per alios identidem mittens, in camino ferventissime contradictionis pressurarum tempestatibus excoctus est. Preterea A[dalbertus] comes, advocatus monasterii, plenus minarum spirans, camerarium ecclesie ante fores monasterii captivaturus, prius in abbatem pro camerario stantem impetum fecit, et camerarium tenens, manibus a tergo ligatis, durius afflixit. Quo tandem soluto, solutus est etiam Sathanas a carcere, qui, consilio suo turbatis rebus, et directo dolo in manu impii, plurimam partem fratrum probris et contumeliis affectos a claustro procul fieri fecit. In qua dispersione pane arto et aqua brevi necnon aliis penuriis aliquandiu contriti, nisi divina gratia refecisset eos, ad nihilum redacti fuissent. Tandem, triumphatis omnibus emulis suis, et auctoritate apostolici mandati renovata libertate monasterii sui, simul etiam duobus lateribus in ambitu claustri, que collapsa fuerant, ad integrum renovatis cum muro, quem ante fores monasterii nobili opere satis eleganter inchoavit, sed immatura morte preventus ad plenum non perduxit; gravi namque molestia corporis arreptus et diutina animadversione quartanarum febrium cum effluente dissenteria quasi *persecutionis gladio nimis attritus, *f. 12.
tredecimo Kal. Februarii carne solutus est. Homo, cui vix nostris temporibus aliquis tante largitatis, tante benivolencie, tante fidei similis inveniri poterit, excepto quod maculis quibusdam tepitudinis et negligencie in claustralibus disciplinis cecutire videbatur. Prefuit autem annis octo, mensibus sex et septimanis tribus. Tumulatur ante altare sancti Nicolai.

DE CONSECRATIONE MAIORIS MONASTERII NOSTRI HIRSZOW. *f. 21.

Anno dominice incarnationis millesimo nonagesimo primo, indictione quarta decima, 1091.
sexto Nonas Maii, ex auctoritate et precepto domini pape Urbani secundi dedicata est basilica sanctorum apostolorum Petri et Pauli a venerabili domno Gebehardo Constantiensi episcopo, adiuvante honorabili presule Wormatiensi Adalberto, in nomine sancte et individue Trinitatis et in honore sancte et victoriosissime crucis sancteque Dei genitricis Marie et precipue sanctorum apostolorum Petri et Pauli sanctique Aurelii episcopi et confessoris et omnium sanctorum.

Altare summum.

Continentur autem in dominico altari venerande reliquie de sanguine Domini, de sindone, de pallio sancte Dei genitricis Marie; reliquie sancti Petri apostoli et sancti Mathie apostoli, Blasii, Leudegarii, Saturnini, Genesii, Faustini, Fortunati, Iusti, Probi, Albani, Kastuli, Kiliani, Allexandri et sociorum eius, Materni, Valerii, Aurelii, Eustachii, Erhardi, Udalrici confessorum; Anastasie, Margarete, Basille et Radegundis regine Francie.

Altare sancte crucis in medio ecclesie.

Altare sancte crucis consecratum est sexto Nonas Maii in honore sancte crucis et sancti Iohannis baptiste. Continentur in eodem altari reliquie eiusdem sancte crucis et sancti Iohannis baptiste, Mathie apostoli, Cornelii pape, Eventii, Theodoli, sanctorum Innocentum, Dionisii, Genesii, Donati, Exuperii, Sigismundi, Valentini, *Pancracii, Christofori, Pelagii, Wenceslai[a], Appolinaris martyrum; Iustini, Amandi, *f. 21'.
Germani, Marcialis confessorum; sancte Felicitatis filiorumque eius et Radegundis regine.

Altare sancti Benedicti in choro.

Altare medium ad orientalem plagam quinto Kal. Octobr. dedicatum est in honore sanctissimi confessoris et monachorum patris Benedicti et sanctorum patrum Anthonii, Arsenii, Mauri, Macharii, Hilarionis, Columbe, Pauli, Iohannis, Columbani, Galli, Magni, Othmari, Symeonis, Udilonis et omnium sanctorum monachorum et heremitarum. Continentur in eodem altari reliquie sancte Dei genitricis Marie, Mathie apostoli, Laurentii martyris, Benedicti, Galli, Othmari, Columbani, Symeonis, Udilonis abbatum, et sancte Scolastice virginis.

Romanorum pontificum.

Altare, quod est proximum medio in dextera parte, sexto Nonas Maii consecratum est in honore omnium sanctorum Romanorum pontificum. In quo continentur reliquie sancti Iacobi apostoli, Clementis pape et martyris, Allexandri, Kalixti, Stephani pape, Urbani, Cornelii, Fabiani, Marcelli, Gelasii, Gregorii, Leonis, Vigilii.

a) Wenceßlai *c., et ita saepius* β *pro* s.

Altare sancti Andree.

Altare tercium a medio in dextra parte quinto Nonas Maii consecratum est in honore omnium sanctorum apostolorum et euangelistarum et precipue sancti Andree apostoli. Continentur autem in eodem altari reliquie eiusdem apostoli Andree, scilicet dens eius, et sanctorum apostolorum Bartholomei, Philippi et Iacobi, Symonis et Iude, Thome, Iacobi fratris Domini, Mathie, *f. 22. Barnabe, *Iohannis et Marci euangelistarum, Agathonis, qui fuit unus ex 72 discipulis, et sanctorum martyrum Abundii, Valentini, Tiburtii et Valeriani.

Altare sancti Martini.

Altare quartum a medio dextrorsum quinto Nonas Maii consecratum est in honore omnium sanctorum confessorum et precipue sanctorum Martini, Silvestri, Gregorii pape et doctoris, Nicolai, Remigii, Udalrici. Continentur autem in eo reliquie eorundem confessorum sanctique Iacobi Zebedei, Blasii martyris, Augustini, Ambrosii, Valerii, Willibaldi, Severi Mediolanensis, Severini Coloniensis, Prosperi episcopi et doctoris, Hermachori, Hieronimi presbiteri et Maioli abbatis.

Altare omnium sanctorum.

Altare quintum a medio dextrorsum Kal. Augusti consecratum est in honore omnium sanctorum et sancte Mechtildis virginis. In quo continentur reliquie sanctorum apostolorum Andree, Iacobi, Mathie; Iohannis baptiste, Stephani prothomartyris; Clementis pape, Sixti, Donati, Hypoliti, Crisogoni, Pancratii, Valentini, Prothi, Iacincti, Cipriani, Blasii, Quintini, Sebastiani, Tiburtii, Senonis, Lamperti, Eustachii martyrum; Gregorii pape, Udalrici, Guillibrordi, Guillibaldi, Iustini, Aurei, Celsi, Valerii, Maximi confessorum; Cecilie, Barbare, Walpurge, Iuliane, Scolastice, Severe, Felicitatis martiris. Item reliquie de vestimento beate Marie Dei genitricis, de sepulcro domini Adalberti et Valentini martyrum, de terra sancti Udalrici episcopi.

Altare sancti Emmerammi martyris.

*f. 22'. Altare quod est proximum a medio in sinistra parte *sexto Nonas Maii consecratum est in honore preclari martyris atque pontificis Emmerammi et omnium sanctorum prophetarum. Continentur in eo reliquie sancti Mathei euangeliste, Blasii, Christofori, Valeriani, Pancratii, Valentini, Dionisii, Pelagii, Magni, Nicomedis martyrum; Wolffgangi, Erhardi, Burckardi confessorum; sancte Felicitatis martyris, Walpurge virginis.

Altare sancti Laurentii.

Altare tercium a medio sinistrorsum quinto Nonas Maii dedicatum est in honore sancti Laurentii martyris et sancti Stephani prothomartyris, Innocentii, Blasii, Mauritii sociorumque eius, Georgii, Sebastiani et omnium sanctorum martyrum. Continentur in ipso altari reliquie sancti Laurentii, sancti Iacobi fratris Domini, Mauritii, Blasii, Georgii, Sebastiani, Victoris Thebei martyris, Lamperti, Bonifacii episcopi et martyris, Kiliani, Marcellini et Petri, Romani, Naboris, Felicissimi et Agapiti, Exuperii, Genesii, Viti, Quirini, Theodori, Floriani, Senonis, Gangolfi martyrum.

Altare omnium sanctarum virginum.

Altare quartum a medio sinistrorsum quinto Nonas Maii consecratum est in honore omnium sanctarum virginum et precipue Agathe, Agne, Lucie, Cecilie. Continentur in eo reliquie earundem necnon Margarete, Walpurge, Scolastice, Otilie, Regine, Tecle, Eulalie, Basille, Concordie, Prisce, Iuliane, Helene, Felicitatis, Christine, Wiberade, Regule, Sabine, Kategundis, Gůthildis, Zoe, Affre, Ursule, Binnose, Viventie, Cordule.

Altare sancti Michahelis archangeli.

*f. 23. *Altare quintum a medio sinistrorsum quinto Nonas Maii consecratum est in honore sancti Michaelis archangeli et omnium celestium spirituum. Et in eo continentur reliquie sancti Thome apostoli, Agapiti, Sergii et Bachi, Nicomedis, Valentini, Tiburtii, Anthonini, Gangolfi, Ursi, Materni.

APPENDIX.

f. 17 SEQUUNTUR NOMINA EPISCOPORUM SEU ABBATUM QUI DE NOSTRO CONVENTU ET MONASTERIO AD ALIA LOCA DATI SUNT.

Domnus Diemo, martir et archiepiscopus, propter periculum excommunicationis, que sub Heinrico rege quarto facta est, primum abbaciam suam in Saltzburg dereliquit et pro desiderio vite perfectioris monasterium nostrum adiit. Postea ad eundem locum archi-

episcopus eligitur. Circa finem vero vite sue cum aliis quam plurimis principibus Hiero- 1101.
solimam proficiscitur et in itinere a paganis captus claro martyrio coronatur.

Gebehardus, frater Bertholdi ducis, ad Constantiam episcopus datur, vir magne sanctitatis et innocencie, cuius vita eximia luculento[a] sermone descripta habetur[1]. Ipse auctoritate et precepto domini pape Urbani secundi monasterium nostrum maius Hirsaugiense
dedicavit cellamque sancti Gregorii que Richenbach appellatur similiter consecravit. Tan- 1110.
dem virtutibus plenus in pace quievit, eiusque transitus in profesto sancti Augustini festive Aug. 27.
recolitur[2].

Gebehardus nostri monasterii abbas Spire episcopus constituitur, vir magne sciencie 1105.
et prudencie.

Dietgerus primum abbas ad Sanctum Georgium in Nigra silva datur, postea ad Metense 1118.
episcopatum eligitur.

*Nomina abbatum ad alia loca transmissorum *f. 17'.

Sigefridus abbas ad Schafhusen mittitur.

Diepoldus postea ad eundem locum datur abbas.

Heinricus abbas ad Sanctum Georgium datur.

Diethericus abbas ad Petrishusen destinatur.

Gisilbertus abbas ad Hasunga mittitur, et cum toto grege suo, pene quinquaginta fratribus, ad nos propter excommunicationem revertitur, quia in eodem loco eos non passi sunt permanere, nisi consentirent excommunicato regi[3]; quibus Deo dilectus pater Wilhelmus abbas cellam Richenbach ad habitandum assignavit, quousque pravorum conquiesceret livor. Postea idem Gisilbertus cenobio Rinhartsbrunn preficitur, cum quo etiam monasterium ad Ertpfurth procurandum suscepit.

Nothgerus abbas ad Zwivalta mittitur.

Gotefridus postea ad eundem locum.

Guntherus abbas ad Camberg.

Adalbero abbas ad cellam Sancti Petri[4].

Welicho abbas ad Altdorff.

Azelinus abbas ad Burren[5].

Otto abbas ad eundem locum datur, cum quo postea cenobium ad Rinowa[6] suscepit.

Hilteboldus abbas ad Maideburg.

Hugo abbas postea ad eundem locum datur.

Erckinboldus abbas ad Hugshoven[7].

Bruno abbas ad eundem locum datur.

*Wecilo abbas ad Laven[8] in provincia Carentinorum. *f. 18.

Sigewinus abbas ad Rosatz iuxta Aquileiam[9]. Hic Sigewinus cum alio nomine Gaudentio cum domno Wetzilone supradicto missi fuerant, et uterque abbacias absque permissu abbatis acceperunt. Sigewinus autem pro facto compunctus ad monasterium revertitur. Quem abbas Gebehardus ad comprobandam penitudinem eius in ultimo loco congregationis sedere fecit. Quod cum humiliter eum sufferre videret, proprio illum loco restituere non distulit. Gaudentius vero nec penituit, nec gratiam fratrum suorum obtinuit, ideoque inter abbates, qui de nostro monasterio dati sunt, illum non annumeramus; sicut nec domnum Manegoldum, qui interventu amicorum suorum Campidonensem abbatiam sine consensu fratrum suorum a Heinrico quinto rege obtinuit.

Esso abbas ad Beinwiler transmittitur.

Eberhardus abbas ad Odenheim.

Gerungus abbas ad Cellam domne Pauline[10].

Udalricus abbas ad eandem cellam.

Wolpoto abbas ad Gotzow[11].

Burckardus abbas ad locum eundem.

Rupertus abbas ad predictum locum.

a) luculenti c.

1) Iam perdita est. 2) Obiit d. 12. Novemb. Sed hic de memoria agitur. 3) Heinrico IV. 4) St. Peter prope Freiburg. 5) Blaubeuren. 6) Rheinau. 7) Hugshofen dioec. Argent.; cf. Mabillon, Ann. V, p. 441. 8) Ibid. p. 185. 9) E meridie Fori Iulii (Cividale). 10) Paulinzell. 11) Gottsau.

Rudolffus ad eundem locum abbas.
Wolfframmus abbas ad Babenberg.
Ermenoldus abbas ad Bruveningen[1] datur, vir sanctitate conspicuus, cuius gesta habentur[2].
*f. 18'. *Drutwinus abbas ad Breittenowa[3] mittitur.
Eckebertus abbas ad Bosowa.
Volpoldus abbas, qui et Hugo nominabatur, ad eundem locum.
Reginboldus abbas ad Naw[4].
Adelbertus abbas ad eundem locum.
Adalbertus abbas ad Elchingen[5].
Adelhelmus abbas ad Ammerburg[6], postea apud Mediolacum[7] preficitur.
Wernherus abbas ad Ertpfurt.
Heinricus abbas ad Breitenŏwa[3].
Diethericus abbas ad Schwartzah iuxta Herbipolim.
Conradus abbas ad Schwartzah iuxta Rhenum[8].
Hiltibertus abbas ad eundem locum.
Burckardus abbas ad Wingarten.
Diethmarus ad eundem locum.
Megingoz[a] abbas ad eundem locum.
Rudigerus abbas ad Tarissen[9].
Luipoldus abbas ad Wesbrunn.
Gotefridus abbas ad Brigantium.
Sigehardus ad Laurense[10] cenobium abbas.
Heinricus ad Blidenstatt abbas.
Conradus abbas ad Hornbach.
Conradus abbas ad Hugshofenn.
Marquardus ad Deckingen[11] abbas.
Conradus abbas ad Alperspach.
Bertoldus ad eundem locum in abbatem postea transmittitur.*

*) *Post add. f. 19:* Circa annum Domini millesimum quadringentesimum nonagesimum, reformato per fratres nostros monasterio in Schuttren, preficitur eidem loco domnus Iohannes Widel, variis officiis et dignitatibus nostri monasterii longa per tempora exercitatus et fidelis inventus; vir utique probitate, integritate, humilitate et sagacitate nostris temporibus nulli secundus.

FUNDATIO.

*f 25 Tempore Ludovici Pii et pie memorie imperatoris Karoli Magni filii erat in partibus Alemannie provincie quidam religiosus comes nomine Erlefridus; qui divina tactus inspiratione, ob amorem celestis patrie decrevit, Deo cenobiale monasterium construere in predio suo, in loco scilicet ameno qui Hirsaugia nuncupatur, idque Christo annuente feliciter et efficaciter patravit. Nam et monasterium edificavit, quod in honore sancti Aurelii confessoris atque pontificis, cuius etiam corpus sacratissimum ibidem reconditum est, consecrari fecit et fratres secundum regulam sancti Benedicti summo Regi militaturos collegit, quibus et de prediis suis, quantum ad corporalem sustentationem sufficeret, contradidit. Dedit enim prefatum locum cum viculis circumiacentibus et silva non modica. Dedit in Stamheim[12] ecclesiam et magnam eiusdem ville partem cum viculis ad eam pertinentibus. Dedit in Teckenpfrun[13] ecclesiam et quicquid ibi habuit; in Gilstein 12 hubas, in Mŏuchingen 12 hubas et ecclesiam; in Tŏffingen ecclesiam; in Muchelingen predium bonum.

Hec sunt autem nomina villularum: Lutzelenhart[14], Altbura, item Lutzelenhart, Ebers-

a) Megingoß *c.*

1) Prufening. 2) SS. XII, p. 480. 3) Breitenau ad Fuldam fl. 4) Langenau prope Ulm. 5) Ad Danubium. 6) Nescio an Amoeneburg vel Amorbach; cf. Helmsdörfer p. 56, n. 7) Metloch. 8) In magno ducatu Baden. 9) Teres in Franconia. 10) Lorsch, a. 1167; v. Chron. Lauresh., SS. XXI, p. 452. 11) Deggingen. 12) Stammheim. 13) Deckenpfronn, Gilstein, Maichingen, Döffingen, Münklingen; de quorum situ v. 'W. UB.' I, p. 280. 14) Lützenhardt, Altburg, Ebersbühl; cf. Stälin II, p. 694.

buhel, Cobelbach, Nagalthart, Ottenbrunnen[1], Hussteten, Gumprechteswiler, Sumenhart, Waltingswant, Wirtzbach, Calenbach, Altbura villa dimidia.

*Postquam ergo universa cum Dei adiutorio secundum propriam voluntatem consummavit et fratres, qui illic convenerant, regularis vite tramitem aliquandiu fideliter observarent, post illius obitum peccatis exigentibus sancta illa conversatio paulatim imminuta est, deinde etiam, quod dictu miserabile est, penitus deperiit. Substituti sunt in locum illorum clerici, qui non canonice, sed seculariter viventes, ea que solius Dei servicio mancipata fuerant coniugibus suis et filiis diviserunt. Perduravit hoc usque ad tempus Adalberti de Kalwa et uxoris eius Wieldrude[2]. Quorum corda Deus succendit, ut pristinam conversationem in predicto loco reparare cogitarent et, ut id efficacius fieret, omnipotentis Dei auxilium et virorum religiosorum consilium obnixe quererent. Supervenit per idem tempus Leo papa, avunculus eiusdem Adalberti. Qui sibi privilegium monasterii presentari fecit, lectisque litteris et cognita veritate, eidem nepoti suo sub interminatione divine ultionis precepit, ut absque dilacione monasticam religionem reformare studeret. Quod ille acsi de celo sonuisset suscipiens, cum omni diligencia sibi imperata perficere curavit. *f. 25'.

1) Ottenbronn, Ober-Haugstett, Gumprechtsweiler, Sommenhardt, Weltenschwan, Wirzbach, Calmbach.
2) Mox legitur: *Adalbertus comes senior de Kalwa, consenciente uxore sua Wielicha filiisque suis Brunone, Adalberto, Gotefrido ac filiabus Uta et Irmingarde, dedit ad monasterium sanctorum apostolorum Petri et Pauli sanctique Aurelii confessoris, quod est constructum in Hirsaugia, in Wile* etc.

MONUMENTA HISTORIAE TORNACENSIS.

Tornacum, praecipua Flandriae urbs, quae antiquis temporibus proprio episcopo et monasterio S. Martini gloriabatur, episcopatu cum Noviomensi coniuncto et monasterio destructo decidisse videbatur, saec. XII. vero utriusque vidit restaurationem. Quam describendam et praedicandam suscepit Herimannus, qui aliquandiu abbas praefuit, et litterarum studio magnum nomen sibi fecit. Filius erat Radulfi 'militis Noviomensis', ex Mainsende uxore, filia Herimanni praepositi S. Amandi, et ipsa ex ordine militari oriunda. Ille a Rabodo episcopo advocatiam Tornacensem adeptus, postea cum quatuor filiis, ut Herimannus fusius narrat[1], *sub Odone abbate monasterium S. Martini a.* 1092. *restauratum intravit. Ipse filiorum tertius tunc vix pueritiae annos tetigisse videtur, cum quartum adhuc 'lactentem et de cunis extractum' pater Deo obtulerit*[2]. *Sub Odone abbate, post episcopo Cameracensi, qui eruditione et studiorum liberalium amore magnam sui famam adeptus est*[3], *educatus, non parum in litteris profecit, postea abbati, ut ipsius verbis utar, serviebat*[4], *praeterea in monasterii negotiis non semel occupatus; nam concilio Remensi a.* 1119. *interfuit, post Ferrarias missus est, ut chartam Karoli Magni, olim, ut dicebatur, monasterio S. Martini datam et tempore invasionis Normannicae eo translatam reciperet*[5]. *Cum Karolus Flandriae comes Brugis a.* 1127. *interfectus esset, translationi corporis a Philippo rege Franciae mandatae a Symone episcopo accersitus testis affuit*[6]. *Postea praepositus electus, curam rerum temporalium suscipere debuit, sed somnio territus, ut de hac dignitate absolveretur petiit et ad studia rediit, libris scribendis et ecclesiasticae psalmodiae insistens*[7]; *praeterea 'festis diebus sermones in capitulo fratribus proferre' iussus est, quoniam, ut continuator eius ait, 'intelligentiam scripturarum et disertitudinem ea quae intellexisset proferendi ei Dominus concesserat'. Anno* 1127. *vero Segardo abbate, primo Odonis successore, defuncto, abbas electus et per decem fere annos hoc munere functus est. Si auctori qui opus eius in eodem monasterio continuavit fidem habemus, paralysi percussus dignitatem abdicavit*[8]; *sed, ut alius eius aetatis scriptor narravit*[9], *muneri non satisfecit, disciplinam neglexit, eoque permotus*

1) c. 59 sqq. 2) c. 63. 3) c. 1 sqq. Cf. 'Hist. littér'. XII. 4) c. 77. 5) c. 42. 6) c. 35. 7) Cont. c. 13. 8) Cont. c. 107. 9) Vita Hugonis abb. Marchianensis (Martene Thes. III, p. 1718), ex qua hunc locum describendum duxi. Hugonem Herimanni fuisse aemulum, facile perspicies, ideo verba non nimis magni facies; c. 11: *Preerat in Tornaco tunc temporis abbas Segardus, vir religiosus, bonae opinionis et melioris vitae; post Odonem, qui apud Cameracum in episcopum assumptus est, primus pastor factus est in loco illo. Et is Odo nostrum hunc Hugonem de fonte salutari suscepit, quem et iste Segardus fecit monachum, et dignum inventum sacris similiter sublimari fecit ordinibus. Cumque videret eum quotidie tendere in anteriora, si forte cum apostolo comprehendere posset, etiam in pascendis ovibus suis suum constituit coadiutorem, multum diligens et fidens in eum. Nec frustratus ab spe sua, quem in omnibus et prae omnibus Deo placentem, illis utilem, sibi fidelem in omnibus expertus*

est, ut voluntarie alteri locum cederet. Certe nec corporis nec animi vires Herimannus perdiderat. Sed bis, a. 1140. *et* 1142, *Romam profectus est negotia agens capituli Tornacensis, quod tunc proprii episcopi eligendi ius a papa Innocentio II. impetravit, ibique, ut ipse narrat, historiam monasterii sui suscepit inter octavas paschae et pentecostes (i. e. April.* 26. — *Iuni* 14*), dum in Lateranensi palatio degebat papae sententiam exspectans*[1]. *Neque tamen eam tunc temporis absolvisse videtur, sed libro etiam postea manum admovisse censendus est*[2]. *Anno vero* 1146. *etiam episcopo Tornacensi electo et consecrato, et ita veteri civitatis dignitate restituta, huius rei historia conscripta est*

est. Nam cum infirmitate et imbecillitate pressus propinquare se sensisset ad mortem, et apostolicae sedis legato forte inibi descendente, peteret absolvi et alium se vivente substitui, exauditus est, et electio alterius fieri fratribus imperata. Quibus non Dei, sed suum volentibus ordinare pastorem, eligere instituerunt unum ex ipsis, litteratura et parentela satis idoneum, sed de quo dubium non erat, quod non digne quaereret quae sunt Iesu Christi. Quod ut ille advertit, fidei zelo succensus, paratus ponere animam suam, cum consisteret peccator adversum se, et Dei iniuriam et illorum incuriam et abbatis periculum exuentis se, dum ille supervestiretur, potenti virtute fecit de medio. Et egit hoc arte sua, ne id fieret, quod utique male fuisset impletum. Siquidem res omnis ad hoc devenerat, aut istum abbatiam suam in manu sua retinere aut illi cedere. Nam et factum est postea, eo mortuo post aliquot tempus. Ad tempus, malitia vincente sapientiam, ille substituitur. C. 12: *Videns itaque sub tali cultore spinas et tribulos germinare terram, quae ferre solebat fructum bonum, contristabatur valde in mente sua et conturbabatur ab opere inimici et a perditione gregis et pastoris desidia. Verum non obliviosus sui nec in agro Christi sciens existere otiosus, terrae propriae manus inicit, et in matre sua, quam praefati sumus, semen fidei incipit seminare. Hortatur illam, ut suis acquiescat consiliis et ad Dominum convertatur. Respondet, quidquid iusserit se facturam. 'Vade tunc', inquit, 'et vende omnia quae habes et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo, et veni sequere me'. Et id etiam spondet; sed: 'Ubi vis', inquit, 'ut eam'? At ille: 'Egredere de terra tua et de cognatione tua, et veni in terram aliam, quam monstravero tibi, ut ibi quietius vaces Deo'. Et fecit sic, quia Spiritus sanctus loquens per os eius ignem amoris sui misit in mentem matris suae et fecit vehementer accendi. Cumque, relictis omnibus quae possidebat, educeret eam, Clementia nobilis comitissa, quae ducissa appellata est propter coniugium ducis, quem post mortem prioris sui coniugis Flandrensis comitis Roberti duxit, in terra Pabuli, loco qui dicitur Falsus-mons, monasterium construebat feminarum hoc in tempore, et audito quod mulier virtutis foret, multis prodesse posset, multis precibus instans, ad exemplum aliarum profuturam ibi voluit retinere. Sed ille non permisit, quia prope erat locus et vicinus cognationi suae, et adhuc manus eius extenta in opere sancto. Unde et multa (?) Noviomum in monasterium satis secretum et remotum ab hominibus, quod dicitur apud Sanctum Amandum, eam adduxit et induxit. Et manens cum ea per aliquot dies, docuit illam opera quae fecit ipse. Et condiens mentem eius et ventrem pane doloris et aqua angustiae, monebat facere poenitentiae fructus dignos et digne in omnibus conversari. Nec hoc quidem praetereundum, quod propter mortem Caroli gloriosissimi comitis, quae facta est in diebus illis, terra turbata adeo, ut quisque civium*[a] *caperet, spoliaret, perimeret, ipse absque conturbatione ante oculos pugnatorum eduxerit eam de terra ista in terram illam fidei*[b] *et orationis protectus galea. Et eduxit eam cum argento et auro, et nemo in omnibus suis turbatus. Nam quod factum est, factum est ei pro miraculo, qui sciens utique non fecisset*[c] *quod nesciens fecit. Necdum enim in via positus audierat de morte viri.* C. 13. *Rediens autem Hugo ad suos, tribulationem et dolorem invenit et nomen Domini blasphemari per multos. Quid etenim? Si caput languidum, et omne cor maerens. Dominatore inique agente, disciplinae totius vigor emarcuerat, dum non erat qui foderet circa illam et mitteret cophinum stercoris. Sed heu proh dolor! qualis pater, tales et filii. Inhospitalitatem sectantes absque omni tenore (?), caritatem non habentes, quod est vinculum perfectionis. Et hoc absque eo quod intrinsecus erat. Nam ista videntes, foris dedignabantur intrare, etiam qui domum illam oppido diligebant. Quapropter Hugo frequenter hominem convenire, secreto corrigere, ut se corrigeret, aut licere sibi egredi foras et ire alicubi ubi viveret Deo. Hii etenim qui suberant non modo facere quae dicebat, sed nec audire volebant eum, quibus gravis erat etiam ad videndum. Et ille non apponebat cor, nec facile movebatur ad talia, quamvis pro scandalizatis gravissime ustus scandalo eorum acerrime moveretur. Sed homo non acquiescebat dictis illius, sub tegumento manus eius volens abscondi, credens, quod suspicio mali aliquantulum tolleretur ab his qui foris erant propter eum qui intus erat, et manebat cum eis, quem omnes sciebant virum esse iustum. Quid plura? Non defecit oratione ad Deum, prece ad omnes, qui poterant subvenire consilio apud ipsum, verbis et monitis salutaribus, donec ille cessit, et alter qui dignus est in loco eius subrogatus fuit. Unde et usque hodie ipsius meritis imputatur, quod sano capite et ceteris membris sibi bene cohaerentibus servitur nunc Deo in domo illa sicut in diebus antiquis pari devotione et forsitan ordine districtiori.*

1) Ad hoc fere tempus pertinent quae c. 16. narrat; tunc inter 50. et 60. aetatis annum fuerit oportet; ideo c. 13. se ipsum in senium vergentem dicit. 2) Cf. quae de Norberto c. 86. dixit; c. 38. post a. 1143. scriptum esse videtur.

a) ovium *ed.* b) fide et oratione p. et g. *ed.* c) quod f. *ed.*

specie epistolae a capitulo emissae; cuius auctorem Herimannum fuisse, non possumus quin statuamus[1]. *Eodem modo et eodem fere tempore relationem confecit*[2] *de miraculis per reliquias b. Mariae Laudunenses in Gallia et Britannia factis, eaque multa notatu digna de Bartholomaeo episcopo Laudunensi, qui eius ope in investigando et describendo libro Hildefonsi Toletani usus erat, Norberto, fundatore ordinis Praemonstratensis, aliisque eius temporis viris doctis vel de ecclesiarum profectu bene meritis memoriae tradidit.*

Praefationem vero hic exhibemus, quippe quae non parum ad eius vitam et animum cognoscenda faciat:

Venerabili patri et domino suo domno Bartholomaeo Dei gratia Laudunensis urbis episcopo frater Hermannus, omnium monachorum peripsema, summis pontificibus in caelesti sociari curia.

Cum dudum in Hispaniam ad videndum gloriosum regem Hildefonsum, Feliciae materterae vestrae filium[3], profectus felicissimum ab eo promissum suscepissetis, quod, si secundo ad eum videndum reverteremini, daret vobis corpus beati Vincentii levitae et martyris necnon et casulam pretiosissimam, quam beata Dei genitrix sancto Hildefonso Toletanae civitatis archiepiscopo dederat ob remunerationem trium libellorum quos de virginitate sua composuerat, coepisti a mea parvitate quaerere, utrum eos denique libellos alicubi vidissem utque eos ubique perquirerem studiosius praecepistis. Cum vero eos in urbe Catalaunensi forte reperissem et vobis renuntiassem, protinus pergamenum comparatum mihi tradidistis meque ad praefatam urbem propter eos transcribendos direxistis. Scripsi ergo primo vitam eiusdem Hildefonsi, deinde praefatos eius libellos subiunxi. Quibus scriptis addidi miracula, quae praefata sancta Dei genitrix in Francia et Anglia fecerat per reliquias suas, quae in Laudunensi servantur ipsius ecclesia. Haec ergo miracula iussu quidem paternitatis vestrae composui, sed ut maioris auctoritatis essent et a nullo propter dictaminis rusticitatem despicerentur, parvitatis meae nomen illis praemittere[a] nolui, sed sub nomine canonicorum eius ecclesiae ea praetitulavi. Post ipsa quoque miracula subiunxi, quo modo divina misericordia in diebus vestris novem, immo decem monasteria vestro labore construi fecerit per domnum Norbertum domnumque Bernardum abbatem Claraevallensem, quorum nullum fuerat tempore quadraginta trium episcoporum praedecessorum vestrorum; vos autem singulis constructis abbates praefecistis, nec tamen antiquiora quae invenistis corrigere destitistis. Et si vita mihi comes Deo volente fuerit, etiam alia quae in diebus vestris contigerunt vel contingere videro subnectere proposui. Hunc ergo librum vestrae paternitati et ecclesiae Laudunensi relinquo in memoriam meae pusillitatis, ut particeps sim bonorum quae in ea facta fuerint.

Herimannus praeterea tractatum composuit 'De incarnatione Iesu Christi domini nostri', ut ipse profert, partim ex libro Anselmi Cantuariensis, partim ex sermone Odonis magistri sumtum. Nam modestia et grato animo quibus excellebat in praefatione loquitur, quam hic addere placet[4]*:*

Reverendo patri et domino suo Stephano Dei gratia Viennensi archiepiscopo frater Hermannus, omnium monachorum minimus, in aeternum gaudere cum Christo, de Christo, per Christum, in Christo.

a) praetermittere *ed.*

1) V. 'Forsch.' XXI, p. 439. 2) Sine causa hoc in dubium vocaverunt auctores historiae litterariae Gall. XII, p. 235. V. l. l. p. 435. 3) Haec c. 2. accuratius exposuit, ubi de Bartholomaeo episcopo ita refert: *Cognatorum siquidem eius excellentia non solum in Francia, sed et in Hispania, Burgundia quoque et Lotharingia praedicabatur. Hilduinus namque comes Rociensis, avus eius, duxit coniugem Adeladam, germanam domni Manasse Remorum archiepiscopi; ex qua genuit Ebalum comitem de Roci et Andream comitem de Rameruth, patrem Ebali Catalaunensis episcopi, septemque filias. Harum unam nomine Feliciam in Hispania duxit coniugem Sanctus rex Arragonensis et ex ea genuit Hildefonsum regem potentissimum, qui patri succedens in regno, fortissimas urbes et castella paganis violenter praeliando abstulit et christianis tradidit, Caesaraugustam scilicet beati Vincentii archidiaconatu famosam, Terrassonam quoque et Tutelam, Barbastam et Burgiam cum aliis multis, totaque pene Hispania sibi subiugata, adeo nominis sui opinionem dilatavit, ut ab aliis alter Iulius, ab aliis secundus Carolus vocaretur, ob memoriam illius praeclari Caroli Francorum regis, qui quondam Hispaniam victor subegit.* 4) Post Oudinum, Opuscula sacra veterum aliquot ... scriptorum (1692. 8), edita in Bibl. patrum T. XIV. et ap. Migne, Patrol. Lat. CLXXX, p. 9.

De benignitate, qua me de longinqua regione, id est de urbe Tornaco, quae in finibus Francorum sita metropolis Flandriae dignoscitur esse, venientem tam hilariter suscipere et vobiscum dignatus estis retinere, non quales debeo, sed quales valeo, vestrae paternitati gratias refero, utque ipse, pro cuius amore hoc fecistis, vobis Dominus retribuat pro me, ipsius misericordiam exoro. Quia vero maiestas vestra dignata est petere, ut opusculum, quod de incarnatione Domini parvitas mea fecerat, vobis ostenderem, ecce libens pareo iussioni vestrae, orans, ut, si quid in eo perperam dictum est, per vos corrigatur, quod vero bene, per vos approbetur.

Sciatis tamen, me in eo nihil de meo posuisse, sed quod in sanctis doctoribus legeram, et maxime in libro domini Anselmi Cantuariensis archiepiscopi, quem de eadem materia compositum 'Cur Deus homo' nominavit, velut in uno vasculo congregasse. Praeterea dominus Odo Cameracensis episcopus, piae memoriae vir, nostri coenobii, id est Beati Martini Tornacensis, primus monachus et primus abbas, qui me et patrem meum tresque germanos meos monachos fecit, et cui ego licet indignus in eiusdem coenobii regimine tertius abbas successi: is, inquam, abbas Odo in vigilia nativitatis Domini de eadem incarnatione eius sermonem perpulchrum et prolixum fratribus nostris in capitulo singulis annis facere consueverat, adeo ut, cum mane inciperet, usque ad horam fere sextam eum protenderet. Et quia tunc eram adolescens et capacis ingenii, non pauca ex eius verbis memoriae commendavi, quae nunc etiam referam vobis et omni legere volenti.

Herimannus procul dubio in itinere Romano sive primo sive secundo Viennam venit et iisdem fere annis quibus eum in libris historicis occupatum videmus hunc librum edidisse censendus est.

Anno vero 1147, *cum reges Ludovicus Galliae, Conradus Germaniae crucem suscepissent, et ipse Hierosolimam profectus neque, ut in fine libri eius de monasterio S. Martini adnotatur, reversus est*[1].

Virum 'litterali scientia adprime eruditum, divini verbi praedicatorem maximum' eum praedicat, qui historiae illi continuationem adiecit. Qui post a. 1147. *pauca tantum usque ad Walteri abbatis obitum et Ivonis electionem a.* 1160. *adnotavit. Ubi vero Herimannus substiterit et alter narrationis filum susceperit, non satis constat. Attamen quaecumque de episcopatu restituto in altera libri parte leguntur, huic tribuerim, neque loco in prima parte obvio, quo ad haec provocatur*[2], *ut aliter statuam, permoveor, sive haec verba post sint interpolata, sive Herimannus consilium non perfecerit. Attamen maxima continuationis pars ex altero eius libro, specie epistolae encyclicae scripto, quo episcopatus historiam et restaurationem enarravit, sumta est.*

Haec ipsa deperdita, sed epitome ampla in compilatione historica servata est, cuius auctor libellum de origine civitatis Tornacensis satis fabulosum, hanc encyclicam et librum de restauratione Sancti Martini excerpsit, ut pleniorem historiae Tornacensis exhiberet conspectum. Quem, quamvis et ipse in monasterio S. Martini post medium saeculum XII, abbate Waltero a. 1160. *mortuo, ut videtur, scripserit*[3] *et ita eodem fere tempore idem argumentum ac continuator tractaverit, ab hoc diversum puto.*

Herimanni libri praesertim iis se commendant, quae de rebus sua aetate gestis, de viris tunc temporis in ecclesia et civitate conspicuis memoriae tradidit. E nobili familia natus, litterarum scientia clarus, cum episcopis, abbatibus, comitibus praesertim Flandriae et adiacentium partium familiaritate

1) In Historia Tornacensi, de qua mox dicemus, 60. quidem restaurationis S. Martini annum, i. e. 1152, vidisse dicitur; sed procul dubio 50. ex praefatione Herimanni substituendus est; v. 'Forsch.' l. l. p. 435. Etiam in catalogo abbatum S. Martini saec. XII. scripto (SS. XIII, p. 384) de reditu nihil dicitur. Neque dominus Aegidius Du Quesne, bibliothecarius monasterii, in historia eius, quam a. 1650. confecit (Ms. Brux. B. 366), aliud quidquam compertum habuit; sed id tantum addit f. 88: *dies anniversarius celebratur, ut ex martyrologio constat,* 3. *Kal. Februarii, ubi scribitur: 'Istud anniversarium praecipue celebratur'.* 2) c. 43. 3) Duos locos, quibus a. 1146. praesens dicitur, quin ex encyclica exscriptos dicam, non dubito; v. 'Forsch.' l. l. p. 441.

coniunctus, in itineribus longinquis versatus, multa bene habuit comperta, quae, etiamsi a libri consilio aliena erant, huic inserenda duxit. Ideo non solum de monasterio et episcopatu Tornacensi egit, sed occasione data etiam de comitatu Flandrensi, de familiis in hac regione celebrioribus, immo de lite inter imperatores et pontifices Romanos acta retulit. Testes laudat abbates Iohannem S. Bertini[1]*, Gislebertum S. Petri Gandensis*[2]*, Sigerum praecentorem S. Mariae*[3]*, Balduinum Tornacensem advocatum*[4]*, alios, ex quorum ore quae facta erant acceperat*[5]*. De rebus vero ante suam aetatem gestis Sigeberti chronographia necnon chronica quadam in Marchianensi monasterio scripta usus est*[6]*; historiam vero episcopatus ex Vitis S. Remigii, Medardi, quam in coenobio S. Medardi Suessionensi pleniorem invenit*[7]*, et miraculis S. Martini ut illustraret studuit, praeterea catalogum episcoporum et chartas*[8] *adhibuit, unam a Paschali papa datam integram recepit*[9]*, a fabulosis vero narrationibus, quae suo tempore vendebantur, abstinuit. Rerum longinque actarum minus gnarus errores non semper vitavit*[10]*. Temporis ordinem parum respexit, sed quae memoriae occurrerunt chartae intulit, modo ad recentiora tempora procedens, modo ea supplens quae antea omiserat. Ecclesiae addictus, animum tamen aequum ostendit*[11]*; de curia Romana pecuniae nimis dedita candide iudicavit. — Sermone utitur bene culto; nonnumquam loquacior et in rebus minutis haerens. Vergilium et Sallustium aliosque antiquitatis scriptores legerat*[12]*; praesertim vero locis e sacra Scriptura sumptis orationem ornat. Viros de quibus refert loquentes inducere solet, et in historia S. Martini se ipsum auctorem ubique fere indicat, in encyclica vero uno tantum loco se rebus praesentem interfuisse monet.*

Non multo post Herimannum, ut supra diximus, alius S. Martini monachus eius opera excerpsit, quae superflua sibi videbantur, praesertim de comitibus Flandriae dicta resecuit, res aliter disposuit, nonnulla addidit. Praeterea libellum post visionem Heinrici canonici, quae a. 1141. *accidit, de antiquitate civitatis Tornacensis conscriptum, fabulis plenum, eodem modo sibi appropriavit, necnon alterum paulo post, ut videtur, scriptum excerpsit, immo alio loco integrum fere recepit. Etiam Vitas sanctorum virorum et episcoporum nonnullorum inspexit, Dionysii, Memmii, Piati, Eleutherii, Amandi, Eligii, aliorum*[13]*. Sed et ipse ad 'eorum qui nosse poterant relationem' provocat*[14]*, ipsum Herimannum eiusque successorem Galterum testes laudat*[15]*; alibi chartas se adhibuisse gloriatur*[16]*, et non semel de monasterii possessionibus accuratius refert*[17]*. Et quamvis fabulas eo tempore excogitatas propagaverit, de urbis patriae historia bene meruisse dicendus est. Sed nomen eius latet. Neque Iacobo de Guisia cognitum erat, qui ex hac compilatione non pauca exscripsit*[18]*, alia vero ex libro de antiquitate urbis Heinrico canonico tributo*[19] *et ex opere recentioris temporis Gallica lingua scripto sumsit*[20]*.*

1) c. 27. 2) c. 29. 3) c. 38. 4) c. 13. 5) Cf. Hist. III, 7 (cont. c. 4): *quae a maioribus nostris accepimus posteris tradimus.* 6) c. 49. 50; cf. c. 6. Codicem in monasterio Aquicinctino auctum habuisse videtur; c. 1. 19. 7) c. 79. 8) Cont. c. 1; cf. Hist. III, 2. 9) c. 88. 10) c. 17. pro Theoderico comite Alsatiensi Simonem ducem Auxatiae nominat; c. 84. Mosellam pro Mosa scribit, et quae sunt eiusmodi. 11) Cf. quae c. 84. de epistola Heinrici IV. dicit: *quam si legerit et non fleverit, videtur mihi duri esse cordis.* 12) c. 68. Hist. IV, 2. 13) III, 1. 4. IV, 10. Alium locum ex Vita S. Eligii sumtum in Libro altero de antiquitate urbis invenit. Quae III, 2. ex Vita S. Medardi afferuntur ex encyclica sumta esse, verisimile est. 14) Lib. I, praef. 15) VI, 10. Cf. V, praef.: *quae a patribus nostris narrantibus cognovimus*; VI, 8: *plures ex nostris testantur.* 16) Lib. I, praef.; V, c. 1. 10. 17) III, 8 (VIII. fin.); Add. ad Herim. c. 69. 72. 74. 18) Quae II, 29 (Vol. II, p. 104) ita inscribuntur: *Ex historia Tornacensi quae incipit: 'Tornacum itaque Galliae Belgicae civitatem antiquissimam esse etc.'* ex hac compilatione, non ex eius fonte, historia brevi iisdem verbis incipiente, sumta esse, locis inter se comparatis patet. Ita etiam II, 41 (p. 156): *Ex historia Tornacensi;* sed II, 65 (p. 248) sub eodem titulo habet quae nonnisi in historia brevi leguntur. 19) II, 65 (p. 248): *Ex historia Henrici canonici Tornacensis.* 20) IV, 53 (III, p. 358): *Ex communi*

Nescio tamen, num Heinricum illum inter rerum scriptores recte retulerint[1]. *Nam visionibus illius narratis dicitur:* Primam quoque constructionem civitatis Tornacensis in libro sancti Eleutherii legit, quam cordetenus retinens nobis scribendam et legendam tradidit; *quibus verbis indicari videtur, eum non propria manu librum scripsisse, sed visa et excogitata aliis narrasse. Neque quae de vita S. Eleutherii antea referuntur aliter intelligenda esse puto. Narratur quidem:* vitam b. Eleutherii, quam ante 6 dies in extasi legerat, memoriae revocatam cunctis audientibus acsi orationem dominicam cursim legere coepit; *sed additur, eum 'sine libro cursim memoriter et cordetenus' vitam legisse, id est, nisi fallor, ex memoria recitasse. Tertio quidem loco, ubi de elevatione S. Eleutherii agitur, ita refertur:* de extasi quidem reversus ea quae legerat scripsit. *Sed haec fortasse ad narrationis fidem augendam dicta sunt. In codice vero, qui haec et alia eiusdem temporis et ingenii scripta continet, de quo infra dicemus, versus coaeva manu exarati praemissi sunt:*

Erat Tornaci clericus, puer, civis, canonicus,
Henricus dictus nomine, alumpnus magne domine,
Cui revelantur omnia huius libri sequentia,
Quae fuerant igni data a gente nimis elata.

Quibus Heinricus ut ita dicam narrationum inventor, neque tamen librorum auctor praedicatur. 'Huiusmodi dictaminis numquam eum assuetum fuisse', ipsi Sanctae Mariae canonici testantur. Liber vero de antiquitate urbis Tornacensis non solum sermone satis culto excellit, sed etiam historiae Romanae cognitionem probat, ex Hieronymo, Iordane et Aurelio Victore haustam. Quare doctum quendam ecclesiae canonicum hunc aliosque tractatus composuisse et Heinrico suppeditasse coniicere licet, ut huius visionibus confirmarentur et ita ecclesiae Tornacensis antiquitas et dignitas episcopalis agnoscerentur. Librum vero illum hucusque ineditum non potuimus quin appendicis loco publici iuris faceremus.

Addidimus etiam brevius historiae Tornacensis summarium in monasterio S. Martini, ut videtur, paullo post, Galtero abbate mortuo († 1160), confectum. Herimanni eiusque libri hic nulla mentio fit; sed uno loco ipsius narratio impugnari videtur[2]. *Idem auctor fortasse versus de dignitate urbis Tornacensis et de abbatibus Sancti Martini composuit; hos iam SS. XIII. edidimus, illos nunc cum ceteris historiae Tornacensis monumentis coniunximus.*

Quibus edendis haec fuere subsidia:

Codex C h e l t e n h a m e n s i s *nr.* 11603, *olim 'Liber Sancti Martini Torn.', saec. XII, ubi post Galfridi Monmuthensis historiam Herimanni liber una cum continuatione exstat. Ex eius apographo Dacherius editionem paravit (Spicilegium XII, p.* 358 *sqq.; ed. 2. II, p.* 88*); quacum V. Cl. F. Liebermann codicem diligentissime in usus nostros contulit. Liber mendis non caret; sed pleraque correctoris manus post sustulit. Apographa saec. XVII. facta Parisiis ('Arch.' VIII, p.* 314*), Ambianis (ibid. p.* 399*) et Atrebatis ('N. Arch.' II, p.* 158. 313*) servantur, quae nullius pretii sunt. Dacherii editionem repetivit Migne (Patrol. Vol. CLXXX). Excerpta exhibuerunt Bouquet eiusque continuatores (SS. R. Gall. et Francicarum T. X. XI. XIII. XIV).*

historia Tornacensi et ex chronica Henrici canonici ecclesiae beatae Mariae Tornacensis; IV, 42 (p. 298): *Ex historia . . . Hugonis et Henrici canonici Tornacensis in vulgari;* V, 2: *Ex quodam libello in vulgari intitulato: 'Tornacensis restauratio per Galbam'.* 'Communis historia' certe idem est ac 'Historia in vulgari', in qua Heinrici librum non solum versum, sed novis fabulis auctum esse, loci a Iacobo allati probant.

1) 'Hist. littér.' XII, p. 245 sqq., et qui ibi afferuntur.

2) Ubi de invasione Normannica agitur.

Codex bibliothecae publicae Tornacensis *nr.* 169, *olim 'Liber ecclesiae Sancti Martini Tornacensis', saec. XII. et XIII. exaratus, tribus partibus constat. Prima parte post Roberti historiam Hierosolimitanam continetur alia manu nitide saec. XII. exarata: Iulii Caesaris Belli Gallici liber II, quo proelia contra Nervios narrantur; f.* 176. Versus de dignitate urbis Tornacensis; *f.* 177. De antiquitate eiusdem urbis *et quae sequuntur; f.* 179. *Gesta Alexandri*[1] *et epistolae ad Dindimum scriptae. In ultima pagina versus de Heinrico canonico supra allati scripti sunt, qui ad alteram spectant partem. Haec initio S. Eleutherii praebet imaginem et tota in eius gloria celebranda versatur. Pag.* 1. Vita beati Eleutherii episcopi *(Acta SS. Febr. III, p.* 187*); p.* 8. *Notae de eius sepultura, miraculis etc.; p.* 12. Elevatio corporis beati Eleutherii Tornacensis episcopi et confessoris *(cf. l. l. p.* 193, *n. et locum infra exscriptum); p.* 16. De capitulis *etc. (ibid. p.* 194, *n.);* Sermo beatissimi Eleutherii Tornacensis episcopi *(p.* 22*:* Explicit tractatus sancti Eleutherii de sancta Trinitate*); p.* 22. Incipit tractatus sancti Ferioli presbiteri et mar. de translatione corporis sancti Eleutherii episcopi et confessoris; *p.* 30. Hymnus *in sanctum Eleutherium; p.* 32. Incipit transitus sancti Eleutherii episcopi; *p.* 33. Sermo de Trinitate; *p.* 39. *De synodo Eleutherio presente habita; p.* 42 *(alio atramento):* Item de transitu eiusdem sancti; *p.* 52. Sermo beati Eleutherii de incarnatione Domini; *p.* 56. Item sermo beati Eleutherii de natali Domini; *p.* 62. Incipit liber de antiquitate urbis Tornacensis, *quem infra edidimus; p.* 76. Sermo beati Eleutherii in adnuntiatione dominica. *Paginis* 80. *et* 81. *vacuis relictis post alia manu quaedam diversi argumenti illata sunt. Cetera vero uno tempore et uno animo confecta, immo conficta esse, primo patet aspectu, neque quidquam Eleutherio vel Ferreolo ascribenda, sub quorum nominibus ex hoc procul dubio codice ea edidit Andr. Schottus (Bibl. patrum Colon. XV; repetita Bibl. maxima Lugdun. VIII, p.* 1124*; Migne LXV, p.* 83*). Tertia codicis parte, saec. XIII. exarata, cuius folia vel paginae nondum numeris sunt insignita, primo recentior Eleutherii Vita a Guiberto Tornacensi de ordine fratrum Minorum scripta (Acta SS. l. l. p.* 196*) legitur; qua finita* 1½ *paginae vacant; in novo quaternione, sed eadem, ut videtur, manu negligenter scripta et mendis foedissimis plena sequitur Historiae compilatae maior pars (Lib. I—VII). Quia tamen hic codex, a.* 1880. *Bruxellis accurate cum editis a nobis collatus vel exscriptus, omnium qui extant est antiquissimus, numero* 1*) eum indicavimus.*

1[a]*) Codex* Musei Britannici, *Harlei. nr.* 4441, *fol.* 447—486'. *eadem continet, manu saec. XVI. 'ex bibliotheca Benedictinorum S. Martini Tornaci Nerviorum', id est procul dubio nr.* 1, *descripta. Libri notitiam dedit V. Cl. Liebermann.*

2*) Codex* Parisiensis *nr.* 12940 *('Rés. St. Germain paq.'* 90. *nr.* 4*; cf. 'Arch.' VIII, p.* 315*), diversis manibus saec. XVII. exaratus, inter alia monumenta historica f.* 94'. *etiam compilationis Tornacensis praebet exemplar ita comparatum, ut primitus ea omitterentur quae cum Herimanni libro a Dacherio edito convenirent, post ex hoc suppleta sint. Quamvis lectiones prope ad* 1 *accedant, minime tamen codex, nobis benivole Berolinum transmissus, ex hoc descriptus esse potest, quippe qui a quam pluribus eius mendis vacuus sit, etiam librum VIII. contineat, initio vero careat.*

3*) Codex* Insulanus *E. nr.* 21, *chart. saec. XVI, olim abbatiae Cisoniensis, ex quo de Smet in corpore chronicorum Flandrensium II, p.* 479 *sqq. hoc opus*

1) Incipiunt: *Aegiptii sapientes* etc.

integrum, sed nonnullis locis interpolatum et continuatione usque ad a. 1513. *et brevibus notis* — 1649. *adauctum, edidit.*

4) *Codex Bruxellensis nr.* 16535 (16531—40. *f.* 136′ *sqq.), chart. saec. XVII, quasdam libr. II. III. VI. VII. VIII. exhibet particulas, partim ex libro de antiquitate urbis valde ampliatas, partim ita libere redditas, ut potius novum opus quam nostri codicem dicas. Quare ex codice, consueta liberalitate nobis transmisso, pauca tantum enotavimus.*

Versionem Gallicam libri ab Herimanno compositi saec. XV. medio confecit Thomas le Roy[1] *prior monasterii S. Martini, cuius codicem olim in ipso monasterio asservatum*[2] *coaevum nunc possidet V. Ill. comes de Limminghe, qui nobis flagitantibus benivole illius notitiam dedit. Constat foliis* 189; *tres priores numeris carent. Indice capitum praemisso f.* 3. *legitur praefatio*[3], *et in fine brevis epilogus*[4], *quibus de auctoris consilio agitur. Tam Herimanni librum quam maiorem continuationis partem Thomas vertit, sed nonnulla omisit (ea praesertim quae ad res a monasterio alienas spectant et quae etiam compilator ille omisit, c.* 13—36; *Cont. c.* 16), *alia, maxime de reliquiis monasterii addidit, et ita* 96 *capitibus opus absolvit, quorum quatuor (c.* 68; *pars c.* 94; *c.* 95. 96) *ipsi debentur*[5]; *aliud (c.* 97) *post additum*[6] *videtur.* *G. W.*

1) De quo Du Quesne libro supra laudato f. 256′. ita: *Thomas Le Roy eque coenobii nostri prior Latinam Herimanni abbatis historiam in Gallicum idioma transtulit, cui et breve auctarium adiecit continens successionem sequentium abbatum, qui ad sua usque tempora ecclesiae nostrae gubernacula tenuerunt, quod opus in nostra bibliotheca manuscriptum adservatur. Grandevus obiit ac iubilarius anno* 1506, 18. *Iulii, postquam ab emissione votorum* 70 *annos in nostro monasterio laudabiliter egisset. Sepultus est in nostro ambitu sub lapideo sarcophago, cui effigies decrepiti senis insculpta cum elogio Gallico in circuitu.* 2) V. Sanderus, Bibl. Belg. manuscripta p. 128; Foppens, Bibl. Belg. p. 473. 3) *A la loenge et gloire de la saincte, benoite et individue Trinité et de la glorieuse verge et pucelle Marie, fille de Dieu le Père, mère de Dieu le Fil, sacraire et temple de Dieu le saint Esprit. Je simple et inutile moine en l'abeye de Saint Martin en Tournay, pour obtempérer au desir et affectée devocion de aulcuns, et pour esquierrer oizeuse anemie à l'ame et mère et nouriche de tous mauls, me suy volu occuper à translater de Latin en Franchois le livre fait et compilé par dampt Hermand, jadis abbé III*e *en l'église preditte, de la restauracion et construction seconde d'icelle église après la devastacion et persécucion Wandalicque, en laquelle narracion doibt bien foy estre adjoustée, car en son vivant avoit veu grand partie de che qu'il a enarré. Pourtant je requiers humblement que la defaulté et devagacion que on polra trouver en ma petite labeur ne me soit réputée à vice, ains soit par le lecteur douchement excusée et corrigié, car la plaisante, miraculeuse et piteuse matère que chy dedens est contenue me ont fait humblement présumer et enhardir de tempter à celle translacion. Et aussy che que il me sambloit assès estrange que che n'estoit plus à la cognissanche du bon peuple Tournisien, considéré che que ycelle eglise et abeye est siluée en leur cité de Tournay et ou pourpris d'icelle; et avoec che est assès bien consonant à plusieurs choses appartenans à yceulx citoyens, comme le liseur trouver polra chy après. Et premiers j'ay mis le prologe, après le livre qui se commenche, medie, et fine par manière de narracion faicte par le dict dampt Hermand.* 4) *Chy fine le livre de la restauracion de nostre esglise de Saint Martin en Tournay, laquelle est translatée de Latin en Franchois ja soit que bien simplement et rudement par dampt Thomas le Roy religieux prestre et proffès en ycelle église, et fu tout che complé par luy, et escript par dampt Jacques de Fatrissart dit Maillefier religieux proffès aussy en la ditte eglise, en l'an de l'incarnacion nostre seigneur Jhesus* 1457, *au mois de Octobre. Se requièrent les prenommés translateur et escripteur d'icelle petite besoingne et oevre que la deffaulté de simple langage ou de lettre incorrecte et mallement orthographyé soit par le lecteur ou auditeur de che present livre amiablement et paciamment supportée, excusée et corrigié; et voeillent ycheulx Dieu prier por eulx que le cours de leur vie ilz puissent tellement conduire et terminer en l'accomplissement et observance de saincte et parfaitte religion laquelle ont professé et voé, que en la fin apreez celle mort temporelle se puissent esjoir du bien de éternelle et indefaillible prémiacion. Amen.* 5) c. 68: *Le prohème de la déclaracion de aulcunes incidences après le déchès de Lothaire roy de Franche.* Hoc c. 3. continuationis praemittitur. — 94: *Des successeurs de l'abbé Yvon et de l'ambiguité de cannones de Nostre Dame pour le chief de s. Eleuthère que il nyent estre en nostre église, et les proesves souffisamment monstrées que ychelui chief nous fu donné et en quel temps et par quels personnes et en quelle présence il fut encassé;* c. 95: *Aultre proesve sur celle matère du chief s. Eleuthère, aussy de son brach et de ses deux dens que nous furent donnés par cheulx de l'église Notre Dame;* c. 96: *De aultres* 4 *corpz saints du nombre des* 11 *mil vergenes.* 6) c. 97: *Item aultre addicion du capitre qui traite de la darenière tranlacion du corps s. Piat martir, laquelle fu faite en l'an de l'incarnacion de Jhesus Crist* 1458.

HERIMANNI LIBER DE RESTAURATIONE MONASTERII SANCTI MARTINI TORNACENSIS.

PROLOGUS SEQUENTIS NARRATIONIS.

Dilectissimis dominis patribus, fratribus et filiis universis, Beati Martini Tornacensis cenobii monachis, frater Herimannus, ultimus eorum servulus, super flumina Babylonis superne Syon iugiter recordari. Pro dilectione, quam mihi ab infantia mea exhibuistis, pro sincera obedientia, quam mihi, quamdiu abbas vester esse volui, sine aliquo scrupulo semper et presenti et absenti impendistis, Deo et omnibus vobis gratias refero, utque vobis ipse Dominus pro me retribuat, eius misericordiam exoro. Quia vero nonnulli vestrum a me petierunt multociens, ut modum constructionis sive restaurationis ecclesie nostre litteris mandando tam futuris quam presentibus notificarem, ecce peticioni eorum libenter satisfacere volo, sciens, priorum noticiam plerumque posteris profuisse eorumque ignorantiam sepenumero non parvum detrimentum intulisse. Nostis autem, ex quo adolescentulus fui me idem facere voluisse et etiam tabulis aliqua impressisse, sed, dum considerarem primos ecclesie nostre inceptores adhuc vivere, adulationis notam timuisse, si eorum actus viventibus ipsis viderer scribere, sicque ea que inceperam delevisse. Nunc vero, quia iam duobus primis defunctis ego tercius abbas successi, ac de prioribus monachis aut nullum aut paucos superstites video, simul etiam iam quinquagesimum annum restaurationis nostre transisse non ignoro, ecce securior peticioni vestre possum acquiescere. Si enim ulterius differam, tempore pretereunte multa possunt paulatim oblivioni tradi, que necesse fuisset describi. Quia ergo, sicut nostis, preterito nuper natali Domini cum domino nostro Sansone Remorum archiepiscopo Roma rediens litteras domini pape Innocentii Tornacum detuli, precipientes Tornacensibus, ut proprium sibi episcopum eligerent et ab obedientia Noviomensis episcopi omnino absoluti essent, sicque electo ad episcopatum domno Absalone
1142. Apr. 26. Sancti Amandi abbate, statim pro eo Romam rogatus sum redire. Dumque domni pape
Iun. 14. responsum expecto, iam ab octavis pasche usque ad octavas pentecostes me Rome demoratum esse conspicio; ne penitus tam longi temporis tedio deficiam vel ocio depeream, in Lateranensi palatio restaurationis ecclesie nostre ordinem scribere aggredior descriptumque vobis transmittere cupio, summopere deprecans, ut, si forte, quod multum timeo, nimio calore ingravescente mori me Rome contigerit, servuli vestri animam Domino precibus commendetis. Duobus sane fraternitatem vestram iugiter hortor insistere, religioni scilicet et mutue dilectioni; per hec enim duo tam intrinsecus quam extrinsecus Deo favente proficere poteritis. Hec duo quocienscumque firmiter tenuimus, exterius sevientes mundi procellas deridendo despeximus et despiciendo calcavimus; si quando vero ea vel leviter inter nos frigescere permisimus, exteriorem prosperitatem nichil nobis commodi conferre probavimus. Sed hec premisisse iam sufficiat, nunc subiungatur relatio verissima.

EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIT LIBER DOMNI HERIMANNI ABBATIS DE RESTAURATIONE ECCLESIE SANCTI MARTINI TORNACENSIS.

1. Francorum regni sceptrum gerente rege Philippo, filio Henrici, filii Roberti, filii Hugonis Capeti, qui reges de stirpe incliti Karoli de regno expulit et principatum optinuit, fuit quidam clericus Aurelianensi civitate oriundus, patre Gerardo matreque Cecilia progenitus, nomine Odo. Hic a puericia studiis litterarum instanter intentus, intra tempus adolescentie tantum scientie est adeptus, ut nemini sui temporis Francigenarum in ea iudicaretur secundus; unde magistri potius quam discipuli nomine dignior habitus, primo in urbe Tullensi scolasticos docuit, deinde a canonicis beate Marie Tornacensis urbis evocatus, scole eorum magister constituitur; quam fere per quinquennium regens, adeo sui nominis opinionem dilatavit, ut non solum ex Francia vel Flandria seu Normannia, verum ex ipsa quoque longe remota Ytalia, Saxonia atque Burgundia clericorum caterve diversorum ad eum audiendum cotidie confluerent, ita ut, si civitatis plateas circuiens greges disputantium conspiceres, cives omnes, relictis aliis operibus, soli philosophie deditos crederes; iam vero, si scole appropiares, cerneres magistrum Odonem nunc quidem Peripateticorum more cum discipulis docendo deambulantem, nunc vero Stoicorum instar residentem et diversas que-

stiones solventem, vespertinis quoque horis ante ianuas ecclesie usque in profundam noctem disputantem et astrorum cursus digiti protensione discipulis ostendentem zodiacique seu lactei circuli diversitates demonstrantem; a quibus cum plurima ei darentur, unus inter ceteros anulum ei dedit aureum, in quo hic versiculus decenter erat sculptus:

Anulus Odonem decet aureus Aureliensem[1].

Sed cum omnium septem liberalium artium esset peritus, precipue tamen in dialectica eminebat, et pro ipsa maxime clericorum frequentia eum expetebat. Scripsit etiam de ea duos libellos, quorum priorem ad cognoscenda devitandaque sophismata valde utilem intitulavit Sophistem, alterum vero appellavit librum Complexionum, tercium quoque de re et ente composuit; in quo solvit, si unum idemque sit res et ens. In hiis tribus libellis, sed et in ceteris opusculis suis, cum sese oportunitas interserit sui nominis proferendi, non se Odonem, sed, sicut tunc ab omnibus vocabatur, nominabat Odardum.

2. Sciendum tamen de eodem magistro, quod eandem dialecticam non iuxta quosdam modernos in voce*, sed more Boetii antiquorumque doctorum in re discipulis legebat**. Unde et magister Rainbertus, qui eodem tempore in oppido Insulensi[2] dialecticam clericis suis in voce legebat, sed et alii quam plures magistri ei non parum invidebant et detrahebant suasque lectiones ipsius meliores esse dicebant; quam ob rem nonnulli ex clericis conturbati, cui magis crederent, hesitabant, quoniam et magistrum Odardum ab antiquorum doctrina non discrepare videbant, et tamen aliqui ex eis more Atheniensium aut discere aut audire aliquid novi semper humana curiositate studentes, alios potius laudabant, maxime quia eorum lectiones ad exercitium disputandi vel eloquentie, immo loquacitatis et facundie plus valere dicebant. Unus itaque ex eiusdem ecclesie canonicis nomine Gualbertus, qui postmodum monachus noster, deinde in episcopatu Catalaunensi abbas extitit, tanta sententiarum errantiumque clericorum varietate permotus, quendam phitonicum surdum et mutum, sed in eadem urbe divinandi famosissimum, secreto adiit, et cui magistrorum magis esset credendum, digitorum signis et nutibus inquirere cepit. Protinus ille, mirabile dictu! questionem illius intellexit, dexteramque manum per sinistre palmam instar aratri terram scindentis pertrahens digitumque versus magistri Odonis scolam protendens, significabat, doctrinam eius esse rectissimam; rursus vero digitum contra Insulense oppidum protendens manuque ori admota exsufflans, innuebat, magistri Raimberti lectionem nonnisi ventosam esse loquacitatem. Hec dixerim, non quo phitonicos consulendos vel eis contra preceptum divinum arbitrer esse credendum, sed ad redarguendum quorundam superborum nimiam presumptionem, qui nichil aliud querentes nisi ut dicantur sapientes, in Porphirii Aristotelisque libris magis volunt legi suam adinventitiam novitatem quam Boetii ceterorumque antiquorum expositionem. Denique domnus Anselmus Cantuariensis archiepiscopus in libro quem fecit de Verbi incarnatione non dialecticos huiusmodi clericos, sed dialectice appellat hereticos: *Qui nonnisi flatum*, inquit, *universales putant esse substantias;* dicens, eos de sapientium numero merito esse exsufflandos.

3. Cum ergo magister Odardus pro scientia sua ubique laudaretur, tanta nichilominus in eo religionis pollebat dignitas, ut non minus pro ipsa ab omnibus undique celebris et famosus haberetur. Quando enim precedentem et ad ecclesiam tendentem ducentorum fere clericorum cohortem ultimus ipse suo more subsequebatur, vix in aliquo districtissimo monachorum cenobio maiorem invenire potuisses religionem; nullus enim socio colloqui, nullus ridere, nullus audebat musitare, nemo dextera levaque vel modicum oculos presumebat deflectere. Ubi vero in choro ventum fuisset, superflue aliquis districtionis causa alium Cluniacum quesisset. De frequentationibus porro feminarum, de crinium seu vestium incompositione vel similium, que hodie passim exerceri videmus, abusione[a], supervacuum est aliquid dicere, quoniam huiusmodi pestes sine dubio aut scola pepulisset aut scole magisterium reliquisset. Tanti preterea rigoris erat, ut nullum omnino laicum ingredi claustrum hora legendi permitteret. Nam cum ante eius adventum milites et cives ad audiendas

*) qui nihil aliud quaerentes quam ut dicantur sapientes, in Porphirii Aristotelisque libris sequuntur suam adinventitiam novitatem, *quae infra leguntur, h. l. ponit Hist.*

**) eorum expositionem sequens *h. l. add. H.; sed reliqua huius capitis omisit.*

a) vel [abusi]ve *superscr. c.*

1) Idem legitur in Sigeberti Auct. Aquicinctino a. 1092, SS. VI, p. 394, quo fortasse Herimannus usus est.
2) Lille.

et terminandas forenses causas ex consuetudine claustro canonicorum abuti soliti essent, ita iam eos omnes penitus exinde eliminaverat, ut ne ipsum quidem Everardum, potentissimum eiusdem urbis castellanum, qui castellum Moritanie[1] antea prorsus inexpugnabile eodem tempore militari strenuitate violenter captum dominio Tornacensi addiderat, pro huiusmodi causis nec ad horam quidem in eo residere permitteret, licet eum exinde non parum offendi sciret. Nichil enim minus quam iniustas divitum vel potentum iras pertimescebat, magnumque dedecus viri sapientis esse dicebat, si pro favore vel gratia principum vel modicum a tramite rectitudinis declinet. Pro talibus ergo moribus non solum a canonicis, verum et ab ipso domno Rabodo, tunc temporis eiusdem urbis venerabili episcopo, cunctisque civibus diligebatur meritoque honorabatur. Quamvis autem nonnulli dicerent, eum hanc districtionem non exercere causa religionis, sed potius antique philosophie consuetudinis, facile tamen lector animadvertere potest, cuiusmodi post conversionem fuerit, quem in vita seculari tanti constat fuisse rigoris. Sed iam de his qui in scolis gessit hec dixisse sufficiat, nunc ad eius conversionis veniamus exordia.

4. Cum scole Tornacensi fere per quinquennium prefuisset, oblatus est ei a quodam clerico venalis liber beati Augustini de libero arbitrio, quem magister ob solum bibliotece sue comparans subplementum, in scrinio cum ceteris libris proiecit, utpote qui adhuc mundane sapientie deditus magis delectabatur lectione Platonis quam Augustini. Cum ergo post duos fere menses Boetium de Consolatione philosophie discipulis legens ad quartum librum, in quo de libero arbitrio disserit, pervenisset, recordatus empti libri, cogitansque, si quid dignum memoria in eo posset inveniri, quem de eadem materia constabat intitulari, vocato ministro suo, iussit sibi eum deferri; allatum itaque aperiens et duas vel tres paginas legens, paulatim eloquii cepit delectari venustate; protinusque convocatis clericis, utpote omnis expers invidie et inventi thesauri volens eos participes esse: 'Vere', inquit, 'hactenus ignoravi, Augustinum tante tamque delectabilis fuisse facundie'. Dixit, statimque librum ipsum a capite incipiens, non solum tunc, sed et sequenti die cepit eis studiose legere et in locis obscurioribus diligenter exponere; cum ecce legendo ad tercium librum pervenitur, in quo prefatus doctor servo pro criminibus suis de priori dignitate pulso et mundande cloace deputato comparat peccatrices animas, que celestem quidem gloriam pro sceleribus suis perdunt, hunc vero mundum cloace fetide similem quodammodo decorant, quamdiu in eo vivunt. Hanc ergo sententiam cum magister Odardus audientibus discipulis legisset, tactus nimio dolore cordis intrinsecus et ex imo pectoris trahens alta suspiria: 'Heu', inquit, 'quam fortiter ista nos premit sententia! Hec re vera tam proprie mihi videtur nobis congruere, acsi[a] propter nos solummodo fuerit scripta. Hunc siquidem fetidum mundum quantulacumque scientia nostra perornamus, celesti vero gloria post mortem digni non erimus, quoniam nullum Deo servicium facimus nec scientiam nostram in eius famulatu expendimus, sed in seculi vanitate pro mundana laude male ipsa abutimur'. Hiis dictis, surrexit, totusque lacrimis perfusus, ecclesiam intravit. Tota subito scola turbatur, canonicorum etiam conventus admiratione nimia concutitur. Post hec ergo paulatim cepit sese scolis absentare, ecclesiam plus solito frequentare, pecuniam congregatam omnibus quidem pauperibus, sed maxime clericis egentibus erogare, ieiuniorum rigorem attemptare, ita ut multociens panem pugno includens et quod exterius eminebat cultello precidens, non plus ad comedendum retineret, quam in pugno remansisset; et ecce homo quondam lactei candoris corpulentique nitoris subita ieiuniorum maceratione attritus, in tantum macer et tenuis ossibusque prominentibus siccus et exilis intra paucos dies redditur, ut ab hiis qui eum videre consueverant in virum alterum mutatus putaretur vixque iam a multis recognosceretur. Fama protinus per totam circumvolat regionem, quantocius seculo renuntiaturum magistrum Odonem; unde quinque [vel[b] quatuor] ex eius clericis ipsum sequentes eique adherentes, promittunt ei, quocumque iret, se eum indivisibiliter fore secuturos, et ab eo responsum accipiunt, quod nichil faceret absque eorum communi assensu. Hos autem hiis nominibus appellatos fuisse accepimus: Odo abbas, cuius anniversarius est 13. Kal. Iulii; Gerbertus, qui 4. Idus Aprilis obiit; Rodulfus, qui et ipso 4. Kal. Martii obiit; Willelmus, qui 10. Kal. Maii obiit; Lamfridus quintus eorum socius fuga lapsus periit. Protinus abbates totius provintie tam

a) ac sic *c.* b) *eadem manu superscr. c.*

1) Mortagne ad Scaldim fluvium. DACH.

monachorum quam canonicorum singillatim Tornacum adveniunt, magistrumque Odonem et eius socios ad suam unusquisque invitat ecclesiam. Clericis vero magistri canonicorum magis quam monachorum ordinem placet assumere, quia et in ecclesiasticis officiis et in cotidiano victu seu vestitu canonici tolerabiliorem ritum ducerent quam monachi. Quam ob rem nunc ad Montem Sancti Eligii[1], nunc vero Gautenias, ubi canonici districtioris vite manebant, visitationis gratia proficiscentes, sollicite explorabant, quo loco remanere sibi competentius foret. Sed divina dispositio iam aliter de eis ordinaverat.

5. Erat siquidem tunc temporis extra eiusdem urbis portam meridianam modica ecclesia in honore beati Martini[a] in monte modico[b] constructa. Hanc fama vulgaverat antiquitus abbatiam fuisse, sed tempore persecutionis Wandalice cum ceteris Gallicanis ecclesiis a paganis destructam ad nichilum devenisse. Quedam tamen terre eius in provincia remanserant, que ab omnibus adhuc terre Sancti Martini vocabantur, sed in laicorum manus devenerant, qui eas in beneficio de manu episcopi tenebant.* Ipsa vero ecclesiola ad tantam solitudinem fuerat redacta, ut nullum omnino fieret in ea divinum officium, quoniam nec presbyteri qui parrochiales ecclesias eiusdem urbis tenebant in ea missam cantare volebant, utpote nullo superveniente qui eis ibi aliquid offerret. Pauperes solummodo, qui nichil penitus habebant, et procul a parrochialibus ecclesiis mortui non inveniebant qui illos ad eas deferret, ad hanc, quia propior erat, deferebantur. Tuncque superveniens presbyter de vicina sancti Piati ecclesia[2] eos sepeliebat et si quid ab aliquo fideli forte oblatum fuisset asportabat.

6.[c] Eodem tempore illa ignea pestilentia divino iudicio nimis ipsam provinciam ob- 1090.
presserat, qua plurimorum pedes invisibili igne, qui ignis inferni vocabatur, publice comburi videbantur[3]. Quam ob rem non solum de ipsa provincia, verum etiam de remotis longeque positis regionibus eodem igne succensi ad ecclesiam beate Marie in urbe Tornacensi constructam cotidie gregatim deferebantur, quoniam probatum proculque diffamatum erat, eius misericordia quam plures iam sanatos fuisse in ea; sed cum ipsa ecclesia eorum multitudine iam undique fuisset repleta, nimiumque fetorem, utpote succense carnis humane, vel, ut decentius loquar, nidorem, iam nullus pene ingredientium sufferre valeret, necessitate compulsi canonici preceperunt, ut quorum iam pedibus combustis tibie succense fuerant, sanitatisque eorum nulla spes supererat, de ipsa ecclesia eicerentur. Sic itaque eiecti, quoniam nec in aliis parrochialibus ecclesiis pro eodem intolerabili nidore recipiebantur, ad prefatam sancti Martini ecclesiolam utpote vacuam et solitariam a proximis suis deferebantur ibique eiusdem ignis exustione tandem defuncti sepeliebantur. Cuius pestis immanitate permotus supra dictus Rabodus venerabilis episcopus, totius provintie populum ad eandem sancte Marie congregari fecit ecclesiam. Factoque cunctis generali sermone, omnibusque nimium perterritis, plus quam mille iuvenum comas totundit vestesque per terram defluentes et libidini potius quam necessitati servientes precidit. Deinde universis una feria sexta integra usque ad noctem ieiunare, ita ut nec etiam infantuli nutricum papillas suggerent, indixit. Preterea in sequenti sancte crucis exaltatione universum populum cum sanc- Sept. 14.
torum pignoribus nudis pedibus totam urbem forinsecus processionem faciendo circuire constituit; sicque iram Domini in misericordiam conversam experti sunt cuncti, multis pro ea orationibus et elemosinis factis. Que processio in prefata sancte crucis exaltatione per eiusdem urbis circuitum usque in hodiernum diem servatur[4], ita ut de circumpositis regionibus nonnumquam ad eam fere centum milia plebis diversi sexus et etatis congregari videantur, nisi quod iam non nudis pedibus eam faciunt, sed potius milites et iuvenes ludos exercent in ea diversarum vanitatum et cursus equorum, plusque ipsa die ibi inveniatur[d] levitatis quam religionis vel devotionis, plurimis iam pro diuturnitate temporis ignorantibus, qua necessitate vel causa eadem processio primitus fuerit instructa[e].

*) *H. pergit:* Ex iis unus erat Fastredus — — (*infra c.* 9), cum Sancti Martini terras distribueret alienis, ut postea patuit.

a) modici *add. c.; deest H.* b) modica *superscr.* vel o *c.* c) De ignea pestilentia *ins. man. saec. XIV.* d) inveniantur *c.* e) instituta *ed. H.*

1) Vulgo le Mont-Saint-Eloy apud Atrebatum. DACH. 2) Est parochia Tornaci. DACH. 3) Cf. Sigeb. chron. a. 1089; Ann. Laub. a. 1090, SS. IV, p. 21. 4) 'Isthaec processio etiamnum celebratur. Quotannis dominica praecedente a concionatore annunciatur causa huiusce processionis'. Ita de suo tempore DACH.

7. Prefatos ergo infirmos invisibilis ignis incendio temporaliter concrematos, sed, ut credimus, a peccatis suis eodem supplicio purgatos, cum seniores urbis cives viderent ad prefatam ecclesiolam sancti Martini deferri, compassionis misericordia permoti, lacrimas fundebant, totiusque urbis thesaurum ad Sanctum Martinum portari dicebant, eorumque precibus ibidem sepultorum quam citius Dominum eiusdem ecclesie miserturum eamque restauraturum, fideli corde subiungebant. Nec fefellit eos pia fides.

8. Vitalis etiam quidam senex[*], opibus pauper, moribus dives, cum festis diebus ibidem advenientes iuvenes utpote in spacioso et solitario loco videret cursibus variisque ludis et clamoribus lasciviendo insistere, increpabat eos, dicens: 'Nolite, dulcissimi pueri, inquietare animas fidelium hic quiescentium; in veritate enim dico vobis, eorum precibus placatum Dominum magnum quid infra breve tempus hoc in loco facturum'. Cumque hoc frequenter omnibus audientibus senex ille protestaretur, canonicorum prepositus, vir strenuus, nomine Hermannus, irridens eum utpote vetulum, ludendo interrogabat, quidnam illud esset magnum, quod ibi tociens predicebat futurum. Cui ille statim coram universis respondebat, dicens: 'Certe tu illud videbis oculis tuis, sed ego non videbo'. Quod verum fuisse, finis probavit. Siquidem idem prepositus cum germano suo Sigero canonicorum precentore postea in cenobio nostro monachus factus, pluribus vixit annis, idque sibi ab illo sene fuisse predictum, frequenter nobis narravit.

9. Preterea Fastredus eiusdem urbis advocatus, qui terras ipsius ecclesie de manu episcopi tenebat in beneficio, cum videret Idam coniugem suam, germanam Theoderici de Asvesniis[a], easdem terras rusticis suis ad excolendum et inhabitandum distribuentem, corripiens eam, dicebat, quod male faceret, que sancti Martini terras alienis distribueret, et quod priusquam moreretur hoc se fecisse doleret, quoniam citius divina pietas eidem ecclesiole subveniret. Quod etiam verum fuisse, rei probavit exitus. Nam et ipsa Ida post obitum viri sui apud nos sanctimonialis effecta, cum pro earundem terrarum redemptione videret nos contra ipsos rusticos, quibus eas tradiderat, contendere, pectus suum cum gemitu valido percutiens, se huius rei culpabilem querebatur, sibique hoc[b] a marito suo sepius predictum fatebatur. Idem etiam Fastredus multociens cum militibus suis equitans, dum ante ipsam ecclesiolam pertransiret, manus et oculos ad ianuas attollens, cum lacrimis aiebat: 'Ah, sancte Martine, quare non respicis istam tuam tam diu desolatam ecclesiam? Iam, queso, eius miserere et eam restaurari concede!' Quem cum talia sepius orantem milites sui audientes suaderent ei, ut de comprovincialibus cenobiis aliquos illic monachos intromitteret, respondebat ille, se nullum invenire, qui in tanta paupertate vellet introire. 'Ceterum si quem', aiebat, 'reperirem, qui hic vellet habitare, hanc quoque ecclesiolam restaurare, Deum testor et sanctos eius, quod de tota terra mea non passum quidem pedis filiis dimitterem, sed omnia que habeo huic ecclesie contraderem'. Qui tamen ante domni
Iun. 8. Odonis adventum in festo sancti Medardi ab inimicis suis occisus, quod diu desideraverat videre non potuit filiosque suos non tam benivolos erga locum nostrum existentes reliquit.

10. In eadem etiam urbe Tornacensi duo milites manebant, quorum unus nomine Gualterus, filius Huberti, de potentioribus provincie optimatibus habebatur, alter vero nomine Radulfus de Osmunt nullo civium inferior videbatur. Hos ergo duos milites quidam iuvenis vidit in sompnis in prefata ecclesia stantes et antiquas eius ruinas restaurare molientes. Quod cum evigilans matri sue retulisset, illa protinus similem aliis sententiam protulit, dicens: 'Crede, fili, eandem ecclesiam Domini misericordia citius restaurandam, hosque duos milites eidem loco multum profuturos'. Quod sic postmodum contigit. Nam ambo in eadem ecclesia sancti Martini monachi sunt facti; quotque labores in ea vel pro ea pertulerunt, testis est ille pro quo laboraverunt.

11. Cum ergo in Tornacensi regione huiusmodi sermones a diversis prenuntiarentur de eiusdem ecclesie restauratione, videntes cives magistrum Odonem cum suis quinque[**] clericis secularem vitam velle relinquere necdumque quo ituri essent deliberasse, prefatum episcopum domnum Rabodum adeunt, ut eos in eadem ecclesia remanere exhortaretur unanimiter deposcunt, totiusque civitatis auxilium eis non defuturum promittunt. Congaudet episcopus eisque secreto convocatis petitionem civium innotescit multaque suasoria supperaddit. Quinque clerici respondent, quicquid vellet magister Odo se conces-

*) pater illius Bernardi, de quo in prima constructione mentionem fecimus *add. H.*
**) IV. *H., et ita post.*

a) *alterum* s *superscr. c.* b) hec *c.*

suros. Tota summa concessionis vel negationis in magistri pendet arbitrio. Episcopus [1092.] proinde preces replicat, utque tanti boni intrepidus inceptor existat, assidue exorat. Sed ille videns ibi nonnisi unam ipsamque veterem et semidirutam consistere ecclesiolam, tanti ponderis sarcinam aggredi pavitabat. Egreditur de domo episcopi nullo certo responso reddito; nec tamen cessat episcopus iterum iterumque animum eius ad hoc opus aggrediendum accendere; vidensque se parum proficere, quendam religiosum presbyterum Gislebertum accersit, qui in eadem regione tunc temporis acsi propheta quilibet honorabatur, quique nunc in ecclesia sancti Petri Helnonensis[1] coram altari sepultus quiescit Hoc ergo sibi iuncto, iterum totis viribus animum magistri nititur inflammare, proponens apostoli sententiam, quod qui plus laboraverit plus mercedis accipiet, et 'quoniam per multas tri- [Act. 14, 21.] bulationes oportet nos intrare in regnum Dei'; quodque honorabilius et commodius ei foret apud Deum et homines, si novum fundamentum ecclesie ipse fieret, quam si aliquod cenobium olim constructum ingrediens super alienum fundamentum edificaret. Tot tantisque sententiarum spiculis tandem magister devictus, ad ultimum respondet, se ibidem remansurum, si episcopali privilegio ab omni exactione libera sibi traderetur eadem ecclesiola. Supra modum protinus pontifex exhilaratus, canonicorum conventum evocat, utque hoc benigne concederent, exorat. Sed illi, quodammodo futurorum prenuncii coniectores, id omnino concedere denegant, dicentes, comprovinciales matrem ecclesiam deserturos et Sancti Martini monasterium pro inhabitantium religione frequentaturos, sicque se quidem diminuendos, illos vero super se fore augmentandos. Talibus obiectionibus cernens episcopus per aliquot dies petitionem suam prolongari, metuensque ne in hiis dilationibus magistrum Odonem contingeret alias proficisci, rursum evocatis canonicis, ubi vidit omnes preces suas incassum effundi, aliquantulum animo motus: 'Eya', inquit, 'iam nunc in nomine Domini et in virtute obedientie precipio vobis, ut dicatis mihi, si ecclesiam, que in manu mea est et ad vestram communionem nequaquam pertinet, non liceat mihi tradere hiis qui in ea Deo serviant et ad honorem Dei eam construere studeant'? Tunc illi obedientie vinculo constricti, scientesque, ecclesiam illam in manu episcopi esse et quod vellet exinde licere ei facere, nec se iure canonico aliquid contradicere posse, tandem consilio accepto dicunt, se quod episcopo de ea placeret esse concessuros, ea tamen conditione, ut de parrochianis suis absque sua concessione nullum liceret, postquam in seculari vita defunctus esset, ibidem sepeliri. Episcopus itaque magnifice gratulatus, sequenti dominica, que fuit [Mai. 2.] 6. Nonas* Maii[2], in crastino apostolorum Philippi et Iacobi, congregata maxima processione canonicorum totiusque populi, prefatum magistrum Odonem cum suis quinque clericis ad ecclesiam in honore sanctissimi Christi confessoris atque pontificis Martini fundatam, que pro impetu barbarico olim facto, amisso monachorum obsequio sibi sub abbate servientium, destructa fuerat, eos deducit eamque eis liberam et episcopali privilegio confirmatam coram omnibus tradit, sicque eos ibidem sub regula sancti Augustini canonice in habitu clericali** Deo servituros dimisit. Facta vero sunt hec anno dominice incarnationis millesimo nonagesimo secundo, apostolice sedi presidente papa Urbano, Remensi vero archiepiscopo Rainaldo, Tornacensi ac Noviomensi episcopo domno Rabodo, Francorum regnum regente Philippo, Romanorum*** imperatore Henrico, Anglis etiam principante inclito rege Guilelmo, Roberti Normannorum comitis filio, qui, Heraldo rege cum exercitu suo devicto, violenter sibi Angliam subiecerat, Flandrensium comitatum tenente iuniore Roberto[3], Frisionis filio.†

12. Robertus iste filius fuit Balduini comitis, qui ecclesiam sancti Petri in oppido Islensi edificavit et canonicos in ea posuit seque ibidem sepeliri mandavit. Quo mortuo, Bald- [1067.] uinus, filius eius, frater prefati Roberti, ei successit; qui ecclesiam sancti Petri Hasnoniensis construxit ibique monachos posuit et in ea se sepeliri precepit. Hic [Balduinus[a]] precepto patris sui Balduini comitis Richeldem, uxorem Hermanni Montensis comitis, post mortem eius coniugem duxit, et ex ea duos filios Balduinum et Ernulfum genuit, sicque pacata diutina seditione, que longo tempore inter eos duraverat, utrumque comitatum, Flandrensem scilicet et Montensem, tenuit[4]. Quod audiens Leo tunc temporis papa Romanus, qui prius

*) in Kalendis Maii in festo scilicet apost. *H.* **) seculari *H.*
***) Rom. — subiecerat *des. H.* †) *H. pergit c.* 37.

a) *supra lin. add. c.*

1) In ecclesia sancti Amandi in Pabula 4 leucis a Tornaco. DACH. 2) Cf. Auct. Aquic. l. l. 3) Immo patre a. 1093. mortuo. 4) Cf. Flandr. gen. c. 12, SS. IX, p. 320.

fuerat Tullensis episcopus et vocabatur Bruno, dixit, coniugium illud non esse legitimum, quoniam consanguinitatis linea propinqui erant, prophetavitque, posteros Balduini non diu possessuros utrumque comitatum. Quod verum fuisse, finis probavit. Nam Balduinus, qui Insule iacet, timens, ne post mortem suam seditio nasceretur inter filios suos Balduinum et Robertum, totam terram suam in vita sua Balduino dedit, et optimates suos hominium et fidelitatem promittere fecit, ita ut apud Aldenardam super reliquias sanctorum presente patre et filio multisque principibus idem Robertus publice iuraverit, quod nec ipsi Balduino nec heredibus eius aliquo modo de terra Flandrie noceret; quo iuramento completo, de Flandria exivit et in Frisiam secessit.

1070 13. Post aliquot vero annos audiens Balduinum germanum suum defunctum et in cenobio Hasnoniensi sepultum filiumque eius Ernulfum iam Flandrensem comitem factum, quibusdam Flandrie principibus secrete convocatis, multisque muneribus promissis, Flandriam intravit, pretermissoque iuramento quod fecerat, bellum contra nepotem suum palam paravit. Quod audiens Ernulfus, iuncto sibi Philippo rege Francorum, de cuius manu terram
1072. susceperat, patruo suo Roberto cum exercitu suo apud castrum Casletum[1] occurrit. Ibique prelio conserto et Ernulfo interfecto, Robertus Flandriam obtinuit, et Richeldis, mater Ernulfi, de Flandria pulsa, cum altero filio suo Balduino comitatum Haynoensem repetiit, sicque prophetiam Leonis pape veram esse claruit. Robertus autem statim legatos ad Henricum imperatorem direxit, rogans, ut, si necesse esset, sibi adiutor existeret. Ex hiis legatis fuit unus Balduinus advocatus Tornacensis, qui postea monachus fuit domni Anselmi Cantuariensis archiepiscopi, quique retulit, quod, dum Colonie propinquassent, obviaverunt cuidam matrone honeste et ignote, a qua requisiti, qui essent, unde venirent, quo tenderent, cum nollent ei rem sicut erat revelare: 'Scio', inquit, 'vos esse legatos Roberti Flandrensis comitis, qui iuramentum, quod patri suo pro germano suo fecerat, pretergressus, filium eius interfecit et terram eius invasit; vos quoque nunc ad imperatorem Henricum propter obtinendam gratiam et amicitiam eius dirigit. Sciatis itaque, vos prosperum iter et gratiam cesaris habituros, ipsumque Robertum cum filio suo Flandriam pacifice possessurum, sed nepotem suum, qui ex filio suo genitus fuerit, sine prole moriturum; cui succedet quidam pulcher iuvenis de Dacia veniens, qui tamen et ipse sine prole morietur; post quem duo alii de Flandria contendent, alterque eorum alterum[2] interficiet et victor Flandriam obtinebit, ipsiusque heredes Flandriam possidebunt usque ad tempus Antichristi'. Hec ego adhuc puerulus a prefato Balduino Tornacensi advocato, qui unus ex ipsis legatis fuerat, narrari audivi, nunc autem iam in senium vergens vera esse propriis oculis sicut dixerat conspicio.

14. Robertus namque predictus in magna pace Flandriam tenuit multeque potentie fuit, adeo ut privignam suam[3] duxerit Philippus rex Francorum; de qua genuit regem Ludovicum. Sororem accepit Guilelmus comes Normannorum; qui, interfecto Heraldo rege Anglie, violenter Anglia capta, duos principatus obtinuit, existens comes Normannorum et rex Anglorum, ita ut in sigillo suo ex una parte sederet super equum ut comes, ex alia super thronum cum sceptro ut rex[4]; genuitque ex Mathilde, filia comitis Flandrensis, tres filios, Guilelmum scilicet, qui ei primus successit, Robertum, cui comitatum Normannie dedit; tercius filius eius fuit Henricus, qui primo quidem nichil habuit, ita ut, defuncto patre suo inclito rege Guilelmo, nonnisi miles cum ceteris esse videretur; sed mirabilis fortuna eum prosecuta est. Nam germanus eius Guilelmus rex iuvenis cum post decem annos fere
1100. regni sui in silvam isset venatum et vidisset unum cervum transeuntem, precepit militi suo nomine Waltero Tirello, ut cum arcu et sagittis stans contra se ex alia parte non permitteret cervum transire. Sed miles tenso arcu pro cervo sagittam iaciens, regem in corde percussit et sine mora extinxit; sicque Henricus, germanus eius, qui nichil antea habuerat, ei in regno successit. Cumque vidisset fratrem suum Robertum comitem Normannorum contra se rebellantem et regnum Anglie repetentem, eo quod maior natu esset et Guilelmo germano suo succedere maiori iure deberet, Henricus congregato exercitu mare transivit,
1106. Normanniam intravit, prelioque conserto, Robertum fratrem suum victum et captum in Anglia reduxit et usque ad diem mortis sue in quodam castello[5] clausum tenuit, quicquid

1) Cassel. 2) Theodericus Wilhelmum a. 1128; Guillelmi apud Seldenum ad Eadmeri hist. nov. v. c. 36. 3) Bertam, filiam Florentii Hollandiae comitis. DACH. 4) Habetur simile sigillum p. 166. DACH. 5) Cf. Lappenberg, 'G. von England' II, p. 239.

tamen ei necessarium in rebus corporalibus erat sicut sibimet exhiberi et ministrari precepit; sicque rursum regnum Anglie et comitatum Normannie solus obtinuit et sigillum paternum sibi fieri precepit. De quo Henrico quia mentionem feci et alius referendi locus non erit, licet multum a cepta narratione digredi videar, quiddam tamen dignum memoria dicam.

15. Hic ergo confirmatus in regno voluit coniugem habere puellam quandam, filiam David[1] regis Scotie; dixitque domno Anselmo, tunc temporis Cantuariensis urbis venerabili archiepiscopo, ut eam sibi benediceret et sollempnibus nuptiis benedictam in coniugium sociaret. Respondit archiepiscopus, se nolle eam benedicere, nec suo consilio regem in coniugium eam sibi sociaturum, quoniam velum sanctimonialium, sicut ipse certo didicerat, gestasset super caput suum, quo se celestis potius quam terreni regis monstrasset fore sponsam. Rex econtra dixit, se promisisse et etiam iureiurando confirmasse patri eius regi David, quod eam coniugem duceret, ideoque pro conservando iuramento suo se non eam dimissurum, nisi canonico iudicio fuisset determinatum; precipitque, ut ascito archiepiscopo Eburacensi congregaretur concilium episcoporum et abbatum totiusque Anglie ecclesiasticarum personarum ad diffiniendum ecclesiastica censura tantum negotium. In generali ergo concilio requisita est abbatissa illa, in cuius monasterio puella illa fuerat nutrita, utrumne re vera more sanctimonialium velo capiti imposito benedictione episcopali fuisset consecrata. Respondit abbatissa publice coram omnibus: 'Re vera rex David, pater eius, mihi eam commendavit, non ut sanctimonialis fieret, sed ut solummodo in ecclesia nostra propter cautelam cum ceteris puellulis nostris coetaneis suis nutriretur et litteris erudiretur; cum autem iam adolevisset, nuntiatum est mihi, quadam die regem Guilelmum, domini mei regis Henrici germanum, qui tunc vivebat, propter eam videndam venisse iamque cum militibus suis ante ianuas ecclesie nostre descendisse utque ianue sibi orandi gratia aperirentur precepisse. Hoc audiens nimiumque perterrita, ne forte ille ut iuvenis et rex indomitus, qui omne quod animo sibi occurrisset ilico facere volebat, visa pulcritudine puelle, aliquam ei illicitam violentiam faceret, qui tam improvisus et insperatus propter eam videndam advenisset, in secretius cubiculum eam introduxi, rem ei sicut erat aperui, eaque volente velum unum capiti eius imposui, quatinus eo viso rex ab illicito complexu revocaretur. Nec me fefellit spes mea. Rex siquidem quasi propter inspiciendas rosas et alias florentes herbas claustrum nostrum ingressus, mox ut eam vidit cum ceteris puellis nostris velum capite gestantem, claustro exivit et ab ecclesia recessit, aperte ostendens, se nonnisi propter eam venisse. Cum autem rex David, pater puelle, infra eandem ebdomadam ad ecclesiam nostram venisset velumque super caput filie sue vidisset, iratus velum conscidit et ad terram proiectum pedibus suis conculcavit filiamque suam secum reduxit'. Inquisita deinde abbatissa, quot annorum tunc fuisset puella, respondit, duodennem esse potuisse. Tunc rege monente archiepiscopum, ut iuberet super hoc iudicium fieri, episcopi et abbates, consilio accepto lectisque diversis capitulis canonum, in commune iudicaverunt, propter huiusmodi factum non ei prohibendum coniugium, quoniam, quamdiu infra legitimam etatem sub tutela patris fuerat, nil ei sine eius assensu facere licuerat. Finito iudicio, rex interrogavit archiepiscopum, si quid in eo vellet calumpniari. Respondit domnus Anselmus, se non illud calumpniaturum, quoniam re vera secundum canonum decreta recte iudicassent. Tunc rex: 'Quandoquidem', inquit, 'iudicium prolatum laudatis, volo, ut puellam mihi desponsetis'. Et domnus Anselmus: 'Iudicium', inquit, 'non reprehendo; sed si maiestas vestra mihi credere vellet, ut eam non duceretis, consulerem, quoniam, quomodocumque contigerit, tamen velum super caput portavit, et sufficienter de filiabus regum aut comitum vobis invenire possetis'. Rege vero in eo quod ceperat perseverante, subiunxit ille vir sanctissimus: 'Vos quidem, domine rex, consilio meo pretermisso, facietis quod vobis placuerit, sed qui diutius vixerit, puto, quod videbit, non diu Angliam gavisuram de prole que de ea nata fuerit'. Hec 1100.
ego adolescens eum dixisse audivi; nunc vero ex magna parte video iam contigisse[a].

16. Rex itaque de ea duos filios[2] et unam filiam genuit, e quibus filii iam adolescentes,

a) contingisse *corr.* contigisse *c.*

1) Mathildem, filiam regis Malcolmi. Cf. Eadmeri narrationem, Hist. nov. lib. III. 2) Unum tantum filium Wilhelmum peperit uxor Heinrici; cum eo periit filius naturalis Richardus; cf. Lappenberg l. l. p. 266.

1120. dum de Normannia in Angliam redirent, fracta nave cum multis aliis in mari perierunt,
filiam vero cum multis opibus sibi a patre transmissam Henricus Romanorum imperator
1114. coniugem duxit nuptiasque Leodii cum magna gloria celebravit; sed uno filio ex ea genito[1],
1125. celeri morte preventus, eam viduam reliquit. Que viduata rursus comiti Andegavensi nupsit,
1135. cum, subito patre eius in urbe Rotomagensi defuncto, Anglorum proceres Stephanum comitem Boloniensem, comitis Teobaldi Campaniensis germanum, super se regem constituunt.
Unde Robertus, Henrici regis ex concubina filius, graviter indignatus, contra eum palam
1141. rebellavit, eumque in prelio captum in quodam castello, quod sibi pater suus dederat,
1139. vinctum reclusit, et sorori sue, ut cum filio suo citius in Angliam transiret et regnum paternum susciperet, mandavit[2]. Illa putans se cuncta prospera reperturam, celeriter pertransivit, sed secus quam crediderat invenit. Nam coniunx Stephani, principibus sibi iunctis, fortiter ei restitit. Ipse quoque Stephanus post paucos dies quibusdam pactionibus Roberto reconciliatus et de vinculis eductus, rursus Anglorum regnum obtinuit, sicque filia regis
c. 1142. Henrici vana spe delusam fore ingemuit. Et futurorum quidem incerti sumus; hoc vero unum aperte videmus, secundum prophetiam domni Anselmi non diu gavisam esse Angliam de prole illius regine, que post velum portatum regi Henrico nupserat, immo diutina seditione vastatam et oppressam de pristinis divitiis ad magnam paupertatem devenisse. Non ergo contempnenda, sed potius veneranda et timenda sunt verba sapientium et ecclesie prelatorum, quoniam et supradictam prophetiam Leonis pape de Balduino comite Flandrensi, qui consanguineam suam duxit, et sequentem domni Anselmi de rege Anglorum veras fuisse manifestum est. Nunc autem ad ea que de Roberto Flandrensi comite ignota illa matrona legatis eius predixit redeamus, et quam vera fuerint, paucis explicemus.

17. Robertus itaque ille, ut supra scriptum est, privignam suam dedit regi Francorum Philippo, sororem comiti Normannie Guilelmo, e duabus filiabus unam regi Danorum Canuto, de qua natus est Carolus, aliam vero comiti Brusellensi[3] Henrico, qui, cum audisset
1095. Everardum Tornacensem castellanum strenuissimos milites secum habere, Tornacum venit propter audatiam eorum videndam. Quadam ergo die cum exiens et iuveniliter de fortitudine sua exultans rogavit unum ex opposita acie nomine Gosceguinum de Forest, ut solus contra se solum veniret, respondit ille, se non venturum, quoniam dominus suus erat et, ne fortuito casu eum lederet, timebat. Comes vero iterum atque iterum eum in se provocans iamque eum timidum et ignavum appellans, ut contra se veniret, nimio tedio extorsit. Tandem miles crebra eius admonitione provocatus, lanceam levavit, et equo vehementer calcaribus impulso, adversus eum cucurrit, volensque eum militari ludo de equo suo deicere[a], lanceam ei in corde fixit, sine mora extinxit totamque regionem nimio luctu complevit. Maxime enim fame et incliti nominis ille comes tunc temporis erat, et ita omnes raptores et latrones de terra sua expulerat, ut in nulla regione maior pax et securitas inveniretur quam in sua. Eo ergo tanta levitate seu stulticia sine prole interfecto, uxor eius relicta vidua nupsit prope Saxoniam Symoni duci Auxatie[4] peperitque ei plures filios.

18. Robertus itaque comes Flandrensis, tam nobiliter distributis filiabus suis, totam
1093. Flandriam moriens Roberto, filio suo, reliquit. In cuius tempore[5] domnus Odo cum clericis suis seculo renuntians, sancti Martini Tornacensis ecclesiam intravit ipsumque comitem cum Clementia uxore sua liberalem sibi adiutorem invenit. Que nimirum Clementia de Burgundia orta, filia fuit Guilelmi Burgundionum ducis[6] germanaque domni Guidonis Viennensis archiepiscopi, qui postmodum papa Romanus effectus, vocatus est Kalixtus,
1119. tenuitque Remis concilium generale tempore Radulphi archiepiscopi, qui vocatus est Viridis, successorque fuit Manasse, predecessor vero Rainaldi Andegavensis episcopi. Hec vero Clementia, cum de viro suo comite Roberto genuisset tres filios[7] infra tres annos, timens, ne, si plures adhuc generaret, inter se de Flandria contenderent, arte muliebri egit, ne ultra pareret; quod ultione divina sic vindicatum est, ut et filii eius omnes diu ante eam morerentur[8], et ipsa postmodum in viduitate sua alios comites cernens multaque mala ab eis sustinens, sero defleret, sese cum prole sua exheredatam[b] fore[9].

a) eicere *corr.* deicere *c.* b) tam *post add. c.*

1) De quo alibi nihil legitur. 2) Haec minus recte tradita sunt. 3) sive Lovaniensi. 4) Theoderico comiti Alsatiae. 5) Immo patre vivo. 6) Comitis. 7) Duo tantum in Geneal. com. Flandr., SS. IX, p. 306, nominantur, Wilhelmus, qui ante patrem obiit, et Balduinus. 8) Ultimus eorum Balduinus comes a. 1119. 9) De ea Vita Hugonis Marchianensis c. 12, Martene, Thes. III, p. 1719

19. Post duos vero semis annos conversionis domni Odonis Urbanus papa in concilio Claromontensi monuit universos episcopos, quatinus sibi subiectis populis pro remissione 1095. peccatorum suorum iniungerent Iherosolimam ire et sepulchrum dominicum una cum ipsa civitate de paganorum manibus liberare. Tunc vero cerneres innumerabilem populum de Occidentis partibus, acsi divinitus preceptum fuisset, genitale solum relinquere et Ierusalem tendere. Hac itaque occasione prefatus comes Robertus una cum Godefrido comite Bolo- cf. Sigeb. niensi, Roberto comite Normannie, Raimundo comite Sancti Egidii, Hugone comite Vermandensi, Balduino comite Montensi, Anselmo de Ribemonte[1], Clarenbaldo de Vendolio[2] multisque aliis principibus, relicta Flandria, cum populo Dei proficiscitur. Obsessaque et capta Antiochia, multisque aliis civitatibus, ad ultimum auxiliante Deo Ierosolimam victor 1099. ingreditur, expulsisque aut interfectis paganis, et christianis intromissis, regeque constituto, Flandriam regreditur, et cum magna gloria susceptus, per 12 fere annos provincie dominatur.

20. Post hec cum[a] a rege Francorum Ludovico, sororis sue filio, ad expugnandum quoddam 1111. castellum, quod vocatur Domni-Martini[3], fuisset evocatus, dum more suo fortiter certat in prelio et longius fugat regis adversarios, laboris nimietate defessus, ad lectum portatur, et post triduum ibidem defunctus, ab eodem rege regnique principibus cum magno luctu Attrebatum defertur et in ecclesia sancti Vedasti sepelitur. Quo sepulto, statim rex Balduinum, filium eius adolescentulum necdumque militem factum, cum matre sua vocavit totamque terram paternam ei reddidit et optimatibus Flandrie, ut ei coram se hominium facerent, precepit; sicque in Franciam rediit. Quid ergo dicam de Balduino, cuius animi etiam in tenera etate fuerit?

21. Recedente rege, optimates suos vocavit, pacem se velle tenere insinuavit, utque se inde adiuvarent rogavit, et, si quis eam primus violaret, iusticiam se de eo facturum predixit, nullum tamen eorum pacem iurare coegit. Principes pacem se servaturos promiserunt, sicque soluta est curia, plurimis dicentibus, per talem puerum non facile pacem posse fieri, quoniam nullus eum timeret.

22. Post duos fere menses mulier quedam paupercula duas vaccas a quodam raptore sibi ablatas[b] esse comiti conqueritur et ubi raptor maneret ostendit. Ilico iuvenis comes raptorem insequitur eumque comprehensum Brugias ducit. Rogantibus cunctis, ne militem suspendi vel oculos ei erui faceret, neutrum se facturum respondit. Protinus vero vas eneum maximum, quod vulgus lebetem seu caldariam vocat, publice in foro videntibus cunctis in sublime appendi et aqua impleri precepit, igneque magno supposito, dum nimis ferveret aqua, militem illum cum omnibus indumentis suis, etiam gladio accinctum, in caldariam proici fecit, sicque eum in aqua fervente necavit. Tantus timor ilico omnes invasit, ut nullus deinde in tota Flandria aliquid auferre presumpserit.

23. Quadam die ecclesiam sancti Petri Gandensis propter audiendos vesperos ingrediebatur, cum subito quedam paupercula vaccam suam sibi furto ablatam esse conquesta est; quam cum comes dulciter exoraret, ut se expectaret ad ostium, donec vesperos audisset, illa vero responderet, pre multitudine militum vel principum eum circumstantium sibi ulterius non dandam facultatem ei loquendi, ille protinus extractum pallium suum ei dedit et ut illud sibi usque post vesperos servaret precepit; finitisque vesperis, dum comitem principes circundantes de aliis negotiis loqui voluissent, ille se nulli responsurum, donec paupercule vacca sua reddita fuisset, iuravit, sicque milies ab ea benedictus petitioni eius satisfecit.

24. In villa que dicitur Turholdis[4] singulis annis in festo sancti Iohannis mercatum magnum esse consuevit. Dictum est comiti, quod 10 milites fiducia parentum suorum abstulissent cuidam negotiatori ad mercatum venienti aliquid de sarcina sua. Protinus comes exiliens eos cepit et in quadam domo reclusit; parentes vero eorum nimis perterriti et celeriter ad misericordiam venientes comitis, rogabant, ut quantumcumque vellet pecunie vel equorum susciperet, tantummodo ut eos non suspenderet. Comes autem simulans se pre-

a) *deest c.; legitur in cod. Monac. Flandriae gen. ex Herimanno interpolato.* b) ablatos *corr.* ablatas *c.*

Clementia nobilis comitissa, quae ducissa appellata est propter coniugium ducis, quem post mortem prioris sui coniugis Flandrensis comitis Roberti duxit; scilicet Godefridum I. ducem Lotharingiae, a. 1120.

1) Ribemont; quem etiam Auctar. Sigiberti Aquic. recenset, SS. VI, p. 394. 2) Vendeuil. 3) Dammartin (départ. Seine et Marne). 4) Thourout, prov. Westflandern.

cibus eorum satisfacturum, dixit eis, ut parum expectarent, donec ipse domum introgressus reisque illis collocutus rursum ad eos exiret. Dixit, statimque cum paucis viris ingressus, eos intra domum eandem suspendi precepit; rogantibus autem viris, ut sibi parceret nec perpetuam parentum eorum inimicitiam eos incurrere faceret, parcens eis, precepit reis illis, ut qui[a] ex eis evadere vellet socium suum suspenderet. Sic ergo novem suspensis, cum decimus superesset, comes ei iussit, ut funem ultra trabem iaceret et super scamnum stans de ipso fune laqueum in collo suo aptaret. Quo facto, comes scamnum pede longius propellens, eum duobus cubitis a terra pendentem reliquit. Sicque cum viris domum egressus rursusque a parentibus eorum exoratus: 'Eia', inquit, 'ingredimini et eos educite, eductosque ne ulterius aliquid in terra mea capiant admonete'. Dixit, statimque equum ascendens, a loco recessit. Parentes vero domum ingressi, omnes cognatos suos suspensos et iam mortuos invenerunt nimisque perterriti fugerunt. Pro huiusmodi ergo gestis ita omnes raptores exterruerat, ut non solum aliquid auferre, verum etiam, si vestem preciosam vel sciphum aureum in via repperisset, nullus levare auderet. Felicem se Flandria dicere posset, si tantum principem diu habere meruisset. Sed ille, ubi tanta pace facta nullam sibi per totum annum querimoniam afferri vidit, turpe deputans domi quietum residere, utpote iuvenis et vix 30 annorum existens, armis militaribus se ipsum cepit exercere, et quocumque milites preliandi gratia convenisse audiebat, ilico simul adesse ardebat.

1106. 25. Eo tempore Henricus prefatus rex Anglorum ingressus Normanniam contra fratrem suum Robertum comitem preliabatur, eumque victum duxit in Angliam; cuius filius Guilelmus puer decennis exheredatus ad Balduinum Flandrensem comitem confugit. Quem ille nutriens, 14. etatis sue anno militem fecit, eumque contra patruum suum regem Anglie, qui genitorem suum clausum tenebat, rebellare admonens, sepius cum eo Normanniam aggredi cepit. Rex vero Henricus mandavit, ut ab infestatione sua desisteret, alioquin se Brugias cum exercitu venturum sciret. Protinus ille remandavit ei, ne tantum laborem subiret, sed potius se ei Rothomagi occursurum sciret. Dixit, statimque legatum cum quingentis militibus subsecutus est, Rothomagum urbem, in qua rex morabatur, advenit, lanceaque in porta civitatis defixa, ut regi comitem Flandrensem adesse dicerent, civibus exclamavit. Rex vero, qui duo milia militum secum habebat, ut tantum strepitum tantamque audatiam vidit, utpote vir prudentissimus, se contra insensatum iuvenem non egressurum dixit, cunctisque militibus suis, ut nullus de porta exire presumeret, comminando precepit; 'quoniam, cum fatigatus', inquit, 'fuerit, revertetur et de terra mea nichil secum deferet'. Comes itaque nimis contristatus, eo quod nullum de civitate posset extrahere, dum civitatis muros vociferando circuiret et quid agere posset ignoraret — non enim tantam urbem tam paucis militibus expugnare valebat —, conspicit eminus gregem cervorum, quos rex in proximo nemore recluserat; exclamansque iuvenis: 'Etsi', inquit, 'nichil aliud possum facere, saltem cervos istos de claustris eripiam et liberos reddam'. Dixit, statimque cum militibus currens, gladiis evaginatis fortissimam sepem illam, que de stipitibus facta cervos reclusos tenebat, abscidit cervosque per agros dispersit, et sic, nullo negocio peracto, Flandriam rediit.

26. Interea Carolum, amite sue filium, quem de Canuto Danorum rege pepererat, post mortem patris sui ad se venientem libenter retinuit, eique germanam[1] Radulfi Perronensis comitis coniugio sociavit et ut Flandriam se absente servaret commendavit, sicque securior Normanniam frequentare cepit. Sed hec armorum et milicie exercitatio, licet ei magnam exultationem utpote iuveni inferret, monachis tamen et clericis ceterisque sapientibus ingentem exhibebat tristiciam, quoniam omnes preconabantur, non diu eum inter tot pericula vivere posse. Nec eos fefellit opinio, quin immo timor quem timebant evenit eis, et quod verebantur accidit. Nam dum nimis assidue infestat Normanniam, a quodam milite
1118. gladio super nasum vulneratur, nec tamen propter vulnus prelio cedens, nimio calore solis concussus exestuat, vulnusque intumescens eum invitum cogit reverti Atrebatum, ibique medicis ascitis, facile curatus fuisset, si cibis noxiis abstinere voluisset; sed dum nec carnem anserinam nec alia similia dimitteret, vulnere gravatus deficit totoque anno lecto decumbit; propter tedium tamen devitandum se multociens de loco ad locum facit in lectica deferri; ad ultimum, cum iam se videret non posse evadere, prefatum Carolum successorem sibi

a) quis *corr.* qui *c.*

1) Margaretam, sororem Radulfi comitis Viromandensis, filiam Rainaldi Claromontani. DACH.

constituens, Flandriam ei tradit; sicque apud Sanctum Bertinum monachus factus, et infra octo dies defunctus, ingentem luctum et tristiciam cunctis ecclesiis dereliquit et, quod nullus in viribus suis confidere debeat, edocuit. 1119. Carolus ergo, consanguineus eius, succedens, in iusticia quidem tenenda minor eo non fuit, in prudentia vero et cautela, quoniam aliquantulum provectioris etatis erat, omnino eum vicit. Ecclesias quoque sic tuebatur, ut iam pater ecclesiarum vocaretur. De quo unum referam quod memorie occurrit, ut per hoc, cuius devotionis fuerit, agnoscatur.

27. In die epyphanie dum curiam suam Bergis[1] vidisset abbatem Sancti Bertini, domnum scilicet Iohannem, ingredientem, protinus vocans eum: 'Domne', inquit, 'abba, quis hodie cantavit maiorem missam in ecclesia sancti Bertini'? Respondente abbate, non defuisse qui eam honorifice cantaret, quoniam plus quam centum monachi in conventu suo essent, comes subiunxit: 'In tanta sollempnitate debuissetis eam cantare et cum fratribus in refectorio comedere eisque, qui tota nocte vigilaverunt ad matutinos, de hiis que comites antecessores mei dederunt bonam refectionem providere, non in curia mea residere'. Dicente vero abbate, se libentius missam cantasse, quam illuc advenisse, sed propter militem quendam, qui sibi auferebat terram quam ecclesia sua plus quam 60 annis quiete possederat, illuc venire compulsum fuisse, addidit comes: 'Et quare hoc mihi per famulum vestrum non mandastis? Vestrum enim est pro me orare, meum vero ecclesias tueri et defendere'. Dixit, statimque milite accersito, interrogavit, cur ecclesiam sancti Bertini inquietaret de terra quam tanto tempore possederat. Respondente milite, ecclesiam terram illam iniuste tenuisse, quoniam iuris sui esset, ait comes: 'Sicut pater vester inde tacuit, sic et vos tacete, quia per animam comitis Balduini iuro, quod, si ulterius exinde querimoniam audiero, nichil aliud faciam de vobis, nisi quod ipse comes de illo fecit quem Brugis in caldaria bullivit'. Sic pacem sibi a comite factam narravit mihi prefatus abbas Iohannes.

28. Sed quia tali principe digna non fuit Flandria, viri impii, Bertulfus scilicet Brugensis ecclesie prepositus et cognati eius, qui se comitis servos esse denegabant, pro iusticia quam faciebat, confederati in unum, secreto contra eum coniuraverunt. Quod cum comiti apud Ypram nuntiatum fuisset, et ne Brugias iret a multis admoneretur, ille respondit, se pro iusticia, si Deus vellet, mori paratum, nec se a iusticia relaxandum. Statimque cum militibus suis Brugias veniens, munitionem quandam[a], quam iidem coniuratores fecerant, succendit et ad propriam domum rediit. In crastino vero summo mane surgens et de solio palatii sui ad solium ecclesie sancti Donatiani transiens, missam a capellano suo 1127. Mart. 2. ibidem sibi cantari precepit; erat enim feria quarta secunde ebdomade in quadragesima. Cum ergo iam in epistola oratio Hester legeretur, et comes in oratione prostratus psalterio aperto psalmos legeret, quedam paupercula superveniens elemosinam ab eo poposcit et de 13 nummis, quos more suo comes super psalterium posuerat, de manu eius unum accepit. Quo accepto, cum ei eadem mulier exclamasset: 'Domine comes, cavete!' levante caput comite, ut videret, quidnam esset: ecce Burcardus, prefati prepositi nepos, qui loricatus evaginato gladio tacite advenerat, fronti eius gladium infixit, multisque vulneribus superadditis, eum ibidem coram altari interfecit, unoque cum eo occiso, ceteros qui aderant perterritos in fugam convertit. Tristis ilico fama totam complevit regionem, in ecclesia occisum esse gloriosum Carolum comitem.

29. Domnus Gislebertus abbas Sancti Petri Gandensis, vir veracissimus et religiosissimus, mihi retulit et sub testimonio veritatis asseruit, quod erat tunc temporis Brugis quidam pauper claudus sibi notissimus, cui comes multociens elemosinam dare consueverat. Hic ergo, fama tam tristi audita, flens et eiulans, cum magno clamore ad ecclesiam venit, nimioque labore rependo[b] manibus et cruribus per gradus lapideos usque ad solium lapideum, in quo comes interfectus fuerat, ascendit, solumque corpus eius ibi iacens sanguine cruentatum invenit; cumque, admiratus omnes tam cito pariter illud solum reliquisse, iuxta illud resideret altosque gemitus et voces pre nimio dolore cordis ederet, de sanguine, qui copiose defluebat, crura sua et tibias cepit linire, non quo, ut ipse dicebat, spem aliquam haberet curationis, sed solummodo propter dulcedinem et dilectionem eius qui sibi tanta bona fecerat: cum subito divina misericordia se perfecte curatum sentiens, instar capree

a) quamdam *corr.* quandam *c.* b) reppendo *c.*

1) Bergues St. Winnoc.

1127. per gradus exiliendo descendit, totumque currendo oppidum circuiens, universo populo se sanatum ostendit. Que res homicidis illis grandem confusionis nebulam intulit, maioremque intulisset, nisi pauper ille potentia illorum perterritus id publice exiliendo predicare destitisset; magnas enim opes sibi de redditibus comitis, quibus eos preposuerat, contraxerant, adeo ut, cum paulo ante necem suam comes eis diem audientie apud castrum Casletum posuisset, ubi se servos eius non esse iudicio optimatum suorum comprobarent, Bertulfus, eiusdem ecclesie prepositus, Burcardi avunculus, tria milia militum illuc secum palam adduxerit, ita ut comes, timens ne tumultus aliquis a tanto populo excitaretur, causam ipsam in diem alium distulerit.

30. Corpus ergo comitis cum ibidem sepeliri non posset — siquidem domnus Symon episcopus, cuius sororem[1] idem comes coniugem habuerat, audito tanto scelere, divinum officium in eadem ecclesia ex toto interdixit —, ad aliam vero ecclesiam illud transferri provinciales nullo modo patiebantur: prefatus Bertulfus prepositus, quantum poterat se de morte eius volens excusare, de columnis marmoreis preciosum illi sepulchrum in eodem loco cenaculi ubi interfectus fuerat protinus construi fecit; ibique corpus positum fere 60 diebus iacuit. Tanta vero turbatio subito in tota Flandria extitit, ut illud quod in Apocalipsi
Apoc 20, 2. legitur: *Post mille annos solvetur dyabolus,* in illa provincia ad litteram contigisse videretur[2]; duobus tercium, ubique solum invenissent, aut spoliantibus aut capientibus aut etiam occidentibus, ita ut tunc palam quilibet simplicissimus facile intelligere posset, quanta vis in uno solo illo principe extitisset, qui tam indomitam gentem acsi monachos claustrales iugiter quiescere coegisset.

31. Principes vero Flandrie, et maxime Balduinus[3] Gandensis, frater Yvonis Nigellensis, qui nunc est comes Suessionensis, videntes tantam turbationem, condicto die in unum conveniunt, pacem inter se componunt, et ne tantum scelus eis in obprobrium verteretur sempiternum, si remaneret inultum, congregato exercitu, Brugias tendunt. Cum vero homicide illi, multis fulti auxiliatoribus, cum magna multitudine militum et peditum contra eos pugnaturi processissent, Balduinus ille, lorica et galea protectus, altiori voce exclamans[a]: 'Non', inquit, 'contra vos, o viri boni, venimus, nec Brugense castrum expugnare querimus, sed iniustam necem domini nostri ulcisci volumus, ne forte dicatur, quod et nos proditionis eius rei simus sicque semper ulterius proditores appellemur. Si ergo contra nos pugnatum venitis, tanti sceleris vos participes esse testamini, sicque obprobrium perpetuum incurretis. Quam ob rem moneo et consulo, ut nobiscum potius sitis et ad confundendos proditores domini nostri nos adiuvetis'. Hiis dictis, populus vociferando exclamat, iunctusque Balduino, versa vice eos cum quibus venerat debellat. Protinus illi in fugam vertuntur, et quia aliam evadendi viam non habebant, in castrum regrediuntur, turrem comitis introeunt, et in ea conclusi, a Balduino duobus fere mensibus obsidentur.

32. Interea rex Francorum Ludovicus, quem de matertera Caroli genitum supra diximus, tam duro nuntio cognati sui perculsus, Atrebatum venit, et quia Carolus sine prole obierat, quem vellent habere comitem, a principibus Flandrie sciscitatur. A nonnullis ipsum regem propinquiorem fore dicebatur, et quia plures filios habebat, ut uni eorum Flandriam daret, suggerebatur. Sed rex ut vir prudentissimus considerans, nullum filiorum suorum adhuc esse duodennem, nec sine magistro, qui ei iugiter adhereret, tam indomitam posse regere gentem, se vero non semper ei posse adesse presentem, timens ne aliquid exinde mali eis contingeret[b], altiori consilio refugit aliquem ex eis terre preficere.

33. Erat tunc quidam Balduinus comes Montensis, quantum sua etas patiebatur satis strenuus armis, cuius atavus fuerat ille Balduinus constructor cenobii Hasnoniensis, qui, ut supra dictum est[4], Richeldem comitissam Montensem coniugem ducens, utrumque comitatum tenuerat, Flandrensem scilicet et Montensem, quique de eadem Richelde duos filios genuit, Ernulfum, qui patri succedens a patruo suo Roberto Casleti est occisus, et Balduinum, qui cum matre sua Montensem comitatum tenuit, unoque filio nomine Balduino genito, Ierusolimitanum iter cum aliis principibus in principio expetiit, unde necdum rediit, et utrum occisus an captus fuerit, usque hodie sciri nequivit. Filius vero eius Balduinus cum comes

a) procl. *corr.* excl. *c.* b) contigeret *c.*

1) Margaretam uterinam ex alio patre natam, scilicet Rainaldo Claromont. DACH. 2) Cf. locum ex Vit. Hugonis Marchian. c. 12, supra p. 269, n. exscriptum. 3) Balduinus III. cognomento Luscus et Barbatus. DACH. 4) c. 12.

factus fuisset, Clementia Flandrensis comitissa, ut quandam puellam neptem suam in coniugium acciperet, ei suasit seque cum ea mille marcas argenti ei daturam promisit. Consensit iuvenis, seque eam die statuta desponsaturum iuravit, parique modo iuramentum desponsationis ab ea publice coram multis testibus accepit. Infra diem vero statutum iuvenis, pretermisso iuramento quod fecerat, Hiolendem, filiam Gerardi Babinbergensis[1] comitis, uxorem duxit. Unde comitissa frendens[a], et maxime, quia germanum suum Guidonem Viennensem archiepiscopum videbat iam papam Romanum effectum et Calixtum nominatum, conquesta est ei, genus suum a tantillo comite fuisse vilipensum. Protinus ille litteris directis mandat Radulfo archiepiscopo Remensi, ne periurium illud differret ulcisci. Presul, convocatis episcopis et abbatibus aliisque ecclesiasticis multis personis, comitem iubet adesse et de pactione coniugii respondere. Conqueritur Clementia, quod neptem suam se coniugem accepturum die prefixa iureiurando promisisset, subiungens se habituram inde trecentos nobiles testes, si hoc negare voluisset. Respondet Balduinus, se nec velle nec posse quod dixerat negare, quoniam verum constabat eam dixisse, tamen se iam coniugem aliam duxisse et sollempnibus factis nuptiis ei sociatum fuisse; ac deinde subiunxit, quidquid iudicatum exinde fuisset se facturum fore. Multa super hiis iudices invicem conferentes, ad ultimum pro reverentia domini pape indutias petierunt et, ut tanta causa iudicio eius Rome deferretur, oraverunt. Factum est; Romam perlata est. Convenerunt cardinales, et voluntati pape faventes, primam fidem iuxta apostolum irritam sine dampnatione non posse fieri ideoque eam quam primo iuraverat coniugem debere duci decernebant. Interea quidam magne auctoritatis cardinalis nomine Bruno, ceteris[b] diversa dicentibus, omnino reticebat. Qui a papa sententiam suam dicere commonitus, respondit, se aliorum dictis non repugnaturum. Ubi vero papa ei per obedientiam precepit, ut, si quid super hoc re vera sentiret, aperiret, ille diligenter singula discurrendo proponens, in primo quidem coniugio nonnisi solum iusiurandum factum, in secundo vero et iusiurandum et desponsionem et presbiteri benedictionem et sollempnes nuptias, postremo utriusque copulatione integrum matrimonium factum esse, intulit, prolatisque canonum diversis capitulis, secundum coniugium ulterius non posse dissolvi, de priori vero periurio penitentiam comiti debere imponi, subiunxit. Cui sententie papa cum cardinalibus assentiente, reversisque nuntiis in Frantiam cum litteris apostolicis, tunc quidem comes Balduinus exultavit, Yolendem sibi remansisse; puella[2] vero doluit, se comitis coniugio privatam fuisse. Sed repente mirabili fortuna, immo Dei misericordia subsequente, eadem puella Ludovico regi Francorum coniugio est copulata, huiusque qui nunc rex est Ludovici aliorumque regis filiorum mater effecta, quod prius non contigisse[c] doluit, inde postmodum vehementer exultavit, quoniam magis voluit dici et esse Francorum regina quam Montensis comitissa. Hic ergo Balduinus de prefata Yolende genuit alium Balduinum et Richeldem, Everardi castellani Tornacensis coniugem. Quia igitur Richeldis Evrardo huius provincie principi nupsit, libet de illa per excessum parum dicere.

34. Fuit enim hec Richeldis, sicut genere nobilissima, sic facie pulcherrima et in actibus seculi nequam strenuissima; que genuit Balduinum pulcherrimum et nobilissimum adolescentem[d]. Sed, heu! in flore iuventutis febre correptus, cum morte pactum iniit, sepultusque est in claustro sancte Dei genitricis Marie. Richeldis vero Evrardum et Godefridum filios speciosos et Yolendem filiam moriens reliquit. Qui Evrardus[e], cum adhuc etate tener esset, terram paterni iuris malefactoribus abundantissime subiectam frendens dentibus nimium indoluit; quibus cum indignatione et ira, evaginato gladio, oculis turbatis asperitate superbie et feritatis, in manu valida cum impetu velociter occurrit omnesque in brevi de finibus suis exturbavit terramque suam paci et pacem terre reformavit. Post hec autem filiam Lamberti Leodiensis comitis Gertrudem nomine uxorem accepit, de qua Balduinum filium genuit. Yolendis vero, soror eius, Flandrensi dapifero Rogerio nupsit.

35. Nunc autem ad ea que de Balduino Montensi[f] comite, qui patri suo Balduino in etate iuvenili defuncto succederat[g] et comitis Namucensis germanam[3] coniugem duxerat, iam adolescens milesque strenuus erat, quando Carolo principe viduata est Flandria, — pauca[h] explicemus. Hic ergo Balduinus audiens regem Francorum Atrebatum venisse et de con- 1127.

a) frendrens *corr.* frendens *c.* b) qui c. *c.* c) contingisse *corr.* contigisse *c.* d) adhol. *corr.* adol. *c.* e) Euratradus *corr.* Eurardus *c.* f) Montensis *corr.* Montensi *c.* g) *ita c.* h) *ita filo orationis abrupto c.*

1) Potius Geldrensis; cf. Gislebert., SS. XXI, p. 505. 2) Adelais. 3) Alidem, filiam Godefridi, sororem Heinrici comitum; cf. Gislebert. l. l. p. 507.

1127. stituendo Flandrie comite consilium querere, assumptis secum nobilibus et sapientibus terre sue principibus, regem adiit, avum suum Balduinum, qui Iherusalem profectus fuerat, iniuste a Roberto, patruo suo, de Flandria pulsum et exheredatum conquestus est palam coram optimatibus regis; ut sibi terram et hereditatem avitam redderet, humiliter regem postulavit, et ubicumque rex sibi in toto regno suo diem posuisset se ire paratum, et quod nullus se propinquior vel rectiori ac maiori iure heres Flandrie esse deberet, armis et duello sui proprii corporis probaturum subiunxit. Petitioni eius milites qui cum eo venerant acclamabant regique magnam in tota provincia pacem exinde venturam suggerebant aliaque negocio presenti expetentia plurima subnectebant. Rex prudentissimus benigne omnibus respondebat, ipsumque comitem consanguineum suum vocans, multa spe animum eius ad impe- Prov. 21, 1 trandum que petebat sublevabat. Sed quia iuxta Salomonem: *Cor regis in manu Domini, quocumque voluerit inclinabit illud*, aliter voluntas regis, quam comes voluerit, versa est. Cum enim multi certos se esse putarent, quod Flandria eidem comiti reddenda foret, repente, nescio cuius venti flatu impellente, auditum est, eam datam esse cuidam iuveni, Guilelmo scilicet, filio Roberti Nortmannie comitis, qui a germano suo rege Anglorum Henrico tunc temporis adhuc in custodia clausus servabatur, quique de filia Roberti senioris comitis Flandrensis, ut longe superius dictum est[1], fuerat genitus. Hic ergo prefatus adolescens Balduinus spe sua frustratus, a facie regis iratus abscessit et contra Flandriam arma corripuit, paucisque post diebus transactis, oppidum quod dicitur Aldenarda[2] invadens, totam usque ad cineres combussit, ita ut in ecclesia sancte Walburgis plus quam centum diversi sexus et etatis fuerint cremati. Rex vero cum novo comite Flandriam ingressus, Brugis venit domnoque Symoni Tornacensi episcopo mandavit, ut, congregatis diocesis eiusdem abbatibus, ad sepeliendum corpus gloriosissimi comitis Caroli quantotius veniret. Quod tunc de ipso corpore vidi fidenter refero. Accersivit parvitatem meam[3] dominus episcopus una cum domno Absalone abbate Sancti Amandi; multisque presentibus sepulchrum illud, quod de columpnis marmoreis Bertulfus prepositus, ut paulo ante diximus[4], construi fecerat, eversum est. Corpusque comitis inde levatum ad ecclesiam sancti Christophori martiris in eodem opido sitam est a rege cum magna processione delatum, quatinus die statuta, congregatis principibus universoque populo, ecclesia sancti Donatiani reconciliaretur, et corpus ad eandem relatum decenter in terra sepeliretur. Cum ergo timeremus, ne forte odor corporis baiulos eius gravaret — iam enim plus quam 50 dies[5] a morte eius transierant —, pro nichilo omnes timuisse, misericors Deus evidenter ostendit. Nullum enim omnino ex eo sensimus noxium odorem manasse, immo, quod magis mirum est, linteum quo fuerat corpus involutum ita candidum et incorruptum vidimus, ut nulla omnino signa in eo nisi recentis sanguinis cerneremus. Quantus ibi gemitus, quantus dolor, quis clamor et planctus[a], qualis lacrimarum fluctus a rege cunctisque principibus, immo universo populo fusus fuerit, pretereo, quia hec etiam me tacente facile potest avertere pia legentis intentio. Post quinque ergo dies reconciliata eadem ecclesia, et post misse celebrationem decenter sepulto comitis corpore, protinus rex dominum Rogerium iuvenem clericum in sede prepositi statuit, quoniam Bertulfus prepositus iam aufugerat. Quo facto, turrem, in qua proditores adhuc clausi et obsessi detinebantur, rex invasit; sed quia fortissima erat, illique viriliter repugnabant, non tam facile eam capere potuit. Nocte sequenti Burcardus cum avunculo suo Bertulfo de turre clam exeuntes, fugerunt aliosque omnes in mortis periculo reliquerunt. Qui cum vidissent frustra se repugnare, ad ultimum se regi reddiderunt eumque ingredi permiserunt. Rex vero cunctos simul captos primo in eiusdem turris carcere per triduum iussit servari, dehinc eductos et superius reductos de propugnaculis ipsius altissime turris singillatim fecit precipitari. Sicque 30 homines precipicio interfecit. Bertulfus vero et Burcardus, cum iam de provincia exissent et etiam usque Tornacum venissent, divino tamen iudicio effugere nequiverunt, sed rursus in partibus Flandrie comprehensi turpissimeque suspensi, vitam indignam misera morte finierunt.

36. Rex itaque Francia[b] rediens, Guilelmum in Flandria comitem reliquit. Qui primo quidem in ingressu suo etiam coram rege Flandrensibus, tam militibus quam oppidanis, bona promisit libertatemque et leges suas more antecessorum suorum se servaturum publice iureiurando firmavit. Ubi vero omnes sibi subiectos vidit, protinus elatus, bona et substantias

a) plantus c. b) *ita* c.

1) c. 14. 2) Audenarde. 3) Hermannus paullo ante abbas electus erat. 4) c. 30. 5) 53 dies, Walterus, Pass. Karoli c. 47, SS. XII, p. 558, qui idem narrat.

eorum diripere, dein etiam eos vinculis astrictos et custodie mancipatos ad redemptionem sui 1128. cepit compellere. Confestim Flandrenses perterriti, utpote talium non assueti, et de malis peiora expectantes, unanimiter rebellare disponunt et mori potius quam talia pati eligunt; primique Insulenses, quos magis affligebat, ei palam resistere ausi sunt. Erant tunc temporis in Lotharingie provincia, que dicitur Auxatia[1], iuvenis quidam miles nomine Theodericus, filius Symonis[2] ducis Auxatie, quem ex filia Roberti senioris comitis Flandrie genuerat, que prius Henricum comitem Brussellie maritum habuerat, sed, eo apud Tornacum interfecto, prefato Symoni duci nupserat. Hunc ergo iuvenem scientes Flandrenses propinquiorem Caroli fuisse, utpote matertere eius filium, secreto ad eum legatum dirigunt et ut Flandriam veniat poscunt. Protinus Theodericus, vix tribus militibus comitatus, Flandriam venit, veniens gaudenter suscipitur, iamque Guilelmo fidentius repugnatur. Rursum petente Guilelmo rex cum archiepiscopo[3] Atrebatum revertitur. Theodericus quasi alieni iuris invasor ad audientiam archiepiscopi venire commonetur; venire nolens, cum omnibus fautoribus suis publice excommunicatur, et Insule, ubi tunc morabatur, divinum officium interdicitur, ipseque quantocius de Flandria exire et in terram suam redire a rege iubetur. Prebet ille surdas aures et eventum rei prestolatur. Rex cum Guilelmo, congregato exercitu, intra Insulam clausum obsidet Teodericum, terque in die in tribus locis oppidum invadens, portas intrare et clausos expugnare conatur; sed nihil proficiens, sexto die sine aliquo effectu Atrebatum, inde in Franciam revertitur. Egreditur de Insula Teodericus, Flandriamque peragrans et aliquotiens Guilelmo congressus, nunc inferior, nunc superior invenitur, omnibus cum timore expectantibus, quis eorum vincat, et quis vincatur. Rursum vero Guilelmus, congregato equitatu, in castello quod dicitur Alos[4] conclusum obsidet Teodericum. Sed dum fortiter preliando castellum expugnare nititur, mense Augusto in manu sub pollice a quodam pedite vulneratus et calore nimio gravatus, sentiens sibi brachium intumescere, ducem Godefridum, qui secum erat, secrete facit evocari, seque protinus moriturum predicens, ut caute exinde equitatum reducere studeat, consulit. Dux sentiens adversam fortunam, callide per internuntios Teodericum evocat, simulansque se pacem inter ipsum et Guilelmum velle componere, caute exercitum eduxit, et cum iam procul esset Teoderico, mortuum esse Guilelmum, mandavit. Sic ergo vulnere modico Guilelmo defuncto et apud Sanctum Bertinum iuxta comitem Balduinum sepulto, dominatum totius Flandrie, rege concedente, Teodericus obtinuit, et coniuge sua[5] defuncta, germanam comitis Andegavensis[6], filiam scilicet Fulconis regis Ierusalem, uxorem duxit. Talique fine probatum est, non falsam fuisse prophetiam illius matrone, que Balduino Tornacensi advocato et sociis suis, legatis Roberti comitis, id ante quam plures annos sic futurum predixerat[7]. Balduinus enim, filius Roberti comitis iunioris, sine prole obiit. Iuvenis autem pulcher, quem de Dacia venturum pronuntiavit, haud dubium quin Carolus fuerit; duo autem comites, quos post eum venturos et de Flandria litigaturos subiunxit, quorum alter alterum interficeret, Guilelmus et Teodericus fuerunt; quod vero in fine intulit, victorem cum posteris suis Flandriam possessuros usque ad tempus Antichristi, Dei noticie et futurorum relinquimus experientie. Hoc unum videmus, Teodericum iam esse comitem securum pluribusque liberis letificatum, filiamque suam iam promisisse Henrico, comitis[8] Teobaldi filio, licet rex Francorum coniugium nitatur dissolvere, tercio gradu consanguinitatis dicens eos invicem propinquos esse. Verum quia per reges et comites longam nimis digressionem fecimus, iam, quasi prolixo expleto itinere, ad domnum Odonem et clericos eius redeamus, ne, nobis per diversa vagantibus, fame moriantur.

37. Recedente itaque domno Rabbodo episcopo cum processione, remanserunt pauperi 1092. Martino quinque pauperes clerici. Mox vero auxilio civium empta una domo lignea a monacho, qui provisor erat curie Sancti Amandi de Willemel, et iuxta ecclesiola[a] edificata, paulatim crescere ceperunt, ita ut anno altero adventus eorum iam 18 fratres ibi inveni- 1093. rentur. Paupertatem tamen non parvam in primis ibi sustinuerunt, ita ut unde viverent non haberent; sed a quibusdam religiosis laicis sacci publice per urbem cotidie circumferebantur, et ut pauperibus Sancti Martini succurrerent, clamabatur, talique subsidio integro anno transierunt.

a) ecclesiolam c.

1) i. e. Alsatia. 2) Theoderici, ut supra monuimus. 3) scilicet Remensi. 4) Aalst; cf. Galberti Pass. Karoli c. 119, SS. XII, p. 617. 5) Suanahilde. 6) Sibillam. Cf. Flandr. gen. c. 32, SS. IX, p. 324; Order. Vit. XII, SS. XX, p. 79; Will. Tyr. XIV, 1. 7) C. 13. 8) Carnotensis et Blesensis.

38. Interea adolescens quidam clericus nomine Alulfus, Sigeri canonicorum Sancte Marie precentoris filius, relictis secularibus divitiis, sese illis sociavit. Quod ubi patri eius nuntiatum est, continuo congregatis propinquis suis, ad Sanctum Martinum furibundus venit, adolescentem per capillos apprehensum, terre prostratum graviterque cesum domum reduxit. Sequenti die adolescens, dum putaretur ad ecclesiam sancte Marie ire, furtim se subducens, ad Sanctum Martinum rediit. Sed rursum a patre suo continuo reducitur et in compedibus ponitur. Cumque hoc sepius fieret, adolescente scilicet ad Sanctum Martinum quandocumque poterat fugiente, et patre suo protinus eum reducente, contigit, domnum Haimericum Aquicinensem[1] abbatem Tornacum venisse ad invisendos et confortandos pauperes illos. Quem cum magister Odo consuleret, quid sibi agendum foret super adolescente illo, qui cotidie a patre suo violenter reducebatur, protinus abbas, ut vir sapiens, competenti reperta occasione, in id quod ante moliebatur erupit, dicens: 'Vere, bone magister, idem vobis non solum de isto iuvene, sed etiam de aliis fratribus vestris sepius continget, nisi monachi efficiamini. Iuxta urbem enim habitatis, et facile fratres vestri iuniores a secularibus clericis sociis suis decepti ad seculum reducentur, quia unus idemque vester et ipsorum est habitus; si autem monachi essetis, postea nullum de vestris temptarent reducere, quoniam, cum monachorum niger sit habitus, clericorum vero candidus, tanto horrori clerici habent habitum monachorum, ut quem semel viderint monachum numquam deinceps dignentur habere socium. Considera etiam, quod mollior et remissior sit vita clericorum, etiam regulariter viventium, quippe cum lineis induantur, carnibus frequenter vescantur, festis diebus nonnisi novem lectiones legant. Cum ergo tu famosus ubique et celebris habereris et seculo renuntiaveris, si mihi credere velles, magis consulerem tibi clericisque tuis rigidiorem quam remissiorem expetere ordinem'. Hiis abbatis Aquicinensis persuasionibus magister Odo animatus, socios evocat, abbatis consilium narrat consensumque eorum super hoc expostulat. Protinus dictis eius consentiunt, et ne ab aliquo, si differretur, averti posset, abbatem prefatum ea nocte ibi manere deposcunt seque die sequenti monachos futuros promittunt. Crastino igitur summo mane, finito capitulo, ad altare sancti Martini 12 clerici eunt, vestem clericalem deponunt et monasticam cum benediccione et triduano silentio per manum abbatis Haimerici suscipiunt, ita ut cum matutinos et primam ritu clericali cantassent, iam terciam et omnes sequentes horas usque in hodiernum diem monachorum more cantaverint. Nec fefellit magistrum boni consilii susceptio. Siquidem Sigerus ille canonicorum precentor videns adolescentem filium suum monachum factum, nequaquam illum ultra reducere temptavit, sed ad perseverandum vehementer accendit, immo ipsemet preterea, nutu Dei compunctus, relictis mundanis divitiis, una cum fratre suo Hermanno, maioris ecclesie preposito, cuius longe superius mentionem fecimus[2], in cenobio nostro monachus est factus*, et quinque altaria, que alteri filio suo nomine Adam canonico acquisierat, nobis dari impetravit, que nobis singulis annis plus quam 30 librarum pecuniam reddunt. Completo itaque triduano silentio, abbas Haimericus monachis quos fecerat, ut iam sibi abbatem eligerent, consuluit. Cumque magister Odo unum de sociis suis eligere conaretur, omnes super eum irruentes, unanimiter ipsum eligunt electumque domno Rabbodo episcopo presentant confirmandum; consecratusque est sequenti dominica Tornaci in ecclesia
1095. Mart. 4. sancte Marie 4.** Nonas Martii, anno tercio conversionis sue. Adolescens vero ille quem prediximus Alulfus monachus factus, in cenobio nostro armarii seu cantoris officium 47 annis tenuit, omnesque libros beati Gregorii sepius relegens, imitatus Paterium, universas tam Veteris quam Novi Testamenti sententias ab eo expositas excerpens, tres exinde codices composuit, et quartum de diversis et valde utilibus sententiis superaddidit, eisque Gregorialis nomen indidit[3], sicque 48. conversionis sue anno in bono proposito vitam terminavit.*** Sigerus vero, pater eius, cum primum factus fuisset monachus, quadam meridiana in lecto dormiens, vidit in sompnis unum ex canonicis Sancte Marie ante plures annos defunctum

*) sicque bonum consilium abbatem Haymericum magistro Odoni dedisse, patuit ex fine. Completo *etc. H.*

**) IV. Non. Mart. *om. H*

***) *H. add.:* Cuius anniversarius est quinto Nonas Martii; *pergit c.* 66.

1) Anchin. 2) C. 8. 3) Extant in biblioth. S. Martini Tornac. in 4 voluminibus, in quorum ultimo legitur: *Haec de Gregorii qui traxit opuscula libris Gregorii precibus in pace quiescat Alulfus.* Alulfi opus editum est Parisiis. DACH. Cf. Hist. littér. XII, p. 245.

sibi apparentem et de diversis colloquentem, cumque ille mortis eius non immemor interrogaret, ut sibi panderet, quomodo se haberent anime in alia vita, ille protinus respondit: 'Domne Sigere, quid queritis de alia vita? In veritate dico vobis, quod qui propter Deum hic pauper fuerit ibi erit[a] dives'. Statim Sigerus evigilans, ad sui consolationem id se vidisse intellexit, Deumque super hoc glorificans, nobis protinus enarravit.

39. Domnus itaque Odo abbas factus cum monachis suis Instituta[1] et Collationes seu Vitas patrum assidue cepit legere, et quicquid legissent ilico volebant opere adimplere. Unde factum est, ut zelum Dei habentes, sed forte non secundum magnam scientiam, tercio adventus sui anno conqueri inciperent, se non in bono loco remansisse, ubi clamores iuvenum, cantilenas puellarum audiebant, ubi secularium vestes videbant, quibus ab intentione sua plurimum animus eorum impediretur; desertum potius expetendum, ubi liberius divine possent vacare meditationi. Hec et hiis similia per dies singulos invicem conferentes et multociens exinde graviter[b] suspirantes, tandem unanimi accepto consilio, dum quadam nocte solito temperius matutinos decantassent, finitis illis, vestes suas et libros plaustro imponunt, sicque ante mediam noctem ecclesiam vacuam relinquentes, precedente abbate, omnes, nullo civium sciente, quantotius de provincia exire satagunt. Mane vero facto cum cives ecclesiam sancti Martini orationis causa ex more adeuntes, quod gestum fuerat, comperissent, ilico, quasi urbis interitus immineret, gemere, alter alteri quod audierant cum merore nuntiare, non se dignos eorum consortio fuisse proclamare, postremo ad ipsam ecclesiam catervatim recurrere, ubi dormierant, ubi comederant, cum lacrimis circuire, universeque regioni novam quandam calamitatem superventuram eiulando ceperunt pronuntiare. Ubi vero per sanctimoniales quasdam prope ecclesiam commanentes didicerunt, eos Noviomum ire, quatinus a domno Rabbodo episcopo, qui tunc ibi morabatur, abeundi licentiam peterent, protinus evocato domino Everardo castellano, totius regionis illius principe, cunctisque maioribus urbis in unum celeriter congregatis, accepto generali consilio, ad episcopum festinato miserunt, mandantes ei, ut nullam spem ulterius ingrediendi Tornacum haberet, si eis licentiam daret. Legatus itaque, equo vehementer calcaribus fatigato, monachos prevenit, episcopo rem gestam retulit, deinde principis et civium verba subiunxit. Protinus episcopus lacrimis perfusus respondit, hoc superfluo cives mandasse, quoniam, etiamsi ipsi rogarent, ut monachos abire permitteret, ipse nullo modo super hoc eis assensum preberet. Continuo ergo in via qua eos venturos sperabat ipse explorandi gratia legatum dirigit, eisque propinquantibus, in occursum eorum pergit, vidensque eos omnes fere 30 pedites venientes, militibus et clericis suis, ut de equis descenderent et monachos ascendere facerent, precepit. Monachi vero ascendere nolentes, usque ad episcopum perveniunt, et in medio porte Noviomensis urbis pedibus eius prostrati, abeundi licentiam deposcunt. Protinus episcopus cum nimio fletu econtra pedibus eorum prosternitur et hoc se nullo modo facturum iureiurando profitetur. Sicque ad domum suam eos ducens ac pro tanti laboris levamine triduo secum retinens liberaliterque reficiens, ad ultimum eos obedientie vinculo constrictos Tornacum redire coegit. Quod ubi civibus innotuit, ilico, quasi post tenebras solem cernerent redeuntem, exultant et procul ab urbe eis occurrere properant. Contigit[c] autem, eos redire in exaltatione sancte crucis, quando celebrem illam processio- Sept. 14. nem per circuitum urbis* superius diximus[2] institutam a Rabodo episcopo pro ignea pestilentia. Canonici itaque, qui iam urbe cum sanctorum pignoribus egressi fuerant**, ut eos reverti audierunt, cum tota processione fere 60 milium hominum eis obviam pergunt et cum gaudio ad sancti Martini ecclesiam eos reducunt.

40. Exinde cepit ecclesia nostra paulatim cum Dei adiutorio crescere et multiplicari usque in presentem diem. Tunc primum cives Tornacenses certiores facti de eorum stabilitate, prefatum episcopum adeunt, terrarum antiquarum Sancti Martini, que quondam destructo cenobio in manu episcopi devenerant, et de manu episcopi in*** beneficio tene-

*) populus faciebat, quae ab episcopo Rabbodo eodem tempore fuerat instituta pro ignea pestilentia, que divino iudicio nimis ipsam provinciam oppresserat, adeo ut plurimorum membra publice comburi viderentur. Cuius pestis immanitate permotus *etc. e c.* 6. *H.*

**) in anniversaria processione *add. B.*

***) advocatus Tornacensis in b. tenebat *H.*

a) d. e. *corr.* e. d. *c.* b) *post add. c.* c) Contingit *corr.* Contigit *c*

1) Libros Cassiani. 2) C. 6.

bant, mentionem faciunt, utque eas Sancto Martino redderet, unanimiter deposcunt. Ea* tempestate Balduinus ille advocatus Tornacensis, cuius superius mentionem feci[1], iam seculo renuntiaverat et in cenobio Beccensi, quod in Normannia situm est, sub venerabili abbate domno Anselmo, postmodum Cantuariense archiepiscopo, monachus factus fuerat. Radulfus vero, germanus eius, miles strenuissimus, ei in advocatione successit terrasque Sancti Martini cum advocatione in beneficio de manu episcopi suscepit. Hunc itaque Radulfum episcopus secrete convocans, suasoriis verbis ad elemosinam accendere cepit et ad ultimum, ut easdem terras monachis illis pauperibus pro anima sua dimitteret, rogavit; et, o inedicibilis Spiritus sancti clementia! inflammatum ilico cor hominis est, benigne ad omnia respondit et sine ulla dilatione terras illas episcopo reddidit. Episcopus vero eas privilegii sui auctoritate Sancto Martino liberas reddidit[2.]**. Sed quia preter illud privilegium nullum antique scripture habemus testimonium, quod ecclesia nostra antiquitus abbatia fuerit, nisi solummodo quod continetur in Vita sancti Eligii episcopi[3], quia moriens, evocato Balderedo Tornacensi abbate, precepit ei, ne ad suos Turonis rediret, minus fidenter eam confirmamus abbatiam fuisse. Fuerit ergo necne, illud fidenter asserimus, domnum Odonem nichil in ea invenisse. Quid etiam mihi in adolescentia contigerit, dicam.

1117. 41. Quidam ex monachis nostris Corturiacum[4] ad Clementiam comitissam directus invenit ibi quendam abbatem, qui ad eandem venerat. A qua interrogatus, unde esset, cum de Sancto Martino Tornacensi se esse respondisset, abbas protinus ille percunctari cepit, ubi esset et cuiusmodi esset abbatia Sancti Martini Tornacensis. Cumque monachus, prope eam esse, nec antiquam, sed novam et ante viginti annos constructam fuisse, dixisset, abbas protinus subiunxit: 'Vere, frater, plus quam trecenti anni sunt, ex quo abbatia Sancti Martini Tornacensis facta est. Nam in ecclesia nostra adhuc servantur privilegia Sancti Martini Tornacensis, que monachi eius Wandalorum*** persecutionem fugientes ad nos attulerunt ibique reliquerunt. Ego ipse vero multociens quesivi, ubinam terrarum sit ecclesia sancti Martini Tornacensis, sed hactenus scire nequivi'. Tunc monacho abbatem sciscitante, unde esset, abbatem de Ferrariis[5] se esse, respondit. Rogatus vero multum, ut Tornachum veniret, non sibi vacare respondit. Monachus rediens cum hoc nobis retulisset, ilico rursus cum alio litterarum perito Corturiacum sciscitandi plenius gratia remittitur; sed abbas, qui iam discesserat, non invenitur. Magnus nobis dolor, magna questio exoritur; ubi sit Ferrariensis ecclesia, querimus, sed discere nequimus.

1119. 42. Post duos annos generale concilium a papa Calixto Remis indicitur. Qui papa frater erat Clementie comitisse, qui prius fuit Viennensis archiepiscopus et vocabatur Guido. Ibi spes aliquid audiendi nobis renascitur. Negotii huius indagatio mihi† imponitur, cum necdum, sicut puto, essem dyaconus. Tota die circueo ecclesiam sancte Marie, et in tanto[a] conventu oppressus et opprimens, cuicumque monacho obvio, ubi sit Ferrarias, requiro, et per triduum nichil proficio. Interdum deficio; sed vires reddit mihi ille versiculus:

Verg. Ecl. 1,145. *Labor improbus omnia vincit.*

Tandem in episcopatu Parisiensi[6] Ferrarias esse audio. 'Deo gratias!' clamo, per clericos Parisienses abbatem Ferrariensem[7] agnosco; protinus illum adire cupio, sed turba impediente nequeo. Tandem diu desideratam papa donante comedendi licentiam, abbati me coniungo, verba que monacho[8] Sancti Martini Tornacensis apud Corturiacum ante biennium dixerat recolo, facile eum recordari gaudeo, quid in illis privilegiis que apud se servari

c 56. *) *H. aliter:* Ea tempestate Fastredus supra nominatus, qui restaurationem huius ecclesie nostre valde
c. 9 desiderabat videre, ab inimicis suis in festo sancti Medardi occisus erat, et Fastredus, filius eius, ei
c. 59. in advocatione successerat; quo expulso a patria pro interfectione Tetberti, fratris Theoderici monetarii, de quo in sequentibus plenius dicemus, dedit episcopus Radbodus advocationem eius cuidam Radulfo militi Noviomensi terrasque Sancti Martini *etc.*

**) *H. add.:* omnem scilicet terram de circuitu ecclesie, super qua nunc restaurata est ecclesia, et versus Daflerias dimidiam quadrigam arabilem. *Pergit c.* 55.

***) Normannorum *H.*

†) Hermanno, qui postea abbas in nostro cenobio claruit. Qui regressus a concilio nobis ea que deprehenderat referebat, dicens: 'Sedente concilio ipse tota' *etc. H.*

a) tantum *c.*

1) C. 13. 36. 2) Id privilegium refert D. Aegidius Duquesne, nunc prior S. Martini Tornac., in historia ms. eiusdem coenobii (de qua v. supra p. 269). DACH. 3) II, 32, Dachery, Spicil. V, p. 262. 4) Courtrai. 5) Ferrières, in dioecesi Senonensi. 6) Ne hoc quidem recte. 7) Petrum, ut in Hist. additur. 8) Gerardo. Hist.

dixerat contineatur, sciscitor[a]. Respondit, Caroli regis[b] Francorum esse privilegium, sigillo eius confirmatum, et in eo scriptum esse, quod petente Ingelranno comite de Castellandum rex Carolus dederit Sancto Martino Tornacensi villam que vocatur Supas[1] in pago Parisiensi cum molendinis et omnibus aquis, oportunitatibus, appositis in fine testibus et die simul ac loco donationis[2]. Rogo illud mihi dari privilegium, quoniam ipsi non erat proficuum; respondet, se non gratis illud daturum. Promitto ei centum solidos; diem mihi ponit, quo ad eum veniam, viam docet, qua pergam, ut scilicet primum Parisius, deinde Castellandum, inde Ferrarias proficiscar. Tornacum gaudens redeo, audita refero; pecuniam defero; Parisius transiens, Ferrarias venio; abbati nummos ostendo, privilegium mihi dari postulo. Sed abbas, sicut monachi eius mihi dixerunt, timens offendere militem qui villam tenebat, respondit, privilegium illud se post concilium invenire nequivisse. Accepto tamen a me uno precioso cingulo, ad villam ipsam, que Supas dicitur et duobus miliaribus aberat, me duci fecit. Ubi visis molendinis et loci oportunitatibus, lacrimas tenere nequivi. Ingressusque ecclesiam, unum vetustissimum codicem iam pene dissolutum et putrefactum inveni, in quo scriptum vidi: *Liber Sancti Martini Tornacensis cenobii.* Egrediens cuidam seni et decrepito rustico obviavi, eumque, cuius esset illa villa, quesivi. Respondit, Ioscelini militis esse et aliorum quorundam. Cui ego: 'Queso', inquam, 'pater, dic, si aliquando eam audisti alicuius sancti fuisse'. 'Scimus', inquit, 'omnes, hanc villam fuisse cuiusdam abbatie que dicitur Sancti Martini de Tornio; sed nescimus, ubi sit, et miramur, quid faciant maledicti monachi illius abbatie, qui talem villam non repetunt'. Tum ego: 'Et quomodo', inquam, 'pater, audisti, talem villam datam fuisse tam ignote et longinque abbatie'. 'Audivi', inquam, 'quendam militem huius regionis, cuius erat hec villa, in illam provinciam cum aliis militibus solidarium abisse, ibique vulneratum et desperatum in abbatia illa monachum factum fuisse, sed postea sanatum huc redisse et villam suam per regem Carolum eidem abbatie Sancti Martini confirmasse'. Hec audiens, sed nichil amplius facere valens, tristis reversus sum, super hoc tamen gaudens, quod aliquantulum certior fui de abbatie nostre antiquitate.* Unde certiorem factum certissimum reddit quod alias legisse me recolo.

43. Sanctus enim Audoenus Rothomagensium metropolitanus gesta beati Eligii clare et fideliter describens, inter cetera refert, ipsum primitus aurificem fuisse in curia Lotharii regis Francorum, filii Chilperici, qui ecclesiam beate Marie Tornacensis valde ampliavit, de quo postea dicemus, ipsoque rogante expensasque prebente universas, tumulum beati Martini Turonis ex auro et lapidibus preciosis composuisse[3]. Qua occasione atque oportunitate, nec sine Domini voluntate, ut postmodum claruit, factum est, ut duos dentes de maxilla sancti detraheret sibique pro reliquiis retineret. Qui non post longum tempus septimo loco a beato Eleutherio sortitus est dignitatem cathedre episcopalis Tornacensis ecclesie et pastorali cura regendas suscepit plebes Tornacenses atque Noviomagenses anno Domini 649; quas rexit per 17 annos, id est usque ad annum dominicum 665. Quo paucis diebus sacerdotio amministrato, placuit Deo, qui illi suggesserat dentes sancti a corpore separare, quatinus iam ageretur opus, quo beata pignora in finibus Gallie venerationi haberentur, et quod saluti venerantium plurimum patrocinaretur. Moxque divino inflammatus instinctu, mira erga sanctum accensus est devotione; deinde mente pertractans, cum quanta reverentia excolende essent reliquie, nec fas esse eas sub modio latere, visum est ei per hoc prestantissimum honorem atque potissimam frequentationem obtinere, si tali loco reponerentur, quo memoria alicuius sancti hactenus minime habita fuisset, sed solummodo pro sui eximietate locus deinceps a populis frequentaretur. Igitur uno dente Noviomi in ecclesia beate Marie recondito, alterum Tornachi detulit. Erat tunc in introitu eiusdem civitatis ad plagam meridianam mons eminentissimus, silva opertus, arbustis pomiferis diversi generis consitus, ubi sic segnis[c] animus recreabatur, acsi partem amenitatis paradysi se occupasse gratularetur. In hoc dicebatur antiquitus beatus Martinus corpore consedisse, predicationis gratia Gallias perlustrante[e], mortuumque ibi suscitasse et innumeris

*) *H. add.:* Hoc ergo[d] privilegium et villa, homo quoque senex, qui absque cognitione cyrographi enarravit modum donationis, testificantur, hanc abbatiam antiquitus fuisse.

a) sciscitator *corr.* sciscitor *c.* b) regi *c.* c) senis *post corr.* segnis *c.* d) quoque 2. e) *ita c.*

1) Souppes sur Loing inter Nemours et Château-Landon. 2) De hac charta nihil compertum habemus. 3) Cf. V. Eligii I, 32, ubi legitur, 'Dagoberto rege impensas praebente' Martini sepulchrum factum esse.

infirmis multa sanitatum beneficia prestitisse, per que non modicam turbam gentilium ad cultum divinum convertit.* Hunc ergo locum iam a beatissimo Martino preelectum et per suam presentiam sacratum Dei famulus Eligius expetiit eligendum. In quo dentem sancti reponens[1], domum illic baptismatis in honore ipsius edificavit, quo ad laudes divinas sacramentorum ministris celebrantibus populus Deo dignus posset confluere et carismata divina percipere. Qui nequaquam oblitus sui desiderii destinationem, habitationes monachorum ibidem construxit. Verum progrediente tempore, et crescente paululum devotione fidelium erga ipsum locum, videns nonnullos animatos ad hoc quod diu mente tractaverat, scilicet ad serviendum Deo sub regulari norma, atque communi vita vivere paratos, ne preparata habitatio sine habitatoribus esset, collegit ibidem quam plures ex diversis gentibus, tam servos quam ingenuos, abbatemque, ad cuius nutum penderent, eis prefecit. Vite vero institutionem tam districtam indidit, ut pene singularis fuerit vita eisdem monachis pre ceteris Gallie monasteriis. Tunc undique nobiles inibi convenire ceperunt, ac se in omnipotentis Dei famulatum tradentes, possessiones etiam suas hereditarias eidem loco delegaverunt. Ipse quoque Eligius amplioribus prediis locum illum ditavit, terre[a] redditus sufficienter delegavit et omnia que essent monasterio necessaria sollerti satis cura providit. Ex quibus nonnulla de episcopalibus redditibus possederat, quedam precio comparaverat, quedam ex munere regio perceperat, aliquanta vero ab aliis potentibus gratuita largitate data susceperat. Regi namque Clodoveo, cuius imperii tercio anno pontificalem susceperat infulam, et cunctis primoribus eius pro anterioris fraternitatis coniunctione, quam cum eo in palatio sub patre suo Dagoberto atque avo Lothario habuit, in tantum carus erat, ut quicquid ab eo[b] postulasset absque dilatione impetrasset; quicquid vero adipisci poterat, cuncta predicto loco tribuebat, quem novissime in finibus Gallie fundaverat post preclara cenobia que per diversa loca construxerat. Unde factum est, ut brevi elapso tempore res ibidem delegate usibus fratrum illic Deo servientium per omnia sufficerent. Quarum possessionum sub hoc tempore ecclesie collatarum exstant monimenta[c] usque in hodiernum diem, que quomodo ad notitiam nostram pervenerint, hoc loco inserere dignum duximus.

44. In ecclesia beate Marie Tornacensis quidam canonicus nomine Erbaldus extitit, qui officium thesaurarii in ea pluribus annis amministravit, sed post aliquanta annorum curricula letali infirmitate depressus ad beati Martini confugit auxilium. Cui egrotanti dum quadam die assisteremus et de antiquitate huius ecclesie mutuo confabularemur[d], subito eger, ut erat, talem sermonibus nostris responsionem consequentem intulit, dicens: 'Vere, fratres, hic locus abbatia dudum fuit, quoniam ego in quibusdam vetustissimis membranis infra ambitum ecclesie beate Marie repositis antiquas possessiones et redditus huius ecclesie descriptos sepissime legi, ubi etiam servorum eius atque ancillarum non minima multitudo continebatur'. Que verba vel scripta antique[e] ecclesie testimonium reddunt; neminem tamen ex servis aut ancillis vel possessionibus nominatim indicavit, quoniam, que posteritates vel familie hodie ex eis existant, vel quibus successoribus in dominium nunc tenentium devenerint, propter diuturnam exheredationem non facile edicere valuit. Cuius verba cum canonicis beate Marie referimus et veritatem nobis plenius sciscitamur aperiri, respondent, nullum scriptum possessionum nostrarum nominatim tota bibliotheca sua haberi. Sed priscis temporibus evenire potuit, ut alique determinationes finium nostrorum cum scriptis suorum intermiscerentur, que iam vetustate nimia deleta nusquam apparent. Sed et si qua fuerunt, quamdiu integra manserunt, Erbaldus, cuius custodie mancipata erant, sepe legendo repperire facile potuit, quod aliis nequaquam occurrit. Hec audientes, sed nichil proficere

*) *H. add.:* Ne cui autem incredibile videatur beatum Martinum in hiis partibus advenisse, signa itineris eius usque in presentem diem demonstrantur. In Lotharingia habetur quoddam municipium[f] quod vocatur Bovenias, per quod dum transiret idem beatus, ad fontem secus defluentem animal cui insedebat adaquare voluit. In cuius descensu saxum enorme repperit, in quo animal pedem suum quasi in mollissima cera impressit. Quod factum, sicut a pluribus contingit ignorari silencio vel oblivione oblitteratum, ita a nonnullis pacto quovis agnitum, nichilominus memoria[g] conservatur. Rebus namque pretereuntium temporum sola superstes existens[h] memoria vivit in posterum. Locum ergo supra nominatum in introitu civitatis Tornacensis iam ab ipso sancto Martino preelectum et per suam presentiam sacratum[i] Dei famulus Eligius expetiit eligendum[k].

a) terras et *H.* b) eodem *H.* c) monumenta *corr.* monimenta *c.* d) cumfabul. *c.* e) antiq̄ *c. H.*; antiquitati *ed.* f) manc. 1. g) *deest* 2. h) *deest* 2. 3 (*ubi* m. diu v.) i) *bis scr., sed alterum del.* 1. k) eligendus *rec. manu corr.* eligendum 1.

1) Etiamnum ibi adversatur. DACH.

valentes, dolemus; firmissime tamen tenemus, quod relatione paterna didicimus, ut scilicet tempore persecutionis Normannice nonnulla de suppellectili ecclesie nostre et possessionibus cum dente beati Martini, in cuius veneratione fundatum erat cenobium monachorum a beato Eligio, in canonicorum beate Marie dominium tunc devenirent, aut ad custodiendum suscipientes, aut aliqua mutue vicissitudinis gratia iuri suo mancipantes. Usque in hodiernum etenim diem apud eos dens haberi dicitur et per verba subscripta dinoscitur. Verba autem Erbaldi vera fuisse, non dubitamus, quia mos, qui in cartis scribendis hodie frequentatur, iam ab illis temporibus inolevit. Sicut enim de possessionibus et altariis, que hodie a principibus et episcopis ecclesiis dantur, duo cyrografa videmus conscribi, quorum unum ex propria impressione sigilli datoris sigillatum ecclesie cui traditur possessio delegatur, alterum vero non sigillatum ecclesie ubi sedes est episcopi remanet, ita scripta illarum possessionum que antiquitus hec ecclesia possedit eodem modo canonicis Sancte Marie tradita fuisse, liquido patet.

45. Nostris etiam temporibus homines provectioris etatis secus Scaldum circa Helcim[1] et Sanctum Genesium[2] fuerunt, qui se ab antecessoribus suis audisse dixerunt, quod ecclesia ista antiquitus infra fines memoratos preclaros redditus possederit; ipsas vero possessiones determinantes, dicebant, quod altaria villarum memoratarum, prata, nemora, terras arabiles, servos, ancillas et ceteros redditus, quos nunc ibi tenet episcopus, canonici et milites de episcopo, altaria quoque de Curtraco et de Henniis[a], monachis discedentibus in persecutione Normannica, sub eorum tutela reliquisse; sed monachis non redeuntibus, iuris sui alodium effecerunt. Quia autem restaurata est ipsa ecclesia, eius[b] antiquitatis monimenta idcirco nunc deteguntur, ne inter filios utriusque ecclesie aliquod discidium vel controversia oriatur pro repetendis possessionibus. Quod vero habeant privilegia ecclesiarum sancti[c] Quintini de foro beatique Petri de media urbe, in quibus congregationes Christo famulantium olim manserunt et adhuc inrestaurate manent, possessionesque earum teneant, plenissime fatentur.

46. Sed et aliud testimonium eius antiquitatis, quod usque in presens tempus permanet, nequaquam silentio tegendum esse arbitror. Mos antiquitus institutus tunc temporis servabatur in ecclesiis, ut nomina fratrum circumadiacentium ecclesiarum, quibus se mutuas orationes debere vel societatem promisisse noverant, super sanctum altare scripta ponerentur[3], quatinus sacerdos missam cantaturus nominatim recitaret, cum ad illum locum venisset, quo dicitur: *Memento, Domine, famulorum famularumque tuarum, qui nos precesserunt cum signo fidei et dormiunt in sompno pacis.* Tunc enim unus ministrorum altaris ei propinquans presentabat recitanda. Hanc autem coniunctionis fraternitatem antiquos monachos cenobii huius cum monachis Sancti Amandi Helnonensis novimus habuisse. Scriptum namque illud, in quo nomina fratrum Sancti Martini cum nominibus fratrum ecclesiarum finitimarum continebantur, usque ad nostra tempora in eodem cenobio Helnonensi permansit; quod etiam quidam nostrorum manibus tenuerunt et oculis inspexerunt. Hiis itaque testimoniis assumptis, que aut scriptis aut successionibus cognovimus, fidenter antiquitus hunc locum abbatiam fuisse confirmamus. Neque tam preclara testimonia superius relata in vanum usque presentem diem conservata fuissent; quamquam profiteamur, non omnia noticie nostre occurrisse.

47. Idem vero auctor noster beatus Eligius, ut in gestis eius legitur[4], simili modo in pago Medenantense municipii Tornacensis quod vocatur Siclinium[5] tumulavit beatum Piatonem martirem, ecclesiam iam a passione eiusdem martiris constructam iuxta facultatem virium suarum amplificans, Dei se omnipotentis comitante auxilio, ac officia Domino famulantium clericorum constituens, sicut usque inpresentiarum cernimus. Sed nos Sicliniensibus augmentationes finium suorum monimentis tradere relinquentes, ad narrandum modum desolationis primitive ecclesie nostre calamum temperemus.

48. Percepta Tornacensis civitas cognitione fidei domini nostri Iesu Christi a beato Piatone anno fere 300. ab incarnatione Domini, cessante etiam persecutione atrocissima, quam Dyocletianus in Oriente et Maximianus Herculeus in Occidente exercuerant, sub qua

a) Harniis *Hist. cod.* 1. b) *deest H.* c) beati *H.*

1) Helchin in sinistra ripa Scaldis fl., infra Tornacum. 2) Vulgo S. Genois pagus, a quo nobilis familia. DACH. 3) Eiusmodi societatum exemplum antiquum videbis in tomis Spicilegii. DACH. 4) l. l. c. II, 7. 5) Seclin en Melanchois. DACH.

idem martyr passus fuerat, fundatis quoque ecclesiis beate Marie sanctique Martini, atque in deifica pace proficientibus tam interioribus quam exterioribus, ceperunt plebes Tornacenses crescere nomine, multiplicari propagine, dilatari possessione, gloriari vanitate, iocundari prosperitate, epulari delicate propriisque delectationibus frui per annos 600 minus 19, id est usque ad annum dominicum 881. Quibus deliciis non tantum feliciter usi quantum infeliciter decepti sunt. Ex viciis namque concupiscentie veram religionem neglexerunt, Deum offenderunt eiusque iram incurrerunt: cum subito eisdem prosperatis[a] temporibus animositatem durissimarum gentium Deus commovit, iram offensionis sue contra populos diversarum gentium vindicaturus. Tuncque multitudo Normannorum properans truculenter — ut anno dominice incarnationis 453. Wandalos fecisse legimus[1] temporibus sanctissimi Nichasii, Meroveco regnante super Francos — subvertit munitiones multarum urbium, gladioque et igni interemptis utriusque sexus progenitoribus cum filiis, ac per triginta fere annos Galliam depopulare insistens, Tornacensis quoque civitatis inter cetera facinora sua destruxerunt muros et edificia, depopulati sunt cives et populos, desolati sunt possessiones et suppellectilia universa cum ecclesiis finitimis ac inhabitabilem penitus reddiderunt. Quod qualiter factum sit, mandare scriptis, notificare posteris decrevimus, quantum ex scriptis chronographorum vel dictis modernorum colligere possumus.

Sigeb 882. 49. In chronographia Sigeberti monachi Gemblacensis repperitur, quod Normanni, adiunctis sibi Danis, anno Domini 881. Franciam et Lotharingiam pervagantes, Atrebatis, Ambianis, Corbeiam, Cameracum, Taruennam, fines Menapiorum, Brabatensium omnemque circa Scaldum flumen terram — Tornacum scilicet et eius confinia, Gandavum, Curtracum, abbatiam Sancti Amandi Helnonensis, in Condato super ripam Scaldi sedem sibi ponentes, primo anno episcopatus Heidilonis Tornacensium episcopi —, monasteria sanctorum Walarici et Richarii, Leodium, Traiectum, Tungris, Coloniam, Hunnam[b] cum adiacen-
ib. 883 tibus castellis, Aquis opidum et palatium, monasterium Stabulaus, Malmundarium, Indam, Prumam, Treverim et Metim ferro et igni devastaverint. Qua tempestate Tornacus sedes episcopalis erat, et per 300 ante[c] transactos annos minus 16 ipsam dignitatem comprobatur obtinuisse, quia ab anno Domini 484. sanctus Eleutherius pontificatum illius rexit, et ante paucis diebus prefuit Theodorus, de quo nec ortus nec ordinatio, aut quantum temporis prefuerit, scitur; sed tantum, quod spiculo divino, id est ictu tonitrui, interemptus sit, memoratur.

50. Extat et alia cronographia de hac infestatione Normannica, proprie composita a quodam monacho Marceniensi[2], que supradicte testimonium dat, nominetenus scribens, Tornacum tunc depopulatum esse et ad nichilum redactum fuisse; addens, quod Emmo Tornacensis pontifex a Normannis interfectus sit anno Domini 860, ante hanc devastationem 21 annis. In quo opere idem digestor temporum preclaro stilo digerit bella ac prelia, que Normanni ob insatiabilem sitim fundendi humanum sanguinem habuerunt adversus Remenses, Parisienses, Aurelianenses atque Compendiosos viriliter decertando.

51. Ea tempestate monachi Sancti Martini de civitate Tornaco dispersi, unusquisque per loca oportuna, in quibus se commodius acturos vel amplius profuturos sperabant, et locum proprium civesque, quorum tutamine dudum protecti fuerant, auxilio roborati, beneficio amplificati, reliquerunt. Unde quidam eorum, cum essent dispersi per amplissima mundi spacia, bonis quoque que ubique reppererunt iocundati et consuetudine locorum quam invenerunt contenti, ut multorum verba testantur, loca sua prius desiderabilia, nunc in planiciem deducta, ulterius repetere[d] neglexerunt, neque laborem ipsas ruinas relevandi assumere voluerunt, sed illis in locis quo fugerunt presentem vitam terminaverunt, possessiones suas hereditarias pro beneficiis acceptis eisdem locis perpetua donatione tradentes. Nonnulla vero pro penuria et incommoditate necessitatum suarum accepto precio vendiderunt. Quedam vero tutore et defensore carentes in dominium laicarum potestatum transierunt. Ad abbatiam vero, que erat in episcopatu Parisiensi sita in oppido Ferrarias nominato[e], pars quedam eorum, quibus devotio maior in Deum et mens sanior inerat, diverterunt, deferentes secum de suppellectili ecclesie sue pauca quedam, vel que utiliora sibi fore arbitrati sunt; cum qua specialiter fuisse cyrographum ville cuiusdam illius regionis, que dicitur Supas, indiciis supra relatis[3] deprehendimus anno fere 20. secunde

a) *ita* c. *H.* b) *ita etiam codd. Sigeb. c.* 3. 4*. *D.* c) *deest H.* d) repente *corr.* repetere *c.* e) nominatum *c. H.*

1) Cf. Sigebert. a. 453. de Hunis referentem. 2) Marchiennes prope Duacum. Intelligit fortasse chronicam S. Vedasti, in codice Marchianensi servatam, quae Annales Vedastinos recepit; cuius pars a. 860. continens iam deperdita est. 3) C. 41. 42.

restaurationis. Habebant enim in proximo, quasi in spacio duarum leugarum, eandem villam amplis possessionibus dilatatam, redditus copiosos reddentem. Ad quam idcirco diverterunt, ut ex eius redditibus opportunius sustentarentur ipsisque custodiendis vigilantius insisterent, quatinus usibus suis valentiores existere possent. Quam quomodo possederint, quia superius[1] diximus, hic recapitulare superfluum duximus. Congregationi vero illi idcirco se sociaverunt, ut vota labiorum suorum, observantiam scilicet regule, qua Deo et beato confessori eius Martino se noverant devovisse, quia in loco, quo quidem potuerunt promittere, nequaquam valebant persolvere, saltem in alio loco regularium preceptorum integra observatione recompensarent.

52. Quo tempore credimus factum fuisse, ut dentem beati Martini cum scriptis supra declaratis et quibusdam utensilibus huius ecclesie usurparent canonici ecclesie beate Marie. Quedam vero, que deferre non potuerunt, sub terra circa ambitum ecclesie absconderunt, sicut usque in presentem diem dicitur. Unde et ille thesaurus, qui ad caput capelle sancte Marie ostensus est in somnis cuidam clerico nomine Bernardo, filio Vitalis, de quo supra* dictum est[2], quem multi nostrum noverunt, de hac ecclesia creditur fuisse. Vidit enim assistere sibi quandam puellam, facie decoram, crinitis crinibus comptam, compositis vestibus ornatam, et dicentem: 'Respice feretra, cruces, textus, philacteria aliaque ornamenta ecclesie, que ad solem defero'. Que omnia cum ille diutius intuitus esset, adiecit puella et ait: 'Vide, ut nemini dicas, hec tibi fuisse ostensa, quoniam, si dixeris et mandatum meum preterieris, infra 30 dies morieris'. Statim ille evigilans, pre nimia cordis exhilaratione que viderat silentio tegere nequivit, sed plenissime enarrans, secundum verba puelle ante diem 30. obiit, ita ut, cum vespere sanus dormitum iret, mane inventus esset mortuus. Sed quia thesaurum revelatum necdum videmus, somnium eius verum fuisse, non confirmamus; tamen per hoc quod ad diem 30. non pervenit, falsum omnino non fuisse quod sonuit[a], claret. Forte enim necdum venit tempus eum revelandi, aut necdum cui repositum est advenit. Fuerit ergo necne quod ei ostensum est, nos tamen frequenti relatione antecessorum nostrorum didicimus, copiosos thesauros circa ambitum ecclesie repositos haberi. Loca quoque, ubi fortasse conservantur, nostris temporibus quibusdam per somnium revelata sunt. E quibus una matronarum extitit Hersendis nomine, que duo loca nobis designavit, dicens, demonstratum sibi fuisse, in uno puteum haberi atque in altero thesaurum conservari. Puteum quesivimus in loco designato et invenimus nimium perspicuam aquam habentem. In quo etiam repperimus vasa quedam erea usibus ecclesie satis congrua; locum vero thesauri in proximo versus occidentalem plagam designato nondum effodimus, ideoque, si aliquid veritatis in eo contineatur, ignoramus.

53. In prefata persecutione beatus Piatus Sicliniensis asportatus est Carnotum, ubi, priusquam Tornacum veniret, Christi nomen predicaverat. Sed illis predicationem eius non recipientibus, Tornacum petiit ibique fidem Domini nostri diffudit. De cuius corpore usque ad nostra tempora litigatio grandis extat, dicentibus nobis, Siclinii relatum esse ad loca passionis sue, Carnotensibus[b] e contrario affirmantibus, usque in presentem diem apud se reservari. Ad quam litem sedandam fateri necesse est, quod a maioribus nostris accepimus, ut, scilicet relato apud nos corpore, pars aliqua ibi credenda sit remansisse. Apud Siclinium enim detecta archa, qua corpus martyris servabatur, anno dominice incarnationis 1143. populo demonstratus est. De cuius corpore dentem suscipere meruerunt monachi Sancti Martini Tornacensis. Deinde pristino loco restitutus, magna cum custodia servatur, gaudetque ecclesia Siclinii, martyris presentia se non esse destitutam.

54. In populo Sicliniensi seviebat pestilentia illa que vulgo dicitur ignis, adeo ut quosdam non solum membris privaret, sed et vitam eis auferret. E quibus multi ad beati martyris basilicam Siclinii constitutam manibus alienis sunt delati. Hinc ecclesia clamoribus turbatur, Deique auxilium et martyris suffragium ab omnibus imploratur. In feretro autem quo conservabantur beati martyris reliquie sculpte erant 10 virgines euangelice, 5 videlicet prudentes et 5 fatue. Hee itaque omnes affectum martyris ostendentes, miserorum doloribus condolentes[c] et Domini voluntatem exequentes, ita flebant, ut crederentur sensibiles;

*) in secunda restauratione dicemus *H.*

a) *ita c. H.*; f. somniavit *DACH.* b) Karn. vero *H.* c) condolentis *c.*

1) C. 8. 2) Nihil supra de eo legitur.

in quo facto summe virtutis potentia et beati martyris Piatonis claruit presentia, qui, sicut, dum in corpore viveret et populos ad fidem christianam cohortaret, non solum lacrimarum copiam, sed proprium ad extremum pro hiis fudit sanguinem, ita tunc affectus magnitudinem per subiectas demonstravit ymagines. Ex oculis namque prudentium gutte sanguinis emanabant, ex oculis autem aliarum lacrime velud aque fluebant. Post hoc autem miraculum divinum auxilium et martyris solatium infirmi persentiunt, et qui mori putabantur sanitati redonantur. Hiis de presentia corporis beati Piatonis atque de antiquitate abbatie nostre dictis, nunc ad ea unde digressi sumus redeamus.

55. Cum ergo domnus Rabodus* ecclesie nostre terras antiquas reddidisset, veniens in capitulum, consuluit abbati Odoni ceterisque fratribus, ne sibimet ipsis ulterius crederent nec quecumque in Vitis patrum legebant protinus facere vellent, sed potius aliquod cenobium eligerent, cuius consuetudines servarent. Placet consilium episcopi. Eligitur cenobium Aquicinense, quod 15 annis ante nostrum fuit constructum, quodque solum tunc temporis in provincia nostra religionem et consuetudines servabat Cluniacensis cenobii. Domnus itaque Odo abbas abbatem Aquicinensem Haimericum expetit, et quia tam se quam omnes fratres suos monachos eius esse recognoscebat, utpote ab eo factos et benedictos, ut etiam qualiter vivere debeant edoceat, exorat. Annuit religiosus abbas, statimque de suis monachis in cenobio nostro priores instituens ac de nostris Aquicinctum secum ducens, libenter nobis conlaborat, et tam ipse quam fratres eius efficiuntur nobis in consilio ut patres, in auxilio ut fratres, in famulatu ut servi. Unde pre ceteris comprovincialibus cenobiis maiorem semper familiaritatem erga Aquicinenses habuimus, ita ut communia sint omnia nostra tam intrinsecus quam extrinsecus, et quicquid agimus pro fratribus nostris vivis vel defunctis, hoc pro illis nos agere concesserimus, idem reciproca vicissitudine ab eis accipiamus.**

56. Ceperunt interea seculo renuntiantes quam plures utriusque sexus ad ecclesiam nostram conversionis gratia venire nobisque de facultatibus suis tradere. Prima ergo, quantum mihi videtur, ad conversionem venit Ida, illa nobilis matrona, cuius superius[1] memoriam feci, que fuerat coniunx Fastradi advocati, qui magnopere restaurationem ecclesie nostre videre desideravit, sed morte preventus videre nequivit. Hec nobis inter cetera unam domum in urbe et molendinum inferius supra*** Mairam[2] donavit, que usque in presentem diem tenemus; et cum esset nobilissima, nunquam tamen inter alias sanctimoniales nisi ultime ancille officium tenere voluit. Hec fuit germana illius nobilis principis Teoderici de Avesniis, qui eodem tempore in propria terra sua cenobium Lesciense[3] a fundamentis construxit, omnibusque officinis peractis, monachos ibi posuit et unde victum et vestitum haberent abundanter providit. Cuius quia mentio incidit, et alius referendi locus non erit, quiddam de eo dicam, unde legenti cuilibet et imitari volenti utilitas possit conferri. Hic itaque Teodericus, vir nobilis et magne potentie, dum contra comitem Montensem Balduinum frequenter bellum gereret, quadam die, congregata non modica milicia, terram eius violenter intravit, multamque predam exinde abducens, inter cetera que ibi gessit etiam duo monasteria sanctimonialium, Sancte scilicet Waldetrudis Montensis Sancteque Aldegundis Malbodiensis[4], concremavit, pro eo quod ibidem milites sibi resistentes comes posuerat.

57. Heremita quidam, in proxima silva que Brocherota[5] vocatur commanens solitarius, vidit, sicut ipse referebat, non dormiendo, sed vigilando media die sanctam Dei genitricem Mariam in celo instar regine precelso throno residentem illasque duas prenominatas sanctas pedibus eius se prosternentes et de Theoderico Avesniensi, qui ecclesias earum combusserat, ultionem postulantes; cumque vehementer conquerentes acrius iusticiam expeterent, sancta virgo sic eis respondebat: 'Parcite, queso, mihique nolite esse moleste, quia

*) *H. haec cum c. 40. coniungens ita:* Cum e. d. R. has terras nobis reddidisset.
**) *H. hoc loco addit quae c. 40. leguntur:* Exinde cepit — in presentem diem.
***) de Maira *H., ubi verba* que u. in p. d. t. *omittuntur.*

1) C. 9. 2) Fluviolum in urbe Tornac. DACH. 3) Alias Laetiense (Liessies). 'Le cloostere de Lessies' manu s. XVI. in codice notatur. Cf. Chron. Laetiense infra; et Herimanni Libr. de mir. S. Mariae Laud., SS. R. Gall. XII, p. 267, de Ada, filia Hilduini comitis: *accepit tertium maritum Theodoricum de Avesniis, et cum eo extruxit coenobium quod dicitur de Lesciis in propria possessione sua; defunctoque eodem Theodorico, ipsa se ex toto contulit eidem coenobio, ubi pluribus annis religiose vivens, defuncta et sepulta est.* 4) Maubeuge. 5) Broqeuroy. DACH.

nolo ad presens eum gravare; uxor enim eius domina Ada[1] quoddam servitium mihi facit, quo me sibi sic familiarem astringit, ut nec ipsi nec marito eius pati possim aliquid inferri gravaminis'. Cumque sancte ille requirerent, quod esset illud servitium, respondebat: 'Angelicam illam salutationem, que in terris principium mihi leticie extitit, singulis diebus mihi sexagies replicat, et vigies quidem prostrata, vigies genibus flexis, vigies autem stando aut in ecclesia aut in cubiculo suo aut in aliquo secreto loco *Ave Maria gratia plena, Dominus* Luc. 1, 28.
tecum, benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui[2], mihi commemorat. Cum vero adhuc ille sancte instantius multa replicantes sese vindicari importune exigerent, tandem sancta virgo sic eis respondit: 'Rogo, ut mihi ad presens de hac ultione inducias detis, et ego promitto vobis, quod veniet tempus, quando de eo vobis iusticiam faciam et contra dominam Adam nichil delinquam'. Hec ego in puericia mea audiens, falsum esse credidi, postea vero verum esse potuisse non nimium dubitavi. Siquidem abbas noster domnus Odo cum post duodecimum fere conversionis sue annum ad episcopatum Cameracensis urbis fuisset promotus, consanguinei eiusdem Teoderici contristati, quod de coniuge sua prolem non haberet, consanguinitatis linea quarta eos propinquos esse, coram eodem episcopo accusaverunt et die statuta iureiurando confirmaverunt, sicque ecclesiastico iudicio, cum iam plus quam 20 annis simul mansissent, coniugium illud dissolvi fecerunt. Vix autem dimidius annus transierat, et ecce prefatus Teodericus in silvam venatum pergens, ab Isaac de Berlenmonte[3] insidiis circumventus, occiditur et ad cenobium Lesciense, quod edificaverat, relatus, in capitulo ante sedem abbatis sepelitur. Tuncque vulgatum est, verum esse potuisse quod solitarius se audisse dixerat, sanctam Mariam promittentem, quia eas vindicaret et contra dominam Adam iam ab eo separatam nichil delinqueret. Eadem vero domina a marito suo disiuncta, continuo, relicta seculari pompa, ad cenobium prefatum, quod cum viro suo construxerat, abiit, nec tamen ex toto proprietatem dimisit, sed, edificata iuxta ecclesiam sibi domo lapidea, nolens gravare ecclesiam, de redditibus suis usque ad finem vixit frequenterque monachis que necessaria erant tribuit, et quod retulimus verum fuisse multis narravit. In tantum vero id diffamatum est, ut etiam Gosceguinus, filius domine Ide, prime sanctimonialis nostre, qui avunculo suo prefato Teoderico successit, easdem salutationes sancte Marie cotidie replicaret militibusque suis eas dicere suaderet. Quam ob rem et ipse, licet multa mala fecerit, tamen bono fine vitam terminavit. Nam sentiens se valida egritudine laborare, in eodem cenobio monachus factus, sicque defunctus, iuxta avunculum suum in capitulo est sepultus. Qui quoniam de Agne, coniuge sua, filia Anselmi de Ribotmont, prolem non habuit, Galterum, optimum iuvenem, germani sui Fastradi filium, successorem sibi in vita sua constituit. Prefata vero Agnes, uxor eius, dominam Adam imitata, relicta seculari pompa, ad idem cenobium abiit, et de redditibus suis vivens, calices aureos et candelabra multaque alia preciosa ornamenta ecclesie illi fecit componi. Fastradus autem iste, quem nunc nominavi, pater Walteri, filius fuit illius Ide, prime sanctimonialis nostre. Qui etiam Fastradus, cum advocatus Tornacensis pluribus annis fuisset, egritudine correptus, in nostro cenobio monachus est factus sicque defunctus. Cuius uxor Richeldis imitata prefatam Idam, mariti sui matrem, relicto seculo, apud nos sanctimonialem habitum suscepit, et cum fuisset nobilissima[a] et ditissima, per 20 tamen annos nichil omnino superbie inter alias ostendit, sicque humiliter degens, bono fine quievit. Gualterus vero, filius eius, videns patrem suum et matrem apud nos sepultos esse, pro animabus eorum et sua dedit nobis unum molendinum supra Ries fluviolum*, et quamdiu vixit quasi pater ecclesie nostre ubique fuit. Duxit autem coniugem Idam, filiam Everardi castellani Tornacensis, ex qua plures filios et filias genuit, omnesque antecessores suos potentia et opibus superavit. Fuit enim primo advocatus Tornacensis, deinde succedens patruo suo tenuit castrum Avesniense totamque pene regionem illam que dicitur Bracbantus. Volens autem pacifice vivere et penitens multorum que commiserat scelerum temptansque mitigare bella que inter Montenses comites et principes Avesnienses multis annis duraverant[4], soro-

*) tertiam partem molendini quod dicitur Tisselini[b] s. R. fl. et 12 bonarios terrae apud Dulsiolpetram[c]. *H.*

a) nobillissima *corr.* nobilissima *c.* b) Tiscelini *ed.* c) Bulciolpetram 1.

1) Remensis DACH. 2) Nota rosarium b. virginis, vulgo 'chappelet', tunc usitatum. DACH. 3) Berlaimont inter Le Quesnoy et Avesnes. 4) Cf. Gislebert. p. 511.

rem Balduini comitis Montensis filio suo Teoderico, adolescenti militi, coniugio sociavit[1] sicque totam provinciam pacificavit. Sed inimicus humani generis non diutius pacem illam toleravit. Teodericus enim ille adolescens nolens esse contemptus[a] paternis opibus, sed ubique discurrens velut equus indomitus, non modo de proximis, verum etiam de longinquis regionibus, de terra scilicet ducis Lovaniensis et episcopi Leodiensis, frequenter predas et captivos cepit adducere, donec quadam die, frequentibus elatus victoriis, cum centum militibus longius progrediens, redire non potuit, sed a peditibus undique irruentibus occisus, et cum magno periculo ad Lesciense cenobium super equos relatus, omnibus amicis suis magnum luctum intulit. Tunc pater nimio merore perculsus timensque diversos fortune casus, alteri filio suo Nicholao castrum Avesniense et Brachantum in vita sua donavit eique castellum quod dicitur Walecurtis superaddidit. Tercio vero filio advocationem Tornacensem tradidit. Quarto etiam clerico facto Everardo [postea[b] episcopo Tornacensi[2]] duos archidiaconatus, Cameracensem scilicet et Tornacensem, necnon prepositururam Nivellensem aliosque multos honores ecclesiasticos adquisivit; et quatuor filias divitibus maritis dedit. Ipseque, sicut mihi multociens dixit, libenter monachus factus fuisset, si coniugis sue licentiam habere potuisset. Presenti vero anno[3], post festum scilicet omnium sanctorum, dum apud Montense castrum in aula comitis Balduini contra eum pro Trellum[4] castello, quod ei comes auferre volebat, placitaret, subitanea ira percussus, loquelam perdidit, deinde a comitissa in lecto comitis positus, sequenti nocte defunctus est[5]. Indeque a filiis suis ad cenobium Lesciense delatus et cum prioribus suis sepultus, magno totam provintiam merore complevit, quia pater pauperum et ecclesiarum ab omnibus vocari solebat. Sed de hiis ista sufficiant. Nunc vero ad[*] illos duos milites Walterum et Radulfum, quorum longe superius mentionem feci[6], veniendum est breviterque ostendendum, quam verum fuerit illud sompnium, quo in ecclesia sancti Martini stare et parietes illius renovare visi sunt.

58. Walterus iste, ut predixi, vocabatur filius Huberti eratque unus de potentioribus Tornacensis provincie optimatibus. Hic cum uxore sua[**] ad conversionem veniens[***], dedit nobis molendinum illud super Mairam fluviolum, ubi tota annona molitur de qua fit panis qui in cenobio comeditur[†]. Tenebat etiam quandam terram in nemore de Pevela iuxta Templovium[7], quam nobis dare volebat, sed non poterat, quia eam in beneficio tenebat de Roberto iuniore tunc tempore Flandrensi comite. Comes enim tantam terram, que de beneficio vel feodo suo erat, gratis concedere ecclesie nolebat. Cum ergo ut hoc comes concederet laboraretur, forte Radulfus ille miles pronominatus unum equum magni precii habebat, pro quo illi comes 40 marcas dare volebat. Rogavit ergo comitem idem Radulfus, ut equum illum acciperet et terram illam pro anima sua in elemosinam Sancto Martino daret. Consensit comes et privilegii sui auctoritate eandem terram cenobio nostro confirmavit; sicque molendinum prefatum cum eadem terra plus quam mille libras nobis postea reddidit. Iam vero factus monachus qualiter se habuerit, nullus facile explicabit; cum nullo optimatum regionis inferior fuerit, omnibus rusticis se viliorem exhibuit. Ipse aquam ad coquinam deferre, scutellas et ollas abluere, farinam cribrare, clibanum succendere, equorum stabula mundare, fimum deferre, cernentibus et pre ammiratione plorantibus militibus et cognatis suis, numquam erubuit multosque exemplo suo convertit. Ipse ecclesiam novam[††]

*) *H. ita:* ad priora redeuntes, de illis duobus militibus, Radulfo scilicet et Waltero, q. l. s. m. f., dicendum est — sunt. *Et pergit:* Tempore quo domnus Odo scholam Tornacensem regebat, priusquam ecclesiam sancti Martini intraret, deliberavit Radulfus una cum uxore sua Mainsende seculum relinquere et monasticam vitam assumere in cenobio Sancti Amandi, quoniam cenobii nostri necdum mentio aliqua fuerat. Sed eodem anno *ex c.* 62.

**) Oda *add. H.*

***) anno fere tertio adventus domni Odonis abbatis *add. H., ubi ordo narrationis mutatus est.*

†) quod cum Hugone seniore de Rameries dedit idem Walterus *add. H.*

††) sive templum istud, quod hodie[c] videmus 100 monachis posse sufficere, ex elemosynis fidelium, quas non reliquias circumferendo, sed quasi dulciter cum Tornacensibus civibus ludendo, ab eis gratanter extorquebat, inc. et D. f. c. atque post laudabiliter actam vitam bono fine quievit 3. Idus Decembris *H.; pergit c.* 65.

a) *i. e.* contentus. b) *alia sed coaeva manu post add. c.* c) *deest ed.*

1) Cf. Gislebert. p. 508. 2) A. 1173—1191. 3) Codex manu s. XVII. in marg.: *anni* 1146. Sed haec an recte se habeant, dubitare licet; cf. praef. 4) Trélon in Hannonia. 5) Cf. Gislebert. p. 511. 6) C. 10. 7) Templeuve (en Pévèle) prope Cisoing.

de donationibus fidelium incepit, et Deo favente, sicut hodie videtur, centum monachis sufficientem consummavit.

59. At vero Radulfus duos germanos milites in urbe habebat, quorum maior Tetbertus, alter vocabatur Teodericus Monetarius. Tetbertus prepositus Rabodi episcopi erat et fidelem se ei sicut domino suo exhibebat. Unde Fastradus advocatus contra eum iratus, quoniam pauperes rusticos episcopi ubique defendebat et tuebatur, primum dolose ei se familiarem fecit, filiumque eius in baptismo suscipiens, compater ei fuit; sed post paucos dies nichil mali suspicantem venatuque lepores insequentem prosecutus, eumque utpote compatrem suum dolose osculatus, protinus in festo sancti Bartholomei apostoli incautum occidit, et Aug. 24. de provincia statim fugiens, ad avunculum suum Teodericum Avesniensem secessit et cum eo fere per triennium mansit. Tuncque advocationem eius domnus Rabodus episcopus Radulfo militi Noviomensi dedit Fastradumque omnino pro hoc scelere exheredavit. Quidam dixerunt, hoc Dei voluntate accidisse, quoniam Radulfus ille novus advocatus terras Sancti Martini, quas tenebat, petente episcopo, sicut supra dictum est[1], facile reddidit, quas Fastradus, sicut postea multociens asseruit, si tunc tenuisset, nullo modo reddidisset. Sed cum iam in ultionem huius sceleris duo milites Fastradi occisi fuissent, apparuit idem Tetbertus cuidam religioso civi Tornacensi nomine Rainero, non dormienti, sed vigilanti. Cumque ille nimis perterritus, an ipse esset domnus Tetbertus, et quomodo se haberet, inquireret, ipsum se esse, respondit, et ne timeret admonuit, ac deinde subiunxit: 'In tormentis quidem sum pro peccatis meis, et maxime pro eo quod post obitum coniugis mee concubinam habui; sed misericordiam habebo, quia iniuste occisus sum pro fidelitate domini mei episcopi; sanctus quoque Bartholomeus, in cuius festo interfectus sum, adiutor mihi est, pro eo quod eum in hora mortis mee invocavi. Rogo ergo te, ut ad fratres meos et filios pergas, utque pro anima mea necem meam Fastrado indulgeant nec me ulterius ulcisci querant, ex parte mea depreceris, quoniam, si hoc fecerint, multum anime mee ad salutem promerendam proderit'. Respondente vero Rainero, se quidem mandata eius eis dicturum, sed illos sibi minime credituros, defunctus protinus ei intersigna, que unicuique diceret, iniunxit. Sicque disparuit. Ille vero ad germanos defuncti et filios veniens, mandata eius eis aperuit, signa subiunxit, sicque eis ad concordiam faciliores eos reddidit. Unde post aliquot annos Fastradus nudis pedibus cum amicis suis pedibus eorum provolutus, et amicitiam eorum et hereditatem suam ab episcopo recepit. Pro confirmatione vero amicitie filiam suam Sarram Gosceguino, filio Teoderici Monetarii, qui fuerat germanus Tetberti, coniugio sociavit. Viginti etiam libras nummorum, quas ab eo pro concordia acceperunt fratres occisi, protinus Sancto Martino dederunt.*

60. Post hec Radulfus, Tetberti germanus, puellam quandam coniugem accepit Mainsendem, de militibus provintie genitam, filiam scilicet Hermanni prepositi Sancti Amandi Helnonensis, genuitque ex ea tres filios, Teodericum scilicet, Walterum et Hermannum; quorum primum Teodericum quinquennem litteris docendum tradidit et in ecclesia sancte Marie prebendam unam ei dari, suadentibus canonicis, ab episcopo Rabodo petiit et impetravit, promissis ei propter eam 30 marcis argenti. Quod ubi puero a canonicis congratulantibus in scola nuntiatum est, ille vespere facto domum reversus cenare noluit, sed tristis ad mensam sedit. Pater vero putans, eum pro more puerorum fuisse verberatum a magistro, finita cena duxit eum in partem et quid haberet curve tristis esset quesivit. Cui puer protinus respondens: 'In nomine Domini', inquit, 'nonne merito possum contristari, cum vos sciam hodie pro me in inferno demersum esse? Nonne audistis, quod qui prebendas emunt vel vendunt excommunicati sunt? Certe videte, quid de anima vestra faciatis. Nam me sciatis citius de hac provincia egressurum quam de ea comesturum'. Ammiratus super hiis pater: 'Fili', inquit, 'ne amplius super hoc contristeris, quia testor Deum, te nunquam amplius eam habiturum'. Dixit, statimque episcopo remandavit, ut de prebenda sua faceret quod vellet, quoniam filius suus eam habere nollet.

*) *H. add.:* Insuper etiam 6 bonarios[a] terre addiderunt apud Salingotum[b], mairiam quoque, de qua cervisie fermentantur, nobis pro anima defuncti dederunt, ita ut quantumcumque opus habuerimus, absque omnis emtionis pretio accipiamus. Theodericus, alter Radulfi frater, pre ceteris urbis civibus multis modis nobis profuit. Cum enim Radulfus eidem germano suo *etc. (infra c. 70).*

a) bonaria *ed.* b) Salemgotum *ed.*

1) C. 40.

61. Eodem anno Radulfus febre validissima usque ad mortem pene correptus, ubi Deo volente convaluit, quendam monachum nomine Walterum, coniugis sue germanum, virum prudentissimum, secrete adiit et de anime sue salute consulere hiis verbis cepit: 'Cum fidem Deo debeatis sicut monachus et mihi sicut sororis vestre marito, per eam fidem quam Deo et mihi debetis vos obtestor, ut mihi, quomodo salvus fiam, consulatis. Nuper enim egrotans et mori timens, consilium a canonicis Sancte Marie quesivi, et illi mihi consuluerunt, ut veraciter confiterer peccata mea, corpus Domini acciperem, oleo sancto ungerer, et salvum me futurum securus essem. Feci quod consuluerunt; sed ubi convalui, rursum me peccatis sentio obligatum, et hoc mihi non videtur vera esse confessio, quando infirmor peccata confiteri, quando convalesco peccatis iterum sordidari; unde precor propter Deum, ut mihi, quid agere debeam, consulatis'. Respondit monachus: 'Et quid vobis proderit consilium meum audire, cum illud nolitis facere'? 'Consilium', inquit miles, 'dicite, et si illud non fecero, non vobis imputabitur'. Tunc monachus: 'In veritate', inquit, 'dico vobis, quod, quamdiu in seculo vixeritis sicut hactenus vixistis, non video, quomodo salvari possitis, sed si re vera salvus esse vultis, seculum relinquite et monasticam vitam assumite'. 'Et quomodo', inquit miles, 'hoc faciam sine licentia sororis vestre, coniugis mee'? Tum monachus: Luc. 14, 26 'Cum Dominus', inquit, 'in euvangelio dicat: *Si quis venit ad me, et non odit patrem et matrem et uxorem et filios propter nomen meum, non potest meus esse discipulus:* numquam consulam vobis, ut pro sorore mea animam vestram perdatis. Licentiam tantum ab ea querite; quam si illa noluerit dare, consulo, ut, ea relicta, parteque substantie vestre ei dimissa, ad Deum fugiatis'. Hiis auditis, miles gratias ei agens, domum revertitur, ingressusque cubiculum et lectulo residens, amarissime flere incipit. Mainsendis superveniens eumque sic flentem videns, quid novi acciderit, unde se ita cruciaret, perquirit. Vult ille celare, sed illa nimis instante, omnia que sibi germanus eius domnus Gualterus Sancti Amandi monachus et prepositus dixerat revolvit. Tum illa: 'Et quare propter hec sic vos cruciatis'? Et Radulfus: 'Quia', inquit, 'nisi propter te dimitterem, monachus re vera quamtotius fierem'. Protinus illa subiungens: 'Propter me', inquit, 'bene agere non dimittatis; quia, sicut vos de anima vestra timetis, sic et ego de mea, et quacumque die seculum reliqueritis, ego similiter relinquam, et in presenti, si vultis, licentiam vobis do et me caste victuram promitto'. Tunc miles: 'Et quid', inquit, 'faciemus de tribus filiis nostris'? 'Non in manu diaboli', ait mulier, 'eos relinquamus, sed potius nobiscum eos Deo presentemus; divites enim sumus, et quocumque voluerimus libenter cum eis suscipiemur'. Exhilaratus super hiis verbis Radulfus: 'Et ubi', inquit, 'tibi videtur, ut competentem cum eis habitum religionis accipiamus'? Tunc temporis adhuc magister Odo scolam Tornacensem regebat, nullaque conversionis eius mentio exstiterat. Quam ob rem mulier quo diverteret nesciens: 'Ad Sanctum Amandum', inquit, 'mihi videtur, quod competenter ire possumus, quoniam et pater meus inde fuit prepositus et frater meus ei successit. Sed et ego inde nata sum ibique nutrita'. Concedit Radulfus; statimque legato directo, prefatum domnum Walterum monachum mandat, que dicta sunt enarrat et Sancto Amando per manum eius unum molendinum prope Tornacum super Marviz fluviolum situm donat. Deinde coniugem suam advocans: 'Qui bene', inquit, 'vult agere, non debet differre, quoniam callidus diabolus semper querit occasiones, quibus servos Dei a bono proposito possit impedire. Unde mihi videtur, ut crastina die sine dilatione seculum relinquamus'. Tunc illa: 'Hoc', inquit, 'domine, non tam cito potest fieri; quiddam enim secreti necdum dixeram vobis, quoniam iam menses duo sunt ex quo me concepisse sensi, et utique rationabile non esset, ut pregnans de seculo exirem. Preparemus ergo interim omnia necessaria, quatinus postquam peperero statim renuntiemus mundo. Verumptamen quoniam iam licentiam dedi vobis, licet nullus post Deum testis interfuerit, expedit utique, ut iam nichil maritalis vel coniugalis operis invicem faciamus, sed continenter deinceps vivamus'. Post hec, sicut ipsi multociens mihi retulerunt, anno integro et dimidio in vita seculari manserunt, in uno lecto indivisi iacuerunt, nec tamen aliquid carnale gesserunt, non sua fortitudine, sed Christi gratia eos protegente. Erat autem Mainsendis iuvenilis etatis, ita ut quando seculum reliquit nonnisi 24 annos haberet. Nascitur ergo eis quartus filius et in baptismo vocatur Radulfus.

62. Eodem anno magister Odo seculo renuntiat et cum clericis suis, sicut supra narravimus, ecclesiam sancti Martini intrat. Mainsendis eos frequentat, multociens eis suas transmittens elemosinas, nullo tamen adhuc intra urbem sciente ea que cum marito suo

agere disposuerat. Quadam ergo dominica missam eorum auditura et processionem visura cum filio suo Teoderico, parvulo clerico iam fere septenni, ad ecclesiam sancti Martini pergit, et expectat, donec missa cantata fuit; puer vero ea ignorante se clericis illis coniunxit et cum eis remansit. Finita missa, mulier filium suum inter vicinas requirit, nec invenit. Credens vero eum cum pueris ludere, domum revertitur. Parato prandio, puer queritur; mater dicit, eum secum abisse ad Sanctum Martinum. Nullus conversionis eius suspicionem habebat; finito prandio, miles equum conscendit, ad domum germani sui Teoderici veniens, tam ibi quam et in ceteris domibus propinquorum suorum filium suum querit; nullum signum de eo audit. Inde ad Sanctum Martinum pergit, abbatem Acquicinensem Haimericum cum abbate Odone invenit puerumque coram eis sedentem et eos audientem conspicit. Militem secum abbates sedere faciunt et de mandatis Dei libenter audientem instruunt. Vespere propinquante miles abeundi licentiam ab abbatibus petit et accipit filioque suo ut secum domum redeat precipit. Tunc primum puer voluntatem suam aperiens: 'Vos', inquit, 'si vultis, domum redite matremque meam et fratres meos salutate et ut pro me orent eis dicite; ego enim numquam amplius domum vestram ingrediar, sed hic cum pauperibus istis remanebo, nec patrem aut matrem me habere cognosco nisi Deum et sanctum Martinum'. Tunc pater ammirans et eum ludendo hoc dicere credens: 'Veni', inquit, 'quoniam non haberes hic quod hac nocte comederes vel lectum in quo iaceres'. Et puer: 'Etsi non habent', inquit, 'quod manducent, ego urbem circuiens elemosinas petitas eis afferam, nocte vero super nudam humum quiescam'. Ridente patre et hec puerilia fore dicente puerumque violenter reducere volente, tandem abbas Haimericus, vir prudentissimus: 'Domine', inquit, 'Radulfe, si mihi credideris, puero modo nullam violentiam inferetis; dimittite eum nobis; sufficienter enim una nocte providebimus que necessaria ei fuerint; et si quidem ex Deo ista voluntas venit, crastino apparebit, si vero ex infantia, non cogatis eum, quia sponte domum revertetur'. Hiis auditis, miles acquievit, domumque reversus, coniugi sue hec retulit. Protinus illa genibus flexis, manus et oculos ad celum levans: 'Gratias', inquit, 'ago Deo, quia primogenitum filium meum servicio suo mancipavit. Videtur ergo, mi domine, quod Deus vult, quod ecclesiolam illam ex facultate nostra edificemus; et hoc signum divine voluntatis habebimus, si puer in incepto perseveraverit. Tunc certi simus, verum esse quod dixi; si vero redierit, tunc aliud vult Deus de nobis'. Mane facto rursum miles equum conscendit, Sanctum Martinum repetit, puerum in eo quod ceperat constantissime perseverantem repperit. Protinus Teodericum germanum suum ceterosque propinquos suos accersit, filium suum, utpote puerum septennem necdumque legitime etatis existentem, sancto Martino coram altari offert et cum eo quatuor molendina, que super Ries fluviolum habebat, confert. Postmodum* Radulfus, licet in seculo manens, totam ecclesiole illius curam suscepit, nec minus que necessaria erant providens, quam si iam monachus factus fuisset.

63. Eodem anno per abbatem Haimericum, sicut supra dictum est[1], clerici illi mona- 1095.
chalem habitum susceperunt. Tuncque idem puer Teodericus cum eis factus est monachus. Cum vero monachi, ut superius relatum est[2], ab ecclesia discedentes deserta petere voluissent, Teodericum ibidem relinquere voluerunt; sed cum remanere noluisset, nec tamen utpote puer octo annorum itineris laborem pedes sustinere posset, plaustro eum cum libris suis superposuerunt sicque secum abduxerunt. Quod ubi Radulfo adhuc in lecto suo dormienti summo mane nuntiatum est, ilico festinus surgit, ecclesiam sancte Marie petit, canonicorum conventum celeriter convocat, theloneum** eorum, quod violenter eatenus tenuerat, eis liberum reddit et de illata violentia veniam petit, voluntatem[a] suam aperit, quod scilicet ilico seculum relinqueret et monachos Sancti Martini, qui discedebant, prosequeretur. Hiis dictis, comitatus clericorum et populi maxima turba domum revertitur; coniugisque sue manum tenens et ad celum oculos levans: 'Domine Deus', inquit, 'tu mihi dedisti hanc coniugem, et ego ei te teste usque in hodiernum diem legitimam servavi fidem, nunc autem pro amore tuo eam relinquo tibique eam commendo'. Post hec filios suos parvulos Walterum et Hermannum sumens et sursum elevans, Deo eos obtulit et commendavit. Quantus ibi omnium luctus pre dulcedine fuit, cum vidissent quartum filium Radulfum

* Postmodum — fuisset *om. H.* **) pontinagium *H.*

a) vol. — relinqueret *in marg. suppl. c.*

1) C. 38. 2) C. 39.

adhuc lactentem cum cunabulo allatum et de cunis a patre extractum, sursum levatum Deoque commendatum! Sic ergo equo statim conscenso[a], cuidam pauperi clerico Rainero, quem pro Deo secum per biennium tenuerat, tunc etiam se relinquere nolenti alterum equum dedit, et cum eo monachos celeriter sequens, antequam Siclinium venirent, eis se sociavit; prostratusque abbatis Odonis pedibus, ut se comitem peregrinationis sue esse permitteret, postulavit. Admiratus abbas tantum hominis divitis ardorem, monachos, qui secum pedites ibant, convocavit, et de conversione eius sumens initium exhortationis: 'Ecce', inquit, 'nos monachi aliquid nos fecisse putabamus et tamen a seculari Zacheo publicano victi sumus'. Sic ergo cum eis Noviomum pergens, episcopo Rabodo voluntatem suam aperuit. Episcopus vero pre nimia admiratione lacrimas fundens eumque exosculando Deo gratias agens, per manum comprehensum in manu abbatis posuit; sicque subiunxit: 'Dic nunc, bone abba, cur vis relinquere Tornachum? Parumne te profecisse putas, qui talem peccatorem diabolo abstulisti et Deo coniunxisti? Revertere ergo letus et festinus, quoniam re vera per hunc adhuc Deus lucrabitur alium'. Reversus ergo Tornacum, cum rursus abbatis prostratus pedibus, ut susciperetur, rogaret: 'Non te', inquit abbas, 'suscipiam, donec proberis secundum regulam sancti Benedicti dicentis: *Probate spiritus, si ex Deo sunt*. Vade ergo et publice coram populo victum tuum laborando quere, aquam ad tabernas portando, ligna cedendo, equorum stabula mundando et similia ubi opus videris faciendo'. Exequitur ille libenter abbatis imperium, omnique rubore procul posito, vilissimis se submittit operibus. Videns hoc Mainsendis, quondam uxor eius, nullo timore terretur, sed ascito Teoderico Monetario, Radulfi germano totiusque urbis ditissimo, ad Sanctum Martinum pergit, filios suos Deo tradit minimumque cum cuna super altare ponit non sine lacrimis multorum circumstantium. Teodericus vero, patruus eorum, misericordia motus, concedente abbate, infantes ad domum suam causa nutriendi facit deferri multoque tempore secum detinet. Mainsendis vero super altare ducentas marcas argenti ponit, duo molendina super Costenten[b. 1] et reliqua omnia que sibi maritus suus reliquerat Sancto Martino tradit. Sicque omnibus spoliata, pedibus abbatis prosternitur, orans ut suscipiatur. Cui abbas: 'Prius', inquit, 'oportet te probari. Vade ergo per urbem et victum tuum quere nendo, texendo, lanam pectendo, et si forte aliquis tibi vir vel femina integrum panem dare voluerit, non suscipias, sed frusta panis more pauperum elemosinas petentium concisa'. Exultat femina talibus pasci deliciis, pulsoque rubore, publice elemosinas petit, matronis que hec videbant flentibus et per pedisequas suas copiam panum cum ea ad Sanctum Martinum mittere volentibus. Huiusmodi ergo fuit conversio Radulfi et Mainsendis, cuius non credo pium Iesum posse oblivisci. Hec sunt vero que ecclesie nostre contulit: Quatuor molendina super Ries, que Scaldo sunt propinquiora; quintum autem super Scaldum habebat; sed quia autumpnali tempore, crescente aqua Scaldi, facile redundantia eius absorbebatur, postmodum illud ex toto fecit destrui; stipites tamen in testimonium antiqui molendini iussit relinqui et reservari, ob eam solummodo causam, ne quis futuro tempore aliquod molendinum sub illis quatuor usque ad Scaldum posset edificare, quoniam, si construeretur, constaret, non parvum detrimentum eis per illud facile posse contingere. Duo etiam molendina super Costenten[b] nobis dedit cum adiacenti terra, que de paterno iure ei provenerat, super* quam unam curtem fecit construi, que usque in hodiernum diem permanet. Gregem etiam equarum nobis dedit, cuius proles usque in hodiernum diem in pascuis nostris servatur, de quibus et quadrigas ad excolendam terram nostram frequenter sumpsimus et equos magni precii nutrivimus et vendidimus. Sicque in diversis expensis iam plus quam mille librarum commodum ex eis habuimus. De pecunia vero, quam coniunx eius dedit, terras circa ecclesiam sitas redemimus et alias in eadem regione emimus, quia, quando ipse ad conversionem venit, non passum quidem terre arabilis adhuc habebamus. Molendinum vero unum super

*) *Haec omittit H., ubi ex c.* 61. *additur:* Molendinum vero unum supra Marvi habebat, sed cum primum voluntatem habuit renuntiandi seculo, sicut supra dictum est, Sancto Amando illud dedit, quia in eius cenobio quod Helnonense dicitur monachus fieri voluit, cum necdum cenobii nostri mentio aliqua apud homines facta fuerat *(cf. p.* 302*). Pergit:* Erat tunc temporis eiusdem cenobii Sancti Amandi abbas nomine Hugo *ex c.* 64.

a) consenso *c.* b) Constentem *H. ed.*

1) Hodie Constantin ad Scaldim sita. DACH.

Marviz habebat, sed, quando primum voluntatem habuit seculo renuntiandi, sicut supra dictum est[1], Sancto Amando illud dedit, quia in eius cenobio quod Helnonense dicitur monachus fieri voluit, quoniam nostri cenobii necdum mentio aliqua apud homines facta fuerat.

64. Erat tunc temporis eiusdem cenobii Sancti Amandi Helnonensis venerabilis abbas nomine Hugo, qui ipsam ecclesiam sancti Amandi ante paucos annos casu combustam[2] a fundamentis renovans[a], decentissime cum claustro et turribus et officinis, sicut hodie cernitur, edificavit. Hic itaque caritatis dulcedine plenus, videns Radulfum cum uxore et filiis divitem sancti Amandi ecclesiam reliquisse et pauperculam sancti Martini expetisse, convocatis monachis suis in capitulo: 'Ecce', inquit, 'fratres dilectissimi, secularis ille miles Radulfus divitiis nostris paupertatem Sancti Martini pretulit et in paupere ecclesia monachus fieri voluit. Caritatis itaque viscera nos habere demonstremus et molendini quod nobis dedit medietatem pauperi ecclesie sancti Martini conferamus, sicque eiusdem molendini beatum Martinum cum patrono nostro sancto Amando participem faciamus'. Consenserunt omnes, et ne unus quidem paterne caritatis se degenerem fore ostendit. Sicque prefatus domnus Hugo Tornacum veniens, pauperum monachorum societatem et fraternitatem in capitulo toto corpore prostratus expetiit et accepit, medietatem illius molendini eis donavit semperque deinceps paterna viscera se super nos habere monstravit. Nam etiam quando monachi cum domno Odone deserta petere volentes, ut superius dictum est[3], de ecclesia sancti Martini discesserunt, prefatus domnus Hugo abbas Sancti Amandi quinque de suis monachis, ne ecclesia sancti Martini divino careret officio, illuc direxit, victumque cotidianum eis dirigens, usque ad reditum monachorum Sancti Martini eos ibidem morari precepit.*

65. Per** hunc ergo Radulfum multi de Tornacensi urbe ad conversionem ceperunt venire eiusque fervoris imitatores existere. E quibus Henricus, vir ditissimus, cum uxore sua nomine Berta et filio suo Iohanne adhuc lactente duabusque filiabus, Trasberga scilicet et Iulitta, eodem pene modo quo Radulfus ad conversionem venit. Pecuniam magnam, de qua dormitorium constructum est cum aliis officinis, et terras quasdam ecclesie donavit; ipseque publice elemosinas petere ab abbate iussus, et quod re vera magni fervoris esset probatus, sic tandem monachus est factus, pluribusque annis in cenobio nostro cellararius existens et boni exempli omnibus existens, post 22 fere annos conversionis sue laudabilem vitam bono fine concludens, paschali tempore in die 17. Kal. Maii Deo spiritum reddidit. Filius vero eius Iohannes cum Radulfo, Radulfi filio, in monachico habitu nutritus, omnes ordines ecclesiasticos cum eo suscepit, et usque in hodiernum diem sacerdotali functus officio, bone arboris se bonum fructum esse ostendit. Mater vero eius Berta et sorores Trasberga atque Iulitta in sanctimoniali habitu multis annis irreprehensibiliter viventes, et ipse iam de labore ad requiem transierunt.

66. Post*** hunc vero Henricum videres mirum in modum iuvenes et virgines, senes cum iunioribus de tota provincia seculo relicto ad conversionem venientes, ita ut, sicut in Actibus apostolorum[b] legitur, vendentes ea que habebant, precia rerum suarum domno abbati Act. 2, 45. Odoni deferrent; et si quidem tunc abbas ille more abbatum huius temporis pecunias et facultates sibi datas voluisset retinere et in ecclesie commodis expendere, non parum eam potuisset, quantum pluribus videbatur, amplificasse; sed quia tunc temporis supra memoratus[4] Everardus Tornacensis castellanus contra Robertum comitem Flandrensem rebellans magnam militiam tenebat et de terra comitis multos tam divites quam pauperes frequenter capiens redimi cogebat, illi compedibus et fame oppressi ad abbatem Odonem gregatim currebant suisque miseriis subveniri cum lacrimis exorabant. Abbas vero eorum fletibus compatiens, pecuniam que sibi deferebatur abundanter eis erogabat sicque multos redimebat.

67. Eodem tempore quidam presbyter et monachus religiosus nomine Radulfus, genere Normannus†, qui unus ex quinque primis sociis abbatis Odonis fuerat, de horis pulsandis iussu abbatis sollicitudinem gerebat; et sicut eiusdem officii moris est procuratoribus, in

*) *H. pergit c.* 59. **) Post hunc Henricus *pergit H.* ***) Postea vero videres *H.*

†) Radulfus vero religiosus presbyter, quem dominus Odo facere voluit abbatem, de horis *etc. H.*

a) reaedificans decentissimeque renovans cum cl. *H.* b) *deest H.*

1) C. 61. 2) A. 1066; v. Ann. Elnonenses, SS. V, p. 13. 3) C. 39. 4) C. 33. 34. 39. 57.

remotiori ecclesie parte lectulum suum posuerat, non pro custodiendo ecclesie thesauro, qui nullus adhuc erat — nam nec calicem argenteum nec crucem vel textum abbas habere volebat —, sed solummodo pro pulsatione vigiliarum diligenter providenda. Cum ergo quadam nocte, sicut idem Radulfus, vir veracissimus, nobis multociens retulit, in lectulo suo recubans psalmis et orationibus pervigil insisteret, audivit in choro quasi aliquam multitudinem advenientem et modesta voce responsorium illud de sancta Trinitate cantantem: *Benedicamus Patrem et Filium cum sancto Spiritu.* Completo vero responsorio, audivit duos ad altare procedentes et versum responsorii, id est: *Benedictus es, Domine, in firmamento celi*, dulcissima et protracta melodia subiungentes, finitoque versu, rursus chorum finem responsorii repetisse, sicque siluisse. Cumque hoc aliquotiens religiosus ille monachus audiens domno abbati Odoni et quibusdam spiritualibus senioribus secrete retulisset, omnes in commune dixerunt, se credere[a], quod anime bonorum ibidem quiescentium essent, que de ecclesiole illius restauratione Deo gratias agerent*.

68. Prefatus itaque abbas instituta et doctrinam antiquorum patrum assidue legens et etiam secularis illius poete versiculum recolens:

Dicite, pontifices, in sancto quid facit aurum,

non cruces aureas fabricare cupiebat, sed omnem que sibi deferebatur pecuniam egentibus et oppressis erogabat. Omnes tamen ad conversionem venientes retinebat, sententiam Do-
Ioh. ev. 6,37. mini imitari studens dicentis: *Et eum qui venit ad me non eiciam foras.* Nullum vero antequam probaretur recipere volebat, et in ipsa probatione tanta eis onera imponebat, ut omnes antiquorum probationes excedere[b] videretur. Nam cuidam converti volenti precepit, ut saxum enorme, quod vix a pluribus moveri posset, ultra urbem Tornacum solus duceret. Videres hominem nunc brachiis ac manibus, nunc toto corpore sese saxo totis viribus subponentem rivumque sudoris omni ex parte emittentem et pro posse obedientiam magistri implere conantem. Aliis etiam precipiebat**, ut per plures dies ac noctes sub stillicidiis domorum immobiliter permanentes pluviarum ymbres ruentes sustinerent. Sed quamvis eis tam dura et importabilia onera imponeret, miro tamen modo multo plures tunc ad conversionem in ecclesia nostra, tam milites quam clerici, veniebant, quam hodie venire videamus, cum iam nullus probatur, immo ut veniat multis blanditiis et promissionibus demulcetur. Eo siquidem tempore etiam ex canonicis Sancte Marie aliqui ibidem conversi sunt: domnus scilicet Amandus, qui pluribus annis prioratum Aquicinensis ecclesie tenuit, deinde abbas Marcieniensis effectus, ecclesiam illam pene destructam tam interius in religione quam exterius in divitiis renovando correxit; domnus etiam Walbertus, qui in ecclesia nostra prior existens, post multos annos in Catalaunensi[1] episcopatu in cenobio qui dicitur Mons Sancti Martini abbas est factus ibique defunctus; domnus etiam Gonhardus[c], qui multis annis prioratum ecclesie nostre tenuit; domnus quoque Bernuinus. Hos ergo quatuor divites primo clericos, postea vero pauperes monachos, si, quomodo ab abbate Odone probati fuerint, referre audisses, vix*** pre immensitate leticie risum tenere potuisses. Videns siquidem eos nimis esse superbos, per aliquot dies eos vaccas mulgere et caseum facere precepit sicque probatis monasticum habitum tradidit. Et si quidem tunc altaria que ipsi tenuerant recipere voluisset, forsitan usque hodie ecclesia nostra exinde ditior esse potuisset; sed quia proposuerat nec altaria nec ecclesias vel decimas accipere, sed solummodo de labore manuum suarum et de agricultura quadrigarum nutrimentisque pecorum suorum vivere, nichil ex ecclesiasticis redditibus quos ipsi tenuerant voluit habere, dicens, talia non a monachis, sed solummodo a clericis possideri debere. Et hec quidem eius intentio vite et institutis monachorum antiquorum concordabat. Postea vero cognovit, a monachis iuxta urbem habitantibus, quos populares sive seculares quidam nominant, non ex toto antiquorum instituta posse servari.

69. Nam cum† omnes secum vult ad Deum pertrahere, tantam multitudinem mulierum,

*) *H. redit ad c.* 39. **) Multa alia precipiebat. Sed *H.*
***) admirari potuisses. Videns aliquem eorum n. e. superbum p. a. d. eum v. m. et c. f. pr. *ceteris omissis H.*
†) Cum autem o. s. *H., ubi multa omissa sunt.*

a) *ita H.*; dicere *c.* b) exedere *c.* c) Gonthardus *H. ed.*

1) Cameracensi potius. DACH.

non solum pauperum, sed et divitum, suscepit, ut eis seorsum monasterium necesse videretur esse construi. Quamobrem considerans abbas domum lapideam, que quondam fuerat supradicti Radulfi militis, et quam ei veniens ad conversionem coniunx eius dederat, non parve esse amplitudinis, distinctis in ea parietibus, oratorium, refectorium, dormitorium composuit et 60 fere mulieres conversas ibidem intromisit sororemque suam sanctimonialem nomine Eremburgem eis preposuit[1]. Inter ceteras vero mulieres etiam Mainsendem, quondam Radulfi coniugem, ibi manere precepit et in alia eiusdem urbis parte totidem nichilominus conversas sub alia magistra constituit. Mainsendis ergo post aliquot dies gravissima egritudine depressa, in eadem quondam domo sua lectulo decumbere cogitur; sentiens autem se magis ac magis infirmitate gravari, a prefata magistra sua, domni abbatis germana, poposcit, ut se faceret communicari. Tunc pro instanti necessitate, quia domus illa remota erat ab ecclesia sancti Martini, concessit domnus abbas, ut a presbytero Sancti Piati, qui prope manebat, viaticum et absolutionem egrotantes converse acciperent. Mandatus ergo domnus Hellinus presbyter a magistra, ut Mainsendem cum viatico visitaret, libentissime advenit, quia in seculari vita parrochiana eius fuerat et nonnulla obsequia ab ea susceperat. Veniente itaque presbytero, precepit magistra Mainsendi, ut non ei loqueretur nisi de peccatis suis. Confessa est igitur Mainsendis presbytero et corpus dominicum suscepit, adstante magistra et quicquid dicebatur audiente. Recedentem itaque presbyterum Mainsendis exorat, ut sui memor esset et pro se Deum rogaret. Statim vero post discessum presbyteri magistra ad eam accedens: 'Vere', inquit, 'excommunicata es, quia contra obedientiam meam de alia re quam de peccatis tuis presbytero locuta es'. Cui Mainsendis: 'Vere', inquit, 'domina, non putavi me delinquere, quia, dum rogavi, ut pro me oraret, non intellexi de salute corporis, sed de remissione peccatorum meorum'. Tunc illa vocans alias sorores, excommunicatam eam esse dicit et ut foras expellatur precipit. Prosternuntur omnes pedibus magistre, misericordiam petunt, sed impetrare nequeunt. Quia tamen de lectulo surgere non poterat, iubente magistra cum lecto extra domum defertur et sub gradu ligneo, per quem in curtem descensus erat, ponitur, ita ut ablutiones coquine superius site super eam defluerent. Ibi ergo per triduum iacens, licet infirmitate gravaretur, animo tamen exultabat, quia in domo cuius olim domina fuerat nunc pro Deo tribulationem sustinebat. Sed quia benignus Deus post tribulationem infert consolationem, ecce post triduum prefatus Henricus, iam monachus factus, iussu abbatis fascem magnum lini super caput suum deferens causa nendi, domum sororum expetit, portamque curtis ingressus, videt Mainsendem sub gradu in lectulo recumbentem. Admiratus interrogat unam de sororibus, cui linum recipienti loqui sibi licebat, cur ibi sic iaceret. Audiens vero causam nec tamen Mainsendi loqui audens, hoc tantum omnibus audientibus in consolationem eius dicere presumpsit: 'O sancte Alexis, qui in domo patris tui decem et septem annis peregrinus iacuisti et exinde gloriam magnam apud Deum adquisivisti, conforta istam famulam Dei, que in domo cuius quondam domina fuit modo tantam tribulationem sustinet'. Audiens hoc Mainsendis, ita exhilarata est, ut, sicut postea multociens mihi dixit, omnino infirmitatis sue oblivisceretur. Reversus vero Henricus cum abbati ea que audierat retulisset, abbas protinus mandavit, ut cum aliis intra domum referretur.

70. Eodem anno victualium penuria et famis atrocitas totam provinciam vehementer 1095.
afflixit[2], et abbas omnibus pauperibus ad se confugientibus quicquid habere poterat misericorditer tribuere cepit, ita ut nec in horreo nec in cellario aliquid remanserit. Tuncque demum necessitate et anxietate compulsus, fratribus per totum annum claustro reclusis iugique silentio domitis et que foris agebantur nescientibus rem sicut erat in capitulo aperuit, magnam scilicet multitudinem virorum ac mulierum se suscepisse et unde vel una die viverent se non habere. Obstupefacti omnes, ammirati sunt, tantam rem eum sine alicuius consilio fecisse, rogaveruntque eum, ut exteriorum curam alicui viro prudenti committeret, ipse vero doctrine et saluti animarum insisteret, nec deinceps aliquem absque fratrum consilio susciperet, et quos suscipiebat non more antiquorum gravia et importabilia onera imponendo probaret, sed institutis et regula Cluniacensis cenobii contentus esset, quod solum et fama et religione necnon et caritate universis Gallie monasteriis eo tempore preminebat et a venerabili abbate Hugone regebatur. Adquiescit abbas consilio fratrum, statimque

1) Ne quidem horum monasteriorum superest vestigium. DACH. 2) A. 1095; cf. Ann. Blandin., SS. V, p. 27.

domnum Henricum ordinans cellararium, Radulfo committit preposituram sociumque ei donat Walterum, filium Huberti. Hiisque tribus totius ecclesie commendans in exterioribus provisionem, ut sine licentia egrederentur[a], permittit, ceteris, ut secum religioni et silentio instarent, indicit. Illi de capitulo egressi, coquinam introeunt, quod fratribus preparari posset querunt, sed nichil inveniunt. Ingrediuntur deinde portam urbis, et civibus sibi occurrentibus ac veluti de longa carceris custodia ereptis, quomodo se haberent, inquirentibus, illi leto vultu, omnia prospera esse, respondent, sed post paululum eis necessitatem fratrum innotescunt. Protinus cives invicem colloquentes, et alio frumentum, alio siliginem, alio fabas[b] dante, eos exhortantes et confortantes, hilares et letos ad fratres remittunt. Radulfus[*] etiam germano suo Teoderico inopiam ecclesie indicans, rogat, ut sibi pecuniam ad emenda fratribus necessaria commodet. Protinus ille 40 marcas argenti ei commodat, quas tamen numquam postea recipere voluit, sed pro anima sua ecclesie dimisit. Unum etiam ortum super Scaldum prope Sanctum Medardum[1] valde utilem ecclesie nostre donavit[**] et in multis pre aliis civibus semper nobis prefuit. Nam quando postmodum predictus Walterus iussu abbatis templum edificare ex elemosinis fidelium cepit, statim idem Teodericus ei 100 solidos in inicio dedit, ad edificandum quoque refectorium 100 solidos et ad cellarium 100 solidos. Quotiens vero conventui refectionem plenariam piscium miserit, ipsi numerandum et remunerandum relinquatur pro quo fecit.[***]

71. Quantam autem inopiam panis pauper conventus illo anno integro pertulerit, vix potest credi: panis triticei aut vini, nisi forte ab aliquo divite eis transmitteretur, nulla erat mentio; siligo etiam omnino deerat; sola avena eis molebatur de molendino relata, nec cribro nec tamisio farina purgabatur, sed statim aqua calida superfusa panis exinde fiebat, qui coctus et monacho appositus paleis prominentibus ustilari[2] posse videbatur, et quando cultello precidebatur, maior palearum quam micarum coram monacho videbatur acervus,
Prov. 27, 7. et quia iuxta Salomonem anime esurienti etiam amara dulcia videntur, monachi fame tabescentes tanta aviditate panem illum avenacium comedebant, ut de eo nec mice nec palee superessent. Nonnulli[†] etiam ex illis adhuc supersunt, quorum unus est domnus Ascelinus, qui domno Henrico in cellarii provisione vel obedientia successit, qui adhuc testatur, se tunc multociens cogitasse, si aliquando posset videre diem, quo ecclesia sancti Martini tam dives esset, ut ipse pane solummodo saturari posset. Quicumque ergo successorum nostrorum hec legerint, orent pro animabus antecessorum suorum, qui panem non ordeaceum, sed avenacium cum paleis comedendo, copiam eis panis triticei patientia sua per Dei gratiam acquisiverunt.[††]

72. Radulfus ergo videns[†††] et sciens, ecclesiam pauperem redditibus carentem sine agricultura non facile posse subsistere, totum studium suum ad emendas et adquirendas terras convertit. Quatuor itaque quadrigas iumentorum in ecclesia posuit et terras eis sufficientes partim ex donationibus fidelium partim emptas pecunia deputavit[*†]. Deinde qua-

*) *H. sequentia supra posuit.*

**) *H. pergit:* Alium Baugerus modo dedit, qui conservat ea quae per navigium adducimus. Postmodum ad aedificandum templum centum solidos dedit et ad opus refectorii centum solidos et ad cellarium totidem dedit.

***) *H. ex c.* 65. *pergit:* Per hunc vero Radulphum — — imitatores existere *et deinde ad c.* 58. *transit:* E quibus unus fuit Walterus supradictus, qui vocabatur *etc.*

†) Nonnulli ex eis m. cogitaverunt, si aliquem possent v. p. — — possent *H.*

††) *H. addit:* Unum[c] tamen tunc accidit, unde adhuc dolemus, quoniam domnus Odo[d] non valens retinere multitudinem feminarum, quam susceperat, licentiam dedit eis abeundi et victum querendi. Ille autem [accepta[e] licentia] recesserunt; pecuniam tamen, quam quedam ex eis dederant, eis non reddidit, quoniam aut pauperibus donaverat aut in ecclesie usibus expenderat.

†††) prepositure pauperis onus suscipiens *add. H.*

*†) *H. addit:* Duo siquidem cives Tornacenses, quorum unus vocabatur Walterus cognomento Parvum-adiutorium, alter Letardus[f] Satellus[g], venientes ad conversionem cum uxoribus suis et filiis, dederunt nobis domus officinales quas habebant in Tornaco et terras arabiles circa Tornacum ad valens ducentarum marcharum. Terre vero Letardi[h] de antiqua possessione ecclesie

a) claustro eg. *H.* b) alio pisa *add. H.* c) Unde 2. d) abbas *ed.* e) *des.* 2. f) Letaldus *h. l.* 2. g) *deest ed.* h) Letaldi *corr. ut videtur* Letardi 2.

1) Abbatia S. Medardi a. 1671. et 72. destructa, canonici regulares in parochiam S. Margaretae translati sunt, ob arcem a Ludovico XIV. constructam. DACH. 2) Ustilacio ἀποχαυμα gloss. Ducange VI, p. 890.

tuor domos sive mansiones, quas abusive curtes vocamus*, in pago Tornacensi infra unum pene miliarium prope ecclesiam construxit, quarum prima dicitur Warnavia[1], secunda Dusiolpetra[a], tercia Longa-salix[2], quarta Tintenias. In hiis quatuor curtibus decem quadrigas posuit terramque eis sufficientem adquisivit. Quintam curtem construxit inter Namen[3] et Templovium in terra quam a comite Roberto, ut superius dictum est[4], pro equo suo ecclesie dari impetraverat. Sextam vero apud Canfen[**. 5], et septimam apud Costenten[b] in terra que ei ex paterna hereditate provenerat. Octavam[c] apud Audolmansum super Scaldum fluvium. Nonam apud Galren[d. 6]. Decimam apud Domerias[***. 7]. Undecimam apud Catenias[8].

73. Interea domnus Rabbodus episcopus, qui fuit avunculus Everardi Tornacensium castellani, qui ipsum Tornacense castellum cum castello de Moritania ante paucos dies ceperat et dominationi sue subdiderat, legitimos heredes de eis expellens Gerulfum de Tornaco et Hugonem de Moritania: hic Rabbodus vir nobilis et magne probitatis existens, inter cetera que laudabiliter fecit etiam cenobium nostrum restaurare curavit, sicut supra dictum est[9]. Sed heu! sicut per beatum Iob dicitur, quod in angelis suis reperit Deus pravitatem, ita etiam hic Iob 4, 18.
tante probitatis episcopus apud Romanam sedem cepit accusari, quod per pecuniam regi datam adeptus fuisset episcopatum. Unde cum multociens apud papam pulsaretur, nonnulla ornamenta Tornacensis ecclesie pro sui redemptione vendita suis adiutoribus dedit, nonnullos redditus altaris Sancti Salvatoris de Brugis vendidit canonicis Sancti Donatiani[e], nonnullos vero alios redditus tam altariorum ceterorum quam terrarum episcopi distraxit. Cum vero iudicatum fuisset, ut cum duobus episcopis se de simonia purgaret, magister Anselmus, tunc temporis Laudunensis scole doctor precipuus et per totam Franciam pro sua scientia famosissimus, auxilium episcoporum ei consilio suo abstulit, conscius eos secure non posse iurare eum innocentem fore. Ubi vero ei multis intervenientibus concessum est, ut sola manu se purgaret, Hugo Lugdunensis archiepiscopus et apostolice sedis legatus videns eum velle iurare, surgens coram omnibus: 'Quid facis', inquit, 'infelix, qui male iurando animam tuam interficere queris? Desine ab hoc iuramento, et nos impetrabimus, ut modo non deponaris, sed per biennium dilationem habens, postea pontificatum sponte quasi religionis vel senectutis causa honeste dimittas. Si enim iuraveris, ecce tibi predico, quod de hoc anno cum honore non exibis'. Episcopus, sicut ceperat, manum super euangelicum textum posuit, et se innocentem de symonia iurans, securus de concilio exivit et Tornacum rediit. Post paucos dies Brugis abiit, et pro infirmitate sua minui sanguine volens, dum medicus expectatur, ipse pro corporea necessitate interiora cubiculi ingreditur; ubi cum diutius moraretur, unus ex ministris eum secutus, videt eum coram sede resupinum cecidisse, et cum nimio exclamat dolore. Protinus omnes introgressi, inveniunt eum paralisi dissolutum, membrorum simul et lingue officium perdidisse. Inter manus levatum ad lectum deferunt, et post paucos dies sine confessione deflent morientem. Eo[†] itaque Tornaco deportato et in ecclesia sancte 1098.
Marie sepulto, succedit ei in episcopatu domnus Baldricus Noviomensis archidiaconus.

74. Radulfus autem suasit domno abbati Odoni, ut, si quis ecclesie nostre vellet dare altaria sine simonia pro anima sua, non renueret ea more aliorum religiosorum abbatum suscipere. Annuente abbate, primus dedit nobis altare de Spelcin[f] quidam canonicus Sancte

beati Quintini, quam supra[10] diximus a Fulchero episcopo destructam fuisse, dicuntur esse; sed postquam eas idem episcopus militibus Noviomensibus tradidit, illi non multum proficuas eas sibi fore cernentes, Tornacensibus civibus vendiderunt, aliquod[g] reddituum inde accipientes. Has autem quas Letardus dedit de episcopo tenemus ad censum 22 solidorum.

*) Deinde Radulfus quatuor curtes *H.*

**) duas quadrigas terrae habentem *addit H.*

***) Vescim *H., ubi:* duodecimam apud Domerias.

†) *H. compluribus omissis ita:* Interea defuncto Rabbodo episcopo, ei succedit in ep. B. N. d. Qualiter Rabbodus obierit, in serie episcoporum superius[10] descripta invenies. Post hunc Tetbaldus Rothn. *etc.*

a) Duciolpetra *H.* b) Constentem *H.* c) octava *c.?* d) Folrem *H. ed.* e) Donationi *corr.* Donatiani *c.* f) d'Esplicin *H. ed.* g) aliquot reditunm 2.

1) Varnave; Duissenpierre, hodie St. Maur; Tintaigny. DACH. 2) Hodie Ferme del longue Saulx, prope Frasnes-lez-Buissenal. DE SM. 3) Nomain, Templeuve en Pévèle. DACH. 4) C. 58. 5) Hodie Canof vel Camphin. DE SM. 6) Gaurain. 7) Dommeries. DACH. 8) Cantenies. DACH. Wattines. DE SM. 9) C. 11. 10) Hist. lib. III.

Marie nomine Wericus. Deinde Balduinus cantor cum filio suo Tetberto altare de Samiun[1]. Letbertus quoque canonicus, pater domni Walteri huius cenobii abbatis, altare de Paschendal[a]. Sed et Gerricus canonicus cum Wenemaro milite partes quasdam altaris de Templovio. Rabodus episcopus, cuius tempore cenobium nostrum restauratum est, altare de Euregniis. Adam quoque canonicus, rogante patre suo Sigero precentore, qui cum germano suo Hermanno[b] preposito apud nos monachus fuit, sicut longe supra dictum est[2], dedit nobis quinque altaria, scilicet de Haltra, Sarra, Hisengein[c], Gudelengein[d] et Estenputh. Erpulfus clericus altaria de Wilesbecca[e] et de Fivia*. Monachi de Dunis pro quadam terra, quam supra mare habebamus a domno Symone Tornacensi episcopo, duo altaria, scilicet de Beverna et de Lendengein, dari nobis fecerunt. Desiderius Tornacensium archidiaconus et prepositus Insulanus altaria de Guerna[f] et Liedda. Geraldus episcopus et clerici de Ecurt[3] pro curte de Brugis altare de Muscherun[g]. Altaria de Anulino[4] et de Alelnis nobis dari fecerunt monachi de Lhos pro curte nostra de Pevela a domno Geraldo episcopo. Omnia hec habemus in episcopatu Tornacensi. Letbertus canonicus altaria de Zulte et de Wachines. Bartholomeus episcopus altaria de Fasti et de Proisi. Thomas de Marla altare de Froimont. Hec tria habemus in episcopatu Laudunensi. In episcopatu Cameracensi hec: Albertus altare de Sirau[5]. Wericus decanus altaria de Galren[6] et de Quarta. Ulbaldus altare de Hacheniis. Domnus Odo primus abbas huius loci, cum factus fuisset episcopus Cameracensis, altare de Malda**[,7]. Odo presbyter de Boveniis[h,8] altaria de Ostiolo et de Papengain. Walterus decanus Tornacensis, qui postea episcopus fuit, altare de Vais. Tetbaldus Rothnacensis ecclesie prepositus***, pater Radulfi Cameracensis archidiaconi, ad conversionem veniens, dedit nobis † altare de Floresbech[i], de Ormegniis[9] et de Balluel et de Lierda Sancti Martini, ad quod altare pertinebat quedam terra super Tenram[k] fluvium, ubi prefatus Radulfus prepositus edificavit duodecimam †† curtem et optimum molendinum construxit. Deinde Mascelino Lutosensis ecclesie[10] preposito cum uxore sua Mainsende et filio suo Alexandro ad conversionem veniente nobisque duo altaria, scilicet de Boveniis[8] et de Branteniis, dante, prefatus Radulfus in eisdem parrochiis tres alias curtes superaddidit, sicque quintum decimum numerum complevit. Sextam decimam apud Veson[11], septimam decimam apud Merbiis, octavam decimam apud Toreliis, nonam decimam apud Froianam, vicesimam vero prope Brugias in ecclesiola que sancti Trudonis dicitur edificavit.

75. In[l] pago Noviomensi prope castrum quod dicitur Torota[12] ecclesiolam unam in honore sancti Amandi constructam invenit, sed ita vacuam et pauperculam, ut non passum quidem terre nec domum vel aliquid ad victum pertinens invenerit. Adamato itaque loco illo solitario et longe ab hominum habitatione remoto, accedens ad domnum Baldricum Noviomensem episcopum, ecclesiolam illam nobis dari poposcit et impetravit[13]. Inde contra voluntatem multorum nostri cenobii monachorum, qui dicebant eum frustra tam procul et in tanta solitudine laboraturum, a domno abbate Odone impetravit, ut illuc ire permitteret quendam monachum presbyterum, genere Normannum, nomine Radulfum, qui pro infirmi-

*) in pago Curtracensi *add. H.*

**) *H., quae has donationes alio refert ordine, addit:* Terras autem et vineas de Pinon, cum pluribus annis [eas[m]] tenuissemus, vendidimus 60 libr. [canonicis[m]] Premonstrate ecclesie, quoniam nobis proficue[n] multum non erant, et emimus quandam terram supra mare, que singulis annis, quamdiu eam tenuimus, tres marchas nobis reddidit. Sed monachi de Dunis eam sibi utiliorem fore sperantes, sibi dari postulaverunt et impetraverunt nobisque pro eius commutatione a domno Symone Tornacensi episcopo duo altaria, scilicet de Beverna et de Lendenghin[o], [dari[p]] fecerunt, que singulis annis commodum quatuor marcharum prestant. *Pergit:* In supradictis itaque curtibus quas *etc. ex c.* 80.

***) vir valde honorabilis *add. H.* †) in eodem Cameracensi episcopatu *add. H.*

††) tertiam decimam *H. et infra:* sextum decimum numerum replevit. Septimam decimam prope Brugias.

a) Pascendal *H.* b) Herimanno *H.* c) Isengain *H.* d) Gudelengain *H.* e) Willebecca *H.* f) Guerra *H. Dach.* g) Mouscron *H.* h) *ita H*; Bouniis *c.* i) Florsberch *H., ubi* de O. — Sancti Martini *desunt.* k) Teneram *H.* l) Deinde in *H.* m) *deest* 2. n) proficua m. n. erat 2. o) Leud. *ed.* p) *deest ed.*

1) Saméon. 2) C. 8. 3) Ecourt-St.-Quentin (?). H.-E. 4) Annoeulin, Allennes-lez-Marais, prope Seclin. H.-E. 5) Sirault. Charta Odonis episcopi Cameracensis de hoc altari data est a. 1112; v. Wauters II, p. 63. 6) Gaurain, Quartes, Hacquegnies. H.-E. 7) Maulde. DE SM. 8) Bouvignies prope Ath. H.-E. 9) Ormegnies prope Ath; Bailleul prope Tournai (?); Lierde-St.-Martin prope Grimbergen. H.-E. 10) Leuze. 11) Vezon prope Antoing. H.-E. 12) Prope Compendium; inde nobilis familia nomen traxit, quae produxit viros illustres sago et infulis. DACH. 13) A. 1103; Wauters, 'Table' II, p. 16.

tate corporis laborem conventus non poterat sustinere. Hunc itaque illuc mittens, nec tamen fodere aut ligone silvam eradicare cogens, sed de substantia et pecunia ecclesie nostre ei tribuens, sic eundem locum gratia Dei donante provexit, ut intra breve tempus plures ibi Deo servire gauderet, ubi primo nichil preter vacuam ecclesiolam vepribus circumseptam invenerat. Canonici siquidem Noviomenses eundem locum frequentantes et solitarie Deo servire volentibus aptum esse videntes, primo de rebus suis ibi conferre, deinde ad conversionem venire et monachi fieri ceperunt, benedictionem tamen, monachi professione[a] facta, in ecclesia sancti Martini ab abbate accipientes. Inter quos quidam nomine Petrus aliorum canonicorum quasi pater existens, relicto seculo, monachus factus, duas optimas vineas Noviomi sitas dedit, tanteque* religionis esse cepit, ut non solum clericis et militibus, verum etiam totius provincie monachis se imitabilem preberet, ita ut a multis frequentaretur et quasi divinitus datum consilium eius audiretur; ipse tamen humilitatis sue custos, nec ordinem presbyteratus, licet ab abbate et fratribus rogatus, suscipere voluit, nec advenientibus nisi accepta a priore licentia loqui consensit; ipsum autem priorem frequenter de elemosina pauperibus commonebat.

76. Quodam tempore cum fames nimia totam provinciam opprimeret[1], et prefatus prior Radulfus de fratrum penuria sollicitus pauperibus more solito elemosinas erogare trepidaret, domnus vero Petrus, ne aliquid de consueto numero minueretur, suaderet, ecce subito pauperibus supervenientibus minister panes defecisse respondit. Cui domnus Petrus: 'Vade', inquit, 'et quere, si forte aliquod frustum panis in archa remanserit'. Cum vero minister se eadem hora vacuam archam dimisisse diceret, ille vero ad querendum instigaret, minister instantia eius fatigatus ad archam rediit et quam paulo ante vacuam dimiserat usque ad summam superficiem repletam panibus invenit. Ex fide ergo eius cepit idem prior Radulfus omnibus supervenientibus pauperibus sic abundanter tribuere, ut nulli omnino panis negaretur; quanto vero plus erogabat, eo magis substantiolam domus Dei nutu augmentari videbat, ita ut usque in hodiernum diem prefata sancti Amandi ecclesiola a vicinis multum diligatur et frequentetur, iamque non solum de Noviomo, sed etiam de Compendio aliisque propinquis locis plures tam viri quam matrone ad conversionem venientes, eidem loco multa conferant. Fratresque Tornacenses, qui contra Radulfum prepositum prius murmuraverant, quod pecuniam de Tornaco transmitteret, nunc gaudent et laudant, quod voluntati eorum non crediderit. Prefatus autem domnus Petrus multociens nobis familiariter loquens, dicebat, se in cathedra sancti Petri natum et baptizatum fuisse et ad conversionem venisse, addens, se credere, quod in eodem festo moriturus esset; quod et contigit. Nam** in cathedra sancti Petri de labore, sicut credimus, ad requiem transiens, in claustro prope ostium ecclesie sancti Amandi cum magno fratrum et comprovincialium luctu sepultus est. Ipse autem prefatus prior Sancti Amandi Radulfus, quem genere Normannum fuisse dicimus, habebat in ecclesia nostra tres germanos presbiteros, magne religionis viros, domnum scilicet Guillelmum, Godefridum et Rogerum, qui cum domno Odone abbate a primo tempore conversi fuerant paupertatisque onus cum eo sustinuerant.

77. Unus ex hiis supra memoratis Godefridus scriptor peritissimus fuit multosque codices in ecclesia nostra scriptos dimisit: Moralia scilicet beati Gregorii super Iob in sex voluminibus divisa; historiam etiam optimam, que a parabolis Salomonis incipiens omnes prophetas et apostolorum actus atque epistolas continet; missalem, in quo cotidie utraque missa in conventu cantatur; textum euvangeliorum; Augustinum de civitate Dei et Enchiridion eius multosque alios libros, qui ex similitudine penne ab eo conscripti fuisse facile possunt adverti[2]. Hic ergo Godefridus, cum adhuc in iuventute positus post plures codices scriptos domnum abbatem egrotantem sanus visitans ei colloqueretur, subito ipse infirmitate comprehensus, nobis mirantibus, ad lectum defertur et post triduum oleo sancto ungitur. Cum vero, aliis recedentibus, ego, qui domno abbati serviebam, cum eo remansissem et quomodo se haberet quererem, ille nichil omnino mali vel doloris se sentire respondit. Suadenti vero mihi, ut se super cilicium ad terram deponi permitteret, quatinus exemplo

*) *Reliqua huius cap. om. H.* **) *Reliqua et c. 77. om. H.*

a) profectione *c.*

1) V. supra c. 70. 2) Nonnullos codices mss. ex his transtulit in suam bibliothecam illustr. dom. Carolus le Telier archiep. Remensis a. 1668. DACH.

beati Martini etiam duritiam et asperitatem terre sentiret, ilico libenter consensit. Depositus ergo rogavit me, ut ei fidem catholicam, id est *Quicumque vult*[1], legerem. Quo facto, interrogavi eum, si vellet tabulam pulsari et conventum pro suo exitu evocari. Respondit, se nichil mali sentire, fratres tamen libenter vellet videre. Protinus ego currens tabulam festinanter pulsavi. Conveniunt fratres, litaniam circa egrotum decantant. Cumque genibus flexis et aure ori eius apposita interrogassem, si fratres videret, si ea que dicebant audiret, respondit, se et fratres videre et sanctorum nomina audire, nichil se doloris sentire, sed in magna leticia esse. Quo dicto, statim spiritum emisit non sine luctu et dampno totius ecclesie nostre. Huius socius in scribendis libris fuit domnus Gislebertus, a domno abbate Odone cum Teoderico, filio Radulfi prepositi, in scola nutritus; qui et ipse scripsit historiam totius Veteris Testamenti necnon et duos grandes et valde utiles libros amplissime ac lucide scripture, in quibus continentur lecciones omnium dominicarum et festivitatum totius anni, quorum unus estivalis, alter vocatur hyemalis. Qui obiit in purificatione beate Marie cum maximo luctu totius nostri conventus.

78. Cum[*] vidisset igitur domnus Radulfus prepositus, aliquantulum sibi iuxta votum contigisse de ecclesiola sancti Amandi in pago Noviomensi, etiam Laudunensem regionem expetiit, vidensque ibi pro bello quod erat inter Thomam de Marla et Rogerum de Petreponte plures villas ac terras vacuas desolatasque remansisse, data pecunia eidem Rogero, rogavit eum, ut pro anime sue salute de eadem terra aliquid daret ecclesie nostre, ubi possemus laborantes proficere. Statim Rogerus assensu Ermengardis coniugis sue dedit nobis vacuam terram in loco qui vocatur Canteliva[2] et coram domno Ingelranno tunc temporis[3] Laudunensi episcopo confirmavit. Nec mora, Radulfus domum unam ibi construxit, vidensque terram fertilem et sufficientem, quatuor carrucas ibidem posuit, ovibus ac bobus replevit. Inde ad alium principem, qui vocabatur Gerardus de Cherisi, accessit; dataque ei non modica pecunia, rogavit, ut et ipse imitando Rogerum aliquid pro anima sua daret ecclesie sancti Martini. Tunc ille terras quas habebat apud Liviri[a, 4] et Brangicurtem nobis dedit, et quia de feodo regis erant, per Ludovicum regem Francorum fecit confirmari. Hocque fuit primum privilegium, quod ecclesia nostra de regibus habuit. Sic ergo Radulfus unam curtem apud Liviri et alteram apud Brangicurtem construxit; molendinum etiam, quod prius erat destructum, reparavit. Quartam etiam curtem non procul ab aliis in villa que dicitur Moncellis construxit, que tamen non ex unius, sed ex multorum donatione et agricultura consistit. Post aliquod vero tempus cum prefatus Thomas de Marla, videns curtem nostram abundantia pecorum repletam, cupiditate ductus, eam depredatus fuisset, indeque excommunicatus absolvi deposceret, altare unum in villa que dicitur Froimuns pro prede restauratione nobis dedit et privilegio episcopi Laudunensis, de quo illud in feodo tenebat, confirmari fecit[b]; sic illius facti absolutionem recepit. Has ergo quatuor curtes sepedictus Radulfus prepositus in pago Laudunensi construxit et per eas non parum ecclesiam nostram ampliavit.

79. Aliam etiam curtem in episcopatu Suessionensi construxit in nemore de Pinon et privilegio domni Lisiardi Suessorum episcopi[5] confirmari fecit, filiumque suum Walterum ad construendum in eodem loco posuit, ita ut ecclesiolam lapideam ex elemosinis fidelium in honore sancte Dei genitricis Marie ibidem edificatam a prefato episcopo consecrari impetraverit.[**]

80. In hiis itaque domibus sive, ut usitatius dicamus, curtibus, quas in diversis locis prefatus Radulfus prepositus construxit, plus quam sexaginta[c] carrucas posuit, sicque Deo iuvante tam ex agricultura quam ex nutrimentis pecorum[***] toti conventui ecclesie nostre in victu et vestitu necessaria providebat. Super quo domnus abbas Odo valde gaudebat et Deo gratias agebat, quod sibi talem virum dedisset, qui se a sollicitudine vel tumultu exteriori prorsus immunem et liberum esse faceret. Commissa namque ei totius ecclesie nostre cura exteriori, ipse religioni et silentio tam ferventer insistebat, ut multociens integro

*) Radulfus ergo prepositus cum vidisset al. *pergit H.*
) *H. pergit c.* 74. *) atque redditibus altarium *addit H.*

a) Livericum *H.* b) cepit *post corr.* fecit *c.* c) quinquaginta *H.*

1) Symbolum dictum Athanasii. DACH. 2) Cantelus. 3) A. 1098—1104. 4) Livri (départ. du Nord). 5) A. 1108—1126.

mense de claustro non exiret, sed iugiter leccioni intentus scribendis libris totum studium daret. Scriptorum quippe copiam a Domino sibi datam exultabat, ita ut, si claustrum ingredereris, videres plerumque 12 monachos iuvenes in cathedris sedentes et super tabulas diligenter et artificiose compositas cum silentio scribentes. Unde* omnes libros Ieronimi in explanatione prophetarum omnesque libros beati Gregorii et quoscumque invenire potuit beati Augustini, Ambrosii, Hysidori, Bede, necnon etiam domni Anselmi, tunc temporis abbatis Beccensis, postea vero Canthuariensis archiepiscopi, tam diligenter fecit describi, ut vix in aliqua vicinarum ecclesiarum similis inveniretur bibliotheca, omnesque pro corrigendis libris suis de nostra ecclesia peterent exemplaria[1]. Magni nominis magnaeque religionis tunc erat cenobium nostrum, quia in toto archiepiscopatu Remensi eo tempore nonnisi tres inveniebantur ecclesie, que consuetudines Cluniacenses servarent, Aquicinensis scilicet, Haffligeniensis et nostra. Cluniacense** siquidem cenobium tunc in toto regno Francorum erat excellentissime religionis, quoniam nondum germinaverat rigor Cisterciensis, nec de domno Norberto adhuc aliqua mentio erat.

81. Ea tempestate domnus Lambertus cenobii Sancti Bertini abbas effectus, cum videret ecclesiam suam pre nimia dissolutione sic destitutam, ut vix pauci monachi in ea subsistere possent, summa necessitate compulsus, domnum Hugonem, prefati Cluniacensis cenobii tunc temporis famosissimum abbatem, expetiit, eiusque magisterio se ipsum cum tota sua ecclesia committens, professionem publice in ipso cenobio fecit[2]; sicque susceptos ab eodem domno Hugone 12 monachos secum reducens et ecclesiam sancti Bertini eis regendam committens, in tantum brevi tempore gratia Dei iuvante per eos profecit, ut, ubi prius vix 12 monachos invenisses, postmodum 150 omni abundantia refertos reperisses. Quod cernens inclitus comes Flandrensis Robertus, qui iam Ierusalem capta in terram suam redierat, sumptos ex eodem cenobio Sancti Bertini monachos in ecclesiam sancti Vedasti Atrebatensis sanctique Petri Gandensis posuit multumque eas correxit. Domnusque Odo venerabilis abbas Sancti Remigii Remensis susceptos a prefato abbate Sancti Bertini monachos in cenobio suo posuit. Deinde Ludovicus rex Francorum videns alias ecclesias per easdem consuetudines proficere, in cenobio Sancti Medardi Suessionensis eas violenter servari fecit; sicque per gratiam Dei vix iam invenitur in Francia vel Flandria aliquod cenobium, in quo non videas Cluniacenses consuetudines servari. Sed cum, ut predictum est, inter vicinas ecclesias magna fama, prosperitate cenobium nostrum floreret, ecce subito cecidit corona capitis nostri, et defecit gaudium cordis nostri. Thren. 5, 15 16.

82. Domnus siquidem Manasses Remorum archiepiscopus*** ad concilium generaliter mandans alios abbates, inter alios nominatim evocavit Odonem abbatem Sancti Martini Tornacensis; cumque exinde ammirantes, quid de concilio nobis referretur, attoniti et 1105 suspensi expectaremus, ecce repente audivimus[a], ad Cameracensis sedis episcopatum eum fuisse electum et sine mora ab archiepiscopo et comprovintialibus episcopis consecratum[3].

*) *H. pergit:* Unde a Godefrido scripti sunt historia optima — — ex similitudine penne cognoscuntur de eius scriptura esse. Huius socius — — tocius anni. Ab aliis quoque scriptoribus scripti sunt omnes libri I. in expl. pr. et quoscumque i. p. b. Aug. A. B. Ys. necnon A. Cant. arch. atque tam diligenter emendati *etc.*
**) *Haec et maiorem c. 81. partem om. H.*
***) ex admonitione pape Paschalis *add. H.*

a) eum *hoc etiam loco add. sed del. c.*

1) Quod etiamnum fieri solet. DACH. Sed nunc dispersi sunt, magna pars in Angliam deportata.

2) Cf. Simonis G. abb. S. Bertini II, 67, SS. XIII, p. 649.

3) Huc pertinet nota psalterii, codicis olim S. Martini Tornacensis, nunc bibliothecae Parisiensi (Nov. adquis. nr. 2195) illati, quam edidit Delisle, 'Mélanges de paléographie' p. 153: *Anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo quinto et a restauratione huius cenobii quarto decimo scriptus est liber iste in hoc ipso cenobio a quodam fratre monacho et subdiacono, precipiente viro venerandae memoriae domno Odone, primo monacho et primo abbate huius sancti cenobii. Qui venerandus abbas eodem anno raptus ad episcopatum Cameracensis civitatis, non sine damno totius nostrae congregationis nobis ablatus est, consecratusque est episcopus supradictae Cameracensis civitatis a Manasse Remensi metropolitano et septem comprovincialibus episcopis anno dominicae incarnationis millesimo centesimo quinto, indictione tertia decima, epacta* 3, *sexto Nonas Iulii, die dominica, Romanae urbis cathedrae presidente domno Paschali papa, Francorum regnum gubernante rege Philippo. Nostrum vero cenobium rexit annis* 13, *in quibus ita ei divina gratia affuit, ut, cum ante eius adventum per trecentos fere annos nullus in hoc loco monachus fuerit, infra duodecim annos non solum terras et mansiones et officinas et quaeque usibus servorum Dei sunt necessaria, verum etiam plus quam* 70 *monachos omnipotenti Domino regulariter servituros in hoc loco aggregaverit.* Cf. G. Galcheri c. 30, supra p. 205.

Quis eo die luctus totum conventum nostrum repleverit, quis singultus pectora nostra concusserit, nullus facile explicare poterit. Vix tamen octo dies transierant, et rursum nobis quedam redditur consolatio, quoniam ipse, rebellante ac resistente Galchero[a] episcopo, pacifice ingredi non valens Cameracum urbem, rursum nobis ab archiepiscopo remittitur et per annum integrum nobiscum demoratur. Que autem eiusdem rebellionis causa fuerit, paucis aperiendum videtur, licet a cepta narratione digrediamur.

83. In Vita beati Gregorii legitur, quod, cum ad apostolice sedis regimen fuisset electus et reluctaretur, Romani assensum Mauricii imperatoris petierunt et per eum in sede pontificali electum levaverunt. Sed et beatum Eligium et sanctum Audoenum a Dagoberto[1] rege Francorum ad pontificatum electos et promotos fuisse legimus. Cumque idem etiam multis aliis in locis legatur, sanctos scilicet viros a regibus ad pontificatum fuisse promotos, ecce subito Henrici senioris imperatoris temporibus papa Romanus, qui primum vocatus est Heldebrandus, postea vero Gregorius septimus, prohibet, ne quisquam ab eo eligatur vel promoveatur, et omnes qui ab eo promoti fuerant vel baculum seu anulum de manu eius susceperant excommunicantur et deponuntur, in toto etiam regno eius, in partibus duntaxat Teutonicis divinum officium interdicitur. Fit maxima sancte ecclesie perturbatio, ita ut multi dicerent [Es. 38, 17.] tunc impleri illam prophetiam Ezechie regis: *Ecce in pace amaritudo mea amarissima.* Amara namque fuit ecclesie amaritudo tempore martyrum a paganis occisorum, amarior tempore hereticorum, amarissima in pace christianorum. Henricus namque imperator non ferens auferri sibi dignitatem antecessorum suorum, et dicens, papam non hoc facere pro libertate ecclesie, sed potius ut sub occasione et pretextu iusticie maiorem posset pecuniam congregare, alium papam eligit nomine Guibertum eumque qui se excommunicaverat facit excommunicari et contra preceptum eius in regno suo divinum officium cogit celebrari. Dehinc congregato exercitu Romam obsidet totamque provintiam devastat. Gregorio papa moriente, succedit Urbanus, et eadem que antecessor eius statuerat confirmat ac inter [1095.] cetera que in Clarmontensi concilio decrevit etiam Gualcherum Cameracensem episcopum, pro eo quod episcopatum per pecuniam adeptus fuerat et virgam atque anulum de manu imperatoris susceperat, excommunicationis gladio percutit et ab episcopali officio deponit. Ille violentia regali fultus, pluribus annis episcopatui superbe presidet et contra pape preceptum in urbe Cameracensi divinum officium celebrari iubet. Urbano pape morienti [1099.] Paschalis succedens et Gualcherum in diutina obstinatione pertinaciter perseverare dolens, missis litteris Manasse Remensi archiepiscopo apostolica auctoritate precipit, ut, congregatis comprovincialibus episcopis, Cameracensi ecclesie episcopum omissa dilatione eligat et consecret. Sic ergo abbas noster domnus Odo eligitur et consecratur. Sed quia archiepiscopi auctoritate Gualcherus expelli non valet, abbas noster iam consecratus nobis remittitur et episcopale quidem officium ubique gerit, ingressum vero urbis et redditus regales non habet.

84. Interea callidus papa Henricum adolescentem, filium Henrici imperatoris, litteris adversus patrem concitat et ut ecclesie Dei auxilietur admonet. Ille regni cupidus et gaudens se competentem occasionem ex apostolica auctoritate invenisse, contra patrem fero- [1106.] citer armatur eumque regno propellit, ita ut preter Autbertum Leodiensem episcopum nullum inveniret qui sibi adhereret. Iuvenis frendens, eo quod contra voluntatem suam a predicto episcopo pater suus in urbe Leodiensi retineretur, exercitum congregat et in die [Mart. 22.] sancto parasceue Leodium violenter intrare parat. Precedente ergo feria quinta cum episcopus, iam vesperis finitis, ex more ecclesiastico pedes canonicorum lavaret et cenam dominicam celebraret, ecce subito nuntiatur, milites iuvenis regis castrum quod Wisetum[2] dicitur obtinuisse. Exiliunt cum impetu Leodienses et precedente Namucensi comite obviam venientibus ire festinant; ecce autem, dum milicia novi regis inconsulte et prepropere pontem Moselle[3] fluminis conscendit, repente pons fluminis frangitur, et quingenti fere milites loricati et armati cum equis in flumine corruentes necantur. Sicque rex iuvenis, quod contra patrem tam sollempni die pugnare voluisset, sero penitens[b], non sine magna confusione retrocedere et Moguntiam redire compellitur. Quia iam totum regnum excepto Leodio obtinuerat, rursum resumptis viribus contra patrem armatur, donec pater omni principum auxilio destitutus in quodam castello ab eo includitur. Extat quedam epistola[4] ab eodem

a) Gaulchero *H., ubi sequentia brevius reddita et alio ordine relata sunt.* b) renitens *c.*

1) Immo Clodoveo eius filio. DACH. 2) Visel ad Mosam. 3) Lege *Mosae.* 4) Sigeberti chron. a. 1106, p. 369.

patre Philippo regi Francorum directa, in qua de filio suo vehementer conqueritur; quam 1106. si quis legerit et non fleverit, videtur mihi duri esse cordis.

85. Mortuo ergo patre Henrici Henrico seniore, non quidem armis sed tristicia cordis, filius eius, iam diu optato regno potitus, mandavit Cameracensibus, ut Gualcherum excommunicatum ab urbe pellerent, domnum vero Odonem reciperent. Tuncque primum domnus Odo urbem sedis sue pacifice ingrediens, precepit nobis, ut abbatem eligeremus, et consilio eius domnum Segardum priorem nostrum eligimus, virum religiosum, ieiuniis et orationibus deditum, qui iam multis annis prioratum ecclesie nostre tenuerat. Prefatus vero Henricus regnum adeptus, sed in patris sui sententia permanens, nec antiquorum regum dignitate carere volens, qui episcopos eligere consueverant, congregato exercitu Romam 1111. tendit, dicens se pro consecratione et corona de manu domni pape suscipienda illuc ire. Susceptus itaque a Romanis cum magno gaudio et processione, venit ad sancti Petri ecclesiam, ubi domnus papa residens eum expectabat. At ubi ex more pedibus pape summissus ad osculum eius levatus est, protinus proditionem et perfidiam diu premeditatam aperuit, voceque Teutonica signum dans militibus armatis, dominum papam, quem iam osculatus fuerat, cum omnibus cardinalibus, qui eum pro tam festiva processione circumdederant, violenter captum in sua castra duxit et custodie mancipavit pluresque Romanorum, qui sibi resistere voluerunt, trucidavit; cum exercitu enim magno venerat. Illi autem nullam doli suspicionem habentes, omnino ad bellum imparati erant, ideoque non mirum fuit, si facile sunt[a] superati. Papa ergo videns periculum non solum episcoporum et cardinalium, qui secum capti fuerant, sed totius regionis, quam hostiliter, non ut imperator, sed tyrannus devastabat, pro imminenti necessitate magis voluit sententiam ad tempus mutare, quam hiis non providere quorum cervicibus gladius imminebat. Concessit itaque regi et etiam privilegii sui auctoritate confirmavit, ut assensu eius electiones pontificum fierent, electis autem per virgam et anulum investituram faceret. Cum vero rex huius concessionis fideiussionem quereret, papa ei corpus Domini in ore posuit: 'Hoc', inquiens, 'corpus Domini tibi trado loco fideiussoris, quod de hiis que tibi promisi nichil ulterius violabo'. Sic itaque rex letus papam cum omnibus quos ceperat dimisit et in terram suam, id est in Lotharingiam, rediit filiamque Henrici regis Anglorum Leodii, sibi a patre cum multis divitiis pre- 1114. sentatam, uxorem duxit. Divino tamen iudicio non diutina prosperitate gavisus est, sed prefatam reginam viduam sine prole relinquens, regno simul et vita citius privatus est. Siquidem 1125. post discessum eius ab urbe Roma diversi pontifices in unum convenientes et apostolice proditionis eum infamantes paremque Iude eum fore dicentes, qui post osculum et per osculum tradidit Dominum, privilegium quoque illud, quod ei papa dederat, non privilegium, sed pravilegium vocantes, sententia anathematis eum percusserant, et quicquid dominus papa necessitate compellente dispensative fecerat, irritum esse decreverunt.

86. Quidam clericus nomine Norbertus, qui in eadem captione capellanus imperatoris fuerat, videns tantam nequitiam domini sui regis, penitentia ductus, pedibus domini pape se prostravit, et absolutione ab eo suscepta, secularem vitam relinquens, in Franciam venit et in episcopatu Laudunensi locum quendam solitarium reperiens qui Premonstratus dicitur, ibidem Deo sub regula sancti Augustini, immo multum rigidiori et artiori, servire cepit, 1119. sicque per Dei gratiam brevi tempore profecit, ut nullum post apostolos videamus hodie tantum fructum in ecclesia fecisse[1]. Nam cum necdum conversionis eius tricesimus annus sit, iam fere 100 monasteria a sequacibus eius per diversas orbis partes constructa audivimus, ita ut etiam in Ierusalem usque regula eorum servetur. Nam ut de aliis taceam, in urbe Laudunensi commissa est ei a domno Bartolomeo episcopo quedam paupercula ecclesia in honore sancti Martini constructa, in qua idem Norbertus paucos ex fratribus suis ponens, abbatem eis prefecit virum religiosum nomine Walterum, cui Deus tantam gratiam contulit, ut hodie in ipsa ecclesia fere quingenti fratres degere videantur; iamque ex ipsa 10 fere alia monasteria processerunt. Ipse vero Norbertus postmodum in urbe Magdeburgensi 1126. archiepiscopus factus, tempore Lotharii imperatoris, qui Henrico successit, defunctus est. 1134. Sed nunc iam ad nostrum cenobium redeamus.

87. Cum domnus Odo fere 13 annis illud rexisset, episcopus factus, domno Segardo

a) *bis scriptum, sed semel deletum c.*

1) Cf. quae e libro de mir. S. Mariae edita sunt SS. XII, p. 654 sqq.

priori nostro illud regendum reliquit. Quo tempore maxima tribulatio nobis supervenit. Canonici siquidem Tornacenses, iam domno Odone episcopo facto, ne aliquem extraneum sepeliremus, nobis interdicere ceperunt, dicentes, ecclesiam nostram non esse abbatiam, sed potius iuris sui capellam, nec nos in ea remansuros nisi quamdiu ipsi vellent. Unde duo archidiaconi Cameracenses, Anselmus scilicet et Radulfus, filius domni Tetbaldi monachi nostri, qui frequentabant episcopum suum adhuc nobiscum commorantem, tali contradictione canonicorum Tornacensium commoti, cum litteris deprecatoriis domni Odonis episcopi Romam petierunt privilegiumque domni pape Paschalis nobis detulerunt, in quo nobis concedebat[1], ut[a] omnes qui apud nos sepeliri vellent, nisi excommunicati essent, libere et absque ulla contradictione sepeliremus; adiunxerunt etiam, plurimis nostrum ignorantibus, ut decimas laborum nostrorum, quos circa monasterium laboramus, ulterius non solveremus, quoniam a domino papa nobis remittebantur. Quod ut canonicis innotuit, ilico contra nos insurgunt totumque orbem adversum nos incitant, incendiis et rapinis ecclesiam nostram valde perturbant. Cumque cenobii nostri prepositus esset frequenter superius memoratus Radulfus, canonicorum vero Gonterus, filius germani eius Tetberti, dum inter se non solum ecclesiasticis, sed etiam secularibus armis decertarent patruus et nepos, videbatur inter duas ecclesias geri non solum civile, sed etiam plus quam civile bellum. Domnus tamen papa numquam auxilium suum nobis impendere destitit, sed ad se frequenter redeuntibus pie consuluit; unde etiam huiusmodi litteras Baldrico episcopo nostro inter multas alias transmisit:

88. *Paschalis episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Baldrico Noviomensi seu Tornacensi episcopo salutem et apostolicam benediccionem. Fraternitati tue iam secundas litteras misimus, ut monachis Sancti Martini iusticiam faceres de iniuriis illis, quas a Tornacensibus clericis patiuntur. Ceterum eandem iusticiam exercere diu multumque fraternitas tua dissimulavit, unde oportunum duximus idem negotium Lamberto Atrebatensi, Iohanni Morinensi comprovincialibus fratribus commisisse*[2]*, qui nimirum tanquam religiosi viri ad pacem vehementius intendentes, idem negotium minus canonice tractaverunt. Quam ob rem nos utramque partem ad nostram presentiam evocavimus. Ipsis itaque clericis ex sanctorum patrum auctoritate monstravimus, quam indebite in decimarum exactione et sepulturarum prohibitione monachos pregravarent. Beatus enim Gregorius Augustino Anglorum episcopo scribens: 'Communi', ait, 'vita viventibus iam de faciendis portionibus vel exigenda hospitalitate et adimplenda misericordia nobis quid erit loquendum, cum omne quod superest in causis piis ac religiosis erogandum est'. Quartus autem Leo synodali constitutione decernit, ut decime et primitie seu quecumque oblationes vivorum et mortuorum ecclesiis Dei fideliter reddantur a laicis. Ubi notandum, quod non a monachis, sed a laicis reddi decime iubeantur. Monachi namque, cum eorum plerique aut levite aut sacerdotes sint aut aliis ecclesiasticis ordinibus perfruantur, cum assidue per Dei gratiam divinis inserviant ministeriis, immunes profecto ab huiusmodi exactionibus sunt habendi. Idem etiam Leo episcopis Britannie scribens, illis tantum ecclesiis que plebes vocantur deberi decimas indicat, ubi sacrosancta dantur baptismata; in quibus videlicet verbis evidenter apparet, causa baptismatis, eucaristie, penitentie seu ceterorum officiorum, que a clericis populo exibentur, decimas a populo esse reddendas; in quibus omnibus nullum a clericis servicium monachorum conventibus exhibetur. Porro de sepultura monasteriis permittenda beati Gregorii habetur manifesta sententia. Iohannem enim Veteris-urbis episcopum in monasterio sepeliri mortuos prohibentem hiis verbis cohibere curavit: 'Si ita est', ait, 'a tali vos hortor inhumanitate recedere et sepeliri mortuos ibidem vel celebrari missas, nulla ulterius habita contradictione, permittas, ne denuo querelam de his que dicta sunt Agapitus vir venerabilis ad me depromere compellatur'. Hac sanctorum patrum auctoritate comperta et veritatis ratione cognita, predicti, qui ad nos venerant, clerici Tornacenses debita humilitate cesserunt et de cetero se nullam super hiis querelis molestiam monachis illaturos polliciti sunt. Tuam ergo sollicitudinem, frater karissime, commonemus, ne ulterius supradicti monasterii fratres patiaris molestiis talibus infestari, neque cathedram ibi colloces, neque aliud quid inferas, quo regularis ordo turbetur. De hiis autem elemosynarum partibus, que sunt a morientibus ecclesiis relinquende, vestra interest dyocesis vestre parrochianos instruere, ut per tue vigilationis diligentiam largiente Domino tam clericis quam monachis iusta serventur*

a) *deest c.*

1) Haec iam desideratur. 2) Jaffé, Reg. nr. 4597.

et ecclesiis pax firma permaneat. Data Lateranis per manum Iohannis cardinalis 4. *Kal.*[a] *Novembris*[1].

89. Clerici namque Tornacenses Roma reversi et omnia que dominus papa eos sibi promisisse dixerat pretergressi, rursum nos incendiis devastare, militibus etiam ut nostra diriperent pecuniam dare ceperunt. Quadam vero die advesperascente servientes suos ad curtem nostram Dusiolpetram[b] depredandam transmiserunt. Quod cum domno abbati Segardo nuntiatum fuisset, premisit quendam nostrum[c] monachum nomine Gerulfum, qui in vita seculari strenuus miles fuerat optimatumque regionis cognatus erat, ad reprimendam audatiam raptorum. Illi autem cum armis et multitudine venientes, curtem depredati sunt monachumque sibi resistere volentem tam fortiter verberaverunt, ut eum in lectulo ad ecclesiam nostram necesse esset referri. Unde[d] cognati eius vehementer commoti, post paucos dies contra clericos et fautores eorum convenerunt, initoque bello, ex servientibus eorum decem et octo occiderunt, quorundam vero pedibus abscisis, omnes pariter in fugam converterunt. Dixerunt etiam quidam ex militibus, se in eodem certamine vidisse sanctum Martinum in aere super equum album sedentem et adversarios exerto gladio effugantem; et cum multo maior eorum numerus quam nostrorum fuisset, nostris tamen victoria cessit. De qua victoria videns domnus Segardus abbas quosdam iuvenum nostrorum exultantes, ingressus ecclesiam et coram altari prostratus, vehementissime flere cepit, tam pro animabus eorum qui interfecti fuerant, quam pro periculo fratrum qui exinde exultaverant. Unde protinus convocatis omnibus in capitulum, precepit, ut sequenti die totus conventus unanimiter in pane et aqua ieiunaret, et sicut in parasceue nudis pedibus mane surgentes, post primam psalterium totum legerent et processionem facerent, in capitulo etiam omnes generaliter disciplinas susciperent. Cuius devotio quod Deo placuerit, protinus effectus monstravit.

90. Adhuc enim nobis in capitulo sedentibus, ecce subito Everardus castellanus, totius regionis princeps, cuius longe superius mentionem fecimus[2], insperatus ostium claustri pulsavit et, ut in capitulum venire permitteretur, rogavit. Ingressus igitur cum quibusdam viris sapientibus: 'Valde', inquit, 'domini mei, de restauratione huius ecclesie gavisi sumus, cuius cum necdum vicesimus compleatur annus, iam de eius destructione nichilominus valde contristamur. Scimus enim re vera, quod clerici vobis iniuste prohibent sepulturam eorum qui non sunt sui parrochiani, et nichilominus vos eis iniuste decimas suas vultis auferre; licet enim vobis terras nostras pro animarum nostrarum salute dederimus, decimas tamen domine nostre sancte Marie vobis dare non potuimus. Quod ergo vobis dedimus tenete, et sanctė Marie vos, sancti viri, nolite auferre, quod nos peccatores ei dabamus; si vero ei ius suum, quod iam quingentis annis tenuit, vultis auferre, nescio, quid vobis prosit secularem vitam reliquisse, quoniam — ut salva gratia vestra dicam — cupidiores et rapaciores atque peiores nobis esse videbimini, qui, licet pauperibus sua auferamus, Deo tamen suas decimas reddimus. Unde precor vos, dulcissimi domini mei, quatinus ab incepta desistentes pertinacia pro singulari et insolita libertate provinciam non perturbetis, sed vicinarum abbatiarum, que antiquiores et ditiores vobis sunt, morem sequamini, et nos eandem libertatem sepulture, quam ipse habent, velint nolint clerici, faciemus vobis concedi. Si vero precibus nostris adquiescere nolueritis, tunc utique contra torrentem brachia tenditis, quoniam nos nullo modo patiemur domine nostre sancte Marie decimas suas auferri'. Huic ergo prefati principis orationi conventus noster adquiescens, suasioni eius cessit. Sicque statuto die convenientibus vicinis abbatibus multisque aliis ecclesiasticis personis, 1108. utrimque statutum est et cyrographo confirmatum est[3], ut nos more solito daremus decimas, et de sepultura idem nobis liceret quod ecclesie sancti Amandi et ceteris vicinis ecclesiis. Finita itaque concordia, clerici, qui dudum nos radicitus evertere conabantur, tanta nobis rursum coniuncti sunt amicitia, ut ipse prefatus Gonterus prepositus, vir strenuissimus, nostris necessitatibus omni conatu subveniret et mala, que nobis tempore discordie fecerat, novis serviciis et auxiliis diluere et emendare studeret.*

*) *Sequentia om. H., quae sequentem episcopatus historiam alio loco ex eodem, ut videtur, fonte hausit, hic vero cum cont. c.* 11. *pergit.*

a) Idus *Pflugk-Harttung, Acta pontt. I, p.* 102. b) Dulciopetram *H.* c) *deest ed., H.* d) U. c. *bis scriptum c.*

1) De anno non constat; v. Jaffé, Reg. nr. 4699. Wauters II, p. 39. chartam in a. 1108. collocat; sed tunc d. 29. Octob. et 10. Nov. Paschalis papa Beneventi erat. Pflugk-Harttung l. l. a. 1109. proponit. 2) C. 3. 17. 33. 39. 57. 66. 3) V. chartam concordiae d. 17. Iul. 1108. datam, Wauters l. l. p. 38.

CONTINUATIO.

1. Tanta ergo deinceps dilectio et familiaritas inter nos et illos fuit, ut pre ceteris vicinis ecclesiis ad invicem amoris vinculo coniungeremur. Unde etiam in negocio quod post factam concordiam protinus inceperunt quasi fratres et socii eis fuimus. Est autem huiusmodi negocium.

Tornacensis civitas olim proprium habuit episcopum. Unde in Vita sancti Medardi legitur[1], quod, cum esset puer in scola discens, predixit, Eleutherium quendam comparem suum summum Dei pontificem in urbe Tornaco futurum; quod postea rei probavit eventus. Cum ergo beatus Eleutherius in urbe Tornaco, sanctus vero Medardus in Vermandensi factus fuisset episcopus, Ludovicus rex Francorum, quem baptizavit sanctus Remigius, Tornacum venit eundemque Eleutherium rogavit, ut pro peccato, quod commiserat et confiteri erubescebat, Christi misericordiam imploraret. Quod vir Dei faciens, ab angelo se exauditum esse cognovit ipsumque regi crimen scriptum attulit; unde[a] rex exhylaratus, Deo et beato eius confessori gratias retulit, multaque dona ei relinquens, ad propria rediit. Post hec contigit, ut sanctus Eleutherius Tornacensis episcopus pre nimia senectute et infirmitate caligantibus oculis officium episcopale implere non posset. Pro antiqua ergo familiaritate rogavit sanctum Medardum Vermandensem episcopum, ut se adiuvaret ad explendos ordines sacros et consecrandas ecclesias ceteraque peragenda officia episcopalia. Adquievit ille, sepiusque visitans Tornacum et verbum Dei predicans, non modicum favorem adeptus est totius cleri ac populi. Cum vero defunctum beatum Eleutherium idem sanctus Medardus, missa celebrata, in ecclesia sancti Petri Blandiniensis sollempniter sepelisset, et clerici Tornacenses ad eligendum episcopum convenissent, videntes religionem et probitatem sancti Medardi, sicut Suessionis in Vita eius scriptum repperi, eum elegerunt sibi episcopum, dicentes, quod, sicut vivente beato Eleutherio per aliquod tempus utrumque episcopatum bene rexisset, ita etiam post obitum eius facere posset. Reluctatur vir beatus et contradicit, dicens, nec canonicum nec possibile sibi esse, ut duos episcopatus teneat, ideoque se tantum onus non suscepturum, cuius gravamine pressus deficeret. Tornacenses in cepta sententia permanentes, beatum Remigium tunc temporis Remorum archiepiscopum adeunt, et ut ei Tornacensis ecclesie providentiam iniungeret, deposcunt. Flexus eorum precibus sanctus Remigius simulque considerans et eorum devotionem et beati Medardi religionem, obedientie vinculo Tornacensis ecclesie ei iniungit sollicitudinem. Postmodum autem sanctus Medardus sedem episcopalem mutavit et de urbe Vermandensi Noviomum eam transtulit, [sicque[b] duos episcopatus, Noviomensem scilicet et Tornacensem, in vita sua retinuit]. Post obitum quoque eius successores ipsius, Noviomenses scilicet episcopi, utrumque episcopatum tenuerunt; seroque Tornacenses clerici se sanctum Medardum elegisse penituerunt, videntes, quod semel concesserant se ulterius non posse mutare.

Encycl. (Hist.)

2. In Vita tamen sancti Remigii Remorum pontificis continetur, quod tempore eius Remensis ecclesia metropolis 12 episcopos sub se habebat, scilicet Silvanectensem, Catalaunensem, Ambianensem, Belvacensem, Suessionensem, Laudunensem — qui antiquitus non fuerat, sed ab ipso sancto Remigio institutus est, dans ei de suis municipiis cum ipso Lauduno, qui de parrochia Remensi extiterat —, Noviomensem, Atrebatensem, quem etiam primus ordinavit, Cameracensem, Tornacensem, Morinensem et Boloniensem.

3. Defuncto beato Medardo atque Suessionis sepulto, Lotharius rex Francorum, filius supradicti Ludovici, ecclesiam super corpus eius edificavit[2]. Post aliquot vero annos idem rex moriens et in eodem loco sepultus, quatuor filios heredes regni reliquit, Karebertum, Guntrannum, Sigebertum, Cilpericum; qui regnum inter se dividentes, Karebertus sedem sibi constituit Parisius, Guntrannus Aurelianis, Sigebertus Remis, Cilpericus Suessionis. Cilpericus duxit uxorem nomine Audoveram, habens concubinam nomine Fredegundem; que Fredegundis Audoveram reginam tali fraude decepit. Suasit ei, ut filiam quam ex Cilperico habebat ipsa de sacro fonte, non alia, susciperet; quod illa seducta fecit. Quam ob rem a marito suo separata est, sicque Fredegundis concubina in coniugium transiit. Episcopus qui puerum baptizavit exilio dampnatur. Franci qui sub ditione Cilperici erant ad Sigebertum transeunt; Cilpericus vero fugiens fratrem suum, petiit civitatem Tornacum, que in divisione sua continebatur. Quem cives eiusdem urbis receperunt et ceperunt pugnare contra prefatum Sigebertum. Qui, congregato exercitu, obsedit in urbe Tornaco fratrem suum. Fredegundis vero, Cilperici uxor, verens ne populus Tornacensis pertesus obsidionis se et maritum suum traderet inimicis, convocavit duos iuvenes ferocis animi, pollicens eis premia et honores, si regem Sigebertum interficerent. Qui consiliis eius adquiescentes, regem adierunt, et quasi ei aliquid secretius locuturi, seorsum evocaverunt, deinde pugionibus interfecerunt. Cilpericus vero a Tornaco egressus, exercitum ad se reduxit, fratrem vero suum in vico qui dicitur Lambrias iuxta Duacum sepelivit; civibus Tornacensibus gratias reddidit et ecclesie beate virginis Marie multa beneficia contulit pro salute anime sue et anime fratris sui, qui improvise interemptus occubuerat, iura sua regalia, que in eadem civitate possidebat, inter episcopum et clerum distribuit[3]: episcopo delegavit monetam civitatis, mairiam de qua fermentantur cervisie, iustitiam, districtum, advocationem hominum beate Marie, wionagia plaustrorum et vehiculorum, que venalia in civitatem afferunt; clero vero tribuit theloneum, pontinagium, ut ex eorum redditibus vestimentorum suorum necessaria compararent; et ut victum copiose et sufficienter haberent, omnem terram que iacet inter duo fluviola, Ries scilicet et Mairam, eorum ditioni subdidit, ut ex eius agricultura absque penuria sustentarentur. Cunctaque molendina que tunc erant in Scaldo eis superaddidit, sex ex hiis episcopo reservatis cum quinque quadrigis terre. Foragia vero cambarum, vel quod sanctificationes[c] apothecarum alii vocant, et redditus vasorum vini inter utrosque equis partibus divisit. Hoc itaque modo amplificata ecclesia beate virginis Marie, cum honore ad propria rediit. Deinde confirmatus in regno, corpus fratris sui Suessionis transtulit et iuxta patrem suum sepelivit in ecclesia sancti Medardi. Ipse vero post aliquod tempus astu uxoris sue Fredegundis a Landerico maiore domus, cum quo eadem Fredegundis adulterabat, occiditur et in basilica sancti Vincentii Parisius sepelitur.

4. Post beatum Medardum prefuit ecclesie Noviomensi atque Tornacensi Augustinus; Augustino Gundulfus[d]; G[undolfo] Ebrulfus; E[brulfo] sanctus Acharius, cuius tempore legitur fuisse sanctus Amandus

a) unde — retulit *in marg. inf. suppl. c.* b) *in marg. post suppl. c.* c) *ita c. et H.* (scificationes); scyphicationes *ed.; sed ne hoc quidem alibi legitur; cf. Ducange VI, p.* 145. d) *supple:* successit.

1) C. 2, Dachery, Spicil. VIII, p. 392. 2) Cf. Ann. Laub. 556, SS. IV, p. 10. 3) Sequentia hic brevius quam in epistola encyclica (in Historiis infra p. 334. editis; cf. praef. p. 268) servata.

Traiectensium episcopus, qui cenobium monachorum Helnone construxit; post beatum Acharium sanctus Eligius. Encycl. Iste sanctus inter cetera preclara cenobia que per Galliam construxit etiam ecclesiam sancti Martini [Tornacensis[a]] in loco ubi nunc est restaurata edificavit. Beato Eligio sanctus Mummolenus successit; M[ummoleno] Gundulfus; G[undulfo] Guarulfus; G[uarulfo] Crasmarus; C[rasmaro] Framengerus; F[ramengero] Hunuanus; H[unuano] Guido cum Eunutio; deinde Heliseus; H[eliseo] Adelfredus; A[delfredo] Dido; D[idoni] Gislebertus, qui fuit abbas Sancti Amandi Helnonensis, qui pro parrochia sancti Martini, que sita est apud Helnonem in episcopio Atrebatensi, dicitur episcopo Atrebatensi seu Cameracensi dedisse pro commutatione Marceniensem abbatiam, que in episcopatu Tornacensi iacet. G[isleberto] successit Pleon; P[leoni] Guandelmarus; G[uandelmaro] Ronegarius; R[onegario] Fichardus; F[ichardo] Emmo, qui a Normannis occisus est; E[mmoni] Rainelmus; R[ainelmo] Heidilo; sub quo cives Tornacenses apud Noviomum se contulerunt propter devastationem et oppressionem Normannorum, quando etiam monachi Sancti Martini eiusdem civitatis apud Supas villam suam in episcopio Parisiensi sitam diverterunt; H[eidiloni] Raubertus; R[auberto] Airardus; A[irardo] Gualbertus; G[ualberto] Transmarus; T[ransmaro] Rodulfus. Post hunc prefuerunt quidam episcopi, quos melius puto vocari debere raptores quam gubernatores, dissipatores quam rectores, mercennarios quam pastores; beneficia enim ecclesie disperdiderunt et pene ad nichilum redegerunt, ita ut de antiquis possessionibus nichil amplius eam cernamus hodie tenere quam tria molendina episcopi tresque quadrigas terre eius et canonicorum theloneum, pontinagium foragiorumque suam partem, exceptis paucis terris et molendinis, que per fidelium oblationes recuperaverunt. Quod quomodo acciderit, verba que a maioribus nostris accepimus posteris tradimus.

5. Radulfo successit in episcopatu Fulcherus. Hic existens spurius generatione, ex patre scilicet ignobili natus, filius fuit principis coccorum regis Francie. Qui ambiens episcopatum, regem Gallie et optimates curie eius symoniacos effecit eosque sibi favorabiliter confederavit. Cuius ordinatio quia contra sacros canones fuit, per omne tempus quo prefuit contra Deum et sanctam ecclesiam intumuit vitamque indignam omnimodis duxit. Adeptus ergo gradum cupitum, tres ecclesias in Noviomo subvertit, permittente rege et primoribus eius, quibus earum predia et possessiones tradidit, ut eum quasi dominum attollerent hominiumque et fidelitatem promitterent, sicut antecessoribus eius facere consueverant. Que dum iuxta votum optinuisset, deliberavit etiam regionem Tornacensem invisere. Qui Tornacum veniens[1], [cum[b]] et a clero et populo fuisset receptus, duas ecclesias finitimas subvertit, videlicet beati Quintini de Foro, in qua canonici commanebant, beatique Petri de media urbe, ubi sanctimoniales degebant, suadentibus militibus quos secum adduxerat; quibus etiam predia earum distribuit pro captanda benivolentia eorum, terras etiam quasdam hereditarias Sancti Martini, que in persecutione Normannica devastate fuerant et adhuc sine incolis inculte iacebant, invasit eisque ad augmentum sue dampnationis addidit; beneficia quoque sua, que de manu regis predecessores eius susceperant, illis superadiciens, monetam scilicet civitatis, mairiam, iusticiam, districtum, advocationem, wionagia, tria molendina de sex supra positis, episcopatum modo miserabili pessumdedit. Clericorum quoque bona magna ex parte lacerans, infra breve tempus dignas ultionis penas exsolvit. Cum enim de Tornaco Noviomum redisset, protinus infirmitate correptus, sequenti nocte vidit in sompnis, quod esset inter duo altaria que erant in presbiterio ecclesie sancte Marie Tornacensis sedis episcopalis. Videbat etiam ignem maximum inter eadem altaria succendi et puellam speciosissimam, sed scissis vestibus indutam, iuxta maius altare stantem et complosis manibus crines suos et faciem cedentem ac de Fulchero, qui vestes suas sciderat, qui se nudaverat, iusticiam a Deo cum magno clamore et gemitu querentem ipsumque Fulcherum in flammas illius ignis impellentem et dicentem ei: 'O crudelis tyranne, avidus pervasor mee ecclesie, quare me ita lacerasti? Cur tantis dedecoribus me infecisti?' Cumque Fulcherus econtra reluctaretur, ne in ignem mitteretur, et diceret: 'Domina totius orbis, non vos sic dehonestatam reddidi', adiecit puella, dicens: 'Quotiens bona famulantium mihi defraudasti, totiens in me tela obprobriorum iaculasti'. De qua tremenda visione statim evigilans, vehementer clamare cepit et clamore suo totam familiam suam excitavit. Concurrentibus universis et clamoris causam sciscitantibus, quid in sompnis vidisset, retulit et puellam illam sanctam Dei genitricem esse exposuit, que Filio suo conquesta est, quod ecclesiam suam sui iuris terris quasi suis vestibus nudasset et militibus Noviomensibus dedisset, ideoque se mala morte quantotius periturum et gehenne flammis demergendum subiunxit. Perterritis omnibus et finem rei prestolantibus, ecce subito apprehendit eum dolor dirus viscerum, et morbo intercutaneo percussus, ut de Herode dicitur, videntibus cunctis, ceperunt vermes qui pediculi vocantur de corpore eius glomeratim ebullire gutturque et faciem eius cum toto corpore operire; et hoc tam diu factum est, donec animam redderet. Cumque corpus defuncti lotum et vestibus ex more fuisset indutum, numquam pediculi cessabant ebullire totasque vestes operire, donec ministri necessitate compulsi aliis vestibus indutum in corio cervino consuerunt sicque sepelierunt.

6. Huic Fulchero successit Hadulfus; H[adulfo] Leudulfus; L[eudolfo] Rabodus; R[abodo] Harduinus. Hic fuit tempore Roberti Francorum regis, filii Hugonis Capeti, in quo finita est posteritas regum Francie qui fuerunt de stirpe illius Karoli incliti regis, qui pro nimia probitate sua a Romanis evocatus, coronatus est in regem, et Karolus cognomento Magnus appellatus, imperavit tam Romanis quam Francis postea 13 annis; cuius heredes per 11 generationes regnum Francorum tenuerunt. Sed Hugo Capet, cum esset dux Parisiensis, proditione et dolo Ascelini Laudunensis episcopi nocte Laudunum ingressus cum militari manu, Karolum regem, cognatum suum, qui cognominabatur Infatuatus, in turre Laudunensi cepit vinctumque catenis regno privavit. Qui principatum adeptus, a Gerberto Remensi archiepiscopo diademate coronatus et rex Francorum appellatus est. Cuius filius prefatus Robertus, sciens Balduinum Barbatum Flandrensium comitem tunc temporis magne esse potentie, filiam Adelam adhuc puellulam filio eius adolescentulo Balduino Insulano desponsavit patrique eius nutriendam tradidit.

7. Ea tempestate habebat idem Robertus rex turrim Noviomi sitam infra terminos ecclesie beate Dei genitricis Marie secus curiam episcopi, per quam multa mala eiusdem urbis populo intulit. Miles enim, cui a rege custodienda tradita fuerat, ferocis animi existebat, adeo ut exactiones episcopales iuri suo mancipare vellet. Cunctis placitis causisque forensibus, que in curia episcopi determinanda erant, principari volebat nichilque episcopum constituere licebat, nisi quod ipse prior disposuisset; sic itaque episcopum et cives exasperans, nonnulla servitia eis ingerebat. Cum ergo longo tempore id ageret nullisque exhortationibus religiosorum resipiscere vellet, ultra vecordiam eius ferre non valentes, episcopus cum clero et populo valde afflicti, proponunt omnino resistere modumque quo ad effectum perveniant ceperunt exquirere. Tandem eis videtur, quod, si turris eversa fuisset, que materia pertinatie eius erat, facile pacem optinerent. Accidit ergo quadam die, ut is qui custodire arcem debebat casu fortuito deesset, nec ullus ex tota familia eius superesset nisi solummodo coniunx eius cum famulabus suis. Cernens ergo episcopus oportunum tempus accidisse, quo premeditatum consilium de subversione turris complere posset, civibus apprehendere arma precepit cunctosque gladiis accin-

a) *manu s. XIV. add. c.* b) *deest c.*

1) Haec fusius in encyclica narrantur.

Encycl. gere fecit, ut, si quis inermis[a] obvians eis resistere vellet, facile expugnaretur. Et mittit matrone episcopus per nuntios verba suasoria, quibus eam deciperet, cum dolo dicens: 'Habeo pallium sericum, de quo mihi casulam [vel[b] planetam] facere volo, sed non repperio, qui eam sciat tam decenter incidere et convenienter componere, sicut te scire comperi, ideoque deprecor, ut castis manibus tuis preparetur. Iube ergo fores reserare, ut ad te pergere valeam. et quid operis de serico facere possimus, simul inspiciamus'. Illa gratulabunda effecta de visitatione pontificis et dolos quos machinabatur prorsus ignorans, continuo hostia patefacere precepit, ipsaque ei obviam processit, et usque ad thalamum suum eum perducens, consedere fecit. Cumque aliquamdiu simul mutuo sermocinati essent, videns episcopus familiam suam congregatam apparatum ad subvertendum habentem, que facere disposuerat aperit, dicens: 'Pro calumpniis et iniuriis, quas vir tuus et curie mee et civibus crebro intulit, convenerunt isti adversus hanc arcem, ut eam deiciant cunctaque propugnacula eius solo sternant; quam ob rem egrediamur illesi, ne cum eius ruinis pariter involvamur et pereamus'. Illa hiis verbis perterrita et velut exanimis effecta, in terra procubuit. Quam episcopus blande consolans verbisque suasoriis tristem demulcens, apprehendit manum eius, educensque secum, servavit illesam. At famuli episcopi continuo circumquaque ignem accendunt, cuncta edificia evertunt, machinas ad subvertendum undique instruunt, immensam eius altitudinem solo coequant, de summo lapide usque ad imum comminuunt, deinde domum redeunt. Que sic eversa usque in hodiernum diem inrestaurata manet; signa tamen eius apparent, saxa scilicet ingentia. Audito ergo rex quod acciderat, vehementer iratus est et contra episcopum, qui fidelitatem ei debebat, de perditione domus sue conqueri cepit, satisfactionem proditionis apertis querelis exigens secundum iudicium optimatum suorum. Cumque curia regis episcopum de regno Francorum expellendum et exilium subire iudicaret, veritus animositatem regis sciensque nullum principum plus apud regem posse quam comitem Flandrensem, Balduinum scilicet Barbatum, ad eum confugiit. Cuius filius Balduinus iam iuvenilis etatis primis auspiciis pollens, Adelam, filiam predicti regis, ducere debebat uxorem, ut dictum est; quique etiam ecclesiam sancti Petri in oppido Islensi edificavit et in ea canonicos posuit seque ibidem sepeliri mandavit. Causam doloris sui episcopus apud utrumque exposuit, preces fudit, ut de presenti discrimine eum liberent et iram regis, que iuste exarsit, mitigare studeant; dona preclara pollicetur, si regi et proprio solio eum reconciliatum reddiderint effectumque petitionis celeriter consecutus fuerit. Sciscitante vero comite et interrogante, que esset recompensatio talionis pro legatione huius negotii, respondit episcopus: 'Possideo in regione Flandrensi, que ditioni vestre subiacet, altaria quam plura, ex quibus 12 locupletiora vobis et filiis vestris per tres generationes tenenda trado; quarta autem revertantur ad episcopum; et ne inter successores meos et posteros vestros exinde aliqua controversia oriatur, testamentum confirmationis vobis facio, in quo tempus determinatum et nomina altariorum atque testium curie mee ac vestre, qui interfuerint assensumque prebuerint, annotabo'. Comes ergo mercede effusus, regem, socerum filii sui, adiit, precem pro episcopo fudit, veniam facile impetravit eumque regi et proprio solio cito reconciliatum reddidit. Deinde altaria sibi delegata tenuit, quorum hec sunt nomina: de Corturiaco, de Puten, de Turhult, de Aldenardia, de Henniis[c], de Hulten, de Dunza, de Nivella, de Rodenbruc de Alenbruc, de Mallenghin, de Sclipies. Qua donatione ab episcopo facta, optimates Flandrenses a comite petierunt sibi ea concedi in beneficium. Que accepta optimates militibus sibi servientibus rursus in feodum distribuerunt, sicque paulatim de iure pontificali penitus in ius militum transierunt. Hoc ergo pacto Tornacensis ecclesia 12 altaria perdidit; que si episcopus Tornacensis ad mensam suam sicut olim libera possideret, multos exinde pauperes secum reficere posset. Harduino successit Hugo; H[ugoni] Balduinus; B[alduino] Rabodus.

8. Huius Rabodi tempore comitatum Flandrensem tenebat Robertus, filius Balduini Insulani et Adele, filie regis, quibus data fuerant altaria. Veniens ergo ad eum Rabodus episcopus, oravit eum, ut 12 altaria, que Harduinus de mensa Tornacensis episcopi tulerat et Balduino Barbato comiti, avo eius, concesserat, Tornacensi ecclesie pro anima sua redderet, quoniam iam tempus transierat quo reddita esse debuissent; tres enim comites ea tenere debuerant, qui iam decesserant, Balduinus scilicet Barbatus, avus huius Roberti, Balduinus Insulanus, pater eius, Balduinus Hasnoniensis, frater eiusdem Roberti. Quem cum episcopus rogaret altaria reddere, dilationem postulavit, donec a matre sua huius rei veritatem audiret. Cum ergo matrem suam prefatam Adelam super hoc consuluisset, illa, utpote religiosa et timens Deum, respondit: 'Verum est', inquit, 'fili, quia iam tempus transiit, quo a patre tuo et avo promissa fuerant reddi. Quia ergo tibi Deus hereditatem tuam, quam perdidisti', id est Flandriam, 'reddidit magnumque tibi exinde honorem fecit, consulo tibi, ut etiam super hoc honorem ei facias et sancte Marie, matri eius, altaria sua reddas'. Hiis comes compunctus, episcopo se ea redditurum spopondit Sed antequam de manibus militum ea tenentium libera fierent, morte preventus,
1093. non implevit quod proposuerat. Ipse quoque episcopus non multo post longum tempus moriens, quod inceperat non terminavit. Sed ad augmentum destructionis episcopatus terras arabiles episcopi circa Tornacum Teoderico Monetario et aliis primoribus huius regionis vendidit, nemus et silvam de Helcin et de Sancto Genesio distraxit, tradens singulos bonarios ad redditum 4 denariorum singulis annis sibi solvendorum. Hic inter cetera que laudabiliter fecit etiam cenobium nostrum, quod a barbaris quondam destructum fuisse ferebatur, restaurare curavit anno dominice incarnationis 1092. Rabodo successit Baldricus.

9. Cum ergo iam per trecentos fere annos ecclesia Tornacensis pastore proprio viduata fuisset, tempore domini Hugonis Cluniacensis abbatis, cuius supra mentionem fecimus[2], accidit, ut quidam Remensis ecclesie canonicus, magne probitatis vir, nomine Odo vitam secularem relinqueret et in eadem Cluniacensi ecclesia monachus fieret. Cumque ibi per aliquot annos religiosissime vixisset, et domnus papa Gregorius septimus eidem domno Hugoni abbati mandasset, ut sibi[d] aliquos de monachis suis viros sapientes transmitteret, quos competenter episcopos ordinare posset, domnus Hugo ei inter ceteros prefatum Odonem transmisit; quem papa in urbe Hostiensi episcopum consecravit. Defuncto papa Gregorio, Victor succedit. Post quem idem Odo ad apostolice sedis pontificatum eligitur et Urbanus nominatur. Qui quoniam in ecclesia Remensi educatus fuerat, valde eam super alias diligebat, et ut antiquam ei dignitatem 12 episcoporum reddere posset, non parum desiderabat. Cum[3] ergo superius memoratum Gualcherum Cameracensem episcopum pro simonia in concilio Claromontensi excommunicasset, protinus Atrebatensibus mandavit, ut sibi proprium eligerent episcopum, privilegiique sui auctoritate urbem Atrebatum a Cameracensis episcopi subiectione liberam deinceps et immunem esse concessit, et ut proprium episcopum semper haberet confirmavit. Mandavit etiam clericis Tornacensibus, ut ad eum irent, recepturi libertatem proprii episcopi.

a) *ita c. et H.;* in armis *coni. Dach.* b) v. pl. *post superscr. c.* c) *manus s. XVI. del. et in marg.* de Cominiis *scripsit.* d) sibi ibi, *post del.* ibi *c.*

1) Insulensi. 2) C. 81. 3) Haec fusius in encyclica narrantur; v. p. 341.

Protinus canonici duos honorabiles viros de ecclesia sua Romam miserunt, Elbertum scilicet et Geldulfum. Sed Encycl. papam Urbanum iam defunctum invenerunt et sine effectu redierunt. Urbano successit Rainerus abbas Sancti Pauli, et vocatus est Paschalis. Cuius tempore cum clerici Romanam curiam sepius frequentarent pro dissensione que inter nos[1] et ipsos erat, Romani, qui semper novorum negotiorum cupidi sunt, ceperunt nos[2] incitare ad repetendum proprium episcopum. Accidit autem, cum iam nobiscum concordati fuissent, ut domnus Baldricus episcopus noster pro quadam causa commotus, absque omni audientia et iudicio canonico, missis litteris, in urbe Tornacensi divinum officium interdiceret. Unde prefatus Gonterus prepositus canonicorum conventum evocat et ad repetendam antiquam libertatem incitat. Continuo duo ex ipsis, Galterus scilicet, qui postea abbas Sancti Martini claruit, et Movinus precentor ecclesie cum litteris capituli Romam petunt et litteras domini pape Paschalis Tornacum deferunt, precipientes clericis et abbatibus ceterisque personis episcopatus, ut remota dilatione proprium sibi eligerent episcopum[3]; alias quoque domno Radulfo Remensi archiepiscopo detulerunt, precipientes ei, ut eidem electioni efficaciter insisteret et electum consecraret. Illis necdum reversis, contigit domnum Baldricum episcopum mori. Noviomenses[4] autem scientes, clericos Tornacenses Romam abiisse, callide agentes, 1113. Lambertum Tornacensem archidiaconum sibi in episcopum elegerunt, scientes, eum pecunia abundare, et per eam confidentes propositum Tornacensium cassari posse. Electus ergo Noviomi Lambertus Flandriam rediit, et apud Corturiacum congregatis abbatibus et personis episcopatus, ut electioni sue faverent, impetravit; solus abbas noster domnus Segardus, ut assensum preberet postulatus, respondit, non Corturiaci, sed Tornaci in capitulo Sancte Marie, ubi sedes erat episcopalis, huius rei assensum debere fieri, nec se aliquid concessurum, nisi presentes videret decanum Tornacensis ecclesie et prepositum. Sic ergo commotis adversus eum aliis personis, Tornacum rediit. Nec mora, legati cum litteris pape Roma redeunt, abbati nostro de responso suo gratias agunt, eiusque consilio, in capitulo suo unanimiter omnibus congregatis, elegerunt sibi in episcopum quendam Morinensis ecclesie archidiaconum nomine Herbertum, litterasque domni pape Iohanni Morinensi episcopo deferentes, eundem electum suum sibi liberum tradi petierunt et impetrarunt. Inde prefatum archiepiscopum Remensem adeuntes, ut eum secundum domini pape preceptum consecraret, exorarunt. Sed Lambertus eos preveniens, ut dicitur, iam animum archiepiscopi pecunia corruperat, adeo ut eius consilio etiam rex Ludovicus muneratus duos episcopos, Aurelianensem scilicet et Parisiensem, pro cassanda Tornacensium electione Romam transmitteret. Clericis itaque Tornacensibus electi sui consecrationem petentibus respondit archiepiscopus, se nec Lambertum nec Herbertum consecraturum, donec legati regis, duo episcopi, quos pro eodem negocio ad papam transmiserat, Roma redirent. Ita utrimque electi consecratio suspensa et incerta fluctuat: cum ecce episcopi Roma redeunt, litteras domini pape archiepiscopo deferunt, in quibus papa idem negocium in manu et provisione archiepiscopi ponebat, dicens, archiepiscopum sibi mandasse, quod, si Tornacenses proprium episcopum haberent, et episcopalis auctoritas plurimum vilesceret, et Noviomensis ecclesie redditus nequaquam episcopo ad necessaria sola sufficerent. Hiis litteris susceptis, sibi subditos episcopos archiepiscopus convocat diemque statuit, qua Lambertum consecrare debebat. Ipso vero die rex Ludovicus Remis adveniens, omnes episcopos advocat et, ut diligenter de eodem negocio inter se tractarent, admonet. 'Si enim', inquit, 'videritis magis ad Dei honorem et animarum salutem competere, ut Tornacensis ecclesia proprium episcopum habeat, ego libenter concedo, quia nichil me in hoc perdere video, nec voluntati Dei vel saluti animarum in aliquo resistere volo; neque volo, ut aliquis per me dicat hoc bonum remansisse vel se sub mea palliatione coram Deo paret excusare'. Cui domnus Iohannes Morinensis episcopus, vir religiosus, respondens: 'Vere', inquit, 'domine rex, hoc dicto animam vestram liberastis; nunc videant domini nostri episcopi, quid agere debeant'. Archiepiscopus tamen in eo quod ceperat perseverans, predictum Lambertum super utramque ecclesiam episcopum consecravit; multis mirantibus, quod magis diligeret pecuniam reponere, quam Remensi ecclesie antiquam dignitatem reddere, quod utique facere potuisset facile et regis permissu et auctoritate domini pape.

Nec tamen audaci Turno fiducia cessit,

quia Gontero preposito cor non defuit; quin potius, assumpto secum domno Segardo abbate nostro, electum suum Herbertum Romam duxit, non per Franciam, quia timebat regem et archiepiscopum, sed per Lotharingiam, ad probandam domini pape constantiam. Lambertus quoque episcopus iam consecratus, confidens in multitudine divitiarum suarum, Romam tendit, certus, quod non multum sibi consecratio iam facta prodesset, si papa Tornacensis ecclesie electum consecraret. Utrique ergo coram papa conveniunt, et nunc hiis, nunc illis curia favet, ad ultimum tamen etiam Roma immensitate pecunie superatur, nolens illam Salustii sententiam falsam esse qua dicitur: 'Omnia venalia Rome'. Sed ne ex toto papa Tornacensibus defuisse videretur, mandavit eis per litteras, ut archidiaconum sibi eligerent, quoniam Lambertum archidiaconum eorum audierat Noviomensem[a] esse episcopum consecratum. Archiepiscopo etiam mandavit, ut ei ecclesias Tornacensis episcopatus ex toto interdiceret. Archiepiscopus autem videns instabilitatem et mutabilitatem Romanam, in urbe Tornacensi tam clericis quam monachis interdixit divinum officium, nisi reciperent Lambertum episcopum. Lambertus

a) Noviomensis *c.*

1) i. e. monachos S. Martini, ut in encyclica legitur. 2) Hoc vocabulum ut sequens *nobiscum* ad canonicos spectare videtur; sed ne in encyclica quidem primum illud legitur; sed res fusius narratur. 3) Datas 1114, Nov. 6; SS. R. Gall. XV, p. 55 (Wauters II, p. 73). 4) Haec aliis verbis in encyclica narrata.

quoque experiri volens, utrum eum susciperent, Tornacum venit; quidam vero illusores eo veniente omnes batillos campanarum furati sunt, ut eis non sonantibus vilior fieret processio. Quod cernens episcopus, se scilicet sine honore susceptum fuisse a canonicis, civibus inde conquestus, protinus urbe exiit et omnes ecclesias tam monachorum quam clericorum, quas in Flandria habebant, invasit. Gonterus iterum Romam rediens, omnia hec pape retulit, et ab eo litteras archiepiscopo retulit, in quibus de interdicto, quod ecclesie Tornacensi fecerat, valde eum increpabat ipsumque interdictum irritum esse precipiebat, et ne Lambertus ecclesiam Tornacensem gravaret, in manu et tuitione sua eam suscipiebat. Hiis litteris susceptis, archiepiscopus comprovinciales episcopos convocavit, litterasque dulcissimas et humillimas Tornacensibus mittens, eos ad concordiam cum episcopo suo vehementer exoravit tandemque eos, quia omnia auxilia eis deerant, inflexit. Papa quoque eis per litteras mandavit, ne moleste ferrent, quia propter scandalum regni pro tempore adhuc pati volebat, ut Noviomensis episcopus etiam Tornacensem regeret episcopatum. Sic Tornacenses clerici Romanam tergiversationem experti, quieverunt seque post decessum Lamberti libertatem suam assequi posse speraverunt.

1121. 10. Lamberto decedente, Noviomenses canonici quendam Symonem adolescentem sibi in episcopum elegerunt, filium Hugonis comitis cognomento Magni, qui cum ceteris principibus ad capiendam Ierusalem profectus, in itinere mortuus fuerat. Quia ergo idem Symon germanus erat Radulfi comitis Perronensis, et inclitus Carolus comes Flandrensis sororem eius coniugem habebat, pater etiam predictus Hugo germanus fuerat Philippi regis Francorum, cuius filius Ludovicus tunc regnum habebat, ideo clerici Noviomenses propter frustrandam spem Tornacensium eum ad episcopatum elegerunt, et Tornacenses protinus, interveniente glorioso comite Carolo, absque ulla contradiccione concesserunt, certi, quod, si vellet, optime Tornacensem ecclesiam regere posset. Quia tamen adhuc infra etatem et infra ordines ecclesiasticos erat, archiepiscopus Remensis Radulfus sibi presentatum consecrare distulit, donec ille Romam petens gratiam pape obtinuit et utrique ecclesie prefuit.

11. Interea Gonterus prepositus, dum rursus Romam repetit, in villa que dicitur Sarracenas in dyocesi Lunensi moritur et in ecclesia sancte Marie sepelitur; succeditque ei Teodericus adolescens, filius Teoderici, patrui eius. Domnus quoque Odo Cameracensis episcopus, cum germano suo domno Benedicto, monacho nostro et elemosinario, petenti altare de Malda ad expensas pauperum dedisset, et quosdam libellos, scilicet de canone misse, de disputatione contra Iudeum, de origine anime, composuisset, infirmitate corporis gravatus, episcopatum reliquit[1] seque Aquicintum in lectica deportari fecit. Quod domnus Segardus abbas noster audiens, protinus cum monachis suis illuc tendit, utque se ad ecclesiam sancti Martini, quam a fundamentis construxerat, ubi primo monachus primusque abbas extiterat, deferri permittat, expetit[a]. Sed abbas Aquicinensis Alvisus*) dicit, se nullo modo passurum,
1113. ut, quem sibi Deus dederat, alibi deferretur. Sicque infra octo dies idem episcopus defunctus
Iun. 9. in ecclesia Aquicinensi coram Crucifixo cum magno honore sepelitur, et de candido marmore ymago eius super sepulchrum eius sculpitur; succeditque**) in episcopatu quidam Burcardus.

12. Interea quidam Tornacensis civis nomine Movinus, videns se prolem non habere, ecclesiam quandam in honore sancti Medardi prope Tornacum sitam de opibus suis amplificat, utque in ea religiosos clericos ponat, a domno Symone episcopo postulat. Cuius ille peticioni favens, quendam religiosum canonicum nomine Ogerum de Monte Sancti Eligii ibi abbatem fecit[2] ipsamque ecclesiam ei liberam tradit. Ille vero protinus auxilio Dei et civium ibi se posse proficere videns, locum tamen illum angustum esse sciens, pro construendis officinis conventui fratrum necessariis terram quandam super planiciem Scaldi fluminis inferius emit ibique ecclesiam lapideam in honorem sancti Nicholai cum officinis congruentibus construxit pluresque tam clericos quam laicos necnon et mulieres ibidem congregavit ipsamque abbatiam appellari fecit Sancti Nicholai de Prato.

*) qui postea episcopus[3] Attrebatensis claruit *add. H.*
**) *Reliqua huius cap. om. H.*

a) exposcit *H.*

1) A papa depositus, ut referunt Gesta epp. Camer. continuata, supra p. 211. 2) Ad quem scripsit S. Bernardus epistolas 87. 88. 89. 90. DACH. 3) A. 1131—1148.

13. Eo* tempore[1] fames vehementissima totam provinciam oppressit, ita ut plures fame intumescerent, comes etiam Carolus per totam Flandriam pro avene penuria cervisiam componi prohiberet, dicens, melius esse, ut divites aquam biberent, quam pauperes fame perirent. Domnus etiam abbas noster Segardus misericordia motus calices argenteos et alia quedam ornamenta vendidit et ex eis panem in alimoniam pauperum emit. Non multo post defunctus est domnus Radulfus ille Normannicus, prior Sancti Amandi, ecclesie nostre, que sita est in pago Noviomensi, sepultusque est in claustro prope ostium ecclesie a domno Teoderico abbate Sancti Eligii Noviomensis, qui eum pro religione sua valde diligebat. De cuius obitu cum domnus Radulfus prepositus noster nimium contristaretur, ipse quoque non multo post gravissima corporis infirmitate cepit fatigari. Cuius quanta dilectio esset circa ecclesiam, et quam integrum et sanum sensum etiam in febris valitudine haberet, facile omnibus potuit innotescere. Cum enim oleo sancto a domno abbate totoque conventu lacrimante perunctus fuisset, eumque quatuor filii sui ad terram super cilicium deposuissent, rogantes, ut iuxta exemplum sancti Martini in cinere et cilicio tribus aut quatuor diebus super terram iacere libenter pateretur, Teodericus, germanus eius, vir dives et secularis, audiens eum sic infirmari, protinus visitandi gratia supervenit. Cumque eum in cilicio iacentem videns vehementer fleret, ille eum de seculi contemptu exhortari cepit, dicens omnino parvipendendas mundi divitias, quoniam: 'Si Adam', inquit, 'ab inicio mundi usque in hodiernum diem in divitiis vixisset, et hodie eum mori contingeret[a], nichil ei prodesset, quod tam diu eas habuisset'. Inter cetera etiam sic terre iacens interrogavit eum, ubi comes Carolus esset vel quid faceret; cui cum filii sui dicerent, ne de talibus inquireret, sed solummodo anime sue sollicitudinem haberet, ille respondens: 'Vere', inquit, 'de pace et statu tam boni principis omnino solliciti esse debemus, quoniam in pace illius erit pax ecclesiarum, in turbatione autem eius etiam ecclesie perturbabuntur; unde et vivens de eo sollicitus sum et etiam post mortem meam, si, Deo donante, requiem haberem, libenter pro eo orarem'. Cum vero post hec mortem iam iamque imminere sentiret, de quadam terra, quam in episcopatu Laudunensi a Clarenbaldo de Roseto nuper emerat, que dicitur Sparsiacus[b], rogavit fratres circumstantes, ne eam relinquerent, sed diligenter excolere studerent, quoniam multum proficere ibi possent. Post hunc ergo sermonem dominica ante natale Domini, conventu in ecclesia nocturnos decantante, circa mediam noctem, ea pene hora qua sanctus Martinus transierat, fidelis servus eius Radulfus Deo et ipsi animam suam commendans, ex hoc mundo migravit. Quem cum domnus Segardus abbas vellet in capitulo ante sedem suam sepelire, ideo maxime, quoniam ecclesiam partim ex substantia sua partim labore et industria sua ex maiori parte videbatur construxisse, quatuor filii eius prohibuerunt, et ut potius cum fratribus suis in cimiterio sepeliretur, petierunt, dicentes, superbie vel elationi ascribi posse, si in capitulo sepeliretur; ipsum vero humilitati potius quam elationi semper deservisse. Nam cum 30 fere annis prepositus ecclesie fuisset, nullus omnino, non dicam de monachis vel fratribus, sed nec de famulis quidem inventus est, quem stultum vel fatuum vocaverit vel super quem iratus manum miserit. Sic itaque domnus abbas precibus eorum satisfaciens, eum in cimiterio secus et prope capellam sancte Marie, quam ipse eodem anno construxerat, retro scilicet altare, cum multis lacrimis eadem dominica ante natale Domini sepelivit; filioque eius Hermanno[c] consilio omnium fratrum prepositūram commisit. Mainsendis vero, quondam uxor eius, post mortem Radulfi fere 12[d] annis vixit, completisque in sanctimoniali habitu plus quam 40 annis, presentem vitam terminavit et in eodem cimiterio sepulta est. Ideo vero filii eorum patrem et matrem suam magis in cimiterio quam in capitulo vel in ecclesia sepeliri voluerunt, quoniam credebant, re vera ibidem bonorum hominum corpora esse sepulta, et ex consortio eorum melius illis esse, quam si seorsum essent sepulti.

14. Hermannus ergo prepositus factus, cepit pro posse paternos mores imitari, et maxime, ut in habitu factisque suis humilitas potius quam superbia posset notari. Cumque a natali Domini usque ad pascha prepositūram tenuisset, visum est ei in somnis, quod loqueretur cum patre suo, et an ex integro requiem invenisset, requirebat. Cui pater responde-

*) *H. pergit:* Non multo post Radulphus pr. n. gravissima *etc., etiam post multis omissis.*

a) contigeret *c.* b) Sparciacus *corr.* Sparsiacus *c.* c) Herimanno *H.* d) sexdecim *H.*

1) A. 1125. 1126; v. Walteri Vit. Karoli c. 11, SS. XII, p. 544, et quae ibi allata sunt.

bat: 'Vere, fili, si in claustrali vita manere mihi licuisset, et prepositura mihi iniuncta non fuisset, absque omni dubio perfectam requiem invenissem'. Protinus Hermannus evigilans et huiusmodi somnium pro correctione sua se vidisse reputans, illudque apostolicum apud (I. Cor. 6, 4.) se retractans: *Secularia iudicia si habueritis inter vos, contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum*, necnon et illud beati Gregorii, quod qui lectioni et orationi invigilant ipsi sunt vasa aurea et argentea, que per Moysen in tabernaculo testimonii ad servicium et officium altaris fieri iussa sunt; porro saga cilicina, quibus tabernaculum operitur, significant eos qui exterioribus intenti, pluviis et imbribus ventorumque patent impulsibus: hec et hiis similia multa divine pagine dicta secum revolvens, omissa omni dilatione, universum ecclesie debitum ex integro solvit; sicque in capitulum veniens et domni Segardi abbatis pedibus prostratus, somnium iam dictum retulit, et ut de prepositura absolveretur, petiit et nimis insistens impetravit. Postquam more suo libris scribendis et ecclesiastice psalmodie insistere cepit, quoniam Deo donante erat corpore sanus et ad tolerandum silentium claustri laboremque tam nocturne quam diurne psalmodie nullo penitus fratrum inferior vel tardior esse volebat, sed nec ab aliquo scriptorum in assiduitate vel velocitate scribendi se vinci permittebat. Scripsit enim quatuor breviarios pluresque beati Augustini libros. Pro talibus studiis multum a domno Segardo abbate domnoque Gerberto priore diligebatur, ita ut etiam ei coram se iniungerent dominicis et festis diebus sermones in capitulo fratribus proferre, quoniam cum ceteris aliis donis etiam intelligentiam scripturarum et disertitudinem ea que intellexisset proferendi ei Dominus contulerat.

15. Defuncto ergo Radulfo preposito, etiam domnus Segardus abbas paulatim cepit debilitari et viribus deficere corporis. Eodem ergo anno longa infirmitate gravatus, evoluto unius anni spacio, in sequentis natalis Domini die[a], cum missam de luce, id est *Lux fulgebit*, cantassemus, ipse pre nimia lassitudine videns se deficere, ante gradum presbiterii se in maiori ecclesia fecit deferri, ibique oleo sancto perunctus et dominici corporis perceptione munitus, post primam in capitulum venit totumque conventum absolvit seque ab eo absolvi petiit, inde ad lectulum rediit atque post paucos dies idem 3. Kal. Februarii spiritum reddidit, die dominica, anno dominice incarnationis 1127, indictione 5, epacta 6, concurrente 5. Prefuit autem huic ecclesie annis 21.

16. Eodem anno gloriosus comes Carolus Flandrensium in ecclesia sancti Donatiani (Encycl.) apud Brugias ab inimicis suis clanculo interfectus occubuit. Post mortem eius, legitimis heredibus decedentibus, datus est comitatus Flandrensis a rege Ludovico cuidam Willelmo iuveni, filio Roberti Normannorum comitis. Ad quem Symon episcopus Tornacensium veniens, interveniente eodem rege, cognato suo, ei notificavit – — primo musitando, deinde apertius colloquendo incipiunt consulere, quomodo de huius novi Pharaonis tam intolerabili iugo colla sua possint excutere. Quid multa? Audiunt quendam adolescentem ex Teoderico duce et matertera[1] Caroli comitis genitum in Auxatia consistere, Teodericum nomine; quem secrete accersientes, post varios pugnarum eventus apud castellum quod dicitur Alos a quodam pedite in manu sub pollice vulneratus mortuus est[2]. Quo apud Sanctum Bertinum sepulto, dominatum totius Flandrie, rege concedente, Teodericus optinuit. Quem Symon episcopus rogavit, ut, sicut Willelmus predecessor eius Tornacensi ecclesie ius suum recognoverat de 12 altaribus, que iam antecessores eius iniuste multis annis tenuerant, ita quoque ipse recognosceret et redderet ea sibi, sicut Willelmus coram rege reddiderat. Tunc comes episcopo ea reddidit et libera dimisit, seque numquam ei super eis molestiam illaturum spopondit. Sed pro istis recognitionibus comitum nondum optimates Flandrie, qui ea in beneficium acceperunt, reddere voluerunt; sicque ecclesiam exheredatam esse dolemus. Hic ergo episcopus longo tempore prefuit[3]; altaria pristina recuperare nequivit, sed ea altaria que decedentibus personis sibi remanserunt ecclesiis tradidit. Cuius relatione multorumque testimonio cognovi, quod redditus episcopatus prebendarumque canonicorum ecclesie Tornacensis singulis annis fere centum marchis argenti adauxerit.

(ib) 17. De antiqua vero possessione a rege Chilperico – — fines suos plurimum dilataverunt.

((Hist. III, 12) 1127.) 18. Interea* pie memorie religioso Segardo defuncto atque in capella Sancte Marie ante altare sepulto, successit ei in regimine monasterii Herimannus tertius, filius Radulfi prepositi. Hic cum reliquis fratribus suis Teoderico, Waltero, Radulfo ad pedes magistri Odardi litterali scientia adprime eruditus, divini verbi claruit predicator maximus, egregie euvangelizans et affirmans testimoniis scripturarum Christum Dei virtutem, mundi redempto-

*) *H. breviter ita:* Herimannus autem supra nominatus, filius Radulfi prepositi, post decessum domni Segardi ecclesiam nostram suscepit regendam et prefuit per decem annos. Quibus transactis, infirmitate corporis gravatus, quam paralysim [id est dissolutionem membrorum] vocant, sponte pondus pastoralis curie reliquit et habuit successorem domnum Gualterum, de civibus Tornacensibus progenitum.

a) diem *corr.* die *c.*

1) Gertrude, filia Roberti Senioris Fland. comitis; cf. supra c. 36, ubi eadem fusius narrantur. 2) sc. Willelmus. 3) Usque ad a. 1148.

rem et salvatorem; et lingua eius principaliter inter principes loquebatur sapientiam. Cuius temporibus ecclesia nostra dedicata est a domno Symone episcopo anno dominice incarnationis 1132, ab instauratione vero eiusdem cenobii quadragesimo. In administratione autem 1132. monasterii decem annis nondum expletis, gravem que paralisis vocatur incurrit egritudinem. Qui mansuetudine nimia et humilitate cordis pollens, iuxta exemplum summi Magistri, qui ait: *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde*, nemine prorsus cogente, sed propria Matth 11,29 voluntate et humilitate curam sibi commissam baculumque suscepti regiminis in manus reddidit nobili honorificoque Symoni Dei gratia Tornacensium pontifici[1].

19. Post quem ecclesie nostre gubernacula quartus suscepit Walterus, et hic Tornaci natus, nutritus[2] episcopii canonicus extitit, vir quidem secundum sibi a Deo datam sapientiam zelum Dei habens; qui restaurationem ecclesie nostre commemoratam superius per omnia noscens, utpote qui septennis erat eodem tempore quo incepta est, ab ipso Odone, primo abbate huius loci, sepe admonitus est, ut lenocinia mundi relinqueret et cum coevis suis, filiis Radulfi prepositi, habitum sacre religionis acciperet. Sed cum per dies singulos huiuscemodi sermonibus animum eius accendere cuperet, et ille nequaquam assensum preberet, tandem diuturna admonitione fatigatus, abbas quasi ludendo predixit ei, quod, priusquam vite cursum terminaret, monachus Sancti Martini existeret. Sed quia 'neque 1. Cor. 3, 7. qui plantat est aliquid, neque qui rigat, nisi incrementum dederit Deus': eo tempore verbum predicationis in eo non convaluit, sed per 40 fere postea annos in seculari vita remansit. Tunc namque cernens Dominus oportunum tempus accidisse, quo prophetia domni Odonis impleri debuisset, percussit eum gravi invalitudine corporis, et toto stomacho deficiente, hamo suo extraxit eum ab amore secularis vite, et in cenobio Sancti Amandi Helnonensis monachus factus est. Cumque illic per biennium* laudabiliter vixisset et pro sua probitate prior ibidem factus fuisset, petivimus eum nobis dari in abbatem et accepimus, sicque prophetiam domni abbatis Odonis constat impletam fuisse, quia ex eo tempore non solum monachus Sancti Martini, sed etiam provisor et famulus totius domus eius ac dispensator omnium in ea Christo famulantium fuit. Qui ordinatus est a domno Symone anno dominice incarnationis 1136, indictione 14, concurrente 3, epacta 15. Hic etiam apud 1136. seculares tante reverentie effulsit, ut quadam vice in curia Flandrensi, cum requireretur a comitissa, utrum de negocio quod ventilabatur auderet iurare, responderit prepositus Brugensis Rogerus, vir religiosus et opinionis bone, non ita oportere, immo quod abbas Tornacensis solo verbo, hoc ipse cum omnibus Flandrie religiosis personis iureiurando auderet confirmare. In huius ergo domni Walteri diebus Tornacensem ecclesiam respexit Deus, reddens ei proprium Encycl. episcopum ac propriam dignitatem tot annis perditam

20. Cum domnus Symon iam fere 24 annis pontificatum tenuisset nullamque omnino diminutionis suspicionem haberet, contigit, ut quidam adolescens canonicus Sancte Marie nomine Henricus paschali tempore — — proprium (Hist. IV, 3). esset episcopum habitura et pristinam dignitatem receptura. Que visio et prophetia future libertatis nobis indicia contulerunt.

21. Quo tempore contigit, ut tam ex ecclesia sancte Marie Tornacensi quam ex ipsa dyocesi multi clerici (IV, 4). famosi — — et evertunt.

22. Per idem tempus inter papam Innocentium — — suspendit. Hanc[a] ergo dissensionem inter papam et regem (IV, 5). atque episcopum Noviomensem compertam, Teodericus prepositus, qui Gontero successit, ardensque desiderio cum clericis Tornacensibus, ut ecclesia sua pristinam dignitatem reciperet, domnum Herimannum, qui quondam abbas noster extitit, secrete alloquens, ut Romam eat et animum pape super hac causa caute exploraret, hortatur. Domnus Herimannus favens eorum precibus, Romam pergit, Innocentio pape litteras, quas olim Paschalis papa Tornacensibus transmiserat, ostendit totumque rei suprascripte ordinem pandit. Tandemque etiam ipse ab eo litteras accipit, in quibus Tornacenses commonuit et apostolica auctoritate precepit, ut, communicato religiosorum et discretorum virorum consilio, remotis dilationibus, episcopum proprium eligerent, electum autem Remensi metropolitano consecrandum presentarent; quod si ipse nollet perficere, ad suam presentiam ducerent. Has litteras domnus Herimannus presentat Tornacensibus; diem eleccionis ponimus et personas dyocesis convocamus.

23. Initoque consilio cum religiosis viris, Absalonem abbatem Sancti Amandi, virum religiosum, unanimiter nobis in episcopum eligimus. Protinus electio Remensi archiepiscopo notificatur; sed ipse dicit, quod eum non auderet 1142. consecrare pro regis et comitis Radulfi timore. Unde necessitate cogente compellimur Romam remittere; et ipse quidem electus, ut vir sapiens, renuit ire, veritus, quod postea accidit, ne Romana curia per pecuniam a sententia flecteretur, sicque sibi in dedecus verteretur, si repulsam pateretur. Clerici autem Tornacenses, iuncto sibi domno Herimanno, Romam proficiscuntur, litteras suas pro electione facta pape ostendunt, et ab eo gratissime suscepti, de die in diem expectant eius terminale responsum; cum subito Symon episcopus, eos subsecutus, adesse nuntiatur, ingressusque palatium cum clericis suis, pape conqueritur super clericis Tornacensibus, qui pretergressi fidelitatem et obedientiam, quam sibi pro-

*) uno fere lustro *H.*

a) Hac *c.*

1) Cf. praef. supra p. 266. 2) Cf. Ducange IV, p. 664.

Encycl. Hist. IV, 5) miserant, electionem alterius episcopi contra se fecerant. Respondet papa, a fidelitate et obedientia, quam ei promiserant, se eos absolvisse, et ut proprium episcopum eligerent, eis precepisse, ideoque nichil super hiis eos deliquisse. Subiunxit quoque domnus Herimannus, annuente sibi papa ut diceret, clericos Tornacenses nullam contra episcopum Symonem accusationem coram papa detulisse, sed ei utpote nobili viro et laudabili bonum testimonium ferre, nec pro aliqua malivolentia alium episcopum elegisse, sed, si non inferioris meriti beato Martino ipse esset, eos tamen desiderare, ut mater sua Tornacensis ecclesia pristinam dignitatem proprii episcopi reciperet, tantam autem necessitatem huius rei esse, ut, cum in Tornacensi episcopatu plus quam 900 milia populi diversi sexus et etatis contineretur, tamen propter absentiam[a] episcopi, teste ipso episcopo, mortui essent infra 10 annos plus quam 100 milia, qui non fuerant consecrati oleo de manu episcopi, plus quam etiam 2000[b] tam homicidio quam aliis criminibus implicatos ibi esse, qui non suscepissent penitentiam criminum suorum ab episcopo. Cumque hec et multa alia in presentia episcopi domnus Herimannus retulisset, quorum episcopus nichil negavit, papa stupefactus, electionem Tornacensium coram omnibus confirmavit, seque eam perfecturum promisit, ac cardinales qui circumsedebant exhortatus, ut se exinde adiuvarent, de sede sua surrexit et in secretarium cum eis intravit. Legatis nostris sperantibus causam suam citius terminandam, postea eos plus quam 15 diebus papa detinuit, donec domnus Symon, 500 marchis argenti per curiales distributis, gratiam domini pape recepit. Qui tamen eum in secretarium nobis presentibus evocans, coram cardinalibus precepit ei sub periculo ordinis sui, ut nullam omnino malivolentiam in facto vel verbo Tornacensibus ostenderet, qui precepto suo eleccionem episcopi fecerant. Sicque legatis nostris eum in osculo reconcilians, litteras ei dedit, in quibus nobis mandavit, quod de electione nostra voluntatem non mutasset, sed ad presens per consilium differret, donec, convocato episcoporum et metropolitanorum conventu, quod ceperat confirmaret. Interim autem precipiebat, ut ei solitam obedientiam exhiberemus. Sic itaque legatos
1143. nostros tristes dimittens et multis male loquendi occasionem dans, sequenti anno moriens, Celestinum habuit successorem.
1144. Qui infra unius anni spacium defunctus, Gerardo cancellario, qui Lucius dictus est, apostolicam sedem dimisit. Eo
1145. quoque similiter infra annum defuncto, Eugenius succedit; qui primo Bernardus vocatus in cenobio Clarevallensi monachus fuerat, deinde ab Innocentio papa in monasterio Sancte Anastasie abbas Rome ordinatus fuerat. Hic ergo cum ab omnibus nobis nuntiaretur avidus pecunie non esse, per internuntios de negocio nostro edoctus et quid exinde facere vellet requisitus, respondit, se facturum quicquid abbas Clarevallensis inde sibi per litteras mandasset. Cum itaque dubii sermones inter nos pro hac causa renovarentur, ecce subito Teodericus prepositus ecclesie sancte Marie infirmitate nimia gravatus et monachus factus in hoc cenobio moritur atque ante capitulum est sepultus. Sequenti etiam anno electus noster Absalon, abbas Sancti Amandi, vite terminum fecit; sicque nobis ostensum est, quod nec ipse nec Herbertus Morinensis archidiaconus a Deo predestinatus fuit, ut fieret Tornacensis episcopus; alii enim istud officium servabatur. Sed nec Gonterus prepositus nec Teodericus, successor eius, patrui sui filius, licet ecclesie sue ferventissimi amatores extiterint et in secularibus satis potentes fuerint, hoc honore digni non fuerunt, ut per eos tantum opus consummaretur. Nam et hic honor alii repositus erat.

(IV, 6). 24. Cum ergo isti defuncti defuissent, filius sororis Teoderici nomine Letbertus ei in prepositura successit; cuius instinctu alius Letbertus cognomento Blandus, qui postea cancellarius, deinde precentor ecclesie sancte Marie fuit, cum litteris abbatis Carevallensis Romam petiit, Eugenio pape negotium Tornacensis ecclesie pandit, utque tandem debito fine opus quod sibi Deus reservaverat terminare et consummare studeat, suppliciter exposcit. Volente papa ei litteras dare — — et ecclesiam suam sine ruga et macula conservare vellet!

25. Eodem* tempore Eugenius papa litteras exhortatorias in Galliam direxit ad exhortandum strenuos quosque homines, quatinus Ierusalem ad terram quam Christus sua presentia sanctificavit pergerent et fines illos, qui a gentilibus conculcabantur, defenderent et ditioni christianorum subderent. Cuius exhortatione animati Ludovicus rex Francorum et dux Aquitanorum, Conradus quoque imperator Romanorum et rex Theutonicorum,
1147. iunctis sibi nonnullis principibus, cum multis legionibus christianorum illuc properaverunt.** Domnus etiam Herimannus, quondam abbas noster, cum eisdem principibus gloriosum domini Iesu Christi sepulchrum invisere multo ardore sitiens, anno dominice incarnationis, ni fallor, 1147. Ierosolimam religioso cum apparatu ire perrexit. In itinere quid egerit, actum quid de eo sit, nil certi habemus: alii enim pro Christi nomine et proximi dilectione martirizatum, alii captivum abductum[c] referunt.

26. Domno Anselmo defuncto atque in ecclesia sancte Marie ante maius altare sepulto,
1149. Gerardus abbas Vilariensis ei successit anno dominice incarnationis 1149. Cuius temporibus domno Waltero abbate nostro defuncto atque a tota processione sancte Marie et duobus

*) His temporibus Eug. p., qui fuit monachus Clarevallensis *H. VIII.*

**) *H., ubi reliqua omissa sunt, pergitur:* nonnulla predia et possessiones que habebant vendentes pretiumque earum secum deferentes. Unde advenit[d], quod Gosvinus Tornacensis advocatus quoddam molendinum in Scaldo quod dicitur [De[e]] Fossato, quod de episcopo Tornacensi et ecclesia beate Marie in feodo tenebat, novies vigenas marchas nobis venderet, concedente Anselmo episcopo et sub[f] privilegii sui auctoritate[g] confirmante, personis ecclesie qui interfuerunt et assensum prebuerunt in testimonium subnotatis; sicque hanc[h] possessionem cum supra determinatis tenentes et[f] cotidie fines nostros amplificamus. Terras etiam[i] nonnullas apud Wes[k. 1] Walterus de Gerbreicis[l] nobis vendidit. Eodem tempore concedente supradicto Gosvino, de cuius feodo erant, alia etiam apud Wargoing[m. 2] emimus.

a) abscentiam *corr.* absentiam *c.* b) $\overline{II}$ *c.* c) adductum *c.* d) accidit ut 3. e) *deest* 2. f) *deest* 3. g) auctoritatem 2. h) hac 2. i) quoque 3. k) Wez 3. l) Gerbeciis 3. m) Warcum 3.

1) Wez. 2) Warcoing ad Scaldim fl., infra Tornacum.

episcopis, Tornacensi scilicet et Laudunensi, honorifice ante altare Sancti Iohannis baptiste sepulto, domnus Ivo ei successit anno dominice incarnationis 1160, indictione 8, concurrente 5, epacta 11. 1160.

Additio alius manus s. XIV.

27. Ivoni successit donnus[a] Iohannes dictus de Necin, qui magne religionis fuise[a] perhibetur. Isti Iohanni sucessit[a] donnus Milo abbas Marciniensis, quondan monachus Suesionensis et post abbas eiusdem monasterii sui. Miloni sucessit domnus Iohannes dictus de Sobrengien. I[ohanni[b]] sucessit domnus Amandus. A[mando] sucessit Radulphus. R[adulpho] sucessit domnus Egidius dictus de Cella. E[gidio] sucessit Simon dictus Baras. S[imoni] sucessit domnus Iohannes Carpentarius. Iohanni sucessit domnus Iacobus de Insula; hic per mensem rexit; parcens Christus sibi rex sit! Iacobo sucessit domnus Egidius de Warnavia. E[gidio] sucessit domnus Theodericus de Parco. T[heoderico] sucessit domnus Egidius 51. Muisis prior, electus abbas septimus decimus anno 1331.

a) *ita c.* b) M[iloni] *c.*

HISTORIAE TORNACENSES PARTIM EX HERIMANNI LIBRIS EXCERPTAE.

PROLOGUS SEQUENTIS OPERIS INCIPIT.

Quoniam traditum tenemus, primam constructionem[a] civitatis Tornacensis prestantem et memoria[b] dignam fuisse, nobiles quoque prius structores et postmodum crudeles desolatores ac deinde strenuos restauratores et semper administratores habuisse, opere precium videtur modum antique structure paucis[c] aperire, et quid inde vel ex cartis privatis vel ex eorum qui nosse poterant relatione compererimus, proferre, quatinus velut in quodam manuali opere digestis omnibus de illa nobis manifestatis lectori satisfecisse videamur, ipse quoque ad legendum ferventior reddatur. Neque enim penitus a nobis discredenda sunt que maiores nostri sive antiquiores oculis perspecta vel a suis predecessoribus accepta memoria tenere potuerunt. Nam etsi que ex multa iam etate patrata sunt silencio vel oblivione oblitterata ab omnibus propemodum contigerit[d] ignorari, possunt tamen vel a paucis pacto quovis agnita[e] nichilominus memoria conservari. Rebus namque pretereuntium temporum sola superstes existens memoria diu vivit[f] in posterum. Hiis premissis, ad ea que de civitatis constructione dicenda[g] sunt accedamus.

EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIT EXCERPTUM EX DIVERSIS AUCTORITATIBUS COLLECTUM.

[LIBER I.]

1. Tornacum[h] itaque Gallie Belgice[i] civitatem antiquissimam[k] esse, antiquitus etiam inter suas finitimas civitates nobilissimam claruisse, et ex veterum scriptis cognoscimus et ostendere in promptu habemus. Sunt enim complura[l], ex quibus non mediocris coniectura de civitatis opinione colligatur. Iheronimus[m], homo summe scientie, et qui universa librorum percurrendo volumina potuerit[n] ubicumque terrarum gesta, litteris dumtaxat digesta, pene nosse omnia, nec ipse quidem, quamvis procul positus, memorate civitatis nomen ac fortunam ignorat aut reticet[o] penitus. In epistola namque quam [ad[p]] Ageruchiam scribit, inter alia mentionem facit de subversione Galliarum perpetrata ab[q] Hunis, qui sunt Pannonii. Ubi inter cetera desolationis loca Remorum urbem prepotentem, Atrebatum, Tornacum extremosque hominum Morinos, cunctas populatas esse, commemorat. Non inmerito ergo creditur, quod ipso eodem tempestatis turbine, quo Remorum civitas a Wandalis eversa est, Tornacensis quoque pariter involuta est. Quod qui improbandum putaverit, ostendat vel ipse, excidium illud Tornaci quo potissimum tempore vel a quibus gentibus administratum sit. Neque enim Iheronimus illo in loco alia commemorat, quam que suo tempore vel forte paulo ante gesta legerat ipse sive audierat. Audoenus quoque Rothomagensium[r] episcopus in Gestis beati Eligii iam eo loco veniens, ut de eiusdem Tornacensium ac Noviomensium[s] episcopi narret ordinatione, commemorat etiam[t], Tornacum civitatem quondam regalem extitisse. De cuius prima constructione Liber de ant.

a) constructonem 1. b) memoriam *corr.* memoria 1. c) pacis 1. d) contingerit *corr.* contigerit 1. e) ignita 1. f) divinum 1. g) dicta 1. h) Tornachum 1 *saepius.* i) Belligice *corr.* Belgice 1. k) anq. *corr.* antiq. 1. l) complura *corr.* quam plura 1. m) Ihier. 1. n) potuerī 1. o) *e corr. ant. manus* 1. p) *deest* 1, *ubi* Gerugichiam. q) a *e corr.* 1. r) Rothomagencium 1. s) Novim. 1. t) *e corr.* 1.

sive destructione quidam apud nos libellus habetur. Que quidem scriptura, nobis seu maioribus nostris numquam antehac visa vel audita vel ipsa saltem littere superficie digesta alicubi locorum inventa, uni tantum Tornacensium clericorum adolescentulo per spiritum nuper est revelata hoc modo[1].

2. Quidam adolescens concanonicus noster nomine Henricus[a] pascali tempore, feria 2,
1141. Apr. 21. 11. Kal. Maii[2], vespertina hora, iam incumbente nocte, solus forte per novam fabricam ecclesie sancte Marie sine aliquo timore transibat, et ecce subito voces quasdam velut cum impetu terribiliter advenientis magne multitudinis audivit, torrentem[b] etiam[c] flammeum super se venientem vidit, ita ut particulam tunice sue ac carnis sub ea de brachio iuxta pugnum combusserit[d]. Statimque perterritus in terram cecidit, et continuo quasi in extasi raptus, vidit quam plures ad se venientes sibique colloquentes, quos iam defunctos esse sciebat quosque viventes cognoverat. Postea ei visum est, quod esset in campo rosarum et liliorum floribus tociusque dulcedinis amenitate repleto. In quo consistens et pre nimia suavitate, prioris terroris horrore effugato, exilaratus et velut totus recreatus et renovatus, vidit quatuor albis vestibus indutos cum candelabris ac thuribulis ad se venientes. Hos sequebantur tres honorabiles viri episcopalibus indumentis decorati, baculos pontificales in manibus tenentes, mitras[e] etiam aureas in capitibus portantes, in quibus uniuscuiusque nomen scriptum continebatur. Nam in eius mitra[f] qui medius incedebat scriptum erat: 'Sanctus Eleutherius episcopus'; in eius qui ad dexteram gradiebatur: 'Sanctus Eligius episcopus'; in eius qui ad sinistram stabat: 'Sanctus Acharius episcopus'. Post eos vero sequebatur domnus Gerardus presbiter, vir religiosus, veste sacerdotali indutus, qui fidelis procurator elemosinarie Sancte Marie extiterat. Beatus itaque Eleutherius iuveni appropinquans[g], quasi blandiendo manipulum suum super eum proiecit, deinde librum vite sue, quem in manu sua gestabat, ei ostendit et coram se legere precepit, perlectumque ab eo recipiens, in sinu suo reposuit et ad locum in quo prius[h] steterat rediit. Postea beatus Eligius iuveni appropinquans, librúm vite sue ei optulit, sed[i] iuvenis eum sibi satis notum esse dicens, legere noluit. Sanctus quoque Acharius ei in dextera sua scriptum ostendit: 'In nomine domini[k] Ihesu per me mortuus resuscitatus est'. Post[l] hec illi eo ordine quo venerant discesserunt. Hiis igitur visis, adolescens[m] de extasi ad se ipsum reversus, de terra surrexit, et ad patris sui domum rediens, tota nocte lectulo infirmus decubuit. Mane facto aqua benedicta se aspergi rogavit, sicque recreatus, particulam vestis sue combustam et carnem sub ea liquefactam ostendit et ex hiis que viderat nonnulla retulit. Sequenti 6. feria, accersito secrete Willelmo[n] canonicorum decano[*], peccata sua confessus est, acceptaque ab eo absolutione et penitentia iniuncta, proxima dominica corpus Domini suscepit. Quo percepto, mirum dictu! vitam beati Eleutherii, quam ante sex dies in extasi legerat, memorie revocatam, cunctis audientibus, acsi orationem dominicam cursim legere cepit. Obstupefacti reique novitate percussi convenimus[o] et multa ad invicem super tam mirabili visione conferre et conicere cepimus. Licet enim quidam adolescentem dictandi et versificandi peritum dicerent hanc vitam potuisse componere, nos tamen scientie eius non ignari, certi eramus, huiusmodi dictaminis numquam eum assuetum fuisse, quamquam, et si eam composuisset, nullo modo tamen eam sine libro tam cursim memoriter et cordetenus totam legere valuisset. Consilio itaque cum religiosis viris habito, domino nostro Sansoni[p] Remorum[q] archiepiscopo domnoque Bernardo Clarevallensi abbati[r] necnon et aliis episcopis atque[s] abbatibus, pro audiendis et discutiendis libris magistri Petri Abailardi in octava[t] pentecostes[u] cum rege Francorum in Senonensi urbe congregatis[3], visionem istam

*) qui postea abbas in ordine Clarevallensi claruit *add. Cont.*

a) Heiricus, ricus *e corr. ant. m.* 1; *celeri omnes* Henricus. b) torrem *Cont.* c) *post add.* 1. d) combusserunt 1. e) mittias *corr.* mittras 1. f) mittra 1. g) prop. *Cont.* h) rius *e corr.* 1. i) et *Cont.* k) I d. 1. l) Et p. *Cont.* m) *bis scr., sed alterum del.* 1. n) Guillelmo *Cont.* o) cumv. 1. p) Sansone 1. q) *e corr.* 1. r) abbate 1. s) et 1. t) octavis *Cont.* u) pentecosten 1.

1) Quae sequuntur procul dubio ex encyclica sumta etiam Herim. cont. c. 20. praebet. Edita sunt ex 2 codicibus Tornacensibus, praesertim vero eo quem hic expressimus, Acta SS. Febr. III, p. 195.
2) Haec ad a. 1141. referenda esse, monuerunt Act. SS. editores, Febr. III, p. 196. In libro de elevatione S. Eleutherii dicitur (cod. Torn. p. 12): *Felix ille . . . . per quem etiam ab incarnatione Domini millesimo centesimo et quadragesimo primo anno corporis mei elevatio declarabitur.* Sed pascha tunc iam d. 30. Martii celebratum erat. Minus recte Cont. Sigeberti Valcellensis (SS. VI, p. 459) a. 1140. indicat.
3) Concilium Senonense celebratum fuit a. 1141.

scriptam transmisimus, et quid eis exinde agendum videretur, consuluimus. Illi nobis mandaverunt, ut divine voluntatis effectum deinceps expectaremus. Et ecce post paucos dies prefatus iuvenis quibusdam signis prenoscens beatum Eleutherium rursum sibi manifestandum, summo mane peccata sua confessus, missam audivit, corpus Domini suscepit, deinde secretarium, in quo sancti viri feretrum positum erat, oraturus cum paucis ingreditur: cum subito ad terram cecidisse foris positis nuntiatur. Ingrediuntur quam plures, cum quibus et nos ingredimur. Ingressi autem eum super[a] terram clausis oculis[b] acsi exanimem iacentem conspicimus, et admirantes finem rei expectamus. Et ecce post paululum eum sancti Eleutherii elevationem[1] legere[c] audimus et ad multa que interrogabamus eum respondere admiramur; de extasi vero reversus, ea que legerat scripsit. Pro hac itaque visione, quam videramus[d], certiores facti de prima, cui nullus interfuerat, in commune Deum[e] rogabamus, ut, si ex ipso foret hec visio, manifestaretur etiam[f] tercio. Necdum 40 dies transierant, et predictus iuvenis sentiens terciam visionem citius affuturam, feria 6. ante festum sancti Aug 8. Laurentii, rursum mane peccata sua confessus, et audita missa, dominici corporis perceptione confirmatus, prefatum secretarium cum paucis oraturus ingreditur. Nec mora, nos extra positi audientes eum cecidisse, accurrimus videmusque eum more[g] solito clausis oculis in terra velud exanimem iacentem. Vix quarta pars hore transierat, et ecce audivimus eum legere quedam miracula sancti Eleutherii, nobisque interrogantibus, stupemus, eum respondere ad plurima; inter que palam predixit, quod ecclesia Tornacensis infra non multum tempus proprium esset episcopum habitura et pristinam dignitatem receptura. Primam[2] quoque constructionem civitatis Tornacensis in libro sancti Eleutherii legit, quam cordetenus retinens, nobis scribendam et legendam tradidit.

3. Que cum libro vite eius scripta apud nos habetur[3]. Quam qui legere[h] voluerit, de antiquitate urbis instrui poterit. Cui si forte propter tantam rei[i] novitatem aliquid auctoritatis aut fidei attribuitur minus, ad confirmandam illius incertitudinem extat historia belli Gallici a Iulio Cesare confecti. In cuius libro secundo, digesta desolatione Nerviorum, id est Tornacensium, ab eodem Iulio perpetrata, etiam quando[k] potentissima florebat, scripture prefate videtur concordare. Nos autem superfluum arbitrantes omnem illius seriem huic nostro operi inserere, ea tantum assumpsimus, que antiquam structuram vel desolationem urbis pandere possent[l].

[LIBER II.]

INCIPIT[m] NARRATIO DE PRIMA CONSTRUCTIONE URBIS TORNACENSIS.

1. Anno[4] igitur 143. a constitutione urbis Rome, et per successiones principatu in ea administrato Lib. de ant. a[n] quatuor regibus, Remo una cum Romulo, fundatoribus suis, Numa[o], Tullio Hostilio[p], Anco Marco[q], ac deinde regnante Tarquinio Prisco, decimo quoque anno regni eius Tornacus civitas regia[r] a Romanis edificata est alteraque vel[s] minor Roma vocata[t]. Qua tempestate Nabugodonosor Caldeorum[u] rex Ierusalem civitatem[v] sanctam destruxit, et[w] viri sancti Daniel, Ananias, Misael, Azarias captivati sunt in Babilonem. Minoris vero Rome, ut dicere ceperamus, muri validi, porte fortiores, palacia civitatis precelsa turresque super[x] portas constitute firmiores fuerunt; dignitate etenim civium, amenitate locorum[y], altitudine[z] murorum atque potentia, quam super vicinas civitates vel oppida exercebat, altera Roma nuncupari poterat. Sed Tarquinio Prisco rege Romanorum ac fundatore huius minoris Rome interempto, tempore quo Iohachim rex et Hiezechiel propheta captivati sunt, Servius[a] suscepit imperium. Quo regnante, tributa vicinorum oppidorum aut civitatum, quas Romani sue subdiderant potestati, Rome transmissa sunt. Qui cum videret minorem Romam vicinis civitatibus precelsiorem, super 125 civitates vel oppida sublimavit, decernens, ut tributa earum colligeret et maiori Rome sua cum illis transmitteret. Quod diebus multis factum est. Sed senatores huius minoris Rome invalescentes, postmodum tributa transferri distulerunt. Qua de causa Romani[b] indignati, ad eius superbiam comprimendam exercitum dirigunt copiosum. Contra quem[c] cives minoris Rome viriliter decertaverunt; sed hostes tamen[d] prevalentes, muros minoris Rome destruxerunt eosque magna cede laceraverunt[e] totamque civitatem pene inhabitabilem reddiderunt. Tandem vero[f] pace restituta inter utrosque cives, decreverunt Romani[g], ne ulterius minor Roma vocaretur, sed

a) supra *Cont.* b) *post add.* 1. c) legem *corr. ant. m.* legere 1. d) videamus *corr.* videramus 1. e) dn̄i *corr.* dm̄ 1. f) *e corr.* 1. g) amore *corr.* more 1. h) legem *corr.* legere 1. i) re *corr.* rei 1. k) *post add.* 1. l) posset 1. m) *incipiunt* 3 *et* 4; *hic ita inscriptus:* De origine urbis Tornacensis. n) *deest* 1. *Guis.* o) Pompilio *add. G.* p) Hostilione *G.* q) Marcho 1; Marcio 2. 3. *G.* r) regium *corr.* regia 1. s) *deest* 2; altera vero m. *G.* t) v. est *G.* u) r. Chald. *G.* v) *deest G.* w) et — Babil. *des. G., qui pergit:* Huius m. R. muri. x) supra 3. *G.* y) l. alias praecellebat civitates. Tarquinio igitur *G., ubi compluria omittuntur.* z) alit. *corr.* altit. 1. a) S. rex *G.* b) Servius imperator et R. *G.* c) *post add.* 1. d) tandem *G.* e) dilacer. *G.* f) Tandemque *G.* g) ni *e corr.* 1.

1) Quae exstat in cod. Tornacensi p. 12; cf. praef. p. 272. 2) Haec in cont. haud leguntur. Attamen *Primam — tradidit* compilatori haud tribuerim; cf. quae disputavi 'Forschungen' XXI, p. 443. 3) V. de hoc codice etiamnum Tornacensi praef. supra l. l. 4) Haec apud Iacobum de Guisia II, c. 29, p. 104, leguntur.

Lib. de ant. Hostilis propter nimiam resistendi fortitudinem. Et ex illa die tributa huius[a] civitatis Rome transmissa sunt sicut prius. Non longo post tempore exacto, Servius rex interfectus occubuit, et alter[1] Tarquinius suscepit imperium. Cuius temporibus* cuncta prospera et quasi ex sentencia huic civitati fuerunt. Quo expulso, consules, tribuni et dictatores Rome facti sunt per 464 annos. Quorum temporibus[b] Hostilis civitas turpiter destructa est, muris, edificiis et civibus, regnante Artarzerse apud Persas. Sed hoc regno everso ab Alexandro rege Grecorum, eoque[c] post breve tempus haustu veneni occiso, regnum eius translatum[d] est in multos. [In[e]] Egypto, cuius caput est Alexandria, primus regnavit Tholomeus, Lagi filius, secundus Tholomeus[f] Philadelphus. Cuius 26. anno, Eleazaro pontificatum Iudeorum optinente, quarta successione post reversionem[g] captivitatis de Babilonia, Hostilis civitas est reedificata a quibusdam in deserta fugientibus vel etiam in destructa urbe remanentibus exulibus et victis, et Nervius vocata a Servio rege, sub quo primum est devastata.**

2. Post*** hec longo tempore exacto, Iulio Cesare Gallias devastante, Britannorum quoque gentem Rome tributariam faciente, Nerviam etiam civitatem[h] modo miserabili pessumdedit. Quod ex historie belli Gallici ab eodem Iulio confecti libro secundo animadvertere in promptu est. Sed quibus illa historia incognita est, de libello memorato unde superiora excerpsimus, et hec scire volentibus, qualiter factum sit, pandere[i] curabimus. Iulius Cesar, Gallia pene universa dissipata, videns Nerviam, civitatem Gallie Belgice, ex inproviso quemadmodum et alias urbes arbitratus est capere†. Sed multo tempore contra eam dimicans, nil prevaluit. Deinde prelium committentes, multa strage virorum utrimque facta, ambo exercitus graviter cesi sunt. Tunc Nervii constituerunt sibi regem nomine Turnum, sub nomine et[k] specie Turni, qui adversus Eneam dimicavit, Cesaremque Eneam vocaverunt ad instar Enee, qui Troiam devicit. Turnus ergo rex causas civium strenue disponere cepit publicamque utilitatem propriis suis rebus sic anteposuit, ut, cum cognovisset ex responsione deorum, pro ereptione civitatis suum filium nomine Mallium immolari oportere, ilico rapuit[l]. Fornax ignea continuo preparatur, in qua adolescens, regis filius, proiectus quasi favilla devoratur. Sed per quod victoria profutura sperabatur, continuo excidium subsecutum est. Namque hoc scelere perpetrato, ubi Iulius Cesar comperit, civitatem est aggressus. Quam victor armis cepit, muros et edificia de summo usque ad imum[m] comminuit, cives in ore gladii peremit, ita ut de multis milibus vix unus remansisse cerneretur. Sicque civitas, que condam altera Roma nomine et dignitate nuncupabatur, iam[n] quasi Troia destructa videbatur. Hec acta sunt priusquam Iulius singulare imperium arripuisset anno 47. et paulo plus priusquam Christus de virgine nasceretur. Que permansit deserta tempore quo quinque reges per successiones rem publicam rexerunt. Quorum primus Iulius fuit, qui post eversionem Galliarum Romam rediens, cum nollent eum recipere, civile bellum inter illos exortum est. Quibus pugnantibus, Pompeium consulem Romanorum expulit; sicque victor, arrepto regno, primus Romanorum singulare optinuit principatum annos 4 et menses 6. Secundus[o] Octavianus, cuius 42. anno natus est Christus in mundo. Tertius Tiberius, cuius 16. anno Dominus predicavit et 19. sua passione mundum redemit. Quartus Gaius, qui Pilatum tantis anguoribus[p] coartatus est, ut manu sua semet ipsum peremerit. Quintus Claudius. Sextus Nero. Huius imperii secundo anno, qui fuit annus incarnationis filii Dei 59, a Romanis quarto reedificata est Tornacusque vocata de nomine Turni, quem ad debellandum[q] Iulium Cesarem dudum sibi regem constituerant.

EXPLICIT DE CONSTRUCTIONE URBIS.

*) Anno ab Urbe condita 364. exacto *cod.* 3. — *Iac. de Guisia c.* 41, *II, p.* 156 *ita:* Olympiadis 58. anno primo, mortuo Servio rege, qui primitus civitatem Tornacensem destruxit, alter T. s. i. C. t. reaedificata et reparata est civitas, et recollecti cives et in pristinum dominium restituti, cunctaque pr. et q. ex s. h. c. bona succrescebant.

**) *Iac. de Guisia c.* 65, *p.* 248, *add.:* s mutata in n dicta est Nervia *ex Hist. de ant.* — Et ab illo tempore citra Nervia vocata fuit a Nervio rege Romanorum, sub quo devastata fuerat 3; *ubi additur:* Muri enim et turres fortes restaurantur, palatia renovantur, porte quatuor constituuntur, prima versus orientem Nervia, per quam hostes a menibus arcebantur. Secunda versus australem plagam Suscipiens-sacrificia Tertia versus aquilonem Dampnatitia, per quam rei capitalem excipiebant sententiam. Quarta versus occidentem Viatica, per quam venalia introducentes exibant. — De post victa a Romanis Nervius vocitata est a Nervio rege, sub quo demum destructa ac devastata est. Deinde iterum muri restaurantur *etc.* 4. *ex Libro de ant.*

***) Nervia ergo civitas sic reedificata siluit in pace usque ad tempus Iulii Cesaris Gallias devastantis . . . . facientis qui N. c. 3.

†) 3 *add.:* Ipsam enim aggressus, exercitum suum per centenum numerum disposuit. Ipse portam Viaticam, Cato Dampnatitiam, Marcus Tullius consul Sacrificia-suscipientem, Anthonius autem prefectus senator obsedit Nerviam. — 4 *vero:* Post aliquot quoque dies urbem aggressus est exercitumque suum per centenarium n. d. -- — Nerviam *et pergit ex Libro de ant.*

a) illius *G.* b) H. t. *corr.* t. H. 1. c) eo quod 1. d) tranl. 1. e) *post add.* 1; *deest* 3. f) Th. *post corr.* Pth. 1. g) evertionem 1. *G.* h) civi *e corr.* 1. i) dere *e corr.* 1. k) *post add.* 1; *deest* 2. l) paruit 3. m) unum 1. n) am *corr.* iam 1. o) S. o. c. 46. *in marg. suppl.* 1. p) anguor. 1. q) bellandum 1.

1) Iac. de Guisia, c. 41, p. 156.

[LIBER III.]

INCIPIT[a] QUOMODO VEL QUO AUCTORE[b] FIDEM DOMINI[c] PERCEPERIT.

1. Expleta relatione constructionis[d], quam oportuerat non omitti, commemorare etiam dignum duximus, quomodo et per quos nata sit, adulta creverit amplificatave[e] fuerit religio christianitatis in finibus nostris. Eodem tempore per universa orbis spatia beatis apostolis fidem domini nostri Ihesu Christi diffundentibus, ut in Actibus apostolorum Luca euangelista narrante legimus, beatus Paulus apostolus Athenas venit, Dionisium Ariopagitam cum aliis quibusdam ad Christi fidem convertit In cuius passione refertur[1] inter cetera, quod beatus Clemens, Petri apostoli in sede apostolica successor, eundem sanctum Dionisium ad predicandum gentibus in Gallias destinavit sociosque eius et[f] comministros verbi plures adhibuit. Ex quibus nullus ibi nominatim exprimitur; sed in Vita beati Memmii[g] Catalanensis episcopi legitur[2], quod idem sanctus Clemens 5 episcopos Rome consecravit et cum sancto Dionisio in Gallias direxit, id est Memmium, Syxtum, Eucharium, Savinianum, Senecium. Qui venientes in Galliam, loca singula singuli pecierunt, Dionisius Parisius secessit, Memmius Catalaunis, Syxtus Remis, Eucharius Treveris, Savinianus Senonas, Senecius Suessionis. Hi ergo primi Galliam[h] converterunt, sicut in Vita beati Memmii continetur. Beatos quoque martires Quintinum[i], Lucianum, Firminum, Regulum, Crispinum et Crispinianum, Victoricum, Fuscianum et Piatum cum beato Dionisio in Galliam venisse, passiones eorum testantur. Qui singuli in urbibus sibi destinatis remanentes, beatus Piatus, natione Beneventanus, sub occulto autem cordis christianus, civitatem Tornacum[k], Domino ducente, ingreditur et in vico qui dicitur Platea mansionem accepit, temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum, anno 240, postquam sub Nerone imperatore a Romanis reedificata est. (Lib. de ant. c. 15) In qua non parvo tempore demoratus, divini verbi semina spargendo, eiusdem urbis populum ad fidem catholicam convertit, multitudine miraculorum pollens et passiones innumeras sustinens. Dignitatem vero flaminum, quam secundum ritum gentilium in exibendis supersticiosis sacrificiis idolorum et determinandis causis forensibus tempore gentilitatis obtinuerat super vicina oppida, in christianitate tempore nove gratie mutavit[l] in episcopali sede atque sacerdotali beneficio[m]. Unde factum est, ut in ipsis primordiis christiane fidei domum orationis, ecclesiam videlicet beate Dei genitricis Marie, que necdum locis illis et populis nota erat, secundum posse suum edificaret, locum baptismatis, quo filii adoptionis renascerentur, in ea construeret. Ministros quoque nove gratie, clerum scilicet, qui divinis carismatibus sedulo deserviret novellamque plantationem fidelium monitis salutaribus roboraret, probatas personas constituit. Per idem tempus orta est persecutio nominis christiani[n] Diocletiano et Maximiano imperatoribus; sub qua beatus Piatus Tornacensium apostolus una cum ceteris Christi cultoribus per passionem mortis consummatus est et, ut in gestis eius legitur, in loco qui Siclinium vocatur sepultus est a christianis. Quo[3,*] ita beatis spiritibus sociato in celesti solio anno Domini 300, quis post eius predicationem primus ipsius urbis fuerit episcopus, nescimus, et an scriptum non fuerit utrumve scriptum deperierit[o], ignoramus. Plurima siquidem scripta fuisse antiquitus legimus, que hodie non inveniuntur, sicut in libris Regum frequenter reperitur: *Reliqua sermonum* illius vel illius regis *scripta sunt in libris sermonum regum Iuda vel Israel;* qui tamen libri modo apud Latinos nusquam

*) Quo — Piati 229. *des. 3, ubi legitur:* Fundata igitur venerabili ecclesia Tornacensi a beato Piato martyre glorioso, fideles in Tornaco supradictis temporibus et ex post commorantes, plurima passi sunt opprobria et contumelias, propter nomen Domini omnia patienter tolerantes. Expulsi enim et exulati ab infidelibus atque suis bonis temporalibus privati, in loco qui nunc Blandinium appellatur convenientes, ibidem ecclesiam in honore sancti Petri principis apostolorum edificaverunt, Domino famulantes[p], et Theodorum in episcopum consecrari procuraverunt; qui paucis diebus evolutis divino percussus spiculo interiit. Quo mortuo, successit ei Sereni filius beatus Eleutherius, qui consecratus fuit in episcopum Tornacensem anno 484, et prefuit annis 45, videlicet 8 Blandinii et 37 Tornaci. — Quo — replicemus *des.* 4.

a) *post add.* 1. b) ctore *e corr. rec. m.* 1; rectore *f.* 95' *fin.*, auctore *f.* 96 *inc.* 2. c) *deest f* 95' *ex.;* D. nostri urbs *f.* 96 *inc.* 2. d) *e corr.* 1. e) fi *post add.* 1. f) eis *post corr.* eius et 1. g) Meromii *corr.* Memmii 1, *et ita semel post.* h) *post add.* 1. i) *ead. m. post add.* 1. k) Tornacium 2. l) annullavit 2. m) benedictione 3. 4. n) Christi *corr.* christiani 1. o) deperier 1. p) famulante *ed.*

1) Ap. Surium (a. 1574) IV, p. 651. 2) Acta SS. Aug. II, p. 11. 3) Locus sepulturae nonnisi in Actis interpolatis, Acta SS. Octob. I, p. 26 n., legitur. Neque ibi Piatus episcopus indicatur vel de ecclesia b. Mariae quidquam narratur.

reperiuntur, cum in Hebreo hodieque permanere conscriptos, nobis testatus sit quidam affinium nostrorum qui in Nazareth civitate Galilee functus est archidiaconii[a] officio. Sed 3. Reg. 4, 32. 33. et de Salomone legitur, quod locutus est[b] tria milia parabolas, et fuerunt carmina eius quinque milia, et disputavit super lignis a cedro que est in Libano usque ad ysopum qui egreditur de pariete. Cum ergo tanti precii[c] tamque[d] memorabilis sapientie libros hodie non inveniamus, quid mirum, si etiam Tornacensium aliqua forte scripta deperierint. Hiis ergo omissis que nescimus, ea que legimus breviter replicemus.

2. In[1] Vita sancti Medardi legitur[2], quod, cum esset puer in scola discens, predixit quendam Eleutherium comparem suum summum Dei antistitem futurum; quod postea rei probavit eventus, quia[3] in urbe Tornaco[e] factus est episcopus a cultoribus christiane fidei. Qui more ecclesiastico consecratus anno Domini 484, prefuit annis 45, id est ad annum passionis beati Piati 229. Cuius temporibus Ludovicus[f.4] rex Francie, quem baptizavit Lib de ant c. 17 sanctus Remigius, Tornachum venit eundemque[g] Eleutherium rogavit, ut pro peccato, quod commiserat et confiteri erubescebat, Christi misericordiam imploraret. Quod vir Dei faciens, ab angelo se exauditum esse cognovit, ipsumque regi crimen scriptum ei[h] attulit. Unde rex exhilaratus, Deo et beato eius confessori gratias retulit, multaque dona ei relinquens, ad propria rediit. Uno ergo eodemque tempore hi duo episcopi fuerunt, sanctus scilicet Medardus episcopus Viromandensis et sanctus Eleutherius Tornacensis episcopus. Sed cum sanctus Medardus sedem episcopalem ab urbe Viromandensi propter subversionem Wandalorum Noviomum transtulisset, et iam ipse non Viromandensis, sed Noviomensis episcopus vocaretur, sicut in gestis eius legitur, que plenius in cenobio Suessionensi continentur[5], ubi ipse fuit* sepultus, contigit[i], ut sanctus Eleutherius Tornacensis[k] episcopus, pre nimia senectute et infirmitate caligantibus oculis, pontificale non posset implere officium[6]. Unde necessitate compulsus, rogavit eundem Medardum[6], ab infantia sibi familiari dilectione astrictum, ut propter antiquam amicitiam etiam nunc sibi fraterna caritate succurreret in consecrandis ecclesiis et ordinibus celebrandis ceterisque pontificalibus explendis officiis. Hac ergo occasione sanctus Medardus Noviomensis episcopus cepit frequentare Tornacum et tam vite probitate quam doctrine salutaris dulcedine captare benivolentiam et favorem civium. Post aliquot[l] annos sanctus Eleutherius moritur** et a sancto Medardo in ecclesia sancti Petri Blandiniensis prope Tornacum honorifice sepelitur. Quo sepulto, clerus et populus Tornacensis ad eligendum episcopum convenit. Quia vero in decretis canonum precipitur, ut infra 40 dies dormitionis episcopi electio fiat, ipseque episcopus qui defunctum tumulaverat tam diu destitutam ecclesiam regat, donec more ecclesiastico intronizatus sit ordinandus, ut Deus ipsam electionem acceleraret et dignum antistitem dignaretur ostendere, sanctus Medardus eos hortatur[7] triduano insistere[e] ieiunio et devotis orationibus Domini misericordiam implorare. Quo facto, videntes probitatem et religionem sancti Medardi, omnes[e] unanimiter eum in episcopum sibi eligunt, dicentes, quod, sicut vivente beato Eleutherio per aliquod tempus utrumque episcopatum bene rexisset, ita etiam post obitum eius tota vita sua facere posset. Reluctatur et contradicit vir beatus, dicens, nec canonicum nec possibile sibi esse, ut duos episcopatus teneat, ideoque se tantum onus non suscepturum, cuius gravamine pressus deficeret. Tornacenses in cepta sententia permanentes, beatum Remigium tunc temporis Remorum archiepiscopum adeunt et ut ei Tornacensis ecclesie providentiam iniungeret exposcunt. Flexus eorum precibus sanctus Remigius simulque considerans et eorum devotionem et beati Medardi religionem, obedientie vinculo tam Tornacensis quam Noviomensis ecclesie ei iniungit[m] sollicitudinem, proponens ei sententiam Domini dicentis: Ioh. 10, 16. *Alias oves habeo, que non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me adducere et vo[cem[n] meam audient]*. Hac ergo occasione Noviomensi[o] episcopo iniuncta est cura Tornacensis ecclesie.

*) 4 *ita:* i. prefuit et s. est pre etc. Require in Vita sancti Medardi episcopi Viromand. Finis. *Reliqua desunt.*
**) 3 *add.:* plenus dierum in vico Oppidani, ubi natus fuerat.

a) *alterum* i *eras.* 1. b) *post add.* 1; de 2. c) *post add.* 1. d) tanquam 1. e) Tornacho 1. f) Ludonicus 1; Clodoveus 3. 4. g) eundem 1. 2. h) *deest* 4. *Cont.* i) contingit 1. k) Tornacum *corr.* Torn̄. 1. l) aliquod 1. m) iungit *e corr. eiusdem m.* 1. n) *haec des.* 1; oportet etc. 3. o) Noviem. 1.

1) Sequentia etiam in Cont. leguntur et ex encyclica Herimanni sumta esse videntur. 2) Dachery, Spicil. VIII, p. 392. 3) *quia* — 229. a compilatore addita puto. 4) Haec quae etiam in Cont. exstant encyclicae tribuenda esse videntur; ideo Herimannus etiam libro de antiquitate urbis fabuloso usus sit oportet. 5) Genuina verba hoc loco Cont. servasse videtur. 6) Haec frustra in Vita S. Medardi quaeras. 7) Etiam hoc loco Vitae S. Medardi narrationem auctor ampliavit.

3. In Vita prefati sancti Remigii legitur[1], quod tempore eius Remensis metropolis sub se duodecim habebat[a] episcopos, scilicet Silvanectensem, Catalaunensem, Ambianensem, Belvacensem, Suessionensem, Laudunensem[b] — qui antiquitus non fuerat, sed ab ipso sancto Remigio institutus est, dans ei[c] de suis municipiis cum ipso Lauduno, qui de parrochia Remensi extiterat —, Noviomensem, Atrebatensem, quem etiam primus ordinavit, Cameracensem, Tornacensem, Morinensem et Boloniensem. Ecce igitur iam unum ex ipsis, id est Tornacensem episcopum, Remensis ecclesie dignitas perdidit; quia quod semel religionis devotione factum fuerat, habundante iniquitate et refrigescente caritate, non facile potuit immutari; dum sancto Medardo succedentes Noviomenses episcopi non sicut ille timent duorum episcopatuum onus grave portare, sed cupiditatis nexibus devincti, querentes que sua sunt, non que Ihesu Christi, nec de animarum salute, sed de secularis honoris ambicione solliciti, quod ei pro sua sanctitate fuit iniunctum, iam student et conantur vendicare quasi ius proprium. Ita ergo successores eius utrumque episcopatum obtinuerunt post mortem eius, seroque[d] clerici Tornacenses se[e] sanctum Medardum elegisse penituerunt, videntes, quod semel concesserant se ulterius non posse immutare.

Hec[2] de antiqua dignitate urbis Tornaci breviter digesta sufficiant. Omnem enim materiam libelli memorati vel historie belli Gallici necnon etiam Vite[f] beati Medardi compendiose perstrinximus, ut hii qui has [scripturas[g]] non reppererint[h] ex subiectis fortunam civitatis facile cognoscant. Ea vero que secuntur in cronographiis et cartis privatis[3] repperimus.

4.[i] Sancto Medardo successit Augustinus; Augustino Gundulfus[k]; Gundulfo Ebrulfus[l,*]; Ebrulfo sanctus Acharius; cuius tempore legitur fuisse sanctus Amandus Treiectensium episcopus, qui cenobium monachorum Helnone construxit. In cuius Vita continetur[4], quod a supradicto Achario episcopo Noviomensi licentiam petierit[m] in eius diocesi predicandi, quoniam magna pars eiusdem diocesis adhuc tenebatur astricta legibus paganorum. Veniens ergo Gandavum sanctus[n] Amandus, ab idolorum cultura populum eiusdem loci predicando convertit, deinde constructa basilica in honore sancti[n] Petri, monachos ibi posuit discipulumque suum sanctum Florbertum abbatem eis[o] prefecit; post etiam illustrem virum nomine Bavonem ad Christi fidem convertit; qui multis annis in eo loco ubi nunc cenobium monachorum in honore ipsius constructum est Christo servivit[p]. Sancto Amando moriente, iam beatus Acharius decesserat, ac sanctus Eligius ei successerat anno Domini 649. Qui supervixit sanctum Amandum, ita ut post 16 annos corpus eius de ecclesia sancti Petri transtulerit[q] et in maiorem basilicam, quam ipse sanctus Amandus in honore sancti Stephani prothomartyris[r] edificaverat quamque beatus Eligius dedicaverat, integrum et incorruptum, acsi eadem die defunctus fuisset, rursum sepelivit[5]. Ipse quoque Eligius inter cetera preclara cenobia, que per Galliam construxit, et ecclesiam sancti Martini Tornacensis in loco ubi est nunc restaurata, que ab impetu Normannico anno Domini 881. facto destructa fuisse dicitur, edificavit, sicut in sequentibus plenius repperitur.

5. Beato[6] Eligio sanctus Mummolenus successit; Mummoleno Gonduinus[s]; Gonduino Guarulfus[t]; Guarulfo Crasmarus; Crasmaro Framengerus; Framengero Hunuanus[u]; Hunuano Guido cum[v] Ennucio[w]; deinde Heliseus; Heliseo Adelfridus; Adelfrido Dido; Didoni Gislebertus, qui fuerat abbas Sancti Amandi Helnonensis[**], et qui pro parrochia Sancti Martini, que sita est apud Helnonem[x] in episcopio Atrebatensi, dicitur episcopo Cameracensi dedisse pro commutatione Marceniensem abbatiam, que in episcopatu Tornacensi iacet.

*) 3 *add.:* successit Crasmarus, sub quo ecclesia Tornacensis dotata est a Cilperico rege Francorum opulenter. Crasmaro.

**) 3 *add.:* in Pabula.

a) habeat 1. 2. b) Laudim. *corr.* Laudun. 1. c) eis 1. 2. d) sicque *e corr. rec. m.* 1; seseque 2. e) *deest* 1, *ubi* sanctum *e corr.* f) e *e corr.* 1. g) *ita* 2. 3; *deest* 1. h) reppererunt *corr.* reppererint 1. i) *nulla cap. distinctio* 1. k) Gond. *e corr.* 1. l) Ebrulphus *h. l.* 1; Brulfus 2. 3. m) petierunt *corr.* petierit 1; petierunt *S.* n) *e corr.* 1. o) eius 2; *post corr.* eis 1. p) servientium 2; vit *e corr. rec.* 1. q) transtulerunt 1. r) prothomartyr 1. s) Gundulfus *Cont.* t) *post add.* 1, *ubi sequens* Guar. *deest.* u) *ita Cont.;* Humarius 1. v) Guidoni 1. w) Eunutio *Cont.* x) Helnnonem 1.

1) Acta SS. Oct. I, p. 156. 2) Iam compilatoris verba sequuntur. 3) Cf. praef. supra p. 270. Sed quae sequuntur etiam ex encyclica sumta esse videntur; certe eadem fere in Cont. c. 4. leguntur. 4) Mabillon, Acta II, p. 714. Haec compilatori tribuerim. 5) Cf. ibid. p. 726. 6) Pergit ex encycl.

Gisleberto successit Pleon; Pleoni Guandelmarus; Guandelmaro Ronegarius; Ronegario Ficardus[a]; Ficardo Emmo[b]; qui a Normannis provinciam vastantibus dicitur fuisse occisus anno[1] Domini 860.*) Cui successit Rainelmus[c]; Rainelmo[d] Heidilo; sub quo[2] cives Tornacenses apud Noviomum se contulerunt propter devastationem et oppressionem Normannorum, quando etiam monachi cenobii Sancti[e] Martini eiusdem civitatis apud Supas villam suam in episcopio Parisiensi sitam diverterunt anno[1] Domini 881; vicesimus quintus Raubertus; cui successit Airardus; Airardo Gualbertus; Gualberto Transmarus; Transmaro Rodulphus.

6. Episcoporum[3] itaque temporibus qui ante beatum Eligium fuerunt Tornacensis ecclesia magnum emolumentum sumpsit amplificationis sue, ut sequens narratio declarabit. Lotharius rex Francorum, filius supradicti Ludovici, 4 filios heredes regni reliquid[f], Karebertum[g], Gontramnum[h], Sigebertum, Cilpericum. Qui regnum inter se dividentes, Karebertus[i] sedem sibi constituit Parisius, Gontramnus[k] Aurelianis, Sigebertus Remis, Cilpericus Suessionis. Cilpericus duxit uxorem nomine Audoveram[l], habens[m] concubinam Fredegundem, que [Fredegundis Audoveram] reginam tali fraude decepit. Suasit ei, ut filiam quam ex Cilperico habebat ipsa de sacro fonte, non alia, susciperet. Quod illa seducta fecit. Quam ob rem a marito suo separata est, sicque Fredegundis concubina in coniugium transiit. Episcopus qui puerum baptizavit exilio dampnatur. Franci qui sub ditione Cilperici erant ad Sigebertum transeunt. Cilpericus vero fugiens fratrem suum, petiit civitatem Tornacum, que in divisione sua continebatur. Quem cives eiusdem urbis receperunt et ceperunt pugnare contra prefatum Sigebertum. Qui congregato exercitu obsedit in urbe Tornaco fratrem suum; Fredegundis vero, Cilperici uxor, verens, ne populus Tornacensis pertesus obsidionis se et maritum suum traderet inimicis, convocavit duos iuvenes ferocis animi, pollicens eis premia et honores, si regem Sigebertum interficerent. Qui[n] consiliis eius adquiescentes, regem adierunt, et quasi aliquid[o] ei secretius locuturi, seorsum evocaverunt[p], deinde pugionibus interfecerunt. Cilpericus vero a Tornaco egressus, excercitum ad se reduxit, fratrem vero suum in vico qui dicitur Lambrias[q] iuxta Duacum sepelivit; civibus Tornacensibus gratias reddidit, ecclesie beate Marie virginis multa beneficia contulit, et sic cum honore ad propria rediit. Deinde confirmatus in regno, corpus fratris sui Suesionis transtulit et iuxta patrem suum sepelivit in ecclesia quam ipse pater in honore sancti Medardi edificaverat. Ipse vero post aliquod tempus astu uxoris sue Fredegundis a Landerico maiore domus, cum quo eadem Fredegundis adulterabat, occiditur et in basilica sancti Vincentii Parisius sepelitur. Dona[r] vero, que[s] ecclesie beate Marie contulit pro salute anime fratris sui, qui improvise interemptus occubuerat, vel etiam illorum qui de hoste et fratre simul eum vindicaverant, iura sua regalia fuerant, que in eadem civitate possidebat, queque[t] inter episcopum et clerum distributa fuisse comperimus anno Domini 578; per[u, 4] quod apparet, quia non[v] per sanctum Eligium hec res acta est. Ipse enim 549. anno Domini pontificatum suscepit, sub rege Clodoveo, qui quartus a Cilperico monarchiam regni tenuit. Episcopo delegavit monetam civitatis, mairiam de qua

*) 3 *add.:* ante valvas ecclesie Tornacensis.

a) Fricardus 1. b) Emino 1; Emmio 2. c) Raumelinus 1; Ramelinus 3. d) Reinelmo 2; Raumnelino 1; et 3. e) *e corr. post add.* 1. f) *rec. m. corr.* reliquit 1. g) Kar. *e corr.* 1; K *e corr. etiam* 2. h) Gontramium 1. i) *primum* e *e corr.* 1. k) Contramius 1. l) A. reginam 1. m) h. c. Fr. q. r. *manu s. XV. suppl.* 1; Fred. *deest etiam* 2, *sed legitur in Cont.* n) *haec desunt* 1; *leguntur* 2 *et* 3 *et in Cont.* o) *deest* 2; ei al. *Cont.* p) *deest* 2. q) Lambriras 1; Lambirias 2. r) Bona 2. s) *deest* 1. t) q. i. e. *in marg. suppl.* 1, *ubi* et distr. u) p. q. a. *post suppl.* 1. v) n. p. s. *e corr.* 1; quod ante s. 3.

1) Numeros fortasse compilator addidit. 2) Fabulosa elevationis Eleutherii relatio de eo refert (cod. Torn. p. 12; Acta SS. Febr. III, p. 193, n.): *Presulatum Tornacensis aecclesiae Heidilone, viro prudenti et iusto, possidente, basilica beati Stephani prothomartyris, quae sita est post aecclesiam Christi genitricis semperque virginis Mariae destructa est. Ob hanc causam Filius Dei multo tempore cives urbis opprimebat eosque terrenis opibus vacuabat, adeo ut etiam habitacula eorum destrueret ipsorumque domus et predia in ultionem predictae basilicae devastaret.* . . . . . *Eodem vero tempore in villa quae dicitur Rusbaci, quae sita est ab urbe quasi duabus leugis, et in vicinis locis idola colebantur et a copiosa multitudine populorum sacrificia demoniis offerebantur.* Historia translationis Feriolo presbitero falso tributa (cod. p. 22 sqq.) edita est in Bibliotheca patrum; v. Acta SS. l. l. p. 195. 3) *Episcoporum — declarabit* verba sunt compilatoris, qui ordinem mutasse videtur. In continuatione haec c. 3. leguntur. 4) Haec compilatori tribuerim; desunt in continuatione, qui etiam antecedentia brevius expressit.

fermentantur cervisie, iusticiam, districtum, advocationem hominum[a] beate Marie, wionagia plaustrorum et vehiculorum, que venalia in civitatem afferunt. Clero vero tribuit theloneum, pontinagium, ut ex eorum redditibus[b] vestimentorum suorum necessaria comparent; et ut victum copiose et sufficienter haberent, omnem terram que iacet inter duo fluviola, Ries scilicet et Mairam, eorum ditioni subdidit, ut ex[c] eius agricultura absque penuria sustentarentur. Cunctaque molendina que tunc erant in Scaldo[d] eis superaddidit, sex ex hiis episcopo reservatis cum quinque quadrigis terre. Unum[1] vero ex molendinis episcopi cum molendino canonicorum qui dicitur de Beckerel debent molere omnem[e] braisiam civitatis per consuetudinem. Foragia vero cambarum, vel quod sanctificationes apothecarum alii vocant, et redditus vasorum vini inter utrosque equis partibus divisit. Hoc itaque modo amplificata ecclesia per[2] 400 annorum curricula de predictis possessionibus ditissima mansit.

7. Post hec prefuerunt eidem ecclesie quidam episcopi, quos melius puto vocari debere raptores quam gubernatores, dissipatores quam rectores, mercennarios quam pastores. Beneficia enim ecclesie disperdiderunt et pene ad nichilum redegerunt, ita ut de antiquis possessionibus nichil amplius eam cernamus hodie tenere quam tria molendina episcopi tresque quadrigas terre eius et canonicorum theloneum, pontinagium foragiorumque suam partem, exceptis paucis terris et molendinis, que per fidelium oblationes recuperaverunt. Quod quomodo acciderit, verba que a maioribus nostris accepimus posteris tradimus. In[3] persecutione Normannica, qua[f] clerus cum civibus apud Noviomum civitatem exulaverunt, terram[g] inter Ries et Mairam, molendina quoque Scaldi amiserunt. Cuius desolationis vel repatriationis aut quo modo ista perdiderint post dicetur narratio. Nunc vero que ab episcopis[h] dissipata sint breviter intimemus.

8. Rodulfo[i] successit in episcopatu Fulcherus anno[4] Domini 953. et 18 mensibus prefuit; qui negligenter non est pretereundus. Hic existens spurius generatione, ex patre scilicet ignobili natus, filius fuit principis coccorum regis Francie. Qui ambiens episcopatum, regem Gallie et optimates curie eius symoniacos effecit eosque sibi favorabiliter confederavit[k]. Cuius ordinatio quia contra sacros canones[l] fuit, omne[m] tempus quo prefuit contra Deum et sanctam ecclesiam intumuit vitamque indignam omnimodis duxit. Adeptus ergo gradum concupitum, tres ecclesias in Noviomo subvertit, permittente rege et primoribus eius, quibus[n] earum predia et possessiones tradidit, ut eum quasi dominum attollerent hominiumque[o] et fidelitatem promitterent, sicut antecessoribus eius[p] facere consueverant. Que dum iuxta votum optinuisset, deliberavit etiam regionem Flandrensem invisere. Et videns, quoniam tempus eum iuvat, ait suis: 'O boni milites, petitioni mee assensum[q] prebete. Est regio uberrima, nobilitate pollens, finibus maris contigua, Flandria appellata, cuius urbs inclita Tornacus dicta cum[r] opidis ad eam pertinentibus mihi per curam regiminis commissa est. Eamus ergo inspicere[s] fecunditatem terre, iocunditates[t] fluminis per eam discurrentis, vel qui redditus episcopatus mei existant'. Cumque illi spe obtinende adhuc pecunie indignati[u] dicerent: 'Nos ingenuos milites non decet comitatui[v] tuo interesse neque tecum equitando iter agere, qui degener probaris esse', episcopus intulit: 'Ne, queso, renueritis mihi hanc vicem impendere, quoniam mox, ut optinuero episcopatum Tornacensem, honoribus honorabo, muneribus ditabo vos copiosis'. Qui ilico ambitione pecunie[w] illecti, sine mora accelerant[x] cum eo properare. Cumque a clero et populo Tornacensi receptus fuisset, duas ecclesias finitimas subvertit[y], videlicet beati[z] Quintini de Foro, in qua canonici commanebant[a], beatique Petri de media urbe, ubi sanctimoniales degebant[5], suadentibus militibus quos secum[b] adduxerat; quibus etiam predia earum distribuit pro captanda benevolentia[c] eorum. Hii[6] enim nocere et prodesse ei poterant. Terras etiam quasdam hereditarias Sancti Martini, que in persecutione Normannica devastata fuerant[d], de[7]

a) homagium *e corr. rec. m.* 1. b) redit. *h. l.* 1. c) ex *corr.* eius 1. d) Scado 1. e) o. br. *e corr.* 1. f) quam *corr.* propter quam 1. g) in terram *add. sed del.* 1. h) episco *post corr.* episcopis 1. i) Radulf. 3. *Cont.* k) confid. *corr.* confed. 1. l) canonem *corr.* canones 2. m) omni tempore q. post pr. 2; per omne t. *Cont.* n) *e corr* 1. o) homagiumque *e corr.* 1. p) *ita* 3. *Cont.*; suis 1. 2. q) asscensum 1. r) est 2. s) invisere 2. t) iocunditatis *e corr.* 1. u) nati *e corr.* 1. v) atui *e corr.* 1. w) *deest* 2. x) accelerantem eo p. 2. y) *post add.* 1. z) sancti 1. a) commonebant *corr.* commanebant 1. b) *e corr.* 1. c) beneviolencia 1. d) *bis scr.* 1.

1) *Unum — consuetudinem* desunt in Cont. 2) *per — mansit* in Cont. haud leguntur. 3) Haec — *intimemus* compilator addidisse videtur. 4) *anno — pretereundus* quoque in Cont. desunt. 5) V. Herim. c. 45, supra p. 295. 6) *Hii — poterant* a Cont. aliena fortasse compilator adiecit. 7) Haec compilator inseruit. Cf. Lib. VI.

qua post dicemus, et adhuc sine incolis inculte[a] iacebant, invasit eisque ad augmentum sue[b] dampnationis addidit. Beneficia quoque sua, que de manu regis predecessores eius[c] susceperant, illis superadiciens, monetam scilicet civitatis, mairiam, iusticiam, districtum, advocationem, wionagia, tria molendina de sex supra positis[d] — quorum[1] unum quod dicitur de[e] Fossato hodieque tenet advocatus Tornacensis cum advocatione in feodo, reliqua duo possident heredes Gossvini de Warcoing —, episcopatum[f] modo miserabili pessumdedit; clericorum quoque bona magna ex parte lacerans, infra breve tempus dignas ultionis[g] penas exsolvit. Cum enim de Tornaco Noviomum redisset, protinus infirmitate correptus, sequenti[h] nocte vidit[i] in somnis, quod esset inter duo altaria que erant in presbiterio[k] ecclesie sancte Marie Tornacensis sedis episcopalis. Videbat etiam[l] ignem maximum inter eadem altaria succendi et puellam speciosissimam, sed scissis vestibus indutam, iuxta maius altare stantem et complosis manibus crines suos[m] et faciem cedentem ac de Fulchero[n], qui vestes suas[o] sciderat, qui se nudaverat, iusticiam a Deo cum magno clamore et gemitu querentem ipsumque Fulcherum in flammas illius ignis impellentem et dicentem ei: 'O crudelis tiranne, avidus pervasor mee ecclesie, quare me ita lacerasti? Cur tantis dedecoribus me infecisti?' Cumque Fulcherus econtra reluctaretur, ne in ignem mitteretur, et diceret: 'Domina totius orbis, non vos sic dehonestatam reddidi', adiecit puella dicens: 'Quotiens bona famulantium mihi defraudasti, totiens in me tela obprobriorum iaculasti'. De qua tremebunda[p] visione statim evigilans, vehementer clamare cepit et clamore suo totam familiam suam excitavit. Concurrentibus universis et clamoris causam sciscitantibus[q], quid in somnis vidisset, retulit et puellam illam sanctam Dei genitricem esse exposuit, que Filio suo conquesta est, quod ecclesiam suam sui iuris terris quasi vestibus nudasset et militibus Noviomensibus dedisset, ideoque se mala morte quamtocius periturum et gehenne flammis demergendum[r] subiunxit. Perterritis omnibus et finem rei prestolantibus, ecce subito apprehendit eum dolor dirus viscerum, et morbo intercutaneo[s] percussus, ut de Herode dicitur, videntibus cunctis, ceperunt vermes qui pediculi vocantur de corpore eius glomeratim ebullire gutturque et faciem eius cum toto corpore operire. Et hoc tam diu factum est, donec animam redderet[2]. Cumque corpus defuncti lotum et vestibus ex more fuisset indutum, numquam pediculi cessabant ebullire totasque vestes operire, donec ministri necessitate compulsi aliis vestibus indutum in corio cervino consuerunt sicque sepelierunt. Caveant[3] ergo prelati, ne possessiones ecclesiasticas ad usus pauperum Christi sibi creditas in propriis utilitatibus male erogent, quoniam Ihesus Christus, qui iniuriam ecclesie matris sue sic in huius vindicavit corpore, animas disperdentium eas impunitas non patietur abire[t]. Qui enim illorum substantiam dissipat, Christo iniuriam irrogat.

9. Huic Fulchero[n] successit Hadulfus; Hadulfo Leudulfus; Leudulfo Rabbodus; Rabbodo Harduinus anno[4] Domini millesimo. Hic fuit tempore Roberti Francorum regis, filii[u] Hugonis Capeti, in quo finita est posteritas regum Francie qui fuerunt de stirpe illius Karoli incliti regis, qui pro[v] nimia probitate sua a Romanis evocatus, coronatus est in regem, et Karolus cognomento Magnus appellatus, imperavit tam Romanis[w] quam Francis postea 13 annis; cuius heredes per 11 generationes regnum Francorum tenuerunt. Sed Hugo Capet[x], cum esset dux Parisiensis, proditione et dolo Ascelini Laudunensis episcopi noctu Laudunum ingressus cum militari manu, Karolum[y] regem, cognatum suum, qui cognominabatur Infatuatus, in turre Laudunensi cepit vinctumque catenis[z] regno privavit. Qui principatum adeptus, a Gerberto Remensi archiepiscopo diademate coronatus et rex Francorum appellatus est. Cuius filius prefatus Robertus, sciens Balduinum Barbatum Flandrensium comitem tunc temporis magne esse potentie, filiam Adelam adhuc puellulam[a] filio eius adolescentulo Balduino Insulano desponsavit patrique eius nutriendam tradidit. Ea tempestate habebat idem Robertus rex turrim Noviomi sitam infra terminos ecclesie beate Dei[b] genitricis Marie secus curiam episcopi, per quam multa mala eiusdem urbis populo

a) inc *e corr.* 1. b) *deest* 1. c) *deest* 2. d) *ita* 3. *Cont.*; supradictis 1. e) e *e corr.* 1. f) E. vero 2. g) *e corr.* 1. h) sequente *corr.* sequenti 1. i) videlicet 2. k) presbitero *corr.* presbiterio 1. l) *ita* 3. *Cont.*; enim 1. m) scilicet 1; *deest* 2. n) Fulcero *h. l.* 1. o) eius 2. p) tremenda *Cont.* q) scisit. 1. r) dim. 1; dism. 3. s) intercu *e corr.* 1. t) habire *corr.* abire 1. u) Francorum *add. sed del.* 1. v) *deest* 1. 2. w) is *e corr.* 1. x) Cape 1; Capeti *ed.* (3). y) K *e corr.*; Carolum 2 *h. l.* z) cathenis 1. a) puelulam 1. b) *ita* 3. *Cont.*; D. g. *des.* 1. 2.

1) Haec quae in Cont. desunt procul dubio compilator addidit. Cf. l. VIII. fin., supra p. 326, n. **. 2) Cf. similem narrationem infra in libro altero de ant. urbis Tornac. 3) *Caveant* — *irrogat* compilatoris verba puto. 4) Annum addidisse videtur compilator.

intulit. Miles enim cui a rege custodienda tradita fuerat ferocis animi existebat, adeo ut exactiones episcopales iuri suo mancipare vellet; cunctis placitis causisque forensibus, que in curia episcopi determinanda erant, principari volebat, nichilque episcopum constituere licebat, nisi quod ipse prior disposuisset. Sic itaque episcopum et cives exasperans, nonnulla servitia[a] eis ingerebat. Cum ergo longo tempore[b] id ageret nullisque exortationibus religiosorum resipiscere[c] vellet, ultra vecordiam eius ferre non valentes episcopus cum clero et populo valde afflicti, proponunt omnino resistere modumque[d] quo ad effectum perveniant ceperunt exquirere. Tandem eis videtur, quod, si turris eversa fuisset, que materia pertinacie eius erat, facile pacem obtinerent. Accidit autem[e] quodam die, ut is qui custodire arcem debebat casu fortuito deesset, nec ullus ex tota familia eius superesset nisi solummodo coniunx eius cum famulabus suis. Cernens ergo episcopus oportunum tempus accidisse, quo premeditatum consilium de subversione turris complere posset, civibus apprehendere arma precepit cunctosque gladiis accingere fecit, ut, si quis inermis obvians eis resistere vellet, facile expugnaretur. Et mittit matrone episcopus per nuncios verba suasoria, quibus eam deciperet, cum dolo dicens: 'Habeo pallium sericum, de quo mihi planetam[f] facere volo, sed non repperio, qui eam sciat tam decenter incidere et convenienter componere, sicut te scire comperi. Ideoque deprecor, ut castis manibus tuis preparetur. Iube ergo fores reserare, ut ad te pergere valeam, et quid operis[g] de serico facere possimus, simul inspiciamus'. Illa gratulabunda effecta de visitatione pontificis et dolos quos machinabatur prorsus ignorans, continuo ostia patefacere precepit, ipsaque ei obviam[h] processit, et usque ad thalamum suum eum perducens, consedere fecit. Cumque aliquamdiu mutuo[i] sermocinati essent, videns episcopus[k] familiam suam[l] congregatam apparatum ad subvertendum habentem, que facere disposuerat aperuit[m], dicens: 'Pro calumpniis et iniuriis, quas vir tuus mihi[n] et curie mee et civibus crebro intulit, convenerunt isti adversus hanc arcem, ut eam deiciant cunctaque propugnacula eius solo sternant; quam ob rem egrediamur illesi, ne cum eius ruinis pariter involvamur et pereamus'. Illa hiis verbis perterrita et velut exanimis effecta, in terra procubuit. Quam episcopus blande consolans[o] verbisque suasoriis tristem demulcens, apprehendit manum eius, educensque secum, servavit illesam. At famuli episcopi continuo circumquaque[p] ignem accendunt, cuncta edificia evertunt, machinas ad subvertendum undique instruunt, immensam eius altitudinem solo coequant[q], de summo lapide usque ad imum[r] comminuunt[s], deinde domum redeunt. Que sic eversa usque in hodiernum diem inrestaurata manet; signa tamen eius apparent, saxa scilicet ingentia. Audito ergo rex quod acciderat, vehementer iratus est et contra episcopum, qui fidelitatem ei debebat, de proditione[t] domus sue conqueri cepit, satisfactionem proditionis apertis querelis exigens secundum iudicium optimatum suorum. Cumque curia regis episcopum *) [penitus[u]] de regno Francorum[a] expellendum et exilium subire iudicaret, veritus[v] animositatem regis, sciensque nullum principum plus apud regem posse quam comitem Flandrensem, Balduinum scilicet Barbatum, ad eum confugiit; cuius filius Balduinus iam iuvenilis etatis primis auspiciis pollens, Adelam, filiam predicti regis, ducere debebat uxorem, ut dictum est; quique etiam ecclesiam sancti Petri in oppido Islensi edificavit et in ea canonicos posuit seque ibidem sepeliri mandavit. Causam doloris sui episcopus apud utrumque exposuit, preces fudit, ut de presenti discrimine eum liberent et iram[w], que iuste exarsit, mitigare studeant; dona preclara pollicetur, si regi et proprio solo eum reconciliatum[x] reddiderint, effectumque petitionis celeriter consecutus fuerit. Sciscitante[y] vero comite et interrogante, que esset recompensatio talionis pro legatione huius negocii, respondit episcopus: 'Possideo in regione Flandrensi, que dicioni vestre subiacet, altaria quam plura, ex quibus 12 locupletiora vobis[z] et filiis vestris per tres generationes tenenda trado, quarta autem revertantur ad episcopum. Et ne inter successores meos et posteros vestros exinde aliqua controversia[a] oriatur, testamentum confirmationis vobis facio, in quo tempus determinatum et nomina altariorum atque testium curie mee ac vestre qui inter-

*) 3 *add.:* Harduinum occasione cuiusdam turris Noviomi ab ipso Harduino destructe.

a) convicia 1. 2. b) *post add.* 1. c) ipiscere *e corr.* 1. d) modum quoque *corr.* modum quo 1. e) ergo *Cont.* f) pl. casulam *codd.*; casulam, *post add.* vel planetam *Cont. c.* g) de o. s. 1. h) obviam *corr.* obvia 1. i) simul m. *Cont.* k) epm̄ 1. l) *post add.* 1. m) aperit *Cont.* n) *deest Cont.* o) a *e corr.* 1. p) circumquasque *corr.* circumquaque 1. q) quoeq. 1. r) unum 2, *post corr.* imum 1. s) communiunt 1. t) perd. *Cont.* u) *deest* 2. *Cont.* v) *e corr.* 1. w) *deest* 1. 2. x) *deest* 2. y) Sisc. 1. z) locupletior a v. *corr.* locupletiora v. 1; a *add.* 2. a) controvercia 1.

fuerunt[a] assensumque prebuerunt[a] adnotabo'. Comes ergo mercede[b] effusus, regem, socerum filii sui, adiit, precem pro episcopo fudit, veniam facile impetravit eumque regi et proprio solo cito reconciliatum reddidit. Deinde altaria sibi delegata tenuit, quorum[c] hec sunt nomina: de Curtraco[d], de Puten, de Thurhult[e], de Aldenarde[f], de Hames[g], de Hulten, de Donza[h], de Nivella[i], de Rodenborc[k], de Aldenborc[l], de Mallenghien[m], de Sclipies[n]. Qua datione[o] ab episcopo facta, optimates Flandrenses a comite petierunt, ea[p] sibi concedi[q] in beneficium. Que accepta optimates[r] militibus sibi servientibus rursus in feodum distribuerunt, sicque paulatim de iure pontificali penitus in ius militum transierunt[1]. Hoc ergo pacto Tornacensis ecclesia 12 altaria perdidit; que si episcopus Tornacensis ad mensam suam sicut olim libera[s] possideret, multos exinde pauperes secum reficere posset. Sed[2]
Eccli. 8, 15. sicut Salomon dicit: *Noli fenerari potentiori te, quod si feneratus fueris quasi perditum habe*, sic et de hiis altaribus contigit. Facile quidem potuerunt dari, sed non auferri, quamquam idem comites Flandrenses sint parrochiani Tornacensis ecclesie. Altariorum vero parrochianos nostris temporibus in tantum adauctos et multiplicatos vidimus, ut necesse fuerit alias 12 ecclesias construi, que ad distribuenda divina carismata fidelibus populis eisdem auxiliarentur. Que cum prioribus iuncte singulis annis amplius mille librarum redditum prestant, ut tota regio testificatur. Generatione vero comitum[t] 11. et episcoporum 8. in presenti anno Domini 1146. nondum videmus ea ad episcopatum redisse, sed neque speramus reditura[u] fore.

Herim. c. 72. 10. Harduino successit* Balduinus; Balduino[v] Hugo; Hugoni[w] Rabbodus[x], qui[y. 3] fuit avunculus Everardi Tornacensium castellani, qui ipsum Tornacense castellum cum castello[z] de Moritannia ante paucos dies ceperat et dominationi sue subdiderat, legitimos heredes de eis expellens, Gerulfum de Tornaco et Hugonem de Moritannia[a]. Huius Rabbodi tempore comitatum Flandrensem tenebat Robertus, filius Balduini Insulani et Adele, filie regis, quibus data fuerant altaria. Veniens ergo ad[b] eum Rabbodus episcopus, oravit eum, ut 12 altaria, que Harduinus de mensa Tornacensis episcopi tulerat et Balduino Barbato comiti, avo eius, concesserat, Tornacensi ecclesie pro anima sua redderet, quoniam iam tempus transierat quo reddita esse debuissent. Tres enim comites ea tenere debuerunt[c], qui iam decesserant, Balduinus scilicet Barbatus, avus huius Roberti, Balduinus Insulanus, pater eius, Balduinus Hasnoniensis[d], frater eiusdem Roberti, Arnulfus[4], filius Balduini Hasnoniensis[e], quem iste Robertus, patruus suus, occidit aput Casellum, et fratrem eius Balduinum[f] cum Richilde, matre eiusdem Balduini, de Francia[g] expulit, postea principatum Flandrie assequitur. Quem cum episcopus rogaret altaria reddere, dilationem postulavit, donec a matre sua huius rei veritatem audiret. Cum ergo matrem suam prefatam Adelam super hoc consuluisset, illa, utpote religiosa et timens Deum, respondens[h]: 'Verum est', inquit, 'fili[i], quod[k] iam tempus transiit, quo a patre tuo et avo promissa fuerant reddi. Quia ergo tibi Deus hereditatem tuam, quam perdidisti', id est Flandriam, 'reddidit magnumque tibi exinde honorem fecit, consulo tibi, ut etiam tu super hoc honorem ei[l] facias et sancte Marie, matri eius, altaria sua reddas'. Hiis comes[m] compunctus, episcopo se ea

*) 4 *add.*: Herbaldus; Herbaldo.

a) interfuerint . . . prebuerint *Cont.* b) mercede (mercedem 2) *corr.* in mercedem 1. 2. c) *e corr.* 1. d) Corturiaco *C.* e) Turhult *C.* f) Aldenardia *C.* g) Henniis *C.*, *ubi m. s. XVI. add.*: de Cominiis; Eynne Comines 3. h) Dunza *C.* i) Nuuella *corr.* Nivella 1. k) Rodenbruc *C.* l) Alenbruc *C.*; de Al. *des.* 3. m) Malleghien 1; Mallenghin *C.* n) Scipies 1. 2; Sclips 3. o) donatione *C.* p) s. ea *C.* q) *post* sibi *e corr.* ea condonari 1. r) o. eius 1. s) *deest* 2. t) mitum *e corr.* 1. u) redditura 1. v) B. Hugo — Tornacensium *al. m. in marg. suppl.* 1. w) Hugo 1. x) Ralbodus 1 *constanter*; Ratbod. 2; Rabod. *C.* y) qui — Moritannia *des. C.* z) catello *rec. m. corr.* 1. a) Mortann. 1. b) *littera* a *e corr.* 1. c) debuerant *C.* d) Hosnon. *corr.* Hasnon. *rec. m. corr.* Hann. 1. e) *rec. m. corr.* Hann. 1. f) Bal. *e corr. vel super lin.* 1. g) *ita* 1. 2; Flandria 3. h) respondit *C.* i) *e corr.* 1. k) quia *C.* l) *ita C.*; ei tu s. h. h. f. 1; ei h. f. 3. m) *post add.* 1.

1) De censibus perditis in libro de elevatione S. Eleutherii (cod. Torn. p. 15) haec narrantur: *Post multum vero temporis, cum vidissent nobiles huius regionis se servitutem huic aecclesiae debere, indignati sunt. Quorum nomina non revelavi, quia damnatorum nomina divina non potest continere pagina. Inter illos tamen dum tributa et possessiones legerentur, quidam miser advenit, cartam latenter accepit, deinde in ignem cum iracundia proiecit. Carta autem de igne prosiliens nulli comparuit, quoniam manibus rapta angelicis Deo vero et immortali presentata est et usque in diem iudicii reservata. Ille autem miser Alardus nomine in eodem loco suffocatus a demone expiravit. Post aliquot etiam annos alter in carta tributa et divitias presulatus servans, eam afferri fecit et in ignem proiecit; que igne combusta est.* 2) *Sed — reditura fore* desunt Cont.; sed ex encyclica a. 1146. sumta sint oportet. 3) Haec compilator addidisse putandus est. 4) *Arnulfus — assequitur* des. Cont., quae post inserta esse, verba quae praecedunt *Tres enim comites* ostendunt.

redditurum spopondit. Sed antequam de manibus militum ea tenentium libera fierent, morte preventus, non implevit quod proposuerat. Ipse quoque episcopus non multo post longum tempus moriens, quod inceperat non terminavit; sed ad augmentum destructionis episcopatus terras arabiles episcopi circa Tornacum Teoderico Monetario et aliis primoribus huius regionis vendidit, nemus et silvam de Helchin et de Sancto Genesio distraxit, tradens singulos bonarios ad redditum 4 denariorum singulis[a] annis sibi solvendorum. Hic autem Rabbodus, vir[1] nobilis et magne probitatis existens, inter cetera que laudabiliter fecit, etiam cenobium Sancti (Herim. c. 73.) Martini prope portam urbis Tornacensis, quod a barbaris quondam destructum fuisse ferebatur, anno dominice incarnationis 1092. restaurare curavit, sicut[2] in eodem cenobio scriptum plenius invenitur, primumque abbatem dominum Odonem ibi ordinavit, qui postea fuit episcopus Cameracensis. Sed[3] heu! sicut per beatum Iob dicitur, quod in angelis suis repperit Deus pravitatem, (ib.) ita etiam hic tante probitatis episcopus apud Romanam sedem cepit accusari, quod per peccuniam regi datam adeptus fuisset pontificatum; unde cum multotiens apud[b] papam pulsaretur, nonnulla ornamenta Tornacensis ecclesie pro sui redemptione[c] vendita suis adiutoribus dedit, nonnullos redditus altaris Sancti[d] Salvatoris de Brugis vendidit canonicis Sancti Donatiani, nonnullos vero alios[e] redditus tam altariorum ceterorum quam terrarum episcopi[f] distraxit[g]. Cum vero iudicatum fuisset, ut cum duobus episcopis se de symonia purgaret, magister Anselmus, tunc temporis Laudunensis scole doctor precipuus et per totam Franciam pro sua scientia famosissimus, auxilium episcoporum ei consilio suo abstulit, conscius eos secure non posse iurare eum innocentem fore. Ubi vero ei multis intervenientibus concessum est, ut sola[h] manu se purgaret, Hugo Lugdunensis archiepiscopus et apostolice sedis legatus, videns eum velle iurare, surgens coram omnibus: 'Quid facis', inquit, 'infelix, qui[i] male iurando animam tuam interficere queris? Desine ab hoc iuramento, et nos impetrabimus, ut modo non deponaris, sed per biennium dilationem habens, postea pontificatum sponte quasi religionis vel senectutis causa honeste dimittas Si enim iuraveris, ecce tibi predico, quod de hoc anno cum honore non exibis'. Episcopus, sicut ceperat, manum super euvangelicum textum[k] posuit, et se innocentem de symonia iurans, securus de concilio exivit et Tornacum rediit. Post paucos dies Brugis abiit, et pro infirmitate sua minui sanguine volens, dum medicus expectatur, ipse pro corporea necessitate interiora cubiculi ingreditur; ubi cum diutius moraretur, unus ex ministris eum secutus, videt eum coram sede resupinum[l] cecidisse, et cum nimio exclamat dolore. Protinus omnes introgressi, inveniunt eum paralisi dissolutum, membrorum simul et lingue officium perdidisse. Inter manus levatum ad lectum deferunt, et post paucos dies sine confessione deflent morientem. Non[4] solum vero super eo illi tunc presentes doluerunt, sed etiam nos hec referentes pro tante probitatis viro gemimus, scientes, multum pertimescenda occulta iudicia Dei terribilis in consiliis super filios hominum.

11. Eo itaque Brugis defuncto, sed Tornacum deportato et in ecclesia sancte Marie sepulto, Baldricus ei succedit; Baldrico Lambertus; Lamberto Symon quadragesimus. Quem nostris temporibus relevatorem et conservatorem Tornacensis ecclesia habuit[5]. Qui [iuvenis[m]] ex regali prosapia[n] ortus, germanus fuit Radulfi comitis Perronensis, qui ambo fuerunt filii Hugonis comitis cognomento Magni, qui germanus extitit Philippi Francorum regis[6]. Hic[7] ergo longo tempore prefuit[8], altaria pristina recuperare nequivit, sed ea altaria que decedentibus personis sibi remanserunt ecclesiis tradidit. Cuius relatione multorumque[o] testimonio cognovi, quod redditus episcopatus prebendarumque canonicorum ecclesie Tornacensis singulis annis fere centum marchis argenti adauxerit.

12. De[9] antiqua[p] vero possessione a rege Cilperico tradita[q] usque in presens tempus retinent theloneum et pontinagium foragiorumque suam partem. Quibus ea que a fidelibus eis cotidie dantur coniungentes, prebendas instituerunt multum opimas, de quibus magnifice sustentantur. Totum etiam studium suum ad emendas terras et ad acquirenda altaria converterunt. Unde factum est, ut ecclesiam[r] beati Quintini de foro, in qua congregatio canonicorum olim mansit, beatique Petri de media urbe, a sanctimonialibus dudum inhabitate[s], que[t], ut premisimus, a Fulchero[u] episcopo subverse sunt, cum ceteris ecclesiis parrochianis repeterent a militibus Noviomensibus, quibus idem episcopus eas in feodum tradidit, et sui[v] iuris subdiderunt. Cum quibus etiam nonnullas possessiones earum antiquas receperunt sicque fines suos plurimum dilataverunt. Sed[10] et in multis aliis possessio-

a) a. s. 1. b) papa *corr.* apud papam 1. c) per(?)dicione *corr. m. s. XV.* redemtione 1, *et ita* 2 *et* 3. d) *e corr.* 1. e) *deest* 2. f) episcopii 1. 3. g) destruxit *corr.* distraxit 1. h) so *e corr.* 1. i) q̄ 1. k) *deest* 1. 2 *(ubi* euangelium*)*. l) inum *e corr.* 1. m) *ita* 3; *deest* 1. 2. n) pro sapiencia *corr.* prosapia 1. o) que *e corr.* 1. p) ua *e corr.* 1. q) a *e corr.* 1. r) ecclesia 1; ecclesias *Cont.* s) *ita* 2. *Cont.*; tam *e corr.* 1. t) q. ut *e corr. ant. m.* 1. u, Fulcero 1. v) *ita* 2. *Cont.*; *post corr.* suo iuri 1.

1) Haec quae ad verbum cum Herimanni libro conveniunt ab ipso in encyclica repetita esse putarim. 2) Haec in Cont. desunt, a compilatore, ut videtur, adiecta. 3) Etiam haec in Cont. omittuntur, sed ea ab ipso Herimanno etiam in encyclica scripta fuisse putarim. 4) Haec in encyclica addita fuisse videntur, nisi ea compilatori tribuere malis. 5) Haec compilatoris esse, persuasum mihi habeo. 6) Haec accuratius in Cont. c. 10. narrantur. 7) Iam cum Cont. c. 16. convenit. 8) Usque ad a. 1148. 9) Cont. c. 17. 10) *Sed — sufficiant* in Cont. desunt, fortasse compilatori tribuenda.

nibus[a] persepe augmentantur. De quorum prima constructione vel amplificatione hactenus dicta sufficiant.

13. Prefati vero Symonis episcopi temporibus[b], legitimis[1] heredibus decedentibus, datus est comitatus Flandrensis a rege Ludovico cuidam Willelmo iuveni, filio Roberti Normannorum comitis. Ad quem Symon episcopus veniens, interveniente eodem rege, cognato suo, ei notificavit, quomodo[c] Harduinus episcopus Balduino Barbato comiti 12 altaria, sicut superius relatum est[2], de mensa Tornacensis episcopi ad tempus concesserit, et quia iam tempus transierat, quo reddita esse debuissent, rogavit, ut iam nunc tandem ea ecclesie Tornacensi et sibi redderet. Comes verba episcopi multorum testimonio vera esse cognoscens, commonente rege, protinus ea prefato episcopo libera reddidit seque ei exinde nullam illaturum[d] molestiam spopondit. Sed[e] non est diu[f] passus Flandrenses in sua consistere libertate. Sed paulatim cepit eos opprimere et servitutis legibus subicere. Unde illi perterriti et quasi iam mortem in foribus adesse videntes, primo musitando, deinde apertius colloquendo, incipiunt consulere, quomodo de huius novi Pharaonis tam intollerabili iugo colla sua possint excutere. Quid multa? Audiunt quendam adolescentem ex Teoderico[g] duce et matertera Karoli[h] comitis genitum in Auxatia[3] consistere, Teodericum[g] nomine. Quem secrete accersientes[i], post varios[k] pugnarum eventus, quos[l] evolvere longissimum est, tandem[m] apud castellum quod dicitur Alos a quodam pedite in manu sub pollice vulneratus[n], mortuus est[4]. Quo aput Sanctum Bertinum sepulto, dominatum totius Flandrie, rege concedente, Teodericus[o] optinuit. Quem Symon episcopus rogavit, ut, sicut Willelmus predecessor eius Tornacensi ecclesie ius suum recognoverat[p] de 12 altaribus, que iam antecessores eius iniuste multis annis tenuerant, ita quoque ipse recognosceret et redderet ea sibi, sicut Willelmus coram rege reddiderat. Tunc comes episcopo ea reddidit[q] et libera dimisit seque numquam ei super eis molestiam illaturum spopondit. Sed pro istis recognitionibus comitum nondum optimates Flandrie, qui ea in beneficium acceperunt, reddere voluerunt; sicque ecclesiam exhereditatam esse dolemus.

In[5] huius ergo Symonis episcopi diebus Tornacensem ecclesiam respexit Deus, quia[r] venit tempus miserendi eius[s] propriamque dignitatem tot[t] annis perditam et proprium episcopum Christi miseratione recepit, dominum scilicet Anselmum, sicut in sequentibus plenius narrabitur.

[LIBER IV.]

QUOMODO TORNACENSIS ECCLESIA PROPRIUM EPISCOPUM RECUPERAVIT.

Universis[u] sancte matris ecclesie filiis per orbem terrarum dispersis beate Marie Tornacensis ecclesie canonici superne Ierusalem civibus in celesti curia sociari. Quoniam iuxta beatum Paulum apostolum[v] universalis ecclesia corpus Christi est, et huius corporis membra
1. Cor. 12, 26. sunt diverse ecclesie vel singuli fideles, dumque patitur unum[w] membrum, compatiuntur omnia membra, et dum glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra: miseri cordiam, quam Deus ecclesie nostre post longam et diutinam viduitatem, proprium nobis pastorem restituendo, in diebus nostris fecit, vestre scribendo[x] notificamus dilectioni, quatinus et vos congaudentes nobis Deo et pie matri eius gratias agatis. Tornacensem itaque ecclesiam certum est olim proprium episcopum habuisse, sed iam per 600 et amplius annos eo caruisse. Verum ne hec[y] sola fama vulgari videamur asserere et nulla scripture confirmare auctoritate, ea que exinde in scriptis antiquorum repperimus, superius[6] retulimus totiusque operis textum altius incepimus. Nunc autem ea que de restitutione episcopi in diebus nostris vidimus, superiorem materiam prosequentes, succinte[z] revolvamus.

1. Tempore Philippi regis Francorum, patrui prefati Symonis episcopi, accidit[7], ut quidam canonicus Remensis ecclesie, magne probitatis vir, nomine Odo vitam secularem

a) p. p. aug. *e corr.* 1. b) *post add.* 1. c) quod 3, *corr* quomodo 1, *et ita* 2. d) illatum *e corr.* 1. e) Sed comes *Cont.* f) p. d. 1. g) Theod. 1. h) Caroli *Cont.* i) accerscientes 1. k) variis p. eventibus 2. l) quas 2; ios, us, os *e corr.* 1; q. e. l. e. *des. Cont.* m) *ita* 3; tum 2; Willelmus *e corr.* 1; *deest Cont.* n) Willelmus *h. l. add.* 3. o) Teod. *h. l. etiam* 1. p) at *e corr.* 1. q) reddit 1. r) *post add.* 1. s) quia enim tempus *add.* 1; q. v. t. *iterum add.* 2. t) 600 3. u) Universe 1. v) *deest* 1; univ. *deest* 2. w) universum 2, *corr.* unum 1. x) *deest* 2. y) *corr.* hoc 1. z) *ita* 1.

1) Cont. c. 16. 2) C. 9. 3) i. e. Alsatia. 4) sc. Willelmus; cf. Herim. c. 36, ubi haec fusius narrantur. 5) Haec quae in Cont. haud leguntur an continuatori tribuenda sint, nescio. Fortasse encyclicae verba paululum mutavit. 6) Ita procul dubio auctor compilationis, aliis, ut videtur, hoc loco omissis. Fortasse etiam verba quae praecedunt inseruit vel certe mutavit. 7) Cont. c. 9.

relinqueret et in ecclesia Cluniacensi[a] monachus fieret sub domino Hugone, eiusdem loci abbate. Cumque ibi per aliquot[b] annos religiosissime vixisset, et domnus papa Gregorius VII. eidem Hugoni abbati mandasset, ut sibi aliquos de monachis suis viros sapientes transmitteret, quos competenter episcopos ordinare posset, ei inter ceteros prefatum Odonem transmisit, quem papa in urbe Hostiensi episcopum consecravit. Defuncto autem [papa[c]] Gregorio, Victor succedit. Post quem idem[d] Odo ad apostolice sedis pontificatum eligitur et Urbanus nominatur. Qui quoniam in ecclesia Remensi educatus fuerat, valde eam super alias diligebat, et ut ei pristinam dignitatem 12 episcoporum redderet valde desiderans, dum[1] adhuc Hostiensis episcopus pro quadam legatione ab apostolica sede in Galliam directus Atrebatum venisset et tam splendidam[e] urbem vidisset, canonicos eiusdem urbis ad repetendum proprium episcopum verbis suasoriis accendit suumque auxilium eis apud papam omnimodis affuturum spopondit. Cum autem eum reversum audissent prefati canonici papam[f] effectum, ex eius verbis sumpta fiducia, domnum Lambertum, virum religiosum et omnis probitatis famosum, unanimiter sibi eligunt episcopum et domino pape presentant consecrandum. Ille gaudens, et[g] sollempniter consecrat, et ne unquam Atrebatensis ecclesia Cameracensi subiaceret episcopo, sedis apostolice privilegio prohibet, sicque novum episcopum remittit letum ad propria. Qui per Franciam concilia tenuit et inter cetera que in concilio Clarimontensi decrevit anno Domini 1096, etiam Gualcherum Cameracensem episcopum, pro eo quod episcopatum per pecuniam adeptus fuerat, excommunicationis gladio percutit et ab episcopali officio deponit; tuncque Cameracenses sibi eligunt episcopum Odonem, abbatem Sancti Martini Tornacensis, et Attrebatenses[h] superius memoratum Lambertum; sicque ab invicem disiuncti sunt hii duo episcopatus per papam Urbanum.

2. Mandavit etiam Tornacensibus clericis, ut ad eum irent, recepturi libertatem proprii episcopi. Hiis litteris visis, in unum convenimus, et tantam rem per solas litteras eius incipere non audentes, donec ex ore eius quid animo gereret agnosceremus, inito consilio, duos ecclesie canonicos, viros prudentissimos, Romam transmisimus[2], Elbertum scilicet et Geldulfum. Quo venientes, iam[i] papam defunctum invenerunt et sine effectu redierunt; sicque totum primum inceptum nostrum remansit. Urbano successit Pascalis. Cuius tempore cum clerici Tornacenses Romanam curiam sepius frequentarent pro dissentione[k], que inter monachos Sancti Martini et ipsos erat, Romani, qui semper novorum negotiorum sunt cupidi, eos irridebant et sine iugo esse velle dicebant, quoniam proprium episcopum habere nollent, itaque[l] huiusmodi verbis animos eorum[m] ad repetendum proprium episcopum accendebant. Illi[n] redeuntes, que audierant referebant nobis et 'nil temtare nocet' subiungebant. Accidit autem, cum iam concordati nobiscum fuissent, ut Baldricus episcopus noster, pro quadam causa commotus, absque omni audientia et iudicio canonico missis litteris in urbe Tornacensi divinum officium interdiceret. Unde Gonterus decanus et Gonterus prepositus irati canonicorum conventum evocant[o] et ad repetendam antiquam libertatem incitant. Continuo duos ex canonicis electos, Galterum scilicet, qui postea abbas Sancti Martini claruit[3], et Movinum precentorem ecclesie, Romam transmisimus, per quos voluntatem domini pape scire possemus. Illis ergo necdum reversis, contigit Baldricum episcopum mori. Protinus[1] Noviomenses congregati, dicentesque, quod per pecuniam magis inceptum nostrum cassare possent, Lambertum archidiaconum Tornacensem, pecunie famosissimum, sibi in episcopum eligunt et Noviomi accersitum in cathedra pontificali ponunt. Ille statim, utpote vir[p] secularis, regem Ludovicum et Radulfum Remorum archiepiscopum promissa pecunia sibi coniungit et electionem suam [fraudulenter[c]] facit confirmari[q], ita ut etiam[r] rex consilio archiepiscopi Romam duos episcopos, Aurelianensem et Parisiensem, tam pro hoc negocio quam pro aliis miserit; per quos archiepiscopus pape mandavit, quod, si Tornacensibus proprium episcopum daret, et episcopalis auctoritas plurimum vilesceret, et Noviomensi episcopo redditus sui nequaquam ad sola necessaria suffi-

a) Cluniacensis *corr.* Cluniacensi 1. b) aliquod *corr.* aliquos 1. c) *deest* 1. 2. d) *deest* 2. e) splendidem 1. f) propter 1, *ubi* effectum *corr.* affectum; papa 2. g) eum *ed.* (3). h) *ita h. l.* 1. i) i. p. *e corr.* 1. k) *ita* 1. 3. l) atque 2. 3. m) eos eorum, *sed* eos *post del.* 1. n) Illi — subiung. *des.* 2, *neque in Cont. leguntur.* o) can. convocant et 2. p) vir se *e corr.*, *sed* scolaris, *quod scriptum erat, intactum reliquit* 1. q) con *e corr.* 1. r) *e corr.* 1.

1) Haec in Cont. aliter narrantur. 2) Cont. l. l. 3) Successor Herimanni.

cerent. Nec mora, Galterus et Movinus [legati[a]] Roma redeunt, litteras ab apostolica sede deferunt, apostolica auctoritate precipientes, ut remotis dilationibus proprium episcopum nobis eligeremus electumque Remensi metropolitano[b] consecrandum presentaremus. Ipsi etiam Remensi archiepiscopo papa mandavit, ut electioni nostre efficaciter insisteret electumque consecraret. Convocatis itaque[c] Tornacensis ecclesie personis, unanimi consilio eligimus virum religiosum Herbertum, Morinensis ecclesie archidiaconum, eumque a Iohanne tunc temporis Morinensi episcopo litterarum apostolicarum coactione nobis traditum Tornacum adducimus[d]. Cumque ab archiepiscopo, ut eum consecraret secundum preceptum domini pape, peteremus, ipse callide agens, utpote cuius animum iam Lambertus peccunia corruperat, respondit, se nec Lambertum nec Herbertum consecraturum, donec legati regis, quos pro eodem negocio ad papam transmiserat, Roma redirent. Cum ergo utriusque electi consecratio suspensa et incerta fluctuaret, ecce legati, quos diu archiepiscopus desideraverat, Roma redeunt litterasque apostolicas ei deferunt, in quibus idem negocium in manu archiepiscopi ponebat, dicens, eum sibi mandasse, quod, si Tornacenses proprium episcopum haberent, et episcopalis auctoritas plurimum vilesceret, et Noviomensis ecclesie redditus nequaquam episcopo ad sola necessaria sufficerent. Hiis litteris susceptis, sibi subditos episcopos convocat, Noviomensibus ac Tornacensibus diem ponit, quo Lambertum electum presentent utriusque ecclesie episcopum consecrandum. Ipso die rex Ludovicus Remis adveniens, omnes episcopos advocat et ut diligenter de eodem negocio inter se tractarent admonet: 'Si', inquit, 'videritis, magis ad Dei honorem et animarum salutem competere, ut Tornacensis ecclesia proprium episcopum habeat, ego libenter concedo, quia nichil me in hoc perdere video, nec voluntati Dei vel saluti animarum in aliquo resistere volo; neque volo, ut aliquis dicat, per me hoc bonum remansisse, vel se[e] sub mea palliatione coram Deo paret excusare'. Cui Iohannes Morinorum episcopus respondens: 'Vere', inquit, 'domine rex, hoc dicto animam vestram liberastis; nunc videant domini nostri[f] episcopi, quid agant'. Sed archiepiscopus sciens non se accepturum pecuniam nisi post consecrationem Lamberti, instituit, ut consecraretur super utramque ecclesiam episcopus; sicque consecrati sunt eo die Lambertus Noviomensis episcopus et Bartholomeus Laudunensis episcopus, plurimis[g] mirantibus et derogantibus, quod magis expeteret pecuniam in marsupio[h] reponere quam Remensi metropoli antiquam dignitatem reddere; quod utique facile potuisset[a] facere et regis permissu et auctoritate domini pape.

Non tamen audaci Turno fiducia cessit

secundum Virgilii[1] dictum[i], quia Gontero preposito cor non defuit. Quin pocius, iunctis sibi[2] prefatis litterarum latoribus, Waltero[k] et Movino[l], necnon et abbate Sancti Martini Segardo, electum suum Herbertum Romam duxit, eumque pape Pascali presentant[m]. Nec mora, Lambertus episcopus subsecutus affuit, dataque pecunia non modica, consecrationem eius avertit, sicque letus in patriam redit. Clerici nostri post discessum[n] eius Rome remanentes et papam, cur se deluserit et sua pro nichilo expendere fecerit, vehementer increpantes, tandem ab eis vehementer anxiatus oravit, ut pro pace et quiete regni adhuc ad tempus Noviomensi[o] episcopo, sicut olim, obedire non gravaremur. Hoc ergo modo primum Romane curie mutationem experti sumus. Herbertus autem, nullius expectata licentia, ad archidiaconatum suum Morinensem reversus est, videns Romanam curiam nimium per pecuniam posse mutari et cuncta venalia Rome secundum Salustii sententiam[3]. Nos post hec videntes, totum orbem contra nos esse et Romanos semper ei qui plus daret favere omniaque auxilia nobis deesse, quievimus et Lambertum recepimus, sperantes, nos post decessum eius libertatem nostram assequi posse. Qui divina voluntate, non multis annis episcopatum tenens, Noviomi obiit.

3. Post cuius decessum timentes Noviomenses[p], ne rursus sermonem de repetendo episcopo moveremus, eligunt quendam adolescentem nomine Symonem, ex regali prosapia ortum, ut supra determinatum est[4]. Huic ergo scientes Noviomenses nos facile non posse resistere — gloriosus enim comes Flandrensium Karolus Margaretam, sororem eius, con-

a) *deest* 1. 2. b) metropolitano 1. c) *e corr.* 1. d) *ita* 2; adduximus 1. 3. e) se sub *e corr.* 1. f) *ita* 3. *Cont.*; *deest* 1. 2. g) plurimum *post ins.* 2. h) masupio 1. i) d. q. *e corr.* 1. k) *ita* 1. 2. *h. l.* l) Mounio 1. m) praesentat consecrandum 3. n) dissessum 1. o) Novim. 1. p) Nomom. 1.

1) Aen. IX, 126: *At non audaci cessit fiducia Turno.* 2) Quae sequuntur aliter apud Continuatorem narrantur. 3) Iug. c. 8. Ita etiam Cont., ubi post res longius exponuntur. 4) III, 10. Haec igitur compilator ita disposuit.

iugem habebat, eum unanimiter eligunt nobisque ipsam electionem innotescunt assensumque nostrum exposcunt[a]. Nos videntes, quod, si ei resisteremus, contra torrentis impetum brachia tendere videremur, assensum prebemus. Sicque tota spes nobis in vita eius proprium episcopum habendi aufertur. 'Sed non est sapientia, non est prudentia, non[b] fortitudo nec consilium contra Dominum'. Prov. 21, 30 Quod enim tempore predecessorum eius, qui tanti generis non fuerunt, assequi nequivimus, hoc in istius diebus adepti sumus. Cum enim iam fere 24 annis pontificatum tenuisset nullamque omnino diminutionis suspicionem[c] haberet, contigit, ut concanonicus[d] noster Henricus visionem suprascriptam[1] videret, nobisque eam[e] referens, inter cetera predixit[2], quod ecclesia nostra infra non multum tempus proprium esset episcopum habitura et pristinam dignitatem receptura. Que[3] visio et prophetia future libertatis nobis indicia contulerunt.

4. Quo tempore contigit, ut tam ex nostra ecclesia quam ex ipsa diocesi multi clerici famosi conversionis gratia[f] domnum Bernardum abbatem Clarevallensem sequerentur. Quorum relatione idem[g] abbas de antiqua dignitate Tornacensis ecclesie instructus, et quanta necessitas esset, ut propter[h] infinitam populi[i] multitudinem[k] proprium haberet episcopum, edoctus, ex visione adolescentis sumpta occasione, aggreditur secrete Symonem episcopum, proponensque ei periculum tot animarum sub cura sua degentium, ut Tornaci proprium episcopum ordinari benigne permitteret, dulciter hortatur. Protinus dulci exortatione abbatis compunctus episcopus, consensit precibus eius, eo tamen pacto, ut de reditu Tornacensis ecclesie partem pecunie in vita sua liceret ei retinere. Sed Noviomenses clerici, hoc audito, Radulfum Vermandensem comitem adeunt, et germanum suum Symonem vendidisse suum episcopatum derogantes, propositum abbatis per eum evacuant et evertunt.

5. Per idem tempus inter papam Innocentium et regem Ludovicum, filium superioris Ludovici, cognatosque eius supra memoratos, Symonem scilicet episcopum atque Radulfum comitem, lis exorta est; pro qua rex cum comite christianitate privatus est, et in bannum tenti sunt, episcopus vero ab officio episcopali per aliquod[l] tempus suspensus. Papa enim clericum quendam, cognatum cancellarii sui, in Bituricensem archiepiscopum consecravit; quod quia rex concedere noluit, christianitate privatus est. Comes vero volens in matrimonium sibi copulari germanam Alienore regine Francorum, uxorem suam legitimam de consanguinitatis linea calumpniari cepit. Sed quia absque iudicio canonico ab ea separari non valuit, prefatum Symonem, germanum suum, iunctis ei[m] aliis duobus episcopis, Laudunensi scilicet atque Silvanectensi, fecit per sacramentum testari, sic se propinquitatis linea cum uxore sua coniungi, ut federa matrimonialia ab invicem deberent dissolvi. Quo iuramento completo, ab ea se disiunxit et germanam regine duxit, que ambe fuerunt filie comitis Pictavorum[n] et ducis Aquitanorum, que etiam propinquiores ei erant. Fama huius periurii per totam disseminata[o] regionem, etiam ad apostolicam audientiam dilata est per comitem Theobaldum Burgondionum[p] principem. Huius enim erat neptis ea quam Radulfus comes dimiserat, et dedecus repulse eum spectabat. Quam querimoniam cum per nuncios suos auribus pape deposuisset, comitem vinculo anathematis ligavit et episcopos ab officiis episcopalibus per aliquod[l] tempus suspendit. Hanc[q] ergo dissentionem[q] inter papam et regem atque episcopum Noviomensem compertam[r], Teodericus[s] prepositus, qui Gontero successit, ardensque desiderio cum clericis Tornacensibus, ut ecclesia nostra pristinam dignitatem reciperet, quendam monachum Sancti Martini Tornacensis nomine Herimannum secrete alloquens[t], ut Romam eat[u] et animum pape super hac causa caute[v] exploret, hortatur[w]. Herimannus favens eorum precibus, Romam pergit, Innocentio pape litteras[u], quas olim Pascalis papa Tornacensibus transmiserat, ostendit totumque rei suprascripte ordinem pandit; tandemque etiam[x] ipse ab eo litteras accipit, in quibus Tornacenses commonuit et apostolica auctoritate precepit, ut, communicato religiosorum et discretorum virorum[y] consilio, remotis dilationibus, episcopum proprium eligerent, electum autem Remensi

a) exponunt, *superscr. rec. m.* expetunt 1; deponunt, *in marg.* f. exposcunt 2. b) n. f. n c. *des.* 2. 3. c) suspicione *e corr.* 1. d) cum can. 1. e) ea 1. f) *post add.* 1. g) *e corr.* 1. h) p̄p̄ 1. i) *deest* 2. k) mul | multitudinem 1. l) aliquot *Cont. c.* m) *ita Cont.*; et 1. 2. 3. n) Pictanorum 1. o) dissim. *rec. m. corr.* dissem. 1. p) Burgund. *Cont.* q) *ita* 1. *et Cont.* r) per *e corr.* 1. s) Theod. 1. t) alloquentes 1. u) *e corr.* 1. v) secrete 2. w) *bis scr. sed alterum del.* 1. x) *deest* 2. y) *post* relig. *suppl.* 1.

1) I, 2. Haec etiam compilator inseruisse putandus est. 2) Ita etiam supra I, 2. 3) Ita Cont. c. 20, quae c. 21. etiam sequentia habet.

metropolitano consecrandum presentarent; quod si ipse nollet perficere[a], ad suam presentiam ducerent. Has litteras Herimannus presentat Tornacensibus; diem electionis ponimus et personas diocesis convocamus. Initoque consilio, Absalonem abbatem Sancti Amandi,
1142. virum religiosum, unanimiter nobis in episcopum eligimus[b]. Protinus electio Remensi archiepiscopo notificatur; sed ipse dicit, quod eum[c] non auderet consecrare pro regis et comitis Radulfi timore. Unde necessitate cogente compellimur Romam remittere. Et ipse quidem electus, ut vir sapiens, renuit ire, veritus[d], quod postea accidit, ne Romana curia per pecuniam a sententia flecteretur, sicque sibi in dedecus verteretur, si repulsam pateretur. Clerici ergo Tornacenses, iuncto sibi prefato Herimanno, Romam proficiscuntur, litteras suas pro electione facta pape ostendunt, et ab eo gratissime suscepti, de die in diem expectant eius terminale responsum: cum subito Symon episcopus eos subsecutus adesse nunciatur, ingressusque palacium cum clericis suis, pape conqueritur super clericis Tornacensibus, qui pretergressi fidelitatem et obedientiam, quam sibi promiserant, electionem alterius episcopi contra se fecerant. Respondet papa, a fidelitate et obedientia quam ei promiserant se eos absolvisse et[e] ut proprium episcopum eligerent eis precepisse, ideoque nichil super hiis eos[f] deliquisse. Subiunxit quoque[g] Herimannus, annuente sibi papa ut diceret, clericos Tornacenses nullam contra episcopum Symonem accusationem coram papa detulisse, sed ei utpote viro nobili et laudabili bonum testimonium[h] ferre, nec pro aliqua malivolentia alium episcopum elegisse, sed[i], si non inferioris meriti beato Martino ipse esset, eos tamen desiderare, ut mater sua Tornacensis ecclesia pristinam dignitatem proprii episcopi reciperet; tantam autem necessitatem huius rei esse, ut, cum in Tornacensi episcopatu plus quam 900 milia populi diversi sexus et etatis continerentur, tamen propter absentiam episcopi, teste ipso episcopo, mortui essent infra 10 annos plus quam 100 milia, qui non fuerant consecrati oleo de manu episcopi, etiam duo[k] milia tam homicidio quam aliis criminalibus implicatos ibi esse, qui non suscepissent[l] penitentiam criminum suorum ab episcopo. Cumque hec et multa alia in presentia episcopi Herimannus retulisset, quorum nichil episcopus negavit, papa stupefactus, electionem Tornacensium coram omnibus confirmavit seque eam perfecturum promisit, ac cardinales qui circumsedebant[m] exhortatus, ut se[n] exinde adiuvarent, de sede sua surrexit et in secretarium cum eis intravit. Legatis nostris sperantibus causam suam[o] citius terminandam, postea eos[p] plus quam 15 diebus papa detinuit[q], donec domnus Symon, 500 marchis argenti per curiales distributis, gratiam domini pape recepit. Qui tamen eum[r] in secretarium nobis presentibus[1] evocans, coram cardinalibus precepit[s] ei sub periculo ordinis sui, ut nullam omnino malivolentiam in facto vel verbo Tornacensibus ostenderet, qui precepto suo electionem episcopi fecerant. Sicque legatis nostris eum in osculo reconcilians, litteras ei dedit, in quibus nobis mandavit, quod de electione nostra voluntatem quidem non mutasset, sed ad presens per consilium differret, donec, convocato episcoporum et metropolitanorum conventu, quod ceperat confirmaret. Interim autem[t] precipiebat, ut ei solitam obedientiam exhiberemus. Sic itaque legatos nostros tristes dimit-
1143. tens[u] et multis male loquendi occasionem dans, sequenti anno moriens, Celestinum habuit
1144. successorem. Qui infra unius anni spacium defunctus, Gerardo cancellario, qui Lucius dictus
1145. est, apostolicam[v] sedem dimisit. Eo quoque similiter infra annum defuncto, Eugenius succedit; qui primo Bernardus vocatus, in cenobio Clarevallensi monachus fuerat, deinde ab Innocentio papa in monasterio Sancte Anastasie abbas Rome ordinatus fuerat. Hic ergo cum ab omnibus nobis nunciaretur avidus pecunie non esse, per internuncios de negocio nostro edoctus et quid exinde facere vellet requisitus, respondit, se facturum quicquid abbas Clarevallensis inde sibi per litteras mandasset. Cum itaque dubii sermones inter nos pro hac causa renovarentur, ecce subito Teodericus prepositus noster infirmitate nimia gravatus et monachus factus, in cenobio Sancti Martini moritur. Sequenti etiam anno electus noster Absalon[w], abbas Sancti Amandi, vite terminum fecit; sicque nobis ostensum est, quod nec[x] ipse nec Herbertus Morinensis archidiaconus a Deo predestinatus fuit, ut fieret Tornacensis episcopus; alii enim istud officium servabatur. Sed nec Gonterus prepositus nec Teoderi-

a) facere 1. 2. b) eleg. 1. 2. c) ipsum 2. d) ri *e corr.* 1. e) *post add.* 1. f) *deest* 2. g) ergo 1. 2. h) te *e corr.* 1. i) et *post add.* 1. k) in *(e corr.)* tam 1. l) susceperunt *e corr.* 1. m) se *e corr.* 1. n) *deest* 1. 2. o) *post add.* 1. p) *ante* papa *post add.* 1. q) ret. 1. r) *deest* 1. s) *e corr. post add.* 1. t) a. p. *e corr.* 1. u) dimitens 1. v) aposto *e corr.* 1. w) Absolon *e corr.* 1. x) non 2.

1) Hoc loco Herimannus de se loquitur.

cus, successor eius, patrui sui filius, licet ecclesie nostre ferventissimi amatores extiterint et in secularibus satis potentes fuerint, hoc honore digni fuerunt, ut per eos tantum opus consummaretur. Nam et hic honor[a] alii repositus erat.

6. Cum isti ergo ita defuncti defuissent[b], filius sororis Teoderici[c] nomine Letbertus ei in prepositura successit; cuius instinctu quidam alius Letbertus cognomento Blandus[d], iuvenis concanonicus noster, cum litteris abbatis Clarevallensis Romam petit, Eugenio pape negocium Tornacensis ecclesie pandit, utque tandem debito fine opus quod sibi Deus reservaverat terminare et consummare studeat, suppliciter exposcit. Volente papa ei litteras dare, ut rursum Tornacenses electionem episcopi facerent, respondit ille, se numquam huiusmodi litteras laturum; sed, si papa sibi consecratum manu sua traderet episcopum, cum ipso se reversurum, eumque a Tornacensibus cum honore debito suscipiendum. Quid multis morer? Instanti eius petitione et constanti pertinatia flexus papa, querit ab eo, quem velit in curia sua eligere. Ille, ut sapiens iuvenis, consilium[e] suum in ore domini pape ponit. Convocat[f] papa cardinales et quid sibi super tanto negocio faciendum sit consulit. Venerat[1] tunc forte Romam Anselmus abbas Sancti Vincentii Laudunensis, qui in cenobio Sancti Medardi Suessionensis[g] monachus[h] factus[i] fuerat; sed fama religionis et probitatis sue[k] ubique preconante, a monachis[l] Sancti Vincentii expetitus, abbas est ordinatus; qui etiam multis annis idem cenobium laudabiliter rexit, ita ut de monachis[m] eius tempore suo in diversis cenobiis 10 abbates venerabiles[n] extiterint. Hic ergo illis diebus pro ecclesie sue necessitatibus Romam veniens, et in curia pape notissimus, primum ab ipso papa nominatur statimque a Letberto et eius sociis eligitur et pape consecrandus presentatur. Reluctatur et contradicit, dicens se valida infirmitate detentum et de morte pocius quam de episcopatu sollicitum. Persistit papa in sua sententia et obedientie vinculo coactum dominica Letare 1145. Mart. 25. Ierusalem eum[o] sollempniter consecrat, consecratumque[p] cum litterarum suarum auctoritate novum pastorem ovibus[q] Tornacensibus destinat et ut honorifice recipiatur imperat et eos ab obedientia Noviomensis episcopi absolvit, utque semper habeant proprium episcopum, auctoritate privilegii sui promulgavit[2]. Regi vero Francorum[r] Ludovico, qui etiam fuit dux Aquitanorum, et qui ad admonitionem[s] Eugenii pape ad expugnandos inimicos christiane religionis in Ierusalem expeditionem paravit, deprecatorias litteras idem papa misit, alias quoque comiti Flandrensium[t] Teoderico necnon et civibus Tornacensibus, in quibus exorabat, ut[u] episcopum, quem ad honorem Dei et propter animarum salutem ordinaverat, omnes simul benigne concederent esse et redditus episcopatus deinceps[r] ipsi persolverent. Rex autem cum comite et civibus, interveniente religioso viro Alviso Atrebatensi episcopo, paucis interpositis diebus petitioni[v] pape annuit. Sicque novum episcopum in

a) r *e corr.* 1. b) fuissent 1. c) Teodorici *h. l.* 1. d) *ita* 3. *Cont.*; Blondus 1. e) con *e corr.* 1. f) ergo *rec. m. add.* 1. g) Suessionis 1. h) *e corr.* 1. i) f. factus 1. k) sui 1. l) nachis *e corr.* 1, *ubi* Sancti *deest.* m) chis *e corr.* 1. n) *deest* 1. 2. o) *deest Cont.* p) que cum *e corr.* 1. q) civibus *Cont.* r) *deest* 2. s) mon. 1. t) Flandrencium Teodorico 1. u) *deest* 2, *ubi ante* concederent *insertum; hoc loco post add.* 1; episcopum q. ad h. D. et p. a. s. ordinav. *des.* 1. 2. v) pape a. peticioni *Cont.*

1) Cf. De mir. S. Mariae III, 20, Migne CLXXX, p. 1003: *In coenobio quoque Sancti Vincentii, quod est situm extra muros urbis Laudunensis et dicitur esse secunda sedes episcopalis, domnum Anselmum de coenobio Sancti Medardi ascitum abbatem ordinavit praefatus Bartholomaeus episcopus. Cuius Anselmi probitas in hoc uno potest evidenter adverti, quod in diversis ecclesiis ex eius monachis electos novem hodie videmus abbates florere viros probatissimos. In coenobio namque Orbaciensi*[3] *domnus Balduinus, in Morimontensi Guillelmus, in Sancti Sepulcri Cameracensis Parvinus, Sancti Andreae de Novo Castello*[4] *Adam, in Hasnoniensi Fulco, in Fidemensi Girardus, in Virtunensi Robertus, in Sancti Nicolai prope Ribemontem*[5] *Guillelmus, in Sancti Michaelis Terraciensis Iohannes venerabiles hodie consistunt abbates, qui omnes Laudunensem ecclesiam suam matrem, Bartholomaeum vero episcopum appellant patrem suum atque pastorem.* C. 21: *Idem vero Anselmus cum coenobio Sancti Vincentii fere septemdecim annis praefuisset et pro utilitate eiusdem coenobii cum germano suo domno Gualtero, eiusdem loci monacho, Romam profectus fuisset, a clericis Tornacensibus, qui iam quadringentis annis proprio episcopo caruerant, mirabili eventu, Deo ordinante, ibi repertus, in episcopum eligitur et a domno papa Eugenio invitus et reluctans, obedientiae vinculo constrictus, pontifex consecratur, sicque per eum Tornacensi ecclesiae antiqua dignitas restituitur anno ab incarnatione Domini* 1145, *dominica Laetare Ierusalem. Rediens ergo a Roma et cum magna processione Lauduni susceptus, nolens priores filios Sancti Vincentii monachos relinquere orphanos, unum ex eis domnum Balduinum, aetate iuvenem ac moribus gravem, loco suo abbatem eis constituit et a domno Bartholomaeo episcopo fecit ordinari, sicque Tornacum ad regendum ovile sibi commissum tetendit.* 2) Quod vide Cousin, 'Hist. de Tournay' III, p. 244.

3) Orbais; Morimond. 4) Cateau-Cambrésis; Hasnon; Femy. 5) Ribemont; Terrasson.

sede pontificali recepimus. Alias etiam litteras episcopo Noviomensi legavit, in quibus eum exortabatur, ut patienter ferret Tornacenses proprium episcopum habere, et ne vel per se vel per subiectam sibi personam ei aliquam molestiam inferre presumeret. Metropolitano quoque Remensi et comprovincialibus episcopis mandavit, quatinus eum manutenerent et in omnibus iuvarent atque ab omni presumptione episcopum Noviomensem desistere[a] monerent et cum eo ad pacem concordarent. Sed idem Symon mitissimus homo erat et malefactoribus suis mala retribuere nesciebat; unde factum est, ut neque verbo vel facto contra preceptum pape facere temtaret, quod etiam ad nobilitatem generis sui pertinebat. Sic ergo Deus ordinavit, ut Herbertus et Absalon[b] Tornaci eligerentur, et Anselmus Rome consecraretur. Sic Deus permisit, ut Pascalis[c] et Innocentius Tornaci iuberent fieri electionem, et Eugenius Rome faceret consecrationem. Sic Deus disposuit, ut Gonterus et Teodericus prepositi laborarent pro electione, et Letbertus gauderet de facta consecratione. Alii ergo secundum euvangelicam sententiam laboraverunt, et Letbertus in labores eorum introivit; alii seminaverunt, Letbertus messuit. Benedictus Deus, qui prosperum fecit iter eius! Acta est consecratio domini Anselmi[d] episcopi Rome anno incarnati verbi Dei 1146; quo anno fuit fames gravissima, ita ut Tornaci venderetur sextarius tritici 56 solidis. Sicut ergo per sanctum Medardum dignitatem proprii episcopi perdidimus, dum ipse curam episcopii Tornacensis sibi iniunctam a clero et metropolitano tenuit, ita etiam per eundem libertatem nostram recepimus, dum Deus proprium pastorem nobis restituens, monachum Sancti Medardi in episcopum dedit. Benedictus Deus, qui tales filios sancto Medardo imbuendos tradidit, per quorum ministerium Christus in filios adoptionis divina carismata effunderet[e] et ecclesiam suam sine ruga et macula conservare vellet!

[LIBER V.]

INCIPIT PROLOGUS IN RESTAURATIONE PRIME CONSTRUCTIONIS CENOBII SANCTI MARTINI TORNACENSIS.

Quoniam[1] que divinitus circa homines misericorditer[f] aguntur oblivione pretereunda vel abolenda non sunt, cum de mirabilibus que fecit Dominus mandatum sit patribus nota facere ea filiis suis, ut ita per successiones[g] cognosceret ea generatio altera, dum filii qui nascerentur et exsurgerent et ipsi narrarent ea filiis suis, nos ea[h] que patribus nostris narrantibus cognovimus de ecclesia beati Martini Turonensis[i] episcopi extra menia civitatis Tornacensis, nunc sitam ad plagam meridianam, non debemus successuris occultare, nefas ducentes, que ad laudem Domini spectant super misericordia et veritate eius latere. Hanc siquidem abbatiam antiquitus fuisse, fama vulgavit; sed et scriptorum quedam monimenta usque in hodiernum diem extantia hoc declarant. Que quia sparsim scripta sunt, presertim[k] tunc temporis incuria, scire etiam cupientibus non omnia occurrunt. Quorum desideriis satisfacere cupiens, ea que diffusa repperi vel fama preconante persensi, compendiose distinguere curavi[l], ut cuilibet legere volenti et scire cupienti gratum existat.

EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIT NARRATIO.

1. De[1] ecclesie itaque nostre ortu seu procursu[m] narrationem exordientes, non parvum difficultatis obstaculum in nostris, ut ita dicam, fundamentis incurrimus; aut enim brevitatis studio aliqua pretermittentibus nobis de admiratione factorum et laude factoris diminutio fiet, aut rursus, dum cuncta ad plenum prosequi volumus, ad superiora longe tempora recurrentibus prolixitas pariter et difficultas obsistet. Sed bonus lector, si vires pensat et considerat, nichilominus voluntatem nostram[n], spero, non ingratus accipiet et non subsannabit rusticitati.

Consideratis itaque omnibus et collustratis que de ea audio per solam superstitem memoriam vigere vel lego in cartis abditis[o] et membranis, a beato Eligio principium mee narrationis incipio, qui septimo loco a beato Eleutherio sortitus est dignitatem cathedre episcopalis Tornacensis ecclesie, a quo prima eius menia fundata fuisse audio.

a) *post add.* 1. b) Absolon 1. c) Paschalis *Cont.* d) Letb' *e corr.* 1; episcopi *deest* 2. e) effunderent *corr.* effunderet 1. f) sericorditer *e corr.* 1. g) successio *corr.* successiones 1. h) ea que *e corr.* 1. i) *corr.* Tornsis 1. k) presenti *corr.* presentis 1. l) curam *e corr.* 1. m) pro *e corr.* 1; cursu, *spatio ante hoc vocabulum vacante* 2. n) nrm *e corr.* 1; nostra 2. o) *bis scr.* 1.

1) Haec compilatoris esse verba, patet. [ ]

2. Sanctus Audoenus Rothomagensium[a] metropolitanus gesta beati Eligii clare et fideliter describens, inter cetera Herim c. 43. refert, ipsum primitus aurificem fuisse in curia Lotharii[b] regis Francorum, filii[c] Cilperici, qui ecclesiam beate Marie Tornacensis valde ampliavit, ut supra diximus[1], ipsoque rogante expensasque prebente universas, tumulum beati Martini Turonis ex auro et lapidibus preciosis composuisse. Qua occasione atque oportunitate, nec sine Domini voluntate, ut postmodum claruit, factum est, ut duos dentes[d] de maxilla sancti detraheret sibique pro reliquiis retineret. Nec multo post longum tempus pastorali cura regendas suscepit plebes Tornacenses atque Noviomenses anno Domini 649. Quas rexit per 17 annos, id est usque ad annum dominicum 665. Quo paucis diebus — — per que[e] non modicam turbam gentilium ad cultum divinum convertit.

3. Ne cui autem incredibile videatur beatum Martinum in hiis partibus advenisse — — existens[f] memoria vivit in posterum *(supra p. 294, n. *)*.

4. Locum ergo supra nominatum in introitu civitatis Tornacensis iam ab ipso sancto Martino preelectum et per suam presentiam sacratum[g] Dei famulus Eligius expetiit eligendum[h]. In quo dentem sancti reponens, — — ad noticiam nostram pervenerint, inserere dignum duximus.

5. In ecclesia beate Marie Tornacensis quidam canonicus — — Hec audientes, sed nichil proficere valentes, dolemus; c. 44. firmissime tamen tenemus, quod relatione paterna didicimus, ut scilicet tempore persecutionis Normannice, cuius narratio post dicetur, nonnulla de supellectili[i] ecclesie nostre et possessionibus cum dente beati Martini, in[k] cuius veneratione fundatum erat cenobium monachorum a beato Eligio, in canonicorum beate Marie dominium tunc devenirent — — eodem modo canonicis Sancte Marie tradita fuisse, liquido patet.

6. Nostris etiam temporibus homines provectioris etatis[l] secus Scaldum — — possessionesque earum teneant, c. 45. plenissime fatentur.

7. Nostram ecclesiam priscis temporibus possedisse terras, super quas nunc restaurata est, et in circuitu eius non modicam quantitatem, comperimus, que tempore secunde restaurationis adhuc terre Sancti Martini vocabantur. Quas quomodo recuperaverimus, series[m] secunde restaurationis declarabit. Hiis de propinquis possessionibus dictis, ad ea describenda que in longioribus provinciis possederunt flectamus articulos. In confinio Parisiorum data est villa huic ecclesie per idem tempus nomine Supas ab Ingelranno comite de Castellandum. Videtur autem congruum commemorare, quomodo deprehenderimus post tam diuturna tempora et in tam longinqua regione villam antiquitus nos possedisse.

8. Quidam ex monachis nostris Corturiacum[n] ad Clementiam comitissam directus — — ubi sit Ferrariensis ecclesia, c. 41 querimus, sed discere[o] nequimus. Post duos annos generale concilium Remis indicitur a papa Calixto, fratre Clementie c. 42. comitisse, qui prius fuit Viennensis archiepiscopus et vocabatur Guido; ibi spes aliquid audiendi nobis renascitur. Negocii huius indagatio iniungitur Herimanno, qui postea abbas in nostro cenobio claruit. Qui regressus a concilio sic nobis ea que deprehenderat referebat, dicens: 'Sedente concilio, ipse tota die circumeo ecclesiam Remensem, et in tantum conventu oppressus et opprimens, cuicumque monacho obvio, ubi sit Ferrarias[p], requiro, et per triduum nichil proficio. Interdum deficio[q]; sed vires mihi reddit[r] ille versiculus:

Labor improbus omnia vincit.

Tandem in episcopatu Parisiensi Ferrarias esse audio; 'Deo gratias!' clamo[s]; per clericos Parisienses abbatem Ferrariensem agnosco, dominum scilicet Petrum, qui fuit monachus Sancte Marie de[d] Vizeliaco; protinus illum adire cupio, sed turba impediente nequeo. Tandem diu desideratam papa dante comedendi licentiam, abbati me coniungo, verba, que Gerardo monacho Sancti Martini Tornacensis apud Cortriacum ante biennium dixerat, recolo, facile eum recordari gaudeo, quid in illis privilegiis que apud se servari dixerat contineatur, sciscitor. Respondit, inter cetera que servabantur[t] Karoli regis Francorum cognomento Magni esse unum privilegium, sigillo eius confirmatum, et in eo scriptum esse, quod petente[u] Ingelranno comite de Castellandum rex Karolus[v] dederit Sancto Martino Tornacensi villam que vocatur Supas, in confinio Parisiorum[w] sitam, cum molendinis et omnibus aque[x] oportunitatibus, appositis in fine testibus et die simul ac loco donationis. Rogo illud mihi dari privilegium — — quod aliquantulum certior fui de abbatie nostre antiquitate'. Hoc ergo[y] privilegium et villa, homo quoque senex, qui absque cognitione cyrographi enarravit modum donationis, testificantur, hanc abbatiam antiquitus fuisse. Sed et aliud testimonium eius antiquitatis, quod usque in presens tempus permanet — — c. 46. quod etiam quidam nostrorum manibus tenuerunt et oculis inspexerunt.

9. Auditu comperimus, priscis temporibus infra muros nonnullarum civitatum cadavera mortuorum nequaquam sepulture tradere[z], sed foris cimiterium haberi, ubi corpora deferebantur humanda; quod et nunc observatur Lauduni; Remis quoque antiquum cimiterium extra[d] muros demonstratur. Quam consuetudinem in Tornaco viguisse, antiquiores nostri dixerunt omnemque sepulturam huius civitatis antiquitus in hac ecclesia fuisse affirmaverunt. Quorum verbis astipulatur cuncta terra de circuitu ecclesie, quam dum agricolando excolimus, repletam cadaveribus mortuorum deprehendimus, sarcophaga preclara ex plumbo et lapide sculta adhuc integra manentia.

a) Rothomagencium 1. b) *in marg. suppl.* 1. c) filio 1. d) *post add.* 1. e) quem 1. f) *deest* 2. 3 (*ubi* m. diu v.). g) *bis scr., sed alterum del.* 1. h) eligendus *rec. m. corr.* eligendum 1. i) superl. 1. k) *deest* 1. l) *bis scr., sed alterum del.* 1. m) titulus *post add.* 1; *post* declarabit *add.* narratio 2. n) Cortracum 1. o) dicere 1. p) Ferranas *corr.* Ferrarias 1. q) desidero 1. r) reddit *e corr.* 1; reddidit 2. 3. s) o *e corr.* 1. t) cons. *e corr.* 1. u) petetente *corr* petente 1. v) Car. *h. l.* 1. w) *corr.* Parisiosorum 1. x) aquis *Her.* y) quoque 2. z) tradi *e corr.* 1.

1) III, c. 6.

10. Aliud quoque testimonium ex Vita beati Eligii proferre in promptu habemus, per quod elucet, quod adhuc ipso Eligio fundatore nostro superstite in corpore quidam abbas Balderedus nomine huic abbatie prefuerit[a]. Relegentes enim historiam vite eius, repperimus[1], quod, cum pietas divina vellet eum a labore vite huius quiescere et suorum operum remunerator esse, paucis diebus antequam ad extrema[b] perveniret febris incommodo tactus sit[c]. Qui Noviomi recubans, grex sibi commissus, cui semper monita salubria tradiderat[d], pene ad eum universus[d] confluxit[d], tanto nunc presentiam eius requirentes ac exortatione roborari cupientes, quanto cicius amissurum esse cernebant. Inter eos vero qui convenerant[e] Balderedus supra nominatus dicitur affuisse; quem videns beatus Eligius, spiritu prophetie repletus, precepit ei, ne ad suos[f] Turonis rediret, quoniam, si illud iter ultra arripere voluisset, sciret se minime reversurum. Quod postea rei probavit eventus. Viro namque beato humanis rebus[g] exempto, ad predictam urbem sine cunctamine rediit. Quo non multo post a[h] turba vehementer ceso et interempto, tardius quam debuit monita beati viri se neglexisse penituit.

11. Nomina[i] Turonorum hoc[i*] in loco posita esse quidam existimant pro nominatissima metropoli Galliarum, in qua beatus Martinus metropolitanus fuit, existimantes, abbatem de illa regione progenitum causa propinquorum suorum sepius fines illos invisere solitum fuisse; sed a beato Eligio interdictum esse, ne amplius gratia consanguineorum[k] illuc temptaret recurrere. Nos vero relatione paterna didicimus, nomen Turonorum hoc in loco haberi pro nomine Turnorum[l], qui a progenie Turni regis descenderant. Hic ad debellandum Iulium Cesarem in Tornaco rex constitutus, quis qualisve fuerit, superiora huius operis[2] relegens lector inveniet. Cuius progenies relicta fuerat in Tornaco, obeunte beato Eligio nondum christianis legibus imbuta, sed omnibus Christi cultoribus valde infesta. Qui manebant[m] secus ecclesiam ab ipso sancto Eligio constructam in vico qui ex nomine eorum usque in presentem diem Thura nuncupatur. Interdixit[3] abbati, ne apud fratres suos, qui inter Turonos, id est Turnos, commanebant, rediret, quoniam pro assertione vere fidei occidendus esset ab eis. Quod et factum est, ut premisimus.

Her c.46.47. 12. Hiis itaque testimoniis assumptis — — ad narrandum modum ultime desolationis civitatis Tornacensis calamum temperemus; per quam profligatas ecclesias finitimas et nostram variis eventibus exigentibus ex toto deletam[n] fuisse, lector in sequentibus repperiet.

EXPLICIT DE PRIMA CONSTRUCTIONE ECCLESIE SANCTI MARTINI TORNACENSIS.

[LIBER VI.]

INCIPIT[o] NARRATIO ULTIME[p] DESOLATIONIS CIVITATIS TORNACENSIS CUM ECCLESIA BEATI MARTINI A NORMANNIS PERPETRATE.

c. 48. 1. Percepta itaque cognitione fidei domini nostri Ihesu Christi a beato Piatone — — vel dictis modernorum colligere possumus.

c. 49. 2. In cronographia Sigeberti monachi Gemblacensis reperitur — — interemptus sit, memoratur.

3. In hac depopulatione legimus omnem terram circa Scaldum flumen eversam fuisse. Qua terra nulla melius[q], nulla alia congruentius[r] accipitur quam Tornacus, quoniam non solum secus Scaldum sita est, sed etiam ipse fluvius per medium eius nando means atque influendo decurrens, ex utraque parte refertus esse cernitur habitatoribus; hinc[d] inde populosam habens habitantium frequentiam, unde merito quasi proprio nomine appellatur[g] terra circa Scaldum sita, municipia vero ipsi civitati vel Scaldo contigua[s] nominatim[t] ponuntur, videlicet[g] Gandavus, Curtracus et abbatia Sancti Martini[u].

c. 50. 4. Extat et alia cronographia de hac infestatione Normannica — — viriliter decertando.

5. Unde satis mirantur Tornacenses, quod nullis scriptorum monimentis declarentur casus et eventus, quos tunc pertulerunt. Sed hac de causa puto factum esse. In ipsa sua translatione atque exterminatione, qua Noviomum translati sunt, ut post ostendemus, malis, erumnis atque calamitatibus oppressi, quippe qui locum et gentem perdebant, manum ad scribendum minime appulerunt[v], aut, si ab aliquibus scripto mandata sunt, forte illi non

a) prefuer, *littera* t *post superscr.* 1. b) x *post superscr.* 1. c) 3 *litterae erasae* 1. d) *e corr.* 1. e) cumv. 1. f) s. T. *e corr.* 1. g) *deest* 2. h) *post add.* 1. i) Nom. T. — recurrere *in inferiore margine add.* 1; *leguntur etiam* 2. 3. i*) hic 1. k) consanguinitatis 2. l) Turnorum *corr.* Turonorum 1. m) manentes 1. 2. n) delatam 1. o) *cod.* 4 *haec f.* 143. *habet ita inscripta:* Ultima narratio desolationis urbis Tornacensis a Normannis. p) *deest* 2. q) melior *e corr.* 1. r) congruencior *e corr.* 1. s) congrua 1. 2. 4. t) n. p. *bis scr. sed alt. del.* 1. u) Amandi 3. v) apul. 1.

1) II, c. 32; ubi etiam Tornacum pro Turonis legitur. 2) II, c. 2. 3) sc. Eligius.

redierunt ad propria, sed in ipsa sua translatione vita decesserunt; sicque scripta eorum in exterorum dominium devenerunt et per incuriam deperierunt, ita ut usque in hodiernum diem minime visa referantur. Cives vero quam plurimarum urbium[a] causa evadendi hanc persecutionem ad vicinas civitates cum suis omnibus se[b] contulerunt, quas ab illa devastatione[c] minime occupaturas esse arbitrabantur. Ecclesiarum quoque rectores se et sancta pignora, que habebant et queque ecclesiis in posterum profutura sperabant, asportaverunt, sicuti sunt cyrographa possessionum, bibliotece et cetera ornamenta ecclesiarum. Sciebant enim, Dominum precepisse[c*]: *Cum vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in* Matth. 5, 11. *aliam;* idque ipsum opere implevisse cernebant, qui sciens sibi mortem ab Herode iam iamque imminere[d], fugit in Egyptum. Quo opere atque[e] precepto commoniti[f], presul Tornacensis Heidilo cum clero et plebe universa ad Noviomum civitatem se contulerunt, sanctuaria ecclesie et ecclesiastica queque secum asportantes, ibi reposuerunt, nullam aliam urbem utiliorem, nullos alios cives sibi fore clementiores estimantes, quippe qui uno presule imbuebantur, una crismatis gratia insigniebantur[g] ex magna tunc temporis antiquitate. Celebre autem habemus, per 30 annos illic eos mansisse. Quo tempore qualiter se habuerint, ex subiectis docemur. De quibusdam enim notificatum est, quod paucis evolutis diebus, cum[h] probis[i] moribus essent et in arte negociandi non parum vigerent[k], unde[l] merito gratiam principum[m] terre acquisierunt, factumque est, ut uxores ibi ducerent, predia et possessiones cum eis accipientes, potius augere mallent quam minuere. Sicque terre nativitatis sue, scilicet Tornaci, obliti, solum terram[h] incolatus et peregrinationis sibi habitabilem et proficuam fecerunt. In qua bonis repleti, possessionibus amplificati substantiisque ditati remanserunt. Ibi enim usque in presens tempus posteritas eorum recognoscitur ab illorum progeniis qui remeaverunt[n], sibique invicem congaudentes, cognatos se esse mutuo fatentur.

6. Tunc monachi Beati Martini eiusdem civitatis dispersi, unusquisque per loca oportuna, in quibus se com- Her. c. 51. modius acturos[o] vel amplius profuturos sperabant, et locum proprium civesque, quorum tutamine dudum protecti fuerant, auxilio roborati, beneficio amplificati, relinquentes, pars quedam eorum, quibus devocio maior in Deum et mens sanior inerat, ad abbatiam, que erat in episcopatu Parisiensi sita[p] in oppido Ferrarias nominatum[q], diverterunt — — integra observatione recompensarent[r].

7. Quo tempore credimus factum fuisse, ut dentem beati Martini cum scriptis supra declaratis et quibusdam uten- c. 52. silibus huius ecclesie usurparent[s] canonici ecclesie beate Marie. Quedam vero, que deferre[t] non potuerunt, sub terra circa ambitum ecclesie absconderunt, sicut usque in presentem diem dicitur. Unde et ille tesaurus, qui ad capud capelle sancte Marie ostensus est in somnis cuidam clerico nomine Bernardo, filio Vitalis, de quo in secunda restauratione dicemus, quem multi nostrum noverunt, de hac ecclesia creditur fuisse. Vidit enim assistere — — ideoque, si aliquid veritatis in eo contineatur, ignoramus.

8. In ecclesia beate Marie in urbe Tornacensi constructa quedam nola nimium clare sonans cum ceteris campanis diu permansit, quam in hoc territorio inventam fuisse, plures ex nostris testificantur. Sed de nostris dixisse sufficiat; nunc de contribulibus referamus.

9. In prefata persecutione beatus Piatus Sicliniensis[u] asportatus est Carnotum — — presentia se non esse c. 53. destitutam.

10. Nostris enim temporibus in eadem miraculum a beato martyre patratum cognovimus, in quo presentiam suam patefecit et omnibus se vocare volentibus fiduciam exibuit. Quod nobis retulit domnus Walterus abbas Sancti Martini Tornacensis, quo presente res gesta est, nosque posteris transmittimus. Dicebat enim, quod, cum esset primeve etatis[v][1], in populo seviebat pestilentia illa que vulgo dicitur ignis, adeo ut — — sanitati redonantur. Hiis de presentia cor- c. 54. poris beati Piatonis dictis, ad loca desolata redeamus.

11. Eodem tempore sanctus Amandus Helnonensis cum quibusdam supellectilibus a monachis delatus est Parisius in ecclesia beati Germani, ubi tempore persecutionis requieverunt. Sed demum pace ecclesiis reddita, ipsi nichilominus propria repedaverunt ad loca. Pro expensis vero a se inibi necessario consumptis talionem reliquerunt, crucem scilicet preciosam et volumina preclara, que hodieque[w] demonstrantur, notamina habentes prefixa: libri[x] Sancti Amandi Helnonensis. Tunc quoque corpus sancti Vedasti Atrebatensis Belvagus asportatur, et sanctus Amatus Duziacensis[y] Suessionis defertur.

a) uerbium *corr.* urbium 1. b) *deest* 1; *post* civitates *superscr.* 2. c) occupatione 2. c*) Mathei X *add.* 4. d) ere *e corr.* 1. e) at *e corr.* 1. f) *deest* 2. g) insigniebatur 1. 2. 3; insignebantur 4. h) *deest* 1. 2. i) probis *e corr.* 1, *et ita* 2. k) vigetur *corr.* vigerent 1. l) *ita* 1. 2. 4; non immerito 3. m) principium *corr.* principum 1. n) *alterum* e *e corr.* 1. o) auct. *corr.* act. 1. p) sitam 1. q) *ita* 1. 4. *et cod. Herim.* r) recompensaretur 1. s) usurparetur *corr.* usurparent 1. t) de *e corr.* 1. u) de Siclinio *e corr.* 1. v) et. in po. *e corr.* 1. w) que *post del.* 1. x) libris *post corr.* 1. y) Duacensis *ed.* (3); Dunacensis 4.

1) De hoc loco cf. quae dixi 'Forsch.' l. l. p. 445.

Quia vero ordinem desolationis civitatis Tornacensis digessimus, quomodo muris et[a] edificiis restaurari et[b] rehabitari denuo a populis ceperit cessante eadem persecutione, subiciamus.

EXPLICIT DESOLATIO URBIS.

[LIBER VII.]
INCIPIT RESTAURATIO.

1. Cum autem huic desolationi Deo finem imponere placuisset et[c] dispersos in terram suam revocare voluisset, Tornacenses scilicet in proprium solum, continuo nonnulli ex civibus unanimiter adunati Noviomum[d] reliquerunt[e] atque Tornacum remeaverunt. Inter quos dicuntur fuisse quatuor ceteris prestantiores atque ditiores, qui urbem Tornacensem sibi equis partibus dividentes, inferiores quosque tributarios aut vernulas suos constituerunt. Ut autem fama ad nos volitante perlatum est, unus ex ipsis vocatus est Algerus cognomento Mulfus, ideo quod pre nimia senectute sanies ab auribus eius efflueret[f] pilique super easdem tam grandes crevissent, ut eos simul retrorsum ligare potuisset. Qui secedens circa Sanctum Piatum, partes illas sibi usurpavit. Secundus autem circa Sanctum[g] Petrum divisionem suam obtinuisse dicitur. Tertius circa naulum[h] ad forum civitatis determinationem suam possedit. Quartus ad salinas et[i] iuxta castellum partem suam vendicavit. Horum trium nomina a memoria exciderunt. De singulis vero usque in presens tempus, qui est annus dominice incarnationis 1146[1], posteritates et familie ferebantur esse, a quibus predicte partes civitatis iterum divise in plurimorum dominium devenerunt. Cum hiis quatuor quidam etiam strenuissimus princeps repatriavit; cuius genealogia hodieque manet apud Rumam[k], ingenuos homines habens; qui sibi totius regionis usurpans dominium, utpote quia nemo erat qui posset resistere, predia et possessiones finitimas iuri suo mancipavit universosque comprovinciales sibi favorabiliter subiugavit. Cuius patrocinio et auxilio aliquantulum roborati, ruinas civitatis paulisper relevare ceperunt. Verumptamen antiquis edificiis illam minime equiperare potuerunt, quoniam illa a regibus Romanis thesauros et sumptus copiosos possidentibus fundata erant; isti vero prorsus nichil habentes, quippe qui hereditariis possessionibus exheredati erant, non solum illam ampliare, sed nec ad pristinum statum potuerunt redintegrare[l].

2. Tunc quoque aliqui ex clero ecclesie beate Marie, in arcem eiusdem civitatis atque sedis episcopalis site, ad propria remeaverunt, supellectilem suam, quam sibi in peregrinatione sociam fecerant, referentes, de qua a Noviomensibus plura ablata et dissipata fuisse, usque in hodiernum diem conqueruntur. Qui cum redissent et dissipata cuncta repperissent, non requisierunt viriliter possessiones suas, neque restaurantes ruinas earum relevaverunt. Fuerunt enim contemptibiles persone, genere ignobiles, virtute impotentes, et non potuerunt resistere bona sua diripientibus. Predictis vero quatuor potentibus et incolis qui simul redierunt illas invadere permiserunt, aliquod lucrum vel commodum inde accipientes, unde presentem penuriam[m] relevarent. Quidam vero beneficia hereditarie ad redditum dederunt, sicuti sunt molendina Walteri Blondi, pro quibus singulis annis 30 solidi eis persolvuntur. Nonnullas[n] quoque terras arabiles citra Tornacum rustici de eis tenent, quarum terragia et redditus per singulas prebendas distributi sunt. Nec isto modo exheredidari ecclesiam doluerunt, sed sibimet ipsis dumtaxat providentes, omnem terram supra nominatam inter Ries et Mairam iacentem, molendina quoque Scaldi disperdiderunt, ita ut de hiis omnibus, que quondam ex integro sua fuerunt, modo nonnisi parvissimos census habeat.

3. Sed civium repatriationem[o] prosequentes, a[p] calamitatibus nostrorum longius digressimus. Redeamus ergo ad ipsos. Expleto prolixo itinere civium, et quid egerint cessante persecutione, referamus. Iusto Dei iudicio desolationem civitatis et loci accidisse, intellexerunt; quapropter cum filiis Dei potius se macerari temporaliter flagello paterne correctionis eligentes, quam suppliciis deputari eternis iudicio districte examinationis, illud

a) et ed. *bis scr., sed alt. del.* 1. b) reh. et d. 1; rest. rehabitanque d. 4. c) et — voluisset *des.* 2. d) Nov. *post* reliq. *in marg. suppl.* 1. e) *corr.* relinquunt 2. f) affl. 1. g) *e corr.* 1. h) maulum 1. 3. i) *post del.* 1. k) Tuitiam 4. l) deducere 4, *ubi reliqua desunt.* m) ruinam penuriam *corr.* penuria 1; ruinam *add. etiam* 2. n) s *post add.* 1. o) repatriatiacionem 1. p) a cala *e corr.* 1.

1) Hic annus encyclicam loci istius fontem indicare videtur; cf. 'Forsch.' l. l. p. 441 sq.

oraculum [propheticum[a]] per Amos promulgatum in consolatione sua quasi sibi dictum reputaverunt: *Tantummodo vos cognovi*, dicit Dominus, *ex omnibus nationibus terre. Idcirco* Am. 3, 2. *visitavi super vos omnes iniquitates vestras;* et per Iohannem in Apocalipsi: *Ego quos amo* Apoc. 3, 19. *arguo et castigo.* Quibus exortationibus animati, eo se filios Dei esse senserunt, quo illos per persecutionis[b] flagella castigabat. Nisi enim correptis hereditatem dare disponeret, erudire eos per molestias non curaret. Unde[c] cum apostolo non hic manentem civitatem Hebr 13, 14. se habere cognoscentes, futuram[d] vero omni concupiscentia spirituali inquirentes fundamenta habentem, cuius artificem et conditorem Deum sciebant, magis elegerunt affligi cum populo Dei in aliorum domatibus habitando, ut essent heredes repromissionis celestis, quam transitorie et temporalis hereditatis iocunditate perfrui. Aspiciebant enim in remunerationem. Quarum promissionum spe roborati, cum essent dispersi per amplissima mundi spacia, bonis[e] Her. c. 51. quoque que ubique reppererunt iocundati et consuetudine locorum quam invenerunt contenti, ut multorum verba testantur, loca sua prius desiderabilia, nunc in planitiem[f] deducta, ulterius repetere neglexerunt, neque laborem ipsas ruinas relevandi assumere voluerunt, sed illis in locis quo confugerunt presentem vitam terminaverunt, possessiones suas hereditarias pro beneficiis acceptis eisdem locis perpetua donatione tradentes. Nonnulla vero pro penuria et incommoditate necessitatum suarum vendiderunt[g] accepto precio; quedam vero tutore[h] et defensore carentes in dominium laicarum potestatum transierunt, sicuti est villa Supas superius memorata, quam nunc tenent milites. Illa quoque que circa regionem Tornacensem habuerunt invaserunt potentes huius regionis. De qua possessione et episcopus Fulcerus eiusdem civitatis Tornacensis longo post tempore existens, id est anno 71, terras de circuitu ecclesie et super quas nunc restaurata est ecclesia, quas sine defensione[i] repperit, absque alicuius contradictione[k] usurpavit militibusque Noviomensibus, ut supra ostendimus[1], distribuit.

4. Hiis itaque digestis secundum quod a patribus nostris accepimus, si cui[l] incredibilia videntur, recolat incommoditates[m], quas propter possessiones detinendas hodie plerumque patimur[2], et facile fidem hiis que diximus adhibere poterit. Cum enim nostris uti licite volumus, insurgunt calumpniatores, distractores, raptores, qui nostra diripere et iuri suo mancipare contendunt. Quibus resistere per nos nequaquam valemus; sed iudices secularium potestatum expetere, ab ipsis iusticiam querere[l] oportet[n]. Quos cum querimus, donativa etiam non minima tribuentes pro iusticia obtinenda, pro tuitione et defensione[o] nostrorum, aut vix aut nullo modo optinemus; sed quibusdam verbis suasoriis nos delinientes, ipsos nostros molestatores plerumque contra nos et ius nostrum videntur tueri. Quorum ignaviam sentientes, nec aliud facere valentes, per desidiam sepe negligimus, ne iteratis querelis eos ulterius repetere velimus. Sicque[p] nonnullis possessionibus ecclesias privatas fuisse cognovimus nostris temporibus in tranquilla etiam pace temporum. Quod in prefata persecutione multo magis accidisse, credendum est. Unde[3] factum est, ut locus quondam amenus, monachorum ibi[q] sub regula et abbate servientium catervis populosus, possessionibus amplificatus, nomine dilatatus, sanitate et religione famosissimus, anno dominice incarnationis, ut premisimus[4], 881[r], sicut per successionis seriem fama usque ad nos manavit, a Normannis modo miserabili pessumdatus sit cum tota civitate Tornacensi, que una de nobilissimis Gallie Belgice[s] civitatibus[t] dinoscitur esse, ac inhabitabilis effectus per tempora ducentorum et undecim annorum, id est usque ad annum dominicum 1092, quo restaurationis sue sumpsit exordium. Cuius restaurationis series a quodam monacho[u] eiusdem cenobii nomine Herimanno clare et luculenter monumentis litterarum tradita apud nos habetur. Qui in principio restaurationis ad conversionem veniens, cum patre et matre tribusque germanis locum istum de paternis possessionibus copiose ditaverunt, ut in sequentibus lector inveniet. Ipse etiam tercius locum regiminis tenuit, et usque ad senilem suam etatem et restaurationis annum 60.[v] vivens, cuncta que suis temporibus in eodem cenobio acciderunt memorie digna claro stilo digessit. In quo opere nonnulla gesta comitum Flandrensium tunc temporis terram tenentium inseruit. Que nos propter nimiam verborum copiam dimittentes, de eius facunda narratione illa tantum excerpsimus que ad

a) *deest* 1. 2. b) is *e corr.* 1. c) Unde — perfrui *des.* 3. d) am *e corr.* 1. e) bonus *corr.* bonis 1. f) planitie 1. g) a. pr. v. 1. h) tore et defensore carentes *e corr.* 1. i) defensore *e corr.* 1. k) contraditione 1. l) *e corr.* 1. m) incolumitates 2; calamitates *e corr.* 1. n) opportet 1. o) defentione nostrarum 1. p) Sicque — credendum est *des.* 3. q) sibi 1; *deest* 3. r) 882. *e corr. rec. m.* 1. s) Beligice *corr.* Belgice 1. t) civitatis 1. u) monaco 1. v) *ita* 1, *superscr.* 2.

1) III, c. 8. 2) Haec ex animo canonicorum S. Mariae, neque a compilatore scripta esse, patet. 3) Haec et fortasse etiam verba quae praecedunt: *Quod — credendum est* compilatori sunt tribuenda. 4) VI, c. 2. 5) Ita pro 50, ut Herimannus in prologo dicit, scriptum esse videtur; cf. quae dixi 'Forsch.' l. l. p. 434; praef. p. 269, n. 1.

restaurationem videbantur pertinere et huic operi inseruimus, ut quibus illud opus onerosum est[a] propter sui enormitatem istud fiat gratum compendiose digestum.

EXPLICIT[b] ULTIMA RESTAURATIO URBIS.

[LIBER VIII.]

INCIPIT PROLOGUS IN RESTAURATIONE CENOBII SANCTI MARTINI.

Her. prol. Dilectissimis dominis patribus, fratribus et filiis universis Beati Martini Tornacensis cenobii monachis frater Herimannus, ultimus eorum servulus, super flumina Babylonis superne Sion iugiter recordari. Pro dilectione, quam mihi ab infantia mea exhibuistis, Deo et omnibus vobis gratias refero, utque vobis ipse Dominus retribuat, eius misericordiam exoro. Quia vero nonnulli vestrum multotiens a me petierunt, ut modum constructionis sive restaurationis ecclesie nostre litteris mandando tam futuris quam presentibus notificarem, ecce petitioni eorum libenter satisfacere volo, sciens, priorum notitiam plerumque posteris profuisse eorumque ignorantiam sepenumero non parvum detrimentum intulisse. Nostis autem, ex quo adolescentulus fui me idem facere voluisse et etiam tabulis aliqua impressisse, sed, dum considerarem primos ecclesie nostre inceptores adhuc vivere, adulationis notam timuisse, si eorum actus viventibus ipsis viderer scribere, sicque ea que inceperam delevisse. Nunc vero, quia iam duobus primis defunctis ego tertius abbas successi, ac de prioribus monachis aut nullum aut paucos superstites video, simul etiam iam quinquagesimum annum restaurationis nostre transiisse non ignoro, ecce securior petitioni vestre possum acquiescere. Si enim ulterius differam, tempore pretereunte multa possunt paulatim oblivioni tradi, que necesse fuisset describi. Sed hec premisisse iam sufficiat, nunc subiungatur relatio verissima.

EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIT RELATIO.

c 1. Francorum regni sceptrum gerente Philippo, filio Henrici, filii Roberti — — Wargoing emimus[1].

[LIBER IX.]

ALIA NARRATIO CIVITATIS TORNACENSIS ET CLAUSTRI BEATI MARTINI.

Tornacum[2] Gallie Belgice civitatem antiquissimam esse — — Letardus, vir fortis, cum duobus sociis.

Huic venerabili abbati post 14 annos ad episcopatum promoto dominus Segardus prior, vir magne religionis, succedit. Accidit in una dierum, ut quidam monachus habitans in possessione monasterii supra Scaldum ingrederetur fluvium sua levaturus gurgutia. Qui dum cerneret hospitem comesturum cum eo curtem intrasse, non parum contristatus, nassam, quam bene plenam piscibus extraxerat, statim in aquam reiecit. Veniens autem domum, salutavit eum, dicens: 'Bene veneris, domine monache; vere, si aliquem piscem capere potuissem, libenter tibi attulissem'. At ille his verbis credulus, resalutavit eum. Quo post esum panis et casei discedente, ille hospitalitatis ignarus, ubi pisces absconditos reliquerat regressus, nullum prorsus repperit. Quod cum esset abbati nuntiatum, cepit illum monachum pro hoc facto vehementer arguere[c].

EXPLICIT.

APPENDIX.

I.

LIBER DE ANTIQUITATE URBIS TORNACENSIS EX REVELATIONE HEINRICI.

II, p. 62 INCIPIT LIBER DE ANTIQUITATE URBIS TORNACENSIS[d].

Anno ab eversione Troiani imperii quadringentesimo sexto, apud Iudeam regnante Ioatam, filio Oziae regis, Ilia[e], filia Numitoris, geminos fratres, Remum scilicet atque Romulum, a quibus Roma edificata est, edidisse dicitur[3]. Post cuius conditionem in parvo processu temporis, id est tertio anno,

a) et *add., sed del.* 1. b) Expliciunt cronice Tornacensium usque ad ultimam restaurationem civitatis eiusdem post Normannicam devastacionem 1, *qui ita desinit.* c) *in cod.* 3 *additur:* Sequitur continuatio chronicae Tornacensium episcoporum *etc.* d) *manu rec. add. c.:* auctore Henrico Tornacensi canonico. e) Silia, *ut videtur, corr.* Ilia *c.*

1) Haec ex Herimanni libro exscripta omisimus, paucis quae compilator adiecit supra illi subiectis. 2) Ex historia altera de antiquitate urbis Tornacensis. 3) Hieronymum sequi videtur.

Remus interfectus occubuit. Post obitum quoque Romuli, cuius regnum triginta et octo fere annis perseveravit, Numa principatum obtinuit, qui Capitolium Romae fabricavit[1]. Post cuius mortem duorumque regum, id est Tullii Hostilii, qui fasces primus invenisse dicitur, obitumque Anci Marci, qui addito monte Romam maioravit et supra mare[2] civitatem nomine Hostiam edificavit, regnante Tarquinio a constitutione Urbis centesimo quadragesimo tertio, decimo quoque regni ipsius anno Tornacus, illis temporibus civitas regia, a Romanis regnante Tarquinio edificata est alteraque Roma vocata. Eadem tempestate Nabuchodonosor regnante Hierusalem civitas sancta ab ipso destructa est, templumque incensum, et in ipsa eversione viri sancti, id est Danihel, Ananias, Misahel et Azarias captivi Babilonem ducti sunt[3]. Eo tempore, ut prelibavimus, minor Roma fabricata est á Romanis. Quae[4] tanta amenitate locorum florebat, ut pene reges Romani capitalem derelinquerent sedem imperiumque suum huc ad nos inde transferrent. Prata enim erant circumquaque virentia, loca ubique amena, rivuli aquarum delectabiles, campi quoque uberrime germinantes. Muri validi, portae fortiores, palatia civitatis precelsa turresque super portas constitutae firmiores. Civitas plena divitiis, omnibus bonis referta, plena populis, plurimarum iam facta prepotens civitatum. Quid per singula currerem? Iam enim dignitate civium et altitudine murorum atque potentia, quam super vicinas civitates vel oppida exercebat, altera Roma nuncupari poterat. In illis diebus captivatus est rex Ioachin et Hiezechiel propheta[3], ipse etiam Tarquinius rex Romanorum interemptus occubuit. Itaque Servio regnante tributa vicinorum oppidorum aut civitatum, quas Romani suae subdiderant potestati, Romae transmissa sunt. Iste étenim Servius, cum videret Romam vicinis civitatibus precelsiorem, decrevit per singulos annos tributa Romae transferri[5]. Qui etiam hanc minorem Romam, quoniam á suis finibus longe remota erat, super centum viginti quinque civitates vel oppida sublimavit, decernens, ut predictae civitates minori Romae census et tributa transferrent, illisque collectis, minor Roma maiori Romae sua cum illis transmitteret. Quod secundum iussionem regis Servii et decreta Romanorum diebus multis factum est. Senatores vero huius minoris Romae invalescentes, vicesimo quarto imperii Servii regis anno tributa transferri distulerunt et se super finitima loca magnificos habuerunt, et qui prepotentiam[a] civitatum obtinebant, iam Romani imperii principatum evertere moliuntur[b]. Indignati ergo Romani, decreverunt, aut tributa mitti aut civitatem superbam funditus everti. Cives vero nostri elati ac supra modum turgidi recusabant mittere quod debebant, et quod maius est, iam se Romanae discretioni preferebant. Placuitque Romanis, omnes equestris ordinis ad bella parari. Quod postquam statutum est, arma extimplo reparantur, loricae cum scutis aliisque ad bellum necessariis renovantur. Tertio itaque egressionis eorum die ad minorem Romam dictum est cum magno exercitu regem accelerare Servium. Rebelles itaque viri non formidantes exercitum regis Servii ac Romanorum, commilitones suos ad defensionem civitatis[c] instruxerunt. Muri fossa undique vallantur, arma adversus Romanum imperium in presidium urbis fabricantur. Ubi vero ad urbem ventum est, quarto ab urbe miliario Romani mansionem acceperunt. Hi vero circumvallati innumerabili hostium multitudine, non formidolosi, sed fortes in prelio, viriliter decertabant. Aliquando enim intrinsecus habitantes extra positi vulnerabant, sepius vero hostes dimicantes intra positi obtruncabant. Haec quidem conflictio bellorum multo tempore circa vallum habebatur. Postquam autem ad muros, destructo a parte australi vallo, ventum est, timor civibus clausis incutitur, et tamen infra urbem cornu, tuba et caeteris instrumentis clangitur. Hostiles igitur cunei signum dantes exercitui, scalas moenibus apponunt facesque igneas intus a foris proiciunt. Cives autem in altitudine turrium, in fortitudine murorum confidentes, congeriem telorum in hostes mittebant, non pro suarum ereptione divitiarum, sed pro libertate civitatis, et potius pro vita uxorum et filiorum suorum. Videntes quoque bellantes cuneos prevalere, se suosque Romano imperio dedere in[d] captivitatem statuerunt, ita tamen, ut tributa centum vigenti quinque civitatum secundum consuetudinem colligerent et collecta per singulos annos Romae transmitterent. Tantus enim populus ibidem inerat, ut annonam quam de finitimis civitatibus et oppidis intromiserant pene consumpsissent. Tunc Romani, audita huiuscemodi legatione, indignati sunt. Et die illucescente armiger regis sub voce preconaria clamabat, dicens: 'Non ita fiet; sed dabitis manum pro manu, pedem pro pede, oculum pro oculo, caput pro capite. Et maius horum videbitis. Destruetur enim civitas, captivabimini[e] vos, uxores vestrae et uxores filiorum vestrorum, filii vestri et filii filiorum vestrorum, et servi Romanorum eritis, qui nunc eratis liberi'. Ex illo igitur die et amplius venalia introducebantur. Tunc cives obsessi, ut compertum est venalia intromissa esse, iterum sano animo effecti, muros acriter tuebantur hostesque ab urbe viriliter coercebant. Interea Romani decem cuneos instruxerunt, deinde direxerunt acies ad aggerem occupandum. Cives autem adversus Romanos diluculo processerunt ad prelium pugnamque inter se de mane usque ad vesperam commiserunt. Nonnullis autem utrimque interfectis, caeteri in castra fugerunt. Milites deinde Romani videntes, civibus aquam non deesse triticoque

a) re *e corr. c.* b) 2 *vel* 3 *litterae ante* mol. *erasae c.* c) civi *e corr. c.* d) st. in c. *corr.* in c. st. *c.* e) captivabimini *e corr. c.*

1) Cf. Hieronymi Chron. 2) Ita Hieronymus. 3) Cf. ibidem. 4) Similiter Guibertus in Vita Eleutherii l. l. (cod. Torn.): *Recensentes diligentius chosmographias et cronica temporum, gencium hystorias et annales, Tornacum Gallie Belgice legimus antiquissimam et novissimam (notissimam* ed.*) civitatem, que potentia, nobilitate, gloria super alias sibi finitimas singularem vendicat dignitatem. Que mari contermina, dulcibus aquis irrigua, frugibus copiosa, diviciis et deliciis est referta. Cuius ager diffusus in silvis, pictus in pratis, peculiosus est in pastoribus et in pascuis pecorosus. Cuius fluvius Scalda dictus ipsam alluens et confluens, Galliam dividit et Germaniam, potestatem imperialem videlicet et regalem.* 5) Haec ex Hieronymi verbis: *census Romanorum civium primus instituit* fecisse videtur.

horrea redundare civesque paratos magis mori honeste quam vivere inhoneste, suosque adversus munitionem urbis nil prevalere, quid facerent elegerunt. Placuitque pax utrique exercitui.

2. Tunc decretum exiit a Romanis, ne ulterius Roma, sed Hostilis vocaretur. Et ex illa die tributa uius civitatis Romae transmissa sunt. Anno igitur tricesimo quarto pace restituta, rex Servius interfectus occubuit[1]. Post cuius sepulturam, ut consuetudo erat, Romani Tarquinium sibi in regem elegerunt. Quo mortuo, consules, tribuni et dictatores Romae facti sunt usque infra quadringentos sexaginta quatuor annos[2]. Cum enim Romani consules eligebant, similiter et isti apud nos per singulos annos faciebant. Si sex apud Romam, quinque apud nos: Si decem Romae, nobis novem. Numerus enim Romanorum semel augebatur, noster vero uno postposito secundum consuetudinem minuebatur.

3. Regnante autem Artaxerse, qui regnum Aegypti destruxerat, constitutis consulibus Romanis, Hostilis civitas magna turpiter destructa est. Qualiter autem id acciderit, quisve populus fuerit, nemo mihi vel contemporalibus nostris notificavit. Hostiles igitur turpiter devicti, alii in loca deserta fugerunt, alii interfecti, alii semineces in via relicti, villas et oppida occupaverunt, pauci autem in destructa urbe remanserunt. Et quemadmodum luteam hirundo conglutinat casululam, ita et isti quasi nidificantes palatia destructa reedificabant.

4. Eodem tempore, tribunis recenter Romae factis, Eleazaro[a, 3] principatum Iudeorum obtinente, vicesimo sexto Tholomei regis anno Hostilis civitas reedificata est a quibusdam populis similiter exulibus et victis et Nervius vocata est. Muri iterum fortes restaurantur, turres et portae atque palatia ab ipsis singillatim renovantur. A quatuor sane civitatis partibus quatuor portae cum totidem turribus sunt stabilitae. Quaedam respiciebat orientem, secunda australem plagam, tertia aquilonem, quarta vero occidentem. Prima dicebatur Nervia, secunda Suscipiens-sacrificia, tertia Damnatitia, quarta vero Viatica. Per Nerviam hostes a menibus arcebantur[b], per Suscipientem-sacrificia aruspices post libamina demoniis oblata introibant, per Damnatitiam rei capitalem excipiebant sententiam, per Viaticam autem venalia introducentes exibant. Igitur Nervius civitas magna edificata est, siluitque in pace multis diebus. A morte autem Tarquinii regis Romanorum anno quadringentesimo sexagesimo sexto Nervius civitas magna hoc modo destructa est.

5. Cum Romae per singulos annos consules, tribuni et dictatores obtinerent imperium, similiter tres viri, id est Marchus Crassus, Pompeius Magnus et Iulius Cesar consules facti sunt. Quorum unus, id est Crassus, apud Spartos[c] auro in os eius infuso suffocatus interiit[4]. Ea quoque tempestate Pompeius Magnus Hierosolimam veniens, urbem armis cepit[5]. Interea Iulius Cesar Galliam vastavit, nonnullas quoque civitates et oppida armis cepit et Britannorum gentem, que numquam Romanum formidavit imperium, Romae tributariam fecit. Cum vero Nerviam civitatem appropinquans in magna fortitudine adventasset, eam ex improviso quemadmodum et alias urbes arbitratus est capere. Sed audiens eam caeteris urbibus quas cęperat fortiorem, convocatis multis milibus quos habebat, ait: 'Compertum habeo, milites Romani, hanc esse civitatem quae Nervius ab antecessore nostro Servio vocata est. Videtis muros testudine coronatos, considerate cives non formidantes, sed fortes in prelio. Placeat itaque Romano exercitui destrorsum secedere et civitatem undique bellantium cuneis coronare'. Placuit itaque verbum regis in conspectu obtimatum suorum, et secedentes quasi octavo miliario, quecumque poterant usque ad vallum murorum urbis vastabant. Cum autem, ut dictum est, octavo ab urbe miliario tentoria sua fixissent, exploratores miserunt, qui scirent, qualiter cives urbis se ad bella prepararent. Et factum est, dum irent, custodes urbis eos invenerunt illosque capitalem subire sententiam miserabiliter fecerunt. Quorum interfectionem[d] Cesar audiens, rem publicam et idola sua testatus est, aut urbem funditus everti aut se eadem capitali sententia debere puniri. Ab illo ergo die villas et oppida vastavit omnesque quotquot captivos ceperat laqueo suspendit. Post aliquot quoque dies urbem aggressus est exercitumque suum per centenum numerum disposuit[6]. Ipse portam Viaticam, Cato Damnatitiam, Marchus Tullius consul Sacrificia-

a) *e corr. c.* b) ur *signum erasum c.* c) Spartos *corr.* Partos *c.* d) *vocabulum erasum c.*

1) Cf. Hieron. 2) Ita ibidem. 3) Iacobus de Guisia II, 65, p. 248. etiam locum affert: *Ex Historia Henrici canonici Tornacensis. Tempore quo Eleazerus principatum sacerdotii in Iudaea tenebat, Ptolomaeus, filius Lagi, regnum Aegypti gubernans, post captivitatem Babylonicam exules et fugitivi et qui in silvis latuerant Hostilem civitatem reaedificare coeperunt. Qui muros firmos, turres et portas stabiles propugnaculaque fabricantes, in eadem palatia et aedificia mirae pulchritudinis fundaverunt. Quatuor portas inter aedificia statuerunt: unam a parte orientis, quam Serviae portam vocaverunt, eo quod ab illa regione aut loco rex Servius, civitates alias obsidens, eamque subiecerat, vel quia per eam ad civitatem dicti regis Servii directus habebatur aggressus. Secundam a parte occidentis, quam Vectuariam nuncupaverunt, eo quod vecturae et mercimoniae sub eadem pertransibant; tertiam a parte septentrionis, quam Damnativam dicebant, eo quod per eam damnati ducebantur; quartam versus austrum et illam Sacrificiorum appellaverunt, eo quod ad sacrificandum per eandem populi pertransibant. Tandem eam sic aedificantes, Hostili nomine sublato, Nerviam eam vocaverunt, ex eo quod fortis et tenax velut nervus alias contra Romanos extiterat; quae postmodum usque ad tempora Iulii Cesaris intacta permansit.* 4) Ita Iordanis De regn. succ. ex Floro. 5) Ita Hieron. 6) Iac. de Guisia IV, 53, T. III, p. 360: 'Ex communi historia Tornacensi et ex chronica Henrici canonici exclesiae beatae Mariae Tornacensis', aliis praemissis, ita: *Tunc Caesar consilio procerum suorum civitatem obsedit, quatuor acies statuens ante quatuor principaliores portas urbis, et primo a parte orientis ante portam quae dicebatur porta Serviae a rege Servio dicta, quae respiciebat civitatem quam rex Servius fundaverat illuc, collocavit primam aciem et huius ducem instituit Antonium, qui fundavit castrum nomine proprio appellatum Anthoing, quod usque ad tempora nostra denominatione eadem denominatur; secundam vero a parte septentrionis a*

suscipientem, Antonius autem prefectus senator obsedit Nerviam. Multoque tempore Romani adversus Nervios dimicantes, nil prevalebant. Illi enim in altitudine turrium, in fortitudine murorum, in fertilitate tritici, in abundantia aquarum confidentes, non formidabant exercitum regis et Romanorum. Nonnulli tamen quibus sanior mens inerat dicebant: 'Numquid non iste est Iulius qui et Gallos armis cępit et feroces Britannos Romae tributarios instituit? Faciamus et ipsi nobis regem, ne nomen nostrum vilescat'. Et inito consilio obtimatum suorum, constituerunt sibi regem nomine Turnum sub specie Turni qui adversus Aeneam dimicavit; Cesaremque Aeneam vocaverunt ad similitudinem Aeneae qui Troia devicta Italiam venit. Turnus igitur rex, nobilis genere, nobilior autem morum honestate, viriliter animos civium suorum ad preliandum commonebat. Et elegit de numero militum quadringentos, qui per centenum numerum singillatim custodirent portas civitatis. Preterea elegit fere viginti milia pedestris ordinis, quorum quinque milia per singulos dies ad bellum procederent et hostes a moenibus acriter tuerentur. Lex autem huiuscemodi data erat, et clamatum est: 'Quicumque precedet armigerum Turni regis, ut etiam ipsum regem Cesarem possit interficere, capite puniatur'. Et iterum clamatum est: 'Rex Turnus in aeternum vivat'! Et decies dictum est.

6. Igitur a finitimis civitatibus et oppidis equitum et peditum multis milibus coadunatis, quinque milia equitum armatorum et multitudo peditum galeatorum iuxta edictum regis Turni ab urbe egressi sunt. Isti quidem miseri, illi vero infelices, non in Conditore mundi, sed in virtute sua idolorumque suorum[a] presidio confidentes. Ubi autem Cesari compertum est, Nervios ad preliandum paratos, planitiem campi derelinquens, secus oppidum quod vocabatur Montes aciem direxit, duobus tantum milibus assumptis, insidias venientibus Nerviis tetendit. Interea Nervii iuxta decretum regis Turni prelium commiserunt. Cesare vero fugiente Nerviisque insequentibus, insidiantes ex abrupto montis visi sunt. Deinde Cesar cum exercitu in magna fortitudine secedens, super Sabim[1] fluviolum tentoria[b] castrorum collocavit. Et fossa undique vallatus, secus locum iterum insidias preparavit. In illa vero die graviter utrimque pugnatum est. Nervii enim reflexo gradu adversus insidiantium cuneos tuba, cornu et bucina clamaverunt. Et ex inproviso prelium ingravatum est. Exhortatus autem Iulius Cesar commilitones suos, ex adverso cornu aciei Turnum regem Nerviorum stantem vidit. Hastaque viriliter ab ipso contorta, in lorica Turni regis adhesit. At vero filius regis nomine Mallius Publius Rethor, videns Iulium paternam infixisse clamidem, gravi furore stomacatus, armigerum regis Turni, patris sui, quemadmodum minax ac rebellis animi, precessit et iuxta vetitum Nerviorum evaginato gladio caput Marchi[c] Tullii consulis amputavit. Postquam vero auditum est, filium regis decreta Nerviorum prevaricasse Marchumque Tullium consulem trucidasse, quia multi diligebant eum, de manibus regis, ne interficeretur, ipsum volebant liberare. Nemo enim tantae erat discretionis, potentiae et dignitatis, qui decreta[d] regis et Nerviorum auderet prevaricare. Sed quoniam regis erat generosa progenies, et omnes diligebant eum, id facere[e] presumpserat patremque suum de periculo mortis eripuerat. Itaque per diem multa strage virorum utrimque facta, ambo exercitus a prelio divertuntur.

7. Rex Turnus dignitate vigens omniumque Nerviorum prepotens, ab omnibus ita amabatur, ut se ultro suaque omnia eius potestati subdidissent. Sed unum deerat illi et suis. Non enim colebat Deum vivum et verum, sed idola muta quae sunt absque intellectu. Igitur reges a prelio separati, in castra regressi sunt. Nocteque irruente, dies clauditur.

8. At Turnus rex impiger, adiunctis secum nonnullis militibus electis, vallum Cesaris cum suis armis aggreditur. Reseratisque foribus et confractis portarum obicibus, Romanos invenit dormientes, sopitos obtruncat. Deinde succensis castris, cum pace revertitur. Interea Cesar vicina loca, villas videlicet et oppida, debellare properabat. Qui videns fumum castrorum, existimans exisse cum suo exercitu regem Turnum, quod facere disposuerat in vanum dimisit. Coadunatisque militibus quos habebat fortissimis, castra sua quasi tercio miliario á civitate fixit.

9. Illucesscente autem die Nervii in vico qui dicitur Platea, ubi postea sanctus predicavit Piatus, pariter convenerunt. Deinde ab idolis responsum acceperunt, omnem destrui á Cesare civitatem, nisi tyro qui edictum regis et Nerviorum prevaricaverat pro salute civilis populi in medio urbis spontanea voluntate immolaretur. Manlius autem, audita huiusmodi responsione, se paratum mori pro salute civium viriliter acclamabat. Quod audiens pater, admodum conturbatus, prohibebat hoc fieri. Et ingemiscens clamabat, dicens: 'O amantissime et dulcissime fili, noli canitiem patris tui cum merore deducere ad tenebras'. Prosiliensque mater regina de cubili, more bovis, cum ablactatus[f] pene vitulus ad occisionem ducitur, ingemiscentis[e], plorans, dicebat: 'Quis umquam hoc tale audivit? Fili mi, vita matris tuae, consolatio doloris eius, ne ita fiat'. Omnes etiam tam pauperes quam divitiis secularibus affluentes similiter lugebant. Dicebant enim, filium regis huiusmodi piaculo non debere subici et innocentem sanguinem eius iniuste pro salute generali effundi.

a) *e corr. c.* b) tentora *mox corr.* tentoria *et* castrorum *superscr. c.* c) Marci *mox corr.* Marchi *c.* d) ta *e corr. c.* e) *post add. c.* f) ablatus *c.*

porta quae Damnativa dicebatur, aciem constituit et huius duces stabilivit Costam et Catonem, quorum locus appellatur Costenteng; tertiam ordinavit aciem a parte australi ante portam quae dicebatur Sacrificiorum, cuius ducem instituit Ruma, et huius locus dicitur Rume; quartam vero aciem posuit a parte occidentis et dicebatur porta Vecturarum et huius ducem instituit Marcum; huius locus nunc dicitur Markaing etc. Sed haec et alia quae sequuntur maximam partem ex recentiore procul dubio libro Gallica lingua scripto sumta sunt. 1) Sambre.

10. Interea ingens pira in medio civitatis preparatur, et in ipsa aurum et argentum et uniuscuiusque metalli genus affluentissime á populo proicitur. Deinde lectica auro et gemmis preciosis circumornata ante palatium regis á populo flebiliter collocatur. Immolantur idolis vitulorum et arietum carnes, et ex ipso cinere senes asperguntur et virgines. Interim fornax ignea quatuor habens foramina preparatur, deinde adolescens filius regis purpura et auro circumvestitur. Quadriga regis auro gemmisque circumornata adducitur, et desuper filius regis statuitur. Et ecce stabant viduae et virgines igneas faces cum luctu tenentes et quid de filio regis fieret diligentissime intuentes. Et dum considerarent, ecce rotae quadrigae cum tubis et citharis audiuntur, et ipse adolescens ab igne suscipitur et susceptus quasi favilla devoratur. O iuvenis, si te invenissem, non ignis aeternus te absorbuisset! O fili regis, si tibi contemporaneus fuissem, non te flamma ignis devorasset!

11. Interea caelum tonat, et tota civitas per tres horas tenebris occupatur, et fulmen de caelo elapsum est et occidit quotquot invenit aruspices, et fana civitatis destructa sunt et palatia comminuta. Quod ubi Cesar comperit, coadunatis quos habebat viris, aggressus est civitatem. Quam armis victor cepit; ipsamque de summo usque ad imum, de lapide usque ad lapidem comminuit. Senes occidit, iuvenes trucidavit, et pene de tot milibus unus non remansit. Haec quoque tam ampla civitas, quae quondam altera Roma[a] nomine et dignitate nuncupabatur, iam quasi Troia destructa videbatur. Turnus ergo rex fugiens cum paucis, per frutices diebus multis latitavit.

12. Interea edictum exiit, ut dictatores Romani revocarentur. Mortuo autem Crasso, Cesar volens ampliare gloriam nominis sui, venire distulit. Tunc a Romanis interdicta est ei patria. Sed post haec cum redire proposuisset[b], ipsumque Romani infra muros nollent recipere, civile bellum inter illos exortum est. Et cum diu inter se pugnarent, Ponpeius victus Aegyptum ad regem Ptolomeum, a quo sperabat auxilium, fugit, ibique absciso capite, tamquam peregrinus et advena interemptus occubuit[1]. Cesar autem victor, arrepto regno, principatum solus optinuit; qui etiam in Capitolio Romano multis vulneribus á Romanis confossus interiit[1]. Post cuius mortem Augustus Cesar regnum adeptus, ordinatione Dei per universum orbem pacem instituit[2].

13. Regnante igitur Augusto Cesare á constitutione Urbis septingentesimo quinquagesimo secundo anno, á conditione quoque huius civitatis quingentesimo nonagesimo fere tercio, dominus noster Ihesus Christus de virgine in Bethleem nascitur[3]. Deinde post miserabile exitium Herodis quinto decimo anno Tiberio regnante Dominus predicavit. Preterea post passionem Domini et Gaii Cesaris mortem Claudio similiter regnum optinente[c], cum ab Antiochia Petrus Romam venisset, tempore Neronis persecutio christiani nominis facta est. Inter quos Nero Petrum crucifixit, Paulum vero apostolum gladio occidit[d].

14. Igitur[e] secundo Neronis anno Tornacus, olim civitas excellentissima, quae pro dignitate altera nuncupabatur Roma, postea Hostilis á fortitudine, deinde Nervius a Servio Romanorum rege, tertio á Romanis edificata est. Muri iterum renovantur, portae et palatia denuo restaurantur. Porta orientalis porta Nigra vocatur, porta australis porta Nervii, porta occidentalis porta Catonis, porta versus aquilonem porta Antonii. Campus Martis floribus vernis graminibusque amenis preminebat dextrorsum, vicusque Martis sinistrorsum aquis et nemorum amenitate redolebat. Et cum ab ipsis Martia festa singulis annis frequentabantur, omnes equestris ordinis in campo Martis arma cuiusque generis afferebant, et post institutos ludos congeriem lignorum facientes, miseri sculptilibus[f] suis carnes pinguium litabant[g] multaque alia quorum non est numerus. Igitur anno ab incarnatione Domini fere quinquagesimo Tornacus a Romanis fabricata est.

15. Eodem tempore per universa orbis spacia dum credentium aecclesia multiplicaretur funestaque libamina sculptilibus idolorum offerrentur, nonnulli, quos prevenerat gratia domini nostri Ihesu Christi, publice nomen ipsius populo predicantes, alii fustibus interempti, alii in platea canibus semineces relicti, supplicia mortis non timebant, existimantes se a Domino maiorem percepturos remunerationem. Interea beatus Piatus, natione Beneventanus, sub occulto autem cordis christianus, Romam venit, ibique associatus beatis martyribus Victorico, Fusciano, Regulo, Quintino, Luciano, Crispino et Crispiniano et aliis sanctis martyribus, á Roma egressi, Galliam venerunt. Cum vero Christi nomen predicarent, nonnullos ad fidem converterunt, eligentes loca suae predicationi oportuna. Factum est autem, ut sanctus martyr Piatus Carnotum[h] veniens[4] Christi nomen publice predicavit. Quibusdam vero credentibus nonnullisque dubitantibus, excutiens pulverem de pedibus suis, ad alia devenit loca. Quintinus Ambianenses, Lucianus Belvacenses, Crispinus et Crispinianus Suessionis venerunt, Victoricus et Fuscianus Taruvannam urbem Morinorum adierunt[i].

16. Cum etiam sanctus Regulus Silvanectis[k] veniret, beatus similiter Piatus sancto revelante Spiritu Tornacum civitatem est aggressus, et Christum predicans, in vico qui dicitur Platea[5] mansionem accepit. Tantumque affuit illi gratia divina, ut civitatem á sacrificiis sculptilium in parvo tempore revocaret, surdis auditum, cecis visum et infirmis sanitatem restitueret. Inter quos etiam pater Sereni, qui pater fuit[l] beati Eleutherii, cum crederet, á tributariis Maximiani post passionem beati Piati interemptus occubuit.

a 2 *litterae erasae c.* b) propo *e corr. c.* c) obt. *corr.* opt. *c.* d) *una et dimidia lineae erasae c.* e) *e corr. c.* f) sculp *e corr. c.* g) littabant *c.* h) oppidum *add. sed del. c.* i) *integra fere linea erasa c.* k) Silnectis *c.* l) fuerat *corr.* fuit *c.*

1) Cf. Aurel. Vict. de viris illustr. 2) Cf. Iordan. l. l. 3) Cf. Hieron., quem etiam in sequentibus auctor prae oculis habuisse videtur. 4) In Actis Piati antiquis haec nondum referuntur; cf. Acta SS. Oct. I, p. 22 sqq. 5) Neque haec ibidem leguntur.

Dum vero sancti martyres Victoricus et Fuscianus á Taruvanna revertissent et socium suum Quintinum ubinam esset inquirerent, necdum beatus passus erat Piatus. Verumtamen, ipsis interfectis, ipse etiam paucis post diebus occubuit. Post cuius martyrium non crediderunt preter illos qui descenderant á progenie Hyrenei, qui pater erat Sereni, qui Serenus pater fuit sancti Eleutherii, sed rursus sculptilibus immolantes, quotquot inveniebant[a] fideles, exterminantes ipsos á civitate, crudeliter lapidabant[b]. Sed cum ordinatione domini nostri Ihesu Christi et precibus beatae virginis Mariae Hludovicus rex Francorum[c] imperium optineret, volens Christus nomen suum suorumque sanctorum cum beata virgine exaltari, hanc civitatem á fraude malignorum spirituum et impetu diaboli liberavit.

17. Cum enim sanctus Eleutherius cathedram episcopalem divinitus optineret, quantus et qualis fuerit, divina voluntate revelatum est. Qui temporibus imperatorum Valentiniani et Martiani in Oppidano loco, qui est iuxta Plateam, natus, civitatem a cultura diaboli revocavit. Eodem tempore cum filiam tribuni resuscitasset omnesque paganos cuiuslibet[d] generis ad fidem convertisset et in oppidis et vicinis locis Flandrensium aequanimiter laboraret, audito preclaro eiusdem nomine, rex Hludovicus post baptismum securus ingressus est civitatem[1]. Et cum in predicatione beati Eleutherii delectaretur, sentiens per Spiritum sanctum, quare rex advenisset, ait: 'Scio, domine mi rex, qua de causa ad nos venire non distulisti'. Cui cum rex contradiceret — peccaverat enim post baptismum, quod non licet publice confiteri —, sacerdos Dei ait: 'Peccasti, nec audes, domine rex, confiteri'. Tunc rex plorans verum hoc esse asserebat. Et cum oraret, ut sollemnia missarum pro eo celebraret et clementiam Dei patris imploraret, vir Dei fidem videns regis, non abnuit. Et preparans se Domino, totam noctem in lamentis pervigilem duxit. Mane autem facto, dum missarum sollemnia frequentaret, preparatus ad percipiendum agni mundi corpus sacratissimum, angelus Domini affuit, et claritas magna facta est per totam aecclesiam beate virginis Mariae sub unius horae momento. Et angelus ait: 'Eleutheri, serve[e] Dei, exauditae sunt preces tuae'. Et ostendit ei scriptum ipsique dedit quod commiserat rex, quod non licet publice fari. Tunc exauditus rex, Deo et beato Eleutherio gratias retulit, multaque relinquens dona beato Eleutherio, ad sua feliciter remeavit. Regnante domino nostro Ihesu Christo, cui sit honor et laus, decus et imperium per omnia secula seculorum! Amen.

II.
DE DIGNITATE ET ANTIQUITATE URBIS TORNACENSIS.

VERSUS DE DIGNITATE URBIS TORNACENSIS.

Nobilibus fundata viris velut altera Roma, I f 170'.
Urbibus immensis inmensior esse videbar,
Non quia post Romam mea sit structura locata,
Sed quia cum Roma non sunt mihi prospera fata.
Ergo superciliis tectorum fortis et ampla
A sapiente viro sapienter sum stabilita.
Ipsa loci facies si defensore careret,
Ipsa loci facies pro defensore valeret;
Ipsa loci facies si fedus in hoste feriret,
Ipsa loci facies ludo satis apta pateret.
Ipsa loci facies hinc planicie spaciosa,
Hinc prato viridis, nemorum se protegit umbra.
His fortuna bonis concessit quinque fluenta,
Quatuor ut fontes, quintum vehementius undat.
Hac mihi transmittunt venalia Rhenus et equor,
Hac ex parte vehi commertia Gallica letor.
Hoc ergo tuta loco, de magnis urbibus una,
Nervius appellor, modo debilis, ante superba.
Dicta prius Tornacus eram de nomine Turni.
Cesareas acies, sed et[f] agmina Wandala vidi.
Hinc de te, fortuna, queror; sed parce deinceps,
Parce, precor, saciata mea de clade tot annis,
Cum tua te Rutulosque meos Lavinia traxit;

a) inveniebantur *corr.* inveniebant *c.* b) *duae fere lineae erasae c.* c) *post add. c.* d) ordinis *add. sed del. c.* e) servi *c.* f) *superscr. c.*

1) Tempora prorsus esse confusa, vix est quod moneamus.

Que mihi contuleras, Turno moriente tulisti.
Et quia, me lesa, Romane consulis urbi,
Ira semel concepta meo non defuit hosti.
Nascitur ille tuus Cesar labentibus annis,
Qui mihi, qui toti terrorem contulit orbi,
Ad cuius furias cum iam casura timerem,
Victa meos cineres signavi carmine tali:
Sustinuit bellum sub Cesare passa flagellum
  Nervius, et iacuit, que prius alta fuit;
Tornacum Turnus et Turnum vita reliquit.

DE ANTIQUITATE EIUSDEM URBIS.

1. f. 177 Tornacum Gallie Belgice civitatem antiquissimam esse, antiquitus etiam inter suas finitimas civitates nobilissimam claruisse, ex veterum scriptis cognosscimus[a] et[b] ostendere in promptu habemus.[*] Sanctus enim Audoenus Rothomagentium[a] archiepiscopus in gestis beati Eligii episcopi[1] iam eo loci veniens, ut de eiusdem Tornacensium ac Noviomentium[c] episcopi[d] memoret ordinatione, commemorat etiam, Tornacum civitatem quondam regalem extitisse. Hieronimus quoque, Audoeno longe antiquior, homo summe scientie magneque admodum memorie et qui innumera librorum percurrendo volumina potuerit[e] ubicumque terrarum gesta, litteris dumtaxat digesta, pene omnia nosse, nec ipse quidem, quamvis procul positus, memorate civitatis nomen ac fortunam ignorat aut reticet penitus. In epistola namque quam ad Ageruchiam[f] scribit[2] inter alia ista[g] subtexit: *Innumerabiles et ferocissime nationes universas Gallias vastaverunt. Quicquid inter Alpes et Pireneum est, quod[h] Occeano et Rheno includitur Quadus, Wandalus, Sarmatha, Alani, Gipedes, Herucli[a], Saxones, Burgundiones, Alemanni et, ó lugenda res publica, hostes Panonii vastaverunt. Maguntiacus, nobilis quondam civitas, capta atque subversa est. Vangiones longa obsidione deleti, Remorum urbs prepotens, Ambiani, Attrebate extremique hominum Morini, Tornacus, Nemete, Argentoratus translate in Aquitanie[a] Germaniam, Novemque-populorum, Lugdunensis et Narbonensis provintie, preter paucas urbes, cuncta populata sunt.* Que nimirum omnia iam tunc temporis completa fuisse, si verum est, non immerito credimus, quod ipso eodem tempestatis turbine, quo Remorum civitas a Wandalis eversa est, Tornacensis pariter involuta est. Quamvis legamus[3], memoratos hostes, deiecta iam urbe itemque beatorum martirum Nicasii sociorumque eius ceterorumque civium completa cede, divinitus exterritos qua venerant pedem retulisse. Potuit namque fieri, ut, aliquanta eorum parte adhuc detenta in obsidione urbis et oppugnatione, pars interim cetera finitimas civitates aggressa sit expugnare. Vel certe, terrore illo divino, quo ad tempus turbati sunt, non immutati, iam sopito, nichilominus obdurata mente nostris quoque in partibus eadem que Remis perseveraverunt perpetrare. Quod qui forte improbandum putaverit, ostendat vel ipse, excidium illud Tornaci quo potissimum tempore aut a quibus gentibus amministratum sit. Neque enim illo in loco Hieronimus alia commemorat, quam que suo tempore vel forte paulo ante gesta legerat ipse sive audierat. Quod si verum est, constat procul dubio, Tornacensem civitatem infra 400 ferme annos bis numero pene usque ad internecionem profligatam esse. Primo omnium sub Iulio Cesare, quando etiam potentissima florebat, civibus suis fere omnibus, quos innumeros et strenuos habebat, orbata est. Quod ex historie belli Gallici ab eodem Cesare confecti libro secundo[4] animavertere in promptu est. Anno preterea dominice incarnationis 881. cum suis finitimis civitatibus, oppidis, castellis et villis a Normannis ferro et flamma modo miserabili pessumdata est[5]. Ex quibus omnibus colligere possumus, quam nobiles et strenuos et prius structores et postmodum instauratores et semper amministratores habuerit, cum a primo constructionis sue tempore brevi eo usque provecta sit, ut invisum illum terribilemque Romane expeditionis incursum, nec ceteris civitatibus pavitantibus, ipsa pertimesceret, ab his quoque iam primo graviter afflicta, itemque ab aliis postmodum quam sepe oppressa, nichilominus semper et nomen civitatis et tempore christiani-

*) *Comp., qui haec in libro IX. exscripsit, adiecit quae Lib. I, supra p. 327. leguntur:* Sunt enim complura ex quibus non mediocris coniectura de civitatis oppinione colligitur. *Beati Audoeni vero nulla fit mentio.*

a) *ita c.* b) et o. in p. h. *in marg. eadem manu add. c.* c) *alterum* o *superscr. c.* d) m. o. e. *corr.* e. m. o. *c.* e) o *post add. c.* f) *primum* a *post add. c.* g) ita *corr.* ista *c.* h) a *add. sed del. c.*

1) II, 2 (Dachery, Spic. V, p. 194). 2) Epist. 123, c. 16. Eadem a Flodoardo I, 6. et in Gestis episcoporum Camerac. I, 6. affertur. 3) Ap. Flodoardum I, 6. et in Vita Nicasii. 4) Qui in ipso codice praemittitur. 5) Cf. Herim. c. 49, supra p. 296.

tatis privilegium cathedre pontificalis optineret. Quod ex sequentibus manifestius liquebit. Nam iuxta dictum sapientissimi Salomonis: *In multitudine*[a] *populi dignitas regis, et in paucitate plebis ignominia principis.* Prov. 14, 28.

Narrant[b] igitur hystorie[1], prefatam urbem a Turno rege denominatam olim regalem f. 177'. extitisse et tam potentissimam, ut etiam potestas eius ad Arduennam silvam usque pertingeret. Hec alio nomine a Servio Romanorum rege Nervius nuncupata est, prima quidem litera mutata, ne forte servitutis elogio notaretur aliquando[2]. Cuius civitatis vel totius regni habitatores[c] Nervii vocabantur, qui tam rebelles et audaces erant, ut ipsum quoque Cesarem, ceteris gentibus formidabilem, nequaquam contarentur[d] bello appetere. Conserto itaque prelio inter Quirites et Nervios, innumeri ex utraque parte trucidantur[e]. Attamen Cesar potitus victoria, iussit eorum urbes et oppida[f] destrui. Quo postea a Romanis interfecto, suscepit imperium Octovianus Augustus, pronepos eius, sub quo Christus nascitur. Illo etiam de medio facto, regnum adeptus est Tyberius, privignus eius, sub quo passus est Dominus, cuius mortis signa per totum orbem visa sunt. Nam Dyonisius Ariopagyta in Egypto tunc positus, dum discipline astrologyce studiose intenderet, cernens ab hora sexta diem in noctem tenebrescere usque in horam nonam, dixit, noctem illam significare Deum verum cum luce vera cito venturum[3]. Ipsa preterea die vel hora rex Britannie Anglice Quirius nomine cum super solis mutatione et tenebrarum caligine[g] oppido miraretur, a sole iusticie illustratus, audivit vocem de supernis dicentem sibi: 'Fili, noli perturbari, sed proficiscere[h] Iherusalem, ubi re vera videbis mirabilia seculis[i] inaudita, que hodie gesta sunt'. At ille, hoc audito, letus valde efficitur[k]. Quid plura? Rex, ordinato regno suo, statim perrexit Iherosolimam[l], ubi ab apostolis benigne susceptus, meruit ab eis baptizari. Quem virgo Maria una cum discipulis Christi et mulieribus euangelicis humiliter de fonte levavit. Ibi ergo aliquandiu commoratus est, intrans et exiens cum illis. Postquam vero omnem fidei veritatem plenissime didicisset et loca[m] sancta deosculando circuisset, accepta benedictione ab eis, occidua repetiit, annuntians, quia Rex glorie operat[n] salutem in medio terre. Verum ut longam narrationem compendio conprehendam, anno 5. redemtionis humane apostoli et eorum discipuli, qui erant plus quam quingenti[o], passim per orbem dispersi, innumerabiles filios per lavacrum regenerationis Deo adquisierunt, et ipsi nichilominus alios, de quorum numero beatus Piatus, genere Beneventanus, extitit, qui tanquam a Deo missus ad nos bene venit, aqua renovationis patriotas nostros abluit urbemque regum vocabulis insignitam, quamvis eam Cesar alieno dudum sanguine polluerit, ipse tamen martyr postmodum proprio decoravit. Fuerunt autem et alii predicatores, sancti admodum viri, videlicet Eleuterius, Medardus, Amandus, Eligius, qui velut quatuor flumina paradisy gentem regionis nostre diversis modis rigaverunt. Quorum predicationibus ecclesia Dei in his partibus roborata, usque ad tempora Normannorum floruit, qui de Norguegya venientes, postquam pene cuncta ferro flammaque vastassent, ingressi Neustriam[p], quam vocaverunt Normanniam, in tantum eam possidendo profecerunt, ut ibi cum principe suo baptizarentur, qui pridem viderat[q] se per soporem in fontem pulcherrimum descendisse balneandi gratia, ac denique ut in duobus regnis, id est in Sicilia et in Anglia, potenter regnarent, *quod usque *f. 178. nunc faciunt. Quidam[4] falso putant, monasterium nostrum ab his fuisse subversum. Post hanc autem tribulationem secuta est et alia in episcopatu Tornacensi ac Noviomensi, per ter senos menses episcopante Fulchero crudeli tyranno, qui omnes abbatias, quas destruere potuit, destruxit[r] aut expoliavit. Inter quas et nostram, sicut dompnus abbas Galterus[s] testabatur, penitus destruens, terras eius ac predia et cetera queque clericis adque[t] militibus dedit, permitente[t] tamen Deo, qui non multo post retributionem ei talem retribuit, ut a pediculis suffocatus pessima morte interiret[5]. Cuius interitum audientes viri religionis, quos exosos semper habuerat, quidam eorum pro eius absolutione non *Requiem eternam*, sed *Te Deum*

a) multitudo *c.* b) *alia pergit manu c.* c) res *in fine lineae omissum post suppl. c.* d) *post corr.* conctarentur *c.* e) trulid. *c.* f) opida *corr.* oppida *c.* g) calinene *corr.* caligine *c.* h) perf. *c.* i) mirabilia *iterum add. sed del. c.* k) effitiur valde *corr.* v. e. *c.* l) h *superscr. c.* m) hoc a *corr.* loca *c.* n) *post corr.* operatus *c.* o) quingentis *corr.* quingenti *c.* p) us *et* i *e corr. c.* q) videat *post littera* r *add. c.* r) destrusit *post littera* x *superscr. c.* s) vivens *add. Comp.* t) *ita c.*

1) Liber praecedens intelligi videtur, quamquam auctor ab eo nonnumquam recedit. 2) Haec exscripsit Guibertus in Vita Eleutherii, Acta SS. Febr. III, p. 197. 3) Cf. quae ex epistolis Dionysii affert Baronius ed. Mansi I, p. 183. — Quae de rege Britanniae Quirio fabulosa referuntur unde hausta sint, nescio. 4) Ita Historia supra edita libro VII, 4. Cf. Herim. c. 48—51. 5) Cf. Hist. III, 8, supra p. 335.

laudamus cantaverunt[1]. Post multa vero annorum curricula restauratum est cenobium istut, anno scilicet incarnati Verbi milesimo nonagesimo secundo a dompno Odone abbate, annis videlicet septem antequam Iherusalem a Francis caperetur. In quam primus intravit quidam de patriotis nostris nomine Letaldus, vir fortis, cum duobus sotiis. Aecclesia itaque nostra, que diu desolata fuerat, tandem Christo miserante velut arbor tam multipliciter refloruit, ut in ea Deo famulantes bonis temporalibus non indigeant, donec mortis debitum solvant.[a]

III.
NOTA DE BALDUINO VII. COMITE FLANDRENSI.

Hoc loco etiam addere liceat notam cuiusdam monachi Elnonensis, ut videtur, in folio codici Duacensi nr. 798 *(*750*), olim S. Rictrudis Marchianensi, qui Eusebii, Hieronymi, Prosperi, Sigeberti et continuatorum eius chronica continet (SS. VI, p.* 289, *B* 4[**]*), post assuto manu saec. XIII. inscriptam, quam De Smet, Corpus chron. Flandriae I, p.* 79, *imprimi fecit*[2].

Balduinus Flandrie comes et filius Roberti Atrebatensis, iustitie tenax, pauperum et ecclesiarum defensor, ecclesiam sancti Amandi ab importunitate iniquorum reclamat, abbati et fratribus reddidit et iustitia dictante scriptorum suorum auctoritate pacificavit,
1118. sed non multo post lethali vulnere percussus, et cognoscens quod moreretur, Carolo, nepoti suo, filio Canuti regis Danorum, consulatum reliquit, et sic apud Sanctum Bertinum mona-
1119. chus factus, in ecclesia sepultus requiescit.

Anglia ridet, Francia luget, Flandria languet:
  Huic lupus, huic baculus, huic pater iste fuit.
Pene puer, sed facta viri, temerarius armis,
  Sed prudens animo consilioque bonus.
Arma decebant, bella favebant, castra timebant:
  Cur fuit hoc? Habilis, strenuus, asper erat;
Dona suis pacemque bonis frenumque tyrannis
  Mirificus, mitis magnanimusque dabat;
Si quid agebat, erat uterque[b]; a Cesare talis
  Non fuit; ultra se mens sua semper erat.

a) *sequuntur versus de abbatibus Sancti Martini SS. XIII, p. 384 sq. editi.* b) ubique? *haec corrupta esse apparet.*

1) Haec alibi haud leguntur. 2) Cf. 'Catal. des mss. des départ.' VI, p. 494 sq.

GESTA ARCHIEPISCOPORUM MAGDEBURGENSIUM.

EDIDIT GUILELMUS SCHUM.

Gesta vel chronica archiepiscoporum Magdeburgensium ut Heinrico Meibomio minore curante ante hos annos 194 *in lucem primo prodierunt*[1] *cum aliis studiis historicis deditis*[2] *tum maxime viro doctissimo Carolo Günther*[3] *ansam praebuerunt, ut de eius natura prolixius dissererent. Qui cum diligentissime accuratissimeque investigaret et exponeret, qui et quot auctores quibusve temporibus in chronico compilando collaboraverint, quibus subsidiis usi fuerint, quanta fides eis attribuenda sit, qui et quot scriptores recentiores inde hauserint, hic pauca tantum, quae eius sententiam comprehendunt, praemittenda sunt paucioraque addenda de his in quibus ei assentiri non possumus.*

Compilationis illius satis copiosae, quae omnia per totum quod vocamus medium aevum inde a Iulio Caesare usque ad annum 1513. *Magdeburgi acta continet et cui nomen modo* Gesta *modo* Chronica pontificum Magdeburgensium[4] *ipsi auctores imposuerunt, tres optimo iure Günther distinxit partes, quarum prima Conradi archiepiscopi morte a.* 1142. *interveniente, altera reditu Alberti II. archiepiscopi in Lutomislensem, quam prius occupaverat, sedem a.* 1371. *facto terminatur*[5]. *Quas res se ita habere, et demonstrat pars codicum vetustiorum, qui a.* 1371. *vel prius subsistunt, et mira illa differentia, quae inter Conradi antecessorumque eius vitas et Friderici I. et Wichmanni res gestas emergit; nam qua maiore prius fruebamur narrationis copia, eo magis nimiam abhinc brevitatem dolemus. Partem alteram igitur priori eodem modo esse adiectam quo tertia cum illis a librariis coniuncta sit, cuique propius intuenti patet.*

De iis vero, quae Günther de auctorum personis et conditionibus protulit, interdum ab eo dissentio. Fretus enim auctoritate loci, quo, cum de Slavorum paganorum conversione ab Ottone I. effecta agatur, illi c i s *Albim flumen versari dicuntur, affirmat, primae partis auctorem fuisse monachum cuiusdam Praemonstratensis ordinis conventus in ripa dextera fluminis illius siti*[6]. *Quod negandum esse censeo, putans potius illum qui hoc loco pro* ultra[7] *posuerit*

1) Rerum Germanicarum scriptores. Helmstadii 1688. T. II, p. 267—378. 2) Inter quos nominandi sunt A. Kinderling, 'Kritische Anmerkungen über das Chronicon Magdeburgense, dessen Verfasser und über einige unbekannte Handschriften desselben', quae vide apud Meusel, 'Historisch-litterarisch-bibliographisches Magazin', fasc. V, p. 46—74 (1792) et Ferdinandus van Hout, De Chronico Magdeburgensi. Diss. Bonnensis a. 1867. 3) 'Die Chronik der Magdeburger Erzbischöfe. 1. Theil bis 1142'. Diss. Gottingensis a. 1871. '2. Theil 1142—1371, IV. Programm der Albinus-Schule in Lauenburg a. d. Elbe'. 1877.

4) Vide prologum: *ad . . . laudem sancte Magdeburgensis ecclesie gesta pontificum qui eidem ecclesie . . . prefuerunt . . . congrua brevitate conscribere curavi;* titulum: *De exordio civitatis Magdeburgensis et archiepiscopatus et gesta pontificum eiusdem civitatis;* ad a. 1368 (1371) de ingressu Alberti III. archiepiscopi: *Cuius gesta describere non valemus;* ad a. 1402: *ut patet in principio huius chronice.* 5) Dissert. p. 4; Progr. p. 6—9. 6) Dissert. p. 61. 7) Quod legitur in aliis eiusdem narrationis exemplaribus.

cis *non alium fuisse nisi librarium qui codicum qui supersunt omnium prototypon deperditum confecerit, quod eo facilius fieri potuit, quoniam medii aevi auctores voce* cis, *usu quo ea apud veteres floruit neglecto, rem ad vel prope locum quendam sitam esse dicere malebant*[1]. *Scriptoris Transalbingi satis circumspecti certe fuisset, ut alia multa conditioni ipsius non consonantia mutasset. Quod cum non factum sit, auctorem potius in numerum canonicorum Magdeburgensium referam, quibus nemo rectius scribere potuit illud vitae Geronis:* rex Magdeburg venit, secunda sollempnitas cum tercia quam nobis advexit, *illud vitae Werneri de Friderico praeposito cum illo de sede archiepiscopali certante dictum:* cui et predia proprietatis sue in Gerbizstede, que nostre secum permansissent, concessit; *illud de Adelgoto dictum:* apud nos in sancta conversatione vivens; *illud vitae Norberti ad a.* 1133*:* cum — exinde a papa Innocentio privilegii confirmationem que apud nos conservatur suscepisset.

Huc accedit, quod etiam superius invenimus vestigia eius qui vitam Conradi archiepiscopi ultimum eius partis locum tenentem composuit. Credisne non unum eundemque fuisse qui scripsit a. 1134*:* Conradus .... ex nobilioribus Saxonie extitit oriundus, patre videlicet Gevehardo de Querenvorde, nepote Lotharii imperatoris, matre vero Oda nuncupata, que fuerat filia Thietmari comitis, consobrini Heinrici regis, *et a.* 1075*:* ex summis principibus pater Lotharii imperatoris Gevehardus comes .... cecidissent[2], *et a.* 985*:* ut refert sanctus episcopus et martir Bruno, qui de Querenvorde extitit oriundus; pater eius Bruno dicebatur, mater Ida, frater Gevehardus, *et a.* 1013. *de eodem:* iste beatus, sicuti premisimus, de castro Querenvorde fuit oriundus; pater eius Bruno dicebatur, mater Ida, frater Gevehardus*?*

Cum prologo praemisso testante[3] *is qui primam hanc operis partem compilavit sibi proposuisset 'gesta pontificum Magdeburgensium, prout ex diversis cronicorum scriptis et antiquorum dictis colligere et investigare potuerit, congrua brevitate conscribere', prae omnibus necesse est, ut dicamus, quibus libris scriptis ille usus sit, et quae ex rebus traditis ipse audierit vel viderit. Günthero duce ex fontium numero nominanda sunt: Chronicon antiquissimum archiepiscoporum Magdeburgensium usque ad a.* 1023. *deductum, quod in alio satis vetere rerum Magdeburgensium monumento, quod Annales Magdeburgenses*[4] *vocamus, exscriptum est; Vitae archiepiscoporum saeculi XI. et XII. chronico illi postea adiectae; Vita beati Adalberti auctore Brunone*[5]*; Liber gestorum eiusdem Brunonis adhuc deperditus*[6]*; Brunonis liber de bello Saxonico*[7]*; Ekkehardi Uraugiensis chronicon universale*[8]*; Annales quidam deperditi Saxonici et ab Annalista Saxone et ab Annalibus Magdeburgensibus vario consilio in usum versi*[9]*, qui V. Cl. Scheffer-Boichorst*[10] *auctore in Nienburgensi abbatia conscripti esse dicuntur; quibus addam catalogum quendam, qui nomina archiepiscoporum et tempora quibus sederunt, nomina suffraganeorum et abbatum Bergensium et Nienburgensium ab ipsis consecratorum tradiderunt.*

Iam de singulis pauca monenda sunt. Ac primum quidem dicam de Annalibus Nienburgensibus, qui ad res imperii praesertim inde ab a. 1023. *usque ad a.* 1133. *spectantes nullo alio consilio sunt interiecti operi nisi ut secundum propositum prologo explanatum demonstraretur:* sub quibus apostolicis et impe-

1) Vide L. Diefenbach, Glossarium latino-germanicum mediae et infimae aetatis, sub voce cis: *hd., nd., by, bey, dabey, bey dem, enhalb, an diser seyt, dis side.* 2) Locum enim eum, qui ex Brunonis libro depromptus est, auctor verbis *pater Lotharii imperatoris* amplificavit. 3) Quem circa a. 1142. scriptum esse, Günther, Diss. p. 51 sq. probavit. 4) SS. XVI, p. 105—196. 5) SS. IV, p. 596—612. 6) Vide quae infra annotavi et W. Wattenbach, 'Deutschlands GQ.' ed. 4. I, p. 288. 7) SS. V, p. 327—384. 8) SS. VI, p. 1—267. 9) Günther, Diss. p. 63—72. 10) 'Forschungen' XI, p. 485—489.

ratoribus sive regibus *pontifices Magdeburgenses ecclesiae praesederint. Quod cum tam parum apte factum esset, ut sententiis inde depromptis modo ordo temporum everteretur, modo res coniungendae separarentur, eo facilius consensu cum Annalibus Magdeburgensibus et Annalista Saxone accedente omnia quae iis tribuenda fuerunt cognoscebantur*[1], *itaque contigit, ut illis multa ad ipsas res Magdeburgicas pertinentia adnumerarentur; sed dubitare licet, num recte censeamus ea Nienburgi esse scripta quae Magdeburgi acta Magdeburgensibus et fuerint maioris momenti et satius nota. Certe vero Annalibus Nienburgensibus etiam ea tribuenda sunt, quae in Gestis concordant cum Annalibus Rosenfeldensibus, Hildesheimensibus, Sancti Albani Moguntinis*[2], *Chronico Wirziburgensi*[3]. *Quae cum ita sint, ex iis quae ex Ekkehardi chronico universali repetita esse dicebantur, tantum restant ea quae de phaenomenis prope Wormatiam a.* 1123. *factis, de nece Thiderici Cicensis episcopi, de morte Heinrici V. imperatoris narrantur, ita ut vix credam, Gestorum auctorem Ekkehardi librum integrum prae se habuisse. Totum Brunonis libellum de bello Saxonico scriptum, exceptis epistolis et diplomatibus, ab ipso esse receptum patet, sed non video cur Günther*[4] *statuerit, auctorem hac de causa prolixiores Werneri et Hardewici archiepiscoporum vitas in brevissimam quae nunc traditur formam redegisse; hic si plura habuisset quae exscriberet, haud dubie fecisset. Contra Güntherum*[5], *qui fragmenta ex passione beati Adalberti excerpta demum a.* 1142. *Gestis adiecta esse credit, pugnare videtur, quod sententiae et metra quaedam ex Vita Adalberti desumpta in Annalibus Magdeburgensibus a.* 973. *leguntur. Quod ut alio loco antiquissimo chronico archiepiscoporum Magdeburgensium interveniente factum est, ita ibi etiam fieri potuit, nisi putemus, annalistam et ipsam Vitam Adalberti et partes eiusdem ex chronico exscripsisse; sed haud scio an haec unquam diiudicari possint.*

De chronico antiquissimo moneo: primum usque ad a. 1023. *permagnum quidem esse consensum Gestorum et Annalium Magdeburgensium, sed interdum hos ab illis et verbis et rebus narratis discrepare, ita ut van Hout Annales propius ad chronicon antiquum accedere, Günther*[6] *vero Gesta illius verba accuratius secuta esse et Annales multos eius locos mutasse declarent. Attamen neutri assentiri possum, sed perspectis praecipue eis quae de Ottonis II. sepulcro narrantur, opinor, modo Annalibus modo Gestis ad vetustius chronicon restituendum maiorem fidem esse attribuendam*[7]. *Arctam quidem coniunctionem, quam inter chronicon antiquissimum Magdeburgense et Thietmari Merseburgensis chronicon*[8] *intercedere scimus, Günther*[9] *eo factam esse censet, ut auctor omnes res ad Magdeburgensem episcopatum spectantes usque ad Geronis ordinationem*[10] *ex Thietmari opere nimis copioso collegerit, et alias breviter perstringens, alias ad verba retinens, alias oratione elatiore exornans, immo vero singulari eius aevi amore ductus in metrorum et versuum formam redigens, scriptis suis intexuerit; quae quominus approbare possim, nonnullis locis impedior. Nam quae in chronico de corpore Ottonis III. ex*

1) Günther, Diss. p. 30—47. 2) Günther, Diss. p. 33 sq.; cf. dissertationem quam scripsi de Annalibus S. Albani (Gotting. 1872), qua docui, omnium horum et Ekkehardi fontem esse Chronicon Wirziburgense. De Annalibus Rosenfeldensibus prolixius tractavit E. Bernheim, 'Forschungen' XV, p. 254—281. 3) Vide G. Buchholz, 'Die Würzburger Chronik', Leipzig 1879. 4) Diss. p. 45. 5) Diss. p. 34—37. 6) Diss. p. 8—15. 7) Quae Günther, Diss. p. 11, de missione Willigisi archiepiscopi ad Giselarium facta disseruit, nostra editione ibi defectum scriptoris negligentia ortum esse demonstrante, iam nullius momenti sunt. 8) SS. III, p. 723—871. 9) Diss. p. 14—26. 10) Quam Thietmarus lib. VI, c. 49. refert; quae postea de Bernhardi marchionis excommunicatione et absolutione in utroque libro narrantur levissimo tantum verborum consensu cohaerent.

Italia translato traduntur a Thietmari relatione paucis sed haud levis momenti verbis[1] *non aliunde petitis recedunt; in depingenda vero Slavorum incursione circa a.* 983. *facta chronicon Magdeburgense mutato rerum ordine non eodem premitur errore quo Thietmarum lib. III, c.* 11. *peccasse eius chronici editor doctissimus non vidit*[2]. *Huc accedit non solum, quod interdum locis illis quae ex Güntheri sententia Thietmaro auctori tribuenda erant quaedam elucet notitia diplomatum Magdeburgensium, verum etiam quod in utroque opere vitae Walthardi archiepiscopi inserta sunt haec:* ecclesiamque rotundam post incendium huius civitatis magnum dilapsam a fundamento erexit, *quae quo magis chronicae cuidam Magdeburgensi congruere, eo magis offendere videntur in chronica universali Thietmari*[3], *ubi antea nulla urbis mentione facta tantum res archiepiscopii proferuntur. — Denique saeculi XII. auctor chronicon antiquissimum in usum vertens rerum ordinem ab eo institutum interdum mutasse videtur; nam vitae Adelgoti annis* 1107—1119. *archiepiscopi interposita est notitia de oppidi Stuwi concessione a Christiana quadam saeculo exeunte X. facta, quae cum Thietmari chronici lib. IV, c.* 41. *satis concordat.*

Cum chronico antiquissimo et aliis operibus supra memoratis, ut iam Günther docuit, singulorum archiepiscoporum vitae a pluribus auctoribus scriptae sunt coniunctae, ita quidem ut alter quae ad vitam Geronis spectabant addiderit, alter vitas Humfridi et Engelhardi eodem stilo scriptas composuerit. De auctoribus vitarum Werneri et Hardewici multo minus accurate iudicari licet, quoniam capitulis his superpositus est liber Brunonis illius Magdeburgensis qui de bello Saxonico scripsit, quod non alio consilio factum fuisse censeam, nisi ut gestorum archiepiscoporum exiguitas celaretur. De vitae Werneri auctore monendum est, verba ab eo prolata: quia veraciter a nostris senioribus didicimus, *miro modo quadrare in illud prologi:* gesta pontificum prout ex — antiquorum dictis colligere et investigare potui. *Gestorum Hardewici auctorem eius aequalem et Magdeburgensem fuisse, iam Günther monuit, fretus longa illa apostrophe de bonorum ecclesiae malo usu vitae illius adiecta et narratione visionis cuiusdam, quam* frater quidam verax et fidelis *de obitu archipraesulis in Wadderoth curte facto* longe hinc, id est Magdeburg, *habuisse dicebatur. Günthero, qui recte Heinrici et Adelgoti saeculo XII. florentium archiepiscoporum vitas ab eodem auctore confectas*[4] *esse statuit, assentior, verum etiam connexum quendam inter ea quae de Heinrici consecratione et de Conradi prima electione a.* 1125. *facta referuntur intercedere suspicor. Quod si accuratius inspexeris, Conradi electionem priorem ideo fuisse a rege improbatam, quod* subdiaconum minime episcopandum canonum auctoritas *permitteret, nonne tibi in mentem venit, supra, ut consecratio Heinrici quamvis eadem ratione obstante perfecta defenderetur, esse additum:* quia humilitatis causa in subdiaconatus permanserat ordine? *Quae si ita sunt, non dubito, quin vitas Heinrici et Adelgoti auctori vitae Conradi*[5] *eique qui totam Gestorum partem priorem compilavit tribuam. Contra quod non pugnant quae de vita Norberti dicenda sunt; nam dicto illo de bulla a papa a.* 1133. *impetrata, quod ab editione Meibomiana omissum est*[6], *quid clarius, huius capituli auctorem esse Magdeburgensem*

1) *exinde per vallem Trientinam revertentes.* 2) Secundum Thietmari relationem Bohemi, qui Cicensem episcopatum destruxerunt, etiam impetum in Calbe civitatem fecisse videntur. 3) Lib. VI, c. 46. (Equidem verba Thietmari *huius civitatis* eodem modo dicta esse censeo, quo eodem cap. *hunc honorem* scripsit et similiter vocabulo *hic* saepe usus est. G.W.). 4) In vita Heinrici iam invenimus haec: *ad quos confugerat cum pie memorie Adelgoto, postea nostro archiepiscopo* et *igitur* (Adelgotus) *apud nos in sancta conversatione vivens.* 5) Neque in vita Conradi deest memoria Adelgoti: *Conradus — igitur sub norma canonica sancto militaturus Mauritio Adelgoto* 11. *Magdeburgensis ecclesie archiepiscopo.* 6) Quod vide supra p. 362, l. 11. et 12.

canonicum? Quae de Norberti rebus ante electionem gestis narrantur, a monacho ordinis Norbertini, qui ipse coenobium Praemonstratum viderit[1], *esse scripta, approbo; paucissima tantum sunt, quibus Gesta cum vitis prolixioribus quae supersunt Norberti*[2] *concordant.*

Neque auctor chronici antiquissimi neque Gestorum scriptor saeculi XII. a diplomatum usu abstinuit, maximis potius laudibus uterque efferendus est, qui bullas papales, privilegia imperialia, chartas archiepiscopales in tabulario maioris ecclesiae asservatas inspexerit accuratiusque examinatas haud sine consilio et iudicio locis convenientibus operi admiscuerit. Operam itaque dedi, ut locos cum chartis consonantes investigarem, et duce libro illo regestorum archiepiscopatus Magdeburgensis, diebus nostris a V. Cl. G. A. a Mülverstedt[3] *edito, ita profeci, ut varia earum fragmenta notis insignire potuerim.*

Gesta archiepiscoporum usque ad a. 1142. *deducta primus in usum vertit circa a.* 1190. *auctor Chronici Gratiae-Dei*[4], *deinde pauca tantum ad vitam Conradi archiepiscopi spectantia desumpsit Chronica Montis-Sereni*[5], *cuius auctor stilum a.* 1225. *deposuit, denique Gestis episcoporum Halberstadensium*[6], *quae V. Cl. L. Weiland circa a.* 1209. *scripta esse statuit, prooemium Gestorum prologo simillimum antepositum est, et in horum exordio pauca inveniuntur verba cum quibusdam illorum locis concordantia, ita ut Günther*[7] *haec inter annos* 1142—1209. *ex Gestis desumpta esse iure opinatus sit; in Gestis abbatum Bergensium*[8] *saeculo XV. tribuendis Gesta Magdeburgensia iam ultra a.* 1142. *continuata exscripta sunt.*

Alteram Gestorum partem inde ab a. 1142. *usque ad a.* 1371. *una eademque, sed ab illa quam auctor primae partis secutus est valde diversa ratione esse conscriptam, quis non videt? Neque de tempore quo auctor alter libro componendo incubuerit indicia desunt. Quae Burchardi III. archiepiscopi vitae de schismatibus Halberstadii et Hildesheimii exortis inserta sunt, ea post horum finem, i. e. annum* 1359, *scripta esse, docent verba:* Albertus de Brunswic — *qui a.* 1324. *electus est* — ecclesiam Halberstadensem per 35 annos potenter occupavit; *deinde auctor praedicat, suis accidisse temporibus, quod plus quam saeculo elapso factum non esset, ut imperator quidam cum papa convenisset, et papa Avenione Romam reversus esset; quarum rerum alteram a.* 1365, *d.* 23. *mensis Maii, alteram a.* 1367, *d.* 16. *mensis Octobris evenisse scimus. Iam antea auctor affirmavit, se audiente Ottonem archiepiscopum multa de fide Pseudo-Waldemaro, quem dicunt, marchioni tribuenda disseruisse, quod tantum inter a.* 1348. *et* 1357. *factum esse potest. Praetermissis aliis ex rebus ipsis elucentibus, quae demonstrent, auctorem fuisse et Ottonis et Theoderici et Alberti archiepiscoporum coaetaneum, hic iam monuisse sufficiat, eum paulo post Alberti archiepiscopi ingressum stilum deposuisse verbis testibus:* cuius gesta describere non valemus propter brevitatem temporis quo prefuit ecclesie prenotate, *ita ut ea quae usque ad a.* 1371. *sequuntur postea adiecta esse videantur. Aliud eius rei argumentum iam nunc debemus codici Wernigerodensi a nobis in lucem protracto, ubi, omissa sententia illa brevi de ingressu Alberti, vita eius prolixior, rebus*

1) *Locus personis et facultatibus, sicut hodie cernitur, satis decoratus est.* 2) SS. XII, p. 663—706. 3) Regesta archiepiscopatus Magdeburgensis. P. 1. — 1192. Magdeburg 1876. P. 2. 1192—1269. 1881. 4) SS. XX, p. 685 sq. 5) SS. XXIII, p. 131 sq. 6) SS. XXIII, p. 73—123. 7) Diss. p. 52 sq. Prologus, qui ex chronico antiquo sumptus esse nequit, eo quod a fundatione archiepiscopii non tam longum tempus erat elapsum, ut auctor scribere potuisset: *Ne actus veterum memoria digni in oblivionis nubilum deducantur*, quibusdam videtur inniti sententiis ab auctore chronici antiqui in vita Giselarii prolatis. 8) 'Geschichtsblätter für Stadt und Land Magdeburg' V, p. 367—388. et p. 444—458.

et sermone ab ea quam alii tradunt valde diversa subiungitur; quod certe non factum fuisset, nisi exemplar quoddam vita Alberti destitutum exstitisset. Petri de Brunna, Alberti successoris, regimen auctorem de quo locuti sumus nec vidisse nec descripsisse, rectissime, ut alia supra memorata, iam docuit Günther ex diversitate sermonis et subsidiorum adhibitorum; cetera quae in medium profert de simili regiminum Alberti et Petri[1] *fine, quem si cognovisset auctor non silentio praetermisisset, non tanti faciam. Nec minus recte Günther ex fontium quibus ille usus est connexu nusquam interrupto conclusit, compilatorem eius temporis sibi Gesta inde ab a. 1142. continuanda proposuisse, qua in re perficienda facile factum esse potest, ut partem illo anno priorem in breviorem quam tradunt codices vetustiores formam redigeret. Auctorem ut censeam non canonicum ecclesiae maioris, sed monachum fuisse ordinis cuiusdam mendicantium, plura sunt quae suadeant. Neque quemquam fugiet, qua industria res ad ordines illos spectantes narraverit*[2]*, quantum sit eius studium hereticorum persequendorum, et quanta familiaritate*[3] *cum inquisitoribus usus sit*[4]*, quae sit indulgentia adversus cives qui Burchardum archiepiscopum necantes facinus ei saeculo inauditum commiserunt, qua severitate de capituli factionibus et gestis et intentionibus iudicet*[5]*. Verba quae demonstrent eum aliquo modo cum ecclesia maiori coniunctum fuisse vix invenies*[6]*. Nec minorem vim ad ea confirmanda habent natura et origo subsidiorum quae in libro conscribendo adhibuit.*

Primo loco, ut Günther iam exposuit[7]*, nominanda est Chronici Martini Oppaviensis continuatio quaedam deperdita*[8]*, ex qua Chronica Scabinorum et Gesta vel fons eorum communis hauserunt. Opus hoc inde ab a. 1273. inniti constat alio imperatorum et pontificum chronico, quod nomine 'Florum chronicorum' Bernardus Guidonis edidit cuiusque fragmentum usque ad Iohannis XXII. papae mortem Theodorico de Niem attributum I. G. Eccardus in Corpore historico I, p. 1461—1550.*[9] *publici iuris fecit*[10]*; aliorum subsidiorum, quibus liber ille usque ad a. 1350. deductus est, nec copia nec natura adumbrari potest; pro certo tantum habemus, ea quae cum Detmarus Lubicensis conventus Minorum lector et Heinricus de Hervordia tum Conradus Halberstadensis inter a. 1273—1350. verbis cum Gestis concordantibus fere narrant, ex fonte illo deperdito manasse. Auctor chronici illius deperditi parti imperiali addictus fuit, ita ut in numero fratrum Minorum quaerendus esse videatur*[11]*. Notitiae ex libro illo depromptae plerumque temere gestis archiepiscoporum ita admixtae sunt, ut rerum ordo minus apte rumperetur eodemque fere modo quo in prima Gestorum parte Annales Nienburgenses notarum materiam praebuerunt.*

Quae de ipsis archiepiscopis referuntur saepe valde brevia sunt et ieiuna. Pauca tantum de maximis et meritissimis omnis aevi archiepiscopis, Wichmanno

1) Quorum uterque sede Magdeburgensi relicta in aliam transiit. 2) Cf. a. 1225. 1228. 1285—1291. 3) Cf. a. 1317. 1336. 1367. 4) Cf. a. 1336. et 1367. 5) Cf. a. 1368. venditionem Lusatiae et a. 1371. reliquias ab Alberto archiepiscopo abductas. 6) Sanctum Mauritium patronum appellare cuique Magdeburgensi licuit; cf. Günther, Progr. p. 43. ad a. 1370. 7) Progr. p. 22 sq. 8) Quae in fine additionum gestis Alberti I. a codicibus infra laudandis B 4 et 4a factarum leguntur: *sed Otto* [imperator] *obiit, ut patebit in cronica imperatorum, in alia parte,* non in chronicam ipsam Martinianam quadrant, sed, ut O. Holder-Egger mihi benignissime indicavit, spectant ad quandam codicis nr. 138. bibliothecae gymnasii cathedralis Magdeburgensis compilationem ex Martini et Iacobi de Voragine chronicis et versione Latina Chronici Saxonici a Massmanno edita conflatam, cui pauca de rebus Magdeburgensibus addita sunt. 9) Alia fragmenta SS. R. Gall. t. XXI, p. 690 sqq. impressa sunt. 10) De cuius vera natura accuratius egit Theodorus Lindner in 'Forschungen z. D. Gesch.' XII, p. 234—259. 11) Neque negem, alias satis magni momenti esse rationes, quae suadeant, ut eum credamus monachum ordinis s. Augustini heremitarum; vide quae annis 1285—1291. de prima eius ordinis institutione Magdeburgi facta narrantur, et nota, qua amicitia auctor testibus annorum 1331. et 1336. relationibus cum fratre Iordane, Magdeburgensis conventus lectore, coniunctus esse videatur.

et Ludolpho, tradita sunt, neque historia praesulum illis per saeculum XIII. succedentium multo uberior est, quippe quae praesertim tantum res Brandenburgicas exponat. Quas cum prolixius quam aliae res narratae et eis minus apte interiectae sint, aliunde repetitas esse, persuasum habeo, sed de earum origine quicquam definire hic non audeo. En quae ea de causa sunt sententiae controversae! Günther[1] *enim satis levi verborum similitudine ductus ea Chronicae cuidam marchionatus Brandenburgensis, ex qua alia fragmenta a b. m. Riedel edita hausta esse prius dicebantur*[2], *attribuit, quod nuper V. D. Gustavus Hertel*[3] *negavit, aliis, sed haud gravibus fultus argumentis, praedicans ea quae de dissensionibus a.* 1229. *et a.* 1240. *inter archiepiscopos Magdeburgenses et marchiones Brandenburgenses factis scripta sint manasse ex quadam Chronica episcopatus Brandenburgensis, quae exceptis paucis fragmentis*[4] *deperdita est. Quae de pugna a.* 1278. *ad Frosam commissa et de Ottonis IV. marchionis capti liberatione et de Erico fratre eius archiepiscopo electo traduntur Hertel rectius maluit esse exscripta ex relatione, additamentis fabulosis iam corrupta, a Magdeburgensi clerico, partis Brandenburgensis assecla, rebus gestis aetate haud aequali composita*[5].

*Rerum Magdeburgensium a Wichmanno, Ludolpho, Alberto I (*1152—1232*) archiepiscopis gestarum narrationem cum iis quae aliud recentius earum monumentum vernacula lingua conscriptum, Chronica scabinorum*[6] *vocatum, plenius digessit et cum chronica universali vernacula lingua composita, quae nunc nomine 'Sächsische Weltchronik'*[7] *floret, permultum concordare et in his tribus libris ex uberiore relatione haustam esse, Weilandio*[8] *et Günthero*[9] *auctoribus, constat. Nec minus probatum habuimus, aliud antiquioris et plenioris recensionis exemplar, quod Gestorum auctor excerpsit, non lingua Latina sed vernacula scriptum fuisse, aliud a Chronica scabinorum exscriptum e sermone vernaculo in Latinum versum esse. Quae ita se habere, liquidius iam demonstrant fragmenta illa*[*] *ex 'chronica'*[10] *quadam deprompta codici Magdeburgensi et Berolinensi recentiori ad gesta eorundem archiepiscoporum supplenda adiecta. Quae est barbarismorum copia, vocum singularitas, sententiarum haud apta conformatio, iudicandum est, haec etiam ex sermone Germanico in Latinum esse conversa, eaque ex Chronica scabinorum desumpta esse censuissem, nisi ab hac meliore rerum ordine paucissimisque lectionibus paulo locupletioribus differre*[11] *et Chronicam scabinorum his locis, ut alias, sermonem Latinum convertisse intellexissem*[12]. *Deinde Günther, Gestis archiepiscoporum cum Chronica scabinorum accurate collatis, ex eorum modo consensu modo diversitate conclusit*[13], *in utroque libro inde a Roperto archiepiscopo (*1260*)*

1) Progr. p. 10—22. 2) De iis loquimur, quae in Codice diplomatico Brandenburgensi D. I, p. 1—21. et 276—282. ex Chronica Pulcawae collecta et nomine Fragmenti Britzensis impressa sunt. Ea et Chronicam quae dicta est 'marchionatus Brandenburgensis' alio modo inter se coniuncta esse, nuperrime docuit O. Holder-Egger, SS. XXV, p. 468—472. In Catalogi archiepiscoporum Magdeburgensium fragmento, quod ibidem p. 486. editum est, excerpta quaedam ex Chronica principum Saxoniae coniuncta sunt cum notitiis de archiepiscoporum nominibus et regiminum eorum tempore depromptis ex eiusdem generis exemplari, ex quo Gesta hauserunt. 3) 'Forschungen' XIX, p. 212—224. 4) SS. XXV, p. 484—486. 5) 'Forschungen' XIX, p. 224—234. 6) 'Die Chroniken der deutschen Städte vom XIV.—XVI. Jahrhd. VII. Band. Die Chroniken der Niedersächsischen Städte I. Band. Magdeburger Schöppenchronik, herausgeg. v. K. Janicke'. Lips. 1869. 7) Edidit L. Weiland, SS., 'Deutsche Chron.' t. II. 1877. 8) 'Zur Quellenkritik der Sachsenchronik'. 'Forschungen' XIII, p. 157—198. 9) Progr. p. 28 sq. 10) Vide editionem nostram. 11) Vide mortem Ludolphi et consecrationem Alberti Romae factam.

12) 'Sch. Chr.' p. 129:	Additamenta:
bischop Ludolf beschor on und wiede on to accolito — do propheter de mester Conrad de kenzeler.	*Ludolfus archiepiscopus hunc Albertum totondit et fecit eum accolitum — cui cancellarius prophetica voce dixit.*

13) Progr. p. 32 sq.

*usque ad mortem Ottonis (*1361*) alia gesta praesulum stilo uberiore a pluribus coaetaneis lingua potius Latina quam vernacula scripta usurpata et ad arbitrium excerpta esse, ita ut inter annos* 1233—1260. *rerum scribendarum studium Magdeburgi plane defecisse videatur. Quem ut suppleret defectum, auctor noster maxime res de quibus supra egimus ad dissensiones inter archiepiscopos Magdeburgenses et marchiones Brandenburgicos spectantes operi suo intexuit. Alius locus in codicibus infra laudandis B* 4 *et* 4[a] *adiectus cum Annalibus Stadensibus*[1] *concordat, alius, ut scriptor ipse monuit, ex Chronica archiepiscoporum Bremensium*[2], *quae ipsa cum Annalibus Stadensibus cohaeret, desumptus est. Praeterea auctor istius partis subsidia diplomatica non despiciens, auctoritatem et dignitatem operis valde auxit. Iuris canonici non ignarus fuit*[3], *in Sacra Scriptura bene versatus. Sententiae quaedam utrum ex dictis veterum an ex medii aevi scriptorum collectionibus sint depromptae, decernere non potuimus.*

Nec subsidiis adhibitis nec stilo neque ingenio auctores tertiae partis Gestorum inferiores se praestiterunt illis qui antecedentia composuerunt. Nam uni eam adscribere non permittunt verba quibus finis vitae Friderici III. archiepiscopi imponitur: Hec scripta sunt defuncti presulis ad dignam memoriam posteris et nobis imitandi exemplum totique patrie ad laudem et gloriam, que tali meruit pastore gubernari; *quae dicere non potuit qui regimina Iohannis et Ernesti archiepiscoporum viderit. Neque solum hoc constat, immo vero utriusque quae sequitur vitae auctorem suo procedere Marte; neque verisimile est, eum qui demum a.* 1513. *vixerit res annis* 1464—1475. *gestas eo scripsisse modo quo traditae sint. Eo clarius est, omnia ante annum* 1464. *gesta uno, ut ita dicam, stilo esse conscripta; nam et capitulo in principio eius partis posito, quod res gestas imperii Carolo IV. et Wenceslao regnantibus comprehendit et cui* incidentia temporum *inscribitur, auctor citat illam Bohemorum chronicam Aeneae Sylvio Piccolomini attributam, quae non ante annum* 1458. *in lucem prodiit, et paulo inferius ad a.* 1383. *iam commemorat arbitrium a Nicolao V. papa de rebus Wilsnacensibus a.* 1447. *latum*[4]. *Ratio scribendi, quae per haec capitula eadem est, ab ea quam in superioribus reperimus et interiectis illis quae modo nominavimus 'incidentiis temporum' et alio consilio in fontibus usurpandis adhibito, satis discrepat; nam compilator libros qui ei praesto fuerunt iam non ad verba exscribit, sed rerum notitia inde percepta proprio sermone eas illustrat. Quo fit ut vix certe recognoscamus, qui fuerint eius auctores, quae et quanta ab iis repetierit. Ad augendam eius rei difficultatem accedit, quod fontium saeculi XV. collectionibus et editionibus critica ratione institutis caremus. Ubi Gesta et chronica scabinorum inter se conveniunt, id ita factum esse censemus, ut utriusque auctores coaetanei res quas ipsi viderint et audierint enarraverint.*

Haud scio an multum fallar, si auctores tertiae huius partis in numerum canonicorum ecclesiae maioris referam, quod non solum modo, quo de ordinibus monasticis loquuntur, verum etiam cum aliis locis tum narratione ad a. 1431. *spectante probatur, ubi discordia inter Guntherum archiepiscopum et civitatem exorta* peccatis nostris id merentibus *non sopita esse dicitur et civibus crimini dantur litterae quibus nunciatum est,* quod vellent omnium nostrum esse inimici diffidati

1) Ad a. 1138. 2) Vide narrationem de Christiano Moguntino archiepiscopo ad a. 1168, in cuius fine dictum est: *haec in cronica Bremensi sub Hardewico II° archiepiscopo;* cf. O. Lorenz, 'Deutschlands GQ.' II, p. 150. 3) Vide a. 1312. 1317. 1367. 4) Vide Gesta a. 1445. Haec paulo post scripta esse, demonstrant verba: *(dominus papa Nicolaus) . . . indulsit, ut hostia consecrata super istam transformatam hostiam poneretur, quod factum fuit et hodie durat in periculum animarum.*

tam spiritualium quam secularium. *Qui est animus benevolus, quo auctores hi de rebus conciliorum generalium saeculi XV. disserunt, et quod est studium, quo, auctoritate celeberrimi illius theologi, doctoris Heinrici Tacke, freti, dimicant contra fautores Wilsnacensis miraculi ficti, liberiore iudicio praediti videntur esse, quam multi qui eo tempore vixerunt et scripserunt viri ecclesiastici. Copia rerum in imperio Germanico seu extra eius fines gestarum ab ipsis seu proprio Marte seu ad aliorum auctorum fidem narratarum, quae nomine 'incidentia temporum' comprehenduntur, eos haud angusto scribendi consilio ductos esse, docet. Denique si iam illa tenemus, quae supra posuimus, breviorem primae partis Gestorum recensionem a continuatore saeculi XIV. institutam esse, sequitur, ut declaremus, auctores saeculi XV. principalem et uberiorem formam operis usque ad a.* 1142. *confecti cum continuatione illa ab a.* 1142. *ad a.* 1371. *deducta coniunxisse et rebus gestis ab ipsis scriptis anteposuisse. Tunc factum esse potest, ut prologus, quem Günthero auctore*[1] *a.* 1142. *compositum esse didicimus, praetermitteretur, in uno tantum recensionis amplioris codice ex altera additus.*

His absolutis, iam de codicum in hac editione adhibitorum numero, aetate, auctoritate disseramus. Quorum cum duos distinguendos esse ordines iam supra monuerimus, nunc, quod uterque ad editionem perficiendam valuerit, demonstrabimus. Eos enim qui solas priores duas Gestorum partes vel minus continent et qui secundum litterarum formam vetustiores sunt censendi, tantum in prologo edendo et postea ad singulas lectiones meliores restituendas adhibere potuimus. Constat enim, codices recentiores, usque ad a. 1513. *perductos, et cum chronico antiquissimo, quod sequuntur Annales Magdeburgenses, et cum Brunonis libro magis concordare quam vetustiores; neque fieri potuit, ut illi capitulis iterum ex chronico antiquissimo et e Brunone selectis recensionem breviorem tam aptissime supplevissent. Quare prioris partis uberiorem recensionem A exhibuimus, varias brevioris B lectiones plerumque subnotantes; sed per partem alteram, ubi recensiones minus inter se differunt, breviori maiorem fidem tribuimus. Neque omittendum videtur, codices classis A solos esse, qui loco supra p.* 363, *n.* 7. *laudato, ubi de missione Willigisi archiepiscopi ad Giselarium a.* 1004. *facta agebatur, lectionem rectam servarint, eo qui classem B recensuit illam vitiosam credente et corrigente*[2]. *Quae cum ita sint, censendum est, codicum omnium prototypon longo iam tempore esse deperditum; quem eundem fuisse qui olim in bibliotheca nobilis gentis Alvenslebianae iam in Erxleben*[3] *arce existente asservatus fuisse dicitur, et quem multo impenso labore et studio frustra quaesivi, valde dubito. Codices qui adhuc supersunt, et quos exceptis priore B* 1 *signati parte et fragmento quod B* 2 *nominabimus ipse contuli, sunt hi:*

A 1) *Codex bibliothecae principis de Metternich in arce* *K o e n i g s w a r t* *in Bohemia asservatae, mbr.*, 105 *foliorum*, 25. *C.* 4. *in folio signatus, paullo post annum* 1525, *ut videtur, impensis et iussu archiepiscopi Alberti Brandenburgensis principis peroptime exaratus et ornatissimus, quem ut ipse invenerim, felicissime mihi ante hos tres annos contigit. De quo cum 'N. Arch.' V, p.* 459—465. *pro-*

1) Diss. p. 51—54. 2) Primo, ut Annales Magdeburgenses demonstrant, scriptum fuit: *(Heinricus rex) . . . Thorneburch profectus, Willigisum archiepiscopum cum aliis sapientibus et idoneis viris Magdeburch direxit ad prefatum archiepiscopum, qui iam pre diuturni languoris vexatione a multis desperatus erat,* unde scriptoris negligentia factum est: *(Heinr. rex) . . . Thorneburg profectus, Willigisum archiepiscopum, qui iam pre diuturni* etc., quod in codicibus A legitur. Codices B haec verba commutaverunt in: *(Heinr. rex) . . . Thorneburg profectus, Giselarium (archi)episcopum, qui iam pre diuturni* etc. Meibomius minor eodem modo lectionem primam codicis A 2 castigavit. 3) Boysen, 'Historisches Magazin' III, p. 190.

lixius egerim[1], *plura hic proferre supersedeo; sufficiat tantum commemorasse, operi titulum esse praemissum:* Chronica archiepiscoporum Magdeburgensium 1525. *et folio 1'. armis gentis Lochowianae subscripta esse haec:* Historicum hoc opus tum propter venerandae antiquitatis industriam tum propter exemplarium penuriam meo iudicio dignum, ut in precio habeatur, ego Ludovicus a Lochow, metropolitanae Magdeburgensis ecclesiae decanus et ad Sanctum Gangolphum sub aula archiepiscopali thesaurarius, reverendi capituli bibliothecae lubens do, dico, consecro atque ad posteros transmittendum diligenter asservari volo, mando, iubeo. Anno Christi 1603. mense Iulio. *Singulari litterarum quae minusculae dicuntur degeneratarum, sed pulcherrimarum, specie facillime fieri potuit, ut librarii eum exscribentes saepissime errarent. Quorum menda quamvis sint editori satis incommoda, tamen plerumque ansas praebuerunt, ut genealogiam quandam ceterorum codicum instituere possemus. Omnium eorum communis est mos, verba primarum linearum cuiuscunque capituli litteris maioribus vel quodam colore depictis insignire, qua in re exemplum codicis A* 1 *imitari videntur. Nominandus igitur*

A 1^a*) Codex bibliothecae municipalis* W r a t i s l a v i e n s i s *vetustior, chart. in folio, saeculi exeuntis XVI, R. B. a.* 3. 4. 12. *et rubro numero* 2161. *signatus, qui quidem litterarum forma singulari et proprietatibus orthographicis, ut* nunctius *et similibus, propius ad cod. A* 1 *accedit.*

A 1^b*) Codex bibliothecae magni ducis Saxoniae* W i m a r i e n s i s, *chart. in folio, nr.* 79. *signatus, saeculi ineuntis XVII, qui, quantum cognoscere potui, ex cod. A* 1^a *descriptus est.*

A 1^c*) Codex bibliothecae civitatis* W r a t i s l a v i e n s i s *recentior, nunc S. IV.* 2 *a.* 34. *et rubro nr.* 387. *signatus, antea bibliothecae Rhedingerianae* 71, *chart. in* 4^0, *litteris maxime cursivis, minimis, foedissimis, multis adhibitis compendiis, exeunte saeculo XVII. vel ineunte XVIII, nisi omnia me fallunt, ex A*1^b *descriptus.*

A 1^d*) Codex bibliothecae senatus* L i p s i e n s i s *catalogo Naumanniano nr. DLXVI, nunc in repertorio II. nr.* 76. *assignatus, chart. in folio anni* 1605, *si fidem habemus inscriptioni fronti teguminis insertae:* Chronicon Magdeburgense a. D. 1605, *quacum optime concordat scripturae et litterarum species. Gesta adauxit auctor quidam recentior et glossis et continuatione brevi, vernacula lingua scripta, cuius pars prima de rebus cum archiepiscopis de constitutione civitatis gestis agit et ex Pomarii historia Magdeburgensi extracta videtur esse, altera nomina civitatum, locorum, comitatuum, iurium a singulis archiepiscopis acquisitorum ex chronica repetita enumerat. Codicem arcte cum Koenigswartano cohaerere, docet numerus* 1525. *titulo adiunctus, et, qui est consensus omnium rerum, eum, etsi recentiorem, nullo tamen medio intercedente ex illo profluxisse, censeam, neque taceam, librarium eius tam eruditum fuisse, ut non solum nusquam legendo et scribendo peccarit, verum etiam multas quibus A* 1 *laboravit ineptas et corruptas lectiones animadverterit et emendarit.*

A 2*) Codex* H a n n o v e r a n u s *bibliothecae regiae, chart. in folio nr. XIX.* 1106, *olim in catalogo bibliothecae Meibomianae nr.* 13. *signatus, isque quem Heinricus Meibomius minor in usum editionis a.* 1688. *vertit et avus eius e codice membranaceo in* 4^0 *a Marquardo Frehero sibi a.* 1600. *transmisso*[2]

1) Pauca quae addenda sunt v. infra p. 375 n. d.

2) Epistola d. d. Heidelbergae 14. Ianuarii 1600, qua Freherus codicem edendum amicissime proposuit, in calce editionis Meibomianae p. 372. publici iuris facta est. Titulus ibi libro attributus: *De civitatis Magdeburgensis et archiepiscopatus ibidem exordio et gesta pontificum Magdeburgensium ab Adelberto primo usque ad Theodoricum XXVIII. archiepiscopum,* qui magis in rec. B quadrat, haud accuratus fuisse potest, si ceteris quae Meibomius de eo narrat fidem tribuimus.

describi fecerat. Quem codicem inter belli tricennalis tempestates periisse, iam Meibomius minor valde luget nosque cum eo adhuc lugemus. Eum a Frehero ad fidem fontium in Gestis adhibitorum esse castigatum, coniiciendum est; nam capitula ex Brunonis libro deprompta et a Gestorum auctore haud sine consilio interdum commutata[1] *in A 2 accurate cum Brunonis verbis consonantia invenimus et Freherum Brunonis librum primum publici iuris fecisse scimus. Variarum lectionum codicis deperditi copiam insuper non solum scribae plures*[2]*, qui litteris valde cursivis usi, satis negligenter scribendo collaboraverunt, verum etiam Meibomius, modo Freheri exemplum imitatus, Thietmari et Brunonis verba reponens*[3]*, modo ex codice recensionis B necnon ex coniectura lectiones addens vel corrigens valde auxerunt. Folia omnia nunc discissa exstant, in quorum marginibus paginae editionis rubricis annotatae sunt, quod indicare videtur, typographum eum manibus habuisse; hunc etiam augendis mendis librarios aequiparasse, immo vero vicisse, cuique haud ignotum est. Etsi codicem illum Helmstadii exaratum esse probabile est, tamen tectus est instrumento, ut dicunt, quod a notario quodam d.* 30. *Ianuarii* 1415. *de causa a Iohanne Zadebnan thesaurario capellae s. Gangolphi aulae archiepiscopalis apud sedem apostolicam contra Hermannum Quesuz assertum canonicum ecclesiae Magdeburgensis acta conceptum est. Tempus quo codex iste ortus sit sequente determinatur.*

A 2[a]*) Codex bibliothecae regiae universitatis* H a l e n s i s, *chart. Yd.* 19 *signatus, in folio, cui f.* 259'. *notitia ornamentis versicoloribus satis cooperta litteris minimis est adiecta:* Blasius Filsmannus Noricus ss. theologiae studiosus in academia Iulia describebat 1606. *Qua in re considerandum est, et Meibomium maiorem fuisse professorem academiae Iuliae Helmstadensis, et codicem Halensem ubique cum codice A 2 lectionibus omnibus perversis non solum concordare, verum etiam novis mendis iis locis laborare, quibus A 2 valde indistincte scriptus sit; huc accedit, quod codicis A 2 folia plura maculata sunt regula eodem colore subviridi illinita quo lineae paginas codicis A 2*[a] *ambientes ductae sunt. Quod si perspicimus, haud dubitari potest, quin cod. A 2*[a] *ex A 2 descriptus et A 2 inter a.* 1600. *et* 1606. *exaratus sit. Gesta Theodorici archiepiscopi, quorum pars et in cod. A 2 et in editione deest, cod. A 2*[a] *integra tradit, ita ut folium haec continens inter annos* 1606. *et* 1688, *quo editio in lucem prodiit, periisse censeam. Prologum, quem A 2*[a] *solus inter huius recensionis codices praebet, ex codice quodam rec. B suppletum esse etiam coniiciam, ut in A 2 praeter lectiones nonnullas etiam capitum numeri ex codice quodam rec. B recentiore manu post inserti sunt. Praeterea cod. A 2*[a] *scriptura distincta et pulchra et rubricis litteris capitalibus ornatissime exaratis excellit. Gestis praemissum est 'diploma fundationis monasterii Bergensis prope Magdeburg', i. e. privilegium ecclesiae s. Mauritii d.* 21. *Septembris* 937 *(St.* 70*) concessum. Quo modo codex Halas pervenerit, instruimur notitia tegumento inserta:* Incrementum bibliothecae abbatialis b. Mariae virginis in Huysburg factum per dominum Sebastianum ab Horn trigesimum nonum, ut fertur, eiusdem monasterii abbatem, idque miserrima temporum et rerum facie, dum omnia monasteria ita per concussiones, contributiones et militares quascunque pressuras et exactiones eviscerabantur, ut divini cultus continuandi nulla spes alluxerit, minus mona-

1) Quod maxime elucet ex iis, quae de impetu ab Heinrico IV. in Magdeburg civitatem a. 1075. facto narrantur, ubi oportuit, ut Gestorum auctor pro *nobis audientibus*, quod Bruno scripsit, *omnibus audientibus* et alia similia poneret. 2) Eos duodecim fuisse, dicit van Hout, Diss. p. 5. 3) Plures eius generis sententias, quae manu posteriore in A 2 adiectae, in A 2[a] non sunt descriptae, infra in editione annotabimus.

sterii sua conservandi etc. anno 1656; *plures enim codices Huysburgenses nunc Halis asservantur.*

B 1) *Codex tabularii domus regiae Borussicae* ***Berolinensis*** *nr.* 488, *antea bibliothecae b. m. Georgii Wilhelmi a Raumer, mbr. in* 4°, 80 *foliorum, monstrante catalogo archiepiscoporum folio* 1. *inscripto, saeculo XIV. exeunte litteris minusculis, satis pulchris nec nimis magnis scriptus, et initialibus et titulis frequentioribus minio ductis ornatus, in fine mutilus et nonnullis foliis prioribus mancus, adiectionibus multis marginibus inscriptis, radendo, subpungendo, vocibus suprascriptis ad fidem cuiusdam exemplaris propositi correctus. De quo cum demum ante biennium a V. Cl. G. A. a Mülverstedt amicissime certior factus sim, eum omnium ultimum examinavi eiusque partem posteriorem contuli, partem priorem nostro usui V. Cl. O. Holder-Egger benignissime conferente. Cuius, utpote omnium antiquissimi, scribendi rationem secuti, quae aperte saeculi XIV. indolem habent, correximus*[1].

B 1[a]) *Codex bibliothecae regiae* ***Dresdensis***, *cui anno* 1832, *mense Octobri a tabulario regio Saxonico concessus est, chart. in folio, J.* 49 *signatus, cuius foliis* 82 *posterioribus post Annales Pegavienses et Ekkehardi Uraugiensis chronicon universale Gesta haec inde a folio* 249. *sunt inscripta; quod factum esse anno* 1506, *rubrica in fine apposita suspicari licet et litterarum haud deformi specie confirmatur, quam quidem haud sciam utrum dicam minusculam an cursivam. Pars prior et rubris et initialibus rubri coloris litteris satis exornata est, quod ut ubique faceret librarius in mente habuit, sed, ut lacunae demonstrant, non perfecit. Omnibus fere lectionibus cum B* 1 *concordat et ex eo descriptus videtur esse, ita ut, illo interdum deficiente, editioni nostrae profuerit. Menckenius eum adhibuit in tomo III. Scriptorum Germanicorum, p.* 359. *ad supplendam lacunam paginae* 345. *editionis Meibomianae; glossae marginales, inter quas in principio emergit: '*25. *Mai etc.* 75.*' et versus finem: '*28. *Mai etc.* 75.*' forse patri J. B. Menckenii tribuendae sunt.*

B 2) *Codex bibliothecae regii gymnasii quod vocatur Stephanei* ***Halberstadensis*** *nr.* 63, *mbr. in* 4°, *litteris minusculis, teste serie episcoporum Halberstadensium*[2] *in calce subiecta inter a.* 1419—1435. *scriptus, inde a fol.* 113. *usque ad fol.* 127'. *gesta tantum archiepiscoporum Burchardi, Ottonis, Theodorici interdum iam in brevius contracta et Gestis episcoporum Halberstadensium continuandis adiecta continet. Lectiones eius V. Cl. Guilelmus Arndt iam ante hos* 17 *annos in usum editionis faciendae accuratissime annotavit. Fragmentum hoc utrum ex cod. B* 1 *an ex alio deperdito descriptum sit, non satis liquet.*

B 3) *Codex* ***Hannoveranus*** *bibliothecae regiae XIII,* 753, *chart. in folio, binis columnis, litteris cursivis satis facile legendis, sedente Friderico de Bichlingen archiepiscopo, i. e. inter annos* 1445—1464[3], *forse a Iohanne Sprenenberch scriptus*[4], *praeter Gesta fol.* 281—415. *cum alia tum Chronographiam Conradi Halberstadensis et chronicam marchionum Misnensium continet. Qui cum accuratius iam 'Arch.' XI, p.* 381. *descriptus sit, vix opus videtur esse,*

1) E. gr. *neccessarium, symulachra, – burgh, Ytalia* et quae sunt eiusmodi. 2) Eorum ultimus est Iohannes de Hoym, qui sedit a. 1419—1436; Magdeburgensium locum ultimum tenet Guntherus, qui archiepiscopatui praefuit a. 1403—1445. V. Cl. Weiland, qui in editione Gestorum episcoporum Halberstadensium hoc codice usus est, notitia alia manu adiecta fretus eum anno 1423. tribuit. 3) Catalogo archiepiscoporum in capite Gestorum ab eodem scriptore posito, alia manus, quae iam saec. XVI. attribui potest, adiecit nomina Iohannis (1464—1475) et Ernesti archiepiscoporum (1476—1513). 4) Eadem manus quae Gesta scripsit in calce Chronographiae subiunxit: *et sic terminatur in hac secunda pars huius operis principalis in die sancti Eustachii martiris et sociorum eius, completa per me Iohannem Sprenenberch.*

ut commemoremus, Gestis ibi admixtos esse Annales Reinhardsbrunnenses, ita ut V. Cl. F. X. a Wegele, compilatione hac cum editione Meibomiana collata, quae illis tribuenda sint seiungere et edere potuerit[1]. *Pauca quae ab eo praetermissa et maximam partem ex Chronica Minore, Lamberti Hersfeldensis, Ekkehardi, Iacobi a Voragine chronicis sumta sunt, nec nostra editione comprehendi posse intellexi, infra tamen annotavi. Hic codex propius accedit ad lectiones cod. B 1, exceptis paucis locis, ubi, ut coniunctio cum Reinhardsbrunnensium Annalium capitibus facilius perficeretur, alia sunt mutata, alia omissa, alia in brevius contracta. Codicem olim in conventu Ierichow asservatum fuisse, Wegele docuit, notitia in fine addita iam ab ipso publici iuris facta, sed a nobis infra in calce partis alterius Gestorum iteranda. Nonnullis lectionibus probari videtur, codicem B 3 ex B 1 profluxisse.*

B 3[a]*) Codex Serbestensis tabularii secreti ducum Anhaltinorum Vol. 1. f. 294*[b]*. nr. 2, in folio, chart., saeculo exeunte XVI. vel ineunte XVII. satis pulchre exaratus. Ut infra in editione, ubi de nece Heidenrici archiepiscopi electi ad a. 1325. agitur, exponemus, scriba codicem Hannoveranum (B 3) exscribendum sibi proposuit, ita tamen, ut omnia quae ad opus monachi Reinhardsbrunnensis pertinere videbantur, praetermitteret; quod ei tam feliciter evenisse, ut vix interdum peccando veram rerum naturam patefaceret, valde miror.*

B 4) Codex bibliothecae regiae Berolinensis, chart. in folio, nunc inter manuscripta Borussica F. 866. numeratus, 25 foliorum, una eademque manu litteris validioribus sed valde cursivis nec satis magnis nec pulchris, binis institutis columnis, lineis aequilibribus carentibus, exaratus et in principio litteris initialibus, lemmatibus, lunulis rubei coloris decoratus. De aetate qua scriptus sit plura videas infra, ubi de cod. B 4[a] *loquemur. Ut folia priora, quae indicem quendam et calendarium menses inde a Iulio usque ad Decembrem amplectens exhibent, testantur, fragmentum certe est voluminis valde copiosioris, cui prima pars collectionis legendarum quae 'passionale' dicitur inserta fuit*[2]. *Haud dubitamus, quin codex iste ex cod. B 1 exscriptus sit, sed librarius nescio quo consilio ductus saepissime a lectionibus eius alia contrahendo alia omittendo alia commutando recedit. Quae cum minimi momenti sint, eo maioris faciendum est, librarium marginibus et quibusdam foliis volumini interiectis multa ad res gestas archiepiscoporum spectantia addidisse, quae, ut supra disserui, ex chronica quadam Magdeburgensi, ex chronica imperatorum, ex Annalibus Stadensibus, ex Chronica archiepiscoporum Bremensium deprompta esse suspicor. Codex in fine mutilus est; desinit in Gestis Alberti verbis:* partem brachii sancti Philippi apostoli, partem.

B 4[a]*) Codex bibliothecae regii gymnasii cathedralis Magdeburgensis nr. 26, chart. in folio, qui foliis 424 prioribus exhibet alteram partem 'passionalis', sequentibus indice et calendario mensium a Decembri usque ad Iunium. Etsi eadem quae scripsit codicem B 4 manu exaratus videtur esse, paulo recentior est credendus, quoniam pars adiectionum modo laudatarum iam contextui est inserta, et multis scatet mendis non aliunde exortis nisi creberrimis et maxime insolitis siglis codicis Berolinensis, quae librarius, illum ab ipso confectum iterum satis temere describens, male interpretatus est. Tempus quo ille labo-*

1) 'Thüringische Geschichtsquellen' t. I.

2) Hoc fragmentum quodam modo cum cod. suprammemorato nr. 138. bibliothecae gymn. cathedr. Magd., qui eadem manu scriptus est, cohaerere videtur, nam non solum hic eandem calendarii partem continet, verum etiam ad compilationem historicam ei insertam spectant verba additamentorum cod. B 4: *sed Otto* [imperator] *obiit, ut patebit in chronica imperatorum, in alia parte, de quo in fine huius libri in cronica.*

raverit indicat et rubrum indici ad passionale pertinenti suppositum: Explicit registrum anno 1459. sabbato ante communes, *et notitia caeruleo colore inter passionale et Gesta interiecta:* Et sic est finis huius prime partis collecti ex diversis passionalis anno MCCCCLIX. in die Cosme et Damiani. Incipit cronica archiepiscoporum Magdeburgensium, *in quod optime quadrant ea quae ex brevissimis archiepiscoporum Petri, Ludovici, Friderici II, Guntheri, Friderici III. vitis in calce Gestorum adiectis cognosci potest, nam manus quae omnia haec scripsit paulo ante a.* 1463. *stilum deponit eamque excipit alia coaeva.*

B 5) *Codex chartaceus in folio Zh* 65. *bibliothecae comitum Stolbergensium quae* W e r n i g e r o d a e *est inde a folio* 334. *usque ad* 361. *aliud praebet fragmentum Gestorum archiepiscoporum, quod exordiens a vita Conradi, Norberti successoris, cum reliquis pergit usque ad mortem Theoderici, deinde vitam Alberti II. omnino diversam a caeteris tradit; hac excepta, permultis lectionibus cum codice Dresdensi (B* 1^a*) concordat, maximeque dolendum est, quod eodem loco Gestorum Theoderici archiepiscopi quo editio Meibomiana manca est etiam ex codice B* 5 *duo folia exciderunt. De eius aetate inde iudicandum est, quod inter catalogos Magdeburgensium archiepiscoporum ac episcoporum Halberstadensium et Merseburgensium ab eodem librario compilatos hic usque ad Sigismundum de Lindenau, qui sedit a.* 1535—1544, *est deductus. Exemplar illud a bibliopega agglutinatum est chronico cuidam Thuringico, quod Conrado Stolle vicario Erfordensi attribuendum videtur esse, et memorabilibus Marci Spittendorf consulis Halensis et Chronicae scabinorum Magdeburgensium additamentis et continuatione de gestis Magdeburgensibus et Halensibus adauctae, quibus pauca de gestis Ludovici archiepiscopi vernacula lingua scripta sunt inserta.*

Plura cum non habeam quae de Gestis archiepiscoporum Magdeburgensium eiusque codicibus dicam, restat, ut gratias quas debeo maximas agam omnibus viris doctis et praeclaris, bibliothecarum tabulariorumque praefectis et magistratibus, qui cum concesserunt, ut in aedibus eorum ex commodo codices perscrutarer, tum permiserunt, ut libri pretiosissimi manuscripti Halas in bibliothecam universitatis transmissi per satis longum temporis spatium mihi praesto essent.

Halis Saxonum die 25. *mensis Iunii a.* 1882. *Guilelmus Schum.*

A.

CHRONICA ARCHIEPISCOPORUM MAGDEBURGENSIUM[a].

Adelbertus sedit annos 13, menses 8[b].
Giselharius sedit annos 22.
Tagino sedit annos 8, menses 4, dies 8.
Walthardus sedit ebdomadas 7, dies 2.
Gero sedit annos 10, mensem unum.
Humfridus sedit annnos 28 et menses 2.
Engilhardus sedit annos 12.
Wernherus sedit annos 14.
Hardewicus sedit annos 22, dies 10, menses 10.

B.

CATHALOGUS[c] ARCHIEPISCOPORUM MAGDEBURGENSIS ECCLESIE.

Adelbertus primus archiepiscopus 9[d].
Ghiselarius II. archiepiscopus 14.
Dagheno III. archiepiscopus 15.
Walthardus IIII. archiepiscopus 16.
Gero quintus archiepiscopus 17.
Humfridus VI. archiepiscopus 19
Enghelhardus VII. archiepiscopus 20.
Wernerus VIII. archiepiscopus 21.
Harthewicus IX. archiepiscopus 22.

a) 1525. *add. A* 1. 1^d. *Sequimur in catalogo archiepiscoporum codicem A* 1; *paucis numeris commutatis et additamentis factis ab eo recedunt in serie archiepiscoporum A* 1^{a-d}; *similem catalogum, sed notitiis multis ex Gestorum recensione A depromptis adauctum, praebet B* 5; *catalogus deest A* 2. 2^a. b) *catalogum hunc loco indicis praemissum esse, indicant vox* folio *et numerus quidam interdum adiectus; utrumque, ne error irrepat, omisimus.* c) *minio scr. B* 1. *Catalogus similis, sed capitulorum numeris destitutus, legitur in B* 3, *cui minio inscribitur:* Registrum summorum pontificum ecclesie Magdeburgensis. d) *supplendum:* capitulo.

A.	*B.*
Heinricus sedit annos 4, menses 8.	Hinricus X. archiepiscopus 23.
Adelgotus sedit annos 11, menses 11, dies 21.	Adelgotus XI. archiepiscopus 24.
Rockarus sedit annos 6.	Rockardus XII. archiepiscopus 25.
Nortbertus sedit annos 7, menses 10, dies 20.	Norbertus XIII. archiepiscopus 26.
Conradus sedit annos 7, menses 10, dies 2.	Conradus XIIII. archiepiscopus 27.
Fredericus sedit annos 9, menses 8, dies 7.	Fredericus XV. archiepiscopus 28.
Wichmannus sedit annos 42.	Wichmannus XVI. archiepiscopus 29.
Ludolphus sedit annos 15 minus 15[a] diebus.	Ludolphus XVII. archiepiscopus 30.
Albertus sedit annos 28, menses 6, dies 10.	Albertus XVIII. archiepiscopus 31.
Borchardus sedit annos 2.	Borchardus XIX. archiepiscopus 32.
Wilbrandus sedit annos 18.	Wilbrandus XX. archiepiscopus 33.
Rodolphus sedit annos 7.	Rodolphus XXI. archiepiscopus 34.
Rupertus sedit annos 7.	Ropertus XXII. archiepiscopus 35.
Conradus sedit annos 10.	Conradus XXIII. archiepiscopus 36.
Ericus sedit annos 12, menses 4, ebdomadas 4.	Hinricus electus 37.
Borchardus sedit annos 9.	Ericus XXIV. archiepiscopus 38.
Heinricus de Anhalt sedit annos 3, menses 3,	Borchardus XXV. archiepiscopus 39.
ebdomadas 2.	Hinricus XXVI. archiepiscopus 40.
Borchardus de Schraplaw sedit annos 19.	Borchardus XXVII. archiepiscopus 41.*
Otto sedit annos 33.	Otto XXVIII. archiepiscopus 42.
Theodericus sedit annos 6.	Theodericus XXIX. archiepiscopus 43.
Albertus sedit annos 3, menses 6.	
Petrus sedit annos 9.	Albertus[e] XXX. archiepiscopus 44.
Ludovicus sedit annos 9[a].	Petrus XXXI. archiepiscopus[f].
Fredericus sedit annos 26[b].	
Albertus de Querfordt sedit annos 16[c].	Lodewicus[g] XXXII.
Guntherus de Schwartzburg sedit annos 41.	Fredericus XXXIII.
Fredericus de Bichlingen sedit annos 19.	Albertus XXXIIII.
Iohannes dux Bavarie sedit annos 11.	Guntherus XXXV.
Ernestus dux Saxonie sedit annos 37.	
	Fridericus[h] XXXVI.
Albertus[d] V. marchio Brandeburgensis, qui et post archiepiscopus Moguntinus, sedit	Iohannes[i] XXXVII.
annos 32, obiit 1545, 24. Septembris.	Ernestus XXXVIII.
Iohannes Albertus, marchio Brandeburgensis, sedit 4 annos.	Albertus[k] XXXIX.
Fredericus marchio, Lutheranus, 4 mensibus nomen habuit.	
Sigismundus, marchio Brandeburgensis, ab 1553. usque ad 1566, 14. Septembris.	

*) *Gestorum excerptis fragmentum catalogi adiecit B 2:* Borchardus Scrapelov 27. Otto de Hassia 28. Tidericus Cisterciensis 29. Petrus 30. Lodewicus 31. Hoym 32. Albertus Quervorde 33. Gunterus Swartzeborch 34. Heydenricus de Erps moritur, Iohannes Stalberch, qui fuerunt electi, sed non consecrati, episcopatum cessit.

a) *ita minus recte codd.* b) *tanto tempore Fridericus ecclesiae Merseburgensi praefuit; archiepiscopus non per annum integrum fuit.* c) *ita pro* 21 *codd.* d) *sequentia alia manus saec. XVII. adiecit. (Litteras:* F. W. H. S. N. S. T. D. H. Col. 1633. *hic ab eadem manu in margine positas quas cum in 'Neues Arch.' V, p.* 464. *de cod. A* 1 *dissererem interpretari nequivi, nuper intellexi concordare cum titulo cuiusdam libri a St. A. Würdtwein in 'Novis subsidiis dipl.' IV, p.* 154. *citati: Fratris* Wolteri *Streve(r)storff* Novesiensis *Sacrae Theologiae Doctoris ordinis* Heremitarum *s. Augustini per Thuringiam et Saxoniam vicarii generalis 'Primas Magdeburgensis' hoc est: series archiepiscoporum et primatum Magdeburgensium usque ad Guilelmum Austriacum.* Coloniae 4°, *typis Petri Metternich. Series archiepiscoporum a Würdtwein ipso p.* 146—154. *edita ex Gestis archiepiscoporum est excerpta).* e) Alb. — XXXI. arch. *alia manu saec. XIV. adiecit B* 1. f) *capitula abhinc non numerantur.* g) Lodew. — XXXV. *alia manu saec. XV. med. adiecit B* 1. h) Fredr. — XXXVIII. *alia manu saec. XV. ex. adiecit B* 1. i) Iohannes dux Bavarie XXXVII; Ernestus dux Saxonie et marchio Misnensis et administrator ecclesie Halberstadensis *alia manu saec. XVI. in. adiecit B* 3. k) *alia manu saec. XVI. in. adiecit B* 1.

A.

Ioachimus, marchio Brandeburgensis.
Christianus Guilelmus marchio Brandeburgensis.
Guilelmus Leopoldus, archidux Austriae, Ferdinandi II. Romanorum imperatoris filius.

B.

INCIPIT PROLOGUS[a].

Ne actus veterum memoria digni in oblivionis nubilum deducantur, utile utique arbitror et honestum, ut certa de eis memoria vivacis scripti calamo ad posteros derivetur, ut et boni ex bene gestis virtutis sumant exemplum et a male gestis discant salubriter abstinendum[1]. Hac igitur consideratione motus, ad honorem Dei et[a] laudem sancte Magdeburgensis ecclesie gesta pontificum, qui eidem ecclesie a principio fundationis sue prefuerunt, ordinem[b] quoque ipsorum[c] necnon et sub quibus apostolicis et imperatoribus sive regibus presiderunt, et in quibus principum[d] liberalitate ecclesia profecerit[e] per eosdem, prout ex diversis cronicorum scriptis et antiquorum dictis colligere et investigare potui, congrua brevitate conscribere curavi. Verum quia eadem sacrosancta Magdeburgensis ecclesia sicut et civitas a magnificis imperatoribus fundationis originem sumpsit — nam a Iulio Cesare civitas condita[f], a Karolo Magno ad fidem conversa, et ab Ottone Magno sedes archiepiscopalis in ipsa civitate postmodum est erecta —: quapropter ab eisdem fundatoribus dignum duxi exordium sumere et exinde ad pontifices me transferre[2].

DE[g] EXORDIO CIVITATIS MAGDEBURGENSIS ET[h] ARCHIEPISCOPATUS ET GESTA PONTIFICUM EIUSDEM CIVITATIS.

1.[i] Otto Dei[k] constitutione princeps huic mundo necessarius, trium illius nominis primus, opere et agnomine[l] Magnus, cum, defuncto patre suo Heinrico[m], dyademate[n] regni felici auspicio esset coronatus, omnis voluntas illius versabatur in studio propagande religionis et cultus[o], quia vere Dei[p] timor erat ante oculos eius. (cf. Ps. 13, 3.) Unde et secundo regni sui anno apud Magdeburg[q], que et Parthenopolis[r], civitatem in ripa Albie[s] fluminis et parrochia Halverstadensis episcopatus sitam, (cf. Thietm. II, 2. A. Magd. a. 938.) instinctu pie petitionis et amore venerabilis Edith regine, cuius et[t] dos fuit[3], regalem fundavit abbatiam. Erat enim, ut talem[u] decebat, tanti[v] viri copulata matrimonio, non minus et ipsa in divino cultu studiosissima, ut testantur ad tumulum eius post modicum[w] divinitus ostensa miracula, sed et secundum seculi dignitatem nobilis, filia videlicet Ethmundi Anglorum regis[4]. Quam ob rem Dominus, fructus[x] ventris eius benedicens, dedit ei[y] magne indolis filium nomine Liudolfum. (Thietm. II, 1) Qui omni virtute patrissans, universorum principum electione regno meruisset succedere, nisi quod ducatu sublimatus Bavarie, sumptis armis patri[z], quoad vixit, non desiit rebellare. Quod hic plenius dicere obmittimus[a], quia de abbatie prememorate fundatione[b] et de primo civitatis nostre[c] exordio secundum traditionem veterum breviter dicere volumus[d] et de archiepiscopatus nostri[b] inchoatione.

a) *minio scr. B* 1. *A* 2a, *qui prologum ex codice quodam classis B repetiit;* Cronica pontificum et archiepiscoporum Magdeburgensium *B* 3; Inc. cronica Magdeburgensis ecclesie episcoporum *B* 4; Inc. chron. arch. Mag. *B* 4a; *prologus deest B* 2. 5. b) ordinem — presiderunt *des. A* 2a. c) temporum *B* 4. 4a. d) *sic A* 2a; principu *post corr.* principis *B* 1; principibus *B* 1a—4a. e) proficeret *B* 4a. f) fuit condita *B* 4. 4a. g) *B* 3 *sic:* De Ottone Magno imperatore primo ecclesie Magdeburgensis fundatore; *B* 4. 4a: De Ottone Magno huius nominis primo et fundatore. h) et *deest A.* i) *numeros capitulorum, qui tantum in B* 1 *leguntur et quorum nonnulli e codice quodam classis B deprompti in A* 2 *inveniuntur, retinuimus.* k) gratia et *add. A* 1d. l) op. re et cognomine *B* 4a. m) Hinrico *B* 1 *semper.* n) regni dyad. *B.* o) divini *post in marg. suppl. B* 1, *add. B* 1a. 3. p) tim. Dei *B.* q) Magdeburgk — Brandeburgk — Havelbergk *A* 1 *semper;* Magdeburgh — Havelbergh *et similiter alibi B* 1. r) Partin. vel urbs Palladis *B* 3. s) Albee *semper B* 1 *alii.* t) et *deest B.* u) tali *A* 1—1d. v) t. v. *des. A* 1—2a. w) postmodum *B.* x) fructui *A* 1—2a. y) illi *B* 1—3. z) quoad vix non des. patri reb. *B.* a) obmisi *B.* b) *deest B.* c) ipsius *B.* d) veterum festino breviter dicere *B.*

1) Vide infra vitam Giselarii p. 387: *Sed sicut bona bonis in exemplum, sic et mala ad cautelam non incassum scribimus.* 2) De simili prooemio Gestis episcoporum Halberstadensium praemisso vide praefationem p. 365. 3) Verba: *cuius et praedictus locus (Magdeburg) dos fuit* leguntur in diplomatibus ab Ottone I. monasterio S. Mauritii a. 937, Sept. 21. et 27. concessis (St. 70. et 71. et Reg. archiep. Magdeburg. I, nr. 72. et 73). 4) Potius soror Ethmundi et filia Edwardi.

De exordio civitatis[a].

2. Cesar[*] igitur ille quondam potentissimus ab Iulo[b], Enee filio, stirpis derivatione (cf. A. Magd. a. 938.) cognominatus Iulius, dictatoris ordine cum Crasso et Pompeio sublimatus Rome, cum totam Galliam trine divisionis suscepisset[c] in sorte sue defensionis, in has deveniens suspecte gentis partes, causa tutele cum exercitu repausationis vel cohercende circumposite nationis gratia[d], plures competentibus in locis civitates condidit, quarum nonnullas terre lignique materia circumvallatas, plerasque etiam murorum ambitu cinctas munire studuit, quantum opere festinato valuit, inhianter accedens multitudo. Inter quas et hanc non infimam ad honorem Diane, cuius, ut fertur, se tuitioni in ea expeditione potissimum commendaverat, condidit, Grecamque sequens ethymologiam, barbaro equipollente vocabulo, a parthena Parthenopolim nuncupavit, ac ad religionis supplementum secus decursum predicti[e] fluminis templum, immo et[f] ydolium[g] instituit, virginibusque quam plurimis ibi dicatis,

sacra[h] dee statuit, que posteritas celebravit;

et sic ex hoc facto civitas nostra[i] Magdeburg, id est civitas[k] virginum, traxit vocabulum.

3. Decursis[**] post hec plurimorum temporum spatiis, cum dive[l] virtutis exemplar (cf. ib.) pius[m] Karolus, regni monarchiam adeptus, studio propagande religionis Saxoniam continuis bellorum procellis per triginta annos[1] non sine suo suorumque gravi periculo lacessitam subdidisset Deoque adiuvante divino cultui mancipasset, ydolii[n] huius aras evertit, simulacra destruxit, thesaurum superstitioni dicatum diripuit et oratorium prothomartiris Stephani ab Hildigrimo, primo Halverstadensis ecclesie episcopo, dedicari fecit[2]. Cuius etiam diocesi totam civitatem cum omnibus ad eam pertinentibus adiecit. Sed iam dicto[n*] Albie flumine iugi impulsu usque ad ecclesie parietes litus suum concavante, ipsam tandem ruentem[o] in se traiecit, pro qua hanc permodicam, quam usque hodie cernere est, vulgi paupertas (cf. Brun V. Adalb. c. 4.) erexit.

[Anno[p] Domini 938.]

4. Prefatus autem Otto imperator Magnus et post tempora gloriosi Karoli cunctis (cf. ib.) Romana sceptra gerentibus non[r] dissimilis augustus, volens non solum[q] sue, sed et future etatis generationibus relinquere nominis sui[r] memoriale celebrandum, immo ob eterne (cf. Thietm. II, 2.) remunerationis desiderium, ad hanc muniis Christi construendam sancta intentione novum civitatis posuit fundamentum. Quam etiam pre omnibus Theotonici regni civitatibus eligens sublimandam, in ipsa studii et bone voluntatis sue precipuam[s] collocavit curam.

[De[t] institutione abbatie.]

Secundo namque, ut prefati sumus[u], regni sui anno regalem inibi[v] abbatiam in honore[w] (cf. A. Magd. a. 938.) beati Petri apostolorum principis[x] ac Mauricii egregii Thebeorum ducis dignique contubernalis illius Innocentii militis fundavit, cuius corpus Rodolfus[y] rex Burgundionum[z] ei ac regine transmissum, regium, immo divinum munus, donavit[3].

[Anno Domini 941.]

Maximam quoque partem corporis sancti Mauricii[4] et quorundam sociorum eius cum (cf. ib.) plurimis apostolorum, martirum, confessorum ac virginum pigneribus in eandem civitatem

*) Cesar Iulius q. p. ab I., E. f., st. der. descendens, cum Cr. et P. sublimatus Rome *B*. — Iste Iulius Cesar fuit ante incarnacionem Domini annis circiter 47 *minio praemittunt B* 1. 1a.

**) *In marg. minio B* 1: Karolus Magn[us] anno Domini DC[C]LXXII *(uncis incl. a bibliopega abscisis). B* 3: De Karolo Magno.

a) Magdeburgensis *add. B* 1. 1a; Iulius fundavit Magdeburg *minio B* 4. 4a. b) Iulio *A* 1—2a. *B* 1a—4a. c) *sic B, A. Magd.;* suscepit *A* 1—2a. d) *deest A* 1 2a. e) Albee *B*. f) *deest B*. g) *sic, ut A. Magd., B;* idolum *A* 1 2a. h) sacre, *sed* e *erasum B* 1; sacre *B* 4. 4a. i) ipsa *B*. k) castrum *B*. l) spac. condi .... *nonnullae litterae erasae B* 1; condive *B* 1a; condigne *B* 3. m) eius *A* 2. 2a. n) *sic B, A. Magd.;* idoli *A* 1—2a. n*) dicte *B* 1. o) mentem *A* 2. 2a. p) *minio in marg. B* 1. *Eiusmodi notitias cod. B* 1 *semper uncis inclusimus;* De civitate Magdeburg *minio B* 3a; De Ottone Magno *minio B* 4. 4a. q) *deest A* 2 2a. r) sue *A* 2. 2a. s) precipue *B* 1. 1a. 3. 3a. t) *minio B* 1. 1a. u) ut predixi *B* 1. 1a. 3. 3a; ut pref. s. *des. B* 4. 4a. v) ibi *B* 1. 1a. 4. 4a. w) honorem *A* 2. 2a. x) Petri apostoli *A* 2. 2a. y) *ead. manu in marg. suppl. B* 1. z) Burgundiorum *A* 2. 2a.

1) Gesta episc. Halberstad.: *Karolum gentem Saxonum per triginta annos continue debellasse,* narrant. 2) De capella s. Stephani, quae Magdeburgi olim erat, cf. 'Schöppenchronik' p. 8. 54. 402. 3) Utrumque diploma supra laudatum commemorat: *aecclesiam construere studuimus** .... *pro remedio anime .... Ruodolfi regis, qui nobis sanctum transmisit Innocentium;* alterum (St. 70) autem dicit, ecclesiam esse constructam in honore *sanctorum martyrum Mauricii, Innocentii sociorumque eorum,* alterius (St. 71) exemplar B in honore *sancti Petri apostolorum principis et sancti Mauricii atque Innocentii* ecclesiam consecratam esse vult. 4) Thietmarus II, 11. corporis s. Mauritii translationem d. 24. Dec. 960. factam esse narrat.

(cf. A. Magd. a. 938.) transtulit idem Otto rex gloriosus. Prefecit autem eidem abbatie Annonem, virum venerabilem, morum honestate ac natalium generositate pollentem, liberalibus quoque disciplinis adprime imbutum, Treveris de cenobio Sancti Maximini[a] assumptum, trānsductis secum et aliis fratribus, sanctitate et numero monastice discipline perfectionem[b] informare sufficientibus. Traduntur plures et ingenui procerum et regie stirpis filii, sub tanti patris institutioni- (cf. Eccli. 24,16.) bus claram divine servitutis[c] militiam inchoaturi, et radicavit in populo honorificato sanctorum discipulorum novella plantatio, per quos, pullulante germine, virtutum mater ecclesia arridenti paradyso laudabile redderet incrementum. Quibus etiam ad cottidiani usus supplementum et amplioris dilectionis indicium curtem suam cum edificiis et prediis ad eam pertinentibus imperator contulit et liberam in perpetuo electionem preficiendi sibi abbatis concessit et advocati. Sed ut in mundiburdio regis in posterum se scirent esse, constituit, ut abbas eiusdem loci imperio singulis annis unum caballum, scutum et lanceam vel duas crusinas daret[1].

[Commendatio[d] abbatie.]

Hec igitur amatrix speculum et exemplar totius religionis, hec emula superne congregationis in continua laude Regis celorum et cerimoniis multorum venerabilium episcoporum et abbatum nutrix facta, Christi bono odore diversas terrarum ecclesias salubriter respersit et inter omnes cenobitas melioris testimonii regulare iter sancti patris Benedicti irreprehensibiliter hactenus incessit. Sic in ovili Christi dominus Anno Magdeburgensis cenobii (cf. A. Magd.) primus abbas gregem multiplicans eique verbo et exemplo prudenter invigilans, instar[e] servi (cf. Matth. 25,23.) euvangelici, qui in paucis fidelis repertus super multa domini sui bona constituitur, Wormaciensis presul ab omni loci illius clero[f] et populo eligitur, eique Othwinus[g], capellanus ipsius, in abbatia ab imperatore substituitur.

[De fundatione Brandeburgensis et Havelbergensis episcopatuum anno Domini 938.]

5. Non longo itaque post tempore ipse in terra Slavorum Brandeburg beato Petro (cf. A. Magd. a. 939.) apostolorum principi et Havelberg Dei genitrici episcopatus duos construxit et Maguntie metropolis suffraganeos esse constituit[2]. In dandis vero episcopatibus secundum[h] Dei timo- (cf. Thietm. II, 17.) rem et ecclesie utilitatem quia omni invigilabat studio, sublimandos ei plerumque divina[i] concessit revelatio; si vero nonnumquam errasset, ut homo, superna hunc[k] redarguit miseratio. Quod ut facilius legentis fides accipiat, utriusque rei subscriptum evidens exem- (ib.) plum corroborat[l]. Defuncto[3] quondam Ratisponense antistite, cum cesar eo venisset ad informandum statum ecclesie, visione nocturna iussus est, ut ei curam pastoralem committeret, qui crastino mane sibi primus occurreret. Prima ergo aurora illucescente[m], paucis preter morem regium secum comitantibus, ad ecclesiam Christi martiris Emmerammi monachis venit ignorantibus; ubi, pulsato leniter ostio, intromissus est ab ecclesie custode nomine Gunthero, viro in sancta religione et omni morum honestate probato. Quem intuitus, facta primum oratione, accersivit, quidque[n] sibi pro adipiscendo episcopatu dare vellet, quesivit. Ad quem ille, utpote a culminis huius ambitu liberrimus, subridens: 'Calcios', ait, 'meos vetustiores dabo voluntarius'. Quo cum ceteris fratribus ob electionem antistitis [in[o]] ecclesiam beati Petri veniente, cesar visionis ordinem cunctis aperuit et omnium assensu ipsum pontificalibus donatum consecrari fecit. Hic non longe post moriturus evidens testimonium dedit, dum gravi pulsatus valitudine[p] ad modicum convaluit, sumptoque in manu cinere, locum[q], quo migraturus erat, signo sancte crucis sur- (Iob 42,5) gendo signavit, moxque solo prostratus, illud beati Iob carmen beatus et ipse cecinit: *Auditu auris audivi te, Domine; nunc autem oculus meus videt te; idcirco ipse me reprehendo et ago penitentiam in favilla* (Thietm. II, 16) *et cinere;* et hoc dicto, quievit in pace. Alio item tempore, Volcmaro Agrippine sedis archiepiscopo, successore videlicet beati Brunonis, germani prenominati imperatoris, [defuncto[r]], omnis clerus et populus Geronem, fratrem Thietmari marchionis, sibi presulem elegit. Sed eo quod is[s] eidem predecessori suo multis in causis dissentiendo divina caritate cohabitaverit, imperator eius electioni nullatenus assensum prebuit[4]. Interea vero ipse in Papia manens, cum una dierum missam celebraret, solum beatum Petrum

a) Maximi $A\,1^{c.\,d}$. *B*. b) prefectionem $A\,2.\,2^{a}$. c) s. inc. mil. $A\,2.\,2^{a}$; veritatis *A* 1. *B* 3; virtutis *B* 1. 1^{a}. 4. 4^{a}. d) De Annone primo abbate quo modo factus est episcopus *minio* *B* 4; De A. — abbate *minio* $B\,4^{a}$. e) instanter $A\,1-1^{c}$. f) pop. et cler. *B*. g) Othuimus $A\,1-2^{a}$. h) qui ob Dei t. et ecclesie utilitatem favebant eique pl. *B* 4. 4^{a}. i) conc. div. rev. *B* 3. 4^{a}. k) *deest B*. l) corroborabat $A\,1-1^{d}$. 2; sequencia duo exempla corroborant $B\,4^{a}$. m) illuscente *A* 1. 1^{c}; illucente *A* 2. 2^{a}. n) quitquit *B* 1; quicque *B* 1^{a}. 4^{a}. o) *deest in omnibus codd.* p) invalitudine *B* 1—3. q) *deest B*. r) *deest* $A\,1-1^{d}$. *B; post in marg. suppl. A* 2, *in contextu* $A\,2^{a}$. s) his *codd. A, excepto* $A\,1^{d}$, *qui posuit* is; *deest B*.

1) De curte concessa et mundiburdio regio constituto v. St. 70, de abbate et advocato libere eligendis cf. aliud diploma Ottonis I, d. d. 11. Oct. 937 (St. 72; Reg. Magd. I, nr. 75). 2) De episcopatuum horum fundationis anno v. St. 133 et 169. 3) Nota, auctorem antiqui chronici hic et alibi verba Thietmari mutasse, ut clausulas sententiarum consonantes — quod 'reimprosa' dicimus — efficeret. 4) Thietmarus narrat, imperatorem propter dissensiones cum Thietmaro marchione habitas Geronis electioni non consensisse.

et[a] Ambrosium se[b] sacro benedicentes oleo vidit; quod tamen fideli[c] celans secreto, supernum munus Thietm. II, 16. equa mente portavit. Imperatore autem in eadem civitate sancte resurrectionis celebrante gaudia, cum in ipsa sollempnitatis die preter diadema regio indutus cultu ecclesie intraturus esset limina: ecce pulchre visionis evaginato ense angelus lucis astitit eique torvo vultu et voce indignanti dixit[d]:

Ultio Geronis erit huius plaga mucronis;
Hunc magis adscisce[e], confirma, sic resipisce![1]

Qua visione et voce territus, illum vocari fecit, et impetrata ab eo humiliter indulgentia, donatione pastoralis virge electionem eius fore ratam statuit.

6. Dominus ergo magnificans salutes Ottonis regis eius, aurea[f] ipsius tempora multis cf. ib. II, 8. ampliavit opibus; inter quas et apud civitatem Goslariam inventa argenti vena, que eatenus latuerat, sui largitate Saxoniam hactenus decenter nobilitat. Precingens quoque eum virtute cf. Ps. 17, 40. ad bellum, contra hostes tam Romane rei publice quam et universe congregationis catholice illi amministravit triumphum. Qui et quodam tempore apud Augustam Retie civitatem et 955. Licum fluvium Ungarorum gentem, erecto collo et inestimabili multitudine fines christianorum sepius incursantem cedibusque ac incendio cuncta vastantem, forti dextra repressam humiliavit et, regibus ipsorum ignominiosa morte peremptis, reliquos, qui manus eius effugere poterant, in sedibus suis latere compulit. Ubi et regalem sui iuris aulam in Merseburg cf. ib. II, 4. beato Laurencio martiri votum vovens, in domum oratorii et episcopalem sedem delegavit. Inter hec, circiter dominice incarnationis anno nongentesimo septimo[g] Thiethardo Hildensemensis ecclesie antistite iter universe carnis ingresso, Othwinus Magdeburgensis abbas in eius cathedra eligitur fungi pontificio; successitque in abbatia Richarius, nulli eo tempore in omnibus que ad honestatem spectant secundus habitus. Ut autem in construendo et amplificando Magdeburgensi cenobio potissimum desiderii sui affectum pius imperator ostenderet, super ossa beate Edith regine, que obiit [anno[h]] dominice incarnationis nongentesimo quadrage- ib. II, 2. simo septimo, anno vero regni sui undecimo[2], iuxta quam et ipse post obitum suum pausare optavit, ib. II, 5. monasterium sumptu magnifico, sed spe magnificentiori, mirabili modo arte dispositum edificavit. Ad ib. II, 11. cuius ornatum preciosum marmor cum auro gemmisque adduci et in omnibus columpnarum capitellis sanctorum reliquias diligenter includi fecit, iuxta eandem ecclesiam corpus egregii marchionis Cristiani, qui fuit pater Geronis Coloniensis archiepiscopi et Thietmari marchionis, Nuenburgensis cf. A. Saxo 1029. ecclesie fundatoris, aliorumque sibi familiarium tumulari precepit. Namque civitatem ipsam ad cf. Thietm. II, 14. honorem et defensionem dilecte sue Saxonie metropolim et archiepiscopium[i] facere, cui prefatos duos episcopatus a se constructos et alios, quos adhuc construere desideravit, subiacere ibique Deo et sancto[k] Mauricio seque[l] suaque omnia dare cogitavit. Sed partem parrochie Halversta- ib. II, 5. densis, ad quam civitas illa cum suis adiacentiis pertinuit, a Bernhardo eiusdem ecclesie episcopo septimo, quoad vixit, impetrare non valuit. Quo defuncto et venerabili Hildewardo pro ipso sacerdotii officio Acta synod. cf. A. Magd. a 969 functo, ipse voti non immemor, ut in bonis repleretur desiderium suum, Romam profectus, in suburbio Ravenne in ecclesia sancti Severi episcopi et confessoris coadunavit synodum, 967. in qua presidente domino Iohanne[m] sancte et universalis ecclesie summo pontifice, astantibusque quam plurimis Italie, Germanie et Gallie episcopis et principibus tantique negocii exordium arrecta[n] aure et mente prestolantibus[o], multo labore magnisque persepe periculis se multas Slavorum nationes cis[3] flumen Albie in confinio Saxonie ad catholicam fidem convertisse, coram cunctis exposuit, quique adhuc rudes in fide, ne ad vomitum redirent, cf. Prov 26, 11. qualiter corroborari possent, consuluit. Cuius dignam relationem tantamque fidei confessionem sancta synodus benigna devotione suscipiens et bonorum omnium Largitori gratias agens, in singulis provinciis secundum loci situm et populi quantitatem episcopos censuit consecrari, quorum predicatione et cura pervigili nutantes possent in fide stabiliri et adhuc ydolatrie dediti ad cultum iusticie revocari. Ut vero ad id agendum maior firmitas

a) beatum *add. B.* b) de *B* 1a. 3. c) fidei *B.* d) versus *min. in marg. add. B* 1. e) adcisce *B* 1; adsiste *B* 3—4a. f) *sic B;* antea *A;* aureum seculum *Thietm.* g) *sic pro* 954. *A. B* 1—3; 937. *B* 4. 4a. h) *deest in omnibus codd.* i) *post corr.* archiepiscopatum *B* 1, *et sic B* 1a. 4a. k) suo *A* 1—1d. 2a, *post corr.* sancto *A* 2. l) se *A* 2. 2a. m) *sic B et A* 2a; N. *A* 1—2, Iohanne *in marg. add. A* 2. n) ac recta *B* 1; et relicta *B* 3. o) postulantibus *B.*

1) Secundum Thietmarum angelus sermone prosaico usus dixit: *Nisi in Gerone hodie compleveris electionem, securus non evadis hanc sedem.* 2) Reginae obitum a. 946. tribuendum esse, maluit E. Dümmler, 'Otto I.' p. 146. 3) Acta synodalia, quae nomine 'Erectio eccl. Magdeb. in archiepiscopalem' a Meibomio, SS. I. p. 731, edita sunt, et Ann. Magd. hic accuratius scribunt *ultra.* Cf. praef. supra p. 361. De fide actorum horum dubitare licet; cf. Dümmler l. c. p. 444 sq. Differentia, quae hic inter Gesta et Ann. Magd. intercedit, demonstrat, chronicon antiquissimum ab eis diverso modo esse exscriptum.

Acta synod. cf A Magd. a 969. et tutior in episcopis esset oportunitas, archiepiscopum, ad quem negocium suum et controversiam, si qua orta fuerit, referre valeant, eis communi deliberatione preponi statuit. Quam videlicet archiepiscopalem kathedram apud Magdeburg civitatem potissimum fieri placuit, eo quod hec in confinio Slavorum loco videretur oportunior, et in eius propagatione voluntas imperatoris esset amplior. Ceterum quia presul Halverstadensis synodo huic non affuit, cause clausulam in eius adventum differre placuit, ut civitatem ipse a debito subiectionis absolveret, et tunc demum privilegium et subscriptio illibata fieret.

cf. ib. 7. Anno igitur integro et dimidio iam evoluto, cum Hatto archipresul Maguntinensis cum prefato Hildewardo, suo videlicet suffraganeo, eo devenisset, et imperator illos pro predicta causa blanda petitione convenisset, Hildewardus episcopus tam ex archiepiscopi consensu quam omnium qui aderant consulto[a] prompta et hilari mente pie eius petitioni annuit, et facto inpresentiarum[b] pari existimatione concambio, synodali decreto sancto Mauricio Magdeburg sanctoque Laurencio Merseburg queque petita tradidit, id est parrochiam omnem sitam inter fluvios Albiam, Salam, Horam et Bodam usque ad ea loca, ubi castra Unsborg, Wantsleve, Ottersleve[c], cum omnibus pertinentiis et villis que burchwart appellantur, versus occidentem longius protenso fine terminantur, cum omni decimatione, banno, subiectione, obedientiis et omni ecclesiastico ordine, prout Halverstadensis ecclesia visa est eatenus possedisse. Recepit autem ad vicem ab imperatore in partem et utilitatem sue ecclesie omnem decimationem in Hosgowe, ut terminatur[d] in fluviis Sala, Willerbeke et Wippera, cum omni possessione, quam de abbatia in honore beati Wicberti in territorio Herolvesvelt constructa idem imperator equa commutatione acquisierat, cuius etiam abbatie ipse[e] fundator erat[1]. Huic etiam concambio confirmando Petrus Ravenne[f] archiepiscopus et plurimi episcoporum Italie et Germanie subscripsere[2] anno dominice incarnationis nongentesimo 968. quadragesimo octavo[g], indictione 12, imperii autem ipsius domini Ottonis 7, regni vero 34[3]. Quibus peractis cesar letatus, nec minus pro adhuc peragendis secundum Deum sollicitus, Thietm. II, 14. accersito Richario Magdeburgensis[h] cenobii abbate tercio coram Annone Wormaciensi et Othwino Hildensemensi episcopis, secum tunc forte[i] commorantibus[4], volebat illum officio episcopatus fungi in ipsa mutatione[k] sedis sue; sed impedierunt[l] quidam occulto consilio et imperatori pro hoc secreto[m] delate littere. Qui dum, se tanto honore privatum intelligens, minus equo animo ferret ac in[n] impediendo tam[o] sancto proposito imperatori quoquo pacto obviare proponeret, ne malicia mutaret intellectum illius[p], brevi pulsatus valitudine, terrena mutavit celestibus, successitque in ipsa sedis[q] mutatione Herdiggus, in eadem congregatione nutritus et electus.

[De translatione abbatie.]

cf A. Magd. a 969. 8. Transmutata itaque est abbacia in montem suburbio eiusdem civitatis adiacentem deputaturque sancto Iohanni baptiste, et adhuc habetur, et o utinam diu feliciterque habeatur famulatura! Monachi quoque succedentibus sibi clericis reliquerunt in libris et aliis rebus plurima ornamenta, que ibidem imperiali munere et propria industria fuerunt congregata. Cumque illorum corda de hac migratione non immerito gravaret tristicia, cesar eis pro consolatione prediorum sue hereditatis non parva dona adiecit, et, quocumque in loco cum canonicis in una statione conveniant, ipsi in dextra parte locum supremum obtineant, constituit. Statuit etiam de familia utrarumque ecclesiarum, quas[r] tunc partitus fuit, quod, si quis de ordine ministerialium archiepiscopalium uxorem duceret de ministerialibus abbatie, matrem cum pueris post patrem archiepiscopo attinere debere, eodemque ordine, si ministerialis abbatie uxorem duxerit ministerialem archiepiscopalem. Hoc etiam de familia litonum, sicut nunc servatur[s], statuit. Idemque ius familie prepositure maioris servandum[s]

a) *sic ut Ann. Magd. B* 1. 1ª; consultu *reliqui codd.* b) facta inpresentiarum *A*; facto in presencia *B*; facto in presentiarum *Ann. Magd.* c) Hortersleba *Ann. Magd.*; Hoeldesleva *Act. syn., quae corrigenda sunt in* Haldensleben. d) terminantur *codd.* e) idem *B* 1. 1ª. f) Ravennarum *B* 1, *ubi* arum *post. manu in loco raso, et sic B* 1ª. 3. 4. 4ª. — episc. *B* 1. 1ª. g) *sic pro* 968. *A* 1—1ᵈ. *B, post corr. in marg.* LXVIII *B* 1. 1ª; 968, *sed* 6 *in loco raso A* 2. 2ª. h) Magdeburgensis, s *eraso corr.* Magdeburgensi *B* 1. i) forte *B* 1. 4. 4ª. k) sed. sue mut. *A* 2. 2ª. l) *post corr.* impediverunt *B* 1. m) secrete *B*; secreto hoc *A* 2. 2ª. n) *deest A.* o) *deest B.* p) ipsius intell. *A* 2. 2ª; intell. eius *B.* q) mut. sed. *A* 1? *B.* r) quam *B.* s) servare *B.*

1) Hic error verbis Erectionis a Gestorum auctore in brevius male contractis ortus est. 2) Hic auctor cetera nomina episcoporum subscribentium, quae Annalibus Magd. testantibus chronicon antiquissimum tradiderat, omisit. 3) Notae hae chronologicae neque inter se neque cum diplomate, quod de archiepiscopii fundatione confectum est, concordant. 4) Hic b. m. Ph. Jaffé, cuius schedis in hac editione paranda usi sumus, auctorem verba Thietmari male intellexisse ostendit, scilicet in Thiet-

constituit[1]; sed et preterea, ut recurrente annuatim translationis huius die, que est quinto (cf A Magd. a. 969) Idus Augusti, id est in vigilia victoris ignium levite Laurencii, pedibus nudis, processione (Aug. 9.) lugubri sedem suam visitantes, missam celebrent, quo tam apud canonicos quam et apud monachos facti huius perpetim staret inviolabilis memoria, eosque dilectio iungeret indivisa, quatenus illi hos tamquam primos ecclesie sue patres omni honoris exhibitione preveniant, illique non dispari talione, quod membra debent capiti, quod etiam testator heredi, plena devotione restituant[2].

[De institutione archiepiscopatus Magdeburgensis anno Domini 968.]

9. Sed* nec fefellit adinventorem tam prudens consilium, sicud est usque hodie cui- (cf. ib a. 969. 970.) que scire volenti publicum. Erat tunc quidam magni nominis et meriti Adelbertus, qui dudum Treveris de cenobio sancti Maximini monachus abstractus et episcopus consecratus, ad predicandum Rugis fuerat destinatus[3]; sed populus exasperans[a] dura fronte et indomabili corde, (cf Ezech. 2, 4.) expulit illum de finibus suis, contempnens euvangelizantem euvangelium pacis, quia Dei (cf. Thietm. II, 14.) providentia in terra nostra illi populus committendus erat nove acquisitionis. Hunc ergo de Wizenburgensi abbatia, quam interim regebat, assumptum, per omnia dignum et probatum, cesar predicte[b] ecclesie Magdeburgensis sacerdotio promovit illumque Romam pro pallio et privilegio ab apostolica sede suscipiendo cum litteris sue auctoritatis direxit[3]. Sedit eo tempore in clavigeri celestis Petri cathedra gratia et nomine Iohannes papa, nominis illius tredecimus, in ordine vero Romanorum pontificum centesimus tricesimus sextus. Hic igitur benignissime illum suscipiens pro pio studio gloriosissimi imperatoris[c], quod in amplificatione divini cultus habebat, gaudens, ideoque iustis eius petitionibus annuens, illum apostolica auctoritate archiepiscopum fore eiusque successores decrevit. Cui et pallium ad missarum sollempnia celebranda dedit, et ipse nimia dilectione commonitus, 15. Kalendarum Novembris, (Oct. 18.) id est in festo Sancti Luce euvangeliste, ordinavit[4] et privilegio apostolice auctoritatis sanxit[d] ac confirmavit, eum in omni[e] ecclesiastico ordine primatum habere omnium ecclesiarum archiepiscoporum, qui in Germania ordinati sunt. In Gallia quoque Coloniensi, Maguntinensi, Treverensi archiepiscopis per omnia honore similem esse, crucis signaculum ante se ferre et inter cardinales episcopos Romane sedis consortium habere. Preterea 12 presbiteros, septem dyaconos, viginti quatuor subdyaconos cardinales ad morem sancte Romane ecclesie ordinare, qui ad principale altare ministrantes cottidie, excepto ieiunio, dalmaticis, festis vero sandaliis uterentur, et ut[f] presbiteri et abbates Sancti Iohannis baptiste tunicis induerentur, et ut hiis exceptis et[f] episcopis super altare in honore beati Petri Mauriciique[g] dedicatum missam celebrare aliquis nullo modo presumeret[5]. Preterea statuit, eum esse metropolitanum totius ultra Salam et Albiam Slavorum gentis tunc ad Deum converse vel convertende[3], et ut secundum desiderium imperatoris in hiis civitatibus, in quibus olim barbari ritus maxima viguit superstitio, id est Cyzi[h], Misni, Merseburg, Brandeburg, Havelberg, Poznam[i] in honore Domini episcopia fundarentur, quorum pastores secundum canonicam auctoritatem Magdeburgensi archiepiscopo[k] fidem et subiectionem debendo sociarentur[6].

*) *B pergit:* Adelbertus primus Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus presedit annis 13, mensibus[l] 8. Hic magni nominis et meriti dudum Treveris *etc.*

a) exasperatus *A*. b) *deest B, ubi* Magd. eccl. c) principis *B* 3. d) sanxivit et c. *B*. e) omni ord. eccl. *A* 2. 2ª; omni loco eccl. ord. *B* 1ª; omnibus ecclesiasticis ordinibus *B* 3. f) *deest A* 2. 2ª. g) et *(post superscr. B 1)* Mauricii *B*. h) Cyzt, Misin *B*. i) Pornam *A*; Posnam *B*; Poznani *Ann. Magd.* i) episc. *A* 2. 2ª. k) menses *B* 1.

mari narratione: *Richarium Magdeburgensis ecclesie abbatem tertium, nam Anno et Othwinus tunc episcopi praefuerunt ei,* pro *praefuerunt* legisse: *affuerunt.* 1) Verba: *Statuit — constituit* ex diplomate quodam deprompta esse videntur, quod neque inter privilegia archiepiscopalia neque in chartis monasterii Bergensis exstitisse scimus; saeculi tantum XVII. liber copiarum abbatiae, qui 'weisses buch' dicitur (cf. H. Holstein, 'UB. d. Kl. Berge, GQ. d. Prov. Sachsen' IX, p. 4), haec verba diplomatibus inseruit. Haec, quae minus cum saeculi X. moribus et constitutionibus concordant, postea instituta et false Ottoni I. imperatori tributa esse, apparet. 2) Hic mos teste Ann. Saxone (SS. VI, p. 622. et 732) viguit, donec Hirsaugiensis ordo Magdeburg advenit, quod Hildeboldo abbatiam s. Iohannis regente inter a. 1099. et 1114. factum esse constat. 3) Quae antecedunt partim exscripta sunt ex diplomate imperiali, quo erectio episcopii Magdeburgensis promulgata est; St. 460; Reg. arch. Magd. nr. 207. 4) Bulla d. d. 18. Oct. 968; Jaffé, Reg. nr. 2858: *pallium tibi ad missarum solempnia celebranda damus, ipsi nimia dilectione commoti circa te ponimus,* quibuscum Ann. Magd., qui scribunt: *ipse circumposuit,* magis quam Gesta concordant. 5) *Privilegio — esse* et *preterea — ordinare qui* et *sandaliis — presumeret* deprompta sunt ex alio bullae Jaffé nr. 2859. exemplari, quod edidit C. Palm, 'Forsch. z. D. Gesch.' XVII, p. 235. 6) Haec et supra insertae sententiae: *crucis — habere* et *ad principale — festis vero* leguntur in fragmento

cf. A. Magd. a. 976. 10. Hiis et aliis, que privilegia adhuc inibi consecrata[a] testantur, synodali decreto ordinatis et sub[b] interminatione Dei et apostolici nominis confirmatis, prefatus archiepiscopus cum legatis Romane ecclesie, Widone scilicet episcopo bibliothecario et Benedicto cardinali, qui illum cum Hildewardo Halverstadensi episcopo sedi[c] sue inthronizarent, dimissus ad imperatorem remeavit letus; quem imperator nichilominus gaudens, utpote beati desiderii sui compos, cum litteris commendaticiis Magdeburg destinavit. Illuc ergo ex precepto imperatoris[1] episcopi, marchiones et reliqui Saxonie principes convenientes, ipsum honorifice susceperunt et vocum acclamatione manuumque[d] elevatione electum cum prefatis apostolice sedis legatis celebri ritu inthronizaverunt. Affuit omnis sexus et etas gaudentium, fuit prorsus generale tripudium, ubi ad confirmationem sui idem archiepiscopus in presentia Dec. 25. eorundem nativitatem Domini secum celebrantium Bosonem monachum Merseburgensi, Burchardum Misnensi, Hugonem Cyzensi ecclesiis primos episcopos ordinavit et Aldagum primum ecclesie prepositum Magdeburgensi instituit. Dudo quoque Havelbergensis et Dudelinus Brandeburgensis episcopi, prius quidem Maguntino archiepiscopo subiecti[2], sed tunc agente imperatore a debita sui obedientia absoluti, Magdeburgensi ecclesie et eius archiepiscopo cum prefatis confratribus fidem et subiectionem promisere. Ipse namque felicis memorie imperator constructor[e] erat omnium harum quas archiepiscopatui subiecerat episcopalium sedium, nimirum infinite hereditatis sue potissimum cupiens heredem esse[f] Deum, non pauca tamen relinquens successioni filiorum[3]. In* tantis ergo talibusque sollempniis pro summi Regis exortu, pro summa celebratione, tum etiam pro nova populi ipsius vel cultus augmentatione gaudebat chorus Magdeburgensium, et a summo principe missum principem canit frequentia principum, palamque[g] a pastoribus ecclesie laudabili numero hic adauctis[h] laudatur pastor Creator omnium.

Adelbertus itaque primus Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus presedit[i] annis tredecim[4], mensibus octo. Hic instructissimus omnium liberalium artium scientia, perfectus discretione, mansuetudine, innocentia, in diebus sui sacerdotii sollerter commisso invigilabat gregi. Inter ceteras quoque dotes gratie, ut post patebit, spiritu emicuit prophetie, instantia doctrine et operum se merito demonstrabat pastorem, primum, ubi rationabile secuture constructionis surgeret edificium, ab Ottone positum supra firmam petram, constabiliens fundamentum. Namque ut omnium prospicere posset saluti[k],

Magna licet nactus, cunctis fuit omnia factus;
Magnis par factus[l], parvis in parva redactus.

Sic exterioris rei exercebat negocium, ne ab internis et spiritualibus averteret studium, sic Thietm. III, 8. dominium exercens in populo, ne vigilantie sue curam minoraret in clero. Unde sepe nocturno silentio, duobus tantum comitantibus, ad ovile sancti Iohannis baptiste sanctique Mauricii inopinatus venit, et qualiter confratres ad matutinas[m] convenirent, vel si qui in dormitorio remanerent, ex improviso prospexit, et si bene fuit, Deo gratias egit, sin autem, culpabiles digna castigatione redarguit. Nutrivit sane filios[n] plures secundum inanem seculi fastum nobiles, quodque[o] in hiis Deo magis complacuit[p], vita et moribus insignes interque** omnes canonice professionis sectatores perfectioris testimonii celestis aule milites.

Germinavit igitur Magdeburgensis ecclesia velut hortus deliciarum folia virtutum et poma ferens bonorum operum. Quem dum perflaret auster leni spiramine, ceperunt longe

*) *Haec* — Creator omnium *des. B, ubi sequitur:* Hic itaque Adelb. archiepiscopus instruct. *etc.*
**) *Haec* — meruerunt sublimari *des. B.*

a) *sic pro* conservata *codd.;* conserata *cod. Ann. Magd.* b) *deest A* 2. 2a. c) sedis *A.* d) que *deest B.* e) e. c. *A* 2. 2a. f) D. e. *B.* g) palmamque *Ann. Magd.* h) adauctus *A* 2. 2a. i) precessit *A* 2, *post corr.* presedit *A* 2a. k) Versus *min. add. B* 1. l) sanctus *A* 1—1d. m) matutinos *B* 1. n) pl. f. *B.* o) quotque *post corr.* quodque *B* 1. p) placuit *A* 2. 2a.

bullae papalis notis chronologicis carentis et haud satis fide dignae (Reg. Magd. I, nr. 417, c. 993—1000). Ius crucis anteferendae et dalmaticae usurpandae non alio diplomate vero et certo fulcitur nisi bulla a Benedicto VIII. papa Walthardo episcopo d. 18. Aug. 1012. concessa. Facere non possum, quin suspicer, bullam illam (Reg. Magd. I, nr. 417) verbis ex Gestis petitis esse fictam. 1) Haud dubium, quin auctor hic de Ottonis epistola St. 460. loquatur; sequentium alia cum ea concordant, alia ex ea sumpta sed in brevius contracta videntur esse. Cum Thietmaro, qui episcoporum suffraganeorum institutionem aliis verbis tradit, notitia temporis quo haec facta sint convenit; praepositi primi institutionem Gesta sola referunt. Nomina episcoporum etiam bulla illa dubia (Reg. Magd. I, nr. 417) tradit. 2) Cf. diploma Hattonis m. Apr. 967, Reg. Magd. I, nr. 196. 3) Cf. multas et varias donationes ecclesiae Magd. Ian. 970. factas St. 478 sqq.; Reg. Magd. I, nr. 244 sqq. 4) Adelbertus obiit iam currente a. 13. pontificatus sui, v. infra p. 387.

lateque eius aromata profluere, quia ex his multi diversis in locis episcopali officio functi vel aliis dignitatibus merito sue conversationis et industrie sunt promoti, sicut ex ipsorum numero Giselharius et Walthardus eiusdem sedis pontificio postea meruerunt sublimari[1]. Inter* quos et regie stirpis Wogitech[a], sed et[b] ab ipso archiepiscopo equivoco nomine dictus Adelbertus, emicuit, qui postea Pragensis episcopus glorioso martirio coronari meruit. Cuius consodalis sanctus Bruno, qui et Bonifacius, nobilitate et meritis illi per omnia simillimus, dum passionem et actus ipsius scribendo miratus est[2], ipse nichilominus archiepiscopus gentium pari agonis triumpho subsequenter[c] in confinio Rucie et Litue[3] regionum laureatus est[d].

cf. A. Qued. a. 996. — cf. ib. a. 1009.

A.

Horum ergo patronus et Deo dignus episcopus Adelbertus, defuncto Bosone Merseburgensi episcopo, ordinavit pro eo prefatum Giselharium secundum, Volcoldum quoque secundum Misnensi, Fridericum secundum Cizensi, Volcmarum tercium Brandeburgensi ecclesie episcopos.

*Archiepiscopi autem et sue civitatis honoribus cum semper prospiceret cesar augustus, liquido ostendit, sibi gratissimam esse, quia illam pre aliis exaltare et decorare studuit divitiis et honoribus, eaque tempore quodam licet modicum violata graviter est offensus. Ipse namque discedens a Saxonia, diutius commoraturus apud Italiam, Hermanno duci[4] strennuissimo regis vice regendam commiserat provinciam. Qui Hermannus, advocata aliquando Magdeburg contione, more imperatoris susceptus est ab archipresule manuque ad ecclesiam ductus, accensis luminaribus et campanis cunctis sonantibus. Heinricus autem comes de Staten tante insolentie obsistere volens, non valuit ad presens quidem; sed a duce ob vindictam iniurie iussus, iter aggressus et transcensis Alpibus, in Italiam venit ad imperatorem. Qui se apud hunc accusatum metuens, solotenus prostratus, placare eum studuit, et quare se illum timeret offendisse, et quam ob rem iussus advenerit, enarravit. Cui de statu Saxonie et precipue sede Magdeburg plurima sollicite perquirenti singula intimavit et de susceptione ducis, quomodoque is in medio episcoporum illic discubuisset ad mensam loco imperatoris. Unde cesar graviter commotus, ab archiepiscopo aliquam[f], excepto imperatore, laicam personam in ecclesia tanta magnificentia a se sublimata susceptam doluit, quamvis eundem ducem, ut diximus, pro sue probitatis excellentia pre aliis semper dilexisset et eum idcirco patrie sue regis vice pretulisset. Quapropter, ut in futurum huiuscemodi presumptionem memorabili sue auctoritatis exemplo reprimeret, mandavit per litteras eidem archiepiscopo, ut pro huius delicti satisfactione, quot campanas pulsari vel coronas accendi precepisset, tot sibi equos mitteret. Archiepiscopus autem iussa complens, hoc emendationis sue dampno posteris exemplum tradidit et quibus poterat modis offensum cesarem placare studuit. Prefatus autem comes Heinricus pro

*cf. A. Magd. a. 972. — Thietm. II, 18; cf. A. Magd. a. 972.

B.

Hic[e.4] sanctus Bruno, qui et cognomento Bonifacius dictus est, de castro Querenvorde oriundus, sicut pater eius Bruno dicebatur, mater Yda, frater Gevehardus, prius quidem Sancti Mauricii Magdeburgensis canonicus, postea vero in pallacio regio assumptus, sed fugiens seculum cum deliciis suis, ut sibi lucrificaret Christum, apud Ytalie heremum cum beatis consociis Benedicto atque Iohanne in monastica religione perfectissime conversatus, deinde a Romano pontifice ad regem Hinricum et archiepiscopum Daghenonem directus, ab ipso archiepiscopo in archiepiscopum gencium est consecratus; quibus dum fidem Christi predicaret, ab ipsis gentibus est martirizatus, sicut indicat liber gestorum eius.

*) Eo tempore regie st. *pergit B.*

a) Wogiiteth *A* 1; Wogieteth *A* 2; Wogiteth *B* 1[a]. b) *deest A.* c) subsequeretur *A. B, post corr.* subsequenter *A* 2, *sic etiam manu s. XVII. B* 1. d) *verbis* laureatus est *deletis, Meibomius minor forte superscr. et in marg. add. ex codice quodam rec. B* martyrisatus est, sicut indicat liber gestorum eius *A* 2; ipse nihilominus similiter martirio coronatus est in confinio Rucie et Litue regionum, cuius vita patet in prima parte (huius *B* 4[a]) passionalis *B* 4. 4[a]. e) Hic sanctus — gestorum eius *des. B* 4. 4[a]. f) aliquando *A* 2. 2[a].

1) Scripta esse haec non possunt nisi post a. 1012. 2) Vita Adalberti auctore Brunone, SS. IV, p. 596—612; cf. eius cap. 1. 4. 8. 31—34. 3) Nomen illud, quo et Ann. Saxo et Ann. Magd. usi sunt, apud Thietmarum non invenimus. 4) Verba: *Hic—gestorum eius* ex Vita Taginonis archiepiscopi infra sequente desumpta hic minus recte, quam in rec. A esse inserta, demonstrant Ann. Magd., qui eam rem a. 1009. referunt. 4) Saxoniae.

fidelitatis sue indicio[a] gratiam cesaris circa se auctam confirmavit, et torque aurea donatus ab illo, honorifice repatriavit.

cf. A. Magd. a. 973. 11. Ipse* autem cesar Otto postquam de Italie[b], immo totius Europe gentibus gloriosissime triumphavit et Romane rei publice dignitatem excellentissime sublimavit, ut testatur predictus papa Iohannes, a quo vocatus et descriptus est tercius post Constantinum et Karolum augustorum augustissimus[1]: ipse, inquam, tandem** dilectam Saxoniam revisens, 973. Mart. 16. dominicam palmarum in sua Magdeburg, post constitutionem archiepiscopatus primam et heu! ultimam sue presentie sollempnitatem cum venerabili Adelheide imperatrice et filio Thietm. II, 20. equivoco imperatore celebravit. Ipse quippe tenax divine religionis in diebus festis ad vesperas, ad matutinas[c] atque ad missam cum honorabili episcoporum et totius cleri processione ad ecclesiam duci solebat, ibique cum magno timore Dei et reverentia stans aut sedens nichilque preter divinum loquens, donec finirentur universa, persistebat; deinde ad cubiculum suum cum luminaribus multis comitatuque[d] Mart. 17. magno sacerdotum, ducum ac[e] comitum rediebat. Illic ergo secunda*** feria, id est 16. Kalend. Aprilis, confirmante ac favente presentia omnium multiplicavit locupletare ecclesiam[f] varietate donorum imperialium et vel tunc vel ante collata roboravit†, scripto testamentorum stabilium, inestimabile beati desiderii sui votum hiis ostendens quasi primitiis[g], quibus ib. II, 10. quantisve in futuro illam proposuerit amplificare beneficiis[2]. Qui et ante in Italia constitutus multis sanctorum corporibus per Dodonem capellanum suum aliosque persepe transmissis innumerabilibus reliquiis ipsorum[3] eam sublimaverat patrociniis[h].

[De institutione abbatie in Quedelingeburg.]

cf. A. Magd. a. 973. Thietm. II, 20. Mart. 23. Inde Quidelingeburg abbatiam, quam venerabilis mater sua Mechtildis condidit, adiens, advenientibus ibi Polonie ac Bohemie ducum, Grecorum quoque[i], Beneventorum, Ungariorum[k], Bulgariorum, Danorum et Slavorum legatis[l], cum totius regni principum concursu paschalia gaudia peregit, licet illa Hermannus dux Saxonie sibi dilectissimus tunc moriens non modicum conturbaverit. Deinde Mai 1. dum, peragrans provinciam, Merseburg celebrasset ascensionem dominicam ibique supplesset omnem quam ib. II, 27. distulerat de Magdeburg promissionem suam, tercia feria ante penthecosten Mimminleve deveniens, post- Mai. 6. 7. quam illum et sequentem diem ibidem explevit letus, vespertinum auditurus officium, subito infirmari caputque cepit declinare, moxque Christi sacramentis refocillatus,

[Versus[l]]: Fessus et emeritus[m], felici fine potitus,
Pax ubi vera datur, ad celica regna vocatur[n].

Brun. V. Adalb. c. 9. Sic proch dolor! immatura morte migrans migravit
Otto†† rigidus et fluxa regere doctus;

migravit, inquam, summe fame et felicis memorie magnus ille Romanorum imperator augustus anno dominice incarnationis nongentesimo septuagesimo tercio, anno vero regni sui tricesimo octavo, imperii autem 12, indictione prima, anno quinto[o] ex quo fundavit archi- cf. Thietm. II, 27. episcopium Magdeburgense. Quo ab Ottone secundo imperatore, filio ipsius, delatum, ab Adelberto et Gerone[4] archiepiscopis aliisque compluribus marmoreo sarcophago impositum honorifice tumulatur corpus; ubi permanens in seculum non delebitur memoria eius. Etenim[p]

Tres luctus cause sunt hoc sub marmore clause:
Rex, decus ecclesie, summus honor patrie[5, †††].

*) Itaque cesar O. p. de Yt. *etc. B.* **) *Pro* tandem *B:* de Ytalia rediens.
***) *Haec* — favente *des. B, ubi* Illic ergo sua pr. mult.
†) scripto stabili roboravit. Qui et ante in Ytalia constitutus, transmissis multis sanctorum corporibus et innumerabilibus reliquiis, eandem ecclesiam sanctorum ipsorum patrociniis sublimaverat opulenter. *B.*
††) Otto — imperator augustus *des. B.*
†††) *Sequentia, quae Wegele in editionem Annalium Reinhard. non recepit, inseruntur in B* 3. 3[a]: Item Otto Magnus ivit cum exercitu in Angliam ad liberandum Lodewicum habens 27 legiones. Item nota, quod Adelheidis uxor — — nisi[q] de consilio pape, ut patet. Item anno Domini 969. Hatto Moguntinensis archiepi- (Sigeb. Chr. Minor)

a) *sic Ann. Magd.;* iudicio *omnes codd.* b) Italia *A* 2. c) matutinos *B* 1. *Ann. Magd.* d) que *deest B* 1. 3. 4. 4[a]. e) ac *deest B* 1[a]. 3. 4. 4[a]. f) Magd' *add. B.* g) principiis *A* 2. 2[a]. h) *post corr. A* 2 *e cod. rec. B:* rel. eandem ecclesiam sanctorum ips. subl. patr. opulenter. i) Grecorumque *B.* k) Ungarorum *B* 1. l) *deest B.* m) emeritis *A, excepto A* 1[d]. n) *sic A* 1[d]. *B. Ann. Magd.;* paratur *A* 1—1[e]. 2. 2[a]. o) sexto *A* 1[d]. p) versus *add. B.* q) nec *B* 3[a].

1) Hic auctor, ut ipse professus est, modo ad verbum descripsit, modo excerpsit et variavit bullam Iohannis XIII. mense Apr. 967. datam, Jaffé nr. 2847: *Roma caput totius mundi . . . . ab iniquis pene pessumdata a domno Ottone augusto . . . . . erepta est et in pristinum honorem omni reverentia redacta. . . . . Otto omnium augustorum augustissimus tertius post Constantinum maxime Romanam ecclesiam exaltavit.* 2) Thietmarus eadem sed multo diversis verbis refert. Chartae imperiales et confirmationes eorum his diebus Magdeburgensibus datae plane desunt. 3) Ann. Magd. hanc rem et a. 972. et a. 973. tradunt. 4) Coloniensis. 5) Sarcophagus, qui adhuc exstat, inscriptione caret.

12. Sedente post hec in paterni regni solio prememorato Ottone secundo agnomine [cf A. Magd. a. 974.] Rufo[1], neglecta* iusticia et iudicio, que fuerant[a] preparatio sedis paterne, misericordia et veritas, que faciem eius precessere, a prevalente iniquitate fugate, terris terga dedere. Surrexit gens contra gentem, commovens prelia, et fomes malorum in medio grassabatur discordia, quodque potentum invicem sevit commotio, ecclesiarum et pauperum gravis[b] oppressio[2]. Iuventus quippe regis effrena sana seniorum spernebat consilia, dumque omne [cf. Brun. V. Adalb. c. 9 10] quod libet licere credit, viam erroris sine magistro ductus currit. Erant tamen in eo multarum virtutum insignia, quarum erat principium[c] cum hilaritate laudabilis munificentia; sublevabat modo nobilium modo ignobilium inopias, extollebat tam prediis quam honoribus circumquaque Christi ecclesias. Unde** et inter cetera velut dote memorabili sibi subarrans [cf Thietm. III, 1.] ecclesiam Magdeburgensem[d], perpetuo illi liberam preficiendi[e] sibi pontificis concessit electionem, offerens cum eiusdem concessionis privilegio[3] librum ex auro et gemmis, imaginem ipsius et Theophanu coniugis eius continentem, qui ob memoriam ibi cum veneratione habetur usque in hodiernum diem; cum quo etiam Roseburg, Calve et Unsburg burchwardia cum suis attinentiis et[f] utilitate donavit[f.4]. Archipresul*** quoque cum eodem quo hec facta sunt die infra missarum sollempnia de thesauro scientie sue nova proferens et vetera populo obscuriora divine legis ex more enuclearet eloquia, idem privilegium astante imperatore recitatum sermone luculento astantibus exposuit et banno sue autoritatis ac[g] regum succedentium violentia munivit[5]. Post hec Adelbertus archiepiscopus tercio decimo pontificatus sui anno consum- [cf A. Magd. a. 981.] matus[h] in bonis, cum ex more partes diocesis sue et Giselharii, qui interim in servicio imperatoris apud [Thietm. III, 8.] Italiam morabatur, suos docendo ac confirmando circuiret et Merseburg veniens 13. Kalendas Iulii[6] missam celebrasset[i], beatus nimirum ille servus, quem, cum venit[k] dominus eius, invenit ita facientem, inde divertens, [cf Luc. 12, 43.] proxima nocte pernoctabat in loco nomine Chruvati[l.7], alteraque luce exsurgens, se conquestus est vehementer capitis dolore detineri, nec tamen ob id[m] iter ceptum omittens, Frekeleve[n.8] cum suis cepit proficisci. Cumque Cirmini[o.9] villam preterisset, languore subito prevalente, quasi casurus paulatim de equo nutando[p] cepit declinare. Unde mox a suis sustentatus et ibidem tapeti superpositus[q], atque hiis que a clericis dicenda erant cum festinatione completis omnibus, suavi obitu

Ritu[r] supernorum factus consors monachorum,
Ut nova stella chorum conregnans fulcit eorum,

iuxta illud: *Qui ad sapientiam erudiunt multos, tamquam stelle fulgebunt in perpetuas eternitates*, [cf. Dan. 12, 3.] et *Iustus, si morte preoccupatus fuerit, in refrigerio erit.* [Sap. 4, 7.] Corpus vero ad Gevekensten[10] castrum[s] delatum ibique pontificalibus indumentis velatum navigio Magdeburg est usque transvectum. Ubi a clero et populo et precipue a monachis flebiliter susceptum est, coram altari sancte Crucis sanctorumque apostolorum Philippi et Iacobi in medio maioris ecclesie a venerabili Hildewardo Halverstadensi episcopo et Herdingo primo Sancti Iohannis baptiste abbate dominice incarnationis anno nongentesimo octogesimo primo condigno est cum honore tumulatum, talique sepulchrum epytaphio decoratum:

scopus devoratus est a muribus in Reno, unde[t] procurari fecit habitacionem in navibus, propter illud, quia multitudinem pauperum cremavit in horreo tempore famis sub Iohanne papa IX. et Ottone primo.

*) *Haec* — Christi ecclesias *des. B.* **) Ipse inter c. d. m. subarrans *pergit B.*
***) *Haec* — violentia munivit *des. B.*

a) aurea *add. Ann. Magd.* b) luit *suppl. Ann. Magd.* c) precipuum *Ann. Magd.* d) Magdeburgh *B* 1. e) percipiendi *A* 2, *post corr.* prefic. *A* 2[a]. f) *deest A, post in marg. suppl. A* 2, *in textu A* 2[a]. g) *ita codd.*; a? h) confirmatus *A* 2. 2[a]. i) celebraret *B.* k) venerit *B.* l) Chruwati *A* 1[d]; Cruwati *A* 2; Chruati *corr.* Chruwati *B* 1; Chruwatin *B* 1[a]; Cruathi *B* 3. m) hoc *B.* n) Frankenleve *A* 1; Franckenleve *A* 2. o) Crimini *Ann. Magd.* p) ructando *codd. A, post corr.* nutando *A* 2. q) suppositus *B.* r) Ritu *post corr.* Rite *A* 2. 2[a], *et sic Ann. Magd.* s) *deest A* 2. 2[a]. t) ubi *B* 3[a].

1) Agnomen hoc primo invenitur in Ekkehardi Casibus S. Galli, SS. II, p. 122. Ann. Magd. hoc loco addunt: *uti per quendam figurate dicitur: Decolor argento mundi successit imago.* Haec certe chronico antiquissimo tribuenda sunt, sed patet ex verbis *per quendam — dicitur*, hunc et alios versus non ab ipso chronici auctore inventos esse. 2) Similia sed non ad verbum consonantia narrat Bruno in Vita Adalb. c. 10. in. 3) D. d. 19. Nov. 979; St. 754; Reg. Magd. I, nr. 323. 4) Unsburg iam archiepiscopatui fundando ab Halberstadensi ecclesia concessum erat; locorum Calve et Rosenburg donatio vel donationis a patre factae confirmatio ab Ottone II. iam ante sex annos confecta est. Eius autographon adhuc exstat d. d. 16. Iun. 973; Reg. Magd. I, nr. 274; confirmatio Ottonis III. ibidem I, nr. 407. 5) Haec eodem ordine sed plane aliis verbis narrat Thietmarus. 6) Ann. Magd. et Thietmarus alio loco *Iunii* scribunt; d. 20. Iunii 981. Adelbertum mortuum esse, duo Necrologia Magd. et Series abb. Weissenburgensium affirmant; Reg. Magd. I, nr. 335 sq. 7) Klein-Corbetha in praefectura Merseburg. 8) Freckleben prope Aschersleben. 9) Zscherben in praefectura Salae. 10) Giebichenstein prope Halas.

Presul Adelbertus, omni virtute refertus,
Membra solo clausus, letos agit[a] *ethere plausus,*
Clerus eum plangit, necnon populum dolor angit,
Ipsius hoc pietas meruit, fleat omnis ut etas.

A.

Thietm. III, 8. cf. A. Magd. a. 982. — 13. Post huius itaque discessum ecclesie filii pastore destituti, omnes pari consilio et voluntate Othricum, suum confratrem, tunc vero in aula regis degentem, elegerunt, et hoc nullatenus fieri posse prefatum archiepiscopum, dum adhuc viveret, predixisse non adverterunt vel advertentes parvipenderunt. Cum enim idem Othricus episcopi moribus non conveniret et ob hoc animum eius erga se non rectum persentiret, postquam multos liberalium artium disciplinis nobiliter instruxerat, quia et sapientia et facundia sui temporis magistris incompa- (cf. Brun V. Adelb c. 5. Thietm. III, 8.) rabilis erat, ibidemque scolis prefuerat, deliberavit, impetrata per Ottonem cesarem Rufum licentia, (cf. Brun. c. 6.) claustrum exire et potius in aula et regia capella deservire. Unde, illo absente, cum in die resurrectionis dominice archiepiscopus ad missarum sollempnia paratus staret, subdiacono ex more coram se sanctam crucem tenente, piis illam amplexus palmis, cum lacrimis petiit, ut Othricus et Hico nunquam sedi sue preficerentur. Peracto divino officio, ipse ad mensam sedens, pro tali supplicatione se exauditum a Domino cunctis assistentibus Spiritu revelante palam indicavit; quod et postea rerum eventus comprobavit. Nam illo ad Deum assumpto, cum prefatum Othricum cuncti, ut diximus, elegissent, Walthardo[e] sibi dilecto sueque sedis successori quarto, qui et vocabatur Dodico, de tali electione merenti, sed solummodo causa obedientie et concordie consentienti, quadam hora facto[f] in excessu mentis idem archiepiscopus contra australe ostium[g] monasterii stans cum baculo et pera quasi Romam iturus apparuit eumque stupentem blande affatus, omnia affirmabat que de Othrico sedem suam nunquam possessuro prophetico instinctu adhuc seculo vivens predixerat[1]. Clerus autem et populus pro sua electione imperatori insinuanda nuntios idoneos in Italiam, ubi imperator tunc morabatur, miserunt. Quo venientes, pro sue legationis causa graviter[h] peragenda Giselharii episcopi suffragium precantur, quia eum, sicut res erat, apud imperatorem plurimum posse rebantur. Qui, licet in dolo, benignum et fidum pro Othrico suo iam dudum amico favorem promittens, ingressus ad imperatorem, insinuata ei primum archipresulis morte, solotenus vestigiis eius prosternitur, et ut devote servitutis illi a se impense, inventa opportunitate, vicem[i] recompensaret, obnixe deprecatur. Imperator vero pro velle illius prospera pollicetur, si duntaxat dominus papa cause eius non adversaretur. Oportuit enim, ut tante rei negocium ex consulto Romane ecclesie, in cuius tunc gremio commanebat[2], disponeret, alioquin ipsa id suo contemptu advocaret. Dum ille egressus et a legatis et a prefato Othrico, quid eis sperandum de commisso a cesare referret, perquisitus, cum irrisione respondit: vix sibi, nedum illis in hoc suffragari potuisse, cum sibi quisque sit proximus. Sic Othricus cassatus, dum mox ad suos reverti disponens devenisset Beneventum[3], subito infirmatus, septimo die mensis Octobris diem clausit extremum[4]. Qui et ibidem sepultus, clarum sapientie sue memoriale reliquit in plu-

B.

13.[b] Post huius itaque decessum[c] quidam Othricus nomine unanimiter in archiepiscopum est electus, licet contra consilium et presagium domini[d] Adelberti defuncti, qui, dum adhuc viveret, pecierat, ne idem Othricus sedi sue unquam preficeretur, et hoc se a Domino predixit precibus impetrasse. Quamvis enim idem Othricus in liberalium arcium disciplinis haberetur magnus, ita quod suo tempore in hiis sibi similem non haberet, moribus tamen episcopi minime conveniebat; nam et de claustro exiens curie imperatoris adhesit. Hic ergo cum pro consensu imperatoris, qui tunc erat[d] in Ytalia, et pro confirmacione sue electionis ad Romanam curiam accessisset, deveniens Beneventum, subito infirmatus, septimo die mensis Octobris diem clausit extremum.

a) agere *Ann. Magd.* b) *B 3 rubr. ins.:* De Othrico electo. c) discessum *B 1*a; discessum aut decessum *B 3*a. d) *deest B 3.* e) Warckardo *A, post corr.* Walthardo *A 2.* f) scilicet *A 1*a. b; sancto *A 1*d; *deest A 2. 2*a. g) ostii *A 1—1*d; australi ostii *post corr.* australe ostium *A 2*; coram australi ostio *Ann. Magd.* h) gnaviter *Ann. Magd.* i) vice *codd.*

1) Thietmarus haec a Walthardo ipso se comperisse praedicat, dicens: *Qualiter autem hoc sibi fuerit revelatum, non aperuit, nec umquam mihi aliquis intimare potuit. Post mortem quoque eius Walterdo sibi dilecto, qui et Dodico vocabatur, ut ipse mihi pro vero narravit, in somnis idem cuncta, quae in hac re vivus prenuntiaverat compleri, talibus affirmavit.* 2) Imperator a. 981, medio mense Iulio et ineunte mense Augusto, testibus diplomatibus St. 795—804. non procul a Roma urbe commoratus est. 3) Imperator ibi diebus 10—18. Oct. diplomata St. 806—811. concessit. 4) Visionem quam Othricus moriens habuit sibi ab Huswardo confratre relatam esse, Thietmarus dicit.

A. *B.*

ribus, sicut de eo legitur in Passione beati Adelberti episcopi et martiris[1], qui et ipse fuit ex discipulis eius. At Giselharius corde ad altiora suspensus, corruptis pecunia cunctis terre principibus, et maxime, quibus ex antiquo [cuncta[a]] sunt venalia, Romanorum primatibus, quo pacto ceptum perficeret, clam aliquantisper cum illis contulit. Quibus facile ad suum favorem adcitis, dominum papam Benedictum, inter apostolicos pontifices eiusdem nominis septimum, premissis xeniis, palam convenit; qui et ipse, si tantum liceret[b] fieri, benignum sua ex parte auxilium promisit. Rome igitur ex decreto apostolico synodus constituitur, et an Giselharius archipresulatum suscipere queat, consulitur. Responderunt omnes velut una voce, contra decreta sanctorum canonum hoc affirmantes licere, quod esse constat illicitum. Comprobant male intellectis testimoniis scripturarum, eum qui in minori fideliter et strennue laborasset, ad maius promoveri licere ac debere pontificium. Suscepto igitur a Benedicto papa pallio[2], uti pollicitus erat, Otto imperator Giselhario Magdeburgensem archiepiscopatum tercio Idus Septembris[3], ut mos exegit, commisit eumque data licentia, honorificato[c] comitatu Theodorici Metensis episcopi ad sedem suam direxit; quo illum 2. Kalend. Decembris, id est in festivitate sancti Andree apostoli, venientem clerus et populus festivo ritu suscepit. Sed age, queso, o antistes, dum sic adeptum leve pondus estimas[d] ferre virgam pastoralem et pallium delectabile, quodque[e] tibi a subiectis impenditur obsequium, que putas in tremendo examine tibi locorum facies erit, ubi, cum quisque cause sue vix sufficit, tu pro tot animabus, addita sine dubio et tua anima, rationem reddere habebis, velut si naturaliter a Deo pro una tot animas susceperis. Dolemus namque et vere erubescimus de te talia scribere, vel potius aliquem ex nostre ecclesie pontificibus talia imprudenter perpetrasse. Sed, sicut bona bonis in exemplum, sic et mala ad cautelam non incassum scribimus, ut dumtaxat pro privata gratia vel odio veritatem non excedamus[4].

Thietm. III, 8.
cf. Matth. 25, 21. 23.
cf. Thietm. III, 9.
cf. A. Magd. a. 982.

A. 14. Giselharius igitur secundus archiepiscopus sedit annis 22. Hic, ut plenius supra digessimus, suscepit pallium a papa Benedicto, ordinatus vero fuerat ab Adelberto, decessore suo. Quem videlicet Giselharium pie recordationis Otto imperator Magnus, quia stirpis, morum et industrie nobilitate pollere cognoverat, de claustro Magdeburgensi assumptum capelle sue prefecerat, posteaque, defuncto Merseburgensi episcopo Bosone, quorundam interventu ipsum illi substituerat[5]. Sed predicto modo ab Ottone secundo desideratum,

B. 14.[f] Giselarius igitur secundus archiepiscopus sedit annis 22. Hunc Otto imperator Magnus, quia eum stirpis, morum et industrie nobilitate pollere cognoverat[g], de claustro Magdeburgensi assumptum capelle sue prefecerat, posteaque, defuncto Merseburgensi primo episcopo, ipsum illi in episcopatu substituerat. Hic denique, percepto quod ecclesia Magdeburgensis suo esset antistite viduata, ad archiepiscopatum aspiravit, corrumpens pecunia[h] et zeniis cunctos principes et cardinales. Votoque[i] potitus promocione

cf. A. Magd. a. 982.

a) *deest A* 1—1[d], *post in marg. suppl. A* 2. b) fier. lic. *A* 2. 2[a]. c) honorifico *Ann. Magd.* d) existimas *A* 1[d]. e) quoque *A* 1—1[d], *post corr.* quodque *A* 2. f) An. Dom. DCCCCLXXXII. *rubrica B* 1[a]; De Gyselario archiepiscopo *min. B* 3. g) congruerat *post corr.* cognoverat *B* 1. h) pecuniam *corr.* pecunia *B* 1. i) que *post. manu in loco raso B* 1.

1) Cf. verba Brunonis c. 5: *cuius memoriale clarum usque nunc intra Saxoniam habetur.* 2) Synodus haec et pallii concessio factae sunt 981, Sept. 10. Acta illius (Reg. Magd. I, nr. 337; Jaffé, Reg. nr. 2915) auctor noster nosse, sed non exscripsisse videtur. 3) Thietmarus et Ann. Magd.: 4. *Id. Septembris;* ex Reg. Magd. I, nr. 341. elucet, papalem concessionem iam 5. Id. Septembris confirmatam esse. 4) Haec apostrophe utrum chronici antiquissimi an a. 1142. auctori attribuenda sit, in dubio relinquere debemus; eam quodam modo cum Gestorum prooemio cohaerere luce clarius est, sed Ann. Magd., ubi haec vituperatio non invenitur, paullo post verbis mitissimis se archiepiscopi facinora probare non posse praedicant. Auctor rerum simul factarum alteram, Giselarii transpositionem de Merseburgensi in Magdeburgensem sedem, hic, alteram, destructionem Merseburgensis episcopii, infra exprobrat. Quae res si post a. 1152. scriptae essent, certe illusio quaedam in similem Wichmanni transmigrationem non defuisset. 5) Notandum res iam narratas iterum referri; quas cum Thietmari relatione cohaerere, satis probabile est; dicit enim II, 23: *sed cum primus ecclesiae pater nostrae, sicut predixi, expiraret, intercessione Annonis episcopi Wormacensis imperator Gisilero moribus et natura nobili episcopatum dedit. Hic consecratur in Magadaburg ab Athelberto archiantistite Iunio mense.*

A.

utpote longe potioris dignitatis et opulentie, Magdeburgensem adeptus archiepiscopatum, ambitionis ceca ductus cupidine, assentiente sibi ad malum imperatore, postposito Dei et vindicis Laurencii honore,

B.

imperatoris Ottonis secundi, suscepto pallio a Benedicto papa VII, rediens de Roma, in sede archiepiscopali Magdeburgensi a cuncto clero et populo honorifice susceptus est, nec tamen sedem Merseburgensem dimisit, sed utrumque episcopatum ceca ambicione simul retinebat, assentiente sibi ad malum imperatore. Unde omni timore postposito et vindicis Laurencii honore,

Thietm. III, 9. Merseburgensis[a] episcopatus sedem pariter destruxit cum nomine. Nam partem illius episcopatus sitam inter fluvios Salam, Elstram et Mildam et Plisni[b], Vedu[c] ac Thuchurini pagos cum villis Passini et Piscini[d] Frederico Cycensi[e] episcopo prestitit. Wissepuig et Lostatanna[f], que ad Gutici[g] orientalem pertinet ac fluviis Caminici et Albie distinguitur, cum villis attinentibus Volcoldo Misnensi antistiti concessit. Novem vero urbes meliores Scudici, Cotug[h], Urcin[i], Bigni, Hilburg, Dybin, Poug[k], Liubani et Gezerisco suo specialiter usui detinuit[1]. Privilegia vero, in quibus dona continebantur imperialia, quedam igne fecit concremari[l], quedam vero mutatis nominibus ecclesie sue annotari. Transmissis quoque de cenobio Sancti Iohannis baptiste Magdeburgensis[m] monachis, in Merseburg abbatiam statuit eamque suo episcopatui adiecit, preficiens eidem abbatem Othradum nomine; illoque defuncto, Heymonem, virum venerabilem, ipsi substituit de prefato cenobio assumptum[2]. Ob hanc ergo causam[n]

Ultio divina patrie fit magna ruina.

ib. III, 10. cf. A. Magd. a. 982. Namque gentes, que paullo ante[o] fidem catholicam susceperant imperioque sub tributo serviebant, Thiderici ducis ac marchionis oppressionem nimiam sufferre[p] non valentes, a suavi iugo Christi se excutiunt et unanimi conspiratione arma corripiunt[q], percussoque in Havelberg presidio militari, cum reliquis quos incautos repererunt 3. Kal. Iulii[3] cathedram episcopalem destruunt. Tercia vero die Brandeburg[r], cum iam prima pulsaretur, pervenientes, fugiente primum Volcmaro tercio antistite ac prefato Thiderico eiusdem urbis defensore, clerum nil tale suspicantem capiunt, ecclesie thesaurum diripiunt, multorum innocentium sanguinem effundunt. Quodque hiis est miserabilius[s], Dodilonem, ipsius urbis presulem secundum, qui a suis miserabili nece strangulatus iam triennio in sepulcro pausaverat, integro adhuc
ib. III, 11. eius corpore et sacerdotalibus indumentis, eiciunt spoliatumque humo rursus operiunt. Eodem quoque tempore a Bohemiorum[t] exercitu capta ac desolata est Cycensis ecclesia, Hugone primo[u] tunc episcopo cum omni civitatis illius populo ignominiose inde fugato. Ipso etiam tempore Mystowi dux Slavorum cum ingenti multitudine Hammanborg[v], ubi quondam sedes episcopalis fuit, igne succendit et vastavit. Cuius urbis expleta desolatione, inde progressi, monasterium beati[w] Laurencii martiris in loco qui Calve nuncupatur spoliantes, succenderunt[4]. Ubi* cum victrix flamma templi lambendo vastaret menia, mira res! velut aurum rutilans digitis expansis in mediis flammis dextra[x] descendens apparuit statimque quasi aliquod ferens clausa rediit. Unde quidam prudentes existimaverunt, illam sanctorum reliquias ex incendio eripuisse et in celi aut alterius loci secreta transvexisse. Quod nos, quia pro certo non comperimus, nostro ingenio indagantes, in medio reliquimus. Stabat autem omnis ille[y] cetus infidelium mirans et stupens ad tale spectaculum. Quod dum et ipse Mystowi dux miraretur, subito a demonio correptus, usque ad anime emissionem, que in proximo subsecuta est, incessanter cruciabatur, vociferans inter ipsa tormenta, se sustinere non posse, que sibi Laurencius inferret

*) *Haec* — ad tale spectaculum *des. B, ubi sequitur:* Ubi ipse dux Mystowe subito a demonio arreptus.

a) Merseburgh *B* 1, *ubi* Merseburgensis episcopatus destructio *minio in marg.* b) *sic, ut Thietm. A* 2; Plisin *A* 1—1[d]. *B* 1. c) necnon *A, in loco raso A* 1. d) Piscinis *A* 2. e) *deest A, post in marg. suppl. A* 2. f) *sic B;* Loscatanna *A;* Lostatawa *Thietm.* g) Sutizi *B.* h) *sic ut Thietm. B;* Cotung *A* 1—1[d]; Gotung *A* 2. i) *post corr.* Worcin *A* 2; Wit(t)in *B;* Vurcin *Thietm.* k) Pougi *A* 2; Pauc *Thietm.* — Liubani *corr.* Liubanici, Gerisco *corr.* Gezerisco *A* 2. l) cremari *B.* m) *deest B.* n) Versus *add. B* 1. o) fid. ante *B.* p) ferre *B.* q) arripiunt *B.* r) cum iam prima puls. Brand. venientes *B.* s) mirabilius *A* 1—1[d]. 2[a]; milabilius *A* 2. t) Bohemorum *B* 1. u) *sic ut Thietm. B;* tunc primo *A.* v) Hannanburg *A* 1, *post corr.* Hammanb. *A* 2. w) sancti *B.* x) desc. dext. *A* 1. y) illa *A* 1.

1) De mutatis dioeceseon limitibus v. O. Posse, 'Die Markgrafen von Meissen' p. 321 sq. 2) Bullam de abbatis Merseburgensis institutione datam v. Reg. Magd. I, nr. 358; Jaffé nr. 2924. 3) A. 983; cf. L. Giesebrecht, 'Wendische Geschichten' I, p. 264. 4) Thietmarus haec mutato ordine ita narrat, ut etiam Calbe oppidum a Bohemis destructum et visio illa in destructione Hamburg oppidi facta esse videatur. His ductus, iam W. von Giesebrecht, 'Jahrb. d. d. Reichs unter den sächs. Kaisern' II[a], Excurs XI, censuit, neque Gesta neque Ann. Magd. Thietmari chronicon exscripsisse, sed eum notitias illas ex chronico quodam antiquiore Magdeburgensi repetivisse. Cicensis urbis destrustionem a. 976. vel 977, incursionem in Hamburg et Calbe factam a. 983. Giesebrecht l. c. attribuit, Calbe supra laudatum ad Mildam sitam esse dicit. In loco Calbe ad Salam sito ecclesiam fuisse b. Laurentio dedicatam docet Hierographia Magdeburgensis a von Mülverstedt edita, 'Geschichtsbl. f. Stadt u. Land Magdeburg' I, p. 3. 31. (Cf. de Thietmari loco etiam Usinger, 'Jahrb. Heinrich II.' Vol. I, p. 483. G. W.).

incendia. Hec* retulit Anaco clericus, qui ibidem captus fuerat[1]. Desolatis igitur urbibus et [Thietm. III, 11] villis incendio ac preda usque ad fluvium Tongeram[a], convenerunt Slavorum tam peditum quam equitum supra triginta legiones, queque adhuc[b] residua vastare cupientes. Respexit autem Dominus de excelso celorum habitaculo, ne sub tanta tribulatione in finem pauperum suorum maneret oblivio. Audita ergo hac[c] tempestate, Giselharius archiepiscopus, collecta armatorum grandi multitudine, vocatoque in auxilium suum Hildewardo Halverstadensi antistite necnon et[c] Thiderico marchione, comitibus quoque Sifrido, Riddago, Ottone, Benzone[d], Frederico ac Udone[2], hostibus paravit occurrere. Sequenti igitur luce, que tunc dies erat sabbati, omnes audita missa, perceptione dominici corporis et sanguinis muniti, postquam[e] cum lacrimis et contritione cordis corpus et animam Deo commisere, dato signo, prelium ingens cepit, Deoque propicio salus et victoria in manu christianorum stetit. Namque commissa est pugna die integro, nostrisque tantum tribus peremptis, cesa est hostium immanis multitudo. Nocte tandem prelium dirimente, pauci, qui adhuc vulnerum expertes erant, in proximum collem contenderunt[f]. Quos cum nostri ad primum aurore ortum propulsare intenderent, intempesta nocte, proh dolor! aufugerunt. Sic archipresul victoria potitus, Parthenopolim letus revertitur, ubi a clero et ceteris qui domi remanserant condigna cum laude suscipitur. Ipsis diebus multa peri- [cf. A. Magd. a. 982.] cula sustinuit Saxonia. Nam, ut refert sanctus episcopus et martir Bruno, qui** de Querenvorde [Brun. V. Adelb. c. 12.] extitit oriundus, pater eius Bruno dicebatur, mater Ida, frater Gevehardus[3], post destructionem episcopatus Merseburgensis cuidam sapienti talis divinitus ostensa est[g] revelatio, in qua visus est illi prefatus cesar Otto aureo subnixus solio, vallante illum episcoporum principumque et nobilium agmine longo, cum[h] subito ille victor ignium magnus Laurencius igneo terribilis aspectu, circumamictus aurea stola, in medio[i] apparuit, et velud lacessitus iniuria prorumpens, argenteum desub pedibus imperatoris scabellum[k] tulit, seque torvo avertens intuitu, abire cepit. Cumque a quodam astantium, quis aut cuius auctoritatis esset, qui sic in gloria sua sublimatum regem exhonorare presumeret, inquireretur et subpedaneum reddere rogaretur, respondit: quia, nisi sibi illatum dedecus ab ipso imperator[l] corrigeret, ipsum quantocius de solio indubitanter deponeret. Quod et ita factum est, quia imperator hanc visionem auditam parvipendens et archiepiscopi amorem male blandientis timori Dei preponens, non correxit errorem; et idcirco minoravit dies temporis eius et in ipsis eum omni perfudit con- [cf. Ps. 88,46.] fusione, donec in brevi, ut prefixum erat, vita pariter et imperiali caruit potestate. Nam anno Domini nongentesimo octuagesimo secundo[m] apud Calabriam contra Sarracenos peri- [cf. Ekkeh. (Chr. Wirz.)] culosissime dimicans, occiso exercitu, ipse natando per mare vix aufugit, et veniens Veronam, [Thietm. III, 13. 14.] curiam celebravit, indeque Romam reversus, relicta matre sua venerabili Alheyda imperatrice in Papiensi civitate, graviter infirmatur, et ut extrema sensit adesse, omnem suam pecuniam in quatuor partes divisit, unam ecclesiis, secundam pauperibus, terciam matri ac unice sorori sue Mechtildi abbatisse de Quedelingeborg[n], quartam militibus, qui vitam patriamque suam suo amori postposuerant; factaque latialiter confessione coram apostolico ceterisque episcopis atque presbiteris, acceptaque ab eis optata remissione, septimo Idus Decembris ex hac luce subtractus est, terreque commendatur, ubi introitus orientalis paradisi domus sancti Petri cunctis fidelibus patet, et imago Domini honorabiliter formata venientes quoque[o] stans benedicit[4], relinquens filium[e] successorem, puerili quidem etate parvulum, sed pietate, pulchritudine et omni morum honestate precipuum et, ut dicebatur, iusticiam mundi[5], Ottonem tercium***. Qui dum in virile robur evasisset[p], agere cepit, ut delicto patris correcto anime [ib. IV, 8.] illius nimirum pro hoc afflicte[q] subveniri potuisset, instigante[r] illum etiam sua genitrice, Theo-

*) *Haec* — fuerat *des. B.*

**) *Haec* — Gevehardus *des. B, ubi legitur:* de quo supra diximus.

***) *B 3. 3a hic addunt excerpta quaedam quae Ann. Reinhardsb. attribui possunt:* Idem Otto captivum duxit Beringerum regem Lombardie cum uxore, mittens eum in Babinbergam in exilium, et ibi obiit. [Ekkeh.] Item anno Domini 972. eidem[s] Ottoni missa est Theophania de Grecia in uxorem. [Lamb.] Hiis eciam temporibus Hatto archiepiscopus Moguntinus devoratus est a muribus in[t] Reno, quia multitudinem pauperum tempore famis [Chr. Min.] cremari fecit in horreo; cui successit Rupertus. [Lamb.] Item anno Domini 976. Otto imperator perrexit Bavariam et Hinricum inde depulit et Ottoni duci Bavariam commendavit. Item anno Domini 977. imperator Otto cum exercitu

a) Congeram *B.* b) res. adh. *B.* c) *deest B.* d) Bensone *A.* e) plus quam *A, post corr.* postquam *B 1, et sic reliqui codd. B.* f) conscenderunt, *sed* scen *e corr. B 1.* g) *deest A 2a, post superscr. A 2.* h) quo *add. B.* i) in m. *des. B.* k) *ante* argenteum *post in marg. suppl. B 1, eoque loco reliqui B.* l) imperatore *A.* m) 985. *A, post corr.* DCCCCXCV. *A 2.* n) Quedelburg *A.* o) *sic codd. omnes;* quosque *Thietm.* p) excrevisset, *sed* xcre *post. manu in loco raso B 1, et sic reliqui B.* q) afflicto *A 1—1d, post corr.* afflicte *A 2.* r) frequenter *add. B.* s) idem *codd.* t) in — horreo *des. B 3a.*

1) Günthero, qui Diss. p. 16. suspicatus est, Gestorum auctorem illud Thietmari: *et id mihi indicavit Avico capellanus tunc eius* male intellectis siglis et compendiis commutasse in: *haec retulit Anaco clericus, qui ibidem captus fuerat,* assentiri non possum. 2) Quem Thietmarus Dudonem appellat. 3) Genealogia illa, quam iam auctam apud Ann. Saxonem et in Ann. Magd. a. 1009. reperimus, illis et Gestorum auctori nonnisi Annalibus Nienburgensibus intercedentibus innotuisse potest. 4) Narrationem paullo diversam Ann. Magd. hoc loco proferunt. 5) Cf. Vitam Brunonis c. 18: *quasi post Deum secunda iustitia.*

[Thietm. IV, 8.] phania[*] videlicet Greca imperatrice, que nichilominus aliquando in excessu mentis vidit prefatum Domini levitam sibi assistentem et sciscitari non audenti nomen suum pandentem, dextroque brachio exerto[a] mutilate manice dampna[b] obicientem, queque sibi coniux illius fecisset conquerentem, adicientem quoque, hec illius suasu facta fuisse, pro quo plurime[c] electorum[d] scandalizarentur anime. [ib. IV, 28.] Filius ergo eius imperator hiis sollicitatus, Giselharium sepius convenit archiepiscopum, reprehendens illum duabus preesse parrochiis contra decreta canonum. Unde et in generali Romanorum concilio proclamatum exegit a domino papa[e] Silvestro iudicialiter astringi officii suspensione, directa[1] insuper ei ad apostolice sedis discussionem illum[f] veniendi vocativa legatione. Ille vero tunc iudicio Dei paraliseos[g] infirmitate oppressus, misso Rotmanno sibi familiari clerico Romam, quovis pacto vel etiam iuramento, si opus esset, se expurgandi commisit curam. Quod cum factum esset, commendatur a papa arbitrio imperatoris causa cum provincialibus episcopis examinanda.

Interea prefatus Adelbertus episcopus, quem[h] ab Adelberto Magdeburgensi archiepiscopo equivoco nomine in crismatis unctione appellatum et eiusdem ecclesie alumpnum supra[i] diximus, felici martirio in Polonia coronatus, 12. anno Ottonis meritis et virtutibus [ib. IV, 28. cf. A. Magd. a. 996] longe lateque effulsit clarus[2].[**] Quorum etiam preconio tactus imperator, ad illius limina causa orationis est profectus cum imperialibus donis; ubi a Bolizlao duce magnifice susceptus est et [cf Brun. V. Adalb. c. 34.] Gnesim usque perductus, in qua, eodem duce emente, a loco interfectionis translatum pausabat prefati martiris corpus. Hanc ergo urbem devotus imperator, occurrente sibi loci episcopo, nudis pedibus intravit et post lacrimosam ad sanctum Adelbertum orationem nova illum institutione, id est archiepiscopatus in eodem loco fundatione, sed non legitima, honoravit[3]. Nam tota hec provincia unius Poznaniensis episcopi erat parrochia, et ipsa cum omnibus futuro tempore illic fundatis[k] episcopatibus auctoritate primi Ottonis imperatoris et[l] pontificum apostolice sedis metropolitano Magdeburgensis archiepiscopii[m] fuerat subiecta. Hanc ergo sine utrorumque episcoporum consensu iste imperator in quinque dividens episcopatus, in ipsa urbe Gnezi [Thietm. IV, 28.] Gaudentium[4], beati Adelberti[n] germanum, consecrari archiepiscopum fecit eique tres alios episcopos in tribus locis, id est Slazcholberg, Crakowe[o], Wortizlave, ordinatos subiecit. Poznaniensem vero episcopum[p] [cf. A. Magd. a. 1000.] non assentientem priori[q] iuri et Magdeburgensis archiepiscopi subiectioni reliquit. Imperator exinde reversus, palmarum sollempnia Magdeburg gloriose celebravit, et secunda feria cum episcopis facta synodo, Giselharium archiepiscopum impetiit, ut, dans honorem Deo, priori suo uno et legitimo contentus esset episcopio[r]. Ipse autem non rationibus, sed pecunia respondens huius cause mediatoribus, usque in frequentiorem curiam pasche Quedelingeborg[s] agendam protelari rogavit. Quo dum pre languoris instantia venire non posset, rursus prefatum Rotmannum et Walthardum prepositum, ut eum excusatum haberent, direxit; ubi nichilominus inducias ad concilium Aquisgrani coram imperatore congregandum accepit. Huc ergo cum fautoribus suis profectus, ab apostolice sedis legato iterum iterumque de predicta causa convenitur; nec minus ille renitens defensiones molitur. Sed tandem sententia omnium convictus, hec usque ad generalem Romane ecclesie synodum differri callide precatur. Talibus machi- [cf. ib. a 1002] namentorum artibus impedita nec terminata res intercipitur, quia et Otto cesar interea, decus imperii, sectator iusticie, heu! immatura morte defungitur. Nam ab uxore Crescentis, [cf Ekk. codd D E. Thietm IV, 21.] quem idem imperator Rome decollatum per pedes laqueo suspendi iussit, veneno infectus, apud Paterne castellum Romaniole, pustellis interiora prementibus et interdum paulatim erumpentibus, infirmatur. [ib. 30.] Qui facie clarus ac fide precipuus, 8. Kal. Februarii moritur[5], suis[t].[***] insuperabilem relinquens memoriam[6],

[Ekkeh Chr. Min.] magno Bohemiam devastavit. Item anno Domini 978. ignee acies vise sunt in celo per totam noctem 5. Kal. Novembr. Eo tempore sanctus Udalricus — — in Suevia solempniter celebrantur. — *B* 4. 4[a] *pergunt hic:* Qui cum in virum crevit, cepit delictum corrigere et emendare, ut in hoc anime patris[u] penis pro hoc afflicto posset subvenire, instigante ad hoc plurimum ava sua, scilicet sancta Adelheyde, que sine dubio in excessu.

*) Th. v. Gr. i. *des. B.*

**) *B* 4. 4[a] *pergunt sic:* De magno eius similiter patrocinio confidens, Otto III. in infirmitate eius votum fecit eius limina devote personaliter invisere cum imperialibus donis.

***) *Sequentia — p. 391, l. 15. des. B.*

a) exorto *codd. omnes.* b) damno *A* 2. c) plurime *post corr.* plurimorum *B* 1. d) anime el. scand. *B.* e) *deest A* 1? 2. f) *sic codd.;* illuc? g) paralisi *B* 3. 4. 4[a]; infirmitate *deest B* 4. 4[a]. h) qm̄ *B* 1. 1[a]. i) ut supra *codd.* k) fundandis *Ann. Magd.* l) *deest B* 1. m) Magdeburgensi archiepiscopatui *A.* n) Alberti *hoc loco B.* o) Crackawe, Wortizlawe *A*; Salzcolberch, Cracowe, Wrotizla *Ann. Magd.* p) episcopium *A.* q) *sic, ut Ann. Magd. B;* suo *add. A.* r) *sic B. Ann. Magd.;* episcopatu *A.* s) *sic B;* Quidelenburg *A* 1—1[d]; Quedelenburg *A* 2. t) sui *A* 1. u) *verba infra sequentia* que sine dubio *huc tam inserunt codd.*

1) Canonem qui hoc iubet iam synodus Papiensis a Gregorio V. a. 997. habita promulgavit, SS. III, p. 694. 2) De aliis Theophanu imperatricis Merseburgensis episcopatus restituendi studiis v. Vitam Adalberti auct. Brun. c. 12. 3) Thietmarus: *fecit ibi archiepiscopatum, ut spero legitime, sine consensu tamen prefati presulis (Poznaniensis).* 4) Thietmarus aliud tantum eius nomen, quod *Radimo* fuit, commemorat. 5) Thietmarus et alii eius temporis scriptores Ottonem 9. Kal. Februarii mortuum esse indicant, et ita recte Gesta infra p. 392. 6) Thietmarus: *moerorem.*

quia eo tempore non fuit ullus largior ac per omnia clementior illo. Hi autem qui circa ipsum erant [Thietm. IV, 31.] tam diu mortem eius celabant, quousque undique dispersus per internuncios convocaretur exercitus. Tunc tristis turba dilecti domini corpus comitata, magnas bellorum asperitates continuis septem diebus perpessa est, nec ulla ab hostibus requies concessa, quousque ad Veronam perveniunt civitatem. Exinde per vallem Trientinam revertentes[1], cum ad Pollinge, curtem Sifridi Auguste civitatis presulis, venissent, ab Heinrico duce Bavarorum et imperatoris[a] nepote cum maximo merore suscipiuntur, iterumque[b] lacrimis eius dolor renovatur. Dux vero cum funere Augustam intrans civitatem, dilecti domini ac nepotis intestina duabus lagunculis inclusa, in australi parte monasterii sancte martiris Affre sepulture honorabili tradidit et ob anime ipsius remedium centum mansos proprie hereditatis eidem monasterio dedit. Deinde corpus usque Coloniam comitatur; quo dum pervenisset, primo susceptum est ab archiepiscopo eiusdem [Ib. IV, 33.] civitatis Heriberto, ad monasterium Sancti Severini feria secunda post palmas, ad Sanctum Panthaleonem tercia defertur[c] feria, ad Sanctum Geronem feria quarta, in cena Domini ad Sanctum deportatur Petrum, ubi more ecclesiastico penitentibus introductis et indulgentia resolutis, anime presentis corporis ab archipresule datur remissio. A consacerdotibus autem memoria exposcitur, lacrimabiliter vero a populo supplici impenditur. Feria sexta parasceue illucescente[d] funus elevatum ad Aquisgrani* sancto perducitur in sabbato, die vero dominice resurrectionis in ecclesia sancte Marie perpetue virginis sub incomparabili merore in medio sepelitur choro anno regni sui 18, dum annus Domini[e] millesimus secundus volveretur.**

Cui quia non erat filius consanguinitatis linea proximus, sublimatur in regnum prefatus[e] Heinricus Bavarorum dux, et*** quasi post vernum rose vel lilii florem surrexit utilior mundo estive maturitatis fructus triticeus. Hic ergo cultor equitatis et religionis [cf. A. Magd. a. 1004.] divine precipuus extitit, et quecumque regni negocia a predecessore suo tamquam puero et ipso intempestivo obitu preoccupato relicta fuissent minus caute ordinata, ipse secundum Domini timorem restaurare iusteque disponere studuit. Huic igitur ut innotuit destructio episcopatus Merseburgensis, ob tam incorrigibilem longo tempore archipresulis ambitionem non mediocriter dolens, omni annisu se armavit ad ipsius reparationem. Unde et cum regni sui anno secundo nativitatem Domini Polithi celebrasset, inde Torneborg profectus, Willigisum[f, 2] archiepiscopum, [Thietm. V, 23. 24.] qui iam pre diuturni languoris vexatione a multis desperatus erat, monens et obtestans per Dominum, ut rediens ad cor saltem divine correptionis[g] tam liquido in suo corpore perspicabilis flagella animadverteret, ut, usurpatam iniuste sedem relinquens et legitimam resumens, quicquid[h] in destructione eius errasset vel[i] tunc, vel nunc in extremo vite sue satisfaciens peniteret. Ille autem que facere nolebat vix ipso auditu sufferebat. Pauca tamen pro tempore locutus, promisit se abiturum et tercia die indubia responsurum; sed O male dilata bona, post hec sepe negata!

*) *B pergit sic:* et Aquisgrani perducitur, ubi in ecclesia sancte Marie perpetue virginis in medio choro cum merore omnium sepelitur anno regni *etc.*

**) *B 3. 3a inserunt:* Anno Domini 985.[k] Hinricus dux Bavarie regnum invadens a principibus reprobatur. Otto [Lamb.] Herbipolensis episcopus obiit. Hic Otto tercius Bohemos devastavit; post hoc iterum anno preterito [Ekkeh.] Bohemiam intravit et eam in dedicionem coegit, Mysikonem cum muneribus venientem suscepit. Anno [Lamb.] Domini 989. Theophanu[l] Romam perrexit omnemque illam regionem regi subdidit. Eodem tempore Karolus [Ekkeh.] dux moritur; cui Otto, filius eius, succedit. Anno Domini 998. Crescencius ab imperatore decollatur — — et [Chr. Minor.] contra adversarios Romanorum. Hic Otto tercius quandam uxorem habuit — — *Chorus nove Ierusalem* composuit. [Iac.] Huius Ottonis eciam tempore[m] monasterium sancti Stephani[n] in Halbirstad in summo combustum est et ab Hildwardo in novo reedificatum consecratur in die sancti Galli, auxilio fere[o] 20 episcoporum; ad cuius aule dedicacionem idem Otto imperator cum imperatrice Adelheide et tocius Saxonie optimatibus presens aderat. Anno Domini 992.[p] in Burgundia sanctus Odilo[q] monachus factus ex [Ekkeh.] clerico in Cluniaco cenobio abbas preficitur et per annos 56 magna religione et vite insignis rexit exemplis, et miraculis eciam multis in vita sua claruit. Hoc eciam tempore sanctus[r] Bruno, nobilis de Quernforde oriundus, in Magdeborg sacris litteris eruditus et a rege et populo in archiepiscopum Treverensem ordinatus, causa devocionis limina sanctorum . . . .[s] a Leone papa Ungariam predicando fidem mittitur; ubi felici itinere Prage civitatem Bohemie divertens, per byennium Christum euvangelizans ibidem, in ignem intrans, pro vera fide stetit integrum diem et noctem; secundo die primo mane corpore et vestimentis illesus quasi de rore flante progreditur, et populus multus ad Christum convertitur. Post hec in Ungaria veniens et multos convertens, missam celebrans, miles barbarorum ei manum qua sacrificium benedixit abscidit, que mox pendens in aere ut[t] divinitus ultra signa faciens super sancta, 16. Kal. Marcii capite truncatur et sic martirio coronatur. Unde Ottoni tercio.

***) *Haec* — triticeus *des. B.*

a) Bavarorum Azo imperatore *A, excepto A 1d, ubi lacuna inter* Bavarorum *et* imperatore *exstat;* Azo imperatore *post delendo et superscribendo corr.* et imperatoris *A 2.* b) utrumque *A, post corr.* iterumque *A 2.* c) deferitur *codd. A, post corr. A 2.* d) *sic A 1d;* illuscente *celeri codd. A.* e) *deest B.* f) Giselarium *post superscr. A 2, et ita A 2a;* Giselarium episcopum *B.* g) correctionis *B.* h) quitquit *B 1.* i) vel tunc *des. B. Ann. Magd.* k) DCCCCLXXXIX. *B 3a.* l) Theophanino *B 3a.* m) temporibus *B 3a.* n) Sebastiani *B 3a.* o) vero *B 3.* p) 902. *codd.* q) Edilio *codd.* r) scilicet *codd.* s) *quaedam deesse apparet.* t) et?

1) Haec apud Thietmarum minime inveniuntur.
2) Hic supplenda sunt ex Ann. Magd.: *archiepiscopum cum aliis sapientibus et idoneis viris Magdeburch direxit ad prefatum,* quae oculo compilatoris a priore verbo *archiepiscopum* in sequens aberrante omissa sunt.

Thietm. IV, 24. cf A. Magd. a 1004. Prov. 21, 30. Curru ergo, quia aliter ex[a] multo iam tempore incedere[b] non valebat, impositum, se abduci in curtem suam Tribule[1] iussit; ubi biduo commoratus, morbis excruciatam, quia non est consilium contra Dominum[c], 8. Kal. Februarii animam reddidit anno dominice incarnationis 1004. Quo audito, imperator ipse funereis presens exsequiis corpus[d] Magdeburg prosequitur; a* quo Wipertus capellanus suus de eligendo Taginone[e] voluntatem regiam legaturus ad fratres premittitur. Walthardus[f] autem supradictus[2] prepositus, coadunatis fratribus, ut eis antistitis mortem et regis ad illos visitationem innotuit, quid super electione[g] idonei provisoris censerent, consuluit. Qui omnes unanimiter ipsum, licet humiliter recusantem, se eligere responderunt. Corpus autem delatum ad Sancti Iohannis baptiste monasterium, prima nocte honorificis vigiliis conservatur, nec minus sequenti die ad Sanctum Mauricium deductum, a superveniente tunc rege, clero et populo suscipitur; circaque illud propensiori ritu psallentium secunda nocte excubatur. Mane autem facto Arnolphus Halverstadensis episcopus, ut fratres de electione Taginonis conveniret, a rege mittitur; qui et mox ingressus[h] ad eos, diligenter mandata coram omni multitudine paratus exequitur. Walthardus itaque prepositus respondere rogatus pro omnibus[3], quamvis ab eis ipse fuisset ad hunc honorem pontificii electus, tamen a se primo removet huius ambitionis suspicionem. Sed de alio eligendo cum dicat omnes regis sentire intentionem, profitetur, eos velle et petere, ut mereantur canonica auctoritate habere liberam nec potestate regia coactam electionem, nec pati posse suo tempore detrimentum subire sue ecclesie dignitatem[4]. Rex ergo, his auditis, accersito eodem preposito et reliquis seorsum maioribus, benigne obsecrando et multa pollicendo tandem ipsius et omnium consensu et voluntate electo Taginoni rite commisit episcopalem, in quam et ipse eum honorifice collocavit, cathedram. Cuius, ut moris[i] est, laude universorum favore celebrata, ad defuncti exequias[k] alio carmine conveniunt; quem** et coram altari australi cum multo luctu et lacrimis sepeliunt. Erat enim vir in hoc mundo valde idoneus, et hanc ecclesiam multis donariis et possessionibus augeri fecit sua industria et petitionibus ab hiis, quibus frequenter et devote servierat, imperatoribus[5], nec pauciora sue hereditatis predia pro remedio anime sue devotus tradidit fratribus. Dedit enim 28 mansos et dimidium in villa Gusten[l] dicta sitos, annuatim solventes 11 talenta et 8 solidos, et molendinum unum in eadem villa unamque decimam in Nyendorp[m] solventem duo talenta. Ex hiis debentur fratribus per annos singulos tria servicia et cuilibet per menses quatuor nummi, puero vero unus, tantumdem fratri absenti[6].

Hic ordinaverat Misnensi ecclesie Eidum tercium, Brandeburgensi[n] Wigonem quartum, Havelbergensi[o] Hildricum secundum, Cizensi Hugonem tercium et Hildewardum*** quartum episcopos, Riddagum quoque, defuncto Herdingo, secundum Sancti Iohannis baptiste abbatem. Huius archiepiscopi anno 2[p], dominice vero incarnationis[q] 983. obiit Otto Rufus imperator 7. Idus Decembris; cui filius eius Otto tercius successit. Ipsius etiam archiepiscopi anno 22, hoc est dominice incarnationis 1002, Otto tercius obiit 9. Kal. Februarii; cui successit Heinricus Bavarie dux[7].

[Anno Domini 1004.]

Thietm. VI, 43. V, 25. 15. Tagino tercius archiepiscopus sedit annos 8, menses 4, dies 8, suscipiens pallium a papa Iohanne XIX. Hic beati illius Wulfgangi, vere actu et habitu monachi et confessoris Christi et Ratisponensis pontificis, discipulus, ab eo more filii in omni sancte conversationis institutione[r] a puero fuit enutritus bonisque eius omnibus prelatus. Quem etiam per se gratie[s] Ottonis tercii imperatoris ac Heinrici Bavarorum ducis familiarius adiunxit, quia sibi defuncto hunc sicut dignum illorum[t] auxilio sub-

*) *Sequentia des. B.*
**) *B pergit sic:* et ibi presente rege et Arnulpho Halberstadensi episcopo in ecclesia sancti Mauricii coram altari australi cum multo luctu et lacrimis sepelitur. Licet enim occupacione et destruccione Merseburgensis episcopatus pertinaciter oberravit, erat tamen vir in hoc mundo valde ydoneus.
***) *Pro sequentibus usque ad finem cap. habet B:* Herdinggum secundum Sancti Iohannis baptiste abbatem.

a) multo iam ex *B.* b) incendere *codd. omnes, post corr.* incedere *A* 2, *et ita etiam* n *expuncto B* 1. c) contra mortem *post in marg. suppl. B* 1, *et sic in contextu ceteri B.* d) eius *add. B* 1[a]. 4. 4[a]. e) Tagmo *plerumque*, Dagmo *interdum A* 1; Dageno, Dagino, Tagino *B.* f) Walckardo *A* 1 *semper.* g) electionem *A* 2. h) est *add. A* 1—1[d]. *Ann. Magd.* i) mos *A* 1[a. d]. *Ann. Magd.* k) exequia *A* 1. 1[a], *post corr.* exequias *A* 2. l) Gutstein *A* 2; Gustyn *B* 3. 4. 4[a]. m) Neuendorff *A.* n) Brandeburgh *B* 1. o) Havelbergensem *B* 1. p) anno vero eiusdem dominice 983. Otto *A* 1—1[d], *post corr.* a. dom. vero inc. 983. obiit Otto *A* 2. q) ati *alia manu in loco raso B* 1. r) *deest B* 1, *ubi* disciplina *alia manu in marg. post* omni *suppl., et ita in contextu reliqui B.* s) gratia *A* 2. t) horum *B.*

1) Thietmarus et Ann. Magd. locum *Thriburi* nominant, et illius editor eum hodie Thribern esse dixit. 2) Supra p. 383. 386. 390. 3) *pre omnibus* Thietmarus. 4) Thietmarus in his exponendis, ut saepius facere solet, sermone recto usus est. 5) Vere satis magna exstat copia diplomatum Giselarii petitione ab Ottone II. et III. imperatoribus Magdeburgensi ecclesiae concessorum; v. Reg. Magd. I, nr. 338 sqq. 6) Haec ex libro quodam traditionum auctor certe hausit; diplomata ab archiepiscopis eius temporis concessa minime supersunt, ita ut credendum sit, eos res ab ipsis actas chartis scriptis et signatis confirmare nondum solitos esse. Nyendorp videtur esse Neuendorf prope Güsten in territorio Anhaltino situm. 7) Haec Annalium Nienburgensium excerpta videntur esse; cf. Günther, Diss. p. 40.

stituendum speravit. Qui* dum beate vite terminum, immo premium sibi adesse presentiret, illum vere dilectum alumpnum advocavit et os eius ori suo suppositum astringere mandavit, ut a Deo inspirationem spiritualium eius carismatum acciperet, unde temperamentum dilectionis gemine ipsiusque benivolentie contra noxium iuventutis ardorem perciperet, tunc etiam presago indicio illi suggessit, quia, si destinata ei a se sua sede forte privandus esset, post decursionem decem annorum pro certo gloriosius sublimandus foret. (Thietm. V, 25.) Postquam ergo inter verba orationis requievit in Domino, ab omnibus eligitur Tagino; sed adductus ad imperatorem, hoc honore privatur ab illo, dato episcopatu cuidam Gevehardo suo capellano; cum quo cum iste tempore parvo ob inequalitatem morum, licet honorabiliter haberetur, esset commoratus, adhesit duci Heinrico; cui pro laudabili conversatione valde complacens, acceptissime per omnia est famulatus, donec, ut diximus, Ottone imperatore defuncto et Heinrico rege facto, post decem annorum circulum secundum viri[a] Dei vaticinium[1] in archiepiscopali cathedra, cedente sibi prefato Walthardo tunc electo, voluntate Dei et ecclesie ab ipso rege gloriose est exaltatus. Quem videlicet regem ac reginam cum optimatibus, quantis in hac novitate[b] suppetebat, benigne honorans muneribus, cum ipsis mox Gevekenstein proficiscitur, ubi omne, quod decessoris[c] sui studio collectum fuerat, (ib. V, 26.) diligenter ab eodem et a rege perspicitur et suo iudicio superfluum esse dicitur. Inde regem Merseburg comitatur, ibique ab ipsis dignitas episcopalis reparatur, requisitis laboriose prediis, banno et parrochia ab episcopis, quibus hec illicite fuerant usurpata. Illic in purificatione sancte Marie (cf. A. Magd. a. 1004.) sollempniter unctus est dominus Tagino a Willigiso venerabili archiepiscopo Maguntino, utriusque suffraganeis, qui tunc aderant, honorifice suffragantibus, apostolice autem sedis legato et Hilderico tunc in ordine suffraganeorum primo consentientibus. Ordinandus enim ab solo apostolico fuerat[2], sed hunc adire[3] causa instantis necessitatis non poterat. Tunc rex coram omnibus tradidit Merseburgensem episcopatum (Thietm. VI, 1.) supradicto Guiberto capellano suo, dato huic novi[d] archipresulis baculo, per quem illi omnia reddidit, que a Giselhario iniuste hinc ablata didicit; quem nichilominus illis diebus consecravit idem Tagino cum quaternario astantium suffraganeorum suorum numero. Postquam ergo rex beati desiderii sui[e] explevit votum, reversus Magdeburg, ne quod ex hac institutione archiepiscopo incusaretur intulisse dampnum, quoddam sui iuris eidem cum legali testamento tradidit predium, hoc est urbem nomine Tuchtum[4] cum omnibus pertinentiis suis in Zeuditz provincia sitam. Nam ipse in Domino magne devotionis rex, de capella sua sumens non modicam partem reliquiarum beati Mauricii, hyeme tunc forte redivivo frigore seviente terramque glaciali asperitate et nive cooperiente, a Monte sancti Iohannis baptiste, ubi servabantur, nudis pedibus, ut fertur, calore pietatis illum animante, tricesimo die depositionis archiepiscopi Giselharii in civitatem detulit, cunctis festivo ritu, ut par erat, eas suscipientibus; quas et sancto altari cum predictis donariis obtulit ipsumque diem in honore prefati martiris eius ecclesie celebrem[f], quemadmodum adhuc habetur, instituit. Archiepiscopus** (ib. VI, 43.) igitur ordinationis sue anno primo cepit edificare templum Domino[5]. Hic dilectus Deo et bonus[g] hominibus, supra consuetudinem omnium episcoporum, quos novimus, familiaritate maxima et dilectione iungebatur fratribus, illosque[h] coram populo suis attollebat laudibus, quibus et affectionis sue memoriale[i] reliquit, dum ad supplementum vestitus eorum presbiteris ac diaconis[k] 8 syclos, subdiaconis[k] autem et pueris quatuor addidit. Nam ut bonus servus et fidelis, qui superlucrari studuit sibi commissam domini (cf. Matth. 25, 20.) sui pecuniam, in brevi quo presedit tempore pluribus prediis a rege pro devotione prioris servicii et fidelitatis acquisitis suam augmentavit ecclesiam. Sunt autem hec: Arneburg et Frosa ac Pretyn[l] urbes cum curte una, que Esiconis fuit Merseburgensis comitis, et burgwardum[m] quod-

*) *Sequentia in brevius redegit B hoc modo:* Hic mox ut fuit in archiepiscopum sublimatus, ad reparacionem Merseburgensis episcopatus inpendit studium cum auxilio regis Hinrici, requisitis laboriose prediis, banno et parrochia ab episcopis[n], a quibus hec illicite fuerant usurpata. Rex autem Merseburgensem episcopatum tradidit Gwilberto capellano suo, quem dominus[o] Dageno astantibus suffraganeis suis consecravit. Archiepiscopus igitur *etc.*

**) *B pergit cum A.*

a) Dei viri *A* 2. b) nov. supp *A* 2. c) praedecessoris *A* 2. d) *sic solus A* 1. 1[d]. *cum Ann. Magd.*; novo *reliqui A.* e) *deest A* 2. 2[a]. f) celebrare *Ann. Magd.* g) *deest B.* h) illos quoque *B.* i) *sic B;* memorabile *A, post corr.* memoriale *A* 2. k) diaconibus, subdiaconibus *B.* l) Pretini *A* 1—1[d]; Pretina *A* 2. m) burgwadum *codd.* n) ipsis *B* 3. o) Dag. dom. *corr.* dom. Dag. *B* 1.

1) Haec Thietmarus a Taginone se audisse contendit: *ut ipse domnus Tagino sepe mihi retulit.* 2) De iure illo nullum diploma antiquius quam bulla Iohannis XIX. (XX) infra laudanda (Jaffé nr. 3102) exstat, sed hoc privilegium iam a Magdeburgensi ecclesia possessum se renovare et confirmare ille dixit. Iohannes papa, supra XIX. nominatus, is est, quem nunc XVIII. numeramus. 3) Thietmarus: *huc venire.* Legatus Romanus fuit Leo bibliothecarius. 4) Vel potius Chut, hodie Gautsch, ut diploma Heinrici regis d. d. Magdeburgi 25. Febr. 1004, St. 1372, Reg. Magd. I, nr. 477, demonstrat. Auctor noster, verbis *damnum pati — in provincia Scudici — cum quadam parte reliquiarum s. Mauritii* testantibus, illud certe prae oculis habuit. 5) Nota, hic Gesta modo ad verba cum Thietmari narratione concordare, modo ordine rerum alterato et locutionibus variatis ab illa differre.

dam[a] Driezele dictum in pago Morzan[b.1]. Ad cultum quoque et ornatum divini et episcopalis officii egregium conquirendi specialis erat studii. Ut autem quedam de moribus eius Thietm. VI, 43. breviter dicamus, fuit cum euvangelico Symeone homo[c] iustus et timoratus, et large sua dispergens, cf Luc. 2, 25 Ephes 3, 17 dedit pauperibus, in caritate radicatus, nitida castitate emicans creverat, pietate ac mansuetudine dilatatus, prudentia et stabilitate roboratus extiterat seque habitu canonicum, in omni vero[c] conversatione sua vere monachum cunctis ostenderat. Quoscumque in Deo proficientes vidit[d], laudabat et exhortans ad meliora provocabat, delinquentes vero spe[e] correctionis aspere increpabat. Divino vero servicio insatiabiliter inventus vacabat et, nisi gravi infirmitate prepeditus, cum cottidiana psalterii expletione vivum Domino holocaustum[f] cottidie per missarum celebrationem immolabat. Quod donec rite complesset, vultus et animi severitate sollicitudinem adhuc suam ostendebat. Postea vero, bona conscientia et inhabitante[g] in se[h] spiritu Dei letificante, omnibus hilaris et affabilis aggaudebat[i]. Cum quibus etiam persepe Kyrieleison, misericordiam Domini invitans[k], concinebat[l]. In vigiliis autem supra modum laborare studebat; qui cum ob lassitudinem ieiunare non posset, elemosinarum largitate redimebat. Sed tamen ob dolorem[m] dentium modicus esus sibi cum mediocri potu ad satietatem sufficiebat. Nobiles genere et moribus diligebat, nec tamen pauperes despiciens, curam ipsorum habebat[n]. Cum ergo ad Deum vivum, quem sitiebat, anima eius esset vocanda, anno dominice incarnationis 1012, Merseburg venit, ubi prefatus rex Thietm. VI, 41. Heinricus sollempnitatem penthecostes exegit. Prima* autem luce illius quam sanctus consecravit Spiritus 1012 dominice archiepiscopus infirmatus, missam celebrare nequivit, altera die ad modicum convalescens et ad Iun. 1. 2. regem deambulans, incauta commotione imbecilla tantum turbavit membra, ut, in brevi omni virtute exhausta, de ipsius dubitaretur vita. Unde advocatis episcopo Erico et abbate Sancti Iohannis baptiste Sifrido, post factam illis confessionem humiliter petiit indulgentiam et remissionem. Facto autem mane Iun. 5. quinte ferie disponens recedere, cum ante regis tunc dormientis baiularetur cubile, fertur conversus reverenter eo capite[o], pro impensis sibi in hac terra peregrino hactenus beneficiis gratias agens, illi precordiali devotione ultimum valedixisse. Post hec navi Gevekenstein deductus ibique biduo commoratus, Iun. 8. 9. cum dominica item navigio deveniens secus urbem suam Rodenburg[2] pernoctasset, postera[p] luce defi- ib V, 26. ciens in via, sentit[q] adesse extrema, accersitoque Walthardo preposito, cui et primum factus[r] episcopus VI, 41–42. omnia sua post se commendaverat negocia, eidemque[s] sui suorumque nunc commendatione studiosius inculcata, inter orationes et lacrimas fratrum quinto Idus Iunii Deo reddidit spiritum. Cuius corpus sic ipso die ad castrum Frosam devectum ibique sacerdotali paratura contectum, cum merore omnium Par- Iun. 11. thenopoli est susceptum. Tercia vero die fit conventus episcoporum, ambitiosiusque celebratur pro eo memoria defunctorum; quibus ipsis baiulantibus dilecti corpus ad tumulum, sepelitur ad occidentalem plagam in choro ante criptam, quam a se factam ipse dedicaverat, quam** etiam creberrimis[t] precibus et lacrimis suis consecratam, dum viveret, ad corporis sui pausationem[u] eligens designaverat. Sed Walthardus ante introitum eiusdem cripte, ut diximus, loco scilicet decentiori et qui omnium pateret conspectui, dilectum seniorem tumulari decernebat.

Hic in tempore desiderabili sui sacerdotii consecraverat episcopos, Havelbergensi ecclesie Ericum quartum, Merseburgensi Wipertum tercium, eoque defuncto Thietmarum venerabilem, doctissimum atque nobilissimum, quartum[3], sanctum[v] quoque Brunonem cognomento Bonifacium, prius quidem Sancti Mauricii Magdeburg canonicum, postea vero in palatio regio assumptum, sed fugientem cum deliciis suis seculum, ut sibi lucri faceret Christum, sicque apud Italie eremum cum beatis sociis[w] Benedicto atque Iohanne in monachica religione perfectissime conversatum, deinde a Romano pontifice ad regem Heinricum et eundem archi- cf. ib. VI, 58. episcopum directum, consecraverat archipresulem gentium eique, quod [ab[x]] apostolico detu-

*) *Sequentia in brevius contracta in B hoc modo:* Ibi archiepiscopus infirmatus, valedicto rege, navi Gevekenstein et inde Rodenburg urbem suam est deductus; ubi dum pernoctasset, altera die deficiens, in via inter oraciones et lacrimas fratrum quinto Ydus Iunii Deo reddidit spiritum; cuius corpus delatum in Magdeburgh, convocatis episcopis, cum debito honore et merore in choro ad occidentalem plagam ante criptam, quam ipse a se factam dedicaverat, est sepultum.

**) *Sequentia usque ad finem cap. des. B.*

a) quondam *B* 3; quondam *add. B* 1ª. 4. 4ª. b) Morzan *A* 1; Morsan *A* 2. c) *deest B.* d) videbat *A* 2. 2ª. e) corr. spē (specie) *corr.* spe corr. *sed correct. signa erasa, et* spē *radendo corr. in* ipē (ipse) *B* 1. f) cott. hol. *B.* g) in habilitante *B.* h) in se *des. B.* i) congaud. *B.* k) ĩuitãs, a *e corr. B* 1; *fort.* invocans. l) concinebat, *post corr.* concinnebat *B* 1. m) dolores *A* 2. n) negligebat *B.* o) *haec corrupta sunt*, converso *forte corrigendum;* elevato a capite pilleo *Thietm.* p) postea *A*, *post in marg. corr.* postera *A* 2; altera die *supra l.* 45. *B.* q) ad. sent. *A* 2. r) sanctus *A* 2. s) neg. comm. eidem *A* 2. t) celeberrimis *A* 2. 2ª. u) pausationes *A* 2. v) secundum *codd. (A).* w) *sic A* 2, *corr.* consociis *A* 1, *et sic A* 1ª—1ᵈ. x) *deest codd. (A).*

1) De donatione Arneburg Marchiae veteris oppidi diploma Henrici II. d. d. 7. Apr. 1006. adhuc conservatum in tabulario regio, item de Frosa prope Magdeburg sita d. d. 21. Ian. 1012, etiam de Driezele, de cuius concessione Thietmarus tacet, d. d. 20. Aug. 1011; St. 1421. 1553. 1554. et Reg. Magd. I, nr. 515. 551. 552. Driezele hodie Dreetzel in praefectura Jerichow. Prettin ad Albim inter Wittenberg et Torgau situm est. Die 1. mens. Iunii. 2) Thietmarus nomine Slavico eius loci, quod Spiutoi fuit, usus est. 3) Auctorem chronici.

lit, circumposuerat pallium; qui post hec signis clarus pro Deo ab ipsis gentibus cum suis[a]
est martirisatus, sicut indicat liber gestorum eius[1] veraci relatione conscriptus[2]. Iste beatus, cf. A. Magd. a. 1009
sicuti premisimus[3], de castro Querenvorde fuit oriundus, pater eius Bruno dicebatur, mater
Ida, frater Gevehardus. Idem Tagino, abbate Sancti Iohannis baptiste de Monte Riddago quorun- Thietm. VI, 15
dam invidorum delatione[b] deposito, substituit ei Alfkerum[c] abbatem de Polithi; cum quo et abba-
tiam illam a venerabili Mathilde regina constructam[4], positis ibi clericis enormiter viven-
tibus, in prepositura[d] non satis provido consilio permutavit; in quo uno a via rectitudinis
aberrasse multorum iudicio reprehenditur. Que[e] etiam religionis in peius reformatio,
licet ab illo an ab aliis facta dubium, in plerisque episcopii locis miserabiliter et absque
timore Domini cognoscitur. Mortuo autem Alfkero, Sigisfridum, fratrem prefati Thietmari
episcopi, in eadem congregatione enutritum atque electum, ordinavit abbatem quartum.

[Anno Domini 1013.] 1012.

16. Walthardus archiepiscopus quartus sedit ebdomadas 7, dies 2. Hic ex nobilissimis oriundus[f] ib. VI, 46.
extitit parentibus, patre scilicet Erep, matre vero Amulrat vocata, vita laudabili, castitate et honorificentia
inter contemporales suos prefulgentibus. Qui acceptam ab eis ingenuitatem nullatenus inhonestavit, sed
perfectiori[g] semper industria decoravit. Hic olim traditus sancto militaturus Mauricio, canonice
enutritus[h] est sub Adelberto archiepiscopo primo; cui et valde complacebat, ut supra dictum
est[5], pro maturitate morum ac pietatis studio. Hunc successor eius Giselharius nichilo-
minus dignum videns, valde honorabat eique preposituram sano consilio commendabat, quam
honorificentia 28 annis dispensans, semper amplificare laborabat. Hic sarcofagum ingens[i] ad includendas
sanctorum reliquias fabricari ex argento[k] fecit, ecclesiamque rotundam[6], post incendium huius[7] civitatis
magnum dilapsam, a fundamento erexit et ibidem congregationem canonicorum instituere et proprietatis
sue predium situm in Osulfstidi[l, 8] contradere proposuit. Quod, morte postea preventus, Sancto Mauricio
in memoriam sui per manus sororum suarum heredum donari iussit. Illi* quippe predixerat divina
revelatio, quod, licet modico tempore, eiusdem sedis fungendus esset etiam sacerdotio; sed ipso quo hec
impleri oportebat anno cuidam matrone mater eius iam defuncta per visum felicitatis sue, quam haberet
in eterna requie, testimonium dans apparuit[9]. Et quia Tagino episcopus in brevi vita excedere, eique
Walthardus succedere deberet, aperuit[m], scilicet non ut diu in hac fragilitate pontificaturus, sed ut eter-
naliter in hoc ordine inter iudicantes esset sessurus. Defuncto itaque, ut diximus, Taginone, eligitur VI, 42. 44.
Walthardus consilio omnium presentium episcoporum ab universa congregatione. Quod ubi nunciatur
regi, per internuncium accersitur ad illum, qui tunc in exequiis sui senioris studiosius, excepta multi-
plicitate vestimentorum[10], expenderat pro eo in elemosinam pondus argenti 20 talentorum. Comitante
ergo eum Thietmaro episcopo, veniens ad regem Grone, scilicet curtem regiam[11], ab eo benigne 1012.
suscipitur. Posteraque[n] die, qua festivitas beati Viti celebratur, annuente rege, electio a conctis qui tunc Iun. 15.
aderant renovatur et ab ipso, ut mos est, confirmatur, sicque in ecclesiam, quam ibi a rege con-
structam decessor ipsius dedicaverat, perductus, favorabili illorum laude decoratus. Cum rege ergo ali-
quantisper demoratus, honorifice ad sedem suam cum Arnulpho Halverstadensi episcopo, qui eum inthro-
nizare [iussus[o] est], dirigitur, et sabbato illuc veniens, ab omnibus decentissima iucunditate suscipitur et
sequenti die a venerabili Eido Misnensi episcopo cum suffragio aliorum quinque episcoporum, id est
Arnulphi, Wigonis, Hildewardi, Erici ac Thietmari, oleo sanctificationis ungitur; secunda autem feria,
qua agebatur sancti Iohannis baptiste vigilia, cum honore et magnis muneribus ab eo dimissi redierunt Iun. 23.

*) *Sequentia* — *p.* 396, *l.* 10. missam, heu! ultimam exegit *des. B.*

a) *deest A* 2. b) *sic corr. A* 1[d]. *ex* dilatione, *quod reliqui codd. posuerunt.* c) *sic Ann. Magd.*, Alsker., *post corr.* Alfker., *mox* Alsker. *A* 2; Alstker. *A* 1—1[d]. d) *post corr.* prepositurā *A* 2. e) Quem *codd. omnes (A).* f) ext. or. *B.* g) provectiori *B.* h) milit. sancto Maur. nutritus *B.* i) *post corr.* ingentem *A* 2. k) *sic etiam Thietm.*; ex arg *des. B.* l) Osulfscidt *A* 2, *post corr.* Osulstide *A* 2[a]; Osulfstidi *post corr.* Osulfstede *B* 1; Olvenstede *alii B.* m) apparuit *codd. (A).* n) Posteaque *codd. (A).* o) iussus est, *quae des. codd. (A), supplevimus.*

1) Rerum traditarum auctoritate valde diversus a Vita Brunonis a Wiperto composita (SS. IV, p. 579 sq.). Librum igitur gestorum supra laudatum, quem etiam Gesta episc. Halberst. exscripserunt, deperditum esse, Wattenbach, 'GQ' I, p. 288. docuit. Vitam Romualdi (SS. IV, p. 850) c. 27. et 28. similia proferre, iam monuit L. Weiland, SS. XXIII, p. 89. 2) Haec hic rectius inserta esse, Ann. Magd. demonstrant contra fidem rec. B, quae ea iam supra in fine vitae Adalberti I. archiepiscopi posuerat. 3) Supra p. 389. 4) Pöhlde abbatia archiepiscopatui Magdeburgensi ab Ottone II. diplomate d. d. 23. Sept. 981. tradita est. 5) p. 394. 6) Quae postea ecclesia sancti Nicolai vocata est; Janicke, 'Schöppenchr.' p. 84. Coniicere licet, hanc ecclesiam fuisse baptisterium ecclesiae maioris. 7) Cf. quae supra in prooemio p. 364. de hoc loco monui. 8) Olvenstedt in territorio Magdeburgensi. 9) Thietmarus VI, 46. verba ipsa, quae Walthardus fecisse dicebatur, a sorore eius sibi tradita hic profert. 10) Thietmarus: *excepto victu.* 11) Res ab ipso gestas Thietmarus multo prolixius sermone recto usus narrat.

1012. ad propria. In die quoque sancto archipresul ductus ad Montem cum honore solito et gratanter susceptus
Iun. 23. Thietm. VI, 44. a Thietmaro episcopo et fratre ipsius, eiusdem loci patre, Sigisfrido, cum, missarum sollempniis decentissime celebratis, caritatem ibi facere multum ab abbate rogaretur, rennuit, quia ob turbam sibi cohe-
ib. VI, 45. rentem Dei famulis onerosus esse noluit. Qui dum natale quoque apostolorum in sede sua gloriose peregisset, invitatus a Bolizlao Polonorum duce, qui rebellabat regi, componende pacis gratia citius venit, ibique biduo commoratus, sed nil proficiens, pro qua accersitus fuerat causa, magnifice ab illo donatus remeavit. Indicitur ergo a rege generalis expeditio contra Bolizlaum, cui et interesse contigit Walthardum archiepiscopum. Tardantibus autem in marchia principibus eamque presidio munientibus, in
Aug. 3. ipsa nocte inventionis sancti Stephani prothomartiris, que tunc dominica evenit, archiepiscopus capite nimium infirmari cepit; pro gemine tamen festivitatis honore missam heu! ultimam exegit. Quinta* denique feria, dum Merseburg, sicut promiserat, reginam, que ibi morabatur, visitaturus, a Thietmaro episcopo et clero magnifice suscipiendus exspectaretur, ipse multum languens curru Gevekenstein defertur; cuius pedibus a tumore solito relaxatis, venter nimium turgendo gravari videtur. Advocatur gratia benedictionis et, quam bene nosse ferebatur, curationis Bernwardus episcopus Hildensemensis; aderat pro eo orator sedulus beatus Eidus Misnensis episcopus; adveniunt Hildewardus, Meinwercus[a], Ericus, Thietmarus coepiscopi[b] et Arnulphus Halverstadensis. Qui omnes multiplicabant super illo benedictionem et indulgentie petitionem, Thietmaro episcopo interim peragente olei sancti unctionem. Appropinquante autem exitu, cum vidisset nescio quid inimicum ad sinistram, signo crucis se muniens, potenter erexit dexteram, vultuque averso flebili voce ad modicum quasi conturbatur, moxque letius remissa exhilaratur. Accensis ergo luminaribus a lecto deponitur, super cuius pectore crux sacra, in manibus cinis, subtus vero cilicium ster-
Aug. 12. nitur, sicque post meridiem 2. Idus Augusti, adhibito ei incenso thuris, anima de ergastulo[c] carnis absoluta ab angelis cum odore suavitatis in requiem deducitur; ubi, sicut pro certo credimus, perpetuo
ib. VII, 40. in bonis demorabitur. Nam et postea[d] cuidam beate femine de hoc seculo migrature[e], pridie ante suum obitum in extasi rapte, premia que deservisset et quorum sanctorum consortia meruisset, Dominus dignatus est premonstrare in presentia sancte Marie genitricis sue, ubi prefatum Walthardum et Tagi-nonem archiepiscopos cum aliis multis psallentes et nimia luce splendentes conspexit, quos et sibi indul-
ib. VI, 45. gentiam peccatorum imprecantes[f] audire meruit. Itaque** solutis visceribus et intra ecclesiam ibidem[g] sepultis, corpore vero preparato et altari presentato, memoria defunctorum agitur, et ad curtem Coniri ipso die deducitur. Inestimabili autem miseria et luctu plangente familia et precipue orphanorum, quorum pater erat, turba, Iudeorum quoque quamvis infidelium merenti caterva, illi occurritur. A clero
ib. VI, 46. etiam et amicis longe obviam procedentibus et omnibus cernentibus suo fletu dolorem incutientibus
Aug. 14. Magdeburg suscipitur et in vigilia sancte Marie[1] ad dexteram antecessoris sui extra chorum in australi manica sepelitur. Cuius epitaphium, non lapide, sed memori et benigno animo imprimendum[h], quidam venerabilis episcopus[2], illius contemporalis et longo tempore confrater claustralis, composuit his verbis: Walthardus, quamvis interpretetur potestate durus, severus imperatu[3], mitissimus fuit in occulto, in timore continuo et amore iusto agnovit Deum et proximum; fragilitatem carnis fletus amaritudine crebri et elemosinarum largitate ineffabili resolvit, utraque hic pollens virtute, regi acceptus cunctisque primatibus admodum extitit honorandus, quem suus senior benedictione et solo nomine precellebat, verus et compatiens, ecclesie sue fortis propugnator erat. Sine omni iactantia convicinis plurima impendit. Ille solus sibi suffecisse cunctis innotuit. Hic amicis suis familiaribus multum iuravit, quod non ob ambitionem, sed laborantis ecclesie et pene deficientis utilitatem illum expeteret honorem, ad hunc dicens se immeritum[i]. Tenax propositi sui vir iste fuit, laudari se non appetiit[k], nec in alicuius vituperatione culpabilis extitit. Non fuit verbosus, sed conscientie secreto[l] congruis temporibus manifestanda contexit. Ineffabilem*** librorum copiam et sacerdotalem apparatum cum plurimis secularia[m] respicientibus contraxit, que omnia in subitaneo eius fine multorum inutiles manus distraxerunt. Post† cuius depositionem nuncius, quem Romam direxerat, rediit, deferens pallium cum privilegio missum a papa Benedicto[4]. Moriturus autem nimium conquerendo doluit, quod pro sue prelationis brevitate clerum et ecclesias non ordinaverit.

*) *Ex sequentibus excerptis his paucis verbis:* Hic infirmatus in Gevekensten, accersitis 7 episcopis benedictionis et oracionis gracia, appropinquante exitu, accensis luminaribus, *iam abhinc B congruit cum A.*

**) *Ex sequentibus B ista pauca excerpta praebet:* Itaque corpus suum in Magdeborgh delatum cum ingenti fletu omnium iuxta corpus antecessoris sui honorifice tumulatur.

***) *B pergit, ubi* Hic ineff. †) *Haec usque ad finem cap. des. B.*

a) Meinwerdus *A*, *post corr.* Meinwercus *A* 2. b) episcopi *spatio vacuo ante hanc vocem rel. omnes codd. A, post corr.* coepiscopi *A* 2, *et sic Thietm.* c) car. erg. *B.* d) *deest B.* e) migranti *B.* f) impetrantes *A* 1[a. b]. *B* 4. 4[a]. g) conditis ac *add. A* 1. 1[d]. h) est pretereundum *codd. (A); inscribendum Thietm.;* animo est *manu coaeva in marg. add. A* 1. i) et ibi duos esse confratres, quos libenter eligeret, si hoc ullo modo fieri posse speraret *post ex Thietmaro suppl. (Meibomius maior?) in marg. A* 2, *in contextu A* 2[a]. k) appetit *A* 1. l) certis et *add. A* 1[d]. m) negocia *add. B.*

1) Scilicet: festi assumptionis s. Mariae (Aug. 15). 2) Thietmarus Merseburgensis. 3) Thietmarus: *in aperto.* 4) d. d. 18. Aug. anno Benedicti VIII. primo, ind. 10; Jaffé nr. 3046; Reg. Magd. I, nr. 566, ex qua forte supra p. 381. quaedam petita Gestis inserta sunt.

[Anno Domini 1013.]

17. Gero quintus archiepiscopus sedit annos 10, mensem 1; virgam[a] pastoralem suscepit a rege Heinrico[b], pallium vero a predicto[b] papa Benedicto[1]. Defuncto namque [Thietm. VI, 46. 47.] Walthardo*, gratia solummodo conservande electionis Thidericus, canonicus[c] eiusdem ecclesie, vir secundum carnem nobilissimus, scilicet matertere Thietmari episcopi[2] filius, canonice a clero et populo fuit electus, et Ericus Havelbergensis episcopus cum eadem electione ad regem directus, sed a sapientissimo rege et meliora nostre ecclesie prospiciente non est exauditus. Nam eundem [Ib. VI, 49.] Thidericum ad se vocans et per manus suscipiens, in vice Geronis capellani sui, quem preponere deliberaverat, deinceps habuit, donec postea illum Mimigardevordensi ecclesie preposuit[d, 3]. In die [1012. Sept. 22.] ergo magne sollempnitatis Thebeorum martirum rex Magdeburg venit, secunda sollempnitas cum tercia, quam nobis advexit[4], optabili scilicet Gerone, advenit, et in refectorio convocatis fratribus, sua petitione et salva in posterum[e] electione libera, hunc eligi fecit. Qui** mox bono initio future bonitatis affectum demonstrans, in ecclesia sese primitus altari cum decem mansis tradidit, sicque communione fratrum acquisita baculoque a rege accepto, inthronizatus[f] ab Eido Misnensi episcopo et ceteris suffraganeis, id est Wigone, Hildewardo, Erico ac Thietmaro[5], unctionem eadem die percepit. Hic*** ergo cum in pluribus sese rebus bonorum antecessorum suorum inniti contenderet vestigiis, maxime in ecclesiis Dei honorandis earumque rebus augendis magnificis laborabat studiis. Bonis quoque bonus, perversis vero erat infestus, sicque mitem se[g] pauperibus, sed asperrimum iniquis exhibebat divitibus; nam Arnulpho Halverstadensi episcopo ecclesiam suam infestanti fortiter resistebat[6]; Bernhardum marchionem, pervasorem[h] ecclesiasticarum rerum sancte [Ib. VII, 35.] Magdeburgensis ecclesie, excommunicatum adstringebat, donec tandem resipiscentem et humiliter sese illi dedentem argentique talenta quinquaginta[7] pro illatione dampni promittentem, absolvebat.†

18.[i] Hic prebendam fratrum benigne melioravit et consilio fidelium suorum xenodo- [cf A Magd. cf. Ann Sax. a. 1023.] chium, quod primus Otto nuper[k] in villa Rothardestorp[8] dicta constituerat, commutavit et, facto infra urbem sancte Dei genitricis Marie monasterio[9], eadem predia, unde prius egentibus necessaria prebebantur, cum[l] bonis per se acquisitis eidem ecclesie offerens, preposituram esse deputavit. Aliam preterea ecclesiam in honore beati Iohannis euvangeliste[10] construxit et dedicavit canonicisque ibidem Deo servientibus de sua proprietate, unde sufficiens eis victus ac vestitus foret, donavit. De thesauro etiam, quem ab Ottone primo imperatore collectum Sancto Mauricio repperit, domum ipsius variis ornamentis et edificiis episcopii decoravit. Muros quoque urbis ab eodem imperatore ceptos mirifico studio et opere consummavit[11] et statum ecclesie sue omnibus quibus poterat bonis amplificans melioravit.

*) *B sequentia ita abbreviavit:* canonici elegerunt Thidericum, genere nobilissimum concanonicum eorum. Sed Hinricus rex illam electionem non admittens, salva in posterum electione libera, hunc Geronem in archiepiscopum eligi fecit.

) *B pergit cum A.* *) *Sequentia usque ad finem cap. des. B.*

†) *B 4[a] hic addit narrationem prolixiorem, quae in B 4 olim in margine posita nunc excisa est:* Anno 1016. marchgravius Bernt irrupit cum magna potencia in civitatem Magdeburg et cepit unum nobilem militem Geronis archiepiscopi, quem[m] excommunicavit. Item anno post idem Bernt venit nudis pedibus et sine camisia cadens ad pedes Geronis, petens absolvi ab excommunicatione; qui licet primo vilipendit bannum, post canes eius nolebant panem de eius manu capere nec alia cibaria; inde compunctus, veniam humiliter petiit, et sanctus Hinricus cesar similiter pro eo ad archiepiscopum supplicavit; cui presul gratiam in die Silvestri dedit. Emenda eius stetit in arbitrio impe-

a) Hic v. *B.* b) *deest B.* c) eiusd. eccl. can. *A 2.* d) prop. *A 2. 2[a].* e) posteris *A 2.* f) est *add. B.* g) *deest A 1—1[d], post superscr. A 2.* h) persuasorem *A, post corr.* pervasorem *A 2.* i) Monasterium sancte Marie incipit *min. in marg. B 1.* k) imperator *Ann. Saxo, et sic emendandum videtur.* l) aliis *add. B.* m) *l.:* qui eum.

1) Bulla d. d. mens. Oct. 1012; Jaffé nr. 3047. 2) Merseburgensis. 3) Thietricum quendam iam a. 1111. in sedem Monasteriensem subrogatum esse, Ann. Quedlinburgenses tradunt. 4) Quis dubitet, haec a clerico maioris ecclesiae Magdeburgensis esse scripta? 5) Thietm.: *nobis confratribus predictis eum adiuvantibus*, ex quibus verbis haec effecta sunt. 6) De finibus certe episcopii et archiepiscopii, de quibus Arnulphus bullam a Benedicto papa impetravit; Gesta epp. Halb., SS. XXIII, p. 91. 7) Thietm. et additamenta cod. B 4[a] supra n.† annotata: 500. 8) Rottersdorf versus meridiem haud procul ab urbe situm. 9) Quod postea Praemonstratensibus concessum est. Diploma de fundatione a Gerone facta conscriptum, antiquissimum diplomatum archiepiscopalium, d. d. 13. Dec. 1016 (1015) v. 'UB. des Klosters U. L. Fr.', 'GQ. d. Provinz Sachsen' X, p. 1; Reg. Magd. I, nr. 598. Xenodochii vel hospitalis fundationem Adelberto I. archiepiscopo tribuit Norberti charta a. 1130; 'UB. d. Kl. U. L. Fr.' p. 5. 10) Quae postea a s. Sebastiano compatrono nomen traxit. 11) Cf. Vitam Norberti, SS. XII, p. 698: *ascendere municipium, quod ab imperatore Ottone constructum erat antiquitus loco turris cuiusdam ecclesiae, quam coeperat aedificare, sed non consummavit morte interveniente.*

Quem tamen, ut aiebant[a], in quibusdam reprehensibilem omnipotens Pater longe ante finem Ps 88, 33. vite sue in virga visitavit et flagello misericordie sue, id est diuturno pedis languore fatigatum, castigavit, et quod sibi in eo displicebat, hoc igne tribulationis ad purum, ut speracf A. Magd et Ann. Sax a. 1023. mus, excoxit. Decessit autem in curte sua Wadderoth vocata, in parrochia Halverstadensi sita, anno dominice incarnationis 1022, 11. Kal. Novembris, relinquens posteris plurima sue industrie monimenta[b]. Erat autem natione Saxo, etate media, procreatus de stirpe illustrissima. Nam pater eius Dedo de Wodeneswege[c] dicebatur, mater vero Elika[1,*]; terror[**] male potentum, exemplar benevolentium, egregius pietate, et qui omnia vellet ad perfectum ducere. Ordinavit autem Misnensi ecclesie Eilwardum quartum, Merseburgensi Brunonem Thietm. VI, 54. quintum, Brandeburgensi Lussonem quintum. Iussu quoque Heinrici imperatoris ordinavit Unwanum Bremensis[d] ecclesie archiepiscopum cum consensu et auxilio suffraganeorum ipsius.

19. Humfridus[e] sextus archiepiscopus sedit annos 28, menses duos. Hic[***] Herbipolensis ecclesie filius, electione generali a prefato rege Heinrico[f], quartus ab eodem nobis datus, tum[g] Magdeburgensi pontificio est sublimatus, ab Hildewardo Cicensi episcopo et aliis suffraganeis ordinatus, pallio autem a papa Iohanne illius nominis XX. donatus[2]. Qui valde laudabilis vite, strenuus in sancta religione, sicut bonus bonorum dignus erat successione. cf Ann Sax. a. 1049 Iul. 8. Sanctuarium maioris ecclesie maius et competentius adiciens erexit, sub quo et criptam construens fundavit, quam et in honore ac festivitate beati Kiliani, prioris sui patroni, cum Hunoldo Merseburgensi et Godescalco Havelbergensi episcopis dedicavit. Ipse nichilominus fratrum prebendam augmentavit ecclesiamque sancti[h] Petri et Nicolai[3] a fundamentis edificavit. Huius sicut antecessorum ipsius[i] diebus sepius oborta[k] est contentio inter Magdeburgensem et Halverstadensem episcopos de parrochiarum limitibus. Unde cum prefatus Heinricus imperator[4] quodam tempore cum frequentia episcoporum et principum curiam celebraret, et rursus Halverstadensis episcopus querimoniam de finibus ecclesiarum excitaret, Humfridus archiepiscopus, amator pacis et quietis, petitione et instinctu imperatoris et coniugis ipsius cum consilio et testimonio astantium coepiscoporum et principum remisit Halverstadensi ecclesie eiusque[l] rectoribus quasdam ecclesias cum villis ad eas pertinentibus, que ex antiquis privilegii scriptis Magdeburgensem parrochiam respicere videbantur, numero 22, cum quibusdam decimis et prediis in duabus villis Nectorp[m] et Upplingin[m], adiciens etiam ex[n] ecclesie sue possessionibus 10 mansos, ut omnis clamor et querela, que suam hactenus ecclesiam inquietabant[o], tunc et futuris temporibus cessarent. Suo etiam ammonitu et instinctu ab Heinrico rege tercio quinquaginta mansos ecclesie Magdeburgensi donari impetravit[5] et quibuscumque poterat modis amore pii patris et cura providi pastoris[p] in grege sibi commisso et lucro augmentando desudavit. Corpora quoque antecessorum suorum, id est Taginonis et Walthardi, de occidentali choro translata circa Adelbertum et

ratoris. In eodem anno imperator in Alstede curiam habuit, ubi multas gwerras sedavit inter principes; ubi marchgravius dedit 500 talenta puri argenti Geroni[q] pro illato dampno. Post bene uniti sunt in Wantsleve anno 1018[6].

*) *Hic B 4a add. in marg.:* Hic post mortem parentum fecit collegium in Gudonswege[r], de quo transtulit in Magdeburg in honore Sebastiani et Fabiani et Iohannis euvangeliste, dotavit privilegialiter, ut hodie cernitur.

**) *Haec usque ad finem cap. des. B.*

***) *B pro* Hic — nominis XX. donatus *haec tantum:* Hic primus Werceburgensis[s] ecclesie filius a rege Hinrico est Magdeburgensi pontificio sublimatus.

a) nec agebant *A, post corr.* ut siebant *A 2.* b) *deest A 1—1d, post ex B in marg. suppl. A 2.* c) Wodenesweghen *B 1.* d) *sic emendandum est;* Unge ante Thremensis *omnes codd. A;* Unnonem Bremensem *post corr. A 2.* e) *sic A 1, B 1; alii codd.* Hunifr., *diplomata eius temporis modo* Humfr. *modo* Hunfr. f) tertio *haud recte add. A, post del. A 2.* g) cum *A 2; (forte* in*).* h) s. *A 2; fort.:* sanctorum. i) eius *B.* k) aborta *B.* l) Halberstanensis ecclesie eiusdem rationibus *A 1—1d;* Halberstadensis ecclesie eiusdem rectoribus *A 2;* Halberstadensi eccl. eius quoque rect. *B 4a.* m) Nectorff *A 1, post corr.* Nendorff *A 2, et sic A 2a;* Nettorp *B 3.* — Opplingin *A 1—1d;* Opplingen *A 2;* Uplingen *B 3—4a* n) et *omnes codd. (A), post corr.* ex *A 2.* o) inquietabat *codd., corr.* inquietabant *A 2.* p) sui *add. B.* q) Gerone *B 4. 4a.* r) *nomen hoc valde indistincte scriptum et in fine mutilum est.* s) Herbipol. *B 3.*

1) Consensus cum Annalista Saxone indicat, harum rerum cognitionem ex Annalibus Nienburgensibus manasse; cf. Günther, Diss. p. 32. Cognomen *de Wodeneswege* certe demum saec. XII. ortum est. 2) Humfrido pallium concessum est bulla Benedicti VIII. d. d. 7. Mart. 1024. (Jaffé nr. 3092. et Reg. Magd. I, nr. 649); privilegia Magdeburgensia ei a Iohanne XIX. papa d. 7. Apr. 1027 (Jaffé nr. 3102; Reg. Magd. I. nr. 662) confirmata sunt. 3) V. supra p. 395, n. 6. 4) Vel potius Henricus III, qui postea diplomate d. d. 2. Ian. 1049 (St. 2361; Reg. Magd. I, nr. 698) ecclesiae Halberstadensi Upplingen villam tradidit. 5) Diplomate d. d. 2. Iul. 1043 (St. 2243; Reg. Magd. I, nr. 695). 6) Cf. Thietm. VII, 30. 35. VIII, 9. et 'Schöppenchr.' p. 87. et 89.

Geronem in medio monasterii tumulavit[1]; ipse[a], postquam in servitute Dei emeritus, iam senior 2. Kal. Martii anno dominice incarnationis 1051. requievit in Domino in villa (cf. Ann. Sax. a. 1051.) Wadderoth dicta, sepultus est in orientali choro ante gradus sanctuarii, quod ipse edificavit. Hic* ordinavit Merseburgensi ecclesie Hunoldum episcopum, Havelbergensi Godescalcum, Cicensi Cathelonem et Epponem, Misnensi Rupertum et Thiedericum. Sub huius quoque tempore Bruno abbas Sancti Iohannis baptiste de Monte, qui ibidem fratri suo Sigis- (cf. A. Magd. a. 1025.) frido abbati ad pontificium Monasteriense translato et Marquardo illi in abbatia substituto nec longe post defuncto tercius ad ipsum cenobiale regimen successerat, qui etiam pariter Nienburgensem[b] abbatiam ante venerabilem Albwinum laudabiliter rexerat, ipse nichilominus his duobus monasteriis abstractus, episcopatui Fardensis ecclesie [est[c]] inthronizatus, unanimiter electus[2]. Pro quo idem archipresul Humfridus Magdeburgensi abbatie Sidagum[d], Nienburgensi vero prefatum beatum Albwinum ordinavit. Defuncto quoque Sidago, Bernhardum seniorem, pie videlicet memorie patrem, eidem subrogavit. — Humfridi** archiepiscopi anno primo, hoc est dominice incarnationis 1024, obiit Heinricus imperator Bavenbergensis 3. Idus Iulii; eique successit Conradus Spirensis. Eiusdem etiam archiepiscopatus anno 16, hoc est dominice incarnationis 1039, obiit Conradus Spirensis 2. Nonas Iunii; eique successit filius suus Heinricus tercius[3].***

[Anno Domini 1059.[e]] 1051.

20. Engilhardus septimus archiepiscopus sedit annos 12. Ille† nichilominus ex clero et capellanus Heinrici regis tercii, ab eodem suscepit baculum pastoralis officii, ordinationem ab Hunoldo episcopo Merseburgensi, pallium vero missione pape Leonis noni[4]. De cuius moribus ut aliqua breviter comprehendam: erat vir omni genere probitatis adornatus, episcopali officio aptissimus et†† omnibus pia tranquillitate mentis et venustate corporis acceptissimus. Hic singularem coram rege et principibus invenit gratiam, et excelsissimis humilibusque conformatus, totam virtutis sue fama replebat provinciam. Non sufficimus autem credibiliter enarrare, quam unico sincero affectu cum omnibus et super omnes clerum diligens et extollens honorabat; cui[f] decus et gloria existens, dulcem ei in benedictione memoriam relinquere procurabat. Pro cuius etiam[g] amore et prioris servicii remuneratione Heinricus rex quartus cum Agneta[h] regina predia cuiusdam Luderi canonici sita in locis Quenstidi[i] et Hillimeroth[i] et in aliis 13 villis, que ipse rex iure hereditavit, Sancto Mauricio in fratrum utilitatem donavit[5]. Talibus et huiusmodi studiis bonus presul intentus, sed fragilitati carnis non[k] satis, ut fertur, resistens, nec tamen, ut speramus, inpenitens, heu! immatura et multis lamentabili morte ab hac vita 2. Kal. Septembris est exemptus; qui in civitate sedis sue obiit omnium antecessorum suorum primus, cum quibus et in medio (1063. Aug. 31.) monasterio pausat sepultus, anno dominice incarnationis 1063[l]. Hic ordinavit Merseburgensi ecclesie quatuor episcopos, id est Ezzelum, Offonem, Wintherum[m], Wernerum, sed[g] et ecclesie Misnensi Reynerum. — Huius episcopatus anno sexto, hoc est dominice incarnationis 1056, Heinricus tercius obiit Nonas Octobris; cui successit filius eius Heinricus quartus.

*) *Sequentia — l. 13.* eidem subrogavit *des. B.* **) *B pergit, ubi* Huius Humfridi.

***) *B 3 hic praeter Annalium Reinhardsbrunnensium fragmenta alias inserit narrationes, quibus inscribitur:* Item legitur de sancta Kunegunda. Quomodo Asya conversa est in paganismum. Errores Grecorum. Hec est excommunicacio Grecorum data per summum pontificem 1103, octavo Kal. Aprilis in concilio Lateranensi Rome.

†) Ille — et *des. B.* ††) et — acceptissimus *des. B.*

a) vero *add. B.* b) Merseburgensem *A 2.* c) *deest codd.* d) Ridagum *h. l. A 2.* e) *pro* 1051. *positum.* f) cuius *B 3.* g) *deest B.* h) Agnete *A 1[d]. B 3—4[a].* i) Quenstede *B.* — Hilmeroth *A.* k) c. ut f. non res. *B.* (non *post superscr. B 1*). l) *sic B;* 1053. *A.* m) *sic B;* Guntherum *A.*

1) Exhumationem Taginonis, beati Emmerammi ecclesiae filii, Arnoldus in Vita huius sancti commemorat, SS. IV, p. 560; cf. supra p. 394. 396. 2) Quod a. 1034, mense Iulio factum est. 3) De his notitiis haud apte archiepiscoporum gestis interiectis v. Günther, Diss. p. 41. 4) Cuius bulla deperdita est. — Ann. Saxo ad a. 1051: *Engelhardo qui Hunfrido . . . . de choro Wirceburgensi assumptus,* quod mutata voce *assumptus* in *assumpto* corrigendum est. 5) Diplomate d. d. 21. Iun. 1060 (St. 2587; Reg. Magd. I, nr. 723); ex quo verba sequentia afferre hic iuvat: *ob petitionem dilecti nostri Engelhardi . . . . praedia, quecumque Liudegerus eiusdem ecclesiae canonicus habere visus est et quae nobis hereditario iure hereditavit in locis Queinstete . . . . Hillimeroht . . . . cum omnibus ad eadem pertinentiis . . . . in proprium dedimus;* praeterea 14 locorum nomina enumerantur.

[Anno Domini 1064.]

[cf. Ann Sax. p 694. A Magd. a 1063.] 21. Wernerus archiepiscopus octavus sedit annos quatuordecim, institutus a rege Heinrico quarto, ordinatus a Godescalco Havelbergensi episcopo, pallio vero donatus a papa Alexandro[1]. Hic annuente Annone Coloniensi archiepiscopo, suo scilicet fratre, et Burchardo Halverstadensi episcopo, eiusdem nepote, per violentiam prefati regis isti presedit cathedre. Quod factum Dei[a] permissione et tantorum virorum auctoritate licet non presumamus reprehendere, tamen dolentes pro detrimento per hunc illato nostre ecclesie, tam in violata libera fratrum electione quam et exteriori utilitate, id caveri monemus futuro tempore. Nam Fridericus maioris domus prepositus, genere et moribus nobilissimus, qui duas capellas Magdeburg construxerat, unam dormitorio coherentem, quam et 12 mansis de sua hereditate donaverat, alteram vero in curte sua dilapsam[b] reedificaverat, vir bone voluntatis et studii plenus, ab omnibus canonice fuit electus; sed in hac seditionum tempestate et nova tyrannide, quam[c] ipse rex in Saxonia commoverat, eidem homo talis tantusque, si in hiis partibus exaltaretur, videbatur suspectus. Unde nobis callide violenterque subtractus, Monasteriensi[d] ecclesie est prelatus[2]; cui et predia proprietatis sue in Gerbizstede[e], que nostre secum permansissent, concessit[3]. In cuius locum nostre ecclesie Wernerus, velud non metuendus, utpote vir mansuetus et minus acris ingenii, subrogatus successit. Hic in diebus suis ecclesiam congregationi sancte Marie a Gerone factam ob parvitatem ac[f] vilitatem destruxit, pro qua monasterium satis pulchrum adauctis prediis ac variis ornamentis ibidem construxit*. Ipso tempore diversis calamitatibus a prefato rege Heinrico oppressa bellis ac discordiis civilibus fluctuabat ecclesia, quem tamen maxime[g] infestum patiebatur
[cf Ann Sax.] Saxonia. Anno** namque Domini 1056. Heinrico imperatore illius nominis tercio in silva
[Brun. c. 1.] Hartz apud Botvelt subitanea morte prevento, Heinricus quartus, filius eius, infeliciter in hoc seculo relictus, regnum patris electione communi suscepit. Quod quia decenter, utpote puerulus quinquennis, gubernare non potuit, ipsum cum regni cura curandum omnium[h] assensu principum mater ipsius Agnes venerabilis[i] imperatrix accepit[k]. Qui cum in annis adolescentie succrevisset, matris spernens monita, totis viribus post concupiscentias suas ire cepit.

[c. 2.] Ipso*** tempore Bremensi ecclesie presedit Albertus — — non ut Petrus unquam negasset.

[c. 3.] Ipse cuidam in suo episcopatu abbatisse — — valde confusus obticuit.

[c. 4.] Aliquando, cum, sicut solebat, in curia regis esset — — Erat autem ipse pictor ab Italia.

[c. 5.] Hic igitur episcopus — — amaritudine perversi dogmatis enecaret. Hac igitur episcopi non episcopali doctrina rex in nequitia confortatus, ivit† per libidinum precipitia — — thronum posuit in se libidini, cunctorum regine vitiorum.

[c. 6.] Binas vel ternas[l] simul concubinas habebat — — sibi violenter adduci precipiebat. Aliquando†† etiam — — occideretur. Uxorem — — cum hoc quod licebat coniugium non haberet.

[c. 7.] Denique cuidam de suis familiaribus — — antiqua flagitia sua non deseruit.

[c. 8.] Si qua coram eo querelam — — servili coniugio turpius dehonestavit. Hec††† omnia vidit ille falsus et fallens episcopus Adelbertus — — sue desideriis adolescentie.

[c. 9.] Multa et magna in hoc genere eius flagitia sponte pretereo — — iustus Iudex inultum non reliquit, ignominia*† videlicet, quam sorori fecerat sue — — fuerat desponsata.

*) *Hic B 4a in margine addit et B 4 in contextum recipit:* Hic Wernerus anno Domini 1077. consecravit summum altare in summo[m], et eodem anno post hec idem archiepiscopus interficitur fugiens in prelio, ut patebit.

**) *Verbis:* Anno — tercio *omissis, et Heinrici III. morte secundum Ann. Reinhardbrunnenses relata, B 3. 3a pergunt:* Similiter in cronica presenti archiepiscoporum Magdeburgensium, quod idem Hinricus tercius anno Domini 1056. oppressa bellis in silva Hartz *etc.*

***) *Sequentia* — in nequitia confortatus *c. 5. Brun. des. B.*

†) *B pergit cum A.*

††) *B 3. 3a pro* Aliquando — — occideretur *haec ex Ekkeh. desumpta inserunt:* Unde anno Domini 1067. Berchtam, cuiusdam Ytalici et Adelheidis filiam, accepit uxorem, nupcias celebrans Triburie. Ipse enim Hinricus multa mala faciens, principes despicere, nobiles opprimere, inferiores attollere precepit; unde post hec Agnes imperatrix, mater sua, ducatum Bavarie deposuit, et cuncta contempnens pro Christo, Romam venit ibique in Domino vitam finivit. Item predictus Hinricus IIII. uxorem *etc.*

†††) *Sequentia* — inultum non reliquit *c. 9. Brun. des. B.*

*†) *B pergit:* Inter alia eciam sua scelera hanc ignominiam proprie sue sorori fecit.

a) et *add. A.* b) dilapsa *A, corr. A 2.* c) qua *B 1—4.* d) Monasterigensi *B 1.* e) *sic B 1. 4. 4a*; Gerbistede *A 1—1d*; Gerbstede *B 3*; Gerbstedt *A 2.* f) et *B.* g) inf. max. *B.* h) omni *B 1.* i) *deest B.* k) *B 3 hic pauca verba ex Chron. Minore addit.* l) trinas *B.* m) summa *B 4.*

1) Bulla eius periisse videtur. 2) Quod a. 1063. exeunte factum est. Rex tunc 13 annos natus erat. 3) De donatione tunc facta nullum diploma authenticum ad nos pervenit; sed asservatur adhuc in tabulario regio Magdeburgensi charta Conradi marchionis Misnensis, Friderici suprascripti pronepotis, a. 1118. de eadem re confecta (Reg. Westfaliae I, nr. 1438, et 'Neue Mitth. auf dem Gebiete histor. antiquar. Forschungen' III, 3, p. 91 sq.), quam auctor noster forte legit. O. Posse, 'Die Markgrafen von Meissen u. das Haus Wettin' p. 279, quidem de fide documenti in Cod. dipl. Sax. reg. I, 2, p. 55. repetiti dubitat.

Sed* quia nefanda stupra — — donec incaute faceret auferri vitam. Bruno c. 10.

Quidam de secretariis suis nomine Conradus — — precepto regis occisus credibile erat. c. 11.

Fama fuit, quod quendam — — quamvis omnibus pene versaretur in ore. c. 12

Nobilis autem quidam de familiaribus regis — — domino suo regi regalia dona portavit. c. 13.

De** quodam intimo ipsius consiliario — — hoc ab eo nullus unquam sciret.*** c. 14.

Omnibus hiis malis hoc superaddidit — — in omnibus fuisset assentator. c. 15.

Inter hec omnia iam abeunte adolescentia, mox ut Adelbertum Bremensem episcopum nactus est consiliarium, qui omnium flagitiorum suorum assentator et sua adulatione incentator fuit, ipsius suasionibus cepit — — tyrannidi vires in se ipsos tribuebant. Nam† ab agricolis ad militares — — Hoc vero postea patebit. c. 16.

Gens vero Suevorum — — a magna parte calamitatis liberi fuissent. c. 17.

Sigisfridus Magontine sedis archipresul — — singulos labefactare temptabat. c. 18.

Ottonem denique, virum prudentem et fortem — — utrum viveret vel ubi esset. c. 19.

Postea legatos ad regem Danorum misit — — in proprium daret. c. 20.

Igitur illo colloquio finito — — vel 70 Suevi uno Saxone redimantur. c 21

De reditu ducis Magni — — Deo gratias agebant. c. 22.

Deinde cum primum festivitas apostolorum — — nunquam amplius ad regis servicium venturi. c. 23

Igitur non longo tempore transacto — — huiusmodi sermonem incepit: c 24.

'Quare vos, o milites optimi — — iudicium commune decernat'. c 25.

Ergo Wernherus Magdeburgensis archiepiscopus — — terramque suam nullum[a] deinceps violenter predari permitterent.†† c 26.

Nec multo post recta via ad Hartesburg — — Hec[b] autem fuga facta est anno incarnationis Domini 1073. c 27.

Postquam vero regis fugam — — contra regem iurare compellebant. c. 28.

Hiis omnibus rite peractis — — et intra suos muros ea deportari fecerunt. Verum††† hec faciendo — — qui prius eis familiares fuerant. c. 29.

Interea rex singulos Teutonici regni principes supplex adivit — — pugnare denegant. Quos*† sermones — — si vellet eum in honorem pristinum reducere. c. 30.

Igitur exercitu quidem magno — — et hanc sui expulsionem nunquam in aliquo eorum vindicaret. Cumque rex hec omnia et hiis maiora se facturum fidelissime promitteret — — et non tam multos hostes sevissimos haberent. c. 31.

Eodem tamen tempore maximam circa nos Dei clementiam cognovimus — — inter proprios fines quasi clausos iuberet quiescere. c. 32.

Igitur cum rex exercitu Saxonum comitante Goslariam venisset, sui non oblitus, cepit occasiones querere, ne, sicut promiserat, deberet in presenti castella sua destruere. Quem**† cum moras nectere quidam principes nostri viderent, volentes ei placere, suaserunt — — et nichil penitus eius loci permanere permittunt. c. 33.

Sed rex cum castellum suum agnovisset annichilatum — — saturare. Primates***† autem — — accendere meditatur. Interea tamen — — et ad habitatores Rheni ceterarumque Francie[c] partium male leta mente transivit*††. Fertur vero — — quicquid sibi libuisset. c. 34.

Congregatis itaque illarum partium principibus — — Sed hoc, ut dixi, post annum fiet integrum. c. 35.

Interea missis ad omnes circumquaque gentes legatis — — Wilhelmum ducem Pictavorum, matris sue germanum, sororis sue filio rogavit misereri sibique ferre auxilium, quo posset in regnum patris sui, quo careret iniuste, restitui. At ille tantas Francigenarum, Normannorum vel Aquitanorum virtutes inter se et illum esse respondit, ut nullo ingenio per tantam fortitudinem cum exercitu transire potuisset. c. 36.

Hiis*††† omnibus preter Bohemos fraudatus, cum de gentibus exteris vires satis magnas contra Saxones non haberet, pessimum, quod optime sciebat, consilium invenit, ut Saxoniam divideret et Saxonibus contra Saxones pugnaret, ut quelibet pars victa iaceret, ipse victor exultans triumpharet. Principes igitur Saxonie — — iurare cogebatur eiusdem fidele silentium. c. 37.

Quid dicam quod episcopis[d] — — preberent ad omnia consensum. Per**†† quendam fallacem monachum Wernhero Magdeburgensi archiepiscopo — — et quia episcopus talem medicinam non gustaverat, letati sumus. c. 38.

*) *Sequentia (c. 10—13. Brunonis) des. B.*

**) *B pergit:* Erat preterea quidam intimus consiliarius regis, cui ipse rex quandam virginem tam formosam corpore quam et nobilem genere a parentibus eius impetravit. Quibus nupciis cum rex interesset, sed *etc.*

***) *B 4[a] hic haud recte in marg. adiecit narratiunculam ad a.* 1168. *spectantem, quam infra loco convenienti inseremus.*

†) *Sequentia omnia usque ad finem cap.* 26. *Brunonis des. B.*

††) *B pergit, praemissis his, quae ex praecedentibus capitibus excerpta sunt:* Cumque procedente tempore de die in diem tota Saxonia et quam plures alie naciones a rege ipso multis iniuriis, dampnis, violenciis et calamitatibus lassarentur[e], tandem episcopi, duces et principes et comites cum omnibus Saxonibus ad locum statutum convenientes, propositis oppressionibus et iniuriis, quas singuli a rege sustinuerant, omnes coniuraverunt, quod libertatem suam contra omnes homines defenderent terramque suam nullum[f] deinceps violenter predari permitterent.

†††) *Haec* — familiares fuerant *des. B.*

*†) *Excepta particula capituli* 31. *Brunonis* Cumque rex — deductus Goslariam, *sequentia usque ad c.* 33. *des. B.*

**†) *B pergit:* Cui quidam principes Saxonie, volentes ei placere.

***†) *Haec* — accendere meditatur *des. B.*

*††) *B loco sequentium usque ad finem c.* 36. *Brun. ponit:* et ibi omnes principes quantum potuit de diversis mundi partibus sibi astringere contra Saxones conabatur.

*†††) *Haec usque* ad omnia consensum *(c.* 38. *Brun.) contracta sunt in B hoc modo:* Sed fere omnibus preter Bohemos fraudatus, pessimum, quod bene sciebat, consilium invenit, ut Saxoniam divideret, et Saxonibus contra Saxones pugnantibus, qualibet parte prostrata, ipse victor exultans triumpharet. Quod et in magna parte heu! effecit[g].

**††) *B pergit:* Inter hec rex per.

a) nulli *A* 1—1[d]. b) *haec des. B* 1, *duobus vel pluribus foliis excisis.* c) *deest A* 1—1[d]. d) episcopos *A* 1. e) lasserentur *B* 1. 1[a]; lassirentur *B* 4. 4[a]. f) nullam *B.* g) perfecit *B* 4. 4[a].

Bruno c. 39. Sed[a] postquam hec omnia fame loquacitas — — illic secure declinare potuissent.

c. 40. Eodem tempore multa per Saxoniam signa — — conversa fuisset. Quidam presbiter in episcopatu Magdeburgensi in villa Weddingen — — sed in Magdeburg civitatem, ubi adhuc in sacello[b] argenteo venerabiliter servatur, cum magno timore portavit. Que* omnia quid significasse putemus nisi laborem, quem post experti sumus?

c. 41. Ergo cum regis ira — — ut animum regis sibi placare velint, humiliter petunt.

c. 44. Anno igitur et amplius postquam de Saxonia rex abiit evoluto — — quam vitare non poterant, adducti.

c. 45. Quod ubi Saxonibus est auditum — — penas dare. Tunc rex — — viles et infideles, despecti et miseri erant.

c. 46. Ergo rex cum toto quem poterat habere exercitu — — sed cum multa suorum ruina reliquerunt. Nam cum nostris ex partibus ex summis principibus pater Lotharii imperatoris[1] Gevehardus comes, ex mediis vero Volcmarus et Suidgerus cecidissent, ex illa parte iacuerunt octo primates, non minus ipso rege nobiles. Hoc prelium primum factum est anno Domini 1075, Idus Iunii, feria tercia[c].

c. 47. Ergo rex[d], adepta cum multo suorum cruore victoria — — vel victis parcerent.

[Merita sanctorum in Magdeburg.]

c. 52. Ipso tempore Deus omnipotens urbi Magdeburgensi — — antequam rex ad bellum iret, omnibus[e] audientibus archipresuli nostro retulisset — — ex ipso rerum eventu compertum est[e]. Nam ubicumque rex ad ipsos terminos venit, divino nutu perterritus, rediens, nusquam episcopium intravit.

c. 53. Sed cum rex exercitu comitante venisset Goslariam — — oportunum tempus acceperant.

c. 54. Interea rex totum exercitum iterum congregabat — — in patriam redire iusserunt.

c. 55. Distributis ergo per custodias principibus nostris — — oblivioni perpetue tradere. At** ille sue promissionis oblitus — — quid sibi futurum sperarent.

c. 56. Eckiberti denique marchionis — — ut per totam regionem tyrannidem exercerent, imperavit.

c. 57. Natalis dominici festivitatem — — eum nunc cepit habere consiliatorem fidelissimum.

c. 58. Nos autem, ubi principes illos, qui nostros habebant in custodia, Goslarie esse comperimus, litteras eis supplicationum pro principum, episcoporum aliorumque captivorum ereptione misimus.

c. 60. Cum ergo rex urbes — — quid et qua vi[f] coactus iuraverit[g], innotescit.

c. 61. Alio tempore cum idem dux — — festinus ab ea recessit.

c. 62. Tercia vice cum cause quedam — — quod nunquam vellet ulterius ad regis curiam venire.

c. 63. Eodem vel simili dolo etiam Bertholdum ducem querebat perdere — — eo die fuisset perpetratum miserabile facinus.

c. 64. Verum ut ad priora paulisper revertar — — ipsum apostolicum traduceret. Deinde*** misit Romano pontifici legatos — — auxilium non invenit.

c. 65. Rex ergo[h] cum suis deceptoribus una Wormaciam venit — — ut apostolicum nomen et sedem cito relinqueret, minaciter precepit.

c. 68. Que littere cum domino pape — — anathematis gladio percussit.

c. 74. Legatus regis reversus — — quia fides illa vere erat perfidia.

c. 75. Ut enim per excessum quedam vel repetam vel precurram — — in retributione non haberet participes.

*) *Haec* — penas dare *(c. 45. Brun.) des. B.*

**) *B, sequentibus usque ad cap.* 64. *Brunonis omissis, haec pauca excerpta praebet:* At i. s. pr. immemor urbes et castella vel quascumque municiones adhuc habebat in Saxonia suis sequacibus commendavit et ut per totam regionem tirannidem exercerent, imperavit.

***) *B ex capp.* 64. 65. 68. 74—95. *Brunonis haec pauca excerpsit:* Interea rex, missis legatis ad papam, qui et Gregorius VII. vocatus est, conquestus est de episcopis Saxonie, quod ipsi, sui ordinis obliti, contra se in prelio[i] congressi fuissent, petens, ut eos sicut[k] infideles et[l] belli civilis auctores a gradu sacerdocii deponeret. Sed papa rescripsit regi litteras[l], quibus eum de multis aliis criminibus arguebat, et ut episcopos, quos[m] detinebat captivos, a captivitate dimissos, ecclesiis bonisque suis integre restitutis, remitteret, orabat; quod si non faceret, se eum tamquam putridum membrum anathematis gladio ab unitate sancte matris ecclesie minabatur abscindere. Qua legacione[n] suscepta, rex nimio furore repletus, convocato concilio episcoporum sibi adherencium, cum eis coniuracionem contra papam Hildebrandum fecit et[o] ad hoc quam plures Italicos episcopos, eciam[p] nonnullos Romanorum incitavit[q]. Sed papa, convocata[r] synodo, ipsum regem Hinricum[s] excommunicavit et[t] eum a regno senteciavit deponendum. Et[u] sic contra Hinricum electus est Rodolfus dux Suevie; qui[v] et a Sigefrido Magontino archiepiscopo, plurimis aliis episcopis et principibus[w], consecratus est anno Domini 1070[x].

a) *B 3 pergit:* Post hoc Hinricus III. multas naciones exteras contra Saxones ad pugnam — — Bohemos. Omnes eciam episcopos. b) sarcello *A* 1—1^{d}. *B*; in s. arg. *om. A* 2. 2^{a}. c) Bellum primum regis Hinrici contra Saxones *minio in marg. B* 1; *B* 3 *inde a verbis* que omnia *in fine cap.* 40. *Brunonis positis nihil profert nisi haec:* Unde primum bellum habuit contra Saxones Hinricus rex in Neylstede Ydus Iunii, feria sexta. Et ibi fuerunt patres contra filios et e converso, alii effectus — — sciri. Mortui in hoc bello ex summis principibus — — Suidgerus, ex illa — — nobiles circa annum Domini 1075. d) Rex igitur *B praeter* 3, *qui interiecta quadam narratione ex Ann. Reinhardsbr. deprompta pergit:* Modo revertar ad hystoriam: Rex igitur Hinricus adepta *etc.* e) rex ad proelium iret *A* 1^{d}; ant. exirent ad b. nobis . . . comperimus *cum Brun. A* 2. 2^{a}, *ubi omnes fere lectiones Brunonis restitutae sunt; cf. p.* 370; *in B* 1 *folio exciso haec desunt.* f) *sic Bruno et ex eo A* 2. 2^{a}; quam *A* 1—1^{d}. g) iurasset *Bruno;* iuravisset *A* 2. 2^{a}. h) igitur *Bruno, et sic A* 2. 2^{a}. i) prelium *B* 3. k) tamquam *B* 3. l) et belli — auctores *et* litteras — arguebat, et *des. B* 3. m) quos in vinculis teneret liberos abire permitteret et ecclesiis bona sua restitueret, alias ipsum tamquam putridum membrum glad. anath. *B* 3. n) delegatione *B* 1^{a}. o) et — incitavit *des. B* 3. 3^{a}. p) et *B* 4. 4^{a}. q) concit. *B* 4. 4^{a}. r) convocato *B* 3. 4. 4^{a}. s) ipsum regem *B* 3. t) et — deponendum *des. B* 3, *ubi add.:* ut ante dictum est. u) *sequentia des. B* 3^{a}. v) ut supra dictum est *pro sequentibus positis, alia ex Ann. Reinh. affert B* 3. w) in Mogontia *add. B* 1^{a}. 4. 4^{a}. x) *sic omnes codd. B pro* 1077.

1) Inde patet, haec non ante a. 1133. esse scripta.

Udo Treverensis archiepiscopus — — non timuit assensum prebere. Bruno c. 76.
Eppo Cicensis episcopus — — ab hac vita migravit. c. 77.
Godefridus dux — — nec munitus sacra communione. c. 78.
Godebaldus — — et sic ab hac vita abstrahitur. c. 79.
Burchardus Misnensis prefectus — — consensum prebuit periculoso sevissimi regis consilio. c. 80.
Lippoldus, frater Bertholdi regis consiliarii — — sed deviando sponte deserui. c. 81.
Igitur comperta legatione pontificis — — Heinrico nesciente, dimiserunt. c. 82.
Sed Burchardus Halverstadensis episcopus — — leti gaudentesque cucurrerunt. c. 83.
Principes ergo nostri — — aut secum fideliter convenire compellant. c. 84.
Hec omnia dum Heinricus audisset — — quod et fecit, adduxerat. c. 85.
Heinricus ergo exrex — — aut huc nunquam posthac redire. c. 86.
Principes ergo nostri simul adunati — — suppliciter oraverunt. c. 87.
Non modico ergo Saxones exercitu collecto — — ad sua revertitur. c. 88.
Apostolicus autem — — ut Italiam a gladio et igne tueatur. c. 89
Heinricus autem per Italiam vagans — — nisi magna totius vite mutatione. c. 90.
Interea Saxones et Suevi Forcheim conveniunt — — anno Domini 1077, 7.[a] Kal. April. c. 91.
Ipso vero die consecrationis eius — — et posthac perpetuum fideles ei manserunt. c. 92.
Sed rex non habens eis fidem — — Quod et ipsi leti fecerunt. c. 93
Igitur in Augusto mense — — acquirere gloriam. c. 94.
Interea Heinricus exrex — — nec ab aliquo lesi. c. 95.
Sequenti* vero anno — — nostri capiuntur, sed eripiuntur; hostes interficiuntur. Dum sic fortiter pugnatur, dominus Wernherus archiepiscopus[b] fugiens ab incolis illius patrie interceptus, miserabiliter occiditur[c]; Wernherus vero Merseburgensis episcopus despoliatus, nudus ad propria revertitur[d]. In eadem etiam fuga sunt capti Bernhardus Romane sedis archidiaconus — — qui tamen longe post invito tyranno divina liberatur misericordia. c. 96 Archiepiscopus interficitur.
Interea nostri — — ex parte tui Heinrici tyranni insanientis. c. 97.
Hartwigus[e.] ** tunc Maguntini presulis archicapellanus — — ego meis iungar amicis. c. 98
Wilhelmus, Geronis comitis filius — — ad suos est reversus. c. 99.
Interea dux Otto et Fridericus palatinus[f] de Sumersenburg — — ad patriam revertitur. c. 100.
Fridericus autem — — pro liberatis tantis sacerdotibus. c. 101.
Ex nostris itaque partibus — — Factum est ergo hoc prelium secundum anno Domini 1078, 7. Idus Augusti, feria tercia. c. 102.

Corpus vero archiepiscopi ab ipsis Magdeburg translatum in monasterio Sancte Marie, 1078.
quod ipse construxerat, est honorabiliter tumulatum. Hic*** ordinaverat Misnensi ecclesie
Craft et Bennonem episcopos; Bernhardo[g] quoque abbate Sancti Iohannis baptiste de Monte
abbatie defuncto, ordinavit Bernhardum minorem eidem ecclesie abbatem. Ipse etiam in
diebus suis divine revelationis instinctu principale cum tota maiori ecclesia altare, quod per
incendium destructum est, anno Domini 1077.[h] consecravit, priori destructo, ac inclusis 1077.
multorum sanctorum integris corporibus, videlicet Benigni, Victorini, Vincentii, Hilarii, cf. Ann. Sax. a. 1077.
Sisinnii, Florentii, Innocentii et Felicis, Timothei et Apollinaris, Eleutherii, Sergii et Bachi,
Innocentii, Gratiani et Sacerdotis, Pontiani, Fortunati, Candide virginis[1], sed et aliorum
multorum, quorum vel numerum vel nomina idcirco nescimus, quia veraciter a nostris
senioribus didicimus, quod primi huius ecclesie patres eorum sanctorum quos plus amabant deleverunt nomina, ut ipsos eis invitis nullus auferret. Super altare veneratur in sarcophago corpus sancti Florentii episcopi et martyris. Iste pie memorie, ut premisimus[2], frater fuit Annonis Coloniensis archiepiscopi, uterque oriundus ex alto sanguine Suevorum, de castro quod Stuzlinge[3] nominatur. Ex horum stirpe descenderunt genere paterno Albertus de Arnestein et sui fratres ac alii de Besenrode[4].

[Anno Domini 1079.]

22. Hartwigus[e] nonus archiepiscopus sedit annos 22, menses 10, dies 10. Hic Magunti- 1079.

*) *B haec sic alteravit:* Hic[i] Hinricus, congregato exercitu, iterum Saxoniam invadere temptat; quod Saxones percipientes[k], missa legacione ad Suevos eis confederatos, ut eis occurrerent, obviam Hinrico procedentes, veniunt ad Macheltikestad, ubi eundem Hinricum cum non parvo robore invenerunt. Moxque, antequam Suevi advenirent, bellum incipitur; fortiter, ymmo crudeliter ex utraque parte pugnatur, et *etc.; iam abhinc cum A congruit B.*
**) *Capp.* 98. 99. *Brunonis om. B.*
***) *Haec* — alii de Besenrode *des. B*

a) *deest A* 1—1[d]. b) Magdeburgensis *add. B* 3. c) interficitur *B.* d) *sententiam* Quod illi — vel argenti *ex c.* 96. *Brun. depromptam add. A* 2. e) *sic, ut Ann. Magd., A* 1—1[d]*; praeter hoc* Hartwicus, Hardwicus, Hardewicus *A* 2; Hardewicus, Hartwicus, Hartwigus *B.* f) palatinus *B* 1. g) Bernard. *B semper.* h) 1207. *A, post corr.* 1077. *A* 2. i) Post hec *B* 3. k) participientes *B* 3. 4. 4[a].

1) Auctor sanctorum nomina inspectis schedulis, quae ossium particulis alligari solebant, annotasse videtur. 2) Supra p. 400. 3) Steusslingen regni Wirtembergici in territorio Danubii. 4) Arnstein et Biesenrode in praefectura montana Mansfeld.

nensis ecclesie canonicus[1] ac[a] Erfordensis prepositus, vir de principibus Francorum nobili- Bruno c. 98. tate clarissimus, instituente Rodolfo rege, nostre sedi est prelatus, ac eodem, quo decessor suus cf. Ann Sax. a 1079. peremptus decessit, redeunte post annum die, eidem successit[2]; qui ordinationem a Godescalco Havelbergensi episcopo, pallium vero a Gregorio VII, qui et Hildebrandus, percepit[3].

Bruno c. 117. Huius archiepiscopatus anno secundo, id est ab incarnatione Domini 1080, mense Ianuario, Heinricus — — Factum est autem[b] hoc tercium prelium[c] anno Domini 1080[d], 6. Kalendas Februarii, feria secunda.

c. 121. Eodem anno, mense videlicet Octobri — — nolens[e] ibi castra locavit. Hic* diversorum diversas opiniones— — in perpetuum subicere dominationi.

c 122. Igitur Heinricus, castris in Elstera[f] ripa locatis — — ad castra sua venerunt triumphantes.

c 123. Illi vero qui gladium effugerant — — quam Saxonicam terram unquam magis transire.

c 124. Interea Saxones ad sua castra reversi, repererunt imminutam magnam partem sui gaudii, quia rex eorum Rodolfus duobus acceptis vulneribus — — felici est morte resolutus, ac inde translatus Merseburg, sicuti hodie patet, ab ipsis honorifice est tumulatus. Factum est autem hoc prelium quartum anno ab incarnatione Domini 1080, Idibus Octobris, feria 5[g].

c 125. Deinde mense Decembri — — nec patris habeo desiderium.

c. 126. 127. Transacto vero natali Domini proximo — — sensum profudit sapientis et pii pectoris[h]: 'Episcopi venerabiles ceterique — — nos igni ferroque persequi cessetis'.

c. 128. Tunc illi responderunt — — tantum[b] per 7 dies altrinsecus pace data.

c. 129. Heinricus igitur intrante Martio — — pacis quietem non corrumperet.

c. 130. Principes vero Saxonie — unanimiter omnes consenserunt.

c 131. Sed** cum Saxones domum leti gloriosique rediissent — — et concordem fideliter repromisit. Unde principes Saxonie — — cum iam 1082. annus[b] incarnationis dominice fuisset inchoatus[4].

Huius etiam ordinationis anno sexto, coadunato apud Maguntiam malignantium concilio[i], Heinrici videlicet regis excommunicati et legatorum Wiperti[k] heresiarche et supplantatoris prefati pape Gregorii simulque fautorum eorundem, inter cetera erroris sui promul- cf Ekkeh. gata catholici episcopi diversarum ecclesiarum eis non consentientes ab ipsis dampnantur cf. A. Magd. Ann Sax a. 1085. et deponendi iudicantur[5]. Unde idem Heinricus rex Saxoniam veniens et Magdeburg civitatem minaciter ingrediens, se suscipi regaliter exegit; ubi et pro Hartwigo archiepiscopo[l], qui interim cum Hermanno rege et Halverstadensi episcopo in Daniam secesserat, Hartwigum Heresfeldensem abbatem, pro Burchardo[m] quoque Halverstadensi Hamazonem constituit ordinari. Sed non longo post tempore Heinrico rege a provincia effugato, legitimis episcopis sedes suas sine contradictione repetentibus, uterque suppositus locum dedit, nec deinceps cf. A. S Alb. iniusticie cathedram usurpavit. Eodem anno Hermannus rex nomen regium deponit, ac statim a suis hominibus in obsidione castri sui Lintberg[n] interficitur. Ipsius etiam archiepiscopi Hartwigi diebus anno Domini 1099. Ierosolima capitur[o] a christianis, Godefrido duce cf. A. Magd. Ann Sax. a. 1100. exercitum regente; Wilhelmus etiam rex Anglie sagitta interfectus est. Heinricus vero, frater eius, in eodem loco pro remedio anime sue volens monasterium construere, apparuit ei, et duo dracones ferentes eum, dicens[p]: nichil sibi prodesse eo, quod suis temporibus omnia destructa essent, que antecessores sui in honorem Domini construxerant. Multa etiam alia[b] diebus eius[q] contigerunt digna[r] memoria.

Erat autem idem[s] Hartwigus archiepiscopus egregius forma, divitiis, largitate pre suis contemporalibus excellens, potentia et dignitate honorabilis, omni populo et clero[t] acceptus pro sua ad ipsum benignitate, studium quoque habens extollende et amplificande ecclesie sue, quedam ipsius ornamenta tollens in precia redegit, unde castrum quoddam[u] Suin-

*) *Haec* — subicere dominationi *des. B.* **) *Haec* — fideliter repromisit *des. B.*

a) et *B* 1. 3. b) *deest B.* c) Bellum tercium *minio in marg. B* 1. d) MLXXXVI, VI. Kal. *B.* e) volens *A* 1. 1[a]. d. f) Elstre *A* 2; Elstra *B* 3. g) Bellum quartum Saxorum contra Hinricum *in marg. B* 1[a], *certe olim B* 1, *cuius folii* 35. *maxima pars deleta est.* h) d. = dicens *add. B.* i) consilio *codd.* k) *sic B;* Guiberti *codd. A, qui infra* Wiperti *scribunt.* l) episc. *A* 2. m) Burgardo *h. l. B* 1. n) Lynthbergh *B* 1. o) a chr. cap. *B.* p) dicentes *B* 1. q) eiusdem Hardewici episcopi *B* 1. r) m. d. *B.* s) *deest A* 2. 2[a]. t) a. cl. *A* 1—1[d]. *B.* u) suum *add. B* 1. 4. 4[a].

1) Camerarium Moguntinensem eum appellat Bertholdus, SS. V, p. 323; archicapellanum praesulis Moguntini Bruno c. 98. 2) A. 1079, Aug. 7. De canonicorum intentione Guntheri canonici eligendi omnes tacent auctores praeter Annalistam Saxonem, SS. VI, p. 716. 3) Bulla eius deperdita videtur esse. 4) Eandem notitiam de Hermanni regis consecratione Ann. Saxo et Ann. Magd. sub a. 1082. referunt. 5) Ann. Saxo et Ann. Magd. iterum eandem narrationem satis prolixam de synodo Moguntinensi agentem inserunt. Quae cum Ann. S. Albani et Ekkehardo conveniunt verba certe in Chronico Wirziburgensi deperdito tradita erant, quod descriptum est ab illis et Ann. Hildesheimensibus et Rosenfeldensibus; ex Rosenfeldensibus harum rerum notitiam hausit auctor Ann. Nienburgensium, cui et Ann. Saxo et auctor Gestorum Magd. haec utrique communia debent; v. dissertationem meam de Annalibus S. Albani Mogunt. scriptam (Gotting. 1872) et G. Buchholz, 'Die Würzburger Chronik', Lips. 1879, et E. Bernheim in 'Forschungen' XV, p. 254–281.

vorde[a] situm in orientali Francia cum omnibus prediis et pertinentiis suis a Beatrice, filia Ottonis ducis Suevorum[1], legitima Francorum traditione emit, quod et deinceps absque contradictione omni vite[b] sue tempore possedit[2]. Ipse etiam, sponte regimen dimittente[c] [cf. Ann. Sax. a. 1099.] Bernhardo iuniore abbate Sancti Iohannis baptiste, substituit ei venerabilem Hildiboldum[d] accersitum de cenobio Hirsaugie; per quem et locum illum probabiliori monastice conversationis correxit ordine*. Denique anno[e] 1102. incarnationis dominice venit ad curtem [1102. Iun. 17.] suam Wadderoth cum prefata Beatrice et aliis quibusdam principibus; ubi dum quadam die cenasset incolumis et letus, eadem nocte, hoc est 15. Kal. Iulii, obiit, repentina morte preventus. Ipsa quoque nocte[f] longe hinc, id est in Magdeburg civitate, frater quidam verax et fidelis tali de illo in sompnis[g] territus est visione, que opto, ut non illi de quo facta est notetur[h] vel fuerit pro dampnatione, sed omnibus ecclesie illius aut alterius provisoribus pro ammonitione. In choro namque maioris ecclesie visus est sibi sanctorum utriusque sexus illic per venerabilia sua corpora[i] quiescentium[k] convenisse cetus, inter quos aderat velud irato vultu metuendus ipse loci advocatus princeps Mauricius. Illic prefatus archiepiscopus Hartwigus in medium deductus et a cunctis, eo quod res sue ecclesie illis a dilecto traditas Ottone, postquam ipse regendas susceperit[l], male et non pro posse ac secundum traditam sibi[m] divinitus temporis prolixitatem rerumque facultatem et potentie magnitudinem utiliter dispensaverit, adiudicatus, episcopalibus indumentis est spoliatus ac de choro ab eisdem expulsus et exclusus. Ille autem, qui hec viderat, expergefactus, mane convocatis sanioris consilii narravit[n] fratribus; a quibus dum propere ad commonendum archiepiscopum[o] dirigitur, nuntius in medio itinere index mortui et iam in curru advecticii eiusdem episcopi fit illi obvius, a quibus mutua relatione cognoscitur, ipsa, qua hec visio facta est, hora fuisse defunctus. Hoc igitur terribili et nullo salutari et piis solito viatico premunito exitu pontificis detur evidens exemplum et commonitio posteris[p], ut parcant[q] quibuslibet ecclesie donariis fidelium oblatione ac devotione Deo consecratis, et qui in officio boni servi et fidelis constituti dispensatores domus Domini talenta ipsius susceperunt lucranda, perpendant, queso, vel territi euvangelico exemplo, quid mereantur[r], qui ad lucrum sibi commissa [cf. Matth. 25, 14—29.] et sacra de sacro[s] sacrilega temeritate inutiliter distrahere non verentur, si servus piger, licet sibi[m] tradita sana et integra domino reconsignaverit, iudicio tamen et maledictioni subiacuit, eo quod bono studio et labore illis superlucrari noluerit. Sunt** autem quidam episcopi et ecclesiarum prelati, qui sub occasione acquirendorum prediorum aut quorumlibet secularium negociorum ecclesiam suam respicientium, non de suis impensis aut exterioribus vel censualibus eiusdem ecclesie bonis multiformiter conquisitis, que circa parentes suos et amicos typo vane glorie et iactantie expendunt, non de hiis, inquam, causas ecclesie agunt, sed dona fidelium, scilicet ornamenta domus Domini[t] varia, Deo dedicata et antecessorum suorum banno in eosdem ecclesiastici decoris et honoris usus consignata, sine divini timoris et banni respectu quasi de ipso Domini et sanctorum eius gremio abstracta, diripiunt et in diversis, ut diximus, secularibus ecclesie causis velud licenter, sed o utinam saltem vel in hiis fideliter! expendunt et diversas indigentie sue et necessitatis[u] excusationes fratribus aut aliis fidelibus inde causantibus pretendunt. Quod an liceat aut expediat, ipsi videant, qui, dum licere sibi omnia putant, pia facta vel decreta antecessorum suorum infringere parvi pendunt et sua quoque simili posthac ratione infringendi posteris exemplum et occasionem tribuunt. Nam, ut in authenticis legimus libris[3], patrum[v] auctoritatis facta pari condempnat sententia, si quis Domino sacrificet de rapina — quod unum atque idem esse,

*) *Hic B 3 inserit:* Eodem tempore Thymo comes de Bechelingen occisus est; *quae cum desint in B 3[a], Annalibus Reinhardsbrunnensibus videntur attribuenda.*

**) *Sequentia* – per hoc acquisitis *p. 406, l. 34. des. B.*

a) Suinvordie *A* 1—1[d]; Suinivordiae *post corr.* Suinevordiae *A* 2; Swynvorde *B* 1; Swynivorde *B* 3. b) *t. v. s. B.* c) *deest A, post e cod. quodam rec. B superscr. A* 2. d) *sic, ut Ann. Saxo, A;* Hildeb. *h. l. B* 1. e) Domini *add. B.* f) non *post add. B* 1, *et sic ceteri B.* g) sompno *B.* h) nocet *B.* i) *deest A* 1 1[d], *ex cod. quodam rec. B. in marg. add. A* 2. k) ibi *add. B* 4. 4[a]. 5. l) suscepit *B.* m) *deest B.* n) fratr narrat *A* 2. o) *sic A* 1[d]; archiepiscopium *A* 1—1[c]. 2[a]; archiepiscopum *post corr.* archiepiscopium *A* 2. p) potens *B.* q) pareant *A* 2; c *e corr. B* 1, *ubi ad hunc locum manus in marg. picta monstrat.* r) mereatur *A* 1. 1[a. b. d]. *B.* s) Deo *B.* t) omnipotenti *A* 2. u) sue necessitatisque *A* 2. v) parum a. *codd. (A); forte emendandum est* patrum auctoritas sacrata *(vel:* libris patrum, auctoritatis sanctio *H.-E.).*

1) Illius qui Ekkehardo teste 4. Kal. Octobris 1057. obiit. De morte Beatricis v. Ekkehard. ad a. 1104. 2) Diploma de castri venditione, quod ducissae beneficii ratione redditum videtur esse, v. Reg. Magd. I, nr. 839 ('Neue Mitth. des Thüring.-Sächs. Alterthums-vereins' X, 1, p. 129—144. et 2, p. 213 sq.). 3) De quadam antiqua canonum collectione auctor loqui videtur.

[Es 66, 3.] acsi canis excerebretur, vel filius coram patre suo victimetur, confirmat sapientia — aut idem[a] [Eccli. 34, 24.] si quis raptum[b] de sacrificio ad dissimiles et incompetentes vel seculares, licet bonos et [cf. Prov. 3, 9.] ecclesiasticos usus, distraxerit, cum quisque de sua substantia et iustis laboribus suis, non alienis Dominum honorare preceptum noverit. De illorum autem periculo nescio quid referatur, a quibus ornamenta vel thesaurus ecclesie ad nullam ipsius utilitatem, sed aut in parentum et amicorum erogationibus aut illicitarum rerum, persepe quoque infandarum, abusionibus dissipatur et profanatur. Qui procul dubio cum antiquis gentium regibus et tyrannis vasa domus Domini diripientibus et in ydolorum suorum abominatione contaminantibus tam in hoc seculo maledictionem, odium et multiformem adversitatum persecutionem merentur quam in futuro divine et sanctorum eius ultionis animadversionem experien- [cf. 2 Paral. 31, 20.] tur, cum et ille Ezechias iustissimus regum, cuius cor et opus coram Domino [legitur[c]] fuisse rectum et perfectum[d], Deum offenderit, non quod vasa et thesauros et reliquam supel- [cf. 2. Paral. 32.] lectilem templi diripuerit, sed quod ea nec a se, sed ab aliis collata pro sui iactantia et vana [cf. Sap. 5, 16.] gloria alienigenis posthac auferenda ostenderit. Vivant ergo pii et sancti patres, et eorum apud Dominum sit merces et gloria, quorum apud nos in terris immortalis vivit memoria, qui [cf. Ps. 25, 8.] diligentes decorem domus Domini sanctis laboribus studuerint ecclesias decorare, quas illorum successores non desinunt tyrannico more spoliare, pauca relicta et ipsa pene dilapsa non sufficiunt vel potius non curant reparare. De hiis autem taceamus, cum alibi a sanctis terribiliter scriptis dampnata legamus, ne fortasse etiam aliquos in hoc delicto sibi conscios offendamus, sed desolationem inhumanam nostre quondam magnificentissime defleamus [Ier. 31, 23.] ecclesie, de qua poterat olim propheta dixisse: *Benedicat tibi Dominus pulcritudo iusticie*, [cf. Apoc. 21, 2.] que etiam instar civitatis sancte nove et a Deo parate, quam de celo descendentem Iohan- [cf. Es 61, 10.] nes vidit in contemplatione —: hec, inquam, quasi sponsa ornata[e] monilibus suis aut regina [cf. 3. Reg. 22, 19.] assistens a[f] dextris Dei circumdata varietate sic inestimabili et heu! nostris temporibus irreparabili, omni ornamentorum in coronis mirificis et palliis, in thuribulis et calicibus et gemmis preciosissimis et vestibus, vasis aurei metalli seu argentei incomparabili splendebat diversitate, utpote quam Otto Maximus cum sacris suis coniugibus pro magnificentia imperii sui desiderio ardenti nec studio impari non cessabat exaltare, et quam pre vite sue dolenda nobis brevitate non valuit pro velle suo miris structuris et variis edificiis consummare, hanc laborabat predictorum ornamentorum et ingentium thesaurorum copia ditare. Inde ergo cum materiam ceptam consummandi relinqueret posteris, quidam illorum abutentes tantis tamquam insignibus donariis, pauca, ut cernimus, reliquere[g], pene cunctis inutiliter distractis, exceptis parvis[h] quibusdam et comparatione tantorum expensorum vilipendentibus, quibusdam quoque adhuc incertis prediis ecclesie per hoc acquisitis. In* hoc ergo maxime arguitur peccasse hic de quo agitur Hartwigus archiepiscopus, quod tamen petimus ne sibi[i] ad peccatum statuat clemens Dominus[1].

[1102.] Huius secti intestina sepeliuntur apud Sancti Iohannis baptiste claustrum, sed in monasterio Sancti Mauricii cum antecessoribus suis ab Hezelone Havelbergensi episcopo humatur [corpus[k] reliquum]. Hic** in diebus suis ordinaverat Brandeburgensi ecclesie Volcmarum et Hartbertum, Havelbergensi Wichmannum et prenominatum Hezelonem, Cicensi Guntherum et Walrabonum, Merseburgensi Albwinum[l].

[Anno Domini 1103.]

23. Heinricus decimus archiepiscopus sedit annos quatuor, menses octo. Hic ecclesie Hildensemensis filius, Patherburnensi*** pastore destitute fuerat destinatus episcopus[2].

*) *B pergit.*

**) *Haec* — Albwinum *des. B.*

*** *B ex sequentibus haec excerpta praebet:* Padelbornensi ecclesie p. d. f. d. episcopus, licet[m] invitus. Sed cum ibi sentiret aliquale[n] impedimentum, nutu Dei causa pacis et quietis sue Magdeburgh accessit; ubi cum aliquanto tempore fuisset commoratus, et eius floridissime indolis excellencia[o] omnibus placeret, defuncto Hardewico archiepiscopo, facto conventu cum clero et populo princi-

a) idem *delendum videtur H.-E.* b) raptim *codd. (A).* c) *deest codd. (A).* d) f. pium et rectum *A* 2. 2a. e) m. s. o. *A* 2. f) *deest A* 2. g) relinquere *codd. (A)*, *corr.* reliquere *A* 1d. h) paucis *A* 1d. i) *post corr.* ei *A* 2. k c. r. *des. A.* l) Albinum *A* 2. m) l. i. *des. B* 3. 4. 4a. n) *post corr.* aliqualem *B* 1, *et sic B* 3; aliquod *B* 1a. o) excellenciam *B* 3.

1) Laudes ab hac increpatione valde diversas Ekkehardus Hartwigo tribuit. 2) In relatione quam de conventu episcoporum Gregorianorum et Heinricianorum Percstad vel Berckach a. 1085. facto apud Ann. Saxonem et in Ann. Magd. invenimus, simili modo Heinricus ille vocatur Paderbrunnensis designatus.

Regnabat tunc Heinricus predictus illius nominis quartus, qui velud furens ignis e celo lapsus, certa videlicet lues mortalibus, aut sicut ex imis abyssi emergens infernalis furia conturbabat omnia, fasque nefasque confundens, in ecclesia et quasi Samuelis scisso pallio alter Saul a Deo reprobatus et ab apostolico omnibusque catholicis excommunicatus, in ipsa excom- cf. 1. Reg. 15, 27. municatione et maledictione, unde etiam adhuc agnomen habet, senex senuit induratus[1]. Quo eodem tempore cum portis inferi, Wiperto scilicet heresiarcha ceterisque complicibus cf. Es. 38, 10. eius, obsidente Romam et beati Petri vicarium, id est papam Gregorium[2], Heinricus quidam[a] alius, prefato Heinrico Patherburnensi electo non inferior natalibus, ambitione tamen honoris et suis valde dissimilis moribus et[b] ex putride carnis specie barbarico agnomine Harmo dictus, conspiratione facta cum Conrado comite[3], fratre suo, cui et hereditatem suam donavit, causa expetendi sibi ab eodem rege Patherburnensis pontificatus ipsum adiit, et per interventum predicti fratris illic more, immo errore, tunc solito venditur, emitur predictus episcopatus, et cum consensu iam dicti Wiperti heresiarche illic sine omni filiorum illius ecclesie electione fit Heinricus episcopus; qui, sumptis armis, non ut pater, sed ut hostis eandem invasit, canonice electum preda, cede, igne expulit, se ab omnibus violenter [suscipi[c]] exegit; cuius reliqua mala facta non est nostrum dicere, sed nostrum potius Heinricum ab eo fugatum ad nos deducere. Hic[d] ergo, in quo erat floridissime indolis excellentia, amator pacis et quietis ac, pro eo quod erat Deo et hominibus dulcis, a quodam sui temporis sapientissimo et catholice ecclesie philosopho[4] appellatus fasciculus myrrhe et thuris, adiit metro- cf. Cant. 1, 12. polim Magdeburgensem, in cuius turribus pax et veritas et concordia pre aliis semper inhabitans permansit abundantius, ibique apud prefatum archiepiscopum et fratres velud unus ex illis et unitatem sectatus, cum illis[e] est diu commoratus. Defuncto vero eodem archiepiscopo et nondum humato ipsius corpore, facto conventu cum clero et populo principum terre, eundem unanimi voto et sententia successorem eius designare decreverunt[f]; sed illo hoc aliquotiens sentiente et ut declinaret nocturna et quasi irrevocabili fuga discedente subito, quem designaverant non invenerunt. In* crastinum vero sepulto archiepiscopo[g], eundem, licet absentem, canonice et iuxta sue ecclesie privilegia archiepiscopum elegerunt et per idoneos[h] legatos, quamvis invitum et nolentem, reduxerunt, ac in medio positum incredibili unanimitate collaudantes, legitime et absque imperatorii terroris respectu et sine omni contradictione inthronizaverunt. Prefato** autem rege, immo viroso[i] regulo et tartarei regis oestro, Heinrico in ecclesiastici iuris defensores nimium seviente, tanta erat ecclesie fluctuatio, et, licet Christi ad Belial nulla sit conventio, tanta existit ubique iusticie cf. 2. Cor. 6, 15. cum iniusticia confusio, ut inter catholicos, hereticos et scismaticos vix esset etiam bonis discretio, et sine duobus aut tribus episcopis, immo discrepis, pene nulla vacaret cathedra aut electio. Unde Magdeburgensium in unitate veritatis[k] et legitime electionis sue immobiliter persistentium[l] gravis ab Heinrico eiusque sequacibus fuit infestatio, quia et aliis catholicis et nominatim Halverstadensium maioribus Friderici invasoris[5] errorem execrantibus tuta fuge erat apud[m] eos commansio. Horum electus Heinricus inter hec omnia in virtutis sue et veritatis constantia immotus, dum eodem tempore in curte episcopii Wirbine[6] moraretur, quia futurum erat, ut Herodes quereret ad perdendum eum, subito, dum quadam cf. Matth. 2, 13 nocte in quietudine sompni esset excitus et, nimirum divine admonitionis inspiratione dormire nec permissus, animo illius repentina deliberatio incidit, ut surgeret et cum suis omnibus accelerata[n] discessione Halle[o, 7] secederet. Quo dum vix devenisset, ecce Herodiani Heinrici seviens ad prefatam curtem venit infestatio, scilicet Dedi comes[8] et armatorum satel-

pum terre, eundem Hinricum unanimi[p] consensu, voto et sentencia eligendum decreverunt; quod ille senciens, nocturno tempore aufugit.

*) *B pergit cum A.*

**) *Ex sequentibus haec pauca excerpsit B:* Quod percipiens Hinricus rex, in hunc, tamquam[q] absque sua institucione institutum, tyrannica persecucione desevit.

a) quidem *A* 1—1[d]; quidam *post corr.* quidem *A* 2. b) ut *A* 2. c) *deest codd. (A).* d) Huic *codd. (A).* e) illo *A* 2. f) *deest A* 1—1[d]; voluerunt *in marg. post suppl. A* 2, *in contextum recepit A* 2[a]. g) Hardewico *add. B* 3. h) testes et *add. B* 1[a]. i) iuroso *A* 1. 1[a. c. d]. 2. 2[a]. k) veritas *omnes A, praeter A* 1[b]. 1[d]. l) existentium *A* 2. 2[a]. m) comm. a. eos *B.* n) accelerate *codd. (A).* o) Hallae *A* 1[b. d]; Halae *A* 2. p) unanimi et voto suam *B* 3. q) fu *add. sed del. B* 1; in *add. B* 3. 4. 4[a].

1) Haec haud paullo post Heinrici mortem scripta videntur esse. 2) Quod aestate a. 1084. factum est. 3) De Werla, qui, ut Ann. Hild. docent, a. 1092. a Fresonibus occisus est. 4) De clerico partis Gregorianae, qui de investitura scripsit, loqui videtur auctor. 5) Ita etiam Ann. Rosenfeldenses Fridericum appellant. 6) Ad littus laevum Albis fluvii cum Habola confluentis situm. 7) Halle ad Salam. 8) Marchio Lusatiae inferioris.

litum eius multitudo, quos adduxerat spes capiendi christum[a] Domini, utpote habitatione eius antea certius explorata in eodem loco; sed delusa est fraus illorum et frustrata nutu divino. Quod ipse liberatus audiens, Deo debitas gratias referebat; sed mox Magdeburg reversus, accitis ecclesie maioribus, habito consilio, persecutorum rabiem declinare quam res episcopii pro odio sui devastari malebat; sicque ad hereditatis sue predia se conferebat, que[b] plurima, utpote de nobilissima ditissimorum principum prosapia oriundus nec ipse degenerans virtutibus, possidebat, tamen ut dilectus dilectis pater filiis in ecclesia Magdeburgensi dispositione sua agenda queque, licet absens, interim consulebat. Inter quos contra[c] adversa omnia divina religione armatus et spes magna fidelibus extitit eiusdem civitatis prenominatus abbas Hildiboldus[1], solide quoque in veritate mentis Eckehardus[d] prepositus[2], quibus favebat et ad quos confugerat cum pie memorie Adelgoto postea nostro archiepiscopo[3] Herrandus, vita et habitu vere monachus[4] et sane partis electione Halver-
[cf. Ps. 83,11.] stadensis episcopus; cum quibus etiam exulare quam in tabernaculis peccatorum habitare elegerat[5] prudentissimus scolasticus Hildensemensis Theodericus, nec longo tempore post cardinalis Romanus[6], et satis tam numero quam unitatis[e] consilio magnus aliorum fidelium conventus. Quem, quoniam ut castrorum acies ordinata sepe dicto regi terribilis apparuit, impugnare aggressus est quam conamine potuit, dum prefectum cum plerisque eius urbis civibus missis legationibus et perverse auctoritatis sue litteris sollicitans, in iniurias eorundem fidelium stimulavit et aut de finibus illis expellendos aut [ad[f]] curiam suam venire cogen-
[cf. Sap. 5,20. 3,3.] dos ab eis mandavit. Illi vero sumentes scutum inexpugnabile equitatem, licet in paucis vexati, tamen in multis bene disponendi, viriliter persistentes, vicerunt pravorum malignitatem, et quamvis prefato abbati cum ceteris alias a fidelibus invitato certum potuisset esse refu-
[cf. ib. 5,16.] gium, tamen, quia cogitatio eius erat apud Altissimum, fidelis in dilectione Dei permanens,
[cf. Prov. 10,28.] factus est inter adversa aliis illic fidelibus perseverantie exemplum. Unde et exspectatio
[cf. Ann. Sax. a. 1104.] iustorum leticia fuit, spes autem impiorum periit. Nam quidam[7] ex eis ambitione ceca ducti et quasi securam oportunitatem depulso priori electo adepti, spe episcopatus adipiscendi cum magnifico sumptu, qui tante sufficeret symonie, ad execratum regem execratum iter arripuerunt, sed a Theoderico catholice partis principe[8] capti et iusto Dei iudicio, qui aliena illicite captabant, suis vel potius Magdeburgensis ecclesie bonis vel ornatibus, id est sacris vasis, pro redemptione sui expositis et postea, proh dolor! non recuperatis, exspoliati,
[cf. A Rosenf. et Ann. Sax.] unitatem fidelium non deserendam proprio dampno didicerunt. Non* longo dehinc tempore Heinricus rex iunior cum, vivente adhuc patre sed reprobato, electus a cunctis regnare cepisset et ab Gevehardo Romane sedis legato absolutionem meruisset, eo quod eidem patri suo ab quatuor apostolicis[g], Gregorio, Victore, Urbano, Paschali, excommunicato communicavisset[h]**, cum eodem legato peragrans Bavariam ac Saxoniam, invasores episcopatuum et symoniacos synodaliter depositos effugavit, catholicos vero ad sedes suas revocavit; inter quos et Heinricum electum nostrum, audita canonica eius institutione, ad se[i] evocatum legitime confirmavit. Hunc ergo, quia humilitatis causa in subdiaconatus ordine permanserat[k, 9],
[1105 Iun. 3 4.] eodem rege Goslarie in ebdomada pentecostes commorante, predictus Gevehardus episco-
[cf. Ann Sax p. 740] pus sabbato quo *Caritas Dei diffusa* canitur diaconii et sequenti sancte Trinitatis dominica presbiteratus ibidem gradu honorifice promovebat et post hec[l] sedi sue inthronizandum

*) *B haec sic alteravit:* Sed non longo dehinc tempore Hinricus, filius prefati Hinrici regis, patri suo rebellavit et ad Saxones conversus, ab eis honorifice est susceptus; ipse denique heresi patris abrenunciando et Romane sedi debitam obedienciam faciendo ab Geveh. R. s. l. abs. meruit, de eo q. *etc.*

**) *B add.:* ab omnibus in regem est electus contra patrem suum; qui multa prelia cum patre committens, tandem idem pater ad[m] hoc compulsus est, quod ipse insignia[n] regalia filii tradidit potestati. Hic igitur[o] Hinricus rex iunior huius nominis quintus cum prefato legato *etc.*

a) episcopum *A* 2. 2a. b) quam *A* 1b. c. d. 2. 2a. c) tamen *A* 1b. d) Echardus *A* 2. e) imitatis *A* 1; imitatur *A* 1a—c; imitatus *A* 1d; imitato *A* 2. 2a. f) ad *deest codd.* g) scilicet *add. B.* h) communicasset *B.* i) a sede *B.* k) permanserit *B* 3. 3a; perm. ord. *A* 2. l) honorifice *add. A* 1d. m) p. suus ab *B* 3. n) et *add. B* 3. o) ergo *B* 3.

1) Cf. supra p. 405; abbas S. Iohannis baptistae. 2) Charta supra p. 405, n. 2. laudata de castri Suinforde emptione scripta inter testes nominat Ekkehardum decanum. 3) Quod non ante a. 1119. scriptum esse potest. 4) Iisdem fere verbis auctor loquitur supra p. 392. de beato Wolfgango. 5) Cf. Ann. Saxonem ad a. 1100. 6) Qui a. 1115. Adelgotum archiepiscopum ab excommunicatione absolvit. 7) Praepositus Hardewicus, canonicus Esico, Hermannus burggravius. 8) Comite de Kathelenburg. 9) Ut infra patebit, Conradus a. 1125. archiepiscopus non est electus, eo quod iam subdiaconi gradu functus sit.

Magdeburg deducebat. Quo venientem non ut episcopum, sed sicut ipsum de superis lapsum Dominum clerus et populus inenarrabili pompa et iocunditate illo memorando paschali[a] carmine, quo sanctorum populus ex inferis[b] redimendus suscepisse canitur Regem glorie, scilicet: *Advenisti desiderabilis, quem exspectabamus, in tenebris* — hac inquam voce exultationis et letitie illum suum desiderabilem, illum diu exspectatum suum Heinricum suscipientes, sollempni tripudio processere. Sic ab eodem Gevehardo et suffraganeis suis episcopis in archiepiscopum 3. Idus Iunii, hoc est in festivitate sancti Barnabe apostoli, est 1105. Iun. 11. gloriose consecratus et [a[c]] Paschali, illius temporis apostolico, misso illi pallii honore[1] donatus. Accepta ergo summa dignitate, adornare eam studuit religiosorum morum maturitate et qui[d] initium est sapientie Domini timore; quod evidenter insinuabant crebro eius oculi Ps. 110,10. lacrimis perfusi in dominica oratione, et quod raro sompnum capiebat[e] sine divine lectionis meditatione. Erat autem sicut genere nobilissimus, ita et liberalium artium disciplinis instructissimus, speciosus forma corporis, ingenii et memorie singularis, eloquentie celebris multarumque virtutum insignitus studiis. Humilitas in eo dubia videbatur, qua solis servis Dei et pauperibus condescendens obsequebatur, principibus vero seculi et divitibus ac coequalibus suis inferior esse pro ecclesie sue honore nullo[f] patiebatur. Denique brevissimo quo presedit tempore spem maximam suis dabat in omni verbo et opere suo, qualibet quantisve beneficiis ecclesiam suam sustulisset, si diutius vita comite hanc regere licuisset. Anno igitur dominice[g] incarnationis 1107, dum quadragesimali tempore Halle[h] ex more 1107 haberet colloquium synodale, inde Nienburg deveniens, ibidem dominicam palmarum celebravit; Apr. 7. ubi et sanguinem sibi minui fecit; ex quo infirmari cepit, et quarta feria Magdeburg Apr. 10. vix equitando pervenit. In cena Domini ante lectum suum larga manu servivit pauperibus; Apr. 11. post hec surgens et supra vires suas[a] laborans, peregit crismatis consecrationem cum toto, sed sibi, proh dolor! ultimo officio diei illius; post quod accrescente dolore, de stratu non surrexit ulterius. Sacro autem pasche die conventus cleri ad deducendum, ut mos est, Apr. 14. archiepiscopum cum canticis et festiva processione ad eius venit cubile; quem dum sacerdos cum ministris adiens devota muniisset benedictione, rediit eodem ordine flebiliter sine pastore. Qui diem ipsum et noctem sequentem[a] supervivens, feria secunda illucescente Apr. 15. inopinata morte, et dolentibus cunctis et stupentibus, 17. Kal. Maii est defunctus; et cum ex stationis consuetudine ad Montem[2] in gaudio et honore deduci et suscipi deberet vivus, alio ritu lamentabiliter illuc defertur et suscipitur mortuus. Qui deinde in sexta feria a venerabili Reinhardo Halverstadensi episcopo et Albwino[i] Merseburgensi ceterisque episcopis et Apr. 19. cf. Ann Sax. a 1107. abbatibus in australi manica monasterii Sancte Marie est sepultus.

Hic ordinaverat Misnensi ecclesie Herewigum episcopum. Huius presulatus anno quinto, hoc est dominice incarnationis 1107.[k] obiit Heinricus quartus[l]; cui successit Heinricus, filius eius, quintus.

[Anno Domini 1108.]

24. Adelgotus[3] archiepiscopus 11. sedit annos 11, menses 11, dies 21; virgam pastoralem suscepit ab Heinrico rege[m], ordinationem ab Hezelone Havelbergensi episcopo, pallium vero a papa Paschali predicto[4]. Qui a[n] Halverstadensi choro[5] electus, eiusdem ecclesie fuit prepositus, vir omni[o] morum probitate decoratus, religionis et castitatis amator precipuus, inopum compatiens necessitatibus; canonice viventes[p] in clero singulari quodam affectu diligebat, rebelles vero severissima[q] discipline censura corripiebat, in utroque servans[r] pietatis viscera, dum hos ad meliora accenderet, illos autem a pravitate compesceret. Diligentissimam quoque adhibens sollicitudinem sue parrochie et augmentande in ea servitutis divine, duas[s] congregationes instituit, unam in urbe metropoli sub honore sanctorum Petri et Nicolai in ecclesia, quam olim antecessor suus Humfridus[t, 6] fundaverat; cui ex bonis ecclesie et prediis, que dominus Bernhardus Sancto Mauricio fundaverat[u] ac donaverat, quod

a) *deest B.* b) infernis *A* 1[d]. c) a *deest codd.* d) *sic rectius B;* quia i. e. s. D. timor *A.* e) cupiebat *B.* f) modo *post add. B* 1, *et ita B* 1[a]. 4. 4[a]. g) inc. d. *B.* h) Hallis *B* 3. i) Abwino *B.* k) MC. *omnes codd. A.* l) imperator *add. B;* Hinricus imperator quartus moritur *minio in marg. add. B* 1. m) quinto *add. B.* n) ab *A* 1[a. d]. 2. o) omnium *A* 1[a. b. c]. 2. p) venientes *B* 3. q) sevissima *A.* r) p. s. v. *B.* s) enim *add. B* 3. t) *deest B.* u) fund. ac *des. B.*

1) Bulla eius non ad nos pervenit. 2) i. e. monasterium S. Iohannis baptistae. 3) E gente Veltheim. 4) Qui Adelgotum a. 1107. Romam vocavit; cf. Reg. Magd. I, nr. 878. 5) Cf. supra p. 408. 6) V. supra p. 398. De ecclesia ea cf. Chr. scab. p. 84.

sufficeret obtulit[1]; alteram[a] vero in Halla[b] ad honorem sancte Dei genitricis Marie* a fundamento[2] construxit**; cui item de bonis ecclesie et de predio, quod Christiana[c] quedam matrona dederat Sancto Mauricio in civitate que Stuwi[3] dicitur tempore archipresulis[d] Giselharii, simul et de suo predio necessaria attribuit[4]. Ad curam autem pauperum et susceptionem peregrinorum xenodochium[e] in Magdeburg fecit tali pietatis provisione, ut in hac negligentias suas et omnium predecessorum suorum vel successorum mereretur abolere. Alia etiam plurima inchoavit in opere diverso, quorum pleraque defecerunt ipso morte prevento[5]. Ubi etiam inter cetera instituit speciali muneris[f] largitate, ut[g] omni die quadragesime usque in pascha centum panes et eiusdem numeri allecia totidemque potus mensure pauperibus offerantur, et ut proxima commemorationis omnium sanctorum die memorie quoque omnium fidelium defunctorum ritu devotissimo agantur, additis insuper prediis ad prebendum ipso die servitium caritatis omnium congregationum mensis[6]. Igitur apud nos in sancta conversatione vivens[7], diu satis castigatus est continue infirmitatis vexatione, tandemque ad extrema perveniens, cum iuxta ecclesiam a clero et populo observaretur, pro exitus sui expectatione presentes, ut religionis sue et dictorum memores essent, salubri ammonuit exhortatione, iamque ultimum trahens spiritum inter voces psallentium, pro possibilitate sua oculos[h] levavit[i] in celum, sicque exspirans 2. Idus Iunii anno dominice incarnationis 1118, ut speramus migravit ad Dominum. Hic sepultus est ab episcopis, Hartberto scilicet Brandeburgensi et Hemmone Havelbergensi, abbatibus quoque Hugone, Eremberto, Alverico.

1118. Iun. 12.

Hic*** ordinaverat Havelbergensi ecclesie Bernhardum et Hemmonem, Merseburgensi Arnoldum, Cizensi Theodericum episcopos. Sub huius quoque tempore sacerdotii defuncto Hildiboldo abbate venerabili, constituit pro eo Hugonem, item de Hirsaugia adductum, longo ante tempore in altero quodam cenobio consecratum, sed inde expulsum; defuncto autem archiepiscopo, nec longo post tempore Hugone abbate ipsum consecuto, electione fratrum ordinatur pro eo Arnoldus abbas ab Hemmone Havelbergensi episcopo, Rockaro archiepiscopo nondum electo.

cf. A. Magd. a. 1113.

Huius etiam[k] archiepiscopatus anno 8. Heinricus imperator illius nominis quintus iterum Saxoniam opprimere volens[l]; cui idem archiepiscopus cum Reinhardo Halverstadensi episcopo et[m] ceteris Saxonie principibus occurrens, congreditur; incarnationis Domini[n]

cf. A. Magd. et Rosenv. — 1115.

Anno milleno centeno ter quoque quino
Silvam Welphonis maculavit gutta cruoris[8,+].

Ubi cesar victus aufugit, suorum pluribus occisis; inter quos Hogerus de Mansfelt, vir fortis[++], etiam occubuit, qui eiusdem belli incensor[o] erat precipuus. Ipso tempore comes de Ballenstat cum 60 tantum viris[p] vicit duo milia et octingentos[q] de Slavis in loco qui Cothene[9] dicitur, ex quibus ibidem corruerunt mille sexcenti et amplius.

*) et sancti Alexandri, filii sancte Felicitatis *add. B* 3.
**) scilicet Novum opus, et hoc anno 1160. *haud recte add. B* 4[a].
***) *Haec* — nondum electo *des. B.*
+) *B* 3 *add. versus:* Ipso namque die Dyonisii martiris almi Sunt necati fere quadraginta milia quinque.
++) sed non bene fidelis *add. B* 4[a].

a) altera *B.* b) Halle *B* 4[a]. c) Christina, *ut apud Thietmarum primo scriptum videtur esse, A* 1. 1[d]. d) archiepiscopi *B* 4[a]. e) zenod. *B* 1. f) sui *add. B.* g) ibi *add. B* 4. h) suos *add. B* 4. i) *sequentia des. B* 1, *folio exciso.* k) *deest B* 1[a]; H. e. tempore et archiepiscopatus sui *B* 3. l) *sic codd. pro* voluit. m) ac *B.* n) anno D. anno *B* 4; versus *add. B* 3. 4[a]. o) incentor *B.* p) galeatis *add. B* 4 *(superscr.). B* 4[a]. q) cum octingentis *B.*

1) V. chartam a. 1108, in qua Bernhardus decanus inter testes adnumeratur, Reg. Magd. I, nr. 886. 2) i. e. conventum canonicorum regularium qui Novum opus vocatus est; cf. Reg. Magd. I, nr. 918. 3) Cf. Thietm. IV, 41; supra p. 364. Stoeben villa Thuringica non procul a Camburg ad Salam, ut in notis Thietmari chronico adiectis dicitur. Confirmatio operis ab Adelgoto incepti, quam Roggerus successor d. 5. Iunii 1121 (Reg. Magd. I, nr. 955) litteris mandari fecit, inter possessiones novi monasterii *ecclesiam Stuvene* et *quinquaginta mansus in Stubene* commemorat. 4) Auctor etsi hic sequitur chartam Roggeri, tamen ex ea cognitionem nominis et donationis matronae Christianae capere non potuit. 5) Similem sententiam v. in charta Roggeri. 6) Imitatus forte est exemplum Ekkehardi de Rottersdorf vasalli sui; cf. Reg. Magd. I, nr. 920. et 924. Rottersdorf locus fuit antiqui xenodochii a Gerone in conventum commutati; cf. supra p. 397. 7) Haec nemo nisi capituli S. Mauritii sodalis scribere potuit. 8) Ita hi versus etiam in cod. Halberstadensi leguntur; cf. Schmidt p. 35. Alias formas v. 'Forschungen' XVIII, p. 25. 9) Koethen.

[Anno Domini 1119.]

25. Rockarus[a] 12. archiepiscopus sedit annos sex. Qui a Babenbergensi ecclesia per- [1118.] missione et licentia sui episcopi a domino Adelgoto archiepiscopo Magdeburg adductus, ab ipso est fratrum congregationi associatus et camerarii officio simulque prepositura Biveracensi[b.1] donatus, illoque defuncto, favore Wiperti prefecti[c] urbis[d.2] consanguinitatis causa exaltatus, tandem electione cleri et populi eidem cathedre est inthronizatus. Baculum autem a rege Heinrico tunc excommunicato ex more non suscepit, ordinationem vero ab Herewigo Misnensi episcopo, pallium quoque a papa Calixto percepit[3]. Hic probitate et eloquentia satis clarus, in diebus pontificii sui multis tribulationum adversitatibus est vexatus. Nam et quorundam machinantibus insidiis pallii sui honore aliquanto tempore furto est privatus et ante finem vite sue diutino febrium languore excruciatus. Decessit autem in Magdeburg civitate 13. Kal. Ianuarii anno dominice incarnationis 1125. sepultusque est [1125.] in septentrionali manica ab Ottone Halverstadensi episcopo. Hic* ordinaverat Havelbergensi ecclesie Gumbertum, Brandeburgensi Ludolfum, Misnensi Scamborum[e] et Godelboldum, Cicensi Riwinum et Udonem episcopos. Hic etiam suis diebus sanctorum quedam sarcophaga scrutatus, reperit inter alia corpus beati Secundi ducis Thebee legionis antea incognitum, quod ex illo tempore debito a cunctis honore deinceps est veneratum. Sub hoc quoque sex antecessorum suorum archiepiscoporum, id est Adelberti[f], Taginonis, Walthardi, Geronis, Engelhardi, Hartwigi[g] corpora de medio monasterii sunt levata et novo sancte crucis altari decenter supposita. Huius archipresulatus anno 4. Calixtus papa [cf. A. Rosenv. et Magd. a. 1122.] revocavit in communionem ecclesie Heinricum imperatorem quintum a predecessoribus suis Paschali, Gelasio excommunicatum; canonica autem auctoritate sanccitum est, ne amplius sibi regalis potestas usurparet investire spiritualia, sed libera electio fieret a clero[h] et populo, et sic insigniretur regalibus per sceptrum. Quod utrique confirmaverunt, sicque facta est pax et concordia inter ipsos.

Anno etiam Domini 1123. in pago Wormaciensi videbatur per aliquot dies non modica et armata multitudo [Ekkeh. p. 261] equitum euntium et redeuntium, et quasi ad placiti[i] colloquia nunc hic nunc illic turmas facere, circa nonam vero horam monti, a quo et exisse videbantur, se reddere. Tandem quidam de incolis regionis illius non sine magno timore huiusmodi tam prodigiose contioni crucis signaculo munitus appropinquat, mox quandam ex illis occurrentem sibi personam per nomen omnipotentis Domini nostri manifestare causam populi qui sic appareret adiurat. Cui ille inter cetera: 'Non sumus', inquit, 'ut putatis, fantasmata, nec militum ut a vobis cernimur turba, sed anime militum non longe antehac[k] interfectorum. Arma vero et habitus atque equi, quia nobis prius fuerant instrumenta peccandi, nunc nobis sunt materia tormenti, et vere[l] totum ignitum est, quod in nobis cernitis, quamvis id vos corporalibus oculis discernere non possitis'. In huiusmodi comitatu dicitur etiam Emicho comes de Liniggen[m] occisus apparuisse, et ab hac pena orationibus et elemosinis se posse redimi docuisse. Referunt quidam, quod nocte, que diem dominice cene precessit, dum ad vigilias more ecclesiastico properarent, vidisse se quasi stellas innumeras de celo cadere in tantum, ut[n] pluvie guttas et multitudine et casibus viderentur imitari. Claruit hoc tempore Thidericus Cicensis episcopus, litteris adprime eruditus, semper contra scismata, que suis temporibus nonnumquam pullulabant, propugnator catholicus et in omni pastorali sollicitudine commisse sibimet ecclesie desudans utilitatibus. Hic itaque non longe a suburbano[o] vel territorio sue civitatis monasterium sive abbatiam summo conatu magnisque[p] sumptuum ac edificiorum impensis per annos aliquot instituebat in colle quem antiquitas olim Bosowa nominaverat. Quo loco iam fere ad unguem perducto, utpote non modica consecrata basilica, congregatione quoque[q] monachorum ibidem locata, invenitur inter eos quos conversos fratres dicimus quidam perversus ex eadem gente Soraborum progenitus, nequaquam sancte regule, sed propriis desideriis per omnia subiectus. Hic pro suis excessibus frequenter ab abbate corripitur, sed non melioratus, episcopo presentatur[r] corrigendus. Quem episcopus frequenter[s] acrius, ut dignum erat[t], corripuit. Ille autem in tantam proterviam erupit[u], ut episcopum ante[v] altare in oratione stantem cultro perfoderit; unde post triduum venerandus sacerdos ad Christum migravit[w].

Huius etiam archiepiscopatus anno 6, hoc est dominice incarnationis 1126. Heinricus imperator [ib. p. 264.]

*) *Haec* — Udonem episcopos *des B.*

a) Rocharus *A* 1^{d}; Roccarus *A* 2; Rockardus *B*; Rockerus *Ann. Saxo.* b) Binararensi *A* 1; Binacensi *A* 1^{a}—1^{d}; Benarensi *A* 2. 2^{a}; Biivarensi *B* 1^{a}; Bynarensi *B* 3—4^{a}. c) *sic B* 4; prefati *B* 4^{a}; *deest in omnibus reliquis codd.* d) verbis *A* 1^{a}—1^{d}; vobis *A* 2. 2^{a}. e) Scambonum *A* 2. 2^{a}. f) Alberti ... Waltardi *A*; Dagenonis *B*. g) Hardewici *B*. h) *B* 1 *pergit; B* 3 *plura sequentium praetermittit.* i) placita *A*. k) hoc *B* 1, *ubi post suppletum* tempus, *et ita reliqui B.* l) fere *A*. m) Leinigge *A* 1; Leininge *A* 2. n) et *B*. o) suburbio *B*. p) magnoque *A* 2. *B*. q) *deest B*. r) quia non est *add. B* 1^{a}. s) *deest A* 2. 2^{a}; ep. acriter ut *B*. t) fuit *A* 2. u) eripuit *A* 1—1^{c}. 2. 2^{a}. v) stantem a. a. in or. *B*. w) Cycensis episc. a monacho occid. *minio in marg. B* 1.

1) Bibra in praefectura Eckardtsberga. Distributionem bonorum praepositurae Roggerus denuo disposuit a. 1124; v. chartam Reg. Magd. I, nr. 965. 2) V. Ann. Saxonem ad a. 1118: *Item eodem anno obiit Heremannus Magadeburgensis comes; pro quo Wicbertus comes electus est.* Hunc eundem esse, qui alibi de Groitsch dicitur, satis constat. De consanguinitate, qua cum Adelgoto coniunctus fuerit, v. stemma ab O. Posse, 'Die Markgrafen von Meissen' p. 251, compositum; de affinitate Adelgoti et Roggeri v. ib. p. 275. 3) Promissionem fidelitatis Calixto factam v. Jaffé, Mon. Bamb. p. 515, et confessionem fidei orthodoxae apud Ann. Saxonem ad a. 1119. in margine adiectam.

Ekk. p. 264. huius nominis quintus apud Traiectum civitatem egritudine, qua diu laboraverat, superatus, ad extrema perducitur[a]. Vocatisque regina Machtilde coniuge sua ac filiis sororis sue, Friderico[b] duce Swevie et Conrado, fratre eiusdem, Rodenburgensi, de regni statu consilium dedit, proprietates suas atque reginam eisdem[c], utpote heredibus suis, commisit, coronam ceteraque regalia usque ad conventum principum conservanda in castello Trifels[d] reponi iussit, sicque viatico Christi sacramentorum communicans, diem clausit extremum 10. Kal. Iunii. Cuius corpus more regio[e] curatum Spiram est delatum et coram multitudine nobilium et inferiorum clericorum atque laicorum iuxta maiorum suorum sepulchra honorifice conditum anno regni sui 20, imperii vero 14. Hic, ut prescriptum est, primo[f] sub specie religionis patrem excommunicatum imperio privavit, confirmatus in honoribus mores mutavit, sed post iniurias apostolice sedi illatas semper se ipso inferior fuit, ingenio fortis et audax, licet parum felix in preliis, nimius[g] in appetendis alienis, pecunias infinitas congesserat, quas secundum Scripturas cui thesaurizasset ipse sine liberis obiens, heu! heu! ignorabat.

cf Ann Sax. et A Rosenv. Huic Lotharius dux Saxonie, Gevehardi comitis filius, 83. loco ab Augusto Moguncie[f] communi electione principum rex substituitur[h].

[Anno Domini 1126.]

26. Nortbertus[i] 13. archiepiscopus sedit annos 7, menses 10, dies 20. Hic ex non[k] ignobili genere editus, primo Sancti Victoris apud oppidum Xantum erat canonicus; quem in suo sepius servitio habebat in palatio imperator Heinricus, quia non solum nobilitate[l], sed et omni genere probitatis gloria et secularium negotiorum industria fuerat specialiter insignitus. Deinde cum[m] consciencie sue metu et divini timoris respectu compunctus, mutato habitu et moribus, cilicio asperrimo tunicaque lanea coopertus, limina quoque apostolorum Rome[1] nudis pedibus adiens, gravem satis penitentiam pro quibusdam ageret excessibus, in
cf. Luc. 9, 62. eiusdem conversionis proposito et habitu deliberans perseverare nec post manum semel in aratrum missam[n] retrospectare, quod videbatur inchoasse velud ex necessitate iam tenuit ac exercere cepit ex usu et voluntate; unde accepta ab[o] apostolico suoque episcopo predicandi licentia et auctoritate, quia erat mire eloquentie, doctrine et ingenii singularis, plurimosque[p] sibi attraxit predicatione verbi salutaris, sicque per 7 continuos et eo amplius annos in preparatione[q] euangelii pacis circumquaque discurrebat, diu quidem nudis[r], post hec vero iussu pape calciatis pedibus, aut in nimia lassitudine subvectione aselli[r*] humilis, qui per omnia habitus qualitate morumque sanctitate et gratia lingue cunctis apparuit mirabilis. Factum est autem, ut post multorum circuitus laborum deveniret cum discipulis suis pauperibus Christi in quoddam desertum Francie; ubi videns locum proposito vite sue oportunum, arbustis circumquaque eradicatis casulisque edificatis, pulchram admodum coloniam suis procuravit; in quo etiam ab eo exstructum cenobium Premonstratum[s] ab eo nomen accepit. In hoc diu multumque contra multiplices callidi hostis insidias in maxima penuria rerum mira patientia dimicatum est, donec[t] cum temptatione etiam proventu facto hostis frustratus, locus personis et facultatibus, sicut hodie cernitur[2], satis decoratus est. Deinde multarum in aliis quoque locis fundator et rector extitit cellarum, ex regula sancti[u] Augustini propriaque institutione collecta in[v*] ipsis et instructa venerabili et perfectissima fratrum caterva[v]. Sed ut transeamus reliqua illius interea magnifica et memorie digna opera, primo
cf Ann Sax. p. 763. Lotharii regis anno, defuncto Rockaro[w] Magdeburgensi archiepiscopo, cum de eligendo pastore diu cleri et populi esset discors sententia, nec facile possent reduci ad unitatis consensum partium studia, tandem maiores ecclesie Spiram accersiti a legatis apostolicis[x] venerunt, abdicatisque utrimque quas in dissensione elegerant personis[y], communicato eiusdem regis et ipsorum consilio, Nortbertum, quamvis plurimum[z] renitentem et contradicentem, elegerunt. Qui mox cum sacramento regi debito regalibus ab eo per sceptrum investitus ac missione ipsius Magdeburg comitatu Halverstadensis[3] ac Brandeburgensis[4] episco-
1126. Iul. 18. porum deductus, ibidem 15.[a] Kal. Augusti, que tunc evenit dominica, magno concursu principum et[b] procerum a clero et populo cum ingenti gloria suscipitur, ab omnibus eligitur et
Iul 25. in sedem suam cum divina laude attollitur et octava dehinc die, id est in festo sancti Iacobi apostoli, ab Udone Cicensi episcopo, cooperantibus aliis non paucis qui aderant episcopis, in archipresulem ungitur; cui et pallium a papa Honorio dirigitur. Itaque sacerdotio sub-

a) Hinricus quintus moritur *minio in marg. B* 1. b) Fred. *B* 1. c) eiusdem *A*; eiusdem Friderici . . . . fidei *Ekk.* d) Treveris *B.* e) regis *B.* f) *deest B.* g) minus *A* 1. 1[a. b. d]; nimis *A* 2. 2[a]; nimis avarus *B et e corr. A* 2. h) Lotharius imperator Saxo *minio in marg. B* 1. i) Norbertus *B semper.* k) non *deest A* 2. 2[a]; non ex *B.* l) sciencia, sed et *B*; et *deest A.* m) dum *B.* n) retromissam *B.* o) a suo *B.* p) que *deest B.* q) *fort:* propagatione. r) pedibus *add. B* 1. r*) hum. as. *B.* s) Premonstratum quomodo incepit *minio in marg. B* 1. t) eciam *hoc loco quoque add. B* 1. u) beati *B.* v) *B* 3. 3[a] *hic quaedam ex chronica Iac. Aureae Leg. inserta addunt.* v*) et in ip. instr. *A* 2. w) Rotkaro *hoc loco A* 1. 1[a. b. d]; Rockardo *B* 1. x) apostolici *B.* y) quia 3 elegerant *add. B* 4 *in marg.* 4[a]. z) multum *B.* a) *sic legendum est, ut ex notis dierum mox sequentibus apparet;* XX. *A* 1. 1[a. b]. *B*; 20. *corr.* 10. *A* 2; X. *A* 1[c. d]. 2[a]. b) concursu *add. iterum B* 1. 1[a].

1) Errat auctor, nesciens et Gelasium et Calixtum papas tunc in Francia commoratos esse. 2) Cf. supra p. 365. 3) Ottonis. 4) Ludolfi.

limatus, sacerdoti congrua studiose est operatus, semper[a] predicare et aliquam de se edificationem verbo aut exemplo dare paratus, in officii sui amministratione missarumque celebratione diligens ac devotissimus, coram seculi huius principibus dignitate, reverentia sive potentia honorabilis apparens et gloriosus, spiritualibus vero et Christi famulis per omnia conformis et aptissimus. Igitur omni annisu et sollicitudine pro exaltatione[b] sue ecclesie et augmento cepit insistere, nec minori diligentia pro lucro animarum et divine[c] servitutis in melius reformatione satagere[1]. Unde et in civitate apud monasterium Sancte Marie pro paucis admodum canonicis illic magnam satis congregationem discipulorum suorum adunavit[2] similique permutatione Polidensem ecclesiam pene dilapsam restauravit[3], sed invidia diaboli bono proposito[d] illius obvia, multis eum adversis temptavit fatigare, in quibus et cives Magdeburgenses quodam[e] tempore in odium illius[f] cf. Ann. Sax. et A. Magd. a. 1129 cepit concitare[*]. Ipse[4] namque quorundam suggestione audiens maiorem ecclesiam a quibusdam nefando crimine violatam, publice proposuit eam expiare; sed non assentiente clero aut populo, eo quod indicem huius rei aut ipsos reos noluerit certius propalare et causam eorum synodaliter ventilare, quia aliter nequivit, nocturno tempore purificationem illius cum suis peregit. Unde[g] mox aliquorum insidiis sonantibus campanis, cives cum ingenti strepitu concurrentes, illum super veteri structura[5] obsessum cum Misnensi et Havelbergensi episcopis et maioris ecclesie preposito a media fere nocte usque in mediam diem impugnantes coartabant, et cur altaria fregerit sanctosque furto sustulerit, obiurgantes blasphemabant. Quidam autem per occultos aditus irrumpentes, eum strictis ensibus appetentes, viso pontificali habitu, quo erat indutus, nutu Dei territi, mutata mente facti sunt V Norb. c. 19. eius defensores, alii vero furia concitati, hunc colaphizabant et gladiis sed adversa acie feriebant unumque ex militibus eius coram ipso, ita ut pontificalia ipsius indumenta sanguine eiusdem militis inspergerentur, multis vulneribus affectum pro mortuo semivivum reliquerunt[h]. Sed Heinrico urbis prefecto[6] tunc forte absente, mox per nuncium propere accersito et tumultum sedante, archiepiscopus liberatus, missam eadem die ad altare summum complevit, deinde seditiosos legitima vocatione ad satisfactionem invitatos, sed parere recusantes, excommunicavit. Post sex vero ebdomadas penitentes absolvit et deinceps fideles sibique devotos habuit. Ecclesiam quoque sancte Marie in Nyenborg quorundam malignorum incursu, rapina, cedibus, incendiis fratrumque violenta distractione temeratam diligenter expiavit ipsosque raptores satisfacere contempnentes ab ecclesia separavit, ac domicilium iniquitatis eorum, scilicet Avelenborg[i], cum civibus Magdeburgensibus obsedit, destruxit[k] ac terre coequavit. Ut autem ad superiora revertar[7]: hic sua ammonitione et instinctu Ottonem illustrem de Rebeningge[l] suo disciplinatui adiungens, seculum relinquere et hereditatis sue predia Deo sanctoque Mauricio tradere fecit, ex quibus in loco competenti iuxta Salam fluvium, quem Gratiam[m] Dei appellavit, in honore beati Victoris patroni sui prioris, cuius et reliquias de Xanto adduxit, monasterium construere incipiens, congregationem instituit. Dedit enim ecclesie Magdeburgensi mille et centum mansos cum ministerialibus attinentibus multis honestis[n], de reliquis que habebat vacantia locum predictum fieri ordinavit[8]. De thesauro etiam ecclesie Alsleve[o,**] urbem cum omnibus pertinentiis[p] suis ab Irmin-

*) *B add.:* in tantum quod ordinaverant eum occidere. Cum enim in bona quinta feria archiepiscopus intronizaret penitentes, quidam vir admiscens se calvestricibus sub habitu penitentis, cum aliis voluit accedere ad archiepiscopum; sed archiepiscopus in visione premonitus, videns illum, dixit familie sue, ut togam illius sublevarent; quo facto, inventus est cultellum evaginatum[q] qui 'ruteling' dicitur sub toga habere. Qui apprehensus, fatebatur ad interficiendum archiepiscopum se fuisse conductum, et veniam petens ab archiepiscopo est reconciliatus[9]. Post hec ipse archiepiscopus, quorundam *etc.*

**) *Manu saec. XV. add. B 3:* modo collegiata ecclesia anno 1486. facta ab Innocencio VIII.

a) seu *A.* b) exaltacionis *A* 1. 1[a. b. d]. c) ordine *B* 3. d) ill. pr. *B.* e) q. f. *des. B.* f) ipsius *A* 2. g) Archiepiscopus captivatus *minio in marg. B* 1. h) relinquebant *B.* i) Anelenburgh *B* 1. k) destruit *A* 2; destr. — coequavit *manu coaeva in marg. suppl. B* 1; destr. penitus et adnichilavit *B* 3; d. et t. *A* 1[d]. l) Reveninge *A* 1—1[d]; Revenigge *A* 2. m) Gracia *B* 1, *ubi in marg. minio add.:* Monasterium Gracia Dei. n) *deest B*; honeste *A* 2. o) Alesleven *A.* p) attin. *B.* q) cultellum evaginatum *post corr.* cultellus evaginatus *B* 1, *et ita B* 1[a].

1) Haec verba paullulum cum arenga diplomatis Norberti mox laudandi concordant. 2) V. Norberti chartam d. d. 29. Oct. 1129, ap. G. Hertel, 'UB. des Klosters U. L. Fr.' p. 7 sq. 3) Permutationem confirmavit postea Innocentius II. papa bulla d. d. 19. Apr. 1138; Leuckfeld, Antiq. Palid. p. 38 sq. 4) Vitae Norb., haec tertio anno pontificatus eius, id est 1129, factum esse, sed post res gestas a. 1131, narrant. 5) De veteri structura vide quae supra p. 397, n. 11. ex Vita Norberti attulimus. 6) Filius Wiperti II. de Groitzsch. 7) Scilicet ad monasteriorum reformationes. 8) A. 1131, ut tradit Hist. fund. monasterii Gratiae Dei, SS. XX, p. 688 sq., ubi Gesta Magd. exscripta sunt. 9) Paucis exceptis locis sequentia cum eius Vitis c. 18 sqq., SS. XII, p. 698 sqq., congruunt, sed verba plerumque ab eis differunt.

garde[a] marchionissa comparavit, abbatiam quoque in illa sitam ab imperatore Lothario
precibus et prediorum commutationibus sibi donari impetravit necnon et alia predia usque-
quaque emendo acquisita adiecit[1]. Denique solus omnium[b] antecessorum suorum veterem
structuram, quam Otto cesar Magnus magnifice erexerat, ipse, nescio an spe audentiori
seu[c] studio devotiori, edificare aggressus, perficere magnopere optavit; sed mors immatura
1132. interveniens hec sicut pleraque eius incepta[d] annichilavit. Nam octavo[2] ordinationis sue
anno cum rege Lothario reliquisque principibus in Italiam profectus et officio cancellarii
in illa expeditione functus, utpote vir magne auctoritatis, consilio providus, apud Roma-
norum quoque primos clarus, cum plurima illic de ordinatione ipsius imperatoris et ceteris
regni negotiis composuisset[3], de Polonorum quoque episcopis ex primitivis privilegiorum
ecclesie huius, scilicet Magdeburgensis, scriptis subiectionem illi debentibus iusticiam ex-
poscens, iterato exinde a papa Innocentio privilegii confirmationem, que apud nos[4] conser-
1133 vatur[e,5], suscepisset, altero anno in reversione paulatim infirmari cepit, et nichilominus cir-
citer 6[f] menses cum eodem imperatore pro utilitate rei publice per diversas curias in Ger-
1134. mania commoratus[6], tandem languore prevalente, Magdeburg devectus[g], ibidem magnifice
ab omnibus in quadragesima est susceptus. Sic ergo per totam quadragesimam illic nec-
non apud Sanctum Iohannem super lectum doloris sui recubans, plerumque tamen per se,
Apr. 12. quamvis modice, deambulans, postquam in cena Domini crismatis consecrationem et in
Apr. 15. sancto pasche die misse proh dolor! ultime celebrationem in sede sua super[h] vires peregit,
accrescente cotidie dolore vexari non desiit, donec ab omnibus desperatus et hac diutina
Domini castigatione a delictis, sine quibus nemo, quamlibet iustus, in huius vite exilio degit,
ad purum, ut speramus, expiatus, post olei unctionem et creberrimam dominici corporis
Iun. 6 perceptionem tandem 8. Idus Iunii in confessione nominis Christi animam[i] reddidit. Taliter
heu! dolenda mortis sorte et insperata subtractus est nobis tamquam flos subito decidens
cf. Iac. 1,11. vir ille memorabilis, ille predicator egregius, vir, inquam, ecclesie necessarius et deside-
rabilis, in quo esset miseris perfugium[k], afflictis solatium, dilectio hominum, odium vitio-
rum. Nam circa omnes se ipsum bonorum prebens exemplum, consolabatur pusillanimes,
cf. Act. 13,10 patiens fuit ad omnes. Quicumque autem ex clero scandalo erant ecclesie, subvertentes vias
Domini rectas, hunc suis moribus senserunt[l] intolerabilem, disciplinam eius tamquam onus
Ethna gravius ferre non valentes. Argenti vero et auri, que primo[m] mortales ducunt, adeo
contemptor fuit, ut superhabundantem ecclesie sue thesaurum expendere non dubitaret, si
modo ratio alicuius utilitatis, necessitatis sive honestatis[n] exposceret. Cuius corpus, ut
moris est, per omnes congregationes honestissime a clero et populo deportatum, sexto
Iun. 11. demum obitus sui die, astantibus principibus ipsumque baiulantibus cum innumera meren-
tium multitudine et trium qui aderant episcoporum, id est Godeboldi Misnensis, Ludolfi
Brandeburgensis, Anshelmi[o] Havelbergensis, flebili commendatione in monasterio Sancte
Marie est tumulatum anno Domini 1134.

Hic ordinavit Merseburgensem[p] Meingotum, Havelbergensem Anshelmum episcopos,
Adelberonem etiam[q] Nienburgensem abbatem. Huius etiam archiepiscopatus anno quinto,
1130. cf. Ann Sax. et A. Magd anno a nativitate Domini 1130. Udo comes de Frekeleve ab hominibus Alberti marchionis
occisus est. Conradus etiam de Ekstede apud Halle a civibus eiusdem oppidi cum aliis[r]
1134. multis miserabiliter interfectus[s] est. Huius etiam anno 8, hoc est anno Domini 1134. Lotha-
Apr. 15. rius imperator Halverstat pascha celebravit, ubi quidam de primoribus Danorum Magnus
nomine veniens, in die sancto manibus applicatis miles imperatoris efficitur et regnum ipsius

a) Irmig. *B*. b) *deest B*. c) an *B* 1. 4. 4^a. d) accepta *B*; capta *A* 2. e) consecratur (*post corr.* conserv. *A* 1) *A* 1. 1^a—1^d. f) VII. *B*. g) deferendo ductus vel vectus *B* 1^a. h) ultra *B*. i) Deo *add. B* 3. k) refugium *B* 1^a. 3. 4. 4^a. l) censuerunt *A*. m) prima *B* 1. n) poposceret vel *add. B* 1^a. o) Anselmi *B* 1. 1^a. 3. 4. p) Merseburgensis ecclesie Meng., Havelbergensis *B* 1. 1^a; Meng. Mers. ecclesie *B* 4. q) *deest B*. r) c. m. al. *B*. s) occisus *B*.

1) Quod a. 1131, d. 5. m. Febr. factum esse, ex charta ea de re confecta patet (St. 3255. et Reg. Magd. I, nr. 1039). Irmingardis marchionissa, Ann. Saxone teste, fuit filia Theoderici de Ploetzke, neptis Conradi comitis Magdeburgensis, uxor Udonis marchionis. Norbertus abbatiae loco regi castrum Scharzfeld concessit. 2) Vel potius septimo. De cancellarii munere a Norberto suscepto v. Ann. Sax. p. 768. et St. 3277. 3282. 3283. 3298. 3) V. Bernhardi, 'Jahrb. Lothar III.' p. 462 sq. 4) i. e. in tabulario ecclesiae s. Mauricii vel maioris. 5) Data d. 5. Iun. a. 1133; Jaffé nr. 5458; Reg. Magd. I, nr. 1058; ad quam obtinendam credo aliam, quam dicebant antiquissimam, Reg. Magd. I, nr. 417 (supra p. 381, n. 6) esse fictam et, ut Vita Norb. docet, Romam allatam. Nam primatus Poloniae archiepiscopi Magdeburgenses tunc avidiores fuerunt quam praerogativarum ante alios Germaniae archiepiscopos impetrandarum. 6) Cf. Bernhardi l. c.

patrie ab ipso suscepit et post[a] sacramenta cesari ad ecclesiam procedenti, cingulo illius decoratus, ensem imperatoris honorifice portavit. Qui in patriam reversus, a quodam Erico et fratre illius occisus est cum quinque et episcopis et 60[b] clericis. Pater etiam eiusdem Nicolaus nomine in civitate Slesewich[c] ante ecclesiam cum suis miserabiliter occubuit insidiose invitatus et infideliter interemptus.

[Anno Domini 1134.]

27. Conradus 14. archiepiscopus sedit annos 7[d], menses 10, dies 2. Presul iste cunctis seculis memorandus ex nobilioribus Saxonie extitit oriundus, patre videlicet Gevehardo de Querenvorde, nepote Lotharii imperatoris[1], matre vero Oda nuncupata, que fuerat filia Thitmari comitis, consobrini Heinrici regis. Commissus est igitur sub norma canonica sancto militaturus Mauricio Adelgoto 11. Magdeburgensis ecclesie archiepiscopo. Qui ab illo premonstrata et a parentibus innata virtutum sequens opera, crescebat tam philosophie scientia quam universa morum elegantia. Episcopo[e] autem viam universe carnis ingresso, et Rockaro[f] in eius locum subrogato, iste in adolescentia positus plenis cepit pollere virtutibus, foris paterne hereditatis opibus excrescens, intus vero inter cetera virtutum insignia precipue fraterne caritati studens. Unde et Rockaro ad patres suos in pace collecto, facta est in eum tam cleri quam principum populique concors electio; que et rata permansisset, nisi dominus Arnoldus abbas cum Friderico maioris ecclesie preposito ab ea dissentiens obstitisset, immo nisi Dominus hunc meliori tempore infulandum distulisset. Cum tamen electi honorem aliquamdiu teneret, nec tamen pars adversa cederet, quin[g] potius, quod solum rationis habebat, subdiaconum minime episcopandum canonum auctoritate assererent[2], causa ad Lotharium imperatorem perlata, et potius suadente quam imperante, descendit sponte. Post annos 7 et menses 10 et dies 20 defuncto Nortberto, Conradus iterum a clero et populo eligitur et a Lothario imperatore[h], ut predictum est confirmatur.

Ex[i] nobili genere fuit natus, scilicet ex patre Gevehardo[k], qui nepos extitit eiusdem Lotharii imperatoris, et ex matre Oda nomine[a] consanguinitati procerum de[l] Ammenesleve iungebatur[3]. Factus autem episcopus obtulit de hereditate sua ecclesie sibi commisse 8 mansos in villa Oreslavo[4] dicta et viniculam[m] in eadem villa consistentem cum quatuor mansis ad eandem pertinentibus[n.5]. Secundo ordinationis sue anno Heinricus marchio, *cf. A. Magd. et Ann. Sax. a. 1136.* qui et Magdeburg comes fuit, obiit, et prefecturam urbis, quam ipse tenebat, fratri suo Burchardo[o] commisit, pro qua ipse tradidit ecclesie de proprietate sua tantum prediorum, unde singulis annis utilitas 30 talentorum proveniat. Tercio ordinationis sue anno cum imperatore *1136.* perrexit in Italiam, et propterea tulit de ecclesia 52 libras auri, quadrantem et pondus 8 denariorum auri in usus suos adsumpsit cum consilio et consensu cleri et comitum Rodolfi[6] et Bernhardi[7] ceterorumque laicorum tam nobilium quam ministerialium, qui presentes erant, ita ut equali estimatione ecclesie restitueretur. Acta sunt hec 4. Nonas[p] Augusti anno Domini 1136[8].

Igitur imperator Italiam circumeundo pertransiens, Apuliam intravit et ad Baram[q] *cf. Ann Sax et A. Magd. 1137.* civitatem devenit, ubi in die sancto penthecostes[r] dominus apostolicus presente imperatore missam cum magna gloria celebravit, et in ipsa ebdomada in sabbato quatuor temporum, *Mai. 30. Iun. 5.* ipso domino apostolico precipiente, in eius presentia idem archiepiscopus de clero multitudinem maximam ad sacros ordines promovit, satisque placuit eidem apostolico aliisque presentibus devotio archiepiscopi in divino ministerio[s] et ordo rationabilis sue ecclesie ad sacros ordines suscipiendos. Imperator abinde reversus, Trientinam[t] veniens, festum sancti Martini celebravit gaudens et ibidem infirmari cepit; dum vero[u] cottidie languor ingravesceret, nec ob hoc iter suum intermisisset, tandem prevalente mortali egritudine,

a) *deest B.* b) *sic A, Ann. Saxo;* XL *B.* c) Sleswich *B* 1; Slieswich *B* 1ª. d) et per *add. B* 1ª. e) Adelgoto *post suppl. B* 1, *et sic ceteri B.* f) Rockardo *B* 1 *semper.* g) quando *A* 1—1ᶜ. h) rege *B.* i) Ex — iungebatur *des. B* 4. 4ª. k) de Querenvorde *add. B.* l) *deest A.* — Ammensleve *B* 1. m) muculam *A* 1; viculam *A* 2. 2ª; ulculam *post corr.* viniculam *B* 1, *et sic reliqui codd. B.* n) pertinentem *B.* o) Burgardo *B.* p) Idus *B* 1ª. q) *post e* Barum *corr. A* 1; Barum *A* 2. 2ª. r) penthecosten *B* 1. s) officio et misterio *B* 3. t) *sic B, Ann. Saxo, Ann. Magd.;* apud Tr. *A.* u) *sic B, Ann. Magd.;* dumque *A.*

1) Rem accuratius demonstrat Ann. Saxo p. 658, mortem b. Brunonis commemorans. Sequentia de Odae matris genere minus recte dicta infra l. 26. notitia aliunde deprompta corriguntur. 2) V. supra p. 408, n. 9. 3) Genealogiam Ann. Saxo p. 685. prolixius exponit. 4) Uhrsleben. 5) Diplomata his de rebus certe perierunt. 6) Minoris de Stade. 7) de Ploetzke. 8) Charta etiam deperdita est; rem scriptis mandatam fuisse, demonstrant verba: *Acta sunt hec* etc.

cf. Ann.Sax. A. Magd. 1142. apud Breduwan villam in faucibus Alpium constitutam obiit* anno Domini 1138[a], 3. Nonas Decembris, Conradus autem archiepiscopus ad sua reversus, obiit anno 1142, 6. Nonas Maii.

Hic ordinavit Wiggerum Brandeburgensem episcopum 13. et pallium ab Innocentio papa II. habuit.

CONTINUATIO PRIMA.

28.[b] Fridericus 15. archiepiscopus cepit anno Domini 1143. et sedit annos 9, menses 8, dies 7, et obiit anno[c] Domini 1152. Pallium habuit a Celestino papa illius nominis II, et 12 mansos ecclesie comparavit[1].

[Anno Domini 1152.]

29. Wichmannus** 16. archiepiscopus cepit anno Domini 1152. et[d] obiit anno Domini 1193, Kal. Septembris[2]. Pallium accepit a papa Eugenio III.*** Hic ordinavit Wilmarum 14, Sifridum 15. et Balderamum 16. et[d] Allexium 17. Brandeburgenses episcopos. Hic fuit potencior, quam unquam aliquis archiepiscopus fuerit[e] in civitate Magdeburgh. (cf. Schöppenchr. p. 118.) Nam ipse fecit primo uniones institorum, pannicidarum et[f] cet., et bis in anno monetam innovavit, que prius non fiebant, et plura statuta et exactiones imposuit, quorum nonnulla adhuc servantur[3]. Hic cepit Oldenhaldesleve[g] et fregit[4.]†. Huius tempore civitas Magdeburgh[h] combusta est

*) *Hic B 3. 3[a] paucis verbis ex Ann. Reinh. interiectis inserunt:* (Sächs Weltchr. p. 209) Anno Domini 1138. Lotharius, dux Saxonum, imperator fundavit monasterium Sancti Mauricii Sanctique Cristofori in Homborg et predictum monasterium in Luttere, ubi est sepultus. Luderus rex eciam habuit filiam Hinrici qui dicebatur Pingwis; hic fundavit claustrum in Bursfelde. Et marchionissa de Brunswig nomine Gertrudis habuerunt filiam unam Rixan nomine[5], que filia copulata est matrimonialiter duci Bavarorum, fratri[i] ducis Welponis, et cum ea dedit sibi ducatum Saxonie, et illud contingebat[k] in curia regis in Merseburg; et tandem post mortem Hinrici Pingwis marchionissa, uxor eius, scilicet Gertrudis, accepit matrimonialiter Theodericum comitem de Cathelinburg, qui fundavit cenobium in Eymbeke. Hii genuerunt Theodericum iuvenem. Hic castrum suum Cathelinburg confecit in claustrum.

**) Hic fuit comes palatinus Reni *add. B 4[a].*

***) *Hic add. B 4 in marg., sed omnia fere abscissa, et B 4[a]:* (cf. Schöppenchr. p. 117 sqq.) In[6] eleccione canonici non poterant concordare, ideo Fredericus rex primus, Swevorum dux, recepit Wichmannum episcopum Czicensem et fecit eum archiepiscopum Magdeburgensem per fors. Hic Wichmannus erat de magna progenie Bavarorum et Saxonum; pater eius Gero comes de Seborch, mater eius Mechildis, soror Conradi comitis de Misen, qui monasterium Sancti Petri fundavit prope Hallas. Hic addidit episcopio Lebechun, Beyersnuenborch cum omnibus attinenciis, que cesserunt ei iure hereditario. Ipse vicit Iuterbock cum attinenciis, ponens ibi rusticos, quos fecerat censuarios ecclesie Magdeburgensis; fundavit monasterium in Czynna, addidit Ergsleve[7] et Monchennienborch, quos emerat a cesare Frederico, dans cesari Schoneborch prope Renum; edificavit curiam in Konre. Anno Domini 1156. hic Wichmannus cum aliis principibus cepit Brandeburg. Anno 64. post villa Krakow primo inhabitabatur; et Slavi tunc temporis multos christianos ceperunt iuxta Mekelenborch.

†) *Hic B 4 in marg. et B 4[a] add.:* (cf. ib. p. 119 sqq.) Castrum Nyendorp anno 1167; postea reedificatur adiutorio ducis Hinrici, qui posuit ibi unum nobilem raptorem nomine Bernt van der Lippe, qui multas et varias vexaciones episcopio Magdeburgensi fecit. Ideo Wichmannus iterum civitatem obsedit a festo purificacionis usque in diem sancte crucis; tunc enim cepit civitatem et fregit castrum et rediit Magdeburg gloriose anno 1181. Et post filius huius Frederici nomine Hinricus inpheodavit Wichmannum cum Haldesleve pro vero feodo, quam ceperat a duce Hinrico Brunswicensi, et sic adhuc est episcopii. *Huc etiam trahenda et ante* anno 1181. *inserenda videntur quae*

a) *sic minus recte codd.* b) *sequentia des. folio exciso B 1.* c) a. D. *des. B 3.* d) *deest A 2.* e) fuit *B 4.* f) *ita B 4;* etc. *alii codd. om.* g) Haldensleyben antiquum *B 3.* h) *deest B 4.* i) fratre *codd.* k) contigeb. *codd.*

1) Charta eius donationis non invenitur. 2) Potius 1192, d. 25. Aug. 3) Multo post illas res auctorem scripsisse apparet. 4) Hic certe auctor noster omisit nomen castri Neindorf, nam cum omnes alii fontes tum Annales Magdeburgenses Haldensleben et Neindorf nominant. 5) Quomodo locus hic emendandus sit, Weiland in editione chronicae Saxonicae demonstravit; v. SS., 'Deutsche Chron.' II, p. 209, n. 2. Chronicam haec ex Ann. Stadensibus petiisse, Weiland ibidem dicit. 6) Haec et alia sequentia quae codd. B 4. 4[a] addunt, cum Chronica scabinorum concordantia, quae ex quodam vernaculae linguae libro esse translata nemo non videt, manasse videntur ex ampliore Gestorum archiepiscoporum continuatione, quam saec. XIII. scriptam esse, iam L. Weiland suspicatus est, 'Forsch.' XIII, p. 188—196. (Potius de prima Chron. scab. redactione cogitandum esse puto. H.-E.) 7) Chr. scab. et St. 4075: *Frekeleve.*

quasi tota a valva Scrotdorp[a.1] usque ad Albeam, ita quod eciam molendine[b] in Albea fuerunt
combuste[2].* 1192.
30. Ludolfus 17. archiepiscopus cepit anno Domini 1194.** Hic pallium habuit a cf. Schöppenchr p. 122. 128.
papa Celestino III. Hic acquisivit ecclesie Hunoldesborgh cum suis attinenciis territoriisque[c] Sachs. W p. 237.
et hominibus, item castrum Scrapelowe[3]. Ipse construxit castrum Somerschenborgh[d], fregit 1202.
Werberghe et succendit Helmstede[e]. Hic fecit in civitate unionem clippeatorum, que dicitur Iun 5.
'de schilder-innighe'[f.4]. Huius tempore anno Domini 1202, feria quarta penthecostes[g] in villa cf. Schöppenchr p. 129. 125.
Essevik[h] prope Stendal fulgur de celo percussit plebanum et amputavit ei brachium

*corrector cod. B 4a nomine Hardewici episcopi seductus perverse supra, ut p. 401, n. *** indicatum est, in margine adiecit:* Huius in tempore, scilicet anno 1168, Cristianus archiepiscopus Moguncie, cui Paschalis papa solebat scribere: 'Christiano christianissimo sedis apostolice legato, imperialis aule cancellario et Romane ecclesie filio fidelissimo, salutem et apostolicam benedictionem'. Hic cum Brabantinis per Longobardiam et Tussiam omnia depopulans, Bononienses invasit; sedens in equo, indutus thorace et desuper tunica iacinctina, habens in capite galeam deauratam et in manibus suis habens clavam trinodem, dicitur stravisse 9 homines propria manu, et 28 melioribus[i] illius terre dentes manu propria excussit. Sequenti die post victoriam indutus pontificalibus celebravit solempniter divina; astabant ei 300 milites, omnes monachi apostati et fere tot moniales eius secte, et preclare cantabant: *Gaudeamus omnes in Deo d. f. c.* in honore Tebeorum martirum, epistola: *Sancti per fidem*, euangelium: *Cum audieretis prelia*. Postea ipse et sui, acceptis obsidibus et infinita pecunia cum multa preda, obsedit quasi duobus annis Anchonam. Hic fuit Turingus, discretus, facundus, largus, illustris, loquens Latina, Romana, Gallica, Greca, Appulica, Lumbardica, Brabantica lingua et materna. Nulla urbs ei resistere audebat. Hec in cronica Bremensi sub Hardowico II. archiepiscopo[5].

*) *B 3 et 3a hic addunt:* Et hii patres venerabiles et devoti, Wichmannus archiepiscopus Magdeburgensis, Hartwicus marchio Brandenburgensis, prepositus ecclesie Magdeburgensis, postea ecclesie Bremensis archiepiscopus, Anselmus Havelbergensis ecclesie episcopus, Richildis marchionissa, mater eiusdem Hardewici, fundaverunt cenobium in Ierichov in honore sancte Marie virginis et sancti Nicolai episcopi et confessoris; unde Fredericus rex Romanorum ad penthecosten curiam suam Merseburg habuit, quo rex Danorum cum regiis muneribus veniens, regnum ab eo suscepit; ubi eciam gravis discordia inter Hinricum Saxonum ducem et Adelbertum marchionem oritur; quibus inter se hostiliter postea dimicantibus, opulentissima villa, scilicet Ostirroth, mire pulchritudinis edificium in Lutrede pleraque castella ac ville quam plurime devastantur. Item idem Wichmannus archiepiscopus fundavit monasterium ad Czennam in honore beate virginis Marie iuxta Iutirbog. Item fundavit monasterium canonicorum regularium sancti Augustini in honore sancti Mauricii in opido Hallis; item[k] monasterium Sancti Georgii prope Hallis, ut dicitur[6]. — *B 4. 4a. add.:* et hec anno 1180. — *B 5 add. haec:* Hic anno Domini 1170, regiminis sui vero anno 18, fundavit monasterium Czennense ordinis Cisterciensis, diocesis Brandenburgensis, et monasterium Sancti Mauricii opidi Hallensis, in quo locavit canonicos regulares; et anno regiminis sui 19. fundamenta cuiusdam opidi prope claustrum Czennense posuit, cui civitatis iura dedit, nomen Iuterbock ei imponens, que hodie in ista parte terre metropolis habetur.

**) *Hic B 4 in margine et B 4a add.:* Hic Ludolfus van Cloppenstede[l] simplicis parentele illius ville. ib. p. 122.
Hunc eius parentes in Halberstad scholis applicuerunt pro studio. Hic venit Parisius, visitans scholas ibidem 20 annis, socius sancti Thome de Cantuaria; dum de studio ad partes rediit, Wichmannus fecit eum scholasticum et impetravit ei canonicatum, fecit eum decanum; qui mortuo Wichmanno factus est archiepiscopus. Eo tempore mortuus est Hinricus dux Brunswicensis, cuius filius fuit palestinus[m] Reni; inimicabatur ecclesie Magdeburgensi; ipse cepit 'de Somerschenborch'[n] et fregit eam et potenter ivit absque resistencia usque Calvis; post hec Ludolfus archiepiscopus — homo crassus — in curru vehebatur; virilitatem accepit; redificavit 'de Somerschenborch'[n]; ipse fregit Werberghe, incendit Helmstede et circumquaque devastavit usque Brunswik. Huius
Ludolfi tempore Philippus et Otto hostiliter se mutuo habuerunt pro imperio, de quo vide in ib. p. 124.
fine huius libri in cronica multa notabilia[7]. Huius in tempore Hinricus van Glynden decanus ib. p. 127.
ecclesie Magdeburgensis tendens ad regem Philippum, cui obviavit Gherardus de Querforde, qui decano eruit oculos; causa fuit: decanus instetit habere[o] cancellariam apud regem, quam pro

a) Schrottorp *B* 4. 4a; Strodorum *A* 2. b) molendina in A. constructa f. combusta *A*; e. q. molendina in A. f. combusta *B* 4. 4a. c) que *deest B* 3. d) Somersborg *B* 1a. e) Helmenstet *A* 1—1d; Helmstet *A* 2. f) inighe *B* 1a. 3; der schilder ynninghe *B* 4. 4a; der schilder inninge *Chr. scab.* g) in penthec. *B* 4. 4a. h) Esseuick *vel* Essenick *B* 1a. 4. 4a; Essemek *B* 3; Hessewigk *A*; Ossemer *Chr. scab.* i) meliores *c.* k) item — Hallis *des. B* 3a. l) *sic B* 4; Hoppens. *B* 4a. m) *sic B* 4. 4a *semper fere.* n) Somerborch *B* 4a. o) *deest B* 4a.

1) Cf. Chr. scab. p. 120, n. 1. 2) Chr. scab. sequitur hoc loco Annales Magdeburgenses ad a. 1180. 3) Cf. Reg. Magd. II, nr. 614. 4) Chartam a. 1197. vide Reg. Magd. II, nr. 87. 5) Eadem invenimus ad a. 1172. apud Albert. Stad. et in Chron. archiepp. Brem. ex Ann. Stad. compilata, ex qua haec sumta esse videntur. 6) Notitiis his certe monachus quidem Praemonstratensis ordinis auxit Gesta, cuius codicem B 3 in Ierichow monasterio scriptum esse constat. 7) Cf. praef. p. 366, n. 8. Gesta Ottonis narrantur f. 433. et 433'. codicis 138. bibliothecae gymn. cathed. Magdeb.

unum, cum sederet et figellaret[a] villanis suis, percussit eciam 24 homines[b] ad mortem in ipsa chorea[1]. Hic ordinavit Norbertum 18.[c] episcopum Brandeburgensem. Et sedit annis 15.*

1206. [Anno Domini 1209.]

31. Albertus** 18. archiepiscopus cepit anno Domini 1209. Hic pallium suum[d] suscecf Schöpp. p. 134. pit a papa Innocencio III. Hic[e] caput sancti Mauricii adduxit ad ecclesiam Magdeburgenib. p. 147. sem et digitum sancte Katherine. Hic constituit canoniam in ecclesia sanctorum Petri et Pauli in Nova civitate Magdeburgh[2]. Sub huius archiepiscopi tempore fratres Minores recepti sunt in Magdeburgh ad edificandum, et positi sunt primo in Nova civitate super fossatum Veteris civitatis, quod fuit anno Domini 1225***, et ibi sederunt quinque annis[f], et postea translati sunt ad Latam plateam Veteris civitatis, ubi adhuc resident. Sub eiusdem archicf. ib p. 146. a. 1224 episcopi tempore eciam fratres Predicatores venerunt ad civitatem, et primo locati fuerunt in Nova civitate, ubi nunc[g] est monasterium Sancte Agnetis, anno Domini 1228, et ibi sederunt per unum annum, et tunc translati sunt apud Sanctum Sebastianum, ubi adhuc morantur. Hic eciam archiepiscopus locavit moniales ad Sanctam Agnetem, que antea sederant apud[h] Sanctam Gertrudem prope monasterium monachorum in Monte. Tempore eiusdem[i] ib. p 147 a 1230. archiepiscopi institutum est claustrum monialium ad[k] Sanctam Mariam Magdalenam anno ib p. 131. Domini 1220[1], ubi prius fuerat castrum burgravii†. Huius eciam archiepiscopi tempore, 1207. Apr. 20. anno primo in die parasceues factum est incendium[m] magnum in civitate Magdeburgh, quod incepit in Lata platea; et volavit ignis[n] super ecclesiam sancti Iohannis, que cum turribus et omnibus campanis preter unam fuit conbusta††. Tempore eciam[n*] eiusdem archiepiscopi ib. p 151. Sachs W. p. 242 circa finem sui temporis dominus abbas Nyenburgensis combustus[3] fuit, et abbatissa[o] Quedelingburgh nomine Sophia repulsa fuit et eiecta de castro pro suis delictis. Eodem tempore capta fuit civitas Quedelingburgh a comite Hogero de Valkensten†††. Circa idem

tunc habuit frater huius Gerardi; non longe post cancellarius occiditur in Herbipoli, et Gerardus cf Schöpp. p. 128. statim obiit subitanea morte[4]. Hic Ludolfus destruxit castra raptorum; emit multa ad ecclesiam, scilicet[p] Schraplaw, Brunstede, Langhebuw cum omnibus attinenciis.

ib a. 1205 *) *B 4 in margine, et B 4ª add.:* Hic Ludolfus anno[q] 1208. cepit infirmari in Berga; ducebatur in suam curiam in civitate; abbas inunxit eum, et infirmus erat a Iacobi usque assumpcionem Marie. In hoc tempore semper predicavit bona docendo qui ei affuerunt; tandem extendit manus eius versus celum orando, et circumdedit eum lux de celo, in illa luce obiit, et sepultus est ante altare sancti Thome.

**) de Keverenberch comes *add. B 3;* hic fuit nobilis de Kevernburg *add. B 4. 4ª.*

***) *B 4ª add. in marg.:* et tunc ibi primitus incepit ordo sancti Augustini de penitencia.

†) *B 3 add.:* Idem eciam archiepiscopus construxit et instituit monasterium sanctimonialium ordinis Cysterciensium sancti Georgii anno Domini 1231, *quod in aliis codd. infra in fine gestorum Alberti sequitur.*

††) *A add.:* Et ecclesia nostra[5] Magdeburg fuit etiam exusta.

ib. p. 129. †††) *B 4. 4ª in marg. et foliis assutis haec add.:* Tempore Ludolfi archiepiscopi fuit nobilis ille Thuringus Conrad de Kevernborch[r. 6] et Agnes, filia comitis de Czorbeke[7], eius uxor, habentes filium unum nomine Albertum et filiam, quam Ghevert de Qwerforde duxit in uxorem. Hic Albertus studuit in Hildensem; cui Conradus cancellarius regis Philippi impetravit canonicatum in Magdeburg. Ludolfus archiepiscopus hunc Albertum totondit et fecit eum accolitum; tunc flevit hic iuvenis, cui cancellarius prophetica voce dixit: 'Noli plorare, quia post hoc efficieris hic archiepiscopus'. Post idem studuit Prage[8]; interim fuit electus in prepositum ecclesie Marie in Maguncia. Post obiit Richardus prepositus Magdeburgensis in expedicione Terre Sancte, et discordia facta in eleccione prepositi, tunc Hermannus de Landesborch scholasticus Magdeburgensis cum hoc Alberto venit ad papam Innocencium III, qui dedit Alberto prepositaram, quia bene litteratus fuit, et

a) vigell. *B 3. 4.* b) usque *add. B 3. 3ª.* c) 16. *B 4.* d) *deest B 4.* e) et *add. B 1ª.* f) per quinque annos *B 3.* g) modo *B 3.* h) *B 1 pergit f. 52; cuius scribendi rationem retinuimus, quamvis praesertim in nominibus propriis minime sibi constantem. (Ipsum huius partis auctorem hunc codicem exarasse puto. H.-E.).* i) Temp. eciam eiusdem inst. e. monasterium sanctimonialium *B 3.* k) apud *A 1ª—1ᶜ.* l) Moniales *minio in marg. B 1.* m) Magdeb. *add. sed del. B 1, ubi minio in marg.:* Incendium civitatis et turris Sancti Iohannis. n) *loco* ignis — campanis *B 3:* ign. super turrim Sancti Iohannis et ecclesiam eius que cum omnibus campanis. n*) *deest A.* o) in *add. B 3.* p) quia *codd.* q) *deest B 4ª.* r) Berveb. *B 4ª; nomen cum quadam parte huius narrationis abscisum est B 4. B 4 et 4ª scribendi rationem satis mendosam etiam retinuimus.*

1) G. Hertel in 'Forschungen' XIX, p. 218. coniecit, haec chronico antiquo episcoporum Brandenburgensium deperdito tribuenda esse. 2) De nominibus et locis vide quae in editione Chronicae scabinorum annotata sunt. 3) Error hic iam Weilandio ansam praebuit, ut auctorem quaedam gesta archiepiscoporum vernacula lingua scripta in Latinum vertisse crederet; pro voce *geblent*, quam 'Sächs. Weltchr.' et Chr. scab. habent, legisse videtur *gebrent*. 4) Rem Chronicon Montis Sereni, SS. XXIII, p. 168, similiter, interdum iisdem verbis narrat. 5) i. e. ecclesia maior; Chr. scab. et Chron. Montis Sereni eam solam cum 'claustro' combustam esse tradunt. 6) Perverse *Conrad* pro *Guntherus*. 7) Pro *Sarabrucke*. 8) Chr. scab.: *to Paris*.

tempus rupte sunt catharacte celi[a], et in tantum inundaverunt aque in Hilbelgherode, quod cf. Schöpp p. 125.
plura oppida et ville, videlicet Wymoldesburgh, Ysleve, Seburgh cum villis circumiacen- Sächs. W p. 243.
tibus, diluvio sunt submersa. Multi eciam homines, qui se salvari credebant super arbores, cf. Schöpp. p. 124
cum ipsis arboribus ceciderunt et perierunt. Eodem tempore vel circa Philippus rex habuit Sächs. W. p. 237.

dominus Ludolfus adhuc eum defendit. Post studuit Bononie; interim obiit archiepiscopus Ludolfus, Schöpp. p. 130 sqq.
et tunc electus fuit concorditer in archiepiscopum Magdeburgensem, eo defendente rege Philippo.
Unus annus preterit, antequam consecrabatur in episcopum. Illo tempore Wilhelmus comes de
Luneborch, filius ducis Hinrici de Brunswig — huius Wilhelmi cingulo[b] propter eius pingwe-
dinem 4 alii viri simul cingebantur — hic die Iacobi circumdedit Lichtenberg, quod prius 1206. Iul. 25.
habuerunt comites Hermannus et frater eius Hinricus van Hartesborch captum a rege Ottone.
Postquam famem paterentur, mittebatur ad electum, scilicet Albertum, qui lantgravium Thuringie
Hermannum et Didericum marchionem Mysnensem habens in adiutorium, potenter venit, depellens
Wilhelmum ab obsidione. Post hec Albertus venit Rome et ibi in quatuor temporibus in adventu, 1206. Dec. 23.
dum cantatur: *Veni et ostende*, consecratur in sacerdotem et factus cardinalis, cuius titulus
Nerei et Achillei martirum; deinde dominica die, que tunc in vigilia nativitatis Christi fuit, in
episcopum consecratum cum magno honore, primus inter omnes qui consecrati sunt[1]. Hic at-
temptavit graciam impetrare regi Philippo a papa et non potuit; et sic festo palmarum Magde- 1207. Apr. 15.
burg venit, receptus, ut decuit; die cene consecravit crisma et intronizavit penitentes. In 19. 20.
bona sexta feria, in meridie ignis erumpens in Lata platea, cuius flamma usque ad summam
ecclesiam se extendit[c], ut totum monasterium, ecclesia cum turribus, refectorium, dormito-
rium, cecidit cum omnibus campanis, licet in tota Saxonia meliores campane non erant. Reliquie
et ornatus Dei cum adiutorio deportatum fuit in tutum locum; cuius ecclesie casum beata
Elizabet audivit, quia retulit eius marito coniacentibus in lecto in Wartperg[2]. Huiusmodi
factum domini de capitulo computarunt evenisse propter eorum demerita et peccata. Multi prin-
cipes et domini, qui ad intronizacionem archiepiscopi venerunt, ex hoc omnes conturbati fuerunt.
In die pasche consecravit idem dominus Albertus in monasterio beate Marie virginis[3]. Eo die Apr. 22.
post mensam[4] dedit dominus Albertus van Besenrode decanus centum marcas puri argenti ad
reedificacionem ecclesie; alii principes et domini promiserunt omni anno dare ad edificium, vix
promissum servantes per unum annum. Post hec papa Innocencius III. misit in Almaniam epi-
scopum Hostiensem et Leonem cardinalem ad concordandum disturbium inter Philippum et
Ottonem; qui venientes Magdeburg, cum eorum auxilio archiepiscopus Albertus posuit funda-
mentum nove ecclesie[5], que adhuc est. Post hec bene concordarunt ambo reges, Philippo
manente rege. Post hec Philippus curiam suam habuit in Babenberg; post illam curiam feria
sexta ante Iohannis baptiste palestinus de Wittelingenbach interfecit Philippum in bona fide[6]. 1208. Iun. 20.
Quidam putarunt, et Albertum archiepiscopum cum fratre suo[7] fore conscium illius mortis;
quod tamen non fuit, quia solempniter se expiavit coram papa. Anno post marschalkus regis 1209.
Philippi reoccidit palestinum. Et tunc rex Otto [et[d] dominus Albertus] concordarunt mutuo prope
castrum Sommerschenborch, ubi dietam celebrarunt. Albertus advocavit Halverstad principes
Saxonum, rogitans eos, ut Ottonem secum haberent pro electo rege; quod factum fuit, quia die Iul. 25.
Iacobi eum elegerunt Halverstad, ducentes eum in Francfort, ubi advenerunt alii electores, qui
omnes in eum concordarunt, licet eum post quatuor annos abiecerunt. Hic IV. Otto de Brunswig 1209.
curiam celebravit in Brunswig cum omnibus principibus; ubi Albertus archiepiscopus cantavit missam,
infra missam excommunicavit Tidericum marchionem Mysnensem, ducens eum extra ecclesiam
coram omnibus, tam rege quam principibus. Statim post Otto rex cum Alberto venerunt Romam,
ubi rex coronabatur, archiepiscopus magnam comitivam militum et nobilium secum habuit,
honorem cesaris maxime faciens. In reditu autem facte sunt insidie inter imperatorem et archi-
episcopum, ut Albertus se licenciavit ab imperatore, et venit in civitatem Agauno, ubi martirium
passus est sanctus Mauricius cum suis; ubi impetravit yliam[8] sancti Mauricii et digitum sancte
Katharine et brachium sancti Vitalis, quem mire ornari cum auro fecit; expost per terram
comitis Sabaudie transitum fecit; tandem in vigilia sancti Nicolai Magdeburg venit. Interim Dec. 5.
Otto imperator venit Pulle et invasit multam terram Frederici regis Cicilie[e], filii Hinrici regis, et
dominam Mechildem[9] similiter invasit; ideo papa misit litteras omnibus principibus, ut imperatorem
Ottonem informarent restitucionem Frederico facere, qui adhuc iuvenis erat, cuius tutor papa
fuit; nihil tamen iuvit. Post idem papa Innocencius IV.[f] excommunicavit Ottonem, ubique dirigens 1210.
litteras excommunicacionis; cuiusmodi litteras binies archiepiscopus Albertus non recipere curavit;

a) Diluvium fuit *minio in marg. B* 1. b) cingulus *B* 4[a]; *in B* 4 *absc.* c) extendunt *B* 4. d) et dom. Alb. *des. B* 4. 4[a]. e) Cecilie *B* 4[a] *semper.* f) *lege* III[us].

1) Chr. scab. p. 131: *und he was de erste erzebischop to Magdeborch de sik to Rome wien leit,* respectu certe privilegii antiqui, de quo vide supra p. 393, n. 2. 2) Chr. scab. tacet de ea visione. 3) Inde elucet, ecclesiam hanc fuisse conservatam a flammis; cf. supra p. 418, n. 5. 4) Chr. scab.: *na missen.* 5) Scilicet: maioris. 6) Cf. Chr. scab. p. 132, n. 8. 7) Chr. scab.: *bischop Egkbrecht und sin broder de markgreve van Andessen.* 8) *hovet* Chr. scab. 9) Chr. scab.: *und greip ok vruwen Mechthilde an.* 'Sächs. Weltchr.' p. 238. habet: *He underwant sic oc des landes, dat man het vrowen Mechtilde lant.*

magnam curiam in Magdeburgh, ubi ipse rex incessit coronatus, similiter et regina; fuerunt eciam ibi multi principes comitantes regem; et apud reginam meruit domina abbatissa de Quedelingburgh graciam, et ducissa Saxonie cum aliis nobilibus dominabus[1]. Contra hunc Philippum electus est in regem Romanorum[a] Otto de Brunswich, qui regnavit annis 10. Hic itaque Albertus archiepiscopus[b] ordinavit Baldewinum 19, Sifridum 20, Gevehardum 21.

cf. Schöpp p 135 sqq. tercia vice peciit eum papa, ut, si non excommunicaret Ottonem, ipse vellet spoliare[c] eum
1212. dignitate et officio. Post hec Albertus cantavit missam in die beate Marie virginis in monasterio
Feb. 2. beate Virginis et obedivit mandatis pape excommunicando imperatorem coram omni populo.
Mart 25. Post pascha palatinus Reni cum ceteris quibusdam principibus expedicionem collegit prope
Halverstat contra Albertum de Keverenberg archiepiscopum, et dederunt eum in bannum cesaris[2].
Hic episcopus illac misit Gevehardum de Qwerforde, qui eius, scilicet Alberti, sororem habuit,
ut excusaret archiepiscopum; qui litteras ostendere voluit, quidquid archiepiscopus fecisset, vi
obediencie[d] compulsus fuisset; litteras autem videre noluerunt; unde multa incommoda nostre
terre venerunt. Archiepiscopus querens consilium pape et aliorum principum, qui se propter excom-
municacionem sequestrarunt a cesare, scilicet Sifrido Maguncie archiepiscopo, Hermanno lant-
gravio et Adokaro rege Bohemie, qui in unum habuerunt se federantes in Nurenberg. Anno
1212 Ottonis 4. eligitur contra eum Fredericus rex Cicilie etc., ut patet in suo loco usque: *prope*
ib p.138sqq *Salbeke, incendio circumquaque destruxit et tunc pompose rediit Brunswig*[2]. Albertus eciam
1213. domi tendebat in Hayne[3]. Post hec die Iohannis baptiste voluit archiepiscopus navigio venire
Jan. 25. Magdeburg in Albea, ubi tunc cepit eum Fredericus von Karte[4]; duxit eum in castrum Grune-
berch; et tunc interdictum undique ponitur[e]. Borchardus borchgravius cum civibus armata manu
violenter circumdederunt idem castrum Gruneberch et tantas instancias per sex dies absque pausa
fecerunt cum machinis et aliis, ut compulsi eis dederunt captum eorum archiepiscopum libere.
Otto autem volens idem castrum defensare et archiepiscopum inde reducere, sed tarde venit;
sed venit cum exercitu suo prope Insleve, incendit quidquid extra civitatem fuit, molendinas
episcopi et villam Iudeorum, Vrose et suburbium civitatis, scilicet ubi nunc est parrochia sancti
Iacobi, Petri et sancte Katherine[5]. Eodem die venit ad civitatem archiepiscopus, quo iam dampnum
Iun. 24. factum fuit. In nocte sancti Iohannis surrexit Ghevert dapifer ecclesie Magdeburgensis cum suis
et incendit castrum regis Walbeke, quod erat latronum mansio, et vicit castrum Hundesborch;
Aug. 15. quod Otto collecto exercitu rehabere voluit; sed sui tantum vulnerati erant, quod compulsus
recessit. Post idem Otto, magno collecto populo, venit contra Halle in festo assumpcionis Marie,
ubi Hallenses dederunt ei beniveniatum[f] vulnerando et occidendo suos in tantum, quod sine honore
recessit. Post debellare voluit Hermannum Turingie lantgrafium, ubi idem similem [habuit[g]
sortem]. Post hec 'czu Francfort'[6], ubi Fredericus[7] sibi obviam venit cum 2000 militibus et vicit
eum, quod Otto vix affugit. Item idem dapifer Gevart[8] studiose vicit Gruneberch in una nocte,
1213. cuiusmodi castrum archiepiscopus inpheodavit sibi ad vitam suam. Post hoc Fredericus potenter
venit habens 6000[9] robustorum equitum; tam amicis quam inimicis intulerunt dampna, circum-
dederunt Qwedelingburg, licet nichil profecerunt. Otto enim amovit virgines et ibidem milites
locavit, qui magnum periculum in regionibus fecerunt. Exercitus Frederici propter penuriam
victualium, quia hiemps fuit, recesserunt nichil proficiendo, nisi quod marchio Mysnensis fideli-
tatem Frederico promisit et iuravit ac[h] statim Ottoni diffidavit; sed post recessum Frederici Otto
1217. seva exercuit ut ante. Anno post castra metatus est prope Calve idem Otto et invenit vadum
per Albeam et incendit regionem usque ad Havelam[i]; ei adiuvit marchio Brandeburgensis; venit
ante civitatem Borch hostiliter, volens eam expugnare; dapifer autem et borchgravius Magde-
burgensis inibi erant cum ceteris baronibus impedientes, ymmo repellentes. Post venit ante
Nigrip et Louborch[10], ubi receptus fuit a sagittariis et aliis, quod multi de suis moriebantur.
Interim crevit Albea, quod per vadum competenter redire non poterant, sed multi eorum sub-
mersi sunt. Episcopus illud vituperium sibi per Ottonem factum innotuit cesari Frederico, qui
potenter venit. Otto hec audiens, similiter potenter suos adunavit et venit prope Hamersleve,
ubi castra metatus est; dux autem Albertus et marchio Brandeburgensis nomine eciam Albertus
spoliaverunt et incendio undique vastabant. Imperator Fredericus venit per Hartonem iuxta

a) Romanum *A*. b) episcopus, *post superscr.* archi *B* 1. c) e. s. *B* 4[a]. d) abire *B* 4[a]. e) paritur *B* 4[a]. f) benv. *B* 4[a]. g) *haec des. codd.* h) et *B* 4[a]. i) Havelanti *B* 4[a] *pro* Havelam ei.

1) Rerum harum ordo temporis nimis turbatus est. Curia a Philippo rege Magdeburgi habita cum 'Sächs. Weltchr.' a. 1199. tribuenda est; restitutio abbatissae Quedlinburgensis tantum post expulsionem eius supra memoratam, tempore Friderici imperatoris (1223) Chronico Montis Sereni teste factam, ponenda est. Inundationem commemorat Chr. scab. ad a. 1203, 'Sächs. Weltchr.' ad a. 1222; excaecatio abbatis Nienburgensis a Chronico Montis Sereni a. 1219. tribuitur. 2) Haec verba mutato ordine leguntur f. 433' cod. 138. bibl. gymn. cath. Magdeb. 3) *to dem Hagen* Chr. scab. Potius *Hoym* quam illa Hagen prope Gommern et castellum Magdeburgense eius nominis, de quo Janicke monuit. 4) Chr. scab. eum 'van Kare' appellat. 5) Murus novae civitatis, ut infra patet, a. 1231. factus est, igitur quae hic commemorantur non ante eum annum scripta esse possunt. 6) Chr. scab.: *darna toch he to Frankrike*. 7) Ita male pro: *Philippus (rex Franciae)*. 8) Qui antea Ghevert dictus est, infra Gherardus. 9) Chr. scab. 60000. 10) Rectius quam Chr. scab.: *und leit Borch.*

Brandeburgenses episcopos. Hic anno Domini 1229. intelligens, quod Iohannes et Otto marchiones Brandeburgh adhuc iuvenes[1] validam de partibus Slavie miliciam conduxis- [1229.] sent, festinato ministerialium suorum collecto excercitu, eisdem occurrit super Planam fluvium[2], et quia magna pars excercitus aggerem transierat, cum reliqua est congressus, et quia curribus, qui victualia et arma portabant, aggerem occupantibus et impedientibus, quominus illi qui vadum transierant ad illos qui inpugnabantur in adiutorium venire poterant, aut illi ad istos confugere, dispersi quidam[a] in Plana submersi et quidam[a] fuge presidium inierunt. Archiepiscopus autem et sui curribus deiectis aggerem transeuntes, reliquos usque ad civitatem novam Brandeburgh per prona fugientes insecuti[b] sunt. Illi autem qui in civitate erant, quia crepusculum erat et nox imminebat, portas civitatis claudentes, tam amicos quam inimicos excluserunt[c]; et ita archiepiscopus et sui quos volebant capiebant, marchionibus fugientibus et se traditos credentibus et lora non retrahentibus, quousque Spandowe devenirent. Adhortantibus autem archiepiscopum ministerialibus, ut civitatem caperet et possideret, respondit patria[d] voce: 'Vasalli nostri sunt, et adhuc pueri sunt, et eorum destructionem nolumus, quia adhuc ecclesie nostre servire poterunt[e] et, si quid fecerunt, poterunt emendare'. Et captivis et spoliis abductis, cum gaudio ad propria sunt reversi. Hic homo benivolus fuit et nulli quod petebatur negavit, maiorem cunctis animi benivolenciam exhibuit, quod per operis efficaciam ostendit*. Hic sedit annis 33[f], et ei successit dominus Borgardus prepositus Hildensemensis.

32. Burchardus 19. archiepiscopus cepit anno Domini 1233; et obiit anno Domini 1236[g]; electus, confirmatus, sed non consecratus[5]; et ei successit Wilbrandus, frater domini [1235.] Alberti archiepiscopi.

Gerenrode ad Qwedelingborch, ubi advenit Albertus archiepiscopus cum magna milicia. Hec [cf. Schöpp. p. 141 sq.] percipiens Otto, fugit cum suis in Brunswig. Marchio autem Brandeburgensis Albertus et comes Hinricus de Anehalt sequestrarunt se a Ottone, sociantes se Frederico. Fredericus venit in Luttere, ubi castra metatus est, et ivit cum archiepiscopo et toto exercitu usque Brunswig incendendo et devastando singula loca circumquaque; quod vidit oculis suis Otto; non enim potuit quicquam attemptare contra eorum potenciam. Non longe post comes Borchardus de Mansfelt voluit equitare de Seborch in Halle[3], et cepit eum captivum cesarius capitaneus[h] de Qwedelingburg, ducens eum in Wedersdorp. Tunc congregantes se de Seborch, de Frekeleve, de Haghen, de Rideborch, venerunt, ubi tentus fuit. Et infestantes[i] eos tam viriliter, quod comitem cum omnibus concaptivis liberos presentarent. Qui omnia mala et gesta conscribere deberet que facta erant inter Ottonem et archiepiscopum, magnos libros oporteret inde conficere. Sed Otto [1218.] obiit etc., ut[k] patebit in cronica imperatorum in alia parte[4]. [Mai. 19. ib. p. 143.] Post mortem Ottonis quarti Fredericus potenter et concorditer imperium rexit totaliter et precepit principibus et dominis tenere pacem generaliter in omnibus terris. Tunc econtra homines inceperunt se nutrire et laborare agros, vineas et huiusmodi et frumentum serere et metere. Post venit Albertus ad imperatorem [1220.] Fredericum, cui instanter[l] petiit a duce Meran archiepiscopo dari interciput sive duram matrem sancti Mauricii; quod fecit, et Albertus in vigilia[m] Michaelis Magdeburg portavit. Ideo illa dies [Sept. 28. ib. p. 145.] Magdeburg solempniter adhuc peragitur in illius memoriam. Postea imperator posuit Albertum [1222.] archiepiscopum in suum provisorem omnis imperii sui, dans ei plenum mandatum omnis iuris in suis civitatibus demandare et eius mandatum ut cesaris inviolabiliter tenere, et omnibus principibus mandavit Alberto archiepiscopo parere in singulis sicuti sibi, dans super huiusmodi patentes eius litteras. In illis temporibus Gherardus dapifer edificavit novam Haldessleven. In [1223.] anno quo beata Elizabet moritur imperator Fredericus in imperatorem coronatur et filius eius [1227.] in regem. Anno[n] eodem, scilicet 1231, consecratum est monasterium Marie Magdalene de urbe [1231.] borchgravii in Magdeburg; et tunc inprimitus incepit ille ordo sancti Augustini de penitencia. In eodem tempore facta sunt monasteria in nova civitate sancte Agnetis et sancti Laurencii, et tunc murus nove civitatis factus est.

*) *B 1 in marg. manu s. XV, haec quae B 3 iam supra p.* 418, *l.* 17. *adiecit in textu, B* 4. 4[a] *hoc loco add.:* Idem[o] eciam archiepiscopus construxit et instituit monasterium monialium in Gloch prope Hallis anno Domini 1231. *A hoc loco add.:* Construxit et instituit idem Albertus monasterium monialium in Gloech prope Hallis anno Domini 1231.

a) quidem *B* 3. b) *post in marg. suppl. B* 1. c) clauserunt *eadem manu corr.* excluserunt *B* 1. d) paterna *A*. e) *deest A.* f) XXXIIII. *B* 3[a]; XXVIII. *A.* g) *post corr.* MCXXXXVI. *B* 1, *et sic B* 3. h) captaneus *B* 4. i) infastantes *B* 4. 4[a]. k) ut — parte *alio atram. add. B* 4. l) insuper *B* 4[a]. m) sancti *add. B* 4[a]. n) Anno — penitencia *post del. B* 4, *des. B* 4[a]. o) Hic e. a. instruxit et construxit mon. m. in Glouch p. *B* 4. 4[a].

1) Alberti II. marchionis filii; cf. Chron. princ. Sax., SS. XXV, p. 478, et Pulcawam. 2) Plane fl. 3) Chr. scab. haec de Alberto archiepiscopo narrat. 4) Fol. 432. cod. Magdeburg. nr. 138. 5) Cf. 'Magd. Gesch.-Bl.' III, p. 223.

cf. Schöpp. p 148. a. 1235. Sachs. W. p. 253 sq

33. Wilbrandus 20. archiepiscopus cepit anno Domini 1236. Hic[a] suscepit pallium a papa Honorio III, et acquisivit ecclesie Crozewic, Lebuz et Beltiz. Hic ordinavit Rutcherum episcopum Brandeburgensem 22[1]. Temporibus huius, cum Hinricus marchio Misnensis marchioni Iohanni de Brandeburgh faceret questionem super castris Koppenik et Middenwalde, timens marchio Iohannes inde bella futura, rogavit archiepiscopum, quatenus inter ipsos faceret pacem, et ut certus esset, quod paci intenderet, utrumque castrum in manu sua daret, ut ea tam diu in sua potestate teneret, quousque ipsos ad concordiam reformaret. Qui archiepiscopus, acceptis castris, ea suis hominibus custodienda commisit, et cum ipsa aliquamdiu tenuisset, quid cause fuerit nescio, pace non reformata, marchioni Mysnensi castra resignavit*; unde bella maxima et diu orta sunt. Nam marchio Mysnensis totam Novam Terram[2] usque in Struzbergh[b.3] rapinis et incendiis devastavit. Et anno
1240. Domini 1240. cum marchiones Brandeburgh, extraneo adiutorio destituti, cum hominibus terre sue resisterent Mysnensi[c] circa Coppenik et Myddenwalde, archiepiscopus, adiuncto sibi Halverstadensi episcopo[4], manu valida marchiam Brandeburgh invadens, resedit super Besam[5]. Quod intelligens Iohannes marchio, relicto fratre suo contra Misnensem, cum hiis paucis quos habere poterat nocte et die equitans, occurrit festinanter, et facta collecta[d] populi cum clavis et arcubus, cum paucis militibus bellum est aggressus, et Domino victoriam tribuente, alii submersi sunt in Besa, alii occisi, alii captivi abducti. Inter quos est Halverstadensis episcopus captivatus, et archiepiscopus vulneratus vix effugit in[e] castrum Calve. Et extunc fama eorum crevit, et qui prius eis servire pro soldo seu[f] stipendio noluerunt, modo se gratis ad serviendum obtulerunt. Et quia Halverstadensis episcopus Ottonem marchionem quandoque ceperat, ipsum pro tanto quantum receperat marchiones ipsi liberum remiserunt. Archiepiscopus autem, adiuvante manum eius marchione Mysnensi, collecto exercitu, villam Wolmerstede exussit, et inde procedens, cum intelligeret, quod marchio iaceret in custodia terre sue, ne nichil fecisse videretur, edificavit castrum Rogezt[6] et inde totam mericam posuit in desertum. Et hiis non contentus, cum Iohannes marchio[g] esset contra Mysnensem[h] in Nova Terra assiduis infestacionibus occupatus, misit ministeriales suos cum valida manu contra terram Havelant; qui pontem Plawe transeuntes, incendiis et depredacionibus eam devastabant. Quibus Otto marchio cum paucis quos habere poterat[i] occurrens, eos invasit, pugnavit, in fugam vertit et plurimos captivavit, et sub pedibus fugiencium ponte Plawe confracto, multi sunt submersi; et demum in amiciciam cum utriusque terre devastacione sunt reversi. Et tandem pariter Lubus[7] obsederunt, et post ceperunt[k] et[l] possiderunt[8]. Hic[9] sedit annos 17 et menses aliquot et obiit anno Domini 1252. Et ei[m] dominus Rudolfus de Dyngelstede decanus successit.

[Anno Domini 1252.]

cf. Schöpp. p 152.

34. Rodolfus 21. archiepiscopus cepit anno Domini 1252; pallium suscepit a papa Innocencio quarto. Hic acquisivit ecclesie comitatum in Alvensleve[10], et sedit annos octo et menses aliquot. Et obiit anno Domini 1260, 3. Kal. Maii. Et ei dominus Ropertus successit.

ib. p. 152 sq

35. Ropertus de Quernvorde[11] 22. archiepiscopus cepit anno Domini 1260; et eodem
1260. anno vocatus a papa Allexandro IIII, ivit ad curiam, et ibi ordinatus pallium recepit, et rediens
1261. anno Domini 1261. concilium in Magdeborgh celebravit in dominica Iubilate, et eodem anno
Mai. 15. Iudeos ad festum tabernaculorum congregatos in Magdeburgh diciores captivavit et, ut dicitur,

cf. ib. p 149. 150.

*) *B 4. 4a hic in scheda assuta inserunt:* Tempore Hildebrandi 20. archiepiscopi Magdeburgenses incenderunt domum in Bideritz et capellam et villam destruxerunt, ubi fuit habitacio archiepiscopi, qui litigabat cum suis civibus; cuiusmodi litigium episcopus Halverstadensis statim sedavit.

a) Hic — Beltiz *ead. manu in infer. marg. suppl. B* 1. b) Sturzberg *A.* c) Mysnenf. *B* 1, *et sic vel* Misnensis *reliqui codd.* d) colleccio *A omnes praeter A* 1d. *B* 1a. 4a; collectione *B* 3. e) aiffugit *ead. manu corr.* effugit *B* 1. f) seu stip. *des. B* 3. 4. 4a. g) *deest A.* h) Mysn. - misit *des. A* 2. 2a. i) *post in marg. suppl. B* 1. k) receperunt, *corr.* ceperunt *B* 1. l) utrinque *post corr.* utrique (?) *add. B* 1; *spatium vacuum B* 1a; uterque *add. B* 5; vi *add. B* 3—4a. m) sibi *A* 1; sic *A* 2. 2a.

1) Cf. Catal. archiep. Magd. Fragm., SS. XXV, p. 486. Sequentia a Chron. scab. non traduntur. De falso anno et nomine papae v. 'Magd. Gesch.-Bl.' VI, 355 sqq. 2) De origine nominis v. Riedel, Cod. dipl. Brand. D. I, 9. 3) Straussberg. 4) Meinhardo. 5) Biese fl. 6) Rogätz in praefectura Wolmirstedt. 7) Lebus ad Oderam in praefectura Frankfurt. 8) Cf. Chron. princ. Sax. l. l. a. 1240. et 1244. et Pulcawam. Ea quae 'Sächs. Weltchr.' affert illis multo magis accurata et completa sunt. 9) Scilicet: archiepiscopus; unde patet, narrationem praecedentem aliunde sumptam et interiectam esse. De castri exstructione vide chartam archiepiscopi d. 15. Iun. 1243; Reg. Magd. II, nr. 1160. 10) Diploma de eo v. Reg. Magd. II, nr. 1424. Mortuus est W. post d. 13. Sept. a. 1253. 11) Chr. scab. eum Ropertum de Mansfelt nominat.

de redempcione eorum centum milia marcarum recepit, et in Halle et Magdeburgh domos eorum violenter intrans et seras eorum aperiens, quitquit auri et argenti invenit, asportari fecit. Ipse anno Domini 1261. parti Lyzkensi favens[a], electum capituli Brandeburgensis noluit confirmare, sed modis quibus potuit impedivit. Sedit autem annis septem[1.*].

36. Conradus 23. archiepiscopus cepit anno Domini 1268. et sedit annis 10. Hic fuit de cf. Schöpp. p. 154. Sternebergh[**] et suscepit pallium a papa Clemente IIII, quod infra 7 annos vix obtinuit. 1266. Hic ut plurimum residenciam fecit in pallacio episcopali apud summum; et hic construxit illud magnum estuarium apud idem pallacium, quod usque hodie perseverat; ad quod rex Bohemie donavit sibi ligna[***]. Huius[b] tempore Rodolfus comes Havekesburgh circa partes Bern Guid. Basilee electus est in regem Alamanie et Romanorum; quam electionem Gregorius papa X. approbavit in favorem Terre Sancte; et regnavit apud Thetonicos annis 18; benedictionem tamen imperialem non habuit nec coronam.

37. Hinricus[2] de Swalenberghe, mortuo Conrado, in archiepiscopum fuit electus anno cf. Schöpp p. 156 sqq. Domini 1278[c], sed nondum[d] confirmatus nec consecratus, propter quod in numero archi- 1278. episcoporum non connumeratur. Digne tamen eius venerabilis memoria inter archiepiscopos recensetur. Ipse namque electus in defensione ecclesie et terre strennue[e] se habuit. Eo enim tempore cum Otto marchio Brandeburgensis, adiunctis sibi Bohemis, Polonis et Pomeranis[†], maximum excercitum congregasset et se apud Vrose prope Albeam cum suo excercitu locasset, et iactanter glorians in virtute excercitus sui diceret, in crastino se velle in maiori ecclesia Magdeburgh equos suos stabulare, missis exploratoribus de sero et iterum aliis in media nocte, qui auscultarent, quid cives et populus in civitate agerent: reversi nuncciaverunt, se nichil audivisse, sed omnes in civitate esse timore prostratos. De mane in aurora iterum missi exploratores renuncciaverunt, totam civitatem esse plenam faculis et sonitu tubarum, tympanarum et fistularum. Nam archiepiscopus electus[††], assumpto vexillo sancti Mauricii, congregatis vasallis ecclesie[†††], processit ad forum ante consistorium civitatis, ubi congregatos cives rogabat, ut eum sequerentur contra inimicos; ad quod cives et omnis populus fuit benivolus, et preparabant se ad prelium. Egressi autem omnes viri bellatores cum archiepiscopo electo et cum vexillo sancti Mauricii, viriliter contra hostes pugnaverunt[*†], et auxiliante Deo et sancto Mauricio gloriose triumphaverunt et marchionem[f] captivaverunt et captivum duxerunt[g] ad civitatem[3], et facta una cista de trabibus, ipsum captum in ea incluserunt[4]. Factum est hoc prelium anno quo supra in die sancti Pauli primi[h] heremite. In Ian. 10. cuius memoriam adhuc singulis annis in ipsa die datur stipa omnibus monasteriis et pauperibus in civitate Magdeburgh. Iste igitur[i] marchio captus taliter fuit liberatus. Misit namque pro uxore sua domina marchionissa, rogans, quatenus, habito consilio suorum consiliariorum et maxime senioris de Bůk[k], qui fuerat de consilio marchionum ab antiquo, sed nunc ex quadam indignacione erat a consilio marchionis exclusus[l], veniret ad ipsum et pro sui liberacione tractaret. Sed prefatus de Bůk[k], vir prudens, primo se excusans et retrahens se a

*) *B 4. 4a hic in scheda assuta inserunt:* Ropertus de Qwerforde. Hic ad ecclesiam adduxit Czorbeke. cf. ib. p. 152. In eius tempore fuit prelium in Besenstede inter lantgravium Thuringie et marchionem Mysnensem et inter ducem de Brunswig et comitem[m] Hinricum Pingwem et comitem de Swerin, ubi dux et ambo comites capti erant et cum eis 400 milites et satrape. In huius tempore iverunt cru- cf. ib. p 153 cifigeri flagellantes se. Anno eius sexto exsurgens erat magnus exercitus populi de Affrica, de cf. ib. p. 154. quo in fine huius libri in cronica[5].

**) *Hic B 4. 4a add.:* et fuit cancellarius archiepiscopi Ruperti, sui antecessoris. cf. ib. p 154.

***) *B 4. 4a hic add.:* Lodewicus rex Francie pedagium fecit ut infra loco suo[6]. cf. ib. p. 154.

†) *B 4a corrector in marg. add.:* iungebantur ei comes de Regensteyn, comes de Hademerslebin et cf. ib. p. 161. comes de Arnstete cum eorum adiutoribus, sic quod.

††) *B 4a corr. add.:* de nocte per visum edoctus.

†††) *B 4a corr. add.:* et comiti de Anhalt cum suis.

*†) *B 4a corr. add.:* ubi comes de Arnstede occisus est.

a) faciens *A* 1b. c. d. 2. 2a. b) Huius — coronam *in infer. marg. alio atram. suppl. B* 1. c) MCCLXVIII. *ead. manu corr.* MCCLXXVIII. *B* 1. d) dum *post superscr. B* 1. e) bene *in marg. A* 1, *et ita A* 1b. c. d. 2. 2a. f) Ottonem *add. B* 3. g) ducentes eum *B* 3. h) *deest A.* i) ergo *A.* k) Buk *B* 1a *semper.* l) ut ille *add. B* 1a. m) comite Hinr. Pingwi et comiti *B* 4. 4a.

1) Dissensionem similem a. 1221. factam describit Chr. scab. p. 144, in fine addens: *hir vint men lange rede af in der Brandeborger croniken;* de hac nova discordia vide bullam Clementis IV. d. 27. Sept. 1265; Reg. Magd. II, nr. 1649. et Potthast, Reg. pontif. nr. 19367. 2) Alias ubique Guntherus appellatur; cf. etiam 'Magd. Gesch.-Bl.' V, p. 149—166. Ex iis quae infra de die pugnae commissae narrantur patet, eum iam a. 1277. esse electum. 3) Cf. brevissimam notitiam Chronicae princ. Sax. l. l. et Pulcawae. 4) Chr. scab. addit, cistam fuisse collocatam in curia gentis de Querfurt, sed alia in brevius contrahit. 5) Fol. 435. cod. Magd. nr. 138. 6) Ibidem fol. 435'. Forte pro *pedagium* legendum *passagium*.

cf. Schöpp p. 157 sq. consilio, pro eo quod marchio eum a suo consilio repulisset, tandem tamen precibus et fletibus domine devictus, tale dedit consilium, quod ipsa domina deberet se munire multa pecunia et transire in Magdeburgh et secreto[a] singulos potenciores consilio[b] archiepiscopi electi tam de canonicis quam de vasallis ad se sigillatim et clandestine accersire et cuilibet[c] eorum bonam summam pecunie dare, uni centum marcas, alteri 60, et sic de singulis unicuique secundum mensuram status sui. Quod consilium domina marchionissa posuit in effectum, et sic omnes consiliarios archiepiscopi subornavit[d]. Cumque ipsa pro redempcione domini cum archiepiscopo loqueretur, ipse electus, accersito consilio suo, cum eis locutus est. At illi omnes favorabiliter locuti sunt pro marchione, persuadentes, quod non nimium emungi deberet, quia marchio posset servire ecclesie in futurum. Ipse ergo electus nolens consilio suorum contradicere, de eorum consilio dedit marchioni inducias per quatuor septimanas, et tunc deberet redire ad captivitatem vel se redimere cum quatuor milibus marcarum in prompta pecunia[e]. Et sic dimissus marchio, vocato consilio suo simul cum illo de Bůk, proposuit, rogans, ut vias conquirendi[f] illam pecunie summam invenirent, ne oporteret eum ad captivitatem redire. Qui tale dederunt consilium, quod per singulas ecclesias calices et queque aurea et argentea ornamenta deberent tolli et civitates omnes marchionatus exactionari, et sic tanta summa pecunie posset conquiri[g]. Quo consilio audito, dixit ille de Bůk ad marchionem: 'Domine, ista esset una via que tacta est pecuniam conquirendi, sed, si velletis me recipere ad graciam vestram pristinam, ego vobis ostenderem viam meliorem'. Et cum marchio promitteret sibi multa bona, ipse assumpsit marchionem cum fratre suo seorsum et duxit eos ad sacristiam in Angermundis et ibi ostendit eis unum magnum truncum ferris[h] bene circumseptum[i] et magno thesauro in auro et argento plenum, dicens: 'Istum thesaurum pater vester michi recommendavit[k] ad fidem meam pro neccessitatibus vestris, quando michi videretur, si uteremini consilio meo, et sic habetis pene tantam summam pro nunc requisitam'. Tunc illi valde gavisi, summam taxatam pro redempcione archiepiscopo transmiserunt. Veniens autem marchio Otto, soluta pecunia, ad archiepiscopum, coram multis dominis allocutus est archiepiscopum hiis verbis[l]: 'Domine episcope, sumne modo liber a vestra captivitate?' Quo respondente, quod sic, subiunxit marchio: 'Vos nescitis exactionare unum marchionem; vos debuissetis me posuisse super uno dextrario cum elevata hasta et sic me cum argento et auro circumfudisse usque ad summum, tunc fuissem debite exactionatus'. Post hec innotuit archiepiscopo electo, quomodo consiliarii sui, tam canonici quam vasalli, corrupti fuerant pecunia; de quo valde commotus, renuncciavit electioni[m], dicens: 'Quia vos estis infideles ecclesie vestre et sancto Mauricio, idcirco ego nolo esse vester episcopus'[1]. Exinde episcopatus stetit in errore fere per biennium propter discidium capituli; sed tandem concordaverunt in dominum Ericum, qui eciam habuit resistenciam, antequam admitteretur ad possessionem pacificam[2]; de quo sequitur*.

1283. ib. p. 170 sq. 38. Ericus 24. archiepiscopus cepit anno Domini 1283. et sedit annos 12, menses quatuor, ebdomadas tres. Hic fuit frater marchionis Brandeburgensis domini Ottonis nuper capti et liberati, ut prehabitum est; de cuius electione cives Magdeburgenses primitus aliqualiter doluerunt. Cum enim canonici essent in capitulo ad eligendum pastorem, cives multi convenerunt in summo, volentes scire, quem canonici eligere vellent; et cum diucius exspectassent, quia frigus erat, fecerunt multos ignes in Summo. Et cum tandem canonici concorditer

*) *B4[a] corr. add.:* Eodem anno circa pentecosten Magdeburgenses cives fecerunt ludum, scilicet 'den gral', ubi incepit 'de schildekenbom', ut patet in alia parte cronice quasi in fine, ubi vide. Honorem Magdeburgensem marchio Brandeburgensis[3].

a) secrete sing. qui pot. essent cons. *A* 1[a]. b) *sic B* 1, *lege:* de cons. c) civilibus *A* 1. d) subarravit *B* 3. e) inpromptu *A*. f) conquerendi *radendo corr.* conquir. *B* 1; conquerendi *A* 1. g) conqueri *A*. h) ferreis *B* 3; ferro *A*. i) circumceptum *B* 1. k) commend. *A*. l) *deest A*. m) eleccionem *B* 1[a].

1) Chronicae scabinorum auctor adiungit, se has res et ex seniorum relatu et ex relatione conscripta nosse; de origine et natura huius narrationis v. Hertel, 'Forschungen' XIX, p. 224—234, qui praesertim ea, quae de liberatione marchionis narrata sunt, haud magni momenti esse iudicat. 2) Et Gesta et Chron. scab. his verbis paucis absolvere student quae ad electionem Bernhardi de Woelpe archiepiscopi spectant; quae praeterea prolixius Chron. scab. de eo archiepiscopo commemorat, non ex Gestis archiepiscoporum ab utroque exscriptis, sed ex alio fonte manasse videntur. Chronica scab. Ericum perverse praepositum maioris ecclesiae Magdeburgensis dicit; cf. v. Mülverstedt, 'Gesch. Bl. f. St. u. L. Magd.' V, p. 150 sqq. 3) Narratio hastiludii a civibus instituti invenitur f. 436. et 436'. cod. 138. bibl. gymn. cathed. Magdeb. Verba: *Honorem — Brandeburgensis* spectare videntur ad c. 38. Gestorum.

in dominum Ericum predictum consensissent, publicata electione, idem dominus Ericus cf. Schöpp p. 171 audiens murmur populi, retro per[a] cameras privatas dominorum se submitti fecit, et procurata[b] sibi una navicula, descendendo per Albeam, venit in Wolmerstede ad fratrem suum, et licet per displicenciam civium ac eciam resistenciam ministerialium fuerit aliquanto tempore impeditus, ipse tamen tandem possessionem pacificam episcopatus obtinuit[1]. Hic accepit pallium a papa Martino IIII. et bene concordavit cum civibus. Unde cum ipse postmodum in obsidione castri Harlighebergh[2] captus esset, et nec frater suus marchio nec capitulum vellent[c] eum redimere, cives ipsum redimerunt, solventes pro sui liberacione quingentas marcas, quas tamen ipse liberatus postmodum eis grataanter restituit. Huius archi- cf. ib. p. 176. episcopi tempore, pontificatus sui anno secundo receptus est locus fratrum ordinis heremitarum sancti Augustini in civitate Magdeburgh ad preces domini pape et dominorum cardinalium ac eciam regis Alamanie, et hoc per intercessionem sancti Martini episcopi[d] gloriosi, qui trina visione de hoc revelavit viro magne religionis fratri Hinrico dicto Pavoni[e], quod ad recepcionem eiusdem intendere deberet et negocium constanter prosequi ad effectum; quod et fecit. Unde de hoc usque[f] hodie sunt versus scripti in eodem conventu hii[g]:

Huc Augustini fratres Christus prece duxit
Sancti Martini, quod per tria sompnia luxit.

Huius eciam tempore captum et fractum fuit castrum Harlighebergh, ubi idem archiepi- cf. ib. p. 171. scopus et cives cum eo fuerunt in obsidione castri cum multis aliis principibus et baronibus; ubi eciam ortum est magnum bellum, in quo dux de Brunswich cum suis succubuit. Eodem Bern. Guid. eciam anno mortuus est rex Alamanie et Romanorum Rodolfus regni sui anno 18. et sepultus est in Spira. De hiis sunt versus[h]:

Post M post duo CC post nonaginta monosque 1291.
Harlibergh capitur, moritur rex, dux superatur.

Anno Domini 1292.[i] Adolfus comes de Nassowe in regem Alamanie et Romanorum eligitur. Qui excercitum congregans ib. contra Albertum ducem Austrie, Rodolfi quondam regis filium, prelium iniit; in quo Adolfus occisus est, et sui in fugam conversi sunt anno Domini 1298. Regnavit autem apud Theotonicos annis 6, benedictionem tamen imperialem non habuit nec coronam. Hic[k] archiepiscopus marchiam Lusicie alienavit ab ecclesia vel obligavit, tradens cf. Schöpp. p. 171. eam marchioni fratri suo pro quibusdam dampnis receptis occasione tali. Cum enim idem[l] episcopus haberet gwerram contra ministeriales ecclesie et esset in obsidione castri Nyengatersleve[3], marchio venit sibi in auxilium cum bona gente. Quadam autem die cum dominus[m] excercitus obsidionis pro sua deductione et solacio opidum Calvis intrasset, interim inimici, scilicet ministeriales cum suis, subito irruerunt in castra et ceperunt multos milites et famulos valentes, quos oportebat marchionem redimere; pro quo dampno archiepiscopus obligavit marchioni terram predictam Lusicie, que usque hodie non est recuperata ab ecclesia. Capitaneus autem ministerialium in illa gwerra fuit quidam miles dictus Falko; hunc postmodum[n] marchio fecit occidi in civitate Magdeburgh in ecclesia fratrum Predicatorum, et fuit[o] tractus per capillos extra ecclesiam ad Latam plateam. Hiis temporibus cives civitatis Magdeburgh cf. ib. p. 176. emerunt burghgravionatum[p], id est officium et ius burchgravii in Magdeburgh, pro nongentis marcis a duce Saxonie. Emerunt eciam sculteltatum, id est officium sculteti cum suo iure, pro quingentis marcis ab illis de Ecgherstorp[q]. Et hec duo officia ipsi cives dederunt ecclesie Magdeburgensi ea condicione, quod burchgravionatus non potest dimitti ab ecclesia absque voluntate civium. Officium autem sculteti archiepiscopus, qui pro tempore esset, deberet conferre uni civium, quemcumque vellent, ita quod ipsi cives possent eum removere, quando

a) Fugit archiep. per cluacam propter nephas populi *m. s. XIV—XV. in marg. B* 1. b) preparata *B* 1[a]. c) vellet *B* 3. *A*. d) Fratres Augustiñ *minio in marg. B* 1; episc. *deest B* 3. *A*. e) Pavani *B* 3. f) usq. hod. *des. A*. g) Versus *add. B* 1 *minio scr.* h) Nota versus *minio in marg. B* 1. i) in die sancti Iohannis ante portam Latinam *add. B* 3. k) Marchia Lusicia *minio in marg. B* 1. l) enim episcopus guerram con. min. eccl. concitasset in obs. *A*. m) totus *A* 1[d]. n) postea *ead. manu corr.* postmodum *B* 1; postea *B* 4. 4[a]. o) *post add. B* 1. p) Burchgravionatus *hic et* Scultetatus *ad lineam sequentem minio in marg. B* 1. q) Ecghestorp *corr.* Ecgherstorp *B* 1.

1) Chronica Magdeburgensis vernacula lingua scripta, quae Gesta in codice B 5 sequitur, alias et a Gestis et a Chron. scab. valde diversa, hic utriusque simillimam narrationem exhibet: *De domherren de koren na biscop Berndt marggreven Ereken to Brandenborch, dar weren die borger von Meideborch sere to wedderen, wente si von siner wegen weren in schaden gekomen, so hie vor beroret is; de borger samelden sick und leipen in den dom und wolden den dom furen, also dat de marggreve Ereke vel dorch ein privad und kam by ein schep und vore to Wolmerstede. Darna kam he mit den borgeren wol to frede und bleiff ein biscop unde was de viff und twintigiste ertzbischop to Meideborch.* 2) Prope Goslar. 3) Neu-Gattersleben ad Bodam.

cf. Schöpp. p. 177 sq. vellent, et alium substituere, quem archiepiscopus teneretur acceptare[1]. Usque ad ista tem-
pora scabini[a] fuerunt in consilio[b] civitatis, a quo extunc fuerunt exclusi. Et orte sunt multe
dissenciones inter consules et magistros unionum et scabinos super variis causis, que post-
modum sunt sopite, ita quod donaciones et translaciones hereditatum et proprietatum fieri
deberent extunc coram consulibus in iudicio quod dicitur varding[c], et libri qui super talibus
scripti et scribendi essent deberent apud consules, non apud scabinos, conservari; que
cf. ib p. 173. omnia prius apud scabinos expediebantur[2]. Eodem tempore combustum est lobium civi-
tatis cum[d] ecclesia et turribus Sancti Iohannis.

1296. 39. Borchardus de Blankenborgh 25. archiepiscopus cepit anno Domini 1295. et sedit annos
cf. ib. p. 178. novem; pallium habuit a papa Bonifacio VIII. Hic bene concordavit cum civibus. Huius
tempore cives Magdeburgenses expugnaverunt castrum Randowe[3] et funditus destruxerunt.
cf. ib p. 177. Hic fuit pius pater ad pauperes et ad religiosos, quos sepe in mensa sua habere voluit[e], et
pias subvenciones ad conventus misit. Ipse eciam[f] personaliter solebat in festivitatibus reli-
giosorum monachorum et claustralium missas celebrare; et ubicumque celebravit, ibi eciam
stipendia corporalia pro refectione fratrum ministravit, et quitquit consecrandum vel dedi-
candum in eorum ecclesiis fuit per se ipsum gratis pro Deo consecravit. Nam et in loco
fratrum Augustinensium consecravit cimiterium et quatuor altaria pure propter Deum et
Bern. Guid. cf. Schöpp. p. 178. pietanciam[g] largam fratribus dedit. Huius eciam tempore Albertus[4] dux Austrie, filius quondam Rodolfi
regis, fuit electus in regem Alamanie et Romanorum ab electoribus congregatis Aquisgrani anno Domini 1298; cuius[h] elec-
tionem papa Bonifacius prima vice repulit, sed tandem orta gravi discordia inter regem Francie Philippum et papam Boni-
facium, ipse papa eundem electum in regem et imperatorem confirmat, subiciens eidem regnum Francie sicut et alia
regna. Qui tamen[h] solum regnavit apud Theotonicos annis 10, sed benedictionem imperialem non habuit nec[i] coronam*.
Preterea huius tempore, scilicet anno Domini 1300, Bonifacius papa[h] constituit annum[k] iubileum dando
plenam indulgenciam omnium peccatorum omnibus visitantibus limina apostolorum Petri et Pauli Rome, extendens
cf. ib. p 177 eandem indulgenciam ad omnem annum centenarium subsequenter[l]. Eodem tempore in lacu vel stagno
prope castrum Nienhove[5] aliqui erant spiritus mali, quorum maleficio omnes piscantes aut
navigantes in eo ludificabantur et eciam periclitabantur. Quod audiens dominus[h] Burgardus
archiepiscopus, accessit illuc et benedixit lacum et spiritus malos inde depulit[m], ita quod
postea nichil mali ibi perceptum est[n]; propter quod lacus ille usque hodie Sacer lacus appel-
1301. latus est. Circa idem tempus, anno Domini 1301. in civitate Magdeburgh magistri unionum
1302. cremati fuerunt in foro propter prodicionem eis inpositam[6]. Eodem tempore villa Iudeorum
Apr. 25. fuit capta per communes et depredata, pluribus Iudeis occisis, feria quarta pasche, pro eo
quod divulgatum fuit, quod ipsi fecissent ymaginem crucifixi et Christum in illa ymagine
crucifixissent denuo, sicut per unam ancillam Iudeorum christianam publicatum fuit[7]. Sub
Bern. Guid. huius eciam tempore, anno Domini 1303. Bonifacius papa captus est et detentus Anagnie[o] et inde Romam ad-
ductus, thesauro suo et ecclesie depredatus; ibidem in lecto doloris et amaritudinis positus, pre angustia spiritus, cum
esset corde magnanimus, obiit et fuit in tumulo, quem sibi vivens preparaverat in ecclesia sancti Petri, honorifice
tumulatus. Super ipsum itaque Bonifacium, qui reges, principes, pontifices, clerum et populum horrere, tremere et
pavere fecerat, timor, tremor ac[p] dolor una die pariter irruerunt, ut exemplo eius discant superiores prelati non superbe
dominari in clero et populo, sed curam subditorum pio moderamine gerentes, plus amari appetant quam timeri.

1305. 40. Hinricus de Anehalt 26. archiepiscopus cepit anno Domini 1304. Qui electus
cf. Schopp. p. 179. ivit ad curiam Romanam pro pallio, quod papa sibi dare denegavit, pro eo quod modice
litterature esset. Cum enim papa ab eo quereret, an sciret dominicam oracionem, ipse
nescivit respondere, quia non intellexit, quid esset dominica oracio. Sed tunc magister
suus, volendo[q] eum iuvare, dixit: 'Pater sanctissime, apud nos iste tytulus dominice ora-

cf. ib *) *B 4 in marg. et B 4a add.:* Anno 1304. papa Bonifacius fecit concilium; ubi excommunicavit Philip-
pum regem Francie, et tunc consecravit Albertum ducem Austrie et postulare fecit decimam a
clericis per omnem terram; et econtra Philippus convocavit suos contra papam; de quo quid
cf. ib p. 178 evenit patet infra: *quia pape captio* etc. Et cum decima non venit ut postulavit, annum iubi-
leum instituit, ubi maximus populus Romam visitavit etc.

a) sabini *post corr.* scabini *B 1.* b) consistorio *B 5.* c) *ita B 1–4a*; parding *vel* pardingk *A;* burding *B 5*; *id quod auctor voluisse, sed corrupte scripsisse videtur.* d) et eccl. cum turr. *A.* — Combustio lobii et turrium Sancti Iohannis *minio in marg. B 1.* e) *post in marg. suppl. B 1.* f) enim *A.* g) pietatem *A.* h) *deest A.* i) *bis in fine et initio paginarum scriptum B 1.* k) *ead. m. in marg. suppl. B 1.* l) Iubileu⁹ *minio in marg. B 1.* m) repulit *A 2.* n) *ead. m. superscr. B 1.* o) Avagine *omnes codd.* — Papa captus *minio in marg. B 1.* p) et *A.* q) volens *A.*

1) V. diplomata ap. Boysen l. c. III, p. 63. et Rathmann, 'Gesch. d. St. Magdeb.' II, p. 491. 2) Haec prolixius in Chr. scab. p. 171—178. narrantur. 3) Randau prope Magdeburg. 4) Haec et infra p. 427. de Heinrico VII. rege dicta magis cum iis concordant, quae Bernardus de his regibus in calce vitarum Bonifacii VIII. et Clementis V. tradit, ap. Eccard. p. 1470. et 1485. 5) Prope Wolmirstedt. 6) Chr. scab. plane tacet de hoc facinore. 7) Chr. scab. tantum dicit: *in dem jare darna (= 1302) vordref man de joden hir.*

cionis non est usitatus, sed vocatur *Pater noster;* et si sic quereretis, bene sciret respondere'. cf. Schöpp. p 179 Sic ergo stetit in curia, antequam obtineret pallium, fere duobus annis; quod tamen tandem ex industria magistri sui obtinuit a papa Clemente quinto[1]. Sedit autem post susceptum pallium annis circiter duobus. Eo tempore apud Fredebergh[2] cum choruscacione ceciderunt de celo lapides ignei, duri sicut ferrum et nigri sicut carbones, qui combusserunt gramina ubi ceciderunt. Hic archiepiscopus cepit oppidum Sconebeke per strennuum militem dominum Ottonem de Welsleve cum cautela tali: Ipse ordinavit aliquos currus cum viris armatis, quos operuit saccis, et desuper aucas et agnellas ligavit, quasi ituros ad forum Sconebeke. Cumque venissent sub valvam civitatis, ibi perstiterunt quasi aliquo prepediti; tunc prosilierunt illi armati de curribus et repagula valve superiora, ne descendere possent, lignis ad hoc preordinatis subfirmaverunt; et interim excercitus sequens concitus supervenit, et ceperunt civitatem anno Domini 1307, in die sancti Sixti*. Eodem anno obiit idem Hinricus archi- 1307. Aug. 6. episcopus in vigilia sancti Martini. Nov. 10.

41. Borchardus de Scrapelowe 27. archiepiscopus[a] electus est anno Domini 1307, in die Nov. 25. sancte Katherine et suscepit pallium a papa Clemente quinto. Hic letum habuit principium, cf Schopp. p 180 sqq. quia dominus papa Clemens ipsum cum hilaritate suscepit suamque electionem confirmavit et postea ipsum in archiepiscopum consecravit. Fertur, quod, licet plures archiepiscopi et episcopi fuerint[b] tunc simul a papa consecrati, singulariter tamen papa, quando venit ad istum, lacrimas fudit pre singulari affectione, quam videbatur habere ad ipsum, secundum interpretacionem circumstancium. Quod factum cum postea eo reverso ad partes in presencia nobilium recitaretur, quasi[c] eidem archiepiscopo presenti congratulando quidam nobilium bonus burdator[d] iocalariter respondit: 'Bene', inquit, 'oportuit[e] papam super eum multum flere, si debuit omnes nequicias suas[f] priores abolere'. Hoc autem burdaice dictum fuit, quia ante sui creacionem bonus socius fuerat. Sed estimo, quod papa tunc flens spiritu prophetico tactus, cum esset summus[a] pontifex anni illius, prophetavit futurum eventum cf Ioh. 11, 51. de eius lamentabili interitu, de quo infra dicetur. Statim autem ut consecratus fuit, dedit ei papa licenciam eundi ad partes, iniungens sibi in virtute sancte obediencie, ut omnes Templarios in suo territorio commorantes capi faceret et detineri propter crimina ipsis imposita[3]. Quod factum est; quia circa principium mensis Maii anno Domini 1308. idem Bor- 1308. chardus archiepiscopus reversus[g] de Romana curia in Magdeburgh cum magna sollempnitate receptus fuit[h]. Occurrerunt enim viri et mulieres cum magno gaudio ipsum suscipientes. Et statim post idem[i] archiepiscopus fecit una die capi omnes Templarios[k] et magistros eorum de quatuor curiis in terra sua iacentibus; propter quod ecclesia Magdeburgensis maximas persecuciones sustinuit, quas tamen idem archiepiscopus postea sapienter extinxit. Inponebatur enim eis professio prophana cum abnegacione Christi et expuicione super crucem in opprobrium Bern. Guid. Crucifixi cum similibus execrabilibus articulis. Sed, ut vulgariter dicebatur, maior causa destructionis eorum erant magne divicie ipsorum, precipue in regno Francie; quia difficile est credere, quod tantus ordo, utpote cruce signatus[l], super crucis[a] gloria fundatus, ad tam nephandos et execrabiles errores et ignominias crucis devenisset[4]. Ex alia eciam parte

*) *B 4 in marg. et B 4a add.:* In eodem anno contigit, ut canonici receperunt portario claves cf. Schöpp. p. 180. civitatis ad portam Dominorum; ideo Honsteyn proconsul cum consolatu venerunt ad capitulum ubi affuit archiepiscopus, petens, quod claves porte civitatis eis redderentur. Archiepiscopus dixit: 'Porta nostra est!' 'Ex quid nominis?' 'Quia dicitur porta Dominorum.' 'Sed portenarius est civitatis', respondit proconsul: 'Si non vultis portenario reddere claves, nullus vestrum debet nec potest a nobis venire'; et iussit servis suis ire et pulsare campanam Sancti Iohannis ewangeliste. Hec audientes tam archiepiscopus quam canonici, statim dederunt eisdem claves et promiserunt nec claves nec portam plus[m] postulare. Ideo nomen illius porte mutabatur et dicitur Tenebrosa porta.

a) *deest B 2.* b) fuerunt *A.* c) quasi — congratulando *des. B 2.* d) liberator *B 2.* e) ipsum *add. B 2.* f) *post in marg. suppl. B 1.* g) est *add. B 2.* h) et intronizatur *add. B 4. 4a.* i) tempus *add. A.* k) Templarii *minio in marg. B 1.* l) et *add. B 2.* m) *deest B 4a.*

1) Heinricum demum inter d. 14. Maii et 8. Iulii 1305. esse electum, nec Romae plus quam annum et dimidium esse versatum, exposuit v. Mülverstedt 'Magdeb. Geschichtsbl.' V, p. 120, n. 2. Heinricum non fuisse tam illiteratum, ut auctor noster voluit, demonstrat bulla Clementis V. papae post d. 5. m. Iun. 1305. data, quam F. Winter publici iuris fecit 'Magdeb. Geschichtsbl.' V, p. 122 sq. Electio Heinrici, qui *ydonea* vocatur *persona*, ibi confirmatur. 2) Friedeburg ad Salam. 3) Bullas papales archiepiscopo hac de causa d. 12. Aug. 1307. datas v. Dreyhaupt, 'Beschr. d. Saalkr.' II, p. 927 sq. 4) Similia leguntur in bullis modo laudatis.

iudicium sedis apostolice calumpniari temerarium foret; quapropter, quid veritatis fuerit, Bern Guid. divino[a] iudicio relinquendum est[1]. Eodem anno Henricus comes Lucelburgensis[b] fuit electus in regem Alamanie et Romanorum in Frankenvord et eodem anno Aquisgrani coronatur; cuius electionem papa Clemens V. admisit, confirmavit et coronacionem commisit[2]. Coronatus est ergo Rome in festo apostolorum Petri et Pauli anno Domini 1312. Deinde circuiens per Ytaliam, requirit civitates de homagio sibi faciendo; quarum nonnulle[c] per tempus restiterunt, quia res nova et dura videbatur quibusdam imperatori subici, cum a 65 annis et amplius post deposicionem vel mortem Frederici secundi absque imperatoris dominio persti- cf. Detm. p 201. tissent[d]; finaliter tamen ut plurimum[e] se sibi subdiderunt. Sed quia multum iam videbatur prosperari, papa idem Clemens, sumpta occasione ex parte Růperti regis Sicilie, opposuit se imperatori, inponendo ei periurium, ut habetur in constitucionibus Clementinis de iureiurando[f], cap. *Romani principes*[g, 3]. Erat autem iste imperator pius in moribus et probus in armis, prosequens iura imperii; et sic pertranseundo Ytaliam, tandem malorum satore procurante veneno miserabiliter interiit, calice salutis verso in vas mortis*. Eodem eciam[h] cf Schöpp. p 182. tempore, scilicet anno Domini 1309, discurrebant per mundum cruce signati, gens sine capite, in magna multitudine; sed, sicut in[i] se ipsis surrexerunt, ita in se ipsis perierunt.**

Bern. Guid. Anno Domini 1311. per papam Clementem quintum celebratum fuit concilium generale in Vienna super Rodanum. Cui iste dominus Borchardus archiepiscopus interfuit; ubi provideri sibi fecit et consecrari unum vicarium in pontificalibus, episcopum scilicet Coromacensem[k] fratrem Iohannem[l] de Bokenum[m], prius priorem Magdeburgensem ordinis heremitarum sancti Augustini, quem secum adduxit ad partes; et hic primus fuit vicarius in pontificalibus in ecclesia Magde- Bern Guid. burgensi, nam antea archiepiscopi per se[n] ipsos pontificalia excercebant.*** In hoc consilio constituciones Clementine, prius quidem facte, publicate fuerunt; sed papa infirmato, constituciones remanserunt quadriennio in suspenso, donec postea per eius successorem Iohannem papam fuerunt promulgate et sub bulla ad studia generalia destinate. Obiit autem hic papa Clemens, postquam sedit annis fere novem, anno Domini 1314[o].

Hic dominus Borchardus archiepiscopus satis placide in principio se tenere ad cives videbatur, sed successu temporis subortis pluribus displicenciis hinc inde, factus est eis cf. Schöpp. p 187. ad a. 1318. multum[p] molestus. Edificavit enim novum castrum in Honwarde, ubi novum theolonium instituit; quod castrum cives expugnaverunt et effregerunt[q]. Item ipse cepit castrum Mulinge et destruxit, quod erat domini de Barboye tunc, adiutorio civium. Sed idem dominus de Barboye cum adiutorio civium aliud castrum ibi prope[r] in forciori situ reedificavit. Item[s] edificavit castrum in Salina, quod cives admiserunt. Item edificavit transitum de pallacio episcopali cf ib. p 183 sq. ad ecclesiam maiorem, quem cives fregerunt, sed postea[4] reparaverunt. Item idem dominus 1314. Borchardus anno Domini 1314. obvallavit civitatem, habens secum in obsidione marchionem Misnensem, ducem Brunswicensem[t] et plures alios principes et dominos, et incastellavit ecclesias in Hartzdorp et in Ottersleve, et sic quantum potuit angariavit civitatem. Cives

cf. ib. p 183. Detm. p 201 *) *B 4 in marg. et B 4a add.:* Cuiusmodi pape Clementi imputabatur, quod disposuisset cum monacho Predicatorum. Cuiusmodi sui medici percipientes, expulsionem facere voluerunt, quod imperator admittere noluit. Monachus nequam impunitus a Deo non mansit, sed statim illi duo digiti, in quibus corpus dominicum tetigit, emembrarunt sic cadendo ad terram, et tantus fetor de eius corpore exivit, ut nullus hominum cum eo properare voluit; sed tandem annona sua sibi proicitur a remote propter fetorem sicuti cani. Hec pena merito eius. *Foliorum marginibus laesis multa horum additamentorum in B 4 exciderunt.*

cf. ib. p. 182. **) *B 4 in marg. et B 4a add.:* Armati enim incedebant, catervatim cruces gerentes in vestibus, unde cruce signati nomen eis dederunt; et ire versus Iherusalem intendebant ultimate, et quedam matrone et mulieres ambulabant cum eisdem; ideo illud passagium erat annullatum. Percusserunt se mutuo; quosdam clericos arguentes criminum[u] hos mortificaverunt. Magister unus in Havelberge ascendit ambonem et predicavit contra eos; illum lapidaverunt, pungentes et ledentes eum cum calcaribus. Simile factum fuit et alibi.

cf. ib. p. 182 ***) *B 4 in marg. et B 4a add.:* In hoc concilio dampnatus fuit ordo Templariorum. In illo anno erat magna clades hominum et pecorum.

a) Domini *A.* b) Luceb. *corr.* Lucelb. *B* 1. c) sibi *add. B* 2. d) prestitissent *A;* et *add. B* 2. e) plurimi sibi *B* 2. f) iurando cap. *des. A.* g) principis *A.* h) *deest A.* i) a *A.* k) *sic codd.;* Coroniacensem *diplomata;* coronatum *B* 2. l) episcopum *cum spatio vacuo rel. A.* m) Bobenum *A;* Bokenh' *B* 2. — Primus vicarius in pontificalibus *minio in marg. B* 1. n) semet *B* 2. o) 1313. *A.* p) *ead. manu in marg. suppl. B* 1. q) confregerunt *B* 2. 3. 4a. r) prope — maiorem, quem *abscissa B* 1. s) Item — admiserunt *des. A* 2. 2a. t) *corr.* Brunswicc. *B* 1. u) *sic habere videtur B* 4; cum *B* 4a.

1) Acrius de Templariis iudicat Chr. scab. p. 181: *se dreven groten homut; dat dunket mi de groteste sake, dat des God stadede, dat se verstort worden.* 2) Rectius Bern. Guid.: *promisit.* 3) Lib. II, tit. IX, cap. unicum. 4) V. arbitrium a Waldemaro marchione d. 18. Dec. 1314. latum ap. Riedel, Cod. dipl. Brand. B, I, p. 364, et concordatum d. 4. Apr. 1315. inter archiepiscopum et cives factum ap. Dreyhaupt, 'Beschr. d. Saalkr.' I, p. 52. Salina hodie nominatur Salze; Harsdorf destructum est.

tamen omni die valvas civitatis reseraverunt miseruntque unum e civibus ad exercitum, qui diceret principibus qui cum archiepiscopo erant, rogando, quod non cito recederent, et si in victualibus vel pabulo aliquem defectum haberent, quod secure mitterent pro talibus eorum indigenciis ad civitatem, et deberent eis vendi eodem precio quo civibus suis, et nichilominus assecurare eis vellent illa usque ad excercitum. Quam ambaziatam principes gratanter audientes, miserunt nunccios suos ad civitatem pro vino et piscibus quociens volebant. Cumque iam per quatuor septimanas in obsidione stetissent, marchio misit ad consules[a], ut eum[b] liceret ad civitatem venire et eam videre. Quod cives annuebant, et proclamata est ei pax et securitas. Venit ergo ad civitatem cum suis, et cives receperunt[c] eum honorabiliter, propinantes ei vinum suum, et permissus est ire vel equitare per civitatem, quo sibi[d] placebat. Et cum vidisset singula que volebat, reversus ad exercitum, dixit[e] archiepiscopo: 'Domine episcope, vos dixistis nobis, quod civitas esset semideserta[f], et quod gramina crescerent in plateis. Ego speculatus sum civitatem; nos infatuamus nos hic diu iacendo, quia nullum profectum poterimus reportare. Non enim possumus hanc civitatem expugnare nec per violenciam nec per famem'. Et sic marchio cum sua gente recessit[g], et consequenter alii principes ac domini et ipse archiepiscopus ab obsidione recesserunt; et extunc cives potenter intraverunt terram et villas episcopatus exactionaverunt[1]. Quod audiens archiepiscopus, prohibuit rusticos districte, ne exactionem extortam civibus solvere deberent. Veniente ergo[h] termino solucionis, rustici timentes indignacionem domini archiepiscopi ex[i] una parte, si solverent exacta, ex alia parte timebant a civibus devastari, hoc usi sunt consilio, quod totam annonam exactionis de singulis villis ipsi vellent comportare in Ottersleve ad theatrum, et si cives vellent, possent ibi aufferre[k]. Cives ergo ad diem prefixum exiverunt cum multis armigeris et 70 curribus et villam Ottersleve potenter intraverunt et annonam deduxerunt, archiepiscopo vidente prope et insidias tenente cum trecentis armatis nec quitquam contra faciente. Deinde pax facta est taliter, quod cives quandam summam pecunie archiepiscopo dederunt cum hoc pacto, quod illa castra nova frangi deberent, et deinceps nullum unquam castrum ipse nec sui successores in perpetuum edificare deberent infra duo miliaria ad civitatem; quod sigillis archiepiscopi et capituli extitit[l] roboratum[2,*]. cf. Schöpp. p. 184.

Eodem tempore magister institorum Petrus Odilie rogavit canonicos concedi eis more solito vexillum sancti Mauricii in die ascensionis Domini per markam deferendum. Quod cum canonici facere recusarent propter controversias, quas cum archiepiscopo habebant, Petrus[m] fecit fieri[n] aliud vexillum simile huic; quod cum portatum fuisset per markam, et reversi essent ad Novam civitatem, ibi in prato[3] filius eiusdem Petri cursitans in magno equo cecidit et fracta cervice exspiravit. cf. ib. p. 185 sq. 1315. Mai. 1.

Hic eciam habuit gwerras cum ministerialibus ecclesie; nam castrum Wantsleve obsedit, donec se cum certis pactis ad graciam suam darent. Deinde obsedit castrum Arxsleve[4], ubi dominus marchio Brandeburgensis Wolmarus adveniens, se interposuit placitando pacem et amiciciam inter partes; in quibus placitis marchio[o] terram Lusicie, quam illis de Arxsleve exposuerat, recuperavit et ipse castrum suum in Wolmerstede[p] archiepiscopo et ecclesie

*) *B 4 in marg. et B 4a add.:* Anno 1315. nequam furatus est pixidem cum sacramento ex sacristia monasterii Sancti Pauli de nocte; mane venit in ecclesiam sancti Petri, volens ibi effundere sacramentum ad altare, sed propter homines timuit et descendit de eodem cimiterio et effundit ibi sacramentum inter duos lapides magnos in lutum et cum pixide ivit ad Iudeos, vendens eam eisdem. Venit vector de Albea, proprie 'eyn bornekopenfurer'; cum equi ad illum locum venerunt, manserunt omnino stare, tandem genicularunt se; et sic mirative servus descendit de equo, circumspiciens hinc inde, invenit[q] sacramentum. Advenit eciam molendinarius, qui extracto gladio recepit ex luto sacramentum. Interim Conradus fur capitur, sed tamen dimittitur[5]. In quo loco cives construxere capellam, que usque modo cernitur. cf. ib. p. 184.

a) rogans *add.* *B* 2. b) eum *post corr.* ei *B* 2. c) susceperunt *A.* d) sibi placebat — gramina *abscissa B* 1. e) a. d. *A.* f) est in se deserta *B* 2; semidestructa *A.* g) recessit — obsidione *des. B* 2. h) autem *A.* i) ex una parte *des. A.* k) afferre *B. A* 1—1c. l) est *A.* m) Petrus — markam et *des. B* 2. n) *deest A.* o) t. m. *ead. m. litteris* a. b. *superscr. corr.* m. t. *B* 1, *et sic A* 1d *et alii codd. B excepto B* 3, *ubi* marchio *deest.*; t. m. *A* 1—1c; t. L. m. *A* 2. 2a. p) Castrum Wolmerstede *minio in marg. B* 1. q) venit *B* 4a.

1) Quod Chr. scab. dicit fuisse causam totius discordiae. 2) Auctor loqui videtur de concordato supra p. 428, n. 1. laudato, sed hoc de castrorum destructione ab archiepiscopo promissa plane tacet. 3) Chr. scab.: *up den tie,* i. e. locus placiti. 4) Erxleben in praef. Neu-Haldensleben. 5) Interpolator pro *den leit men slofen* legisse videtur *den leit men lofen.* H.-E.

obligavit pro 12 milibus marcarum, tali adiecta[a] condicione, quod, si quando idem castrum a se vel a suis heredibus vel successoribus[b] pro illa summa pecunie redimeretur, nunquam dampnum aliquod de castro illo ecclesie Magdeburgensi deberet inferri, et de hoc redemptor castri facere deberet ydoneam caucionem; et sic primo[c] castrum Wolmerstede venit ad ecclesiam.

Bern. Guid. Anno Domini 1315. vise[d] sunt due comete.

1316. Anno Domini 1316. orta est magna fames, ita quod multi homines fame mortui sunt.
1313. Eodem anno dominus Borchardus archiepiscopus captus fuit a civibus in civitate Magdeburgh in Novo foro et detentus in lobio vel consistorio civitatis; parabaturque ei una cista super turrim Sancti Iohannis, in qua includi debebat, ut dicebatur; sed ipse, ut prudens, iram civium verbis mollibus et blandis frangere sathagebat promisitque eis magnam pacem et amiciciam; quod et iuramento non exactus[e] firmavit[1]. Misit enim ad plebanum ecclesie sancti Iohannis, mandans, ut sibi corpus dominicum apportaret; quo facto, ipse proprio motu iuravit super corpus Christi, quod vellet esse fidelis civibus nec de illa captivitate[f] se unquam velle expetere ulcionem; et tunc dimissus, liber ad suum pallacium cum honore est deductus. Captivatores autem sui postea in propriis personis ad curiam Romanam accedentes, absolucionem graciosam tandem meruerunt. Ipse autem episcopus post sicut ante gravitatem sui animi civibus ostendebat, dicens, se illud iuramentum fecisse metu mortis, cf Schöpp. p. 186 sqq. ac per hoc ad[g] servandum illud se minime obligari. Unum tamen actum legalitatis notabilem fecit erga cives. Contigit enim, illos qui pro absolucione iverant ad curiam, qui[h] erant de maioribus civitatis viri[i] 12, in eorum reditu in Westfalia captivari et in castro quod Swalenbergh[2] dicitur hostiliter detineri. Quod cum iste dominus[i] Borchardus[3] archiepiscopus comperisset, mox misit gentem suam expeditam et fortem illac[k] ante castrum; qui, evicto castro tam subtiliter quam potenter, captivos illos liberos ad propria reduxerunt[4].

cf Conr. Halberst. cf. Detm. I, p. 207. Anno Domini 1317.[l] secta Beghardorum et Bekinarum per dominum Iohannem papam deleta fuit, quia in quibusdam partibus et maxime circa Renum de summa Trinitate et fide catholica disputantes, errores inducere presumpserunt et simplices seduxerunt sub quodam velamine sanctitatis, ut de hoc in constitucionibus Clementis de hereticis cap. *Ad nostrum*[5]. Nam dominus Clemens inceperat, sed dominus Iohannes papa XXII. mittendo super hoc litteras suas per mundum negocium ad effectum deducere decrevit[6]; sed adhuc reliquie remanserunt, que pullulant[m] de die in diem, nec civitas Magdeburgh expers[n] fuit.

cf. Conr. Halberst Detm I, p. 201 214. 216 218. Anno Domini 1323.[o] Ludewicus dux Bawarie electus fuit in regem Alamanie et Romanorum in Frankenvort temporibus Iohannis pape; ubi convenientes principes electores, discordantes in[p] electione, elegerunt duos, videlicet Lůdewicum prefatum et Fredericum ducem Austrie, filium regis Alberti; qui duo, multis gwerris inter se gestis, tandem duce Austrie devicto et capto, triumphus dicto[q] Lůdewico cum iure electionis accessit. Audiens autem papa Iohannes Lůdewicum triumphasse, cui tamen prius plus favere videbatur, se eidem opposuit ipsumque excommunicavit, graves processus faciens contra eum, et quantum in eo fuit ipsum ab inperio deposuit. Sed idem Lůdewicus reputans sibi et inperio iniuriam fieri, nichilominus processit[r] faciendo[s] se coronari omnibus tribus coronis consuetis in suis locis; principes eciam et civitates inperii obediebant sibi. Sic itaque, cum in variis controversiis cum papa Iohanne et eius successoribus Benedicto et Clemente per plures annos inperasset, tandem anno Domini 1347. defunctus est[t], ut quidam dicunt, de veneno, aliis dicentibus, quod in venacione cecidit de equo, et agonizans multa verba contricionis et devocionis fertur protulisse. cf. Conr. Halberst. et Detm. I, p 267. cf Schöpp. p 204. cf Detm I, p 217

Anno Domini 1324.[u] dominus Albertus, filius ducis Alberti de Brunswich, electus fuit in

a) cautione et *add. A* 2. b) vel succ. *des. B* 2. c) *deest A.* d) visi s. duo *A.* e) exactis confirm. *B* 2. f) sua *add. B* 2. g) *deest A, ubi* se i. serv. (observ. *corr.* serv. *A* 2). h) q. e. *bis scr., semel del. B* 1. i) *deest B* 2. k) illuc *A.* l) 1318. *A* 1[a]. *B* 2. m) pullulabant *B* 2. 3. 4[a]. n) illarum *add. B* 2. o) 1318. *A.* p) *post superscr. B* 1. q) predicto *A.* r) idem Ludewic *add. sed del. B* 1. s) faciens *A* 1[d]. *B* 2. t) *deest A;* esset *B* 2. u) MCCXXIIII. *corr.* MCCCXXIIII. *B* 1.

1) Secundum diploma, Riedel, Cod. dipl. Brand. B. I, p. 364. et 366, Janicke monuit, haec a. 1313. rectius tribuenda esse. 2) Prope Pyrmont. 3) Ann. Reinhardsbrunnensium notitia hic in B 3 cum excerptis Gestorum coniuncta Burchardum 'presentem archiepiscopum' nominat. 4) Chr. scab. rem paullo diverse narrat, dicens, non Burchardum exercitum misisse, sed episcopum Hildesheimensem Burchardi rogatu commotum esse. 5) Lib. V, tit. III, cap. 3. 6) Haec, quae cum Conradi Halberstadensis chronographia concordare supra dixi, cum codice Hannoverano, qui praeter hoc opus Gesta Magdeburgensia continet et quem B 3 nominavimus, contuli.

episcopum Halberstadensis ecclesie et a suo metropolitano archiepiscopo Moguntinensi confirmatus et consecratus; sed papa Iohannes tam electionem quam confirmacionem irritas reputans et inanes propter reservacionem suam, providit de eadem ecclesia domino Ghiselero de Holtsacia; qui tamen possessionem nunquam intrare valuit propter potenciam domini Alberti predicti[a.1]. Quo Ghiselero defuncto, papa Clemens VI. providit de eadem ecclesia domino Alberto, filio comitis de Mansvelt; sed nec ille possessionem potuit optinere propter eandem[b] causam; et sic prefatus dominus Albertus de Brunswic ecclesiam Halberstadensem per 35 annos potenter occupavit contra velle quatuor summorum pontificum sibi invicem succedencium. Demum, domino[c] Alberto de Mansvelt mortuo, papa Innocencius VI. de eadem ecclesia Halberstadensi providit domino Ludewico, fratri[d] marchionis Misnensis[2]. Et tunc, quia iste dominus Albertus de Brunswic iam senectute defectus et consciencia motus, et quia fortem tunc habuit adversarium, cessit et sedi apostolice obedivit[3]; qui et brevi postea tempore supervixit.

Sub eodem tempore et modo simili dominus Hinricus, frater germanus dicti domini Alberti de Brunswic, occupavit ecclesiam Hildensemensem potenter per 37[e] annos[4], et multo atrocius, quia coegit omnes clericos[f] prophanare aut beneficia sua dimittere et extra terram suam exulare. Hic tamen tandem apud papam Innocencium sextum intervenientibus[g] realibus intercessoribus graciam optinuit hoc modo, quia, resignacione facta, papa[h] eidem quasi de novo de eadem ecclesia providit; et consimilem graciam non dubium quin[i] et alter frater, scilicet dominus Albertus, invenisset, si ydoneos procuratores et intercessores validos in Romana curia habuisset.

Et ut ad propositum redeamus[5], cum iterum iste dominus Borchardus archiepiscopus cf. Schöpp. p. 189 sq.
plura gravamina contra cives attemptaret et non solum[k] Magdeburgensibus, sed eciam Hallensibus et Calvensibus necnon et[l] ministerialibus et baronibus et comitibus circumquaque se gravem exhiberet, ipsi, ut humana habet industria, sese invicem contra archiepiscopum fortificantes, confederati sunt; et plures domini terre facti sunt cives in Magdeborch, videlicet comes de Mansvelt et comes de Werningrode, dominus Gardunus de Hademersleve et aliqui ministeriales[6]. Tandem[m] angelus Sathane misit in corda aliquorum[n], ut conspirarent in
necem eius. Factum est ergo anno Domini 1325, in die decollacionis sancti Iohannis baptiste, 1325. Aug. 29.
cum idem archiepiscopus intrasset civitatem Magdeborgh, captus est et detentus in pallacio episcopali cum diligenti custodia. Ponebant enim vigiles multos per[o] singulas noctes iuxta pallacium circumquaque et per hoc involvebant totam communitatem. Ipsi autem consules per se diebus ac noctibus intra pallacium apud eum excubabant. Cumque tandem de tam crebra et laboriosa custodia attediarentur, pluresque consulum horrerent nephas necis eius,
quasi volentes se a scelere[p] extrahere ad instar Pylati, qui lavans manus suas dicebat: '*Innocens ego sum a sanguine huius*', commiserunt eum viris sceleracioribus, qui inter eos maiori odio Matth. 27, 24.
ad ipsum afficiebantur, et illi adhuc nequioribus, qui larvis induti in ipsa nocte sancti Mathei Sept. 21.
apostoli ipsum de pallacio suo ad cellarium novum[q] civitatis, in quo captivi et malefactores detineri solent, duxerunt[a], ibique eum cum fuste vel clava in cerebro percucientes, proch dolor! occiderunt et, ut sperandum est, Christi martirem ipsum[r] fecerunt[s.7]. Hoc autem

a) *deest B 2.* b) causam prefatam *B 2.* c) do⁹ Albertus *corr.* dnō Alberto *B 1.* d) frm *corr.* fri *B 1.* e) 27. *B 2.* 5. f) suos *add. B 2.* g) int. r. i. *des. B 2.* 5. h) p. e. *des. B 2*; papa idem *A 1—1d.* i) quando *A 1—1d.* k) civibus *add. B 2.* l) *deest B 2. A.* m) itaque *add. B 2.* n) tam de dominis terre quam de civibus *add. B 2.* o) per — noctes *des. B 2.* p) eius *add. A.* q) adduxerunt, scilicet *add. B 2.* r) martirem effecerunt *B 2.* s) Archiepiscopus occiditur *minio in marg. B 1.*

1) Quae praecedunt inde a verbis: *A. D.* 1324. *dominus Albertus* plane fere cum Chronico Detmari conveniunt, ea vero quae de eadem re sequuntur ibi non inveniuntur; nihilominus, cum ipse auctor infra narrationem hanc hic interpolatam esse innuat, non possum, quin a nostro esse repertam eam cum continuatione libri Bernardi Guidonis coniunctam credam. Quae si recte se habeant, statuendum est, eam post mortem Alberti Halberstadensis episcopi, i. e. annum 1363, esse factam; de loco in ambiguo relinquendum est, utrum compilator Halberstadii an Hildesheimi scripserit. 2) Rem sic se habuisse, affirmant Gesta Alberti Chronico Halberstadensi adiecta SS. XXI, p. 123 sq. 3) A. 1357; minus accurate igitur pontificatui eius supra tribuuntur 35 anni. 4) Numerus falsus est, cum constet, Heinricum Hildesheimensem episcopum esse electum a. 1331. et mortuum a. 1363. et a papa confirmatum a. 1355; cf. Lüntzel, 'Gesch. d. Diöc. Hildesheim' II, p. 318. De illa episcopii Hildesheimensis occupatione v. etiam Heinr. de Hervordia p. 288. 5) Vide supra n. 1. 6) Quorum nomina enumerant diplomata concordiae denuo cum archiepiscopo restitutae d. d. 13. Oct. 1324. et 16. (?) Iul. 1325, iam a Dreyhaupt, 'Beschr. d. Saalkr.' I, p. 58—60, publici iuris facta. 7) Quod demonstrat, haec sedentibus Ottone vel Theoderico archi-

factum horrendum utique et nephandum diu celatum habebatur; suspicio quidem et rumor erat in populo de eius morte, sed nemo fatebatur se de hoc quitquam certi scire. Verum cum domini canonici ad electionem futuri antistitis nullatenus procedere vellent, quousque eis[a] constaret certitudinaliter de morte sui pastoris et de eius sepultura, tandem anno sequenti corpus eius, quod in arena in loco occisionis fuerat conservatum, productum est et deportatum ad capellam sancti Gungolfi[b.1] et inde ad maiorem ecclesiam ad communem [1326. Aug. 19.] omnium aspectum; quod in eadem ecclesia condigno cum honore sepultum est 14. Kal. Septembris[2]. Qui autem fuerunt huius nephandi sceleris[c] actuales patratores, usque hodie nescitur pro certo, nisi quod demum per ipsos consules productus fuit quidam vir de Calvis, qui fatebatur se manu propria eum[d] interfecisse; interrogatus, quare ipse ausus fuerit mittere manus in christum Domini, respondit, quod, quia ipse eum depauperaverat et omnia bona sua sibi abstulerat, idcirco nacta oportunitate se de eo posse vindicare gaudebat; sed quitquit [cf Matth 26, 45.] veritatis de hoc sit, ve illis qui tradiderunt eum in manus peccatoris[e], viri scilicet tam[f] desperati! Ob hanc causam civitas fuit supposita gravissimo interdicto, ut dignum erat pro tanto scelere, licet multi valde dolerent de facinore perpetrato. Demum ergo communitas civitatis attendens rectores suos tam enormiter oberrasse et civitatem ipsam suis iniquis consiliis ad tanta discrimina honoris, fame atque rerum perduxisse, omnes consules de tribus consiliis[g], qui erant viri triginta sex, de civitate expulerunt eosque proscripserunt; [1330. Apr. 21.] quod factum fuit anno Domini 1330, 11. Kalendas Maii[3].

Sedit autem hic dominus Borchardus annis 18; qui, licet fuerit tam gravis civibus et dominis terre ac eciam nonnullis ecclesiasticis personis, ut dictum est, pie tamen presumendum est, quod talia fecerit zelo iusticie pro ecclesia sua, pro qua multum zelabat, interdum eciam cum preiudicio aliorum[h]. Unde[i] quando aliqui subditorum suorum bona sua distrahebant per viam testamenti vel donacionis inter vivos vel causa mortis, ipse plerumque cassavit, dicens: 'Non, non, sed illa debentur sancto Mauricio'. Quod enim talia ex zelo iusticie fecerit, patet ex eo quod in usus persone sue vel eciam suorum consanguineorum pauca consumpsit, sed omnia que[k] potuit ad usus ecclesie deputavit[l]. Fuit autem[m] iste dominus Borchardus castus, vitans consorcia mulierum. Unde postquam factus est archiepiscopus, nunquam visa est mulier inhonesta in habitacione[n] sua[4]. Dilexit eciam honestatem cleri, quia non potuit videre[o], quod aliquis clericus vel religiosus incederet inhoneste et incomposite sive in vestitu sive in motibus[p] corporis. Propter quas et alias virtutes sperandum est eum in numero sanctorum martirum collocatum. Unde et fertur nonnullis miraculis claruisse[5].

[cf Schöpp p 197 sq] Sepulto itaque corpore domini Borchardi archiepiscopi, ut moris est archiepiscopos sepelire, canonici elegerunt in archiepiscopum magistrum Heydenricum de[q] Erpez[6], decretorum doctorem, eiusdem ecclesie concanonicum[7]. Qui dum posuisset[r] se ad viam versus curiam Romanam, captus est in via* prope Ysenacum; in qua capcione infirmatus, quia vir senex erat, diem clausit extremum, et sepultus est in loco fratrum Minorum[8] in[s] Ysenako.

*) *B 3. 3a inserunt haec chronico Sampetrino Erfordensi attribuenda:* per Weczelonem de Buchenowe et Ottonem de Stutirnheym cum eorum complicibus, scilicet strata publica abduxerunt eumque Brandenvels, qui fuerat provecte etatis, et canicie venerandum per unum annum et dimidium custodie manciparunt; qui in vinculis diem clausit extremum et sepultus *etc.*[9]

a) q. de eius c. c. morte past. *B 2.* b) Gungulfi *saepius infra A 1;* Gangolfi *B 3—5.* c) criminis *B 2.* d) *deest A 2.* e) peccatorum *A 1. 1a. b. B 2. 3;* peccatorum, virorum tam desperatorum *B 4. 4a.* f) *deest A.* g) Consules expelluntur *minio in marg. B 1.* h) *ead. manu in marg. suppl. B 1.* i) nonnunquam *add. B 2. 5.* k) acquirere *add. B 2. 5.* l) applicavit *B 2.* m) eciam *B 2.* n) habitudine *A 2.* o) *post in marg. suppl. B 1.* p) moribus *A. B 5.* q) *deest A.* — Erpen *A 2;* Erps *B 2. 5.* r) fuisset *B 2.* s) in Y. *des. A.*

episcopis esse scripta, quorum uterque a papis beatificationem Burchardi impetrare studuerunt; cf. Dreyhaupt l. c. I, p. 77 sq. 1) Quae in palatio archiepiscopali sita erat. 2) Capitulum iam d. 25. Oct. 1325. de archiepiscopi morte certius factum fuisse et ad novi praesulis electionem accessisse et alia in quibus Gesta erraverint, G. A. de Mülverstedt docet in 'Magdeb. Geschichtsbl.' V, p. 94. 3) Quae infra iterum narrantur. 4) Sed cf. supra p. 427: *quia ante sui creacionem bonus socius fuerat.* 5) Cf. supra p. 431, n. 7. 6) Vel Erpitz, quae villa fuit Magdeburgo vicina. 7) De eius electione et brevi pontificatu vide supralaudatam Mülverstedtii dissertationem. 8) Cf. Chron. S. Petri Erford. ed. Stübel p. 164. 9) Quae cum ex chronico Sampetrino Erfordensi, quod Gesta archiepiscoporum Magdeburgensium nusquam in usum suum verterunt, profluxerint, facere non possumus, quin ea Annalibus Reinhardsbrunnensibus, qui arctissime cum chronica S. Petri cohaerent, attribuamus; unde sequitur, ut credamus, codicem B 3a simili modo, ut Wegele in editionem Annalium Reinh. tantum illa quae ex eis deprompta videbantur esse e cod. B 3 assumpsit, inde nonnisi quae ad historiam Magdeburgensem specta-

Deinde canonici elegerunt in archiepiscopum dominum Hinricum de Stalbergh, eiusdem ecclesie prepositum, qui quia prudens dominus erat, sperabatur, quod ecclesia deberet per eum multum prosperari. Sed interim lantgravius Hassie cum uxore sua existens in curia Romana impetravit[a] a papa Iohanne archiepiscopatum Magdeburgensem pro filio suo Ottone. Qui dominus Otto, licet adhuc iuvenis[b], pro reverencia tamen sedis apostolice, cuius gracia protunc civitas Magdeburgensis multum indiguit, ac[c] eciam ob reverenciam sancte Elyzabeth, de cuius progenie idem Otto fuit[1], ab omnibus gloriose fuit receptus, tam a canonicis quam a civibus et nobilibus terre; et dominus Hinricus de Stalberg electus pro communi pace electioni sue renuncciavit[d] sponte. cf. Detm. I, p. 219. 224.

42. Otto, filius lantgravii de Hassia, 28. archiepiscopus[e] datus est a papa Iohanne XXII. anno Domini 1328.[2] et[f] ab eodem papa recepit pallium anno provisionis sue tercio. Hic invenit ecclesiam[g] multum disturbatam et dilapidatam in[h] castris et municionibus. Nam quidam de canonicis castra nonnulla pro se et suis amicis occupaverant et[i] debita super ea accumulaverant. Ipse eciam provisus in primo adventu suo tam pro expensis introitus sui quam pro servicio camere pape eadem pauca que non occupata invenit exponere conpulsus est, ita quod ipse nullum locum mansionis habebat nisi pallacium episcopale intra civitatem[k] apud summum. Successu tamen temporis fortuna sibi arridente multa recuperavit. Nam castrum Wolmerstede, quod ex[l] causis premissis extra ecclesiam venerat et fuit in manu domini Ottonis[m] ducis Brunswicensis, ipse archiepiscopus per industriam famosi[n] militis domini Henninghi de Stenvorde cepit anno Domini 1334, in nocte diei dominice qua cantatur *Iudica*[7], et deinde tam per viam gwerrarum quam per industriam placitorum successive in multis, ut sequitur, prosperatus fuit. cf. Schöpp. p. 199. 201. 1334. Mart. 13.

Hic satis conpetenter se habuit ad cives, et licet aliquando duros tractatus habuerit[o] contra[p] ipsos, nunquam tamen movit eis gwerram. Huius tempore cum populus civitatis in sedicionem verteretur, et communes iam haberent currus cum straminibus paratos ad incendendum[q] tecas seu cameras institorum et pannicidarum et armati starent ad invadendum divites, qui erant in lobio, et ipsi divites ex adverso se armarent, ipse[r] archiepiscopus hec audiens, de pallacio suo cum paucis qui secum erant descendit, et accurrens, posuit se in medio furencium et cum magna difficultate sedavit eos, faciendo treugas inter partes, quas postea amicabiliter concordavit[3]; et hec gesta sunt anno Domini 1330. Et[s] tunc facta est unio braxatorum et pistorum, que antea non fuerat[t. 4]. 1330.

Eodem tempore civitas expulit 36 viros, qui fuerant in consilio tempore necis domini Burchardi. Anno[u] Domini 1331. cives Magdeburgenses obtinuerunt graciam sedis apostolice de nece domini Burchardi hoc modo, quod communitas consulum et[v] civium construere deberent unam capellam et sex altaria[5] eaque dotare et homagium facere domino archiepiscopo, qui pro tempore esset[w], in sua novitate, in memoriam* necis tam horrende, et sic cf. Schöpp. p. 199 sq. 1331.

*) *B 1 manus saec. XV. in marg. add.:* Non est verum, quia et eos domino Burchardo interfecto semel in eius novitate et secundo post primam eius detencionem homagium prestitisse fidelitatis notissime constat.

a) a p. I. a. M. p. f. s. Ottone impetravit *A.* b) esset *add. B 2.* c) ac eciam — fuit *des. B 2. 5.* d) resignavit *A 1–1[c]. 2. 2[a]*; repugnavit *A 1[d]*; ren. sp. et libere *B 2.* e) Magdeburgensis *add. B 2.* f) et ab e. p. r. p. a. pr. s. tercio, a. D. 1328 *A*; et ab — tercio *des. B 2.* g) suam *add. B 2.* h) in — munic. *des. B 2.* i) et debita — conpulsus est *des. B 2.* k) in civitate *B 2.* l) ex — venerat et *des. B 2.* m) Otto de Brunswik ducis *B 2.* n) ind. Henningi de Steynvorde militis *B 2.* o) habuerat *B 3. 4*; habuit *B 1[a]. 5*; fuerit *A 2.* p) circa *B 4. 4[a]*; citra *A.* q) incendium *A.* r) *deest A*; descendit *add. sed del. B 1.* s) Et tunc — fuerat *in loco raso in marg. inferiore alio atramento add. B 1; des. B 1[a]. 3–5; post* concordavit *haec iam inserunt A.* t) erat *A.* u) Anno — Burchardi *des. B 2.* v) *loco* et civium — continentur *B 2 haec:* et cives debent construere et dotare unam capellam et sex altaria in ea et homagium facere domino archiepiscopo, qui pro tempore fuerit, in sua novitate, in memoriam necis tam horrende; et sic absolvebantur per commissarios ad hoc deputatos ab excommunicacione, habilitati fuerunt ad pheodalia bona recipienda et obtinenda; interdictum fuit relaxatum, et cimiteria sollempniter reconciliata. w) *deest A.*

bant descripsisse; modo eodem igitur factum videtur esse, ut et scriptor codicis B 3[a] sententiam illam potius chronico Magdeburgensi adiiciendam esse censeret et Wegele eam praetermitteret. Haud dubitandum igitur est, quin fere omnia, quae codd. B 3. 3[a] supra Gestis addiderunt, ad Ann. Reinhardsbrunnenses referenda sint. 1) Pater eius, Otto landgravius, pronepos fuit beatae Elisabeth. 2) Diplomata Otto concessit iam ab auctumno a. 1327, in quibus usque ad a. 1330. vocatur *electus.* 3) Vide concordiae chartam d. d. 8. Maii 1330 (feria 2. post d. s. Iohannis ante portam Latinam) apud Hofmann, 'Gesch. d. Stadt Magdeburg' II, p. 245 sqq. 4) D. 2. Iun., ut diploma de hac re concessum indicat, H. Rathmann, 'Gesch. d. Stadt Magdeburg' II, p. 493. 5) Bulla absolutionis a Iohanne XXII. papa data die 30. Iun. 1331 (ap. Boysen, 'Histor. Magazin' III, p. 125 sqq.) praeter

absolvi deberent omnes et singuli ab excommunicacione et habilitari per commissarios ad hoc a sede deputatos, qui fuerunt isti: prepositus Beate Virginis in Magdeburgh[1] et prior provincialis provincie Saxonie ordinis heremitarum sancti Augustini[2]. Qui provincialis subdelegavit in totum hoc negocium fratri[a] Iordano, tunc lectori Erfordensi eiusdem ordinis[3]; qui duo, scilicet prepositus et frater Iordanus, cum auxilio Dei idem negocium sibi efficaciter assumpserunt, licet magnam resistenciam haberent a domino Ottone archiepiscopo et capitulo ecclesie eiusdem, pro eo quod ecclesie[b] eorum, que lesa fuit per necem sui pastoris, videretur minime satisfactum[4]. Sed ex alia[c] parte videbatur, quod dominus papa illam emendam de capelle et altarium construccione et homagii prestacione in satisfactionem ecclesie taxasset, et hiis et[d] pluribus aliis questionibus incidentibus, execucio negocii impediebatur fere per quatuor menses; sed tandem multis laboribus, tractatibus et placitis per ipsos commissarios habitis inter partes, eas ad pacem et concordiam reduxerunt. Et tunc hiidem[e] commissarii cives omnes et singulos qui indigebant ab excommunicacione absolverunt, interdictum sollempniter relaxaverunt, cimiteria reconciliari fecerunt, cives ipsos et eorum filios ac nepotes ad beneficia ecclesiastica et feoda[f] habilitaverunt, infamie maculam sive notam omnesque penas alias spirituales et temporales aboleverunt[g]. Homagium cuilibet archiepiscopo in sua novitate faciendum indixerunt[h, 5]. Capellam et altaria sex in emendam pro[i] anima sepedicti domini Burchardi occisi construenda et dotanda ad effectum posuerunt, prout hec omnia[k] in litteris apostolicis eisdem commissariis et[l] executoribus super hiis directis plenius continentur.

1334. Anno Domini 1334. obiit Iohannes papa XXII; cui[m] successit eodem anno ex electione cardinalium Benedictus papa XII, qui prius fuerat abbas Cysterciensis ordinis et postea cardinalis[n], demum papa, et sedit annis octo.

1336. Oct. 27. Anno Domini 1336[o], in vigilia Symonis et Iude[p] fuit diluvium magnum ventorum, quo multe ecclesie et alia magna edificia in diversis partibus corruerunt, et[q] arbores maxime plures radicitus sunt evulse, trabes eciam et plante magne quasi pennigero volatu de loco[r] ad locum vise sunt transferri.*

Eo tempore in civitate Magdeburgh deprehense sunt quedam Beghine de hiis que se de alto spiritu appellant circa articulos fidei plurimum delirantes, quas dominus Otto archiepiscopus ad se adductas, assumptis aliquibus prelatis et religiosis, diligenter examinatas[s], invenit eas nonnullos prophanos et execrandos articulos temere profitentes in blasphemiam Christi et sanctorum, quos eciam articulos ob eorum detestabilitatem dignum non duxi scripto commendare. Quas[t] personas idem dominus archiepiscopus fecit carcerali custodie mancipari; sed post dies aliquot, quia errorem suum — puto solum verbotenus — revocaverunt, de custodia sunt erepte. Circa idem tempus cum gravis infamia de heresi laboraret contra inhabitatores civitatis Angermundis Brandeburgensis dyocesis, missi sunt illuc inquisitores heretice pravitatis frater Iordanus prefatus, tunc lector Magdeburgensis, adiunctis sibi per dominum Lodewicum Brandeburgensis ecclesie episcopum fratre Nicolao gardiano fratrum Minorum in Berlyn et magistro Vinianz[u] preposito in Sehusen[6] cum officiali domini episcopi Brandeburgensis. Hii officium suum exequentes, in Angermundis[v] plures

*) *B* 3. 3^{a} *add.:* Campane eciam magne in Hallis de turri Sancte Gertrudis ceciderunt de tali vento.

a) fratrem Iordanum lectorem Erfordensem *B* 1^{a}. b) ecclesia *A*, *excepto A* 1^{d}. c) altera *A*. d) *superscr. B* 1. e) *sic B* 1. 3; iidem *reliqui codd.* f) eccl. recipienda hab. *A*. g) Absolucio civium *minio in marg. B* 1. h) induxerunt *A*. i) p. a. *des. A* 2. 2^{a}; sepedicti *deest B* 4. 4^{a}. k) *deest A*. l) in *A*. — executorialibus *A* 1^{d}. m) cui — XII. *des. B* 2. n) *post in marg. suppl. B* 1. o) XXXV. *B* 2. p) apostolorum *add. B* 2. q) *sequentia* — Erfordie sollempniter est crematus *des. B* 2. r) caelo *A* 2. s) examinatis *codd.* t) dn̄s *add. sed del. B* 1. u) *ita B* 1. *A* 1; Viniam *B* 1^{a}; Vineancz *B* 3; Wychman̄ *B* 4; Wichmanno *B* 4^{a}; Ioachimo *B* 5; unionum *A* 1$^{a. b. c}$; Veniarum *A* 1^{d}; Vinearum *A* 2. 2^{a}. v) *post corr. B* 4^{a}*:* Tangermundis.

capellae constructionem tantum 5 altaria institui iubet; auctor altare in capella instituendum addens, eorum numerum sex fuisse dicit. Quae sequuntur paucis exceptis ex bulla ipsa vel ex litteris executoriis infra ab auctore laudatis deprompta sunt. 1) Conradus. 2) Henricus nominatus in bulla et executoriis litteris. 3) Litteris d. 11. m. Oct. a. 1331. datis, quas v. ap. Boysen l. c. III, p. 132. 4) Quae de Ottonis archiepiscopi difficultate proferuntur non cum bulla consentiunt; papa potius dicit, se ob misericordem Ottonis petitionem has poenitentias ordinasse, quod eum propter archiepiscopum honorandum fecisse, et auctorem res veras retulisse, non dubito. 5) Homagium Ottoni ut diploma ap. Boysen, l. c. III, p. 135, docet, a. 1333, d. 26. Apr. factum est. 6) Praepositus Seehusiensis, chartis a Riedel, Cod. dipl. Brandenb. A. XXII, 30. et VI, 356, editis testibus, a. 1326. Nicolaus, a. 1345. Conradus fuit.

personas utriusque sexus invenerunt de heresi Luciferianorum suspectas et infamatas; quibus secundum iuris exigenciam purgacionem canonicam indixerunt. Inter quos fuerunt specialiter 14 persone utriusque sexus, que in purgacione deficientes, post recessum inquisitorum per advocatum marchionis ignibus traditi, fuerunt cremati.

Circa idem tempus quidam Beghardus hereticus nomine Constantinus inter alias suas vesanias asseruit, se esse filium Dei sicut Christum sine aliqua distinctione; item dixit, euvangelia Marci et Luce esse fabulas, Mathei autem et Iohannis euvangelia concessit; item dixit, Augustinum et omnes doctores nostros sanctos[a] esse truphatores et sincere veritatis perversores; item dixit, papam, episcopos et omnes sacerdotes esse hominum deceptores; item de eukaristia et aliis sacramentis ecclesie nichil tenuit, sed talia propter avariciam a clericis fore conficta asseruit[b]. Iste examinatus coram vicario domini archiepiscopi Moguntinensis, constanter, immo pertinaciter omnes hos articulos et plures alios asseveravit[c]; cui examinacioni predictus frater Iordanus eciam interfuit, et quia iste ab errore suo resilire noluit, in foro Erfordie sollempniter est crematus[*, 1].

Anno Domini 1342. fuit diluvium aquarum tam magnum, quod in plerisque locis homines in superioribus domorum solariis se vix poterant conservare; unde homines et iumenta plurima perierunt, que non poterant confugere ad montes[2]. Eodem anno mortuus est papa Benedictus XII, et creatus est Clemens papa VI, qui sedit annos circiter 10.

Anno Domini 1346. Karolus[d], filius regis Bohemie Iohannis, imperatoris[e] Hinrici filii, [cf. Detm I, p. 262. 269. Conr Halb.] electus est in regem Alamanie et Romanorum ab una parte principum ex[f] imposicione Clementis pape ante mortem Lodewici ad 14 menses[3]. Sed ipse Karolus vivente Lodewico modicum vel nichil profecit[g] propter potenciam eiusdem[h] Lodewici, nisi quod, mortuo patre suo in bello quod erat inter reges Francie et Anglie, ipse successit patri suo in regno Bohemie[4]. Mortuo autem Lodewico, cepit se de regno Alamanie intromittere. Sed tunc alia pars principum electorum elegit contra eum comitem Guntherum de Swartzeborgh in regem [cf Detm I, p 268.] Alamanie et Romanorum; qui cepit strennue agere; sed eo in brevi mortuo per toxicum[i], [Conr Halb. cf. Schöpp.] ut dicitur[5], extunc Karolus remansit rex Alamanie et Romanorum[k] simul et rex Bohemorum. [p. 204] Qui eciam postmodum ad Ytaliam veniens, coronam inperialem Rome accepit; et hic fuit a Iulio Cesare 98[l].

Anno Domini 1348.[**] et aliquibus sequentibus annis maxima pestilencia quasi per totum [cf Conr. Halb.] orbem generaliter est perorta, sed sparsim de una terra ad aliam transvolando ad[m] instar ludi scacorum; qua[n] eciam in[o] Magdeburgh innumerabiles homines interierunt. Eodem tempore Iudei ubilibet[p] per ferrum et ignem et aliis modis diversis passim occidebantur, quia inponebatur eis intoxicacio foncium et puteorum et aliarum aquarum; et[q] ex hac causa, ut ferebatur, fuit tanta mortalitas hominum. Quod si verum fuerit[r], non diffinio, sed certum est [cf. Detm. I, p. 276.]

*) *B* 3. 3[a] *add.:* Anno Domini 1342. Otto dux de Brunswig subornatus et victus peccunia dereliquit marchiam Antiquam, et Ludewicus dux Bavarie intravit et suscepit eandem marchiam, et creverunt mala.

**) *B* 4[a] *in marg. add.:* fecit prelium cum Magdeburgensibus in der Ore, unde . . . . . . redierunt[6]; et hoc in die Pauli primi heremite. Eodem anno *etc.* [Ian. 10.]

a) *deest A.* b) asserebat *B* 4. 4[a]. c) assertive tenuit *B* 1[a]. d) *deest A* 1. 1[d]. e) i. H. f. *des. B* 2; i. H. filii *A* f) ex imp. — intromittere *des. B* 2. g) proficiebat *A.* h) *in marg. ead. manu add. B* 1; *deest B* 3—5. i) intoxicationem *B* 2. 3. 3[a]. k) R. atque Bohemie *B* 2. l) 28. *A.* m) ad — interierunt *des. B* 2. n) quia *A.* o) civitate *add. B* 1[a]. p) ubicumque *B* 2, *ubi* per f. — passim *des.* q) *sequentia* — in castris suis conservaverunt *des. B* 2. r) fuit *B* 1[a]. 3. 4. 4[a].

1) Haec, quae brevius in Chron. S. Petri Erford. relata sunt, auctori a Iordano ipso esse narrata, credendum est. 2) *Anno* — *montes* certe Magdeburgi non scripta sunt. 3) Cf. Huber, 'Reg. Karls IV.' nr. 228. 233[b]. 368[b]. Fragmenta chronographiae Conradi Halberstadensis, quae cum Gestis nonnullis locis concordant, in 'Forschungen' XX, p. 292 sqq. publici iuris facta sunt a C. Wenck, qui praeterea Conradum Memorabilia Heinrici de Hervordia exscripsisse accuratius demonstrare studuit; at hanc utriusque fontis coniunctionem, de qua iam C. Müller in 'Forsch.' XIX, p. 516 sqq. pauca protulit, alio modo definiendam esse, patet ex suprascripto Gestorum loco et ex iis quae infra p. 435, l. 7. de peste narrantur. Quae quoniam cum Heinrici de Hervordia libro p. 244. et 280. congruere, recte iam Günther (Progr. p. 27) monuit, coniiciendum est, Memorabilia Heinrici non a Conrado ipso in usum esse versa, sed ab alio auctore, ex cuius scriptis et Conradus et Gestorum Magdeb. auctor simul hauserint. 4) D. 26. Iul. pugna ad Creciacum facta, ubi pater interfectus est. 5) Cf. C. Jansen, 'Günther von Schwarzburg'; excurs. I. 6) V. Chr. scab. p. 222. Dies qui sequitur potius spectat ad pugnam ad Frose a. 1278. commissam; ib. p. 161.

secundum omnes astronomos, quod fuit ex concursu astrorum[1]; et possibile est, quod Iudei fuerunt concausa, quia plures eorum comprehensi hoc fassi fuerunt, ut fertur, in diversis locis. Super[a] omnia autem voluntas Dei fuit in causa, qui sic ab eterno disposuit astra et previdit Iudeos[b] sic facturos in tempore; quod permisit propter peccata hominum. Cum ergo sic Iudei ubique trucidarentur, dominus Otto archiepiscopus una cum consulibus civitatis nitebantur conservare Iudeos suos; sed communitas civitatis simul cum rusticis villarum adunati, irruerunt in villam Iudeorum, quibusdam ex Iudeis fugam petentibus, aliis vero sese et villam fortiter defensantibus; tandem communitas prevaluit, et capta preda, Iudeos in domibus et cum domibus combusserunt; sed tamen archiepiscopus et domini[c] alii terrarum plures ex Iudeis ad se confugientes in castris suis conservaverunt.

cf. Detm I, p. 263. — ib p 276.

Hiis[d] temporibus surrexit quidam vir opinione quorundam rusticus vel, ut dicebatur[e], molendinarius, qui dixit, se esse Woldemarum marchionem Brandeburgensem, cum tamen verus marchio Woldemarus ante 29 annos fuerit[f] mortuus et in Koryn claustro[g] ordinis Cysterciensium[h] presentibus pluribus nobilibus utriusque sexus fuerit sepultus. Ipse autem asserebat, se nunquam fuisse mortuum, sed quod in quadam simulata infirmitate sua ordinaverit quendam virum mortuum loco sui[i], ipse vero extra terram fugiens, tanto tempore, ut prefertur, exulem se fecit, et sic in persona illius viri ipse putabatur sepultus, ut dicebat. Quare autem fugam pecierit et tantum principatum dimiserit[k], una causa fuit, ut ipse asserebat, propter uxorem suam, cui in gradu prohibito coniunctus fuerat, nec aliter, ut sibi videbatur, sue consciencie et uxoris[l] honori et saluti providere poterat nisi taliter eam relinquendo, ut ipsa cum honore virum alium accipere[m] posset; sicut et fecit. Alia[n] tamen causa assignabatur ab aliis, quia delirus factus fuit, ut eciam post reditum suum patuit evidenter. Multi tamen principes ac nobiles et civitates plurime eum acceptaverunt eique adheserunt, sicut dominus Otto Magdeburgensis archiepiscopus, dominus dux Saxonie, dux Stetinensis, duces Sundenses[2], comites de Anehalt, civitas Brandeburgensis, utraque Berlynensis, Stendalensis et alie multe, quarum[o] tamen quedam postea ab eo resilierunt. Multi eciam alii nobiles et populares[p] ei sicut vero marchioni intendebant, immo eciam dominus Karolus rex Romanorum ipsum in latere suo sicut principem sedere fecit. Vixit autem in hoc statu annis circiter[q] 9, et mortuus est et sepultus in[r] Dessowe sicut marchio coram[s] altari unius capelle. Hunc virum iste dominus Otto archiepiscopus tenuit pro vero marchione, asserens in fide sua[3], me audiente, quod ipse esset ille[t] idem verus marchio Woldemarus, qui putabatur sepultus. Unde[u] iste archiepiscopus cum tota potencia sua assistebat ei, iuvando eum ad recuperandam terram Marchie de manu Lodewici marchionis; de qua terra marchionatus ille acquisivit magnam partem, ut dictum est[4], et iste dominus archiepiscopus de hoc habuit partem suam pro ecclesia in recompensam expensarum, videlicet castrum Ierichow cum terra adiacente, Sandowe[5] castrum et oppidum cum attinentibus, castrum Plawe, castrum Plote[6] cum villis annexis. Mirabile valde fuit de isto homine Woldemaro, et usque in hodiernum diem sunt de eo opiniones.

cf. Schöpp. p. 199. Conr. Halb.

a) Super — hominum *in marg. infer. alio atramento add. B* 1, *inferius ins. B* 3. b) s I. *A*. c) *de hoc vocabulo in B* 1 *satis non constat,* oñi? *e corr. pro* dñi. d) Woldemarus *minio in marg. B* 1. e) dicitur *B* 2. f) fuerat *B* 1ª. 3; fuit *B* 4. 4ª. g) monasterio *B* 2. h) Cystersium *B* 1. i) in lecto egritudinis sue collocari *add. B* 5. k) pecierit de tanto principatu *B* 2. l) sue *add. B* 2. m) recipere *B* 2. n) Alia — evidenter *des. B* 2. o) quarum — intendebant *des. B* 2. p) proceres *A* 1ᵈ; populi *A* 2. 2ª. q) tantum *B* 2. r) in D. *ead. m. superscr. B* 1. s) coram — sepultus *des. B* 2 t) *ead. m. in marg. suppl. B* 1. u) Ipse autem Otto a. c. t. p. s. ei assistebant iuv. terram recuperando, unde ipse archiepiscopus pro sua ecclesia in recompensam castrum Ierichov *etc. B* 2.

1) Afferre hic iuvat locum chronici Detmari huc spectantem (p. 269): *In deme sulven jare schref mester Johan Dannekowe, de wiseste mester in der kunst astronomia, van deme sterven von Meydeborch to Lubeke sinen sunderliken vrunden; he schref, dat de sake desser suke was unde is en eclipsis der manen, de dar was vor der samelunghe der planeten Jovis et Saturni in dem jare Goddes* 1345. etc. Similem explicationem in codice Amploniano Erfurtino Q. 349. inveni. Accuratius de hac peste egit R. Hönniger, 'Der schwarze Tod in Deutschland'. 2) i. e. Stralsundenses. 3) Quae Detmarus de Pseudo-Waldemaro profert neque a Gestis neque a Chr. scab. nimis differunt; item atque haec Pseudo-Waldemarum appellat *baghard,* item atque illa Ottonem archiepiscopum dicit marchionum e gente Wittelsbach regnantium aemuli veritatem maxime defendisse. 4) Quod, cum ad ea quae supra commemorantur non pertineat, docet, hanc narrationem ex relatione prolixiore esse desumptam; etiam in Chr. scab. p. 203, ubi de Ludovici infeudatione agitur, invenimus *als vorgeschreven steit,* locis ad quos haec spectare possint deficientibus. 5) Sandau ad Albim. 8) Alten-Platow in praefectura Ierichow II. Cf. Riedel, Cod. dipl. Brand. B, II, p. 249. et 357.

Eodem[a] tempore flagellatores diversorum statuum et[b] condicionum discurrunt[c] per diversas terras, inter[d] quos quidam erant sacerdotes et clerici, quidam layci nobiles et plures alii in magno numero, qui flagellabant se publice per ecclesias, cincti linea veste sub cingulo et desuper toti nudi, cantantes canciones ad hoc factas. Mulieres eciam in quibusdam partibus in magna multitudine processionaliter incedentes, eodem modo cum suis cancionibus se flagellabant, cincte veste linea sub cingulo et ante pectoralia velate, dorsum autem totum nudum habebant, faciebus eciam[e] velatis[1]. Hec secta[f] periculosa erat; predicabant enim mirabilia et omnem gradum cleri despiciebant et sacramenta ecclesie aspernabantur; propter quod papa Clemens sectam illam prohibuit et delevit per suas litteras, quibus eos excommunicari et capi mandavit ubicumque reperirentur. Sed et ante huiusmodi mandatum papale dominus Otto archiepiscopus Magdeburgensis ipsos strictissime prohibuerat in terra sua sub optentu corporum atque rerum.

cf. Conr. Halb. — cf. Detm. I, p. 275 — cf. Schöpp p. 206.

Anno[g] Domini 1350. papa Clemens VI. annum iubileum[2], id est remissionis et gracie, constituit in quolibet anno 50. observandum, ita quod omnes Christi fideles anno illo apostolorum Rome limina visitantes omnium peccatorum suorum remissionem plenissimam consequantur, ad[h] instar Bonifacii pape octavi, qui hanc graciam in quolibet centesimo fuerat primitus[i] elargitus.

Anno Domini 1352. papa Clemens VI. obiit; et eodem anno creatus est Innocencius VI. et sedit annos circiter 10.

Anno Domini 1356. imperator Karolus investivit de marchionatu Brandeburgensi Romanum, filium Lodewici quondam[k] imperatoris, fratrem Lodewici[3], qui Marchiam occupabat; sed[l] propter impugnacionem principum vicinorum quam fecerunt nomine Woldemari antiqui et de novo resuscitati vel reinventi[m], ut dictum est, et propter rebellionem civitatum cessit fratri suo, et ipse Lodewicus Bavariam et Carinthiam possedit.

Hic dominus Otto archiepiscopus potenter cepit castrum Rideburgh contra marchionem Mysnensem. Item edificavit castrum Angheren[4]; ipse eciam expugnavit oppidum Schenighe[5] contra Ottonem ducem de Brunswic, pro quo habuit castrum Hotensleve[6]. Item expugnavit castrum Wardenberghe[7], quod fregit et funditus[n] destruxit, quia de eo spolia fuerunt perpetrata, et nichilominus 24 viros in eodem castro comprehensos fecit suspendi. Item expugnavit et fregit castrum[o] Stoltenhaghen[8] propter rapinas. Item cepit et obtinuit castrum Scapowe[9] ducis de Sangerhusen. Item recuperavit ecclesie castrum Alvensleve et castrum Hůnesborgh[p]. Item expugnavit et destruxit castrum Lyndere propter causam similem spoliorum[q]. Item optinuit triumphum in prelio contra Ottonem ducem de Brunswic in campo inter Haldesleve et Gardeleghe, captivos ducens[r] 70 viros ex valencioribus tocius ducatus, a quibus[s] idem archiepiscopus magnam pecuniam recepit, et in pluribus aliis preliis et conflictibus victoriosus et fortunatus extitit[10]. Denique, licet iste dominus in multis prosperatus fuerit, municionum tamen et castrorum per eum, ut predicitur, acquisitorum plura et pene omnia ante mortem suam exposuit et pro pecuniis obligavit, ita quod successor pauca libera reperit, que non extiterint[t] obligata. Fuit autem iste dominus archiepiscopus fautor et zelator religiosorum Mendicancium et conservavit eos bene in pace cum plebanis. Ipse[u] eciam fratres Carmelitas locavit in Sudenborgh[11]. Hic sedit annos 33; obiit autem in castro Wol-

cf. Schöpp p. 201 202 a. 1347.

a) Flagellatores *minio in marg.* *B* 1. b) et c. *des.* *B* 2. c) discurrebant *B* 2. d) *loco* inter quos — atque rerum *B* 2 *habet tantum:* qui flagellabant se publice per ecclesias; quam sectam papa Clemens VI. prohibuit et delevit per suas litteras. e) autem *A.* f) facta periculose erant *A.* g) Iubileus *minio in marg.* *B* 1. h) ad instar — elargitus *des.* *B* 2. i) el. pr. *corr.* pr. el. *B* 1. k) quondam — Lodewici *in marg. inf. add. ead. m.* *A* 1, *des.* *A* 2. 2ª. *B* 2. l) sed propter — possedit *des.* *B* 2. m) reviventis *A.* n) fregit et destruxit et 24 viros in eo comprehensos *B* 2. o) castrum *et* propter rapinas *des.* *B* 2. p) Hundesborch *B* 2; Hunoldisborg *B* 3. q) propter spoliatores *B* 2. r) G. capiens *B* 2. s) a quibus — plebanis *des.* *B* 2. t) extiterunt *B* 3; erant *B* 4. 4ª. u) Item *A.*

1) Pauca his simillima in relatione maiore, quam Chron. scab. exhibet, narrantur. 2) Auctor ad complendam descriptionem ea quae ipse ex Bern. Guid. chronica de prima iubilaei institutione protulit repetit. 3) Quod certe d. 3. m. Dec. 1355. factum est; cf. Riedel l. c. B, II, p. 379. 4) Angern in praefectura Wolmirstedt. 5) Schöningen in ducatu Brunswicensi. 6) Hötensleben in praefectura Neuhaldensleben. Dux Brunswicensis potius Magnus appellandus erat. Libellum de hac discordia scriptum v. ap. Dreyhaupt, 'Beschr. d. Saalkr.' I, p. 70 sqq. 7) Wardenburg prope Magdeburg. 8) Stolzenhain in praefectura Schweinitz. 9) Schkopau in praefectura Merseburg. Duces Brunswicenses Sangerhausen tenuerunt inde ab a. 1333; cf. Havemann, 'Gesch. d. L. Braunschw. u. Lüneburg' I, p. 442. 10) Haec alibi non commemorantur. 11) Hodie suburbium Magdeburgense.

1361. Apr. 30. merstede anno Domini 1361, pridie Kalendas Maii[1], et deductus[a] ad civitatem, sepultus est in ecclesia maiori[b] cum sollempnitate debita, sicut[c] moris est archiepiscopos sepelire.

43. Theodericus[d] 29. archiepiscopus[e] cepit anno Domini 1361. Qui primitus[2] Cysterciensis[f] ordinis monachus in Lenyn, deinde Sareptensis episcopus, postea episcopus[g] ecclesie Slesewicensis[3], post hec Myndensis ecclesie episcopus[4] simul et Wyzgradensis ecclesie prepositus. Hic apud illustrissimum[h] imperatorem dominum Karolum quartum, Bohemie regem, carus et acceptus[i], suis consiliis actibusque[k] strennuis causas[l] imperii atque regni per plures annos ita sollerter et provide direxit et gessit[5], quod idem imperator, considerata prudencia et industria persone, de archiepiscopatu sancte Magdeburgensis ecclesie tunc vacantis ab Innocencio papa sexto sibi provideri palliumque eidem mox transmitti graciose impetravit[6]. Cuius[m] quidem provisioni licet nonnulli canonicorum in principio obsistere niterentur, tandem tamen, interpositis placitis et laboribus fidelis et strennui viri ex utraque parte amici Nicolai de Bysmark, coopitulantibus nichilominus civibus Magdeburgensis civitatis, cum consensu omnium tam canonicorum quam ministerialium et vasallorum ecclesie, consulum quoque ac universitatis[n] civitatis eiusdem, cum magna sollempnitate a toto clero et religiosorum multitudine necnon consulibus et populo civitatis utriusque sexus, nonnullis eciam nobilibus terre ad id confluentibus, reverenter et honorifice susceptus est anno
Nov. 17. Domini ut supra, die 17.[o] mensis Novembris. De isto nimirum domino congrue[p] locum habet dictum cuiusdam sapientis: *Non de magnis esse, sed magnum esse, magnum est.* Quamvis enim ipse non fuerit de[q] magnis, quam magnus tamen extiterit, sequencia manifestant.

Denique[r] quia ipse[s] plures municiones et castra ecclesie reperit a suis predecessoribus exposita et obligata, conatus est ea recuperare et ad ecclesiam revocare. Ipse[t] namque in primo adventu suo, antequam venisset ad sedem suam, redemit castrum Iuterbok cum terra adiacente, et post hec infra primum annum introitus sui redemit hec: castrum Fredebergh[7] cum comitatu annexo, castrum Alsleve, castrum[u] Locstede[8], castrum Saltemunde[9], castrum Hotensleve, castrum[v] et oppidum Louburgh[10], castrum Ierichow cum terra adiacente, castrum Crozewic[11], castrum Sandowe cum oppido, castrum Langenbowe[12]; item optinuit castrum et comitatum Scrapelowe[13], que ad ecclesiam per eum primitus pervenerunt; item in Calvis novum castrum cum muris et fossatis instauravit; item villas Oldenweddighe, Dalewersleve et Meycendorp[14], que diu extiterant obligata, redemit. Anno[w] suo secundo ipse redemit castrum Stasforde cum oppido et aliis annexis, de cuius recuperacione tum[x] propter diuturnitatem temporis — nam per 52 annos extiterat obligatum[y] extra manum ecclesie — tum[x] propter magnitudinem summe pecunie necnon et propter arduitatem obligacionis ecclesia fuerat de eo quasi desperata; quod tamen idem archiepiscopus de manu domini Ottonis de Hademersleve et suorum heredum redemit, datis quinque milibus trecentis quinquaginta marcis. Item in Hallis recuperavit prefecturam, qua diu ecclesia caruerat. Item[z] in Gevekensten fecit pontem sumptuosum trans Salam fluvium de novo et dictum castrum Gevekensten in magna parte ruptum et destructum in muris et aliis reformavit. Item in Sandowe castrum edificavit cum muris. Item in Bruxstorp[15] redemit vectigal valoris ducentarum

a) ded. ad civ. *des. B 2.* b) Magdeburgensi *add. B 2.* c) sicut — sepelire *des. B 2. 4.* d) Thydericus *B 2.* e) Magdeburgensis *add. B 2.* f) Cysterf *B 1.* g) ep. eccl. *des. B 2.* h) illustrem *B 2;* illm *A 2* i) in *add. B 2.* k) *loco* actibusque — impetravit *B 2 brevius scribit:* per plures annos fuit; idemque imperator propter ipsius industriam provideri sibi fecit a Innocencio papa VI. de archiepiscopatu Magdeburgensi. l) *alia coaeva m. in marg. suppl. B 1.* m) Cuius — sequencia manifestant *des. B 2.* n) universe *A.* o) XVIII. *B 3.* p) *in marg. ead. m. suppl. B 1; deest A.* q) *superscr. B 1.* r) Demumque *B 3; sequentia in brevius contracta B 2 sic praebet:* que ipse plura castra a suis predecessoribus obligata redemit et recuperavit ecclesie sue, videlicet Iuterbok, deinde Fredebergo c. c. a., c. A., Loxstedde, c. Salczemunde, c. Holtensleve, c. et op Lonborch, Iericboi, c. Crozewik, c. Sandawe, c. L. I. obt comitatum Scrapowe. In Calvis novum castrum instauravit. Item villas Oldenweddinge, Dalewersleve et Meyghendorp redemit. Item castrum Stasforde redemit cum opido de manu domini Ottonis de Hademersleve et multa alia recuperavit. s) *deest B 3.* t) Anno primo *minio in marg. B 1.* u) castrumque *A 2. 2a.* v) *deest A 2. 2a.* w) Anno secundo *minio in marg. B 1.* x) tamen *A, post corr.* tum *A 2.* y) ecclesie *add. sed del. B 1.* z) *sequentia* — suam indulgentiam largiendo *des. B 2.*

1) 4. Kal. Maii Necrol. S. Sebastiani, 'Magdeb. Geschichtsbl.' IX, p. 128. 2) De genere eius v. Chr. scab. p. 237, quae easdem fere res multo prolixius narrat. 3) A. 1350. 4) A. 1353. 5) Cf. A. Huber, 'Reg. Karl IV.' p. XL. et voces *Minden* et *Magdeburg* in indice. 6) Ibid. 'Päpste', nr. 81. et 82. 7) Friedeburg. 8) Lauchstedt. 9) Salzmünde. 10) Loburg, praef. Ierichow I. 11) Krosigk. 12) Langenbogen. 13) Schraplau. 14) Dalenwarsleben et Meitzendorf, praef. Wolmirstedt. His et Ierichow, Loburg, Sandau exceptis loca supra et infra nominata prope Halas sita sunt. 15) Bruckdorf in praefectura Mansfeld.

marcarum annuatim; item redemit vectigal in Trote[1] pro 150 marcis; item Conre[2], quod fuerat obligatum, liberum redire fecit ad ecclesiam[3].

Hic nichilominus archiepiscopus eciam in spiritualibus ad creditum sibi a Deo ministerium sollerter intentus fuit; nam ipse crucem argenteam et deauratam in baculo[a] deargentato ante se reverenter et religiose deferri fecit, quocumque eum in publico incedere contingebat, secundum morem aliorum archiepiscoporum Gallicorum[4]. Etenim hec dignitas huic venerande ecclesie in principio sue fundacionis a sede apostolica singulariter est addicta, sicut supra in[b] capitulo de primo archiepiscopo continetur[5], licet predecessores sui modernis temporibus pro cruce ensem ad modum principum secularium ante se portari fecerint[c]. Sed et iste nichilominus ensis insigne non abnuit locis et temporibus oportunis. Hic eciam correctiones districtas fecit de nonnullis canonicis, qui tempore vacacionis ecclesie de amministracione bonorum ipsius ecclesie se intromiserant minus[d] caute[6]. Item ipse in die
sancti Luce anno suo secundo personaliter presedit synodo, assedentibus[e] sibi domino Ebro- 1362. Oct. 18.
nensi episcopo[7] et abbatibus pluribus infulatis; in qua synodo nichil gravaminis actum est, sed pro pace et contra pestilenciam missas et suffragia idem archiepiscopus iniunxit, ad hoc nichilominus suam indulgenciam largiendo. Item[f] ipse construxit altare maius chori maioris ecclesie opere sumptuoso, miro marmoreo tabulatu, cuius superior tabula habet in longitudine 16 pedes, in latitudine septem, et circumquaque tabule marmoree altare idem decenti
opere circumcingunt. Nec[g] pretereundum est silencio de illa sollempni dedicacione vene- 1363.
rabilis ecclesie sancti Mauricii, que a principio fundacionis ipsius tot annis et tot archiepisco-
porum temporibus nunquam dedicata fuerat[8]; sed, ut verbis apostoli utamur, huic novis- 1. Cor. 15, 8.
sime[h] omnium tamquam abortivo aliis pretereuntibus huius singularis prerogative meritum[i] extitit reservatum. Enimvero ipse ad labores et expensas ad hoc requisitas intrepidus pro huius dedicacionis sollempnitate invitavit episcopos, abbates, principes, nobiles, comites, barones, ministeriales, milites et famulos militares, prelatos quoque et[k] clericos vicinarum urbium et civitatum in numero copioso. Itaque huic sollempnitati interfuerunt 7 episcopi cum ipso domino archiepiscopo, videlicet Hildensemensis, Merseburgensis, Brandeburgensis, Havelbergensis, Ebronensis et Thaborensis, vicarius in pontificalibus episcopi Hildensemensis, cum aliis pluribus, qui omnes infulati in pontificalibus domino archiepiscopo in actu consecracionis astiterunt. De secularibus vero principibus et dominis affuerunt hii: duces Saxonie tres, marchiones Mysnenses duo, duces Brunswicenses tres, comites de Anehalt quatuor, nobiles de Hademersleve tres, nobiles de Quernvorde quinque, de Scrapelowe tres, comites de Swartzeborgh duo, comites de Regensten tres[l], comites de Honsten duo[k], cum copiosa numerositate ministerialium, militum, famulorum ac ecclesie vasallorum. Confluxerunt[m] preterea ad tam grandem sollempnitatem illustrissime domine coniuges et filie principum et nobilium dominorum, videlicet ducissa Saxonie cum filiabus suis, ducissa de Brunswic, comitissa de Anehalt et plures alie domine et puelle generose cum suis comitivis[n]. At vero dominus archiepiscopus, peracto consecracionis officio, sollempnem curiam tenuit in mensa sua cum episcopis, principibus et nobilibus universis tunc inibi congregatis, invitatis nichilominus ad eiusmodi convivium consulibus civitatis cum prelatis et religiosis quam pluribus[o]. In quo quidem convivio comes de Anehalt, dapifer

a) ante se rev. et rel. in bac. dearg. *A.* b) primo *add. A;* addicta, ut supra patuit de p. a. licet sui pred. *B* 4. 4^a. c) fecerunt *A.* d) nimis *A.* e) assid. *A* 2. 2^a. f) *sequentia B 2 in brevius contraxit sic:* Item ipse maius altare chori maioris ecclesie opere sumptuoso miro marmoreo tabulatu, habens 16 pedes in longitudine, construxerat et ecclesiam Magdeburgensem consecravit, cuius sollempnitati interfuerunt domini episcopi Hild. *etc.* g) Dedicacio ecclesie sancti Mauricii *minio in marg. B* 1. h) novissimo *B* 2. i) ministerium *B* 3. k) *deest A.* l) duo *A.* m) itaque *add., sed alia m. post del. B* 1; *deest A. B* 2. 3. 5; Confluxerantque ad t. *B* 4. n) comitatibus *A* 1. $1^{a, b, d}$; comitibus *A* 2. o) plurimis *A.*

1) Trotha. 2) Könnern. 3) Chartae pleraeque servantur in tabulario regio Magdeburgensi; eius quae de redemptione castri Stassfurt d. 13. Apr. 1363. conscripta est fragmentum iam publici iuris factum est 'UB. d. Kl. U. L. Fr., GQ. d. Prov. Sachsen' X, p. 199; ea tantum de solutione 4850 marcarum loquitur. De praefectura Halensi v. Dreyhaupt, 'Beschr. d. Saalkr.' I, p. 79. 4) Eo tempore adipiscendi primatus studia nata videntur esse. 5) V. supra p. 381, cap. 9. 6) V. Chr. scab. p. 236 sq. 7) Vicario in pontificalibus Theodorici. 8) Qua in re auctor valde erravit, nisi forte credendum est, eum non de fundatione ab Ottone imperatore, tempore Adalberti I. archiepiscopi, sed de ecclesiae a. 1209. incendio deletae exstructione ab Alberto I. Kevernburgensi incepta locutum esse; forte nominum similitudo causa erroris fuit; rectius Chr. scab. p. 251: *bi anderthalf hundert iaren was nue bischop to Magdeborch, die den dom wien dorste.*

ecclesie, iuxta exigenciam officii sui sedens in equo, cum magna gloria reverenciali domino archiepiscopo attulit primum ferculum; similiter dominus dux Saxonie, pincerna ecclesie, in equo sedens, potum iuxta suum officium domino archiepiscopo ministravit. Et
1363. Oct. 22. hec sollempnitas dedicacionis[a] ecclesie et mensalis curie fuit anno Domini 1363, die dominica
Oct. 23. ante festum Symonis et Iude. Altera autem die idem dominus archiepiscopus ecclesiam sancti Iohannis baptiste in Monte foras muros civitatis sollempniter[b] dedicavit, principes vero et nobiles ad honorem sollempnitatis premisse hastiludia sua exercuerunt per triduum gloriose; et sic sollempnitatis istius leticia duravit per 4 dies, et dominus archiepiscopus tam dominis quam[c] dominabus providit magnifice in exeniis expensarum.

1362. Sub huius domini archiepiscopi anno secundo mortuus est papa Innocencius VI, scilicet anno Domini 1362, et eodem anno creatus est Urbanus[d] papa V[1].

1363. Hic eciam dominus archiepiscopus anno suo tercio indixit[e] processionem generalem faciendam contra pestilencie cladem, que tunc circumquaque atrocius seviebat anno Domini 1363, sed Deus omnipotens misericorditer adhuc Magdeburgensis civitatis incolas custodivit; et ipse archiepiscopus cum omnibus prelatis, canonicis et religiosis, clero et populo, singulis cereos gestantibus in manibus, celebrata primitus una missa in maiori ecclesia cum devocione in communi cum[f] officio *Recordare [Domine[g]]* contra pestilenciam a papa Clemente VI. instituto, personaliter pedestris circuivit per omnes ecclesias civitatis, in qualibet ecclesia oraciones speciales faciendo, anno Domini memorato 15. die mensis Decembris*.

Ceterum hic idem dominus Theodericus archiepiscopus divina inspiracione afflatus[h], assumpto domino Iohanne Ebronensi episcopo, cum magna sollempnitate et devocione dedicavit chorum simul et ecclesiam fratrum ordinis heremitarum sancti Augustini in Magdeburgh pure propter Deum, nichil requirens nisi oraciones fratrum, et[i] insuper dedit illis
1366. Mart. 15. fratribus elemosinam bene largam; et[k] facta est hec dedicacio anno Domini 1366, dominica Letare. Item ipse magne humilitatis et pietatis opus exercere solebat, quia in die cene Domini ipse personaliter non solum canonicorum, sed eciam pauperum in hospitali pedes lavare consuevit, quibus eciam singulis dedit elemosinas competentes.

Circa idem tempus claruerunt in ecclesia Dei duo nova insignia[l] nostris temporibus inaudita. Unum est, quod a centum quinquaginta annis vel amplius, scilicet a tempore Frederici II, qui fuit anno Domini 1216, usque ad tempus istud nunquam aliquis imperator viderit
1365. papam. Nunc isto tempore Karolus imperator IIII. et rex Bohemie cum magna sollempnitate visitavit Urbanum papam V. in Avinione tunc curiam suam tenentem; a quo idem imperator cum suis principibus letanter et graciose receptus est cum gloria imperiali[2], prout antiquitus erat consuetum. Aliud insigne, quod hoc tempore resplenduit, est, quod cum infra 64 annos
Bern Guid. nunquam aliquis papa in sede Romana corporali presencia fuerit, videlicet a tempore Benedicti pape XI, qui fuit anno Domini 1303. et sedit menses 8, dies 16, huius successor[m], scilicet Clemens V, nacione Vasco, licet electus fuerit in Romanis partibus, scilicet Perusii, ipse cum decreto electionis Burdegalis, ubi erat archiepiscopus, recepto nequaquam ad partes Romanas, ubi erant cardinales, se[n] transtulit,

*) *B* 5 *add.:* Nec sub oblivionis nubilo est celandum[3], quod idem dominus archiepiscopus, cum toto eo[o] quod sic possessionem ecclesie sue in temporalibus ampliavit, dilatavit et emendavit, nichilominus tamen regularis discipline in spiritualibus amator fuit; nam in diebus carnisprivii duobus ultimis, cum communiter homines solent lasciviis intendere, ipse ad pauperum religiosorum, scilicet fratrum Augustinensium, conventum declinans, ibidem cum fratribus sub claustrali disciplina mensam solempnem tenuit omnesque fratres sua larga pietancia recreavit. In alio eciam anno eodem carnisprivii tempore ipse cum dominis canonicis religionis canonice disciplinam ab antiquis temporibus in ipsa ecclesia institutam, sed a pluribus annis neglectam[p], observare volens, refectorium cum solempnitate teneri fecit; ubi ipsemet dominus archiepiscopus in religione sua in mensa presedit cum preposito et decano, omnibus canonicis qui presentes aderant ex utroque latere in mensa disciplinative in suppelliciis sedentibus, uno nichilominus ex canonicis ad mensam legente et duobus servientibus ex utroque latere cum religiosis suis post ministros alios ordinatos; ministrabantur autem fercula copiosa, quorum superflua pauperibus erogabantur[4].

a) ec. ded. *A.* b) *desinit B* 1, *reliquis foliis deperditis.* c) principibus et *add. B* 4. 4[a]. d) p. U. *B* 1[a]. e) induxit *A.* f) tamen *B* 3. g) *deest B* 1[a]. 3–5. h) quo *add. A.* i) *deest A* 2. k) *sequentia des. B* 5, *duobus foliis excisis.* l) signa *A.* m) fuit *add. B* 1[a]; scilicet *deest A.* n) *deest A, post suppl. A* 2. o) *ita c.; sed locus sane corruptus; forte* preterea quod. p) neglecta *c.*

1) Quae est interruptio narrationis hac notitia facta, eam credo ex alio aliquo fonte profluxisse; haec ultima forte notitia inde deprompta est. 2) D. 23. m. Maii a. 1365; Huber, 'Reg. Karl IV.' nr. 4170[a]. 3) Quae verba cum quodam loco prooemii Gestorum valde concordant. 4) Haec quae nusquam alibi inveniuntur a quodam monacho ordinum Mendicantium certe adiecta sunt.

sed versus Lugdunum dirigens gressus suos, cardinalibus ad[a] se illac vocatis, ibidem sollempniter coronatus fuit sub anno Domini 1305; et sic numquam postea nec ipse nec successores sui ad partes Romanas declinare curaverunt; sed nunc isto[b] tempore Urbanus papa V. cum collegio cardinalium de Avinione se transferre dignatus est Romam anno Domini 1367[1]. 1367.

Sub eiusdem decursu temporis secta Beghardorum et[c] Beghinarum, que licet dudum in Viennensi concilio a Clemente papa V. dampnata et reprobata[2] fuerit, adhuc tamen secte reliquie sub quodam fuco religiositatis in quibusdam partibus Alamanie remanserant[d], nunc per inquisitorem heretice pravitatis, videlicet magistrum Walterum Kerlingher[3] ordinis Predicatorum, sacre theologie doctorem, ad huiusmodi inquisicionis officium auctoritate apostolica in certis partibus Alamanie deputatum, isto tempore in Magdeburgh et in Erfordia et in vicinis[e] partibus est abolita et deleta propter[f] articulos nephandos et hereticales, in constitucionibus Clementinis titulo de hereticis, cap. *Ad nostrum* dudum dampnatos, quos quidem articulos plurime persone de secta memorata adhuc inquisicionis tempore sapere et tenere dampnabiliter sunt invente. Inter huiusmodi autem utriusque sexus personas quedam, licet statui quidem illius secte exteriori[g] habitu et conversacione viderentur conformes, ab erroribus tamen insontes extiterunt; quedam vero, licet ab erroribus infecte[h] et corrupte, tamen resilierunt, fidem catholicam profitentes; et hec utroque in statu simplici christiane religionis sunt dimisse; nonnulle vero in sua vesania pertinaciter perdurantes, maxime in Erfordia et partibus ibidem[i] vicinis, ignibus[k] sunt cremate.

Insuper in isto domino archiepiscopo erat illud bonum memoria dignum, quod, licet ipse austerus ad extraneos videretur, ad intraneos tamen terre satis se placabilem et tractabilem exhibuit ad ea que sunt pacis. Unde ipse cum civitate Magdeburgh[l] semper in bona pace stetit, et si quando quidquam scrupulositatis et discidii inter eos subortum fuerit[m], hoc mox per unum utrique parti placitum atque fidum mediatorem intercipiebatur, et intervenientibus placitis amicabilibus absque commocionis turbine ad amicabilem concordiam reducebatur. Fuit eciam iste dominus zelator pacis, non solum per totam terram suam, sed eciam per terras vicinas, quantum potuit. Unde cum in castro Stekelenbergh[n] prope Bodam, quod erat domini de Hademersleve, residerent[o] raptores, qui spoliabant undique viatores, ipse dominus archiepiscopus cum gente sua obsedit illud castrum et optinuit atque fregit. Item cum dominus de Sculenburgh in via adeundi dominum archiepiscopum captus esset a domino de Eghelen, illius aperto[p] inimico, ipse dominus archiepiscopus vadens in Eghelen, ipsum dominum de Eghelen artavit in tantum, quod oportuit sibi illum captivum liberum presentari ad currum suum, eo quod in conductu suo et itinere veniendi ad eum captus esset.

Preterea cum de quodam castro domini episcopi Hildensemensis, scilicet Walmede[4], per residentes in eo in quoslibet transeuntes per vias multa spolia committerentur, nec dominus Hildensemensis requisitus a principibus remedium[q] adhiberet, tandem iste[r] dominus Theodericus archiepiscopus una cum domino Alberto Halverstadensi episcopo et duce Magno de Brunswic consilio inito, pro communi pace terre copiosum exercitum congregaverunt et terram Hildensemensem intraverunt[s]; ubi postquam per duos dies devastaverant terram incendiis et rapinis, tercia die locaverunt se prope[t] civitatem Hildensemensem ad unum miliare[5]. Egressus ergo episcopus Hildensemensis cum sua gente, pauca quidem in comparacione istius exercitus, illi pedestres aggressi sunt istos — isti autem de[u] exercitu partim erant equites et partim pedestres —, sed absque ordine acierum qui[v] ad bella requiritur, et ideo bellum perdiderunt; nam, ut dicit quidam sapiens[6]: *In omni prelio non tam multitudo quam ars et ordo solet prestare victoriam; et multum copiosus exercitus magis propria multitudine quam hostium virtute deprimitur, quando non bene castrorum acies ordinatur.* Hec[w] ille. Igitur isti in exercitu de sui multitudine confidentes, inordinato tumultu in hostes insilierunt; ex quo tumultu plures pedestres in exercitu per equestres eiusdem partis fuerunt

a) illuc ad se *A.* b) *sequentia des. A 2, folio deperdito; lacunam editionis Meibomianae praeter Menckenium explevit Leibnitius, SS. R. Brunsv. III, p. 749, ex codice quem Eccardus exscripsit.* c) Begh. Beghinarumque, licet *A.* d) remanserunt *A;* remans^{t} *B* 4. e) *deest B* 1—3. *A;* convicinis *B* 5^{a}. *Leibn.* f) per *A.* g) exteriorum *A. B* 5. h) infecte corr. *B* 1^{a}; insecte corr. *B* 3; in secta corr. *A* 1. 1^{a}—1^{d}. i) ibi *B* 4. 4^{a}. *Leibn.* k) *deest B* 1^{a}. l) civibus Magd. *B* 4. 4^{a}. m) fuit *A. B* 3. n) Stekelingeberg *B* 3. o) et ibi residebant *B* 3. p) publico *B* 1^{a}. q) haberet vel *add. B* 1^{a}. r) ipse *B* 3; hic arch. *B* 4. s) *deest A* 1—1^{d}; ad unum miliare *add. B* 3^{a}. t) circa *B* 4. 4^{a}. u) *deest A.* v) que *B* 3; que ad bella requiruntur *A. B* 4. 5. w) H. i. *des. B* 4. 4^{a}.

1) Cf. Huber Reg. 'Päpste' nr. 114^{a}—115^{b}. 2) V. supra p. 430. et Detmarum I, p. 290. Pauca verba e Clement. lib. V, tit. III, c. 3. sumta sunt. 3) De quo v. Huber l. l. nr. 4756. 4761. ad a. 1369. 4) Walmoden in territorio Hildesheimensi. 5) Inter Dinklar et Farmsen; cf. Havemann, 'Gesch. d. L. Braunschw.' I, p. 476. 6) Vegetius de re militari lib. I, c. 1.

equorum calcibus[a] conculcati et mortui, multi eciam de exercitu fuerunt ab hostibus captivati et plurimi interfecti; et sic bello perdito, reliqui, qui potuerunt[b], fugam acceperunt.
1367. Sept. 3. Hoc factum est anno Domini 1367[c], tercia die Septembris; sed unum divine propiciacionis beneficium ibi prestitit Deus, quod vexillum sive[d] bannerium beati Mauricii, quod in ipso exercitu habebatur, cautelose fuit conservatum et salvum ad locum suum in Magdeburgh reportatum; unde bene verificatum fuit illud vulgare proverbium, quo dicitur, quod vexillum sancti Mauricii suffragatur non ad invadendum, sed ad defendendum[e], vulgariter: *Sy[f] enwil nicht heren, sunder sy wil weren.* Porro inter mortuos in bello precipue fuerunt isti: dominus Woldemarus comes de[g] Anehalt, qui fuit unus desub[h] pedibus equorum conculcatis, dominus Vulradus[i] de Quernvorde scolasticus ecclesie Magdeburgensis, dominus Iohannes de Hademersleve, Iohannes de Saldere, Hinricus Griben, Hinricus[k] de Weverlinghe[l], Henningus, frater[m] episcopi Halverstadensis, Ian[n] de Oberghe, Hermannus de Wederden[o], valens iuvenis, et plurimi alii valentes viri. Captivi vero principaliores fuerunt hii: dominus Albertus episcopus Halverstadensis[p], dominus Magnus dux Brunswicensis, duo de Hakeborne, dominus Meynardus de Schirstede, Nicolaus de Bismarke, qui fuerunt capitanei domini archiepiscopi, dominus Henningus de Stenvorde capitaneus civitatis Magdeburgensis, dominus Conradus[q] Boneke, Gumpertus de Wantsleve, dominus Hinricus et Ludolfus[r] de Alvensleve, Busso de Asseburgh, Alvericus de Wantsleve[s] et quam plures alii. Post hec dominus archiepiscopus Magdeburgensis et dominus episcopus Hildensemensis convenientes ad placita, tractabant de pace et de redempcione captivorum, ac dominus Hildensemensis attendens grande Dei beneficium in belli victoria quasi miraculosum[t] sibi et ecclesie sue prestitum, satis graciosum se exhibuit erga captivos, ita quod pro[u] omnibus captis pertinentibus ad episcopum Hildensemensem et qui erant de familia vel servicio domini Magdeburgensis numero circa 76 placitatum est, fore danda sex milia marcarum puri argenti, quorum tria milia dominus archiepiscopus Theodericus civibus Magdeburgensibus et Hallensibus in mutuo duorum milium marcarum ipsi suffragantibus ante suam mortem domino Gherardo episcopo Hildensemensi et ecclesie sue cum aliquibus dampnis in eodem bello perceptis expedivit[1]. Reliqua vero tria milia marcarum ac pecunie, qua alii captivi se redemerunt, qui in potestate domini[v] Hildensemensis non fuerunt, sed alibi deducti, quemadmodum dominus Hinricus de Alvensleve miles, Busso de Asseburgh, Alvericus et Gumpertus de Wantsleve et quam plures alii, necnon plurima dampna in equis et aliis rebus per prefatum dominum Theodericum non soluta, post ipsius obitum remanserant successori et ecclesie Magdeburgensi exsolvenda[2]. Insuper idem dominus Theodericus adhuc vivens plerisque suis servientibus non captivis refudit dampna, que in bello et gwerra illa[k] se accepisse notabiliter ostendebant.

Preterea quia, mortuo domino Iohanne de Hademersleve sine herede, castrum Hademersleve cum omnibus iuribus suis devolutum fuit ad ecclesiam Magdeburgensem, quod occupabatur a quibusdam consanguineis suis, dicentibus se esse heredes, sed a latere: idem ergo dominus Theodericus congregato exercitu castrum ipsum obsedit[w], et demum intervenientibus placitis amicabilibus[x], idem dominus archiepiscopus castrum illud cum toto dominio attinente optinuit libere ab ecclesia perpetuis temporibus possidendum[3]. Item ipse emit quartam partem in castro Wantsleve pro bis mille marcis et unam villam adiacentem pro centum marcis, totum pro ecclesia.

Postremo idem dominus Theodericus gravi egritudine correptus fuit; in qua cum diu
Dec. 16. laborasset, tandem diem clausit extremum anno Domini 1367, 16. die mensis Decembris[4],

a) pedibus eq. *B* 1[a]. b) potuerant *B* 3. c) MCCCLXVIII. *B* 3. d) s. b. *des. B* 1[a]. e) unde *add. B* 3. f) Dey (*pro* Sy) *B* 1[a]; Se *B* 4. 5. *A*; *et ita mox.* — ne wil *A*. g) *pergit A* 2. h) de subpedibus conc. *A*; de supp. eq. *B* 3; desub eq. p. *B* 4. 4[a]. i) Wolradus *A* 1–1[d]; Wollradus *A* 2. 2[a]. k) *deest A*. l) Wernlinge *A*. m) Alberti de Rigmerstorff ut aliqui dicunt *add. B* 3. 3[a]. n) Iohannes *A* 1[a]—2[a]. o) Werden *A*. p) Albertus iam dictus de Halberstad *B* 3. 3[a]. q) de *add. A* 2. r) Ludowicus *B* 1[a]. s) Welsleve *B* 4. 4[a]. t) miraculose *B* 1[a]. u) *deest B* 3. 4. 4[a]. v) episcopi *add. A*. w) *quae antecedunt inde a p. 440, l. 34. B 2 in brevius contraxit sic:* Anno Domini 1367. fuit prelium in dyocesi Hildensemensi, in quo dominus Albertus de Ricmerstorp episcopus Halberstadensis cum Magno duce Brunswicensi fuerunt capti cum suis tercia die Septembris, et multi ibidem fuerunt interfecti, videlicet Woldemarus de Anehalt, comes Vulradus de Quervorde, dominus Iohannes de Hademersleve, Iohannes de Saldere, Hinricus de Weverlinge, Henningus, frater domini episcopi Halberstadensis, Ian de Oberghe, Hermannus de Wedderden et alii plurimi. Et tunc archiepiscopus Magdeburgensis cepit castrum Hademersleve. *Sequuntur notitiae breves quaedam de Ludewici et Alberti episcoporum Halberstadensium confirmatione et de privilegiis ab eis capitulo datis.* x) amicabiliter *A*.

1) Quae omnia auctorem coaevum fuisse satis clare demonstrant. 2) De hoc bello plura v. ap. Lüntzel, 'D. Diöc. Hildesb.' II, p. 334—337. 3) Excepto iure quodam Ottoni de Hadmersleben concesso; v. infra p. 449. 4) Chr. scab. p. 255: *in sunte Alheiden dage*, quem Janicke Magdeburgi d. 17. Dec., alibi 16. celebratum esse ex Calendario refert.

pontificatus sui anno 7, et sepultus fuit cum sollempnitate debita et consueta in sepulcro, quod ipse prius ante duos annos[1] in choro maioris ecclesie sibi construi fecerat, ubi[2] prope altare[a] extra chorum altare quoddam in honore sancte Marie et quarundam aliarum virginum construi fecerat, quod personaliter dedicavit[b]; quod eciam altare copiose dotaverat pro sui memoria perpetuis temporibus peragenda in missis per certum sacerdotem ad hoc canonice statuendum diebus singulis celebrandis, qui quidem sacerdos altarista cum suo ministro proventus 10 marcarum percipiet annuatim. Et nichilominus in extremis suis pulchrum testamentum condidit, non quidem de bonis ecclesie, sed de rebus personalibus, relinquendo videlicet inprimis maiori ecclesie in clenodiis et aliis valorem 300 marcarum. Item in die memorie sue annis singulis peragende constituit singulis canonicis pro presencia dandum unum fertonem; insuper cuilibet monasterio infra civitatem Magdeburgensem legavit dandas ad minus 10[c] marcas et quibusdam plus[3]. Item communibus[d] pauperibus ordinavit fienda stipendia bene larga. Eius[e] igitur memoria in benedictione sit[f]!

ADDITAMENTUM

codd. B 1ª. 3. 3ª. 4. 4ª. A.

44. Albertus[g] archiepiscopus 30. sedit annis tribus[h], mensibus sex. Hic erat nobilis de Sternberg[4] Moravie regionis; pallium a papa Urbano quinto in Ytalia apud Mantuanam 1368.
civitatem per cardinalem Albanensem, videlicet fratrem predicti Urbani pape, sibi transmissum suscepit[5]. Hic eciam de episcopatu[i] Swerinensi in Saxonia ad episcopatum Luthmoschlensem[k,6] in Bohemia per Innocencium papam translatus[*,7], tandem per serenissimum imperatorem[l] Karolum IIII. anno[m] 1371.[8] promotus, per dominum Urbanum papam quintum ad sanctam Magdeburgensem ecclesiam translatus extitit. Cuius gesta describere non[n] valemus propter brevitatem temporis, quo prefuit ecclesie prenotate.

Attamen[9] de voluntate et consensu prelatorum[l] et canonicorum capituli Magdeburgensis[o], sed non omnium, terram Lusacie, cuius terre proprietas et infeudacio ecclesie Magdeburgensi pertinebat, regi Bohemie et suo regno in perpetuum vendidit et ab[p] ecclesia abalienavit[q,10]; que tamen nobilitatis moribus sibi assistentibus facere non potuisset nec valuisset[r], si infidelium subiectorum consiliis usus non fuisset, quorum consiliariorum falsis suasionibus plus imputari poterit quam eiusdem presulis persone. Fuerat enim vir magnifici status honestate[s] et multiplicitatem sumptuum frequentans, familiarium ac militarium copia, splendidis vestimentorum ac baltheorum ornatibus incedentibus utebatur. Denique ydiomatis Saxonici usu vacillans, absque interpretum mediacione vix[t] aliqua gentis sue aut subditorum incommoda expedire valebat, sed id quod agere debuit nonnisi consiliariorum informacione dirigebat.

*) *Corrector cod. B 4ª notitiam, quae potius infra gestis Alberti III. archiepiscopi praemittenda fuit, hoc loco in marg. add.:* Ante hunc Albertum[11] fuit electus per capitulum Fredericus II, postulatus anno Domini 1308 (*lege:* 1382), sedit mensibus 4; qui fuit nobilis de Hoym, quondam episcopus Merseburgensis, non confirmatus nec palliatus archiepiscopus; ideo communiter non numeratur inter archiepiscopos.

a) alt. extra ch. *des. B 1ª*; altare extra chor. quodd. *B 3*; quoddam *deest B 4ª*; a latere *B 5*. b) dedicaverit *B 3*; dedicarit *A 2. 2ª*. — *Pro* quod — copiose *B 1ª*: copioseque. c) marcarum 10 *A*. d) omnibus *A*. e) Cuius enim *A*. f) erit *B 4. 4ª*; nunc et in evum *add. A*. g) *(hoc caput in cod. B 1 post additum fuisse videtur, cum in Catal. supra p. 375. nomen Alberti cum numero cap. alia manu adiectum sit. H.-E.). Excerptum cod. Bremensis nuper repertus (B 5ª) alteri Alberti vitae (v. p. 444) addit, de quo v. in fine editionis.* — 30. archiep. *B 4 4ª. A* h) annos tres menses sex *A*. i) scilicet *add. B 1ª*. k) Luthomischensem *B 3*. l) *deest A*. m) Domini *add B 1ª*. n) possumus nec *B 1ª*. o) prel. Magd. ecclesie *B 4. 4ª*. p) ab eccl. *des. B 3. 4. 4ª*. q) alienavit *B 4. 4ª*. r) nec val. *des. A*. s) honestatem *A*. t) vis *A 1. 1ᵇ. 2*.

1) Chr. scab. l. l.: *dat he veir jar to voren hadde laten maken*, quae potius ad altarium confectionem quam ad sepulcri exstructionem trahenda sunt. 2) *in loco chori . . . . retro summum altare inter id idem altare et aliud altare per nos constructum, propriis manibus . . . consecratum*, ut indicat testamentum eius d. d. 8. Sept. 1364, apud Boysen, 'Histor. Magazin' IV, p. 19—26, ex quo etiam sequentia descripta sunt. 3) Haec aliter in testamento. 4) Prope Olmütz ad septentrionem situm. 5) M. Maio 1368; cf. Huber, 'Reg. Karl IV.' nr. 4658. 4670 sqq. Capitulum iam post Theoderici mortem Fridericum Merseburgensem episcopum archiepiscopum eligendum sibi proposuisse auctor plane tacet; v. Chr. scab. p. 256. 6) Leitomischl. 7) M. Iul. 1364; Huber l. l. nr. 6382. 8) A. 1371. iam archiepiscopatum abdicavit. 9) Haec si eidem auctori tribuantur, verba *sedit — sex* post inserta reliquaque quae antecedunt initio pontificatus scripta esse, statuamus oportet. (Sed potius alii scriptori altera vitae pars vindicanda videtur esse. H.-E.) 10) Diplomate d. d. 15. Aug. 1371; rem accuratius exponit Hoffmann, 'Gesch. d. Stadt Magdeburg' I, p. 282. 11) De erroris origine v. n. 5.

1371. Post annos itaque quatuor et tres menses considerans ac mente sepe revolvens conscienciam ferire[a] ac salutis sue meritum false[b] pertimescens, pro eo eciam quia corporis debilitate tactus, in[c] paralisi morbo sepius laborans, sibi et ecclesie future negligencie incursus imminere formidans, serenissimum imperatorem Karolum[d] celerius adiit, ex cuius promocione ecclesie Magdeburgensi prefectus fuerat, supplicibus votis de huiusmodi periculis sibi imminentibus consilium lamentabiliter deposcebat. Qui videlicet imperator consueta pietate aures mansuetas et vultum graciosum ipsi archiepiscopo demonstrans, sic fertur respondisse, quod tam magnifice et honorabili ecclesie Magdeburgensi non sine consilio et voluntate domini pape ac sacri collegii cardinalium minime consulere valeret; sed pro honore ecclesie et archiepiscopi necessitate ambasiatores suos in[e] continenti ad dominum Gregorium papam XI. destinans, pretactos defectus predicti archiepiscopi insinuans, huiusmodi translacionem celebrandam a predicto domino papa et sacro[f] collegio affectanter et humiliter postulavit, ut predictus archiepiscopus ad ecclesiam Luthmoschlensem[g], quam prius habuerat, reverteretur[1]; ipsius autem ecclesie Luthmoschlensis[h] episcopus, videlicet Petrus de Brunna, qui de ecclesia Curiensi in ecclesiam Luthmoschlensem translatus fuerat[2], ad ecclesiam[i] Magdeburgensem in nomine Domini transponeretur; quem predictus imperator apostolice sedi cordialiter commendans, vita et moribus, prout melius potuit, declaravit. Imperatoris huius supplicibus votis Romana ecclesia[k] parere cupiens, prout affectavit, ut prescriptum est, huiusmodi translaciones celebravit[l], et sic auctore Deo Albertus pridem Magdeburgensis archiepiscopus[m] Luthmoschlensi ecclesie restituitur[n], Petrus vero ad Saxoniam in ecclesiam Magdeburgensem, archiepiscopus a Deo factus, destinatur[3].

cf Schöpp. p. 261. Predictus eciam Albertus sui regiminis tempore castrum in Aldinhusin[o] a Magno duce Brunswicensi ecclesie Magdeburgensi pro 1200 marcis in obligacionem procuravit[4].

Ipse eciam devocione[p] ductus multas notabiles[q] reliquias de ecclesia Magdeburgensi in Bohemiam transduxit; inter quas fuerunt caput sancte Felicitatis martiris, dimidium corporis beati Victorini episcopi[r] et martiris, partem[s] brachii sancti Philippi apostoli, partem[t] brachii sancti Steffani prothomartiris et partem vel totum vexillum[u] sancti Mauricii patroni nostri et multas alias reliquias, quarum nomina nunc[v] scribere erubescimus propter maliciam et[w] infidelitatem thezaurarii et aliquorum prelatorum et canonicorum Magdeburgensis ecclesie, qui falsis suggestionibus infecti, proprium nidum ut uppupa[x] defedantes, plus alienum quam[y] proprium et ecclesie sue honorem conspexere[z]; que tamen divine ulcioni lacrimabiliter committimus nunc et in futurum.*

ADDITAMENTUM

codd. B 5. 5a.

Albertus de Sternebergk[a] 30. archiepiscopus Magdeburgensis[a], de nobilibus terre Boemie[b] natus, quia filius comitis de Sternebergk. Iste ad ecclesiasticas dignitates per gradus[c] honorabiliter sublimatus est; nam primum, cum esset annorum 19, a papa Clemente VI. de decanatu kathedralis[d] ecclesie Olomunsensis ac eciam de canonicatu et prebenda metropolis ecclesie Pragensis ei provisum extitit[5], et nichilominus idem papa ipsum in suum capellanum recepit; deinde anno etatis sue 25. a papa Innocencio VI. ad peticionem domini

*) *B 1a minio add.:* 1506, in vigilia Katerine *et* Sequitur Petrus archiepiscopus 31.

a) ferre *A* 1. 1b. c. d. 2. 2a; fere *A* 1a. b) fallere *A.* c) *deest A* 2. 2a. d) quartum *add. A.* e) in *deest A* 1—1c. 2. 2a; s. statim ad *B* 4. 4a. f) et suis cardinalibus aff. *B* 4. 4a. g) Luthomuschelensem *B* 1a; Luthomicensem *B* 3; Luthomoschl. *B* 4a; Luthomischelensem *A* 1. 1a—1d; Luthomischemensem *A* 2. 2a. h) Luthomiselensis *A* 1; Luthomicensis *B* 3; Luthomischelensis *A* 1d. *B* 1a i) scilicet *add. B* 1a. k) ecclesie *A* 1c. d. 2. 2a. l) celebrarunt *B* 1a. 3; admisit et confirmavit *B* 4. 4a, *qui pergunt:* et sic Petrus archiepiscopus factus destinatur. Sed idem Alb. sui regiminis *etc.* m) episc. *B* 3. n) restitutus *A.* o) Aldenhufzen *B* 1a; Aldenhusen *B* 4. p) devotio ē *A* 2; devotio est *A* 2a. q) volatiles *A* 2. 2a. r) mart et ep. *B* 3. 4a; ep. mart. *A* 2. 2a. s) *auctor haec et sequentia cum voce* transduxit *coniunxisse videtur.* t) *desinit B* 4 *mutilus.* u) vexilli *A.* v) non *B* 3. w) eciam *B* 3. x) upupa *A.* y) suum *add. A.* z) conspexerunt *A* 2. 2a. a) Sternberch *et* Magdeborg. *B* 5a, *semper.* b) t. regni Bohemie *(ita semper) B* 5a. c) grades *B* 5. d) e. k. *B* 5a.

1) Quibus de causis nullam notitiam in regestis Karoli imperatoris invenimus. 2) A. 1368; de ratione translationis vide Huber l. l. nr. 6252. 3) Quod a. 1371. ante festum nativitatis Domini factum est; cf. Chr. scab. p. 262. 4) Castrum hoc a. 1369. ecclesiae devolutum et a. 1370. duci Brunswicensi oppignoratum, ab eo additis 1200 marcis a. 1371. redditum est; cf. Chr. scab. p. 261; Walther, Singul. Magd. XI, p. 625, et F. W. Hoffmann, 'Gesch. d. St. Magd.' I, p. 283. 5) Cf. Frind, 'Kirchengesch. Böhmens' II, p. 114.

Karoli quarti[a] Romanorum imperatoris et Boemie regis ad episcopatum Swerinensis ecclesie promotus fuit; ubi cum per annos septem et ultra sedisset, papa Urbanus V. ad promocionem eiusdem domini[b] imperatoris ipsum etatis sue 33. ad episcopatum Luthomuslensis ecclesie transtulit; et cum ibidem per annos circiter quatuor sedisset, ipse ad mandatum domini imperatoris prefati cum multa gente militari transivit ad partes Italie, ubi tunc imperator fuit in subsidium Romane ecclesie contra Mediolanenses; et aliquo tempore ibidem[c] apud imperatorem eo stante, interim supervenientibus novis de vacacione ecclesie Magdeburgensis, idem dominus imperator missa legacione ad dominum papam Urbanum V, qui tunc in Romanis partibus sedem tenuit, supplicacionem porrexit pro eodem domino Alberto adhuc Luthomuslensis ecclesie episcopo, petens, ut idem ad archiepiscopatum Magdeburgensis ecclesie transferretur[d]; quod et obtinuit indilate. Et facta est hec translacio etatis sue anno 37, sub anno Domini 1368, die 22. mensis Maii. Quo obtento, mox dominus imperator eidem domino 1368. Mai 22. archiepiscopo proviso bannerium ecclesie Magdeburgensis transmisit; sub quo bannerio, cum castrum quoddam inimicorum dictum Borgofortis circumvallatum esset[1], ipse dominus archiepiscopus ibidem in eisdem campis propria manu 23 personas de sua familia militavit, ultra 19 milites quos[e] in sua familia habebat prius. Ac vero dominus Urbanus[f] papa prefatus post paucas ebdomadas sue graciose provisionis litteras cum pallio sibi transmisit. Post hec idem dominus archiepiscopus de Italia recedens, Boemiam intravit et inde post paucas ebdomadas ad archiepiscopatum Magdeburgensem cum familia sua de Boemia, videlicet 33 militibus et multis aliis militaribus, se transtulit, et demum, sibi associatis dominis Rudolfo duce Saxonie, Henrico comite de Anehalt, Guntero comite de Barby et quam[g] pluribus aliis ministerialibus et vasallis ecclesie Magdeburgensis, accessit ad civitatem Magdeburg, ubi tam a clero quam a populo cum debita reverencia solempniter et honorifice susceptus est anno Domini 1368, in prima dominica adventus Domini, que fuit die tercia mensis 1368. Dec. 3. Decembris[2].

Sub istius domini archiepiscopi tempore anno Domini 1370. Urbanus papa V. supra- 1370. dictus de Romanis partibus cum cardinalibus se transferens, in Avinionem est reversus; qui ibidem anno eodem diem clausit extremum, cum sedisset annos circiter novem. Cui post concordem dominorum[h] cardinalium electionem successit in pontificatu dominus Petrus de Bellofortis cardinalis, qui vocatus est Gregorius undecimus, anno Domini 1370.

Denique, quia prefatus dominus Albertus archiepiscopus per[i] conflictum tempore domini Tiderici[k] archiepiscopi, predecessori ssui immediati, prope civitatem Hildensemensem perditum[l], invenit ecclesiam suam Magdeburgensem pluribus debitorum oneribus gravatam, ipse de consilio capituli aliquibus castris per hoc obligatis pene omnia exsolvit.

Item tempore eiusdem domini archiepiscopi dominus imperator Karolus IV. cum magna potencia intravit marchionatum Brandenburgensem, videlicet[m] contra Ottonem[3] marchionem Brandenburgensem; ubi multa dampna fecit; ad cuius requisicionem idem archiepiscopus eundem marchionem[n] diffidavit, et congregata competente gente, cum Boemis opidum Gortzke[4] premunitum cum potencia et insultu expugnavit in die sancte Margarethe anno Domini 1371, 1371. Iul. 13. et nichilominus per incendia et rapinas multas villas dicti marchionatus devastavit.

Item idem dominus archiepiscopus artavit dominum Magnum ducem in Brunswich[o] ad tradendum[p] sibi castrum Aldenhusen cum omnibus pertinenciis suis[5], quod per ducem Wilhelmum Lunenburgensem ad ecclesiam Magdeburgensem devolutum fuit, licet tamen idem Magnus diu occupatum tenuerit; in cuius eciam castri possessione ecclesia nunquam antea fuit.

Nec pretereundum est, quod iste idem dominus archiepiscopus anno secundo archiepiscopatus sui inter privilegia ecclesie invenit unam bullam domini Victoris pape IV[g. 6], in qua idem papa indulsit et concessit canonicis omnibus Magdeburgensis[q] ecclesie presbiteris uti infula pontificali. Quo privilegio usque ad adventum istius archiepiscopi dicti canonici usi non fuerunt; sed ipse, visa prefata gracia, mandavit canonicis, quod debeant celebrare in[g]

a) quarto *B* 5. b) *deest* *B* 5. c) idem *B* 5. d) transferetur *codd.* e) q. *B* 5. f) p. U. *B* 5a. g) *deest* *B* 5a. h) dominiorum *B* 5. i) propter *B* 5a. k) Theoderici *B* 5a. l) perd. — pluribus *des.* *B* 5a. m) vid. — Brand. *des.* *B* 5a. n) videlicet Ottonem *add.* *B* 5a. o) d. Brunswigensem *B* 5a. p) tractandum *B* 5. q) Magdeburgensibus pr. *B* 5a.

1) V. Huber, Reg., supra p. 443, n. 5. 2) V. Chr. scab. p. 258. 3) E gente Wittelsbach; de bello ei indicto v. Huber l. l. nr. 4973; de induciis factis cf. Riedel, Cod. dipl. Brand. B, II, p. 516. 4) Ad sextum milliarium versus orientem prope Magdeburg situm. 5) Cf. supra p. 444, n. 4. et Huber l. l. 'Reichssachen' nr. 523. 6) Antipapae d. d. 16. m. Febr. a. 1160; Reg. Magd. I, nr. 1388.

infula aurifrisiata in absencia sua et successorum suorum, in presencia vero sua et successorum in albis infulis sibi et successoribus suis in celebracione missarum ad modum cardinalium Romane ecclesie debeant consedere[1]; quod quidem tempore ipsius dicti archiepiscopi domini pluries extitit solempniter observatum.

ADDITAMENTUM

codd. B 3. 3[a].

1377. Anno Domini 1377, feria tercia in ebdomada penthecostes fuerunt hic in claustro[2]
Mai. 19. Karolus imperator, imperatrix, Wenczeslaus rex Bohemie, Sigismundus rex Ungarie[3], Iohannes dux de Gorlicz — hii filii imperatoris — cum una filia[4], quam postea duxit rex Anglie; item rex Lethaviorum[5], duo legati apostolice sedis, duo archiepiscopi, Pragensis et Magdeburgensis, episcopi Brunnesburgensis[6], Brandenburgensis, Havelbergensis, Bambergensis et Maioriensis[a], duces Stetinenses et Saxonie, comites de Anhalt et Barbey cum magna solempnitate et apparatu expensarum, quas in maiori parte fecit et tulit ista ecclesia[7]. Et in eodem anno expugnata et occupata fuerunt castra Sandowe et Plauwe[8]. Et in aliis stupendum portentum: Adducte fuerunt ad istum locum due aves dicte struciones, in istis terris prius nunquam vise.

ADDITAMENTUM

cod. B 4a.

Hic nota, quod iste palpator[9] hic nullam facit memoriam de violencia facta per cives Magdeburgenses in prepositura in Magdeburg, quoniam Annonem de Heymborch militem, cui dominus Albertus archiepiscopus salvum conductum dedit et secum induxit ad civitatem, ipsi cives, non obstante conductu, violenter abstulerunt de prepositura et ad suum cellerarium novum[10] captivum perduxerunt, non attendentes preces et intervenciones archiepiscopi et sui capituli, qui induti superpelliciis et stolis collis appensis de mansione archiepiscopi ad cives descenderunt[b] et pro eodem Annone milite supplicabant, licet in nullo profecerunt; et postea proprio motu eundem abire ipsi fecerunt cives.

1371. Petrus[c] de Brunna 31. archiepiscopus via permutacionis, ut supra patuit[11], et per Karolum IV. imperatorem promotus fuit anno 1371; sedit annis quinque[12]. Qui eciam via permutacionis factus est episcopus Olmocensis in Moravia de consensu capituli contra voluntatem Karoli IV, cum ipse noluit consentire alienacionem terre Iherchow ab ecclesia Magdeburgensi[13]. Hic construxit capellam sancti Gangolfi in aula archiepiscopali.

Ludowicus 32. archiepiscopus postulatus per capitulum via permutacionis, electus
1381. anno Domini 1376[14], sedit annum unum; qui fuit nobilis marchio Mysnensis. Hic in pretorio Calve cum quadam puella cecidit de gradu theatri, et mortuus subito, decessit et est sepultus in capella sancti Gangolfi.*

1382 Albertus, tercius huius nominis, archiepiscopus 33, per capitulum electus anno 1377, sedit annis 21; qui fuit nobilis de Qwerforde. Eius tempore cives Magdeburgenses invaserunt clerum et curias dominorum spoliaverunt, sed propter archiepiscopum compulsi sunt, condignam emendam spoliatis fecerunt; cuiusmodi satisfactionem civitas usque hodie sentit per varia incommoda[15]. Eius eciam tempore Ratenow capitur[16]; sed per quem tradebatur, non longe post decapitatur; et restituitur invasum opidum.

1403. Guntherus 34. archiepiscopus, per capitulum electus anno 1400[17], sedit annis 42; qui

*) *Manu saec. XVI. in. add.:* Fredericus successit de Hoym, ut supra in margine[18].

a) *leg.* Misnensis. b) descendunt *c.* c) *haec post. manu add. c.*

1) Cf. supra p. 381. 2) Jerichow. 3) Eum ita appellare non licuit ante a. 1387. 4) Anna, quam a. 1382. uxorem duxit Richardus II. 5) Magnus dux Iagello, qui a. 1386. rex Poloniae factus est. 6) Vel Warmiensis. 7) V. Reg. Karoli nr. 5773[a]. 8) Cf. Chr. scab. p. 275, a. 1378. 9) Hac voce probari videtur, auctorem suprascriptorum cod. B 4[a] capitulorum non fuisse canonicum ecclesiae maioris. 10) i. e. curiae senatoriae; cf. supra p. 431. 11) p. 444. 12) Potius decem. 13) Cf. Chron. scab. p. 276. 14) Potius a. 1381. et mox 1382. pro 1377. 15) Cf. infra sub a. 1403. 16) V. etiam infra a. 1394. 17) Immo a. 1403. 18) Cf. supra p. 443, n. *.

fuit nobilis comes de Swarczeburg. In eius tempore locus baptisterii in foro prope Ottonem imperatorem[1] in 4[a] penthecostes ad peticionem fratrum Minorum, qui tunc capitulum habuerunt[2], cessavit in perpetuum; similiter et choralium predicacio de summo turpissima et eorum missa summe execrabilis cum ludo larvarum[a].

Fredericus, tercius huius nominis, archiepiscopus 35, per capitulum electus anno [1445.] Domini 1445. Re vera secundum certa scripta magistri Hinrici Token[3] concanonici eleccio ista singulariter a Deo[b] est estimanda non minus vocacioni sancti Nicolai, Ambrosii et Severi[4]. Ymmo tempore illo, quo caritas multorum refriguit, nec exemplum antecessorum [cf. Matth. 24.12] aspeximus nec ad potenciam nec ad divicias nec ad quid aliud, quo filii huius seculi multis annis in eleccione episcoporum seducti sunt, sed pure omnem cogitatum et confidenciam proiecimus in Deum, devote oravimus, ut Deus eligeret ecclesie nimis periclitanti, non nostris meritis, sed sua sola sanctissima gracia, subvenire. Fecimus omnia per sacri[c] Basiliensis concilii precepta[5], scilicet eciam antea processionibus et devocionibus omnis cleri et populi faciem Christi placando, eratque cor canonicorum confidens totaliter in Deo; unde convenientes in capitulo, communione facta et iuramento, vix in quartali unius hore una voce in unam personam consensimus et cito Spiritus sancti more, qui nescit tarda molimina, acclamando: 'Hic erit pastor noster'; et licet quasi purus laycus et magister curie apud archiepiscopum Guntherum extitit[6], confisi tamen de nobilitate sui ingenii et diligencia suorum sibi deputatorum. Tantum profecit ex docibilitate, quod, antequam unus annus finitus erat, omnia officia archiepiscopi in omnibus exercuit — quod satis rarum et mirum nunc temporis est —, quia promisit et iuravit suum officium per se facere semper, racionabili impedimento cessante; quod hucusque satis fuerat inconswetum. Similiter iuravit reformacionem ecclesiarum et monasteriorum pro posse viriliter promovere. Eciam quia omnibus principibus et nobilibus gratus extiterit, omnia enim promissa et iurata viriliter attemptavit et in reformacione satis profecit. Utinam ab invasione opidi et castri Nebra destitisset[7], quia ecclesie nimium illa invasio dampnum intulit! Tempore suo littere contractuum vix vigorem retinebant, causa tunc nota fuit. Item suo tempore ille mos paganicus civitatis Magdeburgensis, scilicet circumduxio regine, finem cepit: Iulius Cesar ante nativitatem Christi fere centum annis construxit in honorem Diane primum Magdeburg, quod modo Albea dudum funditus destruxit etc., ut patet in vita sancte Affre martiris[8].

Item[d] heu! acquievit consolatui Magdeburgensi, qui invenerunt 'de scise', qua[e] consulatus in civitate Magdeburg nimis enormiter sudorem et sanguinem hominum undiquaque extraxerunt[9]; in qua exactione hic archiepiscopus vitam finivit, licet proverbium sancti Bernardi[f] solitus fuit recitare in vita sua, scilicet: *Qui hoc facit quod nemo, mirantur omnes;* quod ipse verificavit, quia ante eum nullus archiepiscoporum semel super tali exaccione cogitavit; ipse autem illam viriliter accepit, unde ditatus[g] fuit, similiter ex pestilencia

a) *post haec columnae spatium vacuum relictum c.* b) *verbum quoddam excidisse videtur.* c) sacrum Basiliense concilium *c.* d) *alia, paullo recentiore manu add. c.* e) ꝗ *c.* f) Bñ̄di *c.* g) *macula quadam prima sillaba huius verbi deleta est.*

1) i. e. imaginem eius lapideam. 2) Quod fortasse m. Iun. a. 1417. factum est; v. Chr. scab. p. 344. 3) De quo infra prolixius verba faciemus. 4) V. infra. 5) Quae decreta sessionis XII. v. in Monumentis concilior. general. ed. Birk II, p. 403. 6) Cf. infra: *Hic fuit magister curie archiepiscopi Guntheri et merus et purus laicus.* Similia sequentibus etiam infra narrantur. 7) Cf. chron. Hartungi Kammermeister, ap. Mencken, SS. R. Germ. III, p. 1192. 8) Haec spectant ad alteram partem Passionalis, quam praebet cod. Bibl. cath. gymnasii Magdeb. nr. 138, ubi legimus fol. 105: *Que (Diane) cultura non solum tunc apud Augustam . . . viguit, quia tempore Iulii pagani idem . . . hanc civitatem iniciavit, quam Albea penitus in nichilum redegit. . . . . Que persona cum magno gaudio Dyane se obtulisset, solempni cum processione . . . quasi regina illuc ducebatur; qui paganicus modus hic viguit usque ad sanctum Karolum, qui eos ad fidem Christi compulit, ymmo usque ad primum Ottonem, cuius uxor nomine Edit pro destruendo paganismo se fecit honorabiliter circumduci in civitate, ut periret ille paganicus cultus . . . . . Sed heu! postea quasi canes reversi sunt ad vomitum eorum dyabolicas reginas circumferendo . . . Quare putatur, ut ille locus, ubi olim serviebatur Veneri et dyabolo, per pyorum corda, que Deus movit, quia* (lege: *scilicet*) *per borchgravium inmutatus est . . . quia ille locus modo factus est monasterium monialium ordinis s. Augustini de penitencia in honorem s. Magdalene patrone dedicatum. Hec circumduxio aversa est per Fredericum de Bichelingk archiepiscopum, qui tamen operatus est, ut scandalum et dedecus, ymmo paganismus finem recepit anno* 1457, *unde hec per modum incidencie hic dicta sunt.* Nota, huius narrationis initium et nonnulla eorum, quae additamentis suprascriptis inserta sunt, concordare cum Gestorum capitulo 2, p. 377: *Cesar igitur ille quondam.* 9) His de rebus cf. Hoffmann, 'Gesch. d. Stadt Magd.' I, p. 387 sq.

1463. que viguit; anno 1463. videlicet ei in Hallis tantum ultra 24 milia florenorum evenerunt, de 1464. quibus suos amicos habunde ditavit. Obiit in vigilia Martini episcopi, que fuit in sabbato[1], Nov. 10. anno 1464, et rexit quasi 20 annos et pro parte pacem dilexit et tenuit.

CONTINUATIO ALTERA.

Codd. A.

45. Petrus de Brunna 31. archiepiscopus, de Moravia oriundus, translatus de ecclesia Luthomuricensi[a], ut supra tactum est[2], sedit annis 9; recepit pallium a domino Gregorio 1372. Ian. 6. papa XI, et anno Domini 1375[b], in die circumcisionis Domini venit Calvis[3], et postea ipso[c] ad ecclesiam suam et civitatem Magdeburgk solempniter accedente[4], toto clero, ut solitum fieri est, sibi cum leticia pro solempni suscepcione obviante cum cantu leticie, scilicet *Advenisti desiderabilis*[5], chorales tamen in contemptum et verecundiam tanti patris canticum lamentacionis et mesticie, videlicet *Absolve Domine,* inceperunt, forte ex iussu suorum maiorum et subordinancium ista sic fieri in confusionem dicti patris archiepiscopi invidie livore, sibi ipsis in animarum suarum periculum. Qui chorales, sicut timetur, in malicia confortati, quasi publicas inimicicias cum predicto domino archiepiscopo habuerunt, sibi multas felonias[d] et displicencias inferendo[e]. Et quando famuli sui ad aquas equos equitabant, ipsi, abiectis de equis famulis, equos receperunt et opprobria multa sibi suisque intulerunt. Archiepiscopus callide tantam audaciam subditorum ex alio fonte emanare considerans, ut prudens dissimulavit vindictam exercere, quia eciam cum capitulo suo in differencia et discordia fuit, sic quod eciam capitulum inter se statuerunt, ut nullus canonicorum eciam vocatus ad eum accederet; eciam cum vasallis in discordia fuit[6].

Hic tamen dominus Petrus, quando intravit terram Magdeburgensem, invenit quinque milia grossorum pro terra Lusacie solutorum[7]. Ipse eciam habuit conflictum cum Brunswicensibus et ducem de Brunswigk captivavit cum multis aliis vasallis, qui pecuniis, videlicet 4000 marcarum, se redemerunt[8]. Hallenses eciam de anno Domini 1375. cum eo litigaverunt, qui abstraxerunt se a solucione duarum[f] stoparum[g] vini melioris, quod in civitate venale poterit reperiri omni die, dum et quando in castro suo Gebichenstein resideret, cum aliquibus frustis salis, in quibus ad dandum et presentandum[h] sibi in Gebichenstein obligati existebant. Tandem causam in curia imperiali prefatus dominus archiepiscopus sentencialiter vicit, et Hallenses sibi via concordie dederunt quatuor milia cum quingentis sexagenis grossorum cruciferorum, et perpetuo ad dandum vinum supradictum manent obligati[9].

Prefatus insuper dominus Petrus fundavit insignem capellam beate Marie virginis et sancti Gangulfi[i] sub aula archiepiscopali[k] sumptuosa et polita structura, in qua instituit canonicos ad cantandum cottidie horas beate virginis et prebendam eorum satis habunde[f] dotavit et eis bene previdit[10]. Honestam curiam tenuit et semper ante se crucem ferre fecit,

a) Luthomiric. *A* 1d; Luthomaric. *A* 2. 2a. b) *minus recte pro* 1372. c) ipse *codd.* d) feloricas *A* 2. 2a. e) interendo *A* 2. 2a. f) *deest A* 2. 2a. g) scoparum *A* 1b. c. h) ad repres. *A* 1b. c. 2. 2a. i, Gungulfi *semper fere A* 1. k) archiepiscopati *A* 2; archiepiscopatus *A* 2a.

1) In Gestis infra *ipso die s. Martini in aurora* obiisse dicitur. 2) p. 444. 3) Ubi d. 26. m. Ian. a. 1372. libertates civitatis Magdeburgensis confirmavit. 4) D. 22. m. Febr.; cf. Chr. scab. p. 263. 5) Qui cani solebat archiepiscopo intrante, cf. supra p. 409. 6) Cf. infra p. 449. 7) Pro iure dominii feodalis ab Alberto archiepiscopo regno Boemiae concesso; v. supra p. 443. 8) Chr. scab. non indicavit, quantum pecuniae pro redemptione Ernesti ducis datum sit, sed editor eius p. 265, n. 4. diploma tabularii Magdeburgensis d. 21. m. Martii a. 1374. citavit, quod 400 marcas solutas esse asserit. 9) De concordia d. 16. m. Augusti a. 1375. facta diploma est conscriptum, quod adhuc asservatur in tabulario; v. Chr. scab. p. 267, n. 2; verba huius diplomatis, quod a civibus Hallensibus 3500 sexagenas grossorum Misnensium solutas esse dicit, et a Chr. scab. et a Gestis discrepant. Grossi cruciferi vernacula lingua *kreuzgroschen* appellabantur. 10) In diplomate hac de re d. 4. m. Mai. a. 1373. concepto et a v. Dreybaupt, 'Beschr. d. Saalkr.' I, p. 84, edito legimus: *quedam mansionaratus beneficia in capella s. Gangolphi martyris sita in curia nostra archiepiscopali Magdeburgensi, in qua plurimorum archiepiscoporum predecessorum nostrorum requiescunt partes corporis, et quam ob reverentiam . . . . beatissime virginis Marie . . . . novo decoris opere construximus et reedificavimus . . . . instituentes disponi-*

quando intravit civitatem Magdeburgk, et honestissime incessit; suos proprios eciam cantores semper secum habuit sequentes eum in curru.

Dictus dominus Petrus archiepiscopus obligavit castrum Somersburgk pro 900 marcis Brandeburgensibus[1]; item[a] castrum Fredeberg pro 250 marcis Brandeburgensibus. Insuper quando venit imperator Karolus[b] cum filiis suis ad terram istam, tunc dominus archiepiscopus propinavit sibi oppidum Gortzigk et sine consensu capituli, quod opidum fuit captum[c] per fideles ecclesie Magdeburgensis a Bavaris in publica gwerra[2]. Predictus eciam archiepiscopus castrum Wantsleve[d] pro septem milibus marcis Brandeburgensibus ab illis de Wantsleve[d] cum omnibus pertinenciis suis ecclesie Magdeburgensi comparavit et appropreciavit[e,3]. Item villam Dodeleve[f] pro 400[g] marcis Brandeburgensibus obligavit[4]. Item emit curiam in Krosigk a nobilibus de Scraplaw[5]. Emit eciam a comite Gunthero, comite Mulingensi et domino de Barbei, castrum et oppidum Schonebeck cum pertinenciis[6], et ab Ottone nobili de Hademersleve emit ius suum, quod habuit super castrum Hademersleve[7]. Idem archiepiscopus solvit collectori[h] camere pro se et suis suffraganeis sex milia florenorum loco decime apostolica auctoritate indicte[i] in via[k] concordie[8], quia[l] prius cum clero suo et suffraganeis ab indiccione huiusmodi decime appellavit et postea concordavit. Et quamquam prefatus dominus Petrus satis bene rexit et in bellis et in aliis agendis[m] fortunatissimus[n,9] fuit, videns tamen se esse in discordia cum capitulo et vasallis suis, quia aliquos de capitulo cepit, incarceravit et mulctavit et multas molestias et iniurias capitulo intulit, sic quod capitulum ab eo ad sanctam apostolicam sedem appellavit et appellacionem prosequebatur — eciam eo tempore unio clero[o] Magdeburgensi fuit propter illam discordiam[10] —, et hic eciam[p] se exosum haberi et reputari cernens, dedit iracundie et iracundis[q] locum et optinuit se a papa Urbano VI. de metropolitica ecclesia Magdeburgensi ad simplicem cathedralem ecclesiam Olomitensem[r] in Moravia transferri[11], viam humilitatis Christi, (cf. Phil. 2, 7) que exinanivit formam servi, cum esset Deus, accipiens, imitando sic ille, cum primas Germanie et archiepiscopus esset, descendendo[s] episcopus simplex humilitatis virtute fieri; ubi eciam pacifice finem vite sue in Domino finivit[12].

Incidencia istorum temporum[13].

Sub dicti archiepiscopi Petri regimine obiit serenissimus et invictissimus imperator Karolus quartus, Bohemie rex, anno Domini 1378, 3. Kal. Decembris, qui anno Domini 1348.

a) item — Brandeb. *des.* A 2. 2a. b) *deest* A 2. 2a. c) caput A 2. 2a. d) Wantßleve A 1, *et ita saepius* ß *pro* s. e) *sic codd., forte legendum:* appropriavit. f) Bodeleve A 2. 2a. g) 4000 A 1d. h) electori A 2. 2a. i) interdicte A 2. 2a. k) viam A 2. 2a. l) qua A 2. 2a; *forte legendum* qui. m) *sic* A 1d; agendum *reliqui codd.* n) fortissimus A 2. 2a. o) cleri A 1d. p) *deest* A 2. 2a. q) iracundum A 1—1c. 2; et i. *des.* A 1d. 2a. r) Olomucensem A 1d. s) discendendo A 2, *post corr.* desc. A 2a

mus, ut iidem mansionarii horas de ipsa divina nostra gloriosa virgine Maria secundum cursum et iuxta qualitatem temporum diebus singulis per omne seculum in ipsa capella observare debeant. De eius capellae situ cf. Chr. scab. p. 285, n. 1. 1) Nobili familiae de Werberg diplomate d. d. 17. m. Martii a. 1373, in tabulario Magdeb. sub R. Sommerschenburg nr. 1. asservato. 2) Cf. litteras a Meinecke de Schierstedt d. 13. m. Iul. a. 1373. datas, ap. Riedel, Cod. dipl. Brand. B, II, p. 539: *Wenne . . . herre Carl romischer keiser mich gesatzt hat zu hauptmann der slosse Plawen, Sandow, Ierichow und Gortzk, die im . . . her Peter ertzbischoff zu Meideburg zu diesem seinen krige gegeben hat.* Imperator tunc in Marchia commoratus est; de castro Görtzke a Magdeburgensibus occupato v. supra p. 445. 3) D. 17. m. Ian. a. 1373, ut testantur diplomata tabularii, quae v. 'Magdeb. Gesch.-Bl.' XI, p. 216 sqq. 4) Hohen-Dodeleben, in praefectura Wanzleben situm; v. Chr. scab. p. 287, n. 1. 5) Krosigk prope Halas situm Petrus archiepiscopus iam d. 20. m. Ian. 1381. vendidit. 6) D. 1. m. Aug. a. 1372, ut testatur diploma tabularii Magdeb. sub R. Schönebeck nr. 1. 7) Diploma hac de re d. 1. m. Iulii a. 1372. confectum v. ap. Gercken, Cod. dipl. Brandenburg. IV, p. 526. 8) De pecuniis camerae apostolicae solutis invenimus in libris copialibus nr. II. IVa. LVII. tabularii Magdeburgensis chartam d. 11. m. Mart. a. 1374. conscriptam. 9) Chr. scab. p. 263. pauca tantum eius temporis bella feliciter gesta enumerat. 10) Chr. scab. p. 275. teste discordia haec iam a. 1378. incepit. Unio vel foedus, quod primores ecclesiarum Magdeburgensium contra archiepiscopum fecerunt, d. 5. m. Sept. a. 1380. diplomate firmatum est, quod v. 'GQ. d. Pr. Sachsen' IX, p. 172 sq. 11) Quod secundum Chr. scab. p. 281. mense Maio a. 1381. factum est; quae ibi de Ludovici Maguntini praesulis Magdeburgensis archiepiscopii obtinendi studiis narrantur, Gestorum auctor plane ignorasse videtur. 12) D. 12. m. Febr. a. 1387. 13) Similes inscriptiones cum alibi tum invenimus in Catalogo abbatum Saganensium, cuius partem priorem scripsit Ludolphus I. abbas, tractatus de longaevo schismate auctor; cf. SS. rerum Silesiacarum I, p. 208. et 238. a. 1373. et a. 1393: *De quibusdam eventibus illius temporis;* p. 275, ubi iam is, qui primus Ludolphi librum continuavit, scripsit: *De quibusdam inciden-*

electus fuit in discordia[1], et prius vocabatur Wentzeslaus[a] et post eleccionem Karolus vocatus est[2], et Guntherus comes de Schwartzburgk eciam electus et postea veneno occisus est, et sic Karolus electus fuit concorditer; aurea privilegia clero dedit[3], inde[b] Karolina Magdeburgk venit[4]; concordiam inter archiepiscopum Petrum et cives de Novo foro fecit ad tempus; Erfordiam obsedit[5] cum 40 milibus, sed nichil profecit; qui tandem moritur[6] et sepultus fuit in castro Pragensi. Cui successit filius suus Wentzeslaus[a], quem eo vivente in regem Romanorum et Bohemie fecit eligi, promittendo cuilibet electorum centum milia florenorum; que cum postea solvere non potuit, regalia eis pro hiis impignoravit, videlicet theolonia et vectigalia etc., et sic imperium nimium debilitavit, quod nequaquam respirare potest, ut Eneas in chronica Bohemorum enarrat[7]. Qui multum desidiose rexit, imperium illud eciam illecebri et inhonesta vita et moribus maculando, nocturnis temporibus cum vaga societate aut solus uti fatuus in plateis discurrendo et multas vanitates imperatori indignas exercendo[8]. Tandem[9] electores imperii dictum Wentzeslaum[a] monuerunt et crebris moneri vicibus fecerunt, ut de hiis vanitatibus et levitatibus[c] cessaret et sacri imperii gubernacula strennue assumeret et ipsum ab oppressionibus variis, ut ex debito iuramenti[d] tenebatur, defensaret; sed videntes, quod in nullo proficere possent, apud dominum Bonifacium papam IX. per suos solempnes ambasiatores[e] instituerunt, ut ad deposicionem dicti Wentzeslai[a] tamquam inutilis et desidis, inspecta segnitie et turpi vita sua, ex quo in ecclesia discrimina et innumerosa scandala pullulabant, procedere dignaretur[10]; quibus papa annuens, dedit eis licenciam alium regem Romanorum eligendi[11]. Tandem more et consuetudine suis convenientes imperii electores[12], vota sua concorditer, nemine discrepante, in illustrem principem et dominum Rupertum Bavarie ducem et comitem palatinum direxerunt; quam vero nominacionem[f] et eleccionem dominus papa Bonifacius IX. gratam et ratam habuit et auctoritate apostolica eam approbavit[13] ac eundem in imperatorem coronavit[14]. Hic eciam imperator a Floren-

a) Wenczeslaus *h. l.* *A* 1. b) in *A* 1[d]. 2. 2[a]. c) sevitatibus *A* 2. 2[a]. d) iuramento *A* 2. 2[a]. e) ambagiatores *ex* ambaziat. *A* 2. 2[a]. f) el. et nom. *A* 2. 2[a].

ciis et eventibus tempore illius venerandi patris (Ludolphi I); p. 286: *Adhuc de quibusdam aliis incidenciis tempore prefati patris Ludulphi;* p. 300: *Incidencia illius temporis et de vastacione Slesie et Lusacie per Hussitas;* p. 304. 313. 329, a. 1439. 1444. 1453: *Incidencia temporis illius,* et similia saepius usque ad a. 1537. Loci quidam Gestorum cum Catalogo illo consonantes etsi infra annotandi sunt, tamen quae sit eius coniunctionis natura et origo, aliis auxiliis deficientibus, determinari non licet. 1) Cf. ea quae supra p. 434 sq. narrata sunt. 2) Horum pauca forte desumpta sunt ex Aeneae Sylvii Historia Bohemorum, ubi c. 33. legimus: *Nomen huic Karolo in baptismo Wenceslaus fuit, quod in confirmatione a Karolo Francorum rege mutatum est,* ita ut Gestorum auctor *post eleccionem* minus recte pro *in confirmatione* scripsisse videatur; cf. insuper E. Werunsky, 'Gesch. Kaiser Karls IV. u. seiner Zeit' I, p. 11. 3) Etiam Cat. abb. Sagan. Karolum laudibus effert, quia *clerum dilexit*, l. c. p. 210. 4) i. e. Karoli uxor, Elisabeth. Quae ea Magdeburgi a. 1377. versante acta sunt, prolixius tradit Chr. scab. p. 276; sed de concordia quadam per eam inter archiepiscopum et cives confecta ne verbum quidem facit; imperatorem ipsum concordiae inter archiepiscopum et cives Magdeburgenses restituendae studuisse, Chr. scab. p. 270 sq. narrat. 5) Mense Augusto a. 1375; cf. Iohannes Rothe, 'Düringsche Chronik', in 'Thüringische GQ.' III, p. 628. 6) D. 29. m. Nov. a. 1378; cf. F. M. Pelzel, 'Kaiser Karl IV, König von Böhmen' II, p. 942. 7) i. e. Historia Bohemorum Aeneae Sylvii Piccolomini a. 1458. edita, ubi c. 33. legimus: *Illud quoque nomini suo non parvam inussit maculam, quod Wenceslaum ex filiis suis natu maiorem in imperio sibi successorem adhuc vivens ordinare conatus est idque pecunia. Nam cum principes electores haud facile ad eam rem trahi possent, quod virtute obtinere non potuit, precio comparavit, promissis cuique electori centum milibus aureis. Quos cum representare non posset, publica illis Romanae reipublicae vectigalia obligavit, perpetuum imperii malum. Hinc Romana potestas ad nihilum redacta nec posthac extollere caput imperium potuit.* Auctor igitur huius tertiae Gestorum partis verba fontium, quos exscripsit, satis commutavit. 8) His simillima tradit 'Limburger Chronik' c. 111. De aliis vitiis quae Wenceslao a medii aevi auctoribus obiecta sunt, v. Th. Lindner, 'Gesch. d. d. Reiches unter K. Wenzel' II, p. 170—177. 9) Quae hic sequuntur forte extracta sunt ex epistola, qua principes electores Wenceslai depositionem promulgaverunt; v. 'Deutsche Reichstagsacten' III, p. 254. De legatione papae missa eiusque responso cf. ibid. nr. 114. et 115. 10) Haec concordant cum quibusdam locis litterarum, quibus Bonifacius IX. papa Ruperti electionem confirmandam proposuit, ap. Raynaldum, Annal. a. 1400, p. 248: *Nobis per eorum proprium nuncium significare curarunt* (electores), *quod prefati Wenceslai segnitia diligenter inspecta, eo quod dietim mundo discrimina et innumera scandala pullulabant, ad ipsius depositionem et alterius electionem procedere disposuerant.* Paucis verbis mutatis haec inserta sunt bullae confirmationis demum d. 1. Oct. 1403. datae; ('Reichstagsacten' IV, nr. 105). 11) Quod minime factum est; at Aeneas Sylvius c. 34. Historiae Bohem. narrat: *ab electoribus imperii comprobante Romano pontifice* (Wenceslaus) *imperio deiectus.* 12) Scilicet quatuor principes qui interfuerunt electioni d. 21. m. Augusti a. 1400. celebratae. 13) Bonifacius IX. papa potius primo electionem confirmare recusavit; cf. K. Höfler, 'Ruprecht von der Pfalz, genannt Clem, römischer König' p. 200 sq. et 230 sq. 14) Quod nunquam factum est.

tinis magna conductus pecunia, cum ingenti Alamanorum exercitu Italiam ingrediens contra Galeatum[a] ducem Mediolanensem[1], et cum iactura gravi reversus[2], dignus habitus, ut pro iusticia pateretur, et tandem anno Domini 1410. viam universe carnis ingressus est[3], relinquens post se quatuor filios, Ludowicum palatinum Reni, Ottonem ducem Bavarie, ducem Stefanum et Iohannem[4], ex quibus multi duces sunt propagati[5]. Post mortem Ruperti imperatoris electus fuit Sigismundus[6] rex Ungarie, frater regis Wentzeslai depositi, qui mire prudencie, devotus et christianissimus fuit. Hic afflicte ecclesie scismatibus sua mirabili sapiencia et industria succurrit, nec sibi nec suis pepercit, donec plena unio fieret[7]. In concilio Constanciensi personaliter adfuit, et contra Turcas novem bella habuit ubique triumphando[8], sed heu! a Bohemis hereticis deceptus fuit, quia, cum potenti principum adiutorio fortissimo exercitu Pragam obsideret et indubie cepisset et heresi isti pestifere finem fecisset, venerunt Pragenses ad eum, suadentes, ne civitatem suam exterminio daret, exercitum[b] dimitteret et civitatem suam intraret, ipsi omnia ad vota sua emendare vellent; credidit; exercitus dilabitur; decipitur a Pragensibus[9], et tandem heus! deceptum se ingemiscens, nimium credulus; dixit namque prius, si cor suum scinderetur, cicius Bohemus quam Alamanus reperiretur in eo[10]. Et sic invaluit heresis mirabiliter et totam Alamaniam afflixit crudeliter. Concilium Constanciense papam Iohannem XXIII.[c] deposuit propter symonie pravitatem et scelera alia ingencia, adeo ut dyabolus incarnatus diceretur[11]. Eodem anno Iohannes Husso heresiarcha convictus[d] et confessus hereticus, incineratur[12]; quo combusto, Bohemi eius discipuli confederati scripserunt litteras ad concilium trecentis et quinquaginta sigillis sigillatas[13], continentes, quod iniuriose et mendose[e] virum sanctum et catholicum combusserunt. Tunc ceperunt pullulare hereses in civitate Pragensi et locis vicinis, de quibus infra[14].

46. Ludowicus, germanus lantgravii Thuringie[15] et marchionis Misnensis[16], 32. archiepiscopus post decessum domini Petri ecclesie Magdeburgensi parvo tempore ut commendatarius prefuit, titulum Maguntinensis ecclesie[f] sibi asscribens[17], cuius propter potenciam Maguntinensis archiepiscopi domini Adolphi de Nassaw[18] possessionem habere non potuit. Idem tamen Ludowicus, isto non obstante, pretendens se ad ecclesiam Maguntinensem ius habere, titulum dimittere saltem nomine noluit, licet alter possessione et fructibus uteretur. Idem[g] Ludowicus primo promotus fuit ad ecclesiam Halverstadensem[19], quam electus et confirmatus rexerat ad 11 annos, de qua postulatus fuit ad[h] Bambergensem[20], de qua ad Maguntinensem saltem nomine pervenit; post hec ecclesia Magdeburgensis sibi per Urbanum papam VI. fuit ad gubernandum commendata[21], licet eo invito, ut dicebatur. Sed heus! modico[i] eidem ecclesie prefuit tempore, quia anno Domini 1382. ad ecclesiam venit et eodem anno obiit. Fuit namque in opido suo Calvis prope Salam, ibi tenens curiam solempnem cum vasallis suis et uxoribus et filiabus eorum in carnisprivio; et cum in pretorio

a) Galeatium *A* 1[d]. b) suum *add.* *A* 2. 2[a]. c) XXII. *codd., post corr.* XXIII. *A* 1. d) commotus *codd.* e) invidiose *A* 2. 2[a]. f) archiepiscopi *A* 2. 2[a]. g) Item *A* 2. 2[a]. h) ecclesiam *add.* *A* 2. 2[a]. i) et *add.* *A* 2. 2[a].

1) Quae Florentini cum rege de subsidiis solvendis egerunt v. ap Höfler l. c. p. 241 et 248. 2) De malo expeditionis eventu v. ibid. p. 249—273. 3) Obiit d. 18. m. Mai; Höfler l. c. p. 466. 4) De filiorum Ruperti fatis et gestis cf. ibid. p. 472 sq. 5) Haec certe longo tempore post Ruperti mortem scripta sunt. 6) Höfler l. c. p. 470. et J. Aschbach, 'Geschichte Kaiser Sigismunds' I, p. 290. Sigismundus d. 20. m. Sept. a. 1410. electus est. 7) Cf. Cat. abb. Sagan. l. c. p. 279: *Mortuo Ruperto imperatore, qui contra Wentczeslaum depositum imperium 9 annis laudabiliter administravit, Sigismundus rex Ungarie, vivente adhuc Wentczeslao, fratre suo . . . eligitur Romanorum rex . . . Hic mirabili sua industria et prudencia multis laboribus et expensis . . . ecclesie unionem procuravit in concilio Constanciensi.* 8) Quod negandum est; nam et a. 1396. Sigismundus ad Nicopolim et a. 1428. ad Galambotz devictus est; v. J. Aschbach l. c. I, p. 106 sq. III, p. 275 sq.; Aeneas Sylvius quidem c. 30. Historiae Bohemor. dicit: *Sigismundus pugnavit feliciter contra Turcas.* 9) Quod mense Iulio a. 1420. factum est; v. Aschbach l. c. III, p. 81 sq. et F. Palacky, 'Gesch. Böhmens' III, 2, p. 125—147; cf. etiam infra 458 sqq. 10) Hoc Sigismundi dictum in nullo alio eius tempore libro invenire potui. 11) D. 29. m. Maii a. 1415; v. Aschbach l. c. II, p. 91. et v. d. Hardt, Magnum concilium Constantiense IV, p. 205, ubi in fine libelli accusationis contra Iohannem institutae legitur: *adeo et in tantum ecclesiam Christi scandalizans, quod inter Christi fideles vitam et mores suos cognoscentes vulgariter dicitur diabolus incarnatus.* 12) D. 6. m. Iulii 1415; v. Aschbach l. c. II, p. 125. 13) d. d. Sept. 2; v. Aschbach l. c. II, p. 200, et Palacky III, 1, p. 377, ubi dicitur epistolae 452 sigilla fuisse appensa. 14) p. 457. 15) Balthasar (1349—1406). 16) Wilhelmi Monoculi (1349—1407). 17) A Gregorio XI. papa a. 1373. provisus. 18) Qui a capitulo postulatus fuit. 19) A. 1357. 20) A. 1366. 21) A. 1381. d. 28. m. Apr.; Potthast, 'Wegweiser' II, p. 351 a.

1382. opidi prefati cum dominabus et virginibus ad chorisandum adfuit, quidam rumor[a] subito de quodam[b] igne sive incendio pretorii oritur; quidam volunt, quod fuit[c] delusio dyabolica, alii vero, quod iuvenes torcias[d] sub lobio extinxerunt, unde fumus in pulveribus oriebatur, ita quod propter momentaneum timorem et incussum metum quilibet volens per gradus evadere, alter alterum ex subito concursu compressit, adeo quod Ludowicus volens per gradus descendere, unus alterum sic sequendo, cecidit ad terram et fractis cervicibus expiravit solus de tanta multitudine; sepultus in ecclesia beate virginis sive Gangulphi[1] sine solempnitate. Ecce qui tam nobilis, tam multis dignitatibus insignitus princeps, quam misere in corpore, utinam non et in anima! mortem obiit. Hec communiter maximis principibus tyrannis, in superbia et fastu regentibus, evenire iusta Dei permissione de die in diem videntur.

Castrum Sandaw tunc[e] ecclesia Magdeburgensis per quendam amisit, licet eciam post reviceruut; eciam civitates Magdeburgk et Halle recusaverunt sibi homagium prestare, quia non fuit archiepiscopus et caruit pallio nec regalia habuit, quod egre tulit et se, si vixisset, forte vindicasset[2].

47. Fridericus 33. archiepiscopus, de Hoym[3] natus, veteranus ecclesie Merseburgensis episcopus[f], cui prefuit ad 26 annos[4], mortuo Ludowico, anno Domini 1382, 9. die Novembris[5] ad ecclesiam Magdeburgensem postulatus fuit, et translacione ab Urbano papa sexto facta, eodem anno rebus humanis exemptus fuit; de quo notatur, quod, postquam confirmacionem se sensit habere, volens patronis ecclesie Merseburgensis, cui utiliter per annos ut supra[g] prefuit, se recommendare et gratum impendere domino Deo famulatum, accersitis capellanis suis et clericis sibi secretis et dilectis, iniungens eisdem, ut ornamenta ad missam necessaria exponerent, quibus indutus et ad missam celebrandum paratus, pontificale suum cottidianum aperiens officium de patronis, de quibus missam celebrare intendebat, diligenter inquirens, ut solitus fuit, et foliis libri diligenter revolutis, hinc inde cum capellanis officium inquirens, nequaquam illud in libro invenire potuit; tandem stupefactus, credens hoc non sine speciali iudicio Dei sibi accidisse, vestes sacras exuens, se humili corde prostravit ad dominum Deum omnipotentem ac ad patronos sanctum Laurencium et Romanum oculos dirigens veniam postulando, et mox morbo correptus est; ibidem in Merseburgk vita defunctus est. Quem prefati, ut vaticinantur, patroni, quia ecclesie eorum utiliter prefuit in vita, eciam mortuum apud se optabant retinere.

Prefatus eciam Fridericus posuit cum suis campum et obsedit castrum Plawe; abinde tamen recedentes, nichil utiliter gesserunt[6].

1383. Aug. 16. Anno Domini 1383, dominica post assumpcionis opidum Welsenak in dyocesi Havelbergensi cum ecclesia parrochiali per raptores totaliter combustum fuit, et quedam hostie consecrate resperse[7] [in[h]] cinere reperte fuerunt, ut dicunt; et fit ingens concursus, et multa miracula ibi fiunt[8], prout hodie[9] eciam fiunt et pronunciantur in ecclesia predicta. Archiepiscopus tamen Fridericus de Bichlinghe[i], successor huius[10], fretus[k] consilio doctoris Heinrici Taken[11], se[l] huic concursui opposuit propter multa pericula animarum, et tamen

a) iunior *A* 2. 2[a]. b) i. q. *A* 2. 2[a]. c) fuerit *A* 1[a. d]. d) corcias *A* 1[a]—[d]; cereas *e corr.* *A* 2. 2[a]. e) tum *A* 2. 2[a]. f) *deest* *A* 2. 2[a]. g) a. quintos *A* 2; a. V. *A* 2[a]; notatur *add.* *A* 1[a]. h) in *deest omnibus codd.* i) Dichnge *A* 2; Dicheringe *sed* eringe *in loco raso* *A* 2[a]. k) factus *A* 1[a]—1[d]; foetus *vel* fretus *A* 2; foetus *A* 2[a]. l) Falhense *A* 2; Fallensse *A* 2[a] *pro* Taken se.

1) Vide supra p. 448. 2) Auctor Chron. scab. haec et alia suprascripta melius novit accuratiusque enarravit. De Sandau castro prolixius agitur ibidem p. 275. 3) Oppidum ducatus Anhaltini ad Selke fluvium situm. 4) Inde ab a. 1357. 5) Haec haud recta esse demonstrant ea, quae infra de Alberto, Friderici successore, dicuntur et ea quae Chr. scab. p. 285, n. 3. exponuntur. Fridericus a. 1382. d. 5. Sept. diploma iam concessit, quod Riedel in Cod. dipl. Brand. B, III, p. 91. edidit, et eodem anno d. 17. m. Sept. accepit chartam, in tabulario Magdeburgensi sub tit. Wippra nr. 1. asservatam. Facere non possum, quin hic gratias agam maximas regii tabularii Magdeburgensis praefecto V. Cl. G. A. ab Mülverstedt eiusque collegis viris doctis F. Geisheim et M. Krühne, qui nihil antiquius habuerunt, quam ut studiis meis eiusmodi diplomatum eruendorum faverent. Janicke ipsum Fridericum d. 9. Nov. mortuum esse recte opinatus est; cf. infra p. 485. 6) De hac Plawe castri obsidione Chr. scab. tacet, eius occupationem a Brandenburgensibus a. 1378. factam iam p. 275. enarrans. 7) Scilicet sanguine. 8) Cf. Ernst Breest, 'Das Wunderblut von Wilsnack' (1383—1552) in 'Märkische Forschungen' XVI, p. 131—301; unde didicimus, Albertum archiepiscopum miraculi illius fautorem fuisse. 9) De tempore quo haec scripta sint, vide ea quae hic sequuntur et praef. supra p. 368, n. 4. 10) Vel potius Alberti archiepiscopi. 11) Tacke canonicus Magdeburgensis et Brandenburgensis et professor theologiae Erfurtensis; vide Breest l. c. p. 181 sq. Virum hunc doctum Heinrici Tacke vitam scripturum esse, nuper comperi.

dominus marchio apud papam Nicolaum[1] obtinuit, ut hostia sacrata poneretur ad aliam hostiam sanguinolentam, ne ydolatria committeretur, sed, ut timetur, magis pro denario lucrando quam salute animarum inquirenda[a], quia hostie sic immutate consumi debent a presbitero aut recludi[2], et vere[b] periculum animarum ibi vertitur; sed avaricia excecat homines.

48. Albertus de Querfort archiepiscopus 34, electus anno Domini 1382[c], die mensis Septembris[3], sedit annos 25, confirmacionem et pallium a domino Urbano papa recepit. Hic prius fuit ecclesiarum Magdeburgensis et Merseburgensis canonicus, et post postulacionem domini Friderici de Merseburgensi ad Magdeburgensem ecclesiam factam idem dominus Albertus in[d] propria persona se ad Romanam curiam pro ecclesia Merseburgensi, si et in quantum dominus Fridericus ad Magdeburgensem ecclesiam transferretur[e], optinenda apud dominum apostolicum institit[f]. Tandem domino Friderico de ecclesia proviso modico supervivente tempore ac eo defuncto, canonici ecclesie Magdeburgensis eundem dominum Albertum, adhuc in curia Romana existentem et pro ecclesia Merseburgensi laborantem, concorditer, nemine discrepante, in archiepiscopum elegerunt et decretum eleccionis per suos certos fideles nuncios in urbe Romana eidem presentari fecerunt. Preterea attempta[g] tam concordi eleccione in personam dicti domini Alberti per capitulum facta, dominus papa[h] Urbanus prefatam eleccionem confirmavit[4] ac eundem confirmatum ad partes et ad ecclesiam suam remisit.

Dictus dominus Albertus cepit castrum Mokeren[i, 5], quod fuit illorum de Alvensleve, et capitulo pro memoria sui[k] singulis annis in ecclesia peragenda dedit[6].

Anno Domini 1401, in vigilia purificacionis capitulum ecclesie maioris una cum domino 1401. Febr. 1. Alberto archiepiscopo et toto clero propter metum civium Magdeburgensium et discordiam quam habuerunt racione monete cuse a domino civitatem Magdeburgk compulsi sunt exire et venerunt in Wantsleve, et postea in Schonebecke denarios Magdeburgenses cuderunt, et tandem per dominum archiepiscopum pacificati reintraverunt[7]. Sed iterum anno Domini 1402, statim scilicet feria quarta quatuor temporum ante Mauricii[8], communitas[l] contra 1402. Sept. 20. consulatum insurrexit; monetam in foro combusserunt et domos aliquorum civium spoliaverunt et cum bannirio catervatim ad pretorium accesserunt, illud spoliare et consules de[m] fenestris proicere volebant. Tandem unus e consulibus de fenestra[n] ad eos clamavit: 'Den papen hoefen tho'! et sic se redimentes, tumultum ad curias dominorum diverterunt; et[o] curias et domos eorum violenter intraverunt et spoliaverunt usque ad limen, penitus omnia derodendo, uti populus communis et tumultuosus assolet[p], multasque iniurias et felonias verbo et facto clero intulerunt. Expost[q] tamen usi sapientum consilio, cognoscentes se perperam egisse, cives cum toto clero concordiam[r] per archiepiscopum et comitem de Schwartzburg Guntherum[9] ac alios nobiles factam[10] inierunt, omnia dampna et bona ablata clero, que per iuramentum[s] optinere voluerunt, plene soluta; et pro hiis satisfactum eis fuit, ita quod anno Domini 1403, in die cene Domini civitatem reintraverunt. 1403. Apr. 12.

Item anno Domini 1394[t], in nocte sancti Leodegarii martiris opidum Acken per archi- 1394. Oct. 1–2. episcopum Albertum capitur contra Rudolphum ducem Saxonie[11].

a) inquirendo *codd.* b) neve *A* 2. 2^{a}. c) *sic A* 2. 2^{a}, *sed numerus diei deesse videtur;* 1380. 2. die m. Sept. *A* 1—1^{d}. d) pr. in *A* 2. 2^{a}. e) transferreretur *A* 1—1^{c}. f) instetit *A* 1—1^{c}. g) accepta *A* 1^{d}. h) *deest A* 2. 2^{a}. i) Molseren *A* 2. 2^{a}. k) suo *codd.* l) communitus *A* 2. 2^{a}. m) ex *A* 2. 2^{a}. n) fenestro *A* 1—1^{d}. o) Et — intraverunt *des. A* 2. 2^{a}. p) assistet *ed.;* assilit, *post corr.* assolet *A* 2^{a}. q) Et post *A* 2. 2^{a}. r) concordia *A* 2. 2^{a}. s) iuramenta *A* 2. 2^{a}. t) 1404 *A* 2. 2^{a}.

1) Eius nominis papam V, qui bulla d. 10. Sept. 1447. data ea quae hic narrantur fieri iussit. 2) Consilium facultatis theologicae Erfurtensis a. 1448. editum hoc faciendum esse suasit; cf. Breest l. c. p. 222. 3) Nomen mensis falsum est. 4) A. 1383, d. 2. m. Februarii; cf. Chr. scab. p. 286. Die 12. m. Martii 1383. capitulum sede adhuc vacante diploma quoddam (Erzstift Magdeb. 4. B^{a} 21) concessit; paulo post Albertum confirmatum esse, demonstrat charta eius d. 18. m. Apr. eiusdem anni confecta, quam vide ap. Ludewig, Reliquiae manuscriptorum XII, p. 471. 5) Ad Ehle fluvium situm. 6) Cf. testamentum Alberti a. 1390. confectum ap. v. Dreyhaupt, 'Beschr. des Saalkr.' I, p. 91—93: *Opidum Mokeren . . . a Bussone de Alvensleve . . . et Friderico de Alvensleve . . . suscepimus.* 7) V. Chr. scab. p. 298. 8) Festum crucis exaltationis (Sept. 14) eo anno in feriam 5. incidit, ita ut Quatuor tempora, quae feria 4. et 6. et sabbato celebrari solebant, in hebdomadam insequentem differenda essent, in quod quadrant verba suprascripta *ante Mauricii* (Sept. 22); at Chr. scab. p. 305. seditionem illam *des vridages na des hilgen cruzes dage*, i. e. d. 15. m. Sept., factam esse narrat. 9) Scilicet patrem eiusdem nominis archiepiscopi, Alberti successoris. 10) D. 26. m. Febr. a. 1403; cf. Chr. scab. p. 310. 11) Diploma tabularii Magdeburgensis d. d. 26. Mart. 1389. archiepiscopum Aken oppidum a ducibus Saxoniae emisse

Eodem tempore Galeatus Mediolanensis dominus in ducem creatus fuit et principem Mediolanensem per Wentzeslaum[a] Romanorum et Bohemie regem[1].

1394. Dec. 3. 4. Item anno quo supra etc. 94, in nocte sancte Barbare dominus Albertus archiepiscopus cepit opidum Rothenaw[2], incolas expulit in maximis frigoribus, ubi plures mulieres in campo aborse[b] sunt et miserabili morte[c] in partu perierunt; et omnia bona eorum in predam dedit, et opidum ad duos et ultra annos possedit[3].

1395. Sept. 1. cf Schopp p. 294. Item anno etc. 95. dominus Bonifacius IX. annum gracie Magdeburgk dedit, et incepit in die sancti Egidii et duravit per annum, ut videlicet promereri volens plenariam remissionem in Magdeburgk per 14 dies[d] staret et singulis diebus quatuor ecclesias visitaret, videlicet maiorem in Berga, in Nova civitate ecclesiam sanctorum Petri et Pauli et monasterium Sancti Augustini; in hiis ecclesiis ciste posite fuerunt, et maxima pecunia congregata fuit.

Oct. 28. Eodem anno circa festum Symonis et Iude Rudolphus dux Saxonie in bello prostravit archiepiscopum Albertum, Heinricum de Werberge prepositum et alios multos captivavit, a civibus captis ultra quatuor milia extorsit; et dominus Albertus cum duce tractavit pro redempcione aliorum captivorum in via[e] concordie; fratrem suum Wentzeslaum in coadiutorem cum consensu capituli ad ecclesiam eligere promisit, qui anno sequenti Prage obiit.

1396. Item anno Domini 1396. dominus Albertus archiepiscopus cancellarium[f] imperatoris Sigismundi ad instanciam eiusdem Lippoldi[g] de Bredaw libertate donavit et opidum Rothenaw restituit[4].

1403. Anno Domini 1402, 11.[h] die Iunii Albertus archiepiscopus moritur in Gebichenstein et in ecclesia sua sub altare trium Regum vel corporis Christi, quod de novo fundavit[5], sepultus est.

Tempore Alberti archiepiscopi Wilhelmus Monoculus marchio Misnensis impetravit exempcionem ecclesie et dyocesis Misnensis contra Magdeburgensem ecclesiam et Pragensem anno Domini 1402. surrepticie, narrans[i], quod ecclesia Misnensis cum omnibus iuribus[d] et pertinenciis suis ab eius primeva fundacione ac creacione libera et exempta ac sedi apostolice immediate[k] subiecta fuisset, tamen postmodum eadem ecclesia archiepiscopo Magdeburgensi pro tempore existenti[l] iure metropolitico primo, deinde archiepiscopo Pragensi eciam pro tempore existenti, qui legatus natus extitit, iure legacionis auctoritate apostolica per nonnullos Romanos pontifices extitit subiecta[6]. Sed constat, quod hoc est[m] falsum, quia Otto Magnus fundavit ecclesiam Magdeburgensem et septem ecclesias suffraganeas, videlicet Misnensem, Cycensem, Merseburgensem etc., et omnes subiecit ecclesie Magdeburgensi, ut patet in principio huius chronice[7]. Unde[n] eciam et bella et lites exorte[o] fuerunt inter archiepiscopum Guntherum et marchiones Misnenses, et opida et ville hinc inde devastate et destructe, et hodie displicencia manet[8]. Hec eciam surreptiva[p] bulla ex-

a) *ita A 1 semper fere.* b) *ita A* 1. 1b—d; oborsae *A* 2. 2a. c) miserabiliter *A* 2. 2a. d) *deest A* 2. 2a. e) *sic emendandum videtur;* vim *codd.* f) *forte corrigendum est* cancellarius imp. Sig. a. i. e. Lippoldum; *vide infra n.* 4. g) Ludolphi *A* 1a; Lupoldi *A* 1b. h) 1401. 11. die *A* 1a; 1400. die *A* 2. 2a. i) surreptici enarrant *A* 2. 2a. k) ita mediate *A* 2. 2a. l) existendi *ead. m. corr.* existenti *A* 2. m) sit *A* 2a. n) inde *A* 2. 2a. o) sunt et *add. A* 1a—1c. p) surrepticia *A* 1d.

testatur; cf. Chr. scab. p. 314, n. 3. 1) D. 11. m. Maii a. 1395; v. Th. Lindner, 'Gesch. d. D. Reiches' II, p. 334. 2) Rathenow ad Habolam. 3) De incolarum calamitatibus similia narrat Engelbertus Wusterwitz in Chronica Brandenburgensi ed. Heidemann (1878), p. 26. Auctor Chronicae scab. p. 292. tantum oppidum captum esse dicens, sequentia p. 294sq. prolixius tradit. 4) Chr. scab. p. 296. rectius narrat: *gaf bischof Albrecht Ratenauwe der Marke wedder, dat wolde de Romische koning van Behmen wedder hebben, wente unse here de bischop in den tiden sin kenzeler was;* item Engelb. Wusterwitz l. c. p. 30: *hat er* (Sigismund) *den ertzbischoff, der damals sein cantzler gewesen . . . arrestiret, biss er . . . Rathenaw abtrete. Solches hat nun der ertzbischoff angelobet und hat im* 1396. *jar . . . herrn Lippolden von Bredaw . . . wieder losgegeben.* 5) Chr. scab. p. 311. Albertum d. 12. m. Iun. a. 1403. obiisse contendit. Boysen, 'Hist. Magazin' IV, p. 90. diploma a. 1419. attribuendum publici iuris fecit, ubi Guntherus archiepiscopus dixit: *quoddam altare in capella castri nostri Gebichenstein ad honorem omnipotentis Dei et domini nostri Iesu Christi . . . trium Regum . . . ereximus et fundavimus ac instituendo erigimus de novo et fundavimus.* 6) Verba *ecclesia Misnensis — extitit subiecta* desumpta sunt ex Bonifacii IX. papae bulla die 13. m. Dec. 1399. de exemptione Misnensis episcopii data, quam vide in Cod. dipl. Saxoniae regiae I, 2, nr. 751. 7) Supra p. 381 sq.; ecclesiarum suffraganearum ibi tantum sex enumerantur. 8) Litem inter Magdeburgensem archiepiscopum et Misnensem episcopum iam m. Maio a. 1412. exortam esse, coniiciendum est ex eo, quod bulla modo laudata et alia de eadem re ab Innocentio VII. data, tunc sint transscriptae a notario quodam, *ut transsumpto . . . in iudicio vel extra adhiberi valeat plena fides;* cf. Cod. dipl. Sax. reg. I, 2, nr. 843; anno insequente d. 26. m. Iunii Iohannes XXIII. papa

empcionis expedita est per cameram, et non per cancellariam[1], quia papa semper, quando confirmat episcopum Misnensem, in suis bullis servat ius metropolitani[a] salvum[2,*].

49. Guntherus de Schwartzburgk 35. archiepiscopus, ecclesiarum Maguntinensis et Iecheburgensis[b,3] Maguntinensis dyocesis prepositus et ecclesie Coloniensis canonicus, 21. anno ad ecclesiam Magdeburgensem postulatus fuit anno Domini 1403, 25. mensis Iunii; fuit a papa 1403. Bonifacio IX. confirmatus anno suo 14, qui in episcopatu suo 15 annis sedit, et eodem anno pallium a predicto domino apostolico recepit, et sedit annis 41. Hic in principio sui adventus ad terram Magdeburgensem per dominum Albertum, predecessorem suum immediatum[c], et capitulum in administratorem generalem solempniter fuit receptus[4]. Qui[d] in primo anno suo graves discordias cum domino Rudolpho de Anhalt[5] et Mansfelt habuit; terras et villas hinc inde in dominiis utrorumque in favillam et cineres redigentes, tandem sese per media salutifera ad pacem dederunt. Hic eciam castrum et dominium Dhame, licet erat de feudo[e] ecclesie, [cum[f]] per mortem ultimi domini[6] de Dhame, qui tunc erat, ad eum devolutum fuisset, tamen superexistentibus[g] filiabus data pecunia in bona quantitate ad easdem maritandas, castrum et dominium cum attinenciis suis ad ecclesiam Magdeburgensem incorporari fecit. Hic eciam per mortem domini Conradi de Hademersleve castrum Egelen[h], quod fuit devolutum ad dominum Borchardum de Mulingen comitem, dominum[i] in Barbi, data notabili summa pecuniarum eidem comiti per bona media, de consensu venerabilis domine Agnetis de Sydawe, abbatisse in Gerenrode[k], que fuit domina feudi, a qua duces Saxonie de Wittenberg[7] hoc in feudum habuerunt, et per obitum illorum devolutum ad abbatissam — et hodie ab ecclesia dantur ei certi floreni annuatim ad perpetuam rei memoriam[8] —, et ecclesie[l] sponse sue appropriari fecit.

Item anno Domini 1416. castrum Sandawe, quod habuit Heinricus de Eysenberg, cap- 1416. tum fuit a Iesper[m] Gantz de Putlitz[n] cum complicibus suis; quod tamen Dei gracia, licet non sine magnis laboribus, expensis et personarum perdicione, recuperavit[9].

Anno Domini etc. 4. papa Bonifacius moritur, et Innocencius VII. electus est, et parcia- 1404. litates et discordie fuerunt in urbe Romana, sic quod papa curiam ad Viterbium transtulit,

*) *Hic alia manu add. A* 1[d]: Huic archiepiscopo Gerhardus de Wedderden se cum castro Calförde subiecit 1367[10]. Ipse oppignoravit arcem Wippra dominis de Querfurt 1388. et arcem Frideburg dominis de Schraplau, Querfurd et Wippra eodem anno, emit Dahme 1389. et Ummendorff 1390, accepit Aken ab electore Saxoniae Rudolpho III. 1389, oppignoravit Calbe et Schermke, item Amfurt et Altenhausen, quod a Iodoco marchione Brandenburgensi pro 600 fl. in pignore receperat, reluit Alden-Platho et loco ei oppignorat Hadmersleben.

a) metropolitari *A* 2. 2[a]. b) Ietheb. *A* 1—1[d]; Ietseb. *A* 2. 2[a] c) in metum *A* 2. 2[a]. d) Quod *A* 1—1[b]. 2. 2[a]; Quit *A* 1[c]. e) fundo *A* 2. 2[a]. f) *supplevimus.* g) supersistentibus *A* 2. 2[a]. h) Egeten *A* 2 2[a]. i) domini *A* 2. 2[a]. k) Serenr. *A* 2. 2[a]. l) ecclesia *A* 2. 2[a]. m) Iasper *A* 2; Gasparo *A* 2[a]. n) Poelitz *A* 2. 2[a]

Halberstadensi episcopo mandavit, ut res litigiosas examinaret; bullam huius vide Cod. dipl. Sax. reg. I, 2, nr. 854; aliud eius exemplar, quod Magdeburgensi archiepiscopo certe missum est, auctor Gestorum legisse videtur; adversarios a. 1415. bellum gessisse demonstrant nr. 881. et 886. Codicis dipl. Sax. reg. II, 2; deinde nulla per 15 fere annos controversiae mentione facta, causa a. 1429. denuo apud sedem apostolicam acta, a. 1431. arbitrio Iohannis de Palena auditoris curiae determinata est; cf. Cod. dipl. Sax. reg. I, 3, nr. 929—931. 939. 940; igitur ante hunc annum haec scripta esse videntur. 1) Plicaturae bullae supra laudatae Bonifacii IX. inscriptum est: *Gratis de mandato domini nostri papae. Gerlacus*, quibuscum verbis ea quae Gesta narrant concordare non videntur; ex nr. 940. Cod. dipl. Sax. reg. I, 3, tantum elucet, causam per aliquod tempus a clerico camerae papalis esse examinatam, sed in longius tractam. 2) Haec nullo fulciuntur testimonio diplomatico; Cod. dipl. Sax. reg. I. duas tantum praebet bullas, quibus Misnenses episcopi a papis confirmantur (nr. 921. Iohannis IV. d. 10. Sept. a. 1427. a Martino V. datam et nr. 1196. d. 19. Iulii a. 1476. a Sixto IV. datam), sed neutra iuris metropolitani mentionem facit. 3) Iechaburg prope Sondershausen situm sedes fuit ecclesiae collegiatae antiquae. 4) D. 26. m. Martii a. 1403; v. Chr. scab. p. 311; de eius confirmatione cf. ib. p. 315. Aliud Guntheri gestorum fragmentum lingua Latina scriptum v. 'Magdeb. Gesch.-Bl.' XI, p. 278 sqq. 5) Potius Bernhardo comite Anhaltino. Rudolphus de Anhalt fuit episcopus Halberstadensis, cui post impetum in Bernhardum factum bellum est indictum. Chr. scab. p. 317. comites Mansfeldenses cum Magdeburgensibus stetisse affirmat. 6) Hans de D.; cf. Chr. scab. p. 320, n. 2. 7) Rudolphus et Albertus duces consenserunt venditioni a Burchardo comite d. 31. m. Ian. a. 1417. factae; v. Chr. scab. p. 344, n. 1. Gernrodense monasterium Egeln oppidum iam ab a. 964. possedisse dicebatur; cf. O. von Heinemann, Cod. dipl. Anhalt. I, nr. 38. 8) Hoc inter a. 1422, quo familia ducum Wittenbergensium extincta est, et a. 1430, quo diplomate adhuc inedito abbatissa ius, *obereigenthum* vocatum, quod in Egeln castro et oppido habuit, archiepiscopo vendidit, factum videtur esse. 9) V. Chr. scab. p. 343. 10) Glossator hic Albertum II. cum III. eiusdem nominis archiepiscopo confudisse videtur.

1406. tamen victus[a] precibus in Urbe mansit, et anno Domini etc. 6, 5. Octobris moritur[1] et Gregorius XII.[b] eligitur, et[c] schisma surrexit, quia Benedictus XIII. eciam[d] electus fuit.

1407. Dec. 4. Anno Domini etc. septimo, in die sancte Barbare dominus Henningus de Bredaw episcopus Brandenburgensis statim post coronacionem a Iohanne Trescaw[e] et Wiperto de Barbey
1408. Apr. 23. captus fuit et in castro eorum Mylo[f] usque ad festum Georgii detentus, et data pecunia a sede apostolica fuerunt absoluti[2].

1409. Anno Domini etc. 9. studium universitatis Pragensis translatum fuit in Liptzk[g] quoad tres naciones, videlicet Saxonum, Polonorum et Bavarorum; et Bohemi propter heresim exclusi fuerunt. Versus:

Praga Modo doleas nunquam CarItura[h] dolore,
Cum Clero Careas, quI te dItaVIt honore[3].

Iun. 26. Insuper eodem anno etc. 9, ipso die Iohannis et Pauli[4] in concilio Pisani Gregorius XII. et Benedictus XIII. pape depositi fuerunt, et Alexander quintus electus fuit, qui sedit mensibus decem et tribus hebdomadis; post eum Iohannes XXIII.[i] eligitur; unde sunt versus:

Lucifer[5] et Luna[6] cum deicerentur ab una
Mitra papali[k], sub concilio generali
Quintus Alexander, precellens valde magister,
De Grecis[7] natus, est Pisis papa creatus
Post M C[l] quatuor, tria post hec si repetis[m] ter,
Io. Pau.[n, 8] in festo, cuius sancti memor esto[9].

1410. Iul. 15. Anno Domini 1410, in die divisionis apostolorum in campo Quatuor-mansorum[o] prope Osterroden iuxta flumen 'die Wesele'[p] magister ordinis Theutonicorum et rex Polonie Waldislaus[q] conflixerunt[10], octoginta milia et ultra hominum ceciderunt, et omnes civitates Prusie, dempto Margenborg, regi homagium fecerunt.

Hiis temporibus marchio Iodocus de Moravia habuit Marchiam, et aliquando veniens et colligens pecunias, recessit posuitque rectores, qui nichil curabantur; sed isti de Quitzsaw[r] cum suis complicibus tyrannice sibi regimen usurparunt et Marchiam graviter et dure oppresserunt, nec a Iodoco relevabantur[s], immo penitus deserebantur[t, 11]. Idem marchio Iodo-
1411. cus anno Domini 1411. in Moravia in castro Brunne obiit, et Marchia ad Sigismundum regem Ungarie, filium Karoli IV. imperatoris, devoluta est[12], et duo de qualibet civitate Marchie iverunt in Ungariam et homagium fecerunt sibi, salvis consuetudinibus, privilegiis
1412. Iun. 24. et libertatibus suis[13]. Anno etc. 12, circa festum Iohannis[u] dominus Fridericus burggravius

a) *sic A 1*[d]; victis *reliqui codd.* b) XI. *A 2. 2*[a]. c) eo *A 2. 2*[a]. d) *deest A 2. 2*[a]. e) Tuscaw *A 2*[a]. f) Muslo *A 2. 2*[a]. g) Leipsigk *A 1*[a]; Lipzick *A 1*[b. c]; Liptzigk *A 1*[d]; Leipsitzg *A 2*; Lipsiam *A 2*[a]. h) tacitura *A 1*[d]. i) XXIV. *A 2. 2*[a]. k) papati *A 2. 2*[a]. l) CCCC *codd.* m) referas *A 2. 2*[a]. n) Iohan. *A 1*[d]; Lothan *A 2. 2*[a]. o) marsorum *A 2. 2*[a]. p) Weßele *A 1*. q) *sic codd. pro* Wladisl. r) Quitzsow *h. l. A 1*. s) revelabantur *A 2. 2*[a]. t) deferebantur *A 2. 2*[a]. u) Dhanius *A 2. 2*[a].

1) Innocentius obiit d. 6. m. Nov. a. 1406. 2) Fragmentum diplomatis hac de causa confecti, quod W. Wattenbach e cod. Berol. Lat. F. 174. publici iuris fecit in 'SB. d. Akad. d. Wiss. zu Berlin', Phil. hist. Cl.' 1882. p. 15, episcopum a. 1407, d. 24. Aug. captum esse praedicat, ita ut Gestorum auctor *die s. Barbarae* haud recte pro *die s. Bartholomaei* scripsisse videatur. Mylo, hodie Milow, prope Genthin situm est. 3) Similes eius temporis versus vide ap. C. Höfler, 'Geschichtschreiber d. hussit. Bewegung' I, p. 563. 4) Eo die, ut infra patet, nec Gregorius nec Benedictus sunt depositi, sed Alexander V. est electus. 5) i. e. Gregorius XII, qui antea Angelus de Corrario dictus est. 6) i. e. Benedictus XIII, qui antea Petrus de Luna appellabatur. 7) Antea Petrus de Candia appellatus, quo nomine permulti tractatus philosophici ab eo editi sunt. 8) i. e. dies s. Iohannis et Pauli. 9) Versus hi inveniuntur cum ap. Engelbusium et Andream Ratisb. (v. 'Forschungen' XVIII, p. 35) tum in c. 36. Tractatus de longaevo schismate Ludolphi abbatis Saganensis, quem edidit I. Loserth in 'Archiv f. Oestr. Gesch.' LX, p. 343—561, et in Catalogo abbatum Saganensium ab eodem auctore continuato, SS. R. Siles. I, p. 255. 10) De pugna ad Tannenberg facta auctor loquitur; cf. Ioh. de Posilge, SS. R. Pruss. III, p. 315: *czum Tannenberge dem dorffe im gebite czu Osterrode.* Vierhuben vicus in praefectura Loebau nimis distat a loco pugnae; ei vicinius est Vierzighuben quoddam; rivulus Welle vocatus loco ad duo miliaria a Tannenberg distante oritur. Chr. scab. p. 329. CXXX milia hominum cecidisse narrat; hic numerus facile e LXXX milia, quae Gesta tradunt, corrumpi potuit. 11) Similia, sed multo prolixius, narrat Engelb. Wusterwitz l. c. p. 46. 47. 12) Cf. Petri Hafftiz Microchronicon Marchicum, quod exscriptum est ex chron. Engel. Wusterw., ib. l. c. p. 82: *Anno Christi* 1411. *am freytage negst für Anthonii . . . als marggraff Iodocus zu Brandenburg zu Brünn in Mähren von dieser welt abgeschieden, ist die Marcke wieder gefallen an den herrn Sigismundum, könig in Ungarn, kayser Caroli IV. sohn.* 13) Vide chronicam Engelberti Wusterwitz l. c. p. 83: *sind . . . von den fürnembsten stadten gemeyniglich zwo personen gen Ofen in Ungern geschickt worden, die huldigung zu thun; da er denn alle ihre privilegia und alte gerechtigkeiten mit seinen brieffen und siegeln confirmiret und bestetiget.*

de Norenberg descendit ad Marchiam, convocatis omnibus nobilibus et civitatibus, homagium super pecunia sua, videlicet centum milibus florenorum Ungaricorum[a], postulavit iuxta litteras suas[1], quas exhibuit, et nisi soluta pecunia ab eo non recedendo civitates in tot et in tantis periculis constitute parate fuerunt et sub hac forma iuraverunt: *Wyr hulden und schweren herrn Sigmunde und seinen erben marggraven zu Brandenburgk eine rechte erbhuldunge und hulden und schweren herrn Frideriche und seinen erben burggraven zu Norenberg eine rechte huldunge zu seinem gelde nach aufsweysunge seiner brieffe getrewe, wehre und gehorsam zu seyen, als uns Gott helffe.* 1412.

Anno Domini 1413.[2] prefatus marchio Fridericus federavit se cum principibus in monasterio Cynna[3], et simulate et callide in discordia ab invicem recesserunt propter proditores illorum de Quitzsow, qui ibi missi et secrete fuerunt; et quarta feria post purificacionis fecerunt quatuor exercitus. Dominus Magdeburgensis Guntherus cum suo exercitu obsedit castrum Plawe, in quo Hanns de Quitzsow resedit; dominus Rudolphus Saxonie dux in die Agathe castrum Golczow[b, 4], burggravius per se cum suis[c] Dorothee castrum Frisigk[d, 5], in quo Theodoricus de Quitzsow degebat, dominus Iohannes de Torgaw castrum Buthe[6], in quo Gotzke Precol[e, 7], obsederunt et ceperunt paucis diebus et illos de Quitzsow[f] captivarunt et exularunt. Iusta tyrannorum retribucio! quia humiliati usque ad terram fuerunt. 1413. Febr. 8. Febr. 5. Febr. 6. cf. 2 Macc 9, 8.

Hiis diebus concilium Constantinense[g] maxime floruit, in quo fides christiana, que iam multis annis quasi titubare videbatur, fortiter exsurrexit; ubi schisma pessimum 40[h] annorum terminatum est[8]. Ibi hereses dampnate, et duo heresiarche, scilicet Iohannes Hufs et Hieronymus, combusti fuerunt, et plura bona instituta; determinavit eciam hec sancta synodus, quod concilium legitime congregatum, representans ecclesiam universalem[i], potestatem habet a Christo immediate, cui omnes status, eciam papalis obedire tenetur[k] in hiis que sunt ad generalem reformacionem ecclesie in fide et in moribus tam in capite quam in membris[9]; item quod deinceps concilium de decennio in[l] decennium debet celebrari[10]; quod heu! non est servatum; ideo multa scandala in ecclesia Dei exorta sunt. Concilium papam Iohannem XXIII. deposuit[11] et elegit Martinum[m] quintum in papam[12], et rediit plena unio diu desiderata. Item anno Domini etc. 29[n], die sabbati mensis Iulii in sessione generali in presencia Sigismundi regis Romanorum et plurimorum principum et prelatorum introductus magister Iohannes Hufs de Praga, heresiarcha convictus et confessus hereticus, ubi[o] episcopus Laudensis fecit sermonem brevem; thema fuit: *Destruatur corpus peccati*, ad Rom. 6; et post multi articuli hereticales fuerunt lecti, de quibus infra[13], et sentencia con- 1415. Iul. 6.

a) milia flor. Ungār *codd., qui iterum add.* homagium. b) Soltzow *A* 2. 2[a]. c) die *add. A* 1[d]. d) Frisius *A* 2. 2[a]. e) Gotz Keprecol, *sed* precol *in loco raso A* 1; Gotz Kepreiol *A* 1[a]; Goth Reprecol *A* 1[b. c]; Gotzhergrecol *A* 2; Gotzherolecol, *sed* herolecol *in loco raso A* 2[a]. f) Quitzsaw *hoc loco A* 1. g) Constantiense *A* 1[d]. 2[a]. h) quinquaginta *A* 1[a]—2[a]. i) plenam *A* 2. 2[a]. k) *ita A* 1—1[d]; teneretur *A* 2; teneret *A* 2[a]. l) in d. *des. A* 2. 2[a]. m) Mattheum *A* 2. 2[a]. n) *sic pro* 1415. *codd., excepto A* 1[a], *ubi* 1419. *legitur.* o) uti *A* 2. 2[a].

1) Vide ibidem p. 84: *Im* 1412. *jar umb Sanct Johannis baptiste tag . . . . als nu derselbe (burggraf Friedrich) . . . . in die Marck . . . . ankommen, hat er alßbald allen adel und die von den städten in der neuen stad Brandenburg versamlet und ihnen deß kaysers brieffe vorgelegt, dass sie ihm . . . . huldigen . . . . solten bey einer gewissen summa geldes im kayserlichen brieffe ausdrücklich benennet als* 100000 *Ungerische gulden und von ihm nicht abweichen solten, biß solche summa ihm oder seinen erben gantz vergnüget und bezalet were. Hierauff haben die meisten vom adel und die von städten mit auffgerichten fingern ire huldigung gethan auff nachfolgende weise.* Iurisiurandi verba, quae et in Gestis et in chronica Engelberti sequuntur, plane concordant. Vix dubium est, quin uterque auctor eundem librum exscripserit. 2) Auctor pluribus principum conventibus a. 1413. et 1414. factis seductus haec ad a. 1414. spectantia minus recte quam Chr. scab. ad a. 1413. trahit, ita ut differentia quaedam inter dies, qui utrimque annotantur, intercedat. 3) Chr. scab. p. 355. principes in *Czerwist* convenisse tradit; cf. Riedel, 'Zehn Jahre der Geschichte der Ahnherrn des Preussischen Königshauses' p. 146. 4) Hodie Golzow ad fl. Plane situm. 5) Friesack in Rhinluch situm. 6) Beuthen ad fl. Nuthe. 7) Engelbertus Wusterwitz l. c. p. 94 sq. eum *Gosske Prederlaw* appellat. Prederlaw potius est Brederlow quam Predöhl, quod nomen a Gestis rectius ei attributum esse, Riedel et Heidemann praedicant. 8) Cf. Catal. abb. Sagan., SS. R. Siles. I, p. 277: *in quo concilio fides christiana, que iam longo tempore titubare videbatur, fortiter surrexit. — Ibi scisma longevum a seculis inauditum, quod per* 40 *continuos annos duravit, terminatum est.* Abhinc uno tantum loco ad a. 1449. spectante Catalogus et Gesta consonant. 9) Quod d. 6. m. Aprilis a. 1415. in sessione 5. generali concilii factum est. Verba supra proposita ex constitutione tunc edita sunt desumpta; vide v. d. Hardt l. c. IV, p. 98. et 99. 10) Verba haec leguntur in decreto *Frequens*, sessionis 39, ap. v. d. Hardt l. l. p. 1435. 11) In sessione 12. d. 29. m. Maii a. 1415. 12) D. 11. Nov. a. 1417. 13) De articulis infra p. 459. insertis auctor loqui videtur, sed hi, ut patebit, post mortem Iohannis Huss demum compositi sunt.

1415. tra Iohannem Huſs heresiarcham fuit lata, in qua sacrosanctum concilium eundem Iohan-
nem Huſs tamquam hereticum iudicavit[a] et condempnavit, ab ordine sacerdotali ac aliis
ordinibus sacris deposuit, et per aliquos[b] episcopos degradari fecerunt secundum librum
pontificalem incipiendo: *O Iuda, qui dereliquisti consilium pacis* etc., auferentes ab eo cali-
cem, casulam et alias vestes sacras; tandem eum iudici seculari tradiderunt, extra civitatem
stipiti[c] affixum et papirea corona dyabolis nigris depicta coronatum igne combusserunt[1].
1416. Mai. 30. Et eodem anno[2], sabbato post ascensionis magister Hieronymus, discipulus Iohannis Huſs,
in prescripto concilio Constantinense[d] incineratus est, vir doctissimus et ingenii magni
preter fidem, in sua pertinacia perseverans, igne consumptus est.

1419. Post horum mortem cepit pullulare heresis in civitate Pragensi et in Bohemia. Post
mortem regis Wentzeslai[3] Hussite de civitate Pragense, prius expulsis catholicis, exierunt
pontem[4] armata manu et claustrum Cutnense[5] incenderunt, combusserunt, fratres expu-
lerunt, quos abbas in Czodelitz[e,6] prope montem Cutniſs[7] collegit; multa horrenda in
Bohemie regno in destruccione ecclesiarum, truncacione ymaginum et spoliacione ecclesia-
1420. rum acciderunt. In opido Gratz[f,8] ecclesia parrochialis et monasteria destructa fuerunt,
clerici fugati et heresis Huſs[g] publice predicata, et insurrexerunt heu! multa mala, quia
cf. Ezech. 13, 5. non fuit Iudas[h] Machabeus in terra nec aliquis principum, qui voluit se ponere murum[i]
pro domo Israhel. Verisimiliter credendum, quod tota quasi Almania permissione divina[k]
cum hiis hereticis plagata fuit, et quod fuit flagellum Nabuchodonosor, quia Deus inimicos
cum inimicis flagellari[l] sepe consuevit.

Iul. 28. Item anno Domini 1420, die dominica Panthaleonis, vacante regno Bohemie per mortem
regis Wentzeslai, dominus Sigismundus Romanorum, Ungarie, Dalmacie, Croacie rex, mar-
chio Brandeburgensis et Lutzenburgensis, fecit se in regem Bohemie coronari in castro Pra-
gense per archiepiscopum Pragensem et a baronibus et nobilibus regni Bohemie. Eodem
tempore rex Sigismundus copiosum exercitum habuit, a principibus spiritualibus et secu-
laribus congregatum, et obsedit civitatem Pragensem, sed nichil boni perfecit, quia rex
Iul. 30. dissimulavit contra Bohemos aliquid facere, et sic exercitus dilapsus fuit in die Ebdonn[m] et
Sennen; rex[n] a Bohemis, quia promiserunt sibi regnum Bohemie et civitatem Pragensem
pacifice tradere, et sic nimis credulus deceptus fuit, et[o] sero multum de hoc penituit, dum
fraude se delusum re ipsa expertus fuit[9]. Eodem anno rex Sigismundus cum regina sua
domina Barbara ad Wratislaviam venit[10], tractans pacem inter regem Polonie et magistrum
Theutonicorum, et certum laidum[11] pronunciavit, quod marschallus[p] cruciferorum[12] ethimo-
logavit, sed ambasiatores regis reclamaverunt[13]. Et Sigismundus rex in civitate predicta
Mart. 4. secunda feria post Reminiscere 24 cives de communitate et mechanicis decapitari[q] fecit,
quia insultum contra consulatum fecerunt et eos de pretorio precipitaverunt[14].

Mart. 18. Eodem anno secunda feria post Gertrudis in Magdeburgk repertus fuit quidam Iacob
Kremer[r] de Werden[s,15] oriundus, subdiaconus hereticus, qui a magistro Runelant[t,16] publice

a) indicavit *A* 2, *post corr.* ind. *A* 2[a]. b) aliquot *A* 1[a]—1[c]. c) stipite *A* 1[a]—1[c]. 2. 2[a]. d) Constantiensi *A* 1[d]. e) Ezodelitz *A* 1[b.c]; Osodelitz *A* 2; Osodetitz *A* 2[a]. f) Chrantz *A* 2. 2[a]. g) Hussen *A* 1[d]. h) iudex *A* 2. 2[a]. i) v. reponere mulum *A* 2. 2[a]. k) diurna *A* 2. 2[a]. l) *ita codd.* m) die eodem et Senneci *A* 2. 2[a]. n) rex — promiserunt *des.* *A* 2. 2[a]. o) et — exp. fuit *des.* *A* 2. 2[a]. p) museschallus *A* 2. 2[a]. q) decastitari *A* 2. 2[a]. r) Chremer *A* 2. 2[a]. s) Werder *A* 1—1[d]. t) Runelent *A* 1[a]; Rulenant *A* 1[d]; Kunelart *A* 2. 2[a].

1) Quae hic de Iohannis Huss morte narrantur, satis concordant cum iis quae alibi eadem de re tradita accepimus; cf. v. d. Hardt l. l. IV, p. 389—445. et Höfler, 'Geschichtsschr.' I, p. 281 sq; v. etiam Chr. scab. p. 342. 2) Haec anno sequenti attribuenda sunt. 3) D. 16. m. Aug. a. 1419. 4) Qui Pragae urbis maiorem partem cum minore coniungit. 5) Hoc nomen minus recte positum videtur esse; nam auctor loquitur de Carthusiensium conventu in Smichow sito; v. Chr. scab. p. 348. et cf. F. Palacky l. l. III, 2, p. 49 sq. 6) Sedlec; ordinis Cisterciensis monasterium ibi fuit. Abbatem Cisterciensem Carthusienses recepisse, accuratius narrat solus inter eius temporis auctores Ludolphus Sagan. in Tract. de long. schism. l. l. p. 461 sq. 7) Kuttenberg. 8) Potius Münchengrätz quam Königsgrätz. 9) Cf. eandem rem iam supra p. 451. brevissime narratam. V. Chr. scab. p. 354. 10) D. 5. m. Ianuarii; cf. Aschbach III, p. 37 sq. 11) i. e. arbitrium. 12) i. e. ordinis Theutonicorum, Martinus de Caminata. 13) Cf. Aschbach III, p. 40. et I. Voigt, 'Gesch. Preussens' VII, p. 367. 14) De die Gesta et Chron. scab. p. 350. et alii scriptores concordant, ita ut Aschbach III, 46, qui ea d. 6. m. Martii attribuit, errasse videatur; de numero decollatorum omnes fere inter se differunt. 15) Chr. scab. p. 351. eum etiam *Kremer*, sed de *Vorden* oriundum esse dicit; Hermannus Korner, qui his de rebus multo accuratius et prolixius disseruit, apud Eccard., Corp. histor. II, p. 1238. dicit: *Iacobus Bremer de oppido Vordensi Bremensis diocesis diaconus.* 16) Apud Kornerum et in Chron. scab. Rumelant appellatur. Fuit frater ordinis Praedicatorum et professor theologiae, postea vicarius in pontificalibus a Gunthero archiepiscopo factus; cf. Breest l. l. p. 182.

in Novo foro de heresi convictus fuit et brachio seculari traditus et combustus. Hic plures articulos erroneos tenuit contra fidem. Primus: In divinis est tantum una persona: sic[a] tantum una est in essencia. Secundus: Generacio naturalis non est ponenda in divinis nec processio aliqua. Tercius: Spiritus sanctus non procedit a Patre et Filio tamquam[b] ab uno principio. Quartus: Deus post creacionem hominis et ornatum sex[c] dierum nichil de novo condidit. Quintus: Deus non dedit legem que dicitur euvangelica. Sextus: Deus dacione exteriori legem, quam dedit Moysi, dedit Ade. Septimus: Deus non potest annichilare individuum alicuius speciei, nisi annichilat[d] totum universum. Octavus: Deus non potest destruere hominem, et hic est articulus Wickleff[e]. Nonus: Wickleff est iniuste incineratus[f] et iam salvatus. Decimus: Deus non est factus homo, sed cum homine. Undecimus: Non est ponendum Christum fuisse neque beatam virginem. Duodecimus: Virgo Maria non fuit mater Dei nec mater Iesu Christi, quia super naturam. Decimus et tercius: Iacob, filius Isaac, naturalis est Deus essencialiter atque passus, crucifixus et mortuus. Decimus et quartus: Lignum et signum sancte crucis nullius sunt virtutis. Decimus et quintus: Baptismus fluminis nullam habet virtutem. Item: Deus in sacramento altaris est cum pane sicut cum ligno[g] et lapide in sua natura. Item: Substancia panis et vini manet post consecracionem in sacramento altaris. Item[h]: Substancia est accidens, et accidens est substancia. Item[h]: Doctores sancti non sunt salvati. Item: Apostoli non fuerunt. Item: Christus non est[i] chrismate unctus. Item: Papa non est vicarius Christi. Et sic de multis articulis hereticis[1]. Oravit hereticus isto modo: *Pater noster, qui es in*[i] *nobis, sanctum habeamus te Deum nostrum Iacob ad regnum tuum; fiat voluntas tua sicut in sanctis et in nobis; amorem tuum da nobis hodie et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, et ne permittas nos peccatores*[k]*, sed libera nos ab omnibus malis. Amen*[2]. 1420.

Eodem anno etc. 20, feria quarta post Iudica dominus marchio expugnavit opidum Mart. 27. Angermunden[l], et in nocte dux Casimirus opidum intravit, et ardue conflixerunt, triumpho marchioni cedente[3].

Articuli Hussitarum multi fuerunt, et aliquos ponam propter ignorancias[m], ut sciatur error eorum et evitetur. Primus: Beata virgo non est reputanda nisi sicut alia mulier, nec potest servare quemquam neque iuvare, et ymago eius non veneranda[n] est; etsi centies homo in via[o] sibi obviaret, caput suum discooperiri non tenetur coram ea. Secundus: Heresis est flectere genua coram sacramento corporis Christi, cum ibi non sit verum corpus Christi[i], sed tantum panis et manna. Tercius: Romana ecclesia est spelunca latronum, et papa est antichristus[p]. Quartus: Quilibet homo debet communicare cottidie sub pena eterne dampnacionis. Quintus: Uxor[q] debet esse parata ad reddendum debitum viro suo quandocumque, eciam in ecclesia. Sextus: Iohannes Huß est[r] maior omnibus sanctis et socius eius Hieronymus magnus martir Christi[i]. 7: Non est opus, ut aliquis confiteatur nisi soli Deo. 8: Non debet iniungi alia penitencia nisi: *Vade et amplius noli peccare.* Ioh. 8,11. 9: Missa propter astantem populum debet abbreviari, incipiendo ibi: *Te igitur* etc.[4] 10: Homo non tenetur orare, eciam presbyter, nisi *Pater noster.* 11: Infantuli statim post baptisma communicandi sunt sacramento altaris sub utraque specie, quod iam ab omnibus communiter practicatur[s]. 12: Vir potens prolificare habens uxorem sterilem, illa dimissa, potest ducere aliam. 13: Nulla festa ecclesie sunt celebranda nisi dies dominica et festum Huß. 14: Populus communis potest se ipsum communicare[i], cum sacramentum eis per sacerdotem ad altare portatur. 15: Manus sacerdotis consecrati non est dignior ad porrigendum sacramentum

a) sicut *A* 1[b]. b) tantum *A* 2. 2[a]. c) *sic A* 1[d]; *ceteri codd.* scilicet. d) annichilet *A* 2. 2[a]. e) Wichelef *A* 2; Wichslef *A* 2[a]. f) increatus *A* 2. 2[a]; inc., etiam s. *legendum censet H.-E.* g) signo *A* 2. 2[a]. h) Ut *A* 2. 2[a]. i) *deest A* 2. 2[a]. k) *forte corrigendum est:* peccare. l) Tangermunden *A* 1. 1[d]; Tangermundense *A* 2. 2[a]. m) ignorantiam ac ut *A* 2. 2[a]. n) devener. *A* 2. o) in illa homo *A* 2. 2[a]. p) autor *A* 2. 2[a]. q) Uxor — ecclesia *des. A* 2. 2[a], *ubi loco quinto iam inseritur:* Iohannes Huss *etc.* r) *sic A* 1[d]; esset *ceteri codd.* s) practicetur *A* 2. 2[a].

1) Articuli hi in Chron. scab. breviter absolvuntur, Hermannus Korner quidem eorum tradit 34, maximam partem cum suprascriptis concordantes; articulus qui supra nr. 8. signatus est in chronico edito Korneri non invenitur. 2) Oratio haeretica neque a Kornero neque a Chr. scab. traditur. 3) De pugna inter Fridericum marchionem et Casimirum IV. Stetinensem ducem commissa prolixiorem, sed cum Gestis et Chr. scab. p. 352. concordantem narrationem legimus apud Engelbertum Wusterwitz l. l. p. 110. 4) i. e. canone missae, praetermissa praefatione; cf. Welzer et Welte, 'Kirchenlexikon' sub voce 'Messe'.

quam manus cuiuscunque laici. 16: Nullus potest communicare aliquem nisi solus Deus[1]. Et sic de aliis multis etc. Et licet Pragenses subscriptos[a] articulos tenuerunt, tamen ab eis recessissent[b], si[2] per legatum et per regem de quatuor subscriptis articulis certificati fuissent. Primus: De communione utriusque speciei[c] populi laicalis. Secundus: Quod verbum Dei per regnum Bohemie libere et sine impedimento a sacerdotibus Domini predicetur. Tercius: Quod sacerdotes a papa incipiendo, suam pompam et avariciam dimittentes, exemplo Christi et apostolorum ipsis exemplariter vivant. Quartus: Quod omnia peccata mortalia, specialiter publica[d], in omni statu prohibeantur et destruantur[e] per eos, ad quos spectat. Quos legatus et rex admittere recusarunt[3]. Postquam autem principes recesserunt, Hussite peiora prioribus perpetrarunt, monasterium Aule-regie[4] destruxerunt, ubi Wentzeslaus tumulatus erat, et multa horrenda nephandissime in aspectu et despectu et opprobrium regis fecerunt[5], de quo rex tarde dolens in mala hora pacienciam[f] habuit.

1421.
Apr. 13.
cf Schäpp. p. 356

Anno Domini 1421. rex Romanorum Sigismundus magnam convocacionem principum Norinberge dominica Iubilate fecit[6], per se autem non venit contra hereticos tractando; et heretici opidum Comethau[g,7] ceperunt, Theutonicos ultra[h] 4 sexagenas interfecerunt, infantes 5 vel 6 in una lancea transfixerunt, erigentes eos in derisum passionis Christi, cantantes 'Bopsinuditzy'[i,8] etc., et clangore tubarum eos ad martirium duxerunt. Mulieres Hussite, que cum viris armate currebant, Theutonicis mulieribus, quas non occiderunt, crines,

Apr. 6.

aures aut[e] nasum aut labia amputarunt. Opidum Cadan[k,9] dominica Misericordia

Mai. 11.

Domini[e] expugnarunt et Theutonicos martirizarunt. Circa festum penthecostes optinuerunt montem Cotnis, et monasterium Scedelitz ordinis Cisterciensium, in quo Carthusienses de Pragaw[10] expulsi sunt recepti, funditus destruxerunt et monachos cum Carthusiensibus inhumaniter interfecerunt. Eodem anno opidum Belyn et monasterium Osigk[l] destruxerunt et martires plures effecerunt[11]. Eodem anno Hussite Brux obsederunt, et Misnenses[m]

Aug. 5.

in die Oswaldi contra eos prelium instituerunt et eos fugarunt et ultra duo milia prostra-

Aug. 24.

verunt[12]. Eodem anno principes in Egra convenerunt circa Bartholomei iuxta intimacionem regiam, et rex iterum non venit[13], et ipsi Satz[n] obsederunt[14], et quia capite caruerunt et concordare non potuerunt, ideo recesserunt[15]. Horror ingens circumcirca omnes invasit, quia inter christianos et Hussitas tanta lis exorta fuit, ut, si quis ex alterutra primum[o] capiebatur, igne cremabatur. Fuerunt extunc pestilencie, et magnus clamor contra clerum, quod ipsi essent occasio hereseos illius, licet false, et tam horrenda et seva fuerunt tempora, sic quod a multis mors appetebatur propter persecucionem et conquassacionem bonorum hominum.

Eodem anno etc. 21. Magdeburgenses pontem fecerunt per Albeam sine consensu archiepiscopi Guntheri et capituli sui; propter hec eciam ab eo in iure impediti[p] fuerunt et in 6 milibus florenorum condempnati ab arbitris ad hoc a prefato Gunthero electis, et concilium laud.[q] opprobriis sentenciam ad septingentos florenos reduxit[16].

a) *lege:* suprascriptos. b) recepissent *A* 2. 2[a]. c) *deest A* 2. 2[a]. d) publico in statu *A* 2. 2[a]. e) destituantur *A* 1[a]—1[c]. f) penitentiam *A* 1[a]. g) Cometsau *A* 1[d]; Lemethaw *A* 2. 2[a]. h) *pro* ultra 4 sexagenas *A* 2. 2[a] *habent* 64. i) Bopsimiditzy *A* 1[d]; Bopsimutitzii *A* 2. 2[a]. k) Caday *A* 1. 1[d]. l) Esigk *A* 2. 2[a]. m) Misneum *A* 2. 2[a]. n) Salz *A* 1[b. c]; Saez *A* 2. 2[a]. o) *fort.* parte *H–E.* p) *pro* impetiti *saepius a medii aevi auctoribus positum.* q) Laudf *vel* Landf *A* 1. 1[d]; Landense *vel* Londense *A* 1[a]; Landense *A* 1[b]: Landesse *A* 1[c], *quod ex aliquo nomine proprio corruptum videtur esse; spatium vacuum post* consilium *A* 2. 2[a]; *praeterea* haud magni factis *vel voces similes ante* opprobriis *supplendae sunt. (Equidem locum corruptum ita restituerim:* laudum opprobrians *[Cf. Ducange IV, p. 516] i. e. 'den Schiedsspruch scheltend, verwerfend'. G. W.).*

1) Articulos cum his ad verbum concordantes alibi invenire nequivi; plures et variae recensiones extitisse videntur articulorum, quibus singulae Hussitarum sectae distinguebantur; cf. Höfler l. l. p. 434 sq. et 503 sq. 2) Quod maxime quadrare videtur in studia paci restituendae aestate a. 1420. impensa. 3) Articuli suprascripti maxime concordant cum iis quos F. Palacky, 'Urkundliche Beiträge zur Geschichte des Husitenkrieges' I, p. 34 sq. publici iuris fecit; prolixiorem eorum recensionem Laurentius de Březina 'Gestis et variis accidentibus regni Bohemiae' inseruit; vide Höfler l. l. I, p. 381 sq. 4) Königsaal. 5) Quod a. 1420. d. 10. m. Aug. factum est; cf. Tract. de long. schism. l. l. p. 477. et Aeneae Sylv. hist. Boem. c. 37. 6) Cf. F. von Bezold, 'K. Sigmund und die Reichskriege gegen die Husiten' I, p. 47. 7) i. e. Comotau; cf. Palacky l. l. III, 2, p. 205. 8) Pro verbo hoc valde corrupto, quod Chr. scab. p. 356. vertit in: *Crist is erstanden,* forte ponendum est: *Boh giz zbudity.* 9) Hodie Kaaden; Chr. scab. p. 356. locum Kadaw appellat. 10) i. e. Praga; cf. supra p. 458, n. 6. et Palacky III, 2, p. 210. 11) De destructis Bilin oppido et Ossek monasterio d. 12. m. Iulii cf. Palacky, III, 2, p. 246. 12) Cf. ib. p. 248. 13) Cf. ib. p. 251. et Bezold l. l. I, p. 50 sq. 14) D. 13. m. Sept. — d. 2. m. Oct. 1421. 15) Cf. Palacky III, 2, p. 253, ubi verba Andreae Ratisbonensis citantur: *Dum membra singula, eo quod capitaneum non haberent, sibi invicem dissentirent.* 16) De controversia cum archiepiscopo hanc ob rem facta Chr. scab., quae de ponte exstructo p. 367. sub a. 1422.

Anno Domini 1422. Stephanus Bodecker in episcopum Brandeburgensem consecratus 1422.
fuit[1]. Dominus Albertus dux Saxonie moritur[a] Quatuor Coronatorum, et ducatus iste Nov. 8
domino Friderico marchioni Misnensi a rege Romanorum datus, salvis magnis propinis[2].

Anno Domini 1423. lis oritur inter marchionem et duces Stetinenses, et marchio cepit opidum Tangermunden[3]. Eodem anno crux predicata fuit a domino Placentino cardinali legato contra Bohemos[4].

Anno Domini 1425. dominus Iohannes de Hoym episcopus Halberstadensis civitatem eandem obsedit, et cives proconsulem suum 'Lange Matthes[b]' cum filio et fratre et Wernher[c] Winnicken episcopo tradiderunt, qui decollati fuerunt, et tria milia florenorum pro emenda dederunt, quia prius quatuor de consolatu propria temeritate capitibus mulctaverunt[5].

Anno Domini 1426. bellum prope Ussigk in Bohemia inter Misnenses et Bohemos habitum fuit, Bohemis prevalentibus; et circa tria milia nostrorum occisi sunt, et nobiles Misnenses multi heu! ibi ceciderunt[6]. Letanie[d], misse et alia devocionis opera indicuntur[7].

Eodem anno marchio Iohannes opidum Prentzlaw expugnavit et reoptinuit[8].

Anno Domini 1427. indicta fuit contribucio generalis contra hereticos per cardinalem Sancti Angeli legatum[9]. Heretici isto anno exierunt cum magno exercitu et ad Slesiam se verterunt et multa opida expugnarunt, videlicet Brige, Hayma[e], Luban, Nuenmargk, Reichenbach, Goltbergk, Franckenstein, Bunitzlaw[10] etc., et christianos sine misericordia occiderunt; non est dicibile, quantum miseri tunc nostrates sustinuerunt.

Anno Domini 1429. Bohemi heretici opida Gubbin, Camentz, Sprengbergk, Molbergk, Strelen[11] devastarunt.

Anno Domini 1430. Bohemi Hussite heretici iterum exierunt, ad opidum Oschwitz[12] applicuerunt; ibi marchio Iohannes magno cum exercitu existens[f], aufugit et opidum reliquit, et heretici intraverunt et igne edificia conflagrarunt; et opida Bischoffwerde, Thipelswalde, Szoswyn[g], Radeburgk, Loymaczsch, Roswyn, Wurtzen, Stulpen[13] et ultra mille villas expugnarunt et destruxerunt. Isti Bohemi habuerunt tres exercitus, scilicet Thabritarum[h] de plebeis, Orphanorum de collectis ribaldis et Pragensium de nobilibus et militaribus, quorum superior fuit Procopius plebanus Regine in Gretz[14], qui quemlibet in secta sua fovebat.

a) die *post. manu add.* *A* 2a. b) Matthies *A* 2; Matthias *A* 2a. c) *sic* *A* 1; Wernerum *A* 1a–1c; Wernherum *A* 1d; Wernero *A* 2. 2a. d) Lytanie *A* 2. 2a. e) Haymo *A* 1—1d. f) *deest* *A* 2. 2a. g) Sloswyn *A* 2. 2a. h) Thabricarum *A* 1–1d; Trabicarum *A* 2. 2a.

loquitur, ne verbum quidem facit, nec diploma ullum in tabulario Magdeburgensi invenitur. 1) Stephani episcopi electionem Chr. scab. p. 358 in a. 1421. posuit; quod rectum esse Riedel, Cod. dipl. Brand. A, VIII, p. 82, contendit contra Gercken, qui Stephanum m. Apr. a. 1422. electum esse dixit. 2) Cf. Aschbach l. l. p. 218—228, ubi e litteris regis n 3. laudatis elucet, Gesta rectius Alberti obitus diem indicare quam alii fontes, quibus fretus Cohn, 'Stammtafeln' d. 27. m. Nov. posuit. 3) Similem notitiam ad a. 1423. spectantem in fontibus historiae Brandenburgicae non inveni; Chr. scab. p. 373. eo loco Angermünde oppidi occupationem commemorat, quam editor eandem esse censuit, quae supra ibi p. 352. et in Gestis p. 459. sub a. 1420. narratur. 4) Quae Branda cardinalis egit potius praemittenda sunt iis quae supra a. 1421. de principum conventu Egrae facto traduntur; cf. Palacky l. l. III, 2, p. 244. et 250. 5) Cf. G. Schmidt, 'Die Halberstädter Schicht im November 1423.' in 'Neujahrsblätter herausg. von der histor. Commission der Pr. Sachsen' (nr. 4), p. 28—33. Matthias de Hadeber et sui complices d. 23. m. Iulii 1425. decollati sunt. 6) De pugna ad Aussig d. 14. m. Iunii a. 1426. commissa cf. Palacky III, 2, p. 412 sq. 7) Devotionis opera a Branda cardinali instituta accuratius exponuntur in Tract. de longevo schism. II, c. 63—70. 8) Oppidum a Pomeranis a. 1425. altera die festi s. Valentini occupatum, a marchione paulo post expugnatum esse dicit Engelb. Wusterwitz l. l. p. 117. 9) Heinricum episcopum Wintoniensem, qui tunc iam cardinalis presbyter tituli S. Eusebii fuit; cf. Raynald., Ann. eccl. a. 1427, §. 1—3; Aschbach III, p. 264. De eius studio contributionis instituendae, quae a principibus et civitatibus regni inde a m. Dec. a. 1427. exigebatur, Gesta loqui videntur; cf. Bezold l. l. II, p. 121—130. Tituli S. Angeli diaconus cardinalis fuit Iulianus Cesarini, qui demum ab a. 1431. ineunte rebus contra Hussitas gestis interfuit; cf. Palacky l. l. III, 2, p. 518. et III, 3, p. 12. 10) Brieg, Haynau, Lauban, Neumarkt, Reichenbach, Goldberg, Frankenstein, Bunzlau; cf. Grünhagen, 'Die Hussitenkämpfe der Schlesier' p. 152 sq. Maior pars harum pugnarum ad a. 1428. trahenda est. 11) Guben, Camenz, Spremberg, Mühlberg, Strehlen. 12) Oschwitz hodie Oschatz in praefectura Lipsiensi esse, dicit Palacky III, 2, p. 490. 13) Bischofswerda, Dippoldiswalde, Radeburg, Lommatsch, Rosswein, Wurzen, Stolpen in regno Saxonico; locumsolum Szoswyn vel Sloswyn invenire non potui, forte Nossyn, i. e. Nossen legendum est. 14) i. e. Königgrätz. De summo imperio iam a. 1427. Procopio a factionibus Bohemicis tradito v. Palacky III, 2, p. 432.

Insurrexerunt expost multe secte hereticorum in Bohemia: una que dicebatur Adamitarum, cuius secte professores, tam viri quam mulieres et virgines, nudi ut Adam in paradiso incesserunt, et superior eorum dicebatur Adam et uxor eius Eva; et in brevi tempore maxima multitudo in una insula congregata fuit, et precipientes avibus in aere et piscibus in aquis et animalibus in terris; et[a] obediunt eis veniendo ante pedes eorum, et se capi et interfici[b] permiserunt[c]; quanta illusio dyaboli! Tandem Czischa[d] capitaneus hereticorum cum exercitu ivit contra eos et omnes cruenta acie interfecit. Et[e] dicebatur, quod Eva, uxor[f] Adam, cum veru multos interfecit; et tamen postea gladio cecidit, et sic omnes interfecti occubuerunt, et exstincta fuit illa heresis[1]. Post hec Bohemi terram Advocatorum[2] intraverunt et opidum Plawe cum castro destruxerunt et opidum Hôffe, et ad Franconiam euntes, Kolmbach, Barreut[3] cum pluribus opidis devastarunt. Heu! quanta dissimulacio Romani regis et omnium principum Almanie et totius christianitatis, quilibet advertere potest. Non fuit tunc Iudas Machabeus super terram, defendens fidem Christi ad sanguinem, sed omnes consternati tabescebant[g] et tanta mala fieri permittebant. Civitatem Bambergensem[h] et bona ecclesie et clericorum pro decem milibus florenorum deportarunt.

1431. Febr. 5. Item anno Domini 1431, in die sancte Agathe virginis concordia facta est inter capitulum et consules civitatis veteris Magdeburgk per Brunswigensem[4], in quam[i] ambe partes promiserunt[k]: primo de quatuor turribus, quas consules violenter ab ecclesia receperunt sibi, videlicet quod iste[l] quatuor turres deberent dominis restitui ad unum mensem, et tunc deberent civitati reddi ad defendendum civitatem, et civitas dominis ducentos florenos dare deberet, cum quibus persone[m] quatuor, que prius[n] turres habuerunt ad vicarias suas, deberent contentari; et cannalia[o] tria dominis fracta deberent per civitatem plene refici, et fovea sive fossatum[p] in Novo foro deberet obstrui et planari, et capitulum cum civitate deberet[q] congruentem modum invenire, quo aqua pluvialis educi posset expensis ambarum parcium, sic quod capitulum ad hoc tercium debet dare denarium. Item cannale vicariorum per civitatem fractum debet purgari et reformari. Et sic concordati sunt, ut partes per amplius, si ad discordiam venirent, non violencia sed iure uti deberent. Et sic ista concordia[r], de qua longa controversia pluribus annis laboribus et expensis partes se invicem fatigarunt, sic per graciam Dei facta est, sed male servata, quia nec pecunie date nec fossatum impletum etc., ut hodie patet; et consules Brunswigenses litteras super dicta concordia datas sigillare, uti capitulo promiserunt, expost misso ad eos doctore Take, facere perperam[s] recusarunt, fidem capitulo datam[t] frangendo[5]. Insuper per totum istum annum tractatum fuit de concordia inter archiepiscopum et civitatem Magdeburgensem, sed heu! inveniri[u] non potuit[v], Deo permittente et indubie peccatis nostris id merentibus. Et ideo dominus archiepiscopus gratulabatur de sua iusticia contra civitatem. Respondit ei dominus doctor Take: 'Magnum et manifestum ius contra Magdeburgk habetis, sed utinam eciam cum Deo ius haberetis!' Rursum domini de capitulo, dum consules rebellisare ceperunt[w], Sept. 14. se extra civitatem recipientes et Stasfort se locantes, in die exaltacionis sancte crucis primum capitulum inibi habuerunt et tenuerunt; in quo conclusum fuit, quod sex de capitulo deberent deputari et ibi ut capitulum permanere et capitulum representari, quibus de prebendis provisum[x] fuit; ceteri, si vellent, possent manere aut recedere ad libitum suum. Item feria 3[y], Nov. 7. que fuit dies sancti Herculani, dominus archiepiscopus Guntherus misit litteras diffidatorias civitati Magdeburgk; post diffidavit marchio Brandeburgensis Iohannes, qui tamen postea

a) *forte legendum:* ut obediant. b) interficere *A* 1. c) *ita codd.* d) Ezischa *A* 1^{a}—1^{c}; Elyscha *A* 2. 2^{a}. e) Et dicebatur — interfecit *des.* *A* 2. 2^{a}. f) et *add.* *A* 1^{a}—1^{d}. g) tabescunt *A* 2. 2^{a}. h) *vocabulum deest* (obsederunt?). i) quem *A* 1^{d}; quas *ceteri codd. (fort.:* Brunswigenses in quos *H.-E.).* k) *forte legendum* comprom. l) isti *A* 2. 2^{a}. m) personis *codd.* n) *deest* *A* 2. 2^{a}. o) cavalia *A* 1^{a}. p) sine fossato *A* 1^{d}. q) *sic* *A* 1^{d}; debent *A* 1; debet *A* 1^{a}—^{c}; dicta *A* 2. 2^{a}. r) discordia *codd.* s) propriam *A* 2^{a}. t) *sic* *A* 1^{d}; dictam *A* 1. 1^{a}—1^{c}. 2. 2^{a}. u) inveriori *A* 2. 2^{a}. v) potest *A* 1^{a}—1^{c}. w) domini *iterum add. codd.* x) *ita* *A* 1^{c}. 1^{d}; visum *ceteri codd.* y) 6. in die sancti *A* 1^{a}.

1) Simili modo Adamitae describuntur ab Aenea Sylvio, Hist. Boemiae c. 41, sed paucissima tantum eius verba cum Gestis concordant. 2) Voigtland; de eius invasione a. 1430. facta v. Palacky l. c. III, 2, p. 493. 3) Plauen, Hof, Kulmbach, Baireuth. 4) Charta illius diei et aliae a. 1432.—1435. iisdem de controversiis confectae asservantur in tabulario Magdeburgensi ('Erzstift Magdeburg' XIX, 53 sq.). 5) Attamen diploma supra laudatum d. 5. m. Febr. a. 1431. confectum sigillo secreto civitatis Brunswicensis signatum est. Heinricus Tocke cum alio canonico et duobus civibus primo arbiter in hac dissensione electus erat, sed eorum studiis pace non effecta, res ad Brunswicenses est delata.

accepta a[a] Magdeburgk pecunia resiliit[1]. Item feria sexta, in die sancti Theodori, mise- 1431. Nov. 9. runt litteram diffidatoriam Magdeburgenses capitulo in Stasfort, quod vellent omnium nostrum esse inimici diffidati tam spiritualium quam secularium[2].

Anno Domini 1431. obiit papa Martinus[3], et Eugenius quartus electus fuit[4].

Hoc anno archiepiscopus Guntherus incepit litigare cum civitate Magdeburgk propter structuram turris post curiam Mollendensem[b, 5] et varias libertates et dampna ecclesie per cives ablatas; licet per aliquot annos multi tractatus amicabiles et compromissa habita sint, tamen, quia cives indurati flecti non potuerunt, in durissima hieme clerici civitatem compulsi exierunt, curiis suis vacuis derelictis. Interim cives iniqua fecerunt statuta, et canonici[c] cum clericis ante Mauricii exiverunt civitatem et ad quatuor annos exules, dispersi Sept. 22. fuerunt hinc inde[6].

Anno Domini 1432. Hussite Marchiam intraverunt, et in Melrasen plures a Franckfor- 1432. densibus combusti fuerunt, et alii de exercitu castrum Lubuß ceperunt; deinde opida Monkenbergk[d] et Stratzebergk devastarunt; Forstenwalde et Lantsbergk cum depactacione liberatum fuit, quia quodlibet trecentos florenos dedit; et opidum Bernaw tercia feria pasche Apr. 22. obsederunt, et Dei adiutorio fortissima incolarum defensione passi sunt repulsam non sine interfectione multorum[7].

Anno Domini etc. 33. rex Sigismundus Rome a papa Eugenio in imperatorem in festo 1433. Mai. 31. penthecostes coronatus est[8], et tunc mox per papam et imperatorem consilium Basiliense indictum est[9].

Anno Domini 1434. imperator Sigismundus curiam Romanam exiens, in concilio Basi- 1434. liense residere cepit[10]. Eodem anno Bohemi deficere ceperunt, quia christiani in bello contra eos habito in octava corporis Christi[11] ultra duodecim milia Hussitarum occiderunt Iun. 3. et eciam Thaboritas[e] prostraverunt, et dux Austrie Albertus civitatem Pragensem cum 10 milibus obsedit et intravit et novam civitatem penitus destruxit, sic quod Dei gracia Hussite labi ceperunt.

Eodem anno, tempore estus[f] cives Magdeburgenses opida, puta Borgk, Calve, Salina[g], Stasfort, Loborgk, Mőkeren cum castro Nigrip et Tuchen[12] hostiliter vallaverunt, ceperunt et dicioni sue subdiderunt; et eodem anno Michaelis cives Magdeburgenses castrum Plate Sept. 29. obsederunt[13], quod Gerhardus de Plate et Heinricus de Boygen[14] habuerunt et optinuerunt. Tunc Gerhardus cum uxore et filiis suis exulari ceperunt, Parey[15] ad tempus inhabitantes.

a) civitate *add.* *A* 1[a]. b) *sic codd. pro:* Molendini. c) canonicis *A* 2; canonis *A* 2[a]. d) Morkenbergk *A* 2. 2[a]. e) Taberitas *A* 2. 2[a]. f) aestivo *emendavit* *A* 2[a]. g) Salma *codd.*

1) Friderici I. marchionis filius Alchimista cognominatus, qui saepius vice patris functus est. 2) Litterae illae diffidatoriae eaedem videntur esse, quas S. Walther, Singularia Magdeburgensia I, p. 2. edidit, ubi haec legimus: *Wisset nu, dass wir und die unsern . . . . auf euch und die euren schelen, sie seien geistlich oder weltlich.* 3) D. 20. m. Febr. 4) D. 3. m. Mart. 5) Quae vernacula lingua *Möllenhof* vocata est; de eius situ cf. Chr. scab. p. 238, n. 5. Munitiones hae ob pericula a Hussitis imminentia, consensu ab archiepiscopo et capitulo petito, sed non dato, factae sunt; cf. F. W. Hoffmann, 'Gesch. d. Stadt Magdeburg' I, p. 365. Similia Heinricus Tocke in sermone synodali a. 1451. habito, qui in bibliotheca ducali Dessaviensi, Mscr. 5533, asservatur, narrasse videtur; cf. Breest l. c. p. 186. 6) Hic eadem, quae iam supra p. 462. narrata sunt, cum paucis eorum quae infra sequuntur confusa tradi videntur. 7) Cf. Palacky III, 3, p. 53. Loca supra memorata partim prope Berlin, partim prope Frankfurt sita hodie appellantur: Müllrose, Lebus, Müncheberg, Straussberg, Fürstenwalde, Landsberg, Bernau. 8) Cf. Aschbach l. l. IV, p. 114. 9) Iam ante biennium congregatum fuit; cf. Aschbach l. l. p. 15—42. 10) Die 11. m. Oct.; cf. Aschbach III, p. 130. 11) Haec haud accurate narrata sunt, nisi velis auctorem voce *in octava corporis Christi* usum esse pro *infra octavam c. Chr.*; pugna ad Lippan vel Böhmisch-Brod, de qua auctor Gestorum loqui videtur, d. 30. m. Maii commissa, et nova civitas Pragensis iam d. 9. eiusdem mensis capta est; ab eius obsidione Albertus dux Austriae plane alienus fuit; cf. Aschbach IV, p. 242—245. et Palacky III, 3, p. 157—163. 12) Salina hodie Gross-Salza vocatur, Möckern ad Ehle fluvium situm est; Tuchen, hodie Tucheim, ad praefecturam II. Ierichow pertinet. Chr. scab. p. 380. haec inter d. 5. m. Sept. et d. 1. m. Nov. a. 1433. facta esse dicit. De anno quo haec facta sint maior fides Chronicae scab. quam Gestis habenda est. 13) Castrum Plate a. 1434, Sept. 18. captum esse, tradit Chr. scab. p. 380, ubi l. 8. haud dubie typographi errore 1433. pro 1434. positum est. 14) Heinricum de Beyern, vel de Byern dicendum, Chr. scab. l. l. castrum Tucheim supra laudatum defendisse narrat. 15) Parey vicus, haud procul a Magdeburg ad septentrionem situs, a Chr. scab. inter d. 10. m. Aug. et d. 18. m. Sept. a. 1434. captus esse dicitur.

Cives Magdeburgenses, adiunctis sibi aliis opidis dominii Magdeburgensis mutuo confederati et connumerati, dominum Guntherum archiepiscopum in Calvis obsederunt, et ipsi intromissi fuerunt, et archiepiscopus per posticam castri evasit, et Magdeburgenses opidum ceperunt et castrum et turrim in medio castri everterunt; et cum inferius foramen in turri fecissent ad imponendum pulveres ad diruendam turrim[1], unus presbiter, qui cruorem in hostia consecrata in Wardenberg prope Wittenberg ad concursum faciendum subdole fecerat, ibidem incarceratus ab archiepiscopo Gunthero[2], exclamavit, ut eriperent eum, et sic per foramen extractus: pulveres imposuerunt et incensis hiis turrim evertentes solo equarunt. Eciam in absencia archiepiscopi turrim fortissimam post curiam Molendini, quam[a] vocant 'kick in dye koken', construxerunt[3] et fossata fecerunt, ibique introitum et exitum, quem predecessores sui et ipse semper solebant habere, precluserunt[b] in dominio ecclesie[4]. Propter hec et multa alia archiepiscopus Guntherus causam contra eos in concilio Basiliensi fecit committi et contra eos agere cepit[5], iudicio contradictorio civibus se defendentibus, sentencias contra eos optinuit[6], et invocato contra eos brachio seculari a serenissimo domino Sigismundo Romanorum imperatore, cum censuras ecclesiasticas non verebantur, impetravit bannum imperialem contra eos[7], et in maximis summarum pecuniis condempnati fuerunt, que in concilio moderate fuerunt[8]; sed execucionem effectualem sentenciarum[9] archiepiscopus optinere non potuit propter potenciam et rebellionem adversariorum Magdeburgensium, qui nec censuras ecclesiasticas nec penas banni imperialis tamquam desperati non curarunt[10]. Fertur imperatorem Sigismundum quesivisse[c] a domino Gunthero[d] archiepiscopo, anne in[e] dominio ecclesie sue haberet tam forte et munitum castrum, in quo manere secure et se de inimicis et adversariis tueri posset. Qui respondit, quod non. Tunc subiunxit imperator: 'Si habetis[f] plura castra non forcia, vendatis tria[f] vel quatuor castra non munita et muniatis unum castrum in tantum, quod a subditis expelli de terra vestra non poteritis'. Sanum consilium et a posteris notandum et observandum[11], quia nichil et inutile equipollent! Tandem fatigati[g] archiepiscopus et clerus laboribus et expensis, cum ultra quatuor annos a civitate seclusi fuerunt et sic depauperati, talem qualem concordiam[12] inire[h] coacti fuerunt, ut dicebatur, ecclesie Magdeburgensi heus! nimis onerosam et dampnosam, et dominus Guntherus archiepiscopus cum solempnitate satis decenti statim
Sept. 19. ante Mauricii per cives Magdeburgenses introductus anno Domini etc. 35, in die Florencii[13], et sic eciam totus clerus rediit.

Advertendum, quod dominus Guntherus archiepiscopus in iuventute ad regimen assumptus fuit; qui, licet satis mansuetus, tamen, ut assolet iuvenilis etas, vanitatibus, videlicet venacionibus, commessacionibus, choreis, sagittacionibus et seculi oblectamentis

a) quem *codd.* b) perclus. *A* 2. 2[a]. c) *sic A* 1[a]; *ceteri* quesisse. d) *deest A* 2. 2[a]. e) in — manere *des. A* 1[a]—1[c], *ubi infra post verba* tueri posset *add.:* in munito castro quod in suo dominio haberet. f) tria vel quatuor vel *hic haud recte add. A* 1—1[c]. g) fatigatus *A* 2. 2[a]. h) mire *A* 1—1[d]. 2.

1) Secundum Chr. scab. p. 380. oppidum iam a. 1433, d. 16. m. Oct. captum, sed turris demum d. 16. m. Maii 1434. destructa est. 2) Cf. Breest l. l. p. 185 sq., qui sermonem synodalem doctoris Tocke secutus est. Nomen presbyteri illius fuit Nicolaus Tonemann. Wardenberg forte est hodie Wartenburg prope Albim situm. 3) Haec hic rectius narrata esse, quam supra p. 463, verba indicant: *in absencia archiepiscopi*, i. e. archiepiscopo propter dissensiones cum civibus habitas ex urbe exule. De situ turris 'kick in die koken' vide Hoffmann l. l. I, p. 370. 4) Similem sententiam legimus in bulla d. 8. m. Iulii a. 1435. archiepiscopo inscripta, qua concilium Magdeburgenses ab excommunicatione absolvi iussit (Boysen l. l. IV, p. 113): *postquam cives . . . . palatium archiepiscopale ibidem fossatis vallaverunt et aliis munitionibus tibi liberos ad illum introitum et exitum prohibuerant.* 5) Hac de re, quae d. 25. m. Iulii a. 1432. incepta, annis sequentibus sub iudice erat, multa exstant diplomata authentica in tabulario Magdeburgensi sub tit. XXII, nr. 55—84; cf. Hoffmann l. l. I, p. 368 sq. 6) Quae d. 23. m. Nov. a. 1433. latae, d. 25. m. Febr. anno insequenti promulgatae sunt. 7) Quod d. 10. m. Apr. a. 1434. factum est. 8) Arbitrio ab archidiacono Metensi lato et a concilio d. 8. m. Dec. a. 1434. approbato; cf. Boysen l. l. IV, p. 109—111. et S. Walther, Singularia Magdeburgensia I, p. 5—8. 9) Quam mandatum concilii d. 11. m. Dec. a. 1434. editum fieri iussit. 10) Cf. Hoffmann l. l. I, p. 372. 11) Quod consilium maxime Ernestus archiepiscopus, qui Halis arcem S. Mauritii aedificavit, secutus est; cf. infra p. 480. 12) Confirmationem eius d. 29. m. Iunii a. 1435, confectam v. apud v. Dreyhaupt, 'Beschr. d. Saalkr.' I, p. 118—121. 13) i. e. martyris cuiusdam, cuius memoria Magdeburgi die, quem in margine indicavimus, celebrari solebat.

pocius quam debite[a] ecclesie sue utilitati et regimini insistens, infinita debita sui regiminis tempore alienacionis et impignoracionis bonorum ecclesie[1] ultra centum milia florenorum contraxit et[b] decies decimum denarium a subditis ecclesie sui regiminis tempore exegit et consumpsit, sic quod de eo vulgo dicebatur, quod totam terram consumpsisset, et ecclesia ab eo depauperata fuit sic, quod successori suo parum reliquit. Et mira divine bonitatis dispensacio, quia[c], cum principes non ex Deo regnant, qui eos sua gracia ad preesse et prodesse vocavit, sed suas vanitates et carnalia oblectamenta sectantur, permittit Deus, ut subditi, qui eis obedire deberent, si Deo obedirent, contra eos inobedientes et rebelles insurgunt et persequuntur eos atque a se repellunt, ut sic ex vexacione, que intellectum dat oculis, [cf Es 28,19.] quem culpa delectacionis clausit, pena iuste ulcionis aperit, et cum in obediencia divine maiestatis deliquerunt, in inobediencia subditorum condigna retribucione iuste puniantur. Hoc patet clare in multis Novi et Veteris Testamenti historiis et bodie ad oculum cunctis considerantibus luce clarius liquet.

Anno Domini 1436. reverendissimus dominus Guntherus, castigatus ac emendatus, anno presidencie sue 36.[d.2] in ecclesia sua Magdeburgk in nativitatis Christi festo suam pri- [1436. Dec. 25.] mam missam more archiepiscoporum solempniter cantando celebravit; in qua[e] Heyso de Steinfort vasallus ecclesie sibi[f] centum aureos obtulit; cui tamen idem archiepiscopus ad suggestionem emulorum suorum postea duo castra, videlicet Egelen et Alvensleve[g], cum attinenciis suis abstulit[3], que in pignore ab ecclesia habuit, et hostiliter ab eodem vicit ac eciam eundem extra dominium ecclesie sue profugavit.

Item anno 1437, die Octobris 14. Eugenius papa revocavit, ut ipse asseruit, concilium [1437. Oct. 14.] Basiliense et instituit novum concilium oecomenicum[h] in Ferraria, ad quod vocavit prelatos sub debito obediencie et prestiti iuramenti, ut veniant ad mensem Novembris et quantocius possunt[4]. Greci venerunt ad Venecias anno Domini 1438, die 8. Februarii[5], et iam se duo- [1438. Febr. 8.] decima vice confederaverunt ecclesie Romane[6], et postea eque bene ab obediencia recesserunt et inter se discordes fuerunt; que discordia fuit causa, quod Constantinopolis capta est[7]. Et ista percipiens, concilium Basiliense cassavit omnia illa et similiter vocavit de novo prelatos ad concilium suum[8]. Insuper concilium suspendit papam Eugenium ab amministracione papatus anno Domini 1438, die 18. Ianuarii[9]. [Ian. 18.] O Deus, quanta scandala et animarum pericula et tribulaciones tunc fuerunt in ecclesia Dei! Item anno Domini etc. 39. Basilee in concilio congregati deposuerunt Eugenium papam quartum in crastino sancti Iohannis baptiste et declaraverunt eum hereticum[10]. [1439. Iun. 25.] Postea concordia facta est, quia Felix cessit Nicolao, ut[i] infra dicitur[11].

Anno Domini etc. 40, sabbato Sitientes idem dominus archiepiscopus Guntherus sacros [1440. Mart. 12.] ordines celebravit in ecclesia Magdeburgensi in summo altari, presentibus principibus dominis Iohanne et Friderico germanis marchionibus Brandeburgensibus[12]; et in bona quinta feria [Mart. 24.] sequenti chrisma consecravit ac omnia solempnia divinorum in hoc sacro passionis tempore ipse, prefatis principibus presentibus, cum magna devocione peregit. Hec mutacio[k] [cf. Ps. 76,11.] dextre Dei excelsi!

Anno Domini 1442. dominus archiepiscopus et capitulum ecclesie Magdeburgensis ad solvendum debita propter discordiam et expulsionem cleri per cives Magdeburgenses factam[l] contracta vendiderunt castrum Fredebergk cum attinenciis suis[b] et districtu comitibus de Mansfelt pro 14 milibus sexagenarum grossorum antiquis[m] Misnensibus, ita quod archiepiscopum pro tempore existentem dominum eorum feudi ipsi comites recognoscerent et in feudum illud ab ecclesia reciperent et haberent[13].

a) debita *A* 1. b) *deest A* 2. 2a. c) qui *A* 2. 2a. d) *sic codd. pro* 34. e) quo *A* 2. 2a. f) ibi *A* 2. 2a. g) Avensleve *A* 1. h) oeconomicum *A* 1—1c. 2. 2a. i) ut infra *A* 1a—1c; ut supra etc. *A* 1d; ut — dicitur *des. A* 2. 2a. k) imitacio *codd.* l) facta *A* 2. 2a. m) *sic codd.*

1) Cf. multas, quae infra in Vita Friderici archiepiscopi enumerantur, bonorum impignoratorum redemptiones et plures chartas de venditionibus confectas, quas Hoffmann *l. l.* I, p. 377 sqq. collegit. 2) De eius electionis tempore vide supra p. 455. 3) Cf. Hoffmann l. l. I, p. 375. et Cod. dipl. Brand. A, XVII, p. 122. 4) Bulla Eugenii iam d. 18. m. Septembris a. 1437. edita: *circa Kalendas mensis Novembris;* cf. Mansi XXXI, p. 146. et Hefele l. l. VII, p. 651. 5) Cf. Hefele VII, p. 669. 6) Unionem factam scriptis firmaverunt utriusque ecclesiae legati d. 6. m. Iulii 1439; cf. Hefele VII, p. 746. 7) A. 1453. d. 29. m. Maii. 8) De iis quae synodus Basileensis sessione XXXII. d. 24. m. Martii a. 1438. decrevit, auctor loqui videtur; cf. Hefele VII, p. 673. 9) Quod potius d. 24. m. Ianuarii factum est; cf. Hefele VII, p. 662. et 762. 10) V. ibidem p. 779. 11) p. 467 sq. 12) Filii Friderici I. marchionis, qui eo anno d. 21. m. Sept. mortuus est. 13) Diploma venditionis huius d. 28. m. Apr. a. 1442. confectum exstat in tabulario Magdeburgensi s. r. Mansfeld 9, g. 7.

1445. Mart. 22. Anno Domini 1445, 22. die[a] mensis Marcii obiit dominus Guntherus archiepiscopus, qui sedit 42 annis, 3 mensibus demptis; qui in sumptibus nimis preciosus fuit, ita quod ecclesiam suam in magnis angustiis et tribulacionibus et maximis[b] debitis nimis gravatam reliquit, sepultus in ecclesia Magdeburgensi prope altare sancti Iohannis baptiste.

Apr. 19. 50. Fridericus de Bichelinghe 36. archiepiscopus anno Domini 1445, 19. Aprilis in archiepiscopum postulatus fuit. Hic fuit magister curie archiepiscopi Guntheri et merus et purus laicus nec primam tonsuram habens; qui propter vite sue puritatem, probitatem et morum honestatem concorditer, nemine discrepante, per inspiracionem divinam a capitulo
Aug. 29. postulatus fuit[1] et per concilium Basiliense confirmatus[2] et[c] in die decollacionis sancti Iohannis[3]
Aug. 30. fuit consecratus per suum suffraganeum; cui cives Magdeburgenses altera[d] die homagium
Aug. 10. prestiterunt; qui civitatem Magdeburgk die Martis, que fuit beati Laurencii[4], cum maximo comitatu comitum, baronum et nobilium intravit[5]. Et quia ecclesiam depauperatam invenit per suos predecessores duos et multa impignorata, ipse singulari prudencia multa recuperare studuit per providenciam suam in temporalibus, quia castrum[e] Gebichenstein quasi de novo construxit, allodia multa instruxit, piscinas fecit et castrum Calvis reformavit et allodia et ovilia multa fieri fecit[6] et ut verus pater familias omnia in temporalibus primo in debito ordine instituit, sic quod in brevi crescere in diviciis cepit; et quamquam imperfectum sciencie caritas in eo supplevit, tamen dono Dei eciam in brevi totum officium pontificale ac horas canonicas ac alia statui suo episcopali necessaria studuit et omnia legere distincte et intelligere novit, ut eciam in hoc alios precellebat[f] pontifices et in hoc quasi alter Severus inventus fuit[7]. Suffraganeos suos consecravit Theodericum Stechow[g] Brandeburgensem[8] et Theodericum Buxdorff Nuenburgensem[9]; titularem sibi suffraganeum habere noluit, quia compertum est veraciter, quod omnes archiepiscopi qui suffraganeos habuerunt multas adversitates et tribulaciones habuerunt, quia Burchardus interfectus fuit, Guntherus expulsus[10], et sic de aliis, et in proverbio dicitur: 'Ecclesia Magdeburgensis vult habere archiepiscopum, non suffraganeum'. Ordines sacros per se celebravit pure propter Deum, nec ordinati pro litteris aliquid dederunt, et omnia secundum sacrorum canonum disposicionem fideliter agere curabat, et ob id, quia Deum dilexit et Deus cum eo fuit, cilicio semper usus fuit, et zelo recte religionis adeo fuit inflammatus, ut[h] eciam omnia monasteria monachorum et monialium sue civitatis et diocesis cum maximis laboribus et expensis reformavit; quamquam multas resistencias et adversitates et populorum concitaciones[i] perpessus fuit, ipse tamen, mandatis apostolicis aliisque auxiliis et consiliis sagaciter usus, omnia vicit et Dei gracia ad optatum finem perduxit, sic quod per totam Germaniam et, ut timetur, christianitatem non reperitur ecclesia, civitas, diocesis, in qua omnia monasteria sunt reformata sicut in Magdeburgensi ecclesia[11]. In eo tamen facto permaxime usus fuit consilio et opera domini magistri Heinrici Tacke sacre theologie professoris, canonici ecclesie sue Magdeburgensis et lectoris principalis in theologia[12], viri utique insignis et heroici, qui[k] eciam in concilio Basiliensi a domino Gunthero archiepiscopo missus multa bona fecit et fortiter contra heresim et hereticos Bohemos laboravit et scripsit[13], seque zelo fidei periculo dans,

a) *deest* A 1. 1d. b) d. m. A 2. 2a. c) et — consecratus *des.* A 2. 2a. d) altero A 2. 2a. e) in *add.* A 1a. f) precelleret A 1d. g) Schechow A 2. 2a. h) et ut A 1—1d. 2. i) comitationes A 2a. k) et A 2. 2a.

1) Cf. additamenta codicis B 4a supra p. 446. 2) Cf. Chr. scab. p. 384. 3) Eadem die, quae tunc dominica fuit, privilegia Magdeburgensia confirmavit; qua de re diploma duplex confectum traditur in libro quodam copiali tabularii Magdeburgensis. 4) Nota auctorem hic rerum ordinem male servasse. 5) Similibus fere verbis Friderici electionem narrat Hartungus Kammermeister in chronico ap. I. B. Mencken, SS. rer. Germ. III, p. 1187, mox in 'GQ. der Provinz Sachsen' denuo in lucem prodituro. 6) Haec infra accuratius narrantur, ita ut auctor regimine Friderici exeunte scripsisse videatur. 7) i. e. sanctus Severus Ravennatensis episcopus; cf. AA. SS. Febr. I, p. 84: *ecce b. Severus propemodum idiota et absque litteris spiritu veritatis efficitur doctor uberrimus.* Fridericum cum b. Severo in scripto quodam comparasse Heinricus Tacke iam supra p. 446. dictus est. 8) A. 1459. 9) A. 1463. 10) De Burchardo de Schraplau a. 1307—1325. archiepiscopo et de Gunthero Schwarzburgensi, Friderici praedecessore, loquitur auctor. 11) De eius moribus et monasteriorum reformandorum studio cf. Iohannis Buschii librum de reformatione monasteriorum per Saxoniam, ap. Leibniz, SS. rer. Brunsv. II, p. 836 sq. et 950, mox etiam in 'GQ. d. Prov. Sachsen' accuratius edendum. 12) De Heinrici Tacke vita eiusque fraudis Wilsnacensis delendae studiis cf. supra p. 452. et Breest l. l. p. 187 sqq. 13) Libros ab eo contra Hussitas compositos non novimus.

Bohemiam, a concilio missus[1], intravit[2] et tamen effecit, quod Bohemi primores ad concilium Basiliense venerunt et cum concilio[a] de erroribus suis per multos tractarunt dies[3]. Idem dominus Fridericus archiepiscopus in cultu Dei totus zelosus supersticiones nedum de diocesi sua, sed eciam de tota provincia fortiter exterminare studuit, cum in hiis Deus permaxime offenditur et populus a recta fide ad ydolatriam trahitur. Ob id, ut concursum supersticiosum in Welsenach destrueret, et[b] iustis racionibus, actis et signis evidentibus non verum sanguinem Christi, sed ex falso propter questum factum[4] ostendit et plures dietas cum episcopo in Havelbergk[5] et cum marchione Friderico tenuit; qui usi consiliis doctorum sacre theologie Doring[6] et Canneman[7] restiterunt fortiter, quamquam prefatus doctor Heinricus Tacke eos racionibus evidentibus et argumentis insolubilibus vicit; sed vinci noluerunt, et dominum papam Nicolaum adierunt[8], qui precibus[c] marchionum[d] indulsit, ut hostia consecrata super istam transformatam hostiam poneretur etc., quod factum fuit[9] et hodie durat[10] in periculum animarum multarum. De quibus prefatus doctor Tacke multa scripsit[11] et vere murum pro recta fide se posuit[12], sed avaricia prevalente, in parte ruptus fuit murus et cetera[e]. Prenominatus doctor Tacke omnibus istis concursibus seductoriis et questuariis fortiter ut verus[f] christiane fidei miles se opposuit et in 18[g] locis destruxit[13] et eos supersticiosos et sacre fidei contrarios ostendit.

Incidencia.

Anno Domini etc. 40. electus fuit dux Fridericus Austrie in regem Romanorum[14], eodem anno 40.[e] fuit coronatus in imperatorem a papa Nicolao[15].

Sequenti anno etc. 41. concilium Basiliense terminatum fuit[16], quod incepit anno etc. 31, et sic ad 10 annos duravit.

Eodem anno 41. ciste in ecclesiis posite fuerunt, et plenaria[h] remissio data pro reduccione Grecorum a concilio, heu frustra! quia nichil fuit actum in concilio, sed[i] Greci cum papa Nicolao concordarunt in concilio suo Florentino anno Domini etc. 39, et pecunia hinc inde collecta per dominos recepta fuit[17], et schisma inter papam Nicolaum et Felicem, quem

a) consilio *codd.* b) in *add. A* 2. 2a. c) *deest A* 2. 2a. d) marchionem *A* 2. 2a e) *deest A* 1a—2a. f) vere *A* 2. 2a. g) 10. *A* 2. h) plena via *A* 2. 2a. i) sed — in concilio *des. A* 2. 2a.

1) D. 28. m. Martii a. 1432; cf. Monum. concilior. general. saec. XV. ed. E. Birk I, p. 206. 2) Quod plus quam semel factum est; auctor de iis quae a legatis concilii mense Maio a. 1432. acta sunt loqui videtur; cf. tractatum Iohannis de Ragusio, Mon. conc. gen. I, p. 219: *memoratus vero magister Henricus mellifluo suo et solito eloquio ipsis in verbo virtutis taliter respondit, quod multis ex nobis et eis tunc praesentibus cordibus dilatatis in dulcissimas, ut videbatur, resolvebantur lacrymas. Unde et magnam tunc spem futurae pacis et unionis concepimus.* De aliis Heinrici Tacke unionis restituendae studiis cf. varios vol. I. Mon. conc. gen. locos, qui in eius indice enumerantur. 3) Inde a d. 4. m. Ian. a. 1433. usque ad d. 14. m. Aprilis; cf. Aschbach l. l. IV, p. 151—155. 4) Haec incusatio saepius in Heinrici Tacke scriptis legitur. 5) Haud recte haec auctor narrat. Dietae habitae sunt inde ab a. 1446. in Ierichow, Ziesar, Burg, Fischbek prope Tangermünde; episcopus Havelbergensis nusquam ipse adfuit nec saepius legatos misit. 6) Matthias Döring ordinis Minorum provinciae Saxonicae minister et theologiae professor, qui tunc Magdeburgi videtur esse versatus et a Friderico marchione commotus tractatu de miraculo Wilsnacensi scripto veritatem eius defendit. Cf. Breest l. l. p. 199 sq. 7) Magister Iohannes Cannemann ordinis Minorum conventus Magdeburgensis fuit lector; cf. Breest p. 208 sq. 8) Verisimillimum est, magistrum Cannemann tunc, ut arbitrium commodum a papa impetraret, Romae versatum esse; cf. Breest p. 227. 9) Bulla d. 10. Sept. a. 1447. data; cf. Breest p. 229. et Cod. dipl. Brandenb. A, II, p. 151. 10) Magdeburgenses illo adverso rei eventu non territi usque ad a. 1452. contra miraculum causas agere non omiserunt; cf. Breest p. 232—248. Valde mirandum est, Gestorum auctorem, quamvis familiaritate magna cum Heinrico Tacke usus esse videatur, ea quae post a. 1447. acta sunt brevissime hic absolvisse. 11) De eius tractatibus et epistolis disserit Breest p. 184. 187. 188. 190. 195. 197. 203. 206. 213. 225. 237; nonnulli etiam libri addi videntur quos citat Matthaeus Ludecus in 'Historia von der erfindung des vermeinten heiligen Blutes zu Wilssnagk', Wittenberg 1586, p. Miij. et sq. 12) Similibus verbis auctor utitur supra p. 458, l. 17. 13) Haec alibi non traduntur. Breest p. 190. similis notitiae fontem librum Ludeci laudat, sed hic ea certe ex Gestis deprompsit. 14) D. 2. m. Febr.; cf. I. Chmel, 'Gesch. K. Friedrichs IV.' I, p. 452. et II, p. 8 sq. 15) Quae falsa sunt; nam rex coronatus est Fridericus ab archiepiscopo Coloniensi d. 17. m. Iunii a. 1442; cf. Chmel l. l. II, p. 151; et imperiali diademata ornatus est a Nicolao papa d. 19. m. Martii a. 1452; cf. Chmel II, p. 723. et v. infra p. 471. 16) Felix papa exeunte a. 1442, patres m. Iun. a. 1448. Lausonium migraverunt, nulla sessione publica Basileae inde a d. 16. m. Maii a. 1443. habita. 17) Cf. Hefele l. l. VII, p. 780, n. 3, ubi laudatur epistola concilii, qua Magdeburgensis archiepiscopus vetitus est, pecuniam collectam in usum proprium convertere.

concilium elegerat in papam[1], durat ad 16[a] annos. Tandem Felix divino usus consilio, cessit
1449. anno etc. 49[2]; de quo versus:

LVX fVLsIt In MVndo, FeLIX CessIt NICoLao[3].

1440. Item bellum fuit inter christianos et Turcos[b] inter Adrianopolim et Danubium[4], et ceciderunt 30 ferme milia Turcorum, qui a christianis interempti fuerunt, sed rex Polonie Ladislaus et Iulianus Cesariensis dyaconus cardinalis cum multis christianis occisi fuerunt, et caput regis abscisum Turcus circumduci fecit per omnes terras Turcorum; dicitur, quod tradimento[c] Venetorum christiani succubuerunt[5].

1447. Item anno Domini 1447. Theodericus archiepiscopus Coloniensis Susatum obsedit; cui[d] tandem dux lantgravius Wilhelmus cum Bohemis, quos contra fratrem suum ducem Fridericum, cum quo satis dure litigavit, stipendio conduxerat, succurrebat, concordia inter fratres facta; et licet fortiter civitatem oppugnassent, nichil tamen profecerunt, sed cum confusione recesserunt[6].

1460. Anno Domini 1450. dux Ludewicus Bavarie[7] diffidavit marchionem Albertum[8] et forti
cf. Schöpp. p. 384. exercitu terram marchionis intravit et per tres menses ibi perseveravit; et licet marchio cum duce Wilhelmo lantgravio multum collegisset populum, eum expellere non potuerunt, quia episcopi Bambergensis et Herbipolensis sibi prius confederati ab eo recesserunt adversariisque suis adheserunt; tandem, terra destructa, treuge facte fuerunt et concordes[e.9].

ib. p. 385. Eodem anno marchio Brandeburgensis Fridericus et dux Saxonie Fridericus in Luckaw[10] pro terra Lusacie verbis altercati fuerunt, quos archiepiscopus Fridericus in Czerbest[f] concordavit[11].

1450. Eodem anno institit gwerra horrida inter ambos fratres Fridericum et Wilhelmum duces Saxonie, consiliariis hoc permittentibus[12], et dux Fridericus intravit Thuringiam et plures villas igne combussit, et Wilhelmus terram Misnensem prope Pegaw ad quingentas villas, ut dicebatur, igne conflagravit; et marchiones Fridericus et Albertus Wilhelmo adheserunt, et Fridericus terram Saxonie intravit et opida[g] Beltz, Nimick, Czane, Brugge[13] incineravit; ecclesie heu! spoliate et exuste fuerunt et multe ville depactate. Tandem prope[h] Nimick
ib. p. 386. exercitus utrarumque[i] insimul convenerunt, et acies struentes, Saxones Marchitas prostraverunt et centum et duos ceperunt et ducentos quinquaginta[k] equos; alii multi prostrati fuerunt[14]; duos barones et 14 nobiles captos ad opidum Wittenbergk duxerunt. Et hec strages fuit causa concordie inter fratres, que post infinita dampna, et propriis subditis et diviciis misere deroboratis et desolatis, tandem concordati fuerunt. Archiepiscopus Fridericus sagax et prudens neutre[l] partium adhesit, sed multum pro concordia laborabat. Causa discordie fuit quidam Apel Witzdum[m], qui repulsus fuit a Friderico propter nephas suum; a Wilhelmo receptus[15], qui seminavit discordias inter fratres adeo, ut terras suas diviserunt[16]. Et dignas

a) *sic minus recte codd.* b) Turcas *A* 2. 2[a], *et sic semper.* c) tradincendo *A* 2; traditioni *A* 2[a]. d) qui *A* 1[a]—2[a]. e) *scilicet marchio et dux;* concordia *A* 1[d]. f) Zerbst *A* 1[a. d]; Servesta *A* 2. 2[a]. g) oppidum *A* 2. 2[a]. h) pro *A* 2. 2[a]. i) utramque *A* 1. 2. 2[a]; utrorumque *A* 1[a. d]. k) iij[c] *A* 1; 300 *A* 1[a. b. c]. 2. 2[a]. l) *sic codd.* m) *sic A* 1—1[c]. *A* 2; Vitzdum *A* 1[d]; Vitzthum *A* 2[a].

1) D. 5. m. Nov. a. 1439; cf. Hefele l. l. VII, p. 785. 2) D. 7. m. Aprilis; cf. ibid. p. 848. 3) Versus similis, qui incipit: *LVX LVXIt MVndo,* praemissis verbis: *De qua unione habetur hic versus,* et sequente expositione brevi de tempore hoc modo rectius indicato, invenitur in Cat. abb. Sagan., SS. rer. Siles. I, p. 215. 4) Ad Varnam civitatem; v. Chmel l. l. II, p. 310 sq. 5) Fuisse, qui res tam male evenisse proditione facta dixerint, Aeneas narrat; alibi Ianuensibus hoc crimini datur. 6) Cf. ea quae his de rebus prolixius narrat H. Kammermeister l. l. p. 1194. et 1195. et 1197. 7) Qui Dives cognominatus est. 8) Qui Achilles appellabatur. 9) H. Kammermeister p. 1229—1231. haec a Gestis et Chr. scab., quae nonnunquam ex communi fonte hausisse videntur, a. 1450. attributa multo prolixius a. 1460. narrat et archiepiscopum Magdeburgensem marchionem adiuvisse tradit. Cf. etiam I. G. Droysen, 'Gesch. d. preuss. Politik' II[a], p. 209—213. 222 sq. Gestorum auctor annum quo haec facta sint confudisse videtur cum eo, ad quem bellum inter Albertum et Norenbergenses referendum est, nam hoc, quod a. 1449. et 1450. gestum est, infra p. 473. a. 1459. inserit. 10) Hodie Luckau, in Lusatia inferiore situm est. 11) Tractatum litteris d. 3. m. Iunii a. 1450. mandatum v. apud Riedel, Cod. dipl. Brand. B. IV, p. 335; cf. etiam Droysen l. l. II[a], p. 125 sq. 129 sq. 12) De his belli illius, quod 'sächsischer Bruderkrieg' nuncupabatur, eventibus v. H. Kammermeister p. 1204; Chr. scab. p. 385. his praetermissis alia inter ducem et marchionem gesta belli causas esse dicit. 13) Beltz potius Belitz quam Belzig videtur esse; Niemegk et Brück sita sunt in praefectura Zauche-Belzig; Zahna non multum distat a Wittenberg urbe. 14) Haec quae desunt ap. Kammermeister minus accurate tradita legimus in chronica Conradi Stolle Erfurtensis, ed. 'Bibliothek des litterarischen Vereins in Stuttgart' XXXII, p. 34. 15) Cf. Kammermeister p. 1187. et 1191. 16) Cf. ibidem p. 1190.

traditor luebat penas; qui anno etc. 51, sequenti post concordiam cepit legatos ducis Burgundie missos ad ducem Fridericum pro matrimonio inter filium et filiam eorum contrahendo et in Dorneborg eos captivos, rebus eorum omnibus postpositis, tenuit[1]. Hac de causa dux Wilhelmus exercitu forti collecto omnia castra eorum obsedit, cepit et Apel cum omni progenie sua expulit, legatos liberavit et maximo honore eis impenso libere abire permisit. 1451.

Anno Domini 1450. papa Nicolaus indixit annum iubileum Rome et solempniter tenuit, et qui in centesimo anno teneri consuevit, iam in quinquagesimum annum[a] abbreviatus est[b] et iam in 25. anno[c] propter brevitatem vite hominum positus est et amodo servari debet. Et per totum istum annum innumerabilis populus utriusque sexus ibidem confluebat[2], plures pre lassitudine, siti et fame fatigati[d] obierunt, et multi secrete interfecti fuerunt. Singulariter contigit, quod quedam nobilis domina in predicta peregrinacione in hospicio ad Scalas in Remula[3] per comitem qui dicebatur Malatest[e,4], capitaneum Venetorum dominorum[f] opidi, de turpitudinis actu sollicitata fuit, et renitentem fortiter vi opprimere conabatur; tandem pudica domina viriliter resistendo, digitum invasoris dente amputavit vel dure vulneravit nec se violari permisit, at[b] ille iniquitatis filius et bestia crudelissima capto pugione eam interfecit et, ut dicebatur, mortuam cognovit, et duas alias mulieres pedissequas, que eam nitebantur liberare[5]. O Deus! quantum facinus, quanta inhumana violencia, ab omnibus bestiis aliena, que eciam, si erga meretricem facta esset, utique durissima animadversione fuisset plectenda! Benedicta sis tu mulier virilis a Domino[g], ymmo martir Christi, pudicicie speculum, longe gloriosius est tua facienda in benediccione memoria quam illius Lucretie Romane! Eodem anno predicto dominica ante nativitatem Christi, in profesto sancti (Dec. 20.) Thome Rome in ponte Sancti Angeli tanta venit pressura euntis et redeuntis populi, quod oppressi et mortui fuerunt ducenti quinquaginta homines preter eos qui in Tyberim ceciderunt et submersi fuerunt[6]; eciam unus episcopus mansit mortuus, et papa mortuorum corpora ad agrum Domini portari[h] fecit, ubi aperte iacuerunt, ut a suis cognosci possent notis et amicis[7], et postea ibi sunt sepulti. Insuper accidit Rome, quod Stephanus de Precariis doctor et miles contra papam tradimentum fecit, ut in die epiphanie papam[i] caperet et cardinales interficeret, et ipse novum papam et cardinales facere vellet; captus fuit et in castro Sancti Angeli suspensus cum aliquibus[k,8]. 1450.

Anno Domini 1451[l,9], feria sexta ante penthecosten dominus cardinalis Nicolaus de Cusa (1451. Iun. 11. cf. Schöpp. p. 399 sqq) legatus per Almaniam venit in Berga et volens intrare civitatem Magdeburgk, multi proscripti et banniti volebant cum eo intrare, quos consulatus recusabat intromittere, et sic processio rediit. Tandem tractantes, et conventum fuit, quod illi qui non essent manifeste banniti possent crucem sequi, et sic in die penthecostes de mane solempniter cum processione introductus fuit cum archiepiscopo in infula[m] incedens, et isto die summam celebravit missam, (Iun. 13.) et convocari[n] fecit suffraganeos ad concilium provinciale celebrandum, et duo tantum comparuerunt, scilicet Brandeburgensis et Merseburgensis; ubi aliqua decreta statuta fuerunt racionabilia et tempori congruencia, que post recessum suum toti clero fuerunt publicata[10] in octava Petri et (Iul. 6.) Pauli apostolorum per archiepiscopum Fridericum etc. Cardinalis dedit largissimas iubilei indulgencias et quinquies in foro novo predicavit, et dominica infra octavas corporis Christi (Iun. 27)

a) *deest* A 2. 2a. b) *deest* A 2. 2a. c) annum A 2a d) defatigati A 2a. e) Malatas et A 2: Malatast A 2a. f) domini *codd.*; opp. domini A 2. g) Deo A 2. 2a. h) portare A 2. 2a. i) *deest, spatio vacuo rel.* A 2. k) quibusdam aliis A 1d. l) 1452. *codd.* m) insula A 2; infusa A 2a. n) convocare A 2. 2a.

1) Cf. Kammermeister l. l. p. 1208—1213. et chronicam Conradi Stolle l. l. p. 41—46. et 54, ubi sermoni Germanico interiecta est narratiuncula Latina Gestorum relationi simillima. 2) Cf. Manetti vita Nicolai V. papae apud Muratori, SS. rer. Ital. III, 2, p. 924. 3) Eius nominis vicus hodie prope Montese in provincia Modena invenitur. 4) Sigismundus Pandulfus, qui inde a. mense Decembri a. 1449. a Venetis conductus stipendia meruit; cf. Pompeio Litta, 'Famiglie celebri d'Italia' X, disp. 159, tav. XIII. 5) Rem ipsam sed multo minus prolixe et accurate narrat Sanutus in Vitis ducum Venetorum, ap. Muratori, SS. rer. Ital. XXII, p. 1137; qui locum ubi facinus commissum est in territorio Veronensi situm esse dicit. 6) Cf. F. Gregorovius, 'Gesch. d. Stadt Rom im Mittelalter' VII, p. 113, qui Vitam Nicolai V. papae a Manetti scriptam secutus est. 7) Haec Manetti non narrat. 8) Cf. Gregorovius l. l. p. 128—137. Stephanus ibi 'Porcaro' appellatus est. V. etiam 'Arch. della società Romana di stor. patr.' III, p. 135—174. 9) Haec a. 1451. facta esse, demonstrant diplomata plura infra laudanda. 10) Diploma quo cardinalis praecepit, ut archiepiscopus et suffraganei statuta in concilio decreta stricte observarent, d. 25. m. Iunii a. 1451. editum, asservatur in tabulario Magdeburgensi; aliis eiusdem diplomatibus d. 28. et 29. m. Iunii editis vetitum est, ne presbyteri concubinas haberent neve a clericis in capitula recipiendis pecuniae solverentur. Episcopus Misnensis decretis a concilio illo constitutis obedire negavit; cf. Cod. dipl. Sax. reg. II, 3, nr. 1008.

cardinalis ivit in processione cum archiepiscopo et portavit sacramentum corporis Christi et 1451. Iun. 28. in ostensione fuit presens et dedit benediccionem super populum. Secunda feria sequenti recessit cardinalis versus Halberstadt, Brunswig, Hyldesheim, Mynden et Renum versus per Westvaliam et expost misit ambasiatorem suum, et aperte fuerunt ciste ad Sanctum Iohannem, et reperierunt copiosam collectam pecuniam[1].

cf. Schöpp p. 402 sq. Iul. 21. 22. Eodem anno sequenti in nocte Marie Magdalene turres ecclesie sancti Iohannis cum tecto ecclesie fulmine incense conflagrarunt cum notabili dampno ecclesie, quia multe campane igne dissolute fuerunt. Et postea[a] cardinalis Cusa ex rogatu archiepiscopi et civium de pecunia comperta in cista posita in ecclesia sancti Iohannis medietatem oblationum pro restauracione ecclesie et turrium dedit, et acquisierunt quingentas antiquas sexagenas[b] pro parte sua.

ib. p. 387 sqq. Anno Domini 1452. orta fuit lis[2] et gwerra inter dominos et civitates Prussie et subditos eorum, qui se dederunt ad regem Polonie, et civitates multa castra dominorum ceperunt et fregerunt. Dominus voluit humiliare superbiam illorum[c] dominorum iuxta prophetiam sancte Brigitte[3] quam predixit: *Ex[d] quo graves et intolerabiles subditis eorum fuerunt, ideo pes eorum dexter enervabitur.*

Anno Domini 1453. rex Polonie cum magno exercitu intravit Prussiam; castra metatus 1454. est prope Kunitz[4]; ubi ordo cum suis subditis qui recenter advenerunt contra exercitum suum aciem instruxit cum multis paucioribus, et congredientes in prelio, Dei adiutorio et gloriose patrone eorum virginis Marie exercitum Polonorum contriverunt et in fugam verterunt et gloriosum de inimicis triumphum obtinuerunt, multis milibus hominum occisis, prostratis et captis, spolia multa in curribus et tentoriis et magnis clenodiis eciam cum[e] corona regis Polonie, rege turpiter fugato, ceperunt; dominus Rudolphus de Sagano cum paucis de exercitu Prutenorum[f] interfecti fuerunt. Expost[g] frater eius dux Balthazar terram intravit[5] et loco fratris capitaneus factus est. Lis et horribilis gwerra invaluit; multa castra, opida et ville destructe fuerunt et terra desolata. Soldati a magistro stipendia petentes protracti fuerunt verbis bonis ad quatuor ferme annos, et tandem exhausti, ultra 1456. prestolari non valentes, cum consensu magistri heu! coacti castrum Margenborg cum opido vendiderunt regi, et magistro dimisso cum omnibus rebus suis ac ymaginibus preciosis gloriose virginis ac beate Barbare dispositis[h], Gandanenses[i, 6] de presenti castrum regi tradiderunt, qui ex hoc postea ut traditores beate virginis ac ordinis ubique persecuti fuerunt, et multi male interierunt[7].

ib. p. 389. Circa illa tempora, videlicet 1450. anno[k] citra vel ultra, consulatus civitatis Luneburgk denegavit dare censum prelatis et aliis civibus; ob id excommunicati fuerunt, et ideo consulatus a communitate depositus fuit, quia censuras pati nolebat, et alius novus consulatus positus, qui alios de antiquo consulatu incarceraverunt ac eos in magnis pecuniarum summis mulctarunt, eos tamen in civitate reliquerunt usque ad 56. annum Domini. Interim illi de antiquo consulatu practicaverunt apud imperatorem et alios principes et civitates sic, quod imperator ambasiatores suos misit et eos in pristina sede locari fecit, aliis vice versa expulsis; unde institit inter eos magna controversia, et infinite pecunie consumpte fuerunt et taliter qualiter dilapidate[l]. Ecce quod parit iniusticia! Qui non reddit quod iuste[m] alteri ib. p. 390. debetur, sua iuste[n] amittit[8]. Consulatus Magdeburgensis circa annum 52. venit in discordiam cum ducibus Saxonie, qui volebant reemere castrum Gummeren[9], Elbenaw, Rannisz[10], que consulatus habuit sub reempcione ab eisdem principibus; tandem concordia facta fuit, et consulatus ultra summam capitalem dedit eis mille et 400 florenos, que summa[m] accrescebat capitali summe; et sic concordati fuerunt, et castra[o] optinuerunt ut prius[11].

a) propterea *A* 1[d]. b) sexagies *A* 1[a]—1[c]; quing. ant. sex. *des., spatio vacuo rel.* *A* 2. 2[a]. c) eorum *A* 2. 2[a]. d) et *A* 2. 2[a]. e) *deest* *A* 2. 2[a]. f) Brutenorum *A* 1[a. c]; Oratenor. *A* 2[a]. g) Et post *A* 1[a]—1[d]. h) *sic codd.; sed locus fort. corruptus.* i) Gandanenſʒ *A* 1—2; Gandaneni *A* 2[a]; *pro* Gedanenses. k) vel *add.* *A* 2. 2[a]. l) fuerunt *add.* *A* 2. m) *deest* *A* 2. n) *deest* *A* 2[a]. o) castrum *A* 2. 2[a].

1) De pecunia Magdeburgi collecta nullum ad nos pervenit diploma, sed ea quae de cistis Brandenburgi et Halis apertis confecta sunt, asservantur in tabulario Magdeburgensi. 2) Sequentia multo accuratius et prolixius traduntur in Chr. scab.; cf. etiam I. Voigt, 'Gesch. Preussens' VIII, p. 199—324. 3) De revelationibus, quas Brigitta scripsit et de quarum fide concilium Basileense multum disputavit, auctor loquitur; cf. Hefele l. l. VII, p. 559 sq. 4) De pugna ad Konitz d. 18. m. Sept. a. 1454. commissa cf. Voigt l. l. VIII, p. 402 sq. 5) Cf. ib. p. 414 sq. 6) Immo soldarii, ut Chron. scabinorum l. l. tradit. 7) Quae Ioh. Voigt l. l. VIII, p. 527—530. copiosius exposuit. 8) Auctor proverbium Germanicum in Latinum convertisse videtur. 9) Ad Ehle flumen situm. 10) E. et R. in insula Albis prope Magdeburg ad meridiem sita. 11) Haec anno 1444. adscribenda esse, demonstrat Hoffmann l. l. p. 377.

Anno Domini 1453. devotus frater Iohannes de Capistrano Minor fuit legatus a domino [cf. Schöpp p. 391 sqq.] papa Nicolao ad Bohemiam[1], sed circumibat hic per terram, quia non potuit habere salvum [1453.] conductum ad Bohemiam, et fuit Erfordt, Nuemborgk[a], Hallis, et in Magdeburgk venit in octava sancti Francisci et solempniter introductus ab archiepiscopo[2] et toto clero et populo [Oct. 11.] et predicavit in Novo foro in Latino, interprete vulgarisanti ad populum, et fecit comburi aleas publice et multa alia vanitatis instrumenta et illicitos ornatus mulierum, et recessit dominica ante Galli versus Czerwest, Wittenbergk, Leiptzigk, Meissen, Camentz[b], Budissen, [Oct. 14.] Gorlitz, Breszlaw[c], et ubique predicavit, et fuit concursus ubique populorum, et cum reliquiis sancti Bernhardi miracula fecit, eas super capita infirmorum ponendo, pauca tamen[d.3], et intravit Hungariam ad Septem Castra[4] et fuit ibi, quando christiani cum Turcis conflixerunt[5] et Deo auxiliante in fugam converterunt et ultra centum milia de Turcis interfecerunt, et Turcus per se vulneratus aufugit[6]; Capistranus[7] stans in alta turri voce magna, crucem elevando, tempore confliccionis et belli clamavit: 'Iesu, exurge, defende causam tuam! Tua res agitur, dissipa gentes, contere exercitum eorum!' etc.; similibus verbis: [cf. Ps. 3, 7.] 'Dormis? Quare dormis? Exurge, salvum fac populum tuum!' Et gracia Dei ex adiutorio Altissimi christiani gloriosum triumphum optinuerunt.

In[e] anno etc. 55. dominus archiepiscopus Fridericus[f] misit suos armigeros cum aliis collectis septingentis equis[f] in terram Luneburgk, et parum ibi depredati fuerunt, quia avisati[8].

Item anno etc. 53. Constantinopolis per Turcum capta fuit et depopulata, et quasi tota Grecia[9].

Item anno etc. 54, die Iovis 16. Marcii papa Nicolaus coronavit regem Romanorum [1452. Mart. 16.] Fridericum secunda corona, quam debuisset secundum consuetudinem cepisse in Mediolano; deinde 19. die eiusdem mensis, que fuit Letare, coronavit eum tercia corona et suam regi- [Mart. 19.] nam, filiam regis Portugalie Leoneram[g]; fecit milites coronatus in ponte Sancti Angeli, 20.[h] [Mart. 20.] vel citra processit ad Sanctum Iohannem, ubi imposuerunt sibi coronam Karoli Magni et cappam eius et gladium[10], deinde 24. recessit imperator ab Urbe. [Mart. 24.]

Anno Domini etc. 54, feria quarta post Letare fuerunt combusti in Sangerhausen vi- [1454. Apr. 3.] ginti due persone utriusque sexus de secta Flagellatorum, que sepius fuit inventa in Thuringia, et induratissimi omnem maliciam originaliter provenire testantur a clero male vivente[11].

Item anno Domini 1456, in die sancti Nicolai fuit maximus et inauditus terre motus in [1456. Dec. 5.] regno Neopolitano, ita quod maior pars civitatis Neapolis dilapsa fuit, castellum Sancti [ib. p. 395.] Hermen[12] cum castro et maxima pars in archiepiscopatu corruit, monasterium Sancte Clare[13] in magna parte laceratum fuit, et in civitate Entzosa quadringente[i] domus collapse fuerunt, et multitudo hominum maxima ad septuaginta milia[k] suppressa, ut dicebatur, et interierunt,

a) Nuenborg *A* 1ª—2ª. b) Kemnitz *A* 1ª. c) Breslare *A* 2; Preslaw *A* 2ª. d) tantum *A* 2. e) *fort.* Item? f) *deest* *A* 2. g) Leonoram *A* 1ª—1ᵈ. h) die *add.* *A* 2. 2ª. i) 40 *A* 2. 2ª. k) *deest* *A* 2. 2ª.

Chron. scab. etsi haec Gunthero archiepiscopo sedente facta esse dicit, tamen etiam anno 1452. inseruit, quod indicare videtur, illius et Gestorum auctorem annum erroneum ex fonte communi descripsisse. Chron. scab., quae hoc loco narrationem amplissimam praebet, tacet, Magdeburgensem civitatem castra illa pignoris titulo tum possedisse. 1) Epistolas hac de causa datas v. apud M. Iordan, 'Das Königthum Georgs von Podiebrad' p. 458—467. Cf. Palacky, 'Gesch. Böhmens' IV, 1, p. 359. 2) Chr. scab. Capistranum p. 391. d. 13. m. Oct. et p. 392. d. 6. m. Oct. Magdeburg venisse narrat, ita ut hic etiam Gesta *in octava s. Francisci* pro *infra octavam* posuisse videantur; cf. quae supra p. 463, n. 11. monuimus. 3) Haec in Chron. scab. non leguntur; iuvat potius hic conferre verba accuratiora Hartungi Kammermeister l. l. p. 1215: 1452. *quam ein barfussinbruder gein Erffurte, genannt Iohannes de Capistrano, der liess sich nenne der andechtige vater, unde er brauchte sente Bernhardinus heilthumb, do mete er die lute bekreis.* 4) i. e. Belgrad. 5) D. 22. m. Iulii a. 1456. 6) Muhamed II. soldanus. 7) Chr. scab. de eius nomine tacet; cf. p. 393: *also was dar ein barvotenbroder ut Wallande.* De Capistrani Turcorum debellandorum studio v. Aen. Sylv. hist. Boem. c. 65. 8) Haec Chr. scab., p. 393—395. alia multa de dissensionibus inter Magdeburgenses et ducem Luneburgensem ortis narrans, praetermittit; de expeditione in Klötze castrum facta auctor Gestorum loqui non videtur. 9) Cf. supra p. 465. 10) Cf. Chmel l. l. II, p. 720—726, qui his de rebus agens praesertim auctoritate Historiae Friderici III. ab Aenea Sylvio compositae nisus est. Hic Fridericum corona, cappa, gladio in ecclesia beati Petri ornatum, 300 equitibus in ponte Sancti Angeli creatis, ipso d. 19. m. Martii in Lateranum processisse narrat. 11) Ubi haec secta iam a. 1414. valde floruit; cf. E. G. Förstemann, 'Die christlichen Geislergesellschaften' p. 163—173. Articuli processus tunc instituti ea quae Gestorum auctor hic exposuit confirmare videntur. 12) Hodie Sant Elmo. 13) Hodie Santa Chiara.

et quedam civitates, castella[a] et ville omnino submerse fuerunt[1]; et licet naturalis terre motus ille esse potuit, tamen propter peccata nostra horribilia Deus has et alias horribiles permittit fieri plagas.

cf Schöpp. p. 396. 1456. Aug. 16. Eodem anno, secunda feria post Laurencii dominus Fridericus archiepiscopus totis viribus reformacioni deditus monasterium Sancti Pauli[2] in Magdeburgk reformavit et adduxit 18 fratres reformatos de Norenberga[b], et cum capitulo suo, consulatu et scabinis intravit monasterium, et facta collacione, in presencia fratrum legi fecit mandatum apostolicum, in quo sibi reformacio demandata fuit, et tunc dedit incolis liberam aut manendi aut exeundi potestatem; et quatuor tantum manserunt, alii receptis litteris recesserunt.

ib. p. 397. Oct. 18. Eodem anno, in die sancti Luce theatrum hic in Magdeburgk apertum fuit clam, et clenodia in sciphis argenteis et coclearibus ad 40 marcas cum multis promptis pecuniis furata et ablata fuerunt.

Eodem anno quidam Marianus[3] Ytalicus largas indulgencias papales hic ad partes[c] pro regno Cipri et rege[d] adportavit[4], aurum plus quam salutem sitiens animarum, et ob id captus fuit et incarceratus a domino Caspero episcopo Misnensi[5]; sed dux Fridericus Saxonie eum liberavit[6]. Postea tamen falsitas sua a papa reperta fuit, et aliqualiter, licet non condigne, punitus fuit; infinitam pecuniam deportavit; heu cecitas Almanorum!

Item anno Domini 1458.[e] obiit Albertus rex Ungarie et Bohemie rex[7] et dux Austrie, in Ungaria intoxicatus a nephandissimis Ungaris[8], vir mire nobilitatis et bonitatis, cuius mundus ib. p. 389sq. non erat dignus; cui successit Ladislaus, filius minorennis, apud imperatorem Fridericum decenter educatus. Tandem Bohemi cum gubernatore suo Girsicone[f] de Padebart eundem adhuc impuberem et iuvenem ab imperatore sibi dari postularunt et vi quodammodo ab eo extorserunt; quem in Bohemie regnum suum introduxerunt[9]. Cui tandem procurata[g] ac desponsata fuit filia regis Francie; et cum tempus nupcias celebrandi statutum fuit singulaque ad nupciarum solempnitatem spectancia disposita, et sponsa iam in itinere esset, rex Ladislaus intoxicatus fuit, et veneno expulso[h], postea in lecto suffocatus dicebatur[10]. Hoc nephas Girsiconi et suis complicibus hereticis adscribitur, quia timuerunt, ne rex heresim eorum, quam odio habuit, exstirparet; heu! morte prestans[i] gemma christianitatis interiit. Eodem anno Girsicus in regem electus est[11], et quia summo pontifici promisit christiane velle vivere et heresim exstirpare[12], coronatus est a papa et[k] imperatore[13], postea, quia[l] promissionem non tenuit, depositus fuit et hereticus declaratus est, et contra eum per papam Pium et Paulum tamquam contra[m] hereticum processum[14]. Confederatis tamen principibus Almanie[n], quia sequenti anno in Egra convenerunt[15] Girsicon rex, marchio Albertus, duces Saxonie Ernestus et Albertus et Wilhelmus, lantgravii Thuringie, et ibi fuit confederacio facta, et marchio Albertus tradidit filiam suam Barbaram filio Girsiconis[16], et dux Albertus filiam Girsiconis[17] duxit in matrimonium, et lantgravius eciam filiam suam[18] filio Girsiconis[19] nuptui tradidit contra voluntatem pape, et archiepiscopus Fridericus Magdeburgensis eos

a) castelle *A* 1—1^{d}. b) Noriberga *A* 2. 2^{a}, *et sic semper infra.* c) preces *A* 2. d) regi *codd.* e) *sic minus recte codd. pro* 1439. *Quomodo error irrepserit, patet infra ex verbis:* Eodem anno. f) Gersiconi *A* 2. 2^{a} *semper.* g) *sic A* 1^{d}; *celeri codd.* procreata. h) et *add. A* 1 1^{c}. 2. 2^{a}; *fortasse vocabulum excidit.* i) p̄r̄ȝ *A* 1; prematur *A* 1^{a}—1^{c}; preciosa *A* 1^{d}; pater et *A* 2. 2^{a}. k) et *deest A* 2. 2^{a}. l) qui *A* 2. 2^{a}. m) *deest A* 2. 2^{a}. n) *auctor sententiam hanc ratione non convenienti continuavit.*

1) Cf. Platina, Vita Calixti III. papae Colon. 1568, p. 319. 2) Ordinis Praedicatorum. 3) Vel potius Marinus de Fregeno. 4) Cetera quae sequuntur in Chr. scab. non leguntur. 5) Diploma eius hac de causa editum v. Cod. dipl. Sax. reg. III, 3, p. 126. nr. 1040. De Marini captivitate Erfordiae a superioribus ecclesiasticis ordinata cf. H. Kammermeister l. l. p. 1221. 6) Epistolas quasdam a Marino Friderico duci Saxoniae et ab eo illi missas v. ap. M. Iordan, 'Das Königthum Georgs von Podiebrad' p. 429—432. 7) D. 27. m. Octobris a. 1439. 8) De vera eius mortis causa v. Aen. Sylv. hist. Boem. c. 56. 9) Magdalena, Caroli VII. filia. 10) Similia sed multo prolixius narrata leguntur in Aeneae Sylvii hist. Boem. c. 58—60. 62. 69—71; tamen regem in lecto suffocatum esse, Aeneas non dicit. Ladislaus rex obiit d. 23. m. Nov. a. 1457. 11) D. 2. m. Martii a. 1458. 12) Cf. Palacky l. l. IV, 2, p. 43. 13) Quod nunquam factum est. De conventu cum Friderico imperatore habito v. Palacky l. l. IV, 2, p. 52. 14) D. 15. m. Iunii a. 1464. Pius II. eum Romam citavit; cf. Palacky IV, 2, p. 313. Paulus II. papa rem contra Georgium agere coepit d. 22. m. Iunii a. 1465; cf. Iordan l. l. p. 191. et Palacky IV, 2, p. 355. 15) D. 8. m. April. 1459. 16) Haec haud recte narrata; Barbara, Alberti marchionis filia, demum a. 1464. nata est; aliam filiam Ursulam a. 1450. natam in matrimonium duxit Heinricus I. dux Munsterbergensis, Georgii regis filius tertius; sed hac de re a. 1459. nihil actum est. 17) Sidoniam nomine. 18) Catharinam. 19) Heinrico vel Hynek, II. duci Munsterbergensi et Georgii regis filio sexto.

copulavit, pacem per hoc omnibus provinciis Almanie facientes, sibi et patrie consulentes forte non improvide[a]. Sed Wratislavienses recusarunt Girsiconem recipere in dominum et facere sibi homagium propter heresim[1]; unde multa mala[b], videlicet lites et patrie devastaciones secute sunt.

Item anno Domini etc. 59. lis oritur inter marchionem Albertum et Norenbergenses, 1449. sic quod se alterutrum diffidarunt ac patriam suam[c] et dominia devastarunt, et dominium marchionis quasi devastatum[d] fuit; et circa piscinam Norenbergenses[e] marchionem prostraverunt et 250[f] equos sellatos cum multis captivis ceperunt. Tandem concordia facta fuit, quod Norenbergenses sibi ad vitam dant annuatim duo milia florenorum[2].

Isto anno factus est Rolandus in Magdeburgk. Item isto anno, tercia feria post Lamperti 1459. Sept. 18. fuit una conspiracio facta inter cives contra consulatum in Magdeburgk, et unus pellifex cf Schöpp. p. 404. dictus Wadenpul[3] venit ad turrim ecclesie sancti Iacobi et terribiliter tetigit campanam sonando, invocando et inclamando socios; sed quia erravit in hora, nullus ad eum accessit, sed de turri securatus, facta fuit concordia.

Et quamquam in spiritualibus archiepiscopus Fridericus multum vigilans, laboriosus et sollicitus fuit, tamen temporalia[g] non neglexit; unde primo factus archiepiscopus exiles valde reperit episcopales redditus et proventus, pignoribus omnibus impignoratis propter bella, que predecessor suus cum propriis suis civitatibus pro conservacione iurium et libertatum ecclesie sue habuit, sed ipse industria fretus plura recuperavit, castrorum suorum caduca edificia, ut claret intuenti, restauravit, pontem trans Salam prope Calvis edificavit[4], caulas ovium ac[h] allodia pro pecoribus et piscinas multipliciter instauravit, precipue magnam piscinam in Langenboye[5] cum multis sumptibus fieri fecit, que sibi suis temporibus quasi nullius utilitatis fuit, nunc[6] vero valde fructuosa facta. Hic in principio sui regiminis redemit villam Gudenberg[7] cum redditibus in theolonio in Trothe[8] et eciam villam Gorbers[i, 9]. Item emit theolonia in Brugdorff, Ostendorff, Ride et in[k] Rideberg et villam Czerwen cum acquisicione duarum marcarum, videlicet Dempnitz et Granow[10], et fecit fieri utile allodium in Granow; castrum Gebichenstein cum diversis bonis sibi devolutis melioravit; redemit eciam castrum Langenboye propter piscinam supra dictam; emit eciam villam Benstede pro 1200 florenis, quam comites de Mansfelt tempore Iohannis archiepiscopi reemerunt, et pecunia fuit conversa ad liberacionem castri Niehoff[l, 11]; redemit eciam curiam in Acken[12] cum navigio; curiam Molendini in Magdeburgk cum multis redditibus sibi devolutis melioravit; redditus in theolonio in Magdeburgk ac alios ibidem devolutos pro sua et suorum successorum utilitate et pro signo veri dominii eiusdem civitatis retinuit; castrum Wantzleve, quod a predecessore suo Gunthero archiepiscopo comiti Gunthero de Barbi pro 12 milibus florenorum ob empcionem castri Egelen[13] impignoratum fuit, redemit et propter carenciam totalis summe idem castrum cum agro et servicio pro sex milibus florenorum impignoravit[14] et piscinas meliores cum redditibus et frumentis pro se et suis successoribus retinuit; redemit eciam castrum Wolmerstede cum pertinenciis suis. Item liberavit a consulatu in Magdeburgk villam Gusen[m] cum curia et lignetis ac aliis pertinenciis, dando consulatui mille et

a) improvidi *A* 2. 2[a]. b) VI. *pro* mala vid. *A* 2. c) suam *deest ed. Meib.* d) demonstratum *A* 2. 2[a]. e) *ita A* 1. 1[b. c]; Norinbergensem *A* 1[a. d]; Noribergensem *A* 2. 2[a]. f) iij[c] *A* 1; *minus recte inde* CCC *A* 1[a]—1[c]. 2. 2[a]. g) templi *A* 2[a]. h) et *A* 2. 2[a]. i) *ita A* 1[a. b]; Gorbees *A* 1. 1[c. d]; Gorbes *A* 2. 2[a]. k) *deest A* 2. 2[a]. l) Nienhoff *A* 2. 2[a]. m) Crusen *A* 2; Häfen *A* 2[a].

1) De dissensione inter Georgium regem et Wratislavienses facta et postea sopita v. Iordan l. l. p. 18—45. 2) Kammermeister haec a. 1449. attributa prolixius descripsit p. 1198; v. etiam 'Städte-Chr., Nürnberg' IV, p. 176, et Droysen l. l. II[a], p. 128, ubi de pugna ad Pillenreut d. 11. m. Martii 1450. commissa disserit, et p. 146, ubi de pace facta loquitur; de annorum confusione a Gestorum auctore et Chr. scab. p. 399. commissa cf. supra p. 468, n. 9. 3) Chr. scab.: *ein beckensleger, genant Wadepol.* 4) Diplomate tabularii Magdeburgensis a. 1455, d. 28. m. Aprilis consulatus Calbensis se archiepiscopum a ponte aedificando non impediturum esse affirmavit. 5) i. e. Langenbogen. 6) Hoc *nunc* coniungendum videtur esse cum *tempore Iohannis archiepiscopi*, quod infra l. 29. sequitur, ita ut haec Friderico mortuo scripta sint. 7) Prope Halas. 8) Hodie Trotha prope Halas situm. 9) Hodie Gröbers prope Halas ad orientem situm. Diplomate tabularii Magdeburgensis d. 2. m. Nov. a. 1456. concepto testante Fridericus ipse archiepiscopus redemptionis titulo villam hanc genti Discaviensi vendidit. 10) Hodie Bruckdorf, Osendorf, Rieda, Reideburg, Zscherben, Diemitz, Granau; omnia loca illa et Benstedt, quod sequitur, prope Halas sita sunt. Villam Zscherben emit archiepiscopus d. 9. m. Martii a. 1463; Diemitz et Granau d. 2. m. Aug. a. 1454. obtinuit. 11) Castrum Nivenhof a. 1453. d. 3. m. Oct. redemptionis titulo fratribus Rode venditum est. 12) Testibus fragmento diplomatis, quod a. 1443. attribui potest, Aken oppidum a Gunthero archiepiscopo, et alio diplomate integro a Friderico ipso d. 11. m. Nov. a. 1447. oppignoratum est. 13) V. supra p. 455. 14) A. 1461, d. 24. m. Februarii diplomate in libr. cop. nr. 59. tradito.

31 florenos et illis dictis[a] de Krechte pro resignacione iuris eorum quingentos florenos Renenses[1]. Idem archiepiscopus fuit consanguineus comitum de Mansfelt, iniens[b] cum eis concordiam, quod ipsi receperunt dominium et castrum in Mansfelt ab eodem et[c] ecclesia Magdeburgensi in feudum[2], quod in multis annis non fuit in feudum receptum, sed pro proprietate habitum. Item concordavit cum principibus in Anhalt etc., quod castra et opida Berneburg, Scandersleve, Warmsdorff et alia bona hereditaria domini Bernhardi principis de Anhalt de cetero debent esse verum feudum archiepiscopi et ecclesie Magdeburgensis[3].

cf. Schöpp. p. 405. Item anno Domini etc. 60. dominus Fridericus archiepiscopus fecit cudi novam monetam bonam, et 42 solidi debent solvere marcam unam, que debet continere 8 lot argenti, et 12 solidi debent solvere florenum[4]; sed Misnensium moneta eam devoravit, quia bona; et sic omnes bone monete devorantur, ut tandem vix cuprum[d] retinere possumus. Iste Fridericus in omnibus adversitatibus suis in Domino spem suam posuit et plus oracione quam gladio pugnavit.

Girsicus rex Bohemie repetiit ab eo castrum Dhamis cum opido, dicens illa ad coronam Bohemie spectare, et obsidere et vi ea capere voluit, et dominus archiepiscopus derelictus fuit ab omnibus principibus vicinis suis. Tandem comiciis cum capitaneo regis factis et tractatibus habitis, concordia fuit facta, sic quod dominus castrum[e] Czunnitz domino regi dimisit et tradidit, et rex castrum et opidum Dhame perpetuo ecclesie appropriavit et confirmavit[5], et sic concordia bona facta fuit pro ecclesia, et rex dilexit dominum archiepiscopum propter bonam vitam suam, et nisi morte preventus fuisset, aliquid boni contra heresim[f], sperabatur, fecisset[g]. Idem insuper dominus Fridericus maximas habuit et tenuit amicicias cum domino Wilhelmo duce Saxonum et Thuringie lantgravio[h. 6], sub quo natus fuit, et se mutuo dilexerunt et sepius convenerunt et tractatus tacitos habuerunt; eciam omnibus comitibus et vasallis ecclesie amicabilis et gratus fuit. Unde dum Magdeburgenses semel in derisionem et contumeliam domini archiepiscopi unum ribaldum pontificalibus indutum super asinum[i] posuissent et per omnes plateas civitatis duci fecissent, precedente uno cum clava et clamante materna lingua: *Herr biscop, wil gy nicht uphor gan, ßo wil ick jw meth dußer*[k] *kule up die platte slaen*, vel sic: *Biscop lat dyn pralen syn, die kule sal syn dat*[l] *leste erve dyn*[m]. Quanta temeritas et malicia contra tam sanctum virum! Consulatus dixit, hoc[n] sine scitu eorum factum esse, sed presumpcio vehemens fuit contra eos.

Eciam temporibus istis fuit discordia inter archiepiscopum et consulatum de foro Sept. 22—28. tenendo infra octavas sancti Mauricii, quia consulatus voluit, quod institores non deberent stare in Novo foro, sed in Lata platea ante monasterium Sancti Pauli, et tamen aliqui eque bene in Novo foro manserunt stare. In nocte post diem sancti Mauricii cives et vigiles per consulatum deputati invaserunt institores verbis et factis iniuriosis, ut percuciendo, vulnerando et maledicendo ipsis et[o] archiepiscopo, eo in curia stante et audiente, dicendo: 'Tenes hic forum? Fac te nunc defensare episcopum tuum'! Que patienter tolerans, multitudini parcens sagaciter propter tumultum populi vitandum: expost lantgravius, tantam contumeliam domino et amico suo illatam egre ferens, cum aliis comitibus domino adhesit et emendam pro tanta iniuria a consulatu petierunt. Tandem tractatibus[p] huiusmodi habitis, consulatus solempnem emendam domino fecit et lantgravio propinam, et sic causa concordata fuit[7]. Eciam mire paciencie fuit; unde cum semel in oracione prostratus iacuisset, super-

a) *sic A* 1[d]; dicti *ceteri codd.* — de *deest A* 2. b) iniens — Mansfelt *des. A* 2. 2[a]. c) ex *A* 2. 2[a]. d) cupram *A* 2; cupream ..... possimus *ed. Meib.* e) castrorum *A* 2. 2[a]. f) ut *add. A* 1[d]. g) fecisse *A* 1[a]—1[c]. h) lantgravii *A* 1; landgravius *A* 2. i) azinum *A* 1; asinam *A* 2. 2[a]. k) *ita A* 2; dieser *A* 1. l) das *A* 1. m) *sententiam hanc interrumpit auctor.* n) sine scitu eor. hoc *A* 2. 2[a]. o) ex *A* 2. 2[a]. p) tractatus *codd.*

1) Villam Güsen haud procul a Magdeburg urbe sitam cum curia et lignetis Fridericus oppignoravit 1030 florenis solutis fratribus Kracht in Crüssow sedentibus a. 1462, d. 1. m. Iulii. 2) Litterae infeodationis et notitia de feodo recepto a comitibus oblata d. 17. m. Martii a. 1455. in libro copiali nr. 59. tabularii Magdeburgensis traduntur. 3) Diplomata plura hac de re adhuc in tabulario Magdeburgensi asservata conscripta sunt a. 1460, d. 5. m. Novembris; v. etiam Dreyhaupt, 'Beschr. d. Saalkr.' I, p. 148—150. Scandersleve oppidum hodie Sandersleben vocatur. 4) De monetis cudendis cum capitulo archiepiscopus concordavit d. 26. m. Iulii a. 1460. 5) Diplomate *sontag nach sand Jorgen tag* a. 1464. conscripto, quod Dreyhaupt l. l. I, p. 150 sq. diei 24. m. Apr. a. 1463. attribuit; autographum iam asservatur in tabulario regio. 6) Cf. Kammermeister l. l. p. 1188. 1189. 1194. 1218. 1228. 1230. Matthias Döring Friderico archiepiscopo crimini dedit, quod matrimonium a Wilhelmo landgravio, uxore legitima repudiata, cum concubina initum benedictione ecclesiastica approbaverit; cf. Mencken, SS. rer. Germ. III, p. 28. 7) Concordia litteris ab utraque parte a. 1463, d. 27. m. Iunii datis firmata est; cf. Hoffmann l. l. p. 403 sq.

venit quedam fatua mulier et dominum fortiter cum manu super caput suum et coronam percussit, quod pacienter tulit, et ministris manu indicans, ut nichil molestie mulieri propterea inferrent, quia scivit sibi a dyabolo sic fuisse suggestum. Deinde consecravit dominum Theodericum de Stechow[a] Brandeburgensem[1] et dominum Theodericum de Buxsdorff Nuenburgensem et N. de Werder Merseburgensem[2], suffraganeos ecclesie sue.

Idem archiepiscopus fecit fieri, et pro magna parte ex clenodiis que fuerunt matris sue, calicem cum patena ex auro purissimo, cum multis lapidibus preciosis et gemmis decoratum, de subtilissimo labore, prout et acute est videndum; cuius laboris precium ad quadringentos aureos se extendebat; quem Deo et sancto Mauricio patrono ecclesie sue[b] apud ecclesiam perpetuo permansurum obtulit et, in quibus festivitatibus ad summum altare uti deberet, statuit et ordinavit. Dedit eciam omnia vasa sua argentea, que post obitum immediati predecessoris sui emit, pro ornatu reliquiarum ecclesie Magdeburgensis, tali adiecta condicione: si immediatus successor suus eadem vasa emere vellet, quod pro marca argenti puri sex florenos Renenses dare deberet, que pecunia deberet converti ad decorandum reliquias predictas; prout factum est, videlicet scrinium magnum argenteum, ymago sancti Mauricii et ymago sancti Christophori; que vasa argentea, postquam Iohannes archiepiscopus successit[3], de communi patrie pecunia, videlicet precaria, sunt soluta, et ut in perpetuum apud archiepiscopos debeant permanere, et cum quinquaginta marcis meliorare est statutum et ordinatum.

Volens igitur iustissimus Iudex fidelem servum pro bene actis et malis propter eius honorem perpessis, uti speratur, remunerare, 19. sui presulatus anno gravi languore correptus est[b]; senciens itaque extremos sibi supervenisse dies, omnibus rite dispositis, sana mente sanoque consilio, letus corde et facie pacientissimus usque ad novissimam horam permansit; demum consiliariis et familiaribus singulis ex nomine appellatis pro eorum serviciis graciarum reddidit acciones; nec diu postea piissimus ac fidelissimus pontifex, sacramentis devote acceptis, animam suam in manus sui tradidit Conditoris in castro Calvis ipso die sancti Martini in aurora anno Domini 1464. Cuius corpus ad civitatem Magdeburgk solempniter est delatum 1464. Nov. 11. et ab omni populo maximo cum planctu est receptum et, peractis missarum solempniis, in medio ecclesie est tumulatum. Cuius anima requiescat in pace! Amen. Hec scripta sunt defuncti presulis ad dignam memoriam posteris et nobis imitandi exemplum totique patrie[c] ad laudem et gloriam, que tali meruit[d] pastore gubernari.

Epitaphium[4]: *Presulis eximii iacet hic corpus Friderici,*
Qui lex claustrorum[e], lux cleri, pax populorum.

51. Iohannes archiepiscopus 37, de illustri prosapia comitum palatinorum Reni[5], ducum Bavarie, fuit postulatus[6] et translatus de ecclesia Monasteriensi[7] ad ecclesiam Magdeburgensem; sedit annis 11. Hic fuit vir magne sciencie et experiencie, vestigia immediati predecessoris sui in consecracione chrismatis, clericorum ordinacionibus et in aliis omnibus episcopalibus officiis sequens, fautor, amator, coadiutor, reformator[f], instauratam sui predecessoris reformacionem in esse et pacem patrie conservans et utilitatem ecclesie pro posse procurans. In primo enim anno sui introitus[8] illustrem dominum Bernhardum, principem in Anhalt, ob eius rogatum in castro suo Bernborg visitavit et ibidem ab eo et conthorali sua domina Hedewig, ex ducibus de[b] Sagan[g] nata, honorifice fuit susceptus, et eciam ibidem dictus princeps de Anhalt ab eodem archiepiscopo castrum Bernborg cum opidis et dominio toto, castrum et opidum Scandersleve cum dominio, castrum et opidum Grobtzgk[h,9] et castrum Warmsdorff et infeudacionem castrorum Erxleve et Genseforde[i] et omnia alia castra et bona que prius sua hereditaria fuerunt[k] in feudum recepit[l]; que idem archiepiscopus ob rogatum dicti principis dicte domine Hedewig contulit in vitalicium[10], et ob id tria milia florenorum sibi data sunt a

a) Schechow *A* 2. 2^a. b) *deest* *A* 2. 2^a. c) patria *A* 1—1^d. d) merui *codd.* e) *sic* *A* 1^a—1^c; clacistorum *vel* clatistorum *A* 1; pastorum *A* 1^d; castrorum *A* 2. 2^a. f) reformatoris *A* 1; reformatorum *A* 1^a—1^c. g) Sagaw *A* 2. 2^a. h) Grobzigk *A* 1^a—1^d. i) Henseförde *A* 2^a. k) fuerant *A* 2^a. l) recipit *A* 2. 2^a.

1) V. iam supra p. 466. 2) A. 1464. Verum nomen eius fuit Iohannes. 3) Nota quae hic locus de tempore quo auctor scripserit docet. 4) Cf. 'Magd. Gesch.-Bl.' II, p. 205. 5) Filius Stephani ducis, qui Zweibrücken et Simmern possedit, et nepos Ruperti regis. 6) A. 1464, d. 10. m. Dec.; cf. Chron. scab. p. 415. 7) Cui praefuit inde ab a. 1457. 8) Hunc demum sabbato ante Vocem iucunditatis a. 1466. factum esse, tradit Chr. scab. p. 415; sed istum diem 25. m. Aprilis esse, editor haud recte opinatus est, verius haec Hoffmann l. l. I, p. 408. d. 10. m. Maii attribuit. 9) Grobtzgk, hodie Gröbzig appellatum prope Köthen; Genseforde, hodie Gänsefurt, prope Hecklingen situm est. 10) Diplomata quae hac de causa d. 15. m. Aprilis a. 1466. conscripta sunt v. apud Dreyhaupt l. l. I, p. 155—157.

domino et domine Hedewig coniugi sue 200 floreni propinati[1]. Et cum iisdem bonis postea dominus Georgium, Adolphum, Albertum et Woldemarum, omnes principes de Anhalt, coniunctim infeudavit[2]. Hic in discordia illorum de Veltheim castrum Herbeck[3], quod invincibile dicebatur, potenter ad manus suas recepit, quod postea in amicabili composicione ob spem maioris fidelitatis et servitutis eis restituit. Hic eciam optinuit castrum Plate et pro se et ecclesia reservavit, similiter et castrum Sandow cum opido[4]; in edificacione castrorum ecclesie sui predecessoris vestigia eciam sequens, prout in Gebichenstein[5], Wolmerstede, Wantzleve et Egelen claret, et eciam in melioracione bonorum ecclesie sollicitus fuit, quia Glouch, suburbium foris Hallis, redemit[6], similiter castra in Salina, Neuenhoff[7] et Somersenburgk cum eorum pertinenciis redemit.

Temporibus ipsius cives Magdeburgenses fecerunt fieri domum pro meretricibus prope curiam archiepiscopalem[a]; quod archiepiscopus egre ferens, indignatus civibus, advocans ad se consulatum in Calvis, dicens eis et mandans, quod prostibulum[b] deponere deberent, quia eis hoc[c] non liceret, et interim, quod hoc non fieret, ipse civitatem Magdeburgk intrare non vellet et querelas de illata iniuria et violencia pape, imperatori et omnibus principibus et amicis facere et cogitare et agere, quod ista mala domus ibidem non deberet esse, sed deponi. Audientes missi a consulatu huiusmodi [verba[d]], promiserunt omnem erga consulatum facere diligenciam, quod domus deponi deberet, et sic factum est, et ab archiepiscopo vice versa ad graciam sunt recepti, in qua usque ad exitum huius vite sue permanserunt.

1467. Mart. 8. Eodem anno etc. 66. dominus Tylemannus de Trote, prepositus ecclesie Magdeburgensis et ecclesie Merseburgensis electus, in dominica Letare a domino archiepiscopo Iohanne fuit consecratus et coronatus[8].

Mai. 5. Item isto anno, tercia feria ante ascensionis dominus Iohannes archiepiscopus cepit castrum Plate incursu de mane et duos de Bigern[9], videlicet Iacobum et Mauricium, captivavit et N. Mollendorff propter rapinas et inobediencias suas.

1466. Item isto anno rex Bohemie Girsico a papa Paulo depositus et privatus fuit regno propter heresim[10], et filius regis Polonie a sede apostolica in regem assumptus et rex Bohemie constitutus, unde multa bella et mala exorta fuerunt. Girsico[e] a processibus pape et privacione ad futurum concilium appellavit[11].

Item dominus archiepiscopus Iohannes concordavit cum consulatu Veteris civitatis de fossato fiendo inter Novam civitatem et Veterem, et linea pertracta fuit, et magna pars de dominio ecclesie eis[f] dimissa fuit in preiudicium ecclesie, et multe domus et tota platea Nove civitatis destructa[g] fuerunt.

Oct. 20. Item secunda feria post Luce dominus Iohannes tenuit synodum in ecclesia Magdeburgensi, ubi personaliter interfuit cum tribus abbatibus et multis prelatis.

1467. Item quidam Nickel Pflugk[12] vasallus fecit se infeudari ab imperatore cum cimiterio

a) episcopalem *A* 2. 2^{a}. b) prestibulum *A* 1—1^{d}. c) hic *A* 1—1^{d}. d) *add. A* 2^{a}, *deest in reliquis codd.* e) Girsicaw *h. l. A* 1—1^{d}. f) *deest A* 2; eis — ecclesie *des. A* 2^{a}. g) *sic A* 1. $1^{c.\,d}$. 2. 2^{a}; destructe *A* $1^{a.\,b}$.

1) Haec in diplomatibus non commemorantur. 2) Litteras ab eis d. 10. m. Maii a. 1466. datas v. apud Dreyhaupt l. l. I, p. 160; autographa horum diplomatum asservantur in tabulario Magdeburgensi. 3) Hodie Harpke prope Halberstadt, quod diplomate tabularii testante familiae de Veltheim a. 1470, d. 10. m. Iulii redditum est. 4) V. infra l. 24. et p. 479. 5) In aede in introitu curiae Giebichenstein sita legitur haec inscriptio lapidi insculpta: *Anno Domini* 1473. *sub reverendissimo in Cristo patre ac domino, domino Iohanne sancte Magdeburgensis ecclesie pontifice, comite palatino Reni et duce Bavarie, domus hec inchoata est feria secunda post Quasimodogeniti et in eadem estate feliciter consummata.* 6) Glouch oppignoratum fuit a. 1389. civitati Halensi ab Alberto III. archiepiscopo. Redemptionem a Iohanne archiepiscopo a. 1469. factam esse, contendit Dreyhaupt l. l. I, p. 160, sed diplomata, quae hac de re libris copialibus tabularii Magdeburgensis insunt, d. 12. et d. 28. m. Maii a. 1472. conscripta esse dicuntur. 7) Quod secundum fidem documentorum d. 30. m. Sept. a. 1473. factum est. 8) Quod anno demum sequente factum est; nam Chron. episc. Merseburgensium, SS. X, p. 209, teste, Iohannes de Werder circa d. 25. m. Iunii a. 1466. obiit, et: *post transitum divi patris de Werder, successit Tilo .... ex Trotensium familia cretus, ecclesie Magdeburgensis prepositus huiusque ecclesie canonicus, per formam compromissi in die Praxedis in episcopum elevatus,* quibus editor libro quodam feudorum nisus notam nr. 75. adiecit: *Consecratus fuit denique dominica Laetare a.* 1467. 9) i. e. de Beyern vel Byern. 10) Chr. scab. p. 413. haec a. 1468. attribuit; bulla Pauli papae d. 8. m. Dec. a. 1465. edita et d. 23. m. Dec. a. 1466. renovata est; cf. Iordan l. l. p. 220. et 243. et Palacky l. l. IV, 2, p. 420; de filio regis Poloniae rege Bohemiae auctoritate apostolica eligendo v. ib. IV, 2, p. 449 sq. 11) De apologia a Georgio rege principibus regni et papae missa, cuius auctor Gregorius de Heimburg dicitur, Gesta loqui videntur; v. continuationem chronici Engelhusii ap. Mencken III, p. 31. et cf. Iordan l. l. p. 227. 12) In Knauthain sedens, praefectus Lipsiensis.

Iudeorum prope Hallis, et requisitus dominus cum litteris imperialibus[1], ut ei possessionem daret; dominus respondit sibi[2], quod illud cimiterium esset de dominio ecclesie, et fuit semper, et ideo imperator male informatus esset; et nichil optinuit[3].

Item anno Domini 1468, in vigilia epiphanie obiit comes Bernhardus in Berneburgk, 1468. Ian. 5.
et sexta feria post Pauli dominus Georgius comes de Anhalt cum 30 equis civitatem Ian. 29.
Berneburgk intravit, et postea in nocte secuti fuerunt trecenti et ultra. Et sic discordia inter dominam[a] et comites facta fuit, que postea per archiepiscopum fuit concordata[4].

Item isto anno Leodium a duce Burgundie[5] et rege Francie[6] penitus destructum fuit[7], duabus demptis ecclesiis, omnibus interfectis inibi repertis a maiore ad minimum, et hoc propter inobedienciam et contumeliam, quas proprio domino suo episcopo exhibuerunt.

Item circa concepcionis Marie duces Saxonie receperunt possessionem castri Ostro[8], Dec. 8.
Helffreden de Mekow[b] cum aliis bonis contentarunt; neglexerunt illud pro ecclesia cambire turpiter, cum sibi exhibitum fuit a possessore domino[c]; multa alia sic neglecta sunt, de quibus postea doluerunt.

Item in dominica palmarum domini duces Stetinenses, Pomeranie etc. fecerunt homa- 1469. Mart. 26.
gium domino Friderico marchioni in Prentzlaw et se sibi subdiderunt. Et sic diuturna lis extincta fuit[9]; sed dicitur, quod postea revocaverunt; sunt tamen nunc concordati[10].

Item istis diebus consulatus Norenberg suspendit proconsulem suum Nicolaum Muffel, magne autoritatis virum[11].

Item anno Domini 1470. castrum Sladen fuit captum ab Heinrico de Schulenburg et 1470.
istis de Bertensleve, et Clammer de Veltheim expulsus[d, 12].

Item isto anno Turci ceperunt Nigrum-pontem, nobilem civitatem Venetorum[13], cum violencia et ultra 50 milia christianorum interfecerunt et capitaneum fortiter civitatem defendentem.

Item post nativitatis Marie cives fecerunt transitum post curiam Molendini de muro ad Sept. 8.
turrim contra libertatem ecclesie et concordiam[e] prius factam sine consensu capituli.

Hiis diebus Ladislaus, filius regis Polonie, in regem Bohemie electus est propter bonam 1471.
famam et merita sua[14].

Item 18. Iulii imperator venit ad dietam in Ratispona[f, 15] cum 10 milibus equitum, cum multis principibus, et legatus sedis apostolice dominus Senensis[16] ibi fuit et exivit ei obviam. Et eodem[g] die, quo imperator exivit, Turcus intravit terram suam[17] et plus quam decem milia hominum abegit.

Eodem anno, in festo sancte Anne papa Paulus obiit, et de sero letus cum suis fuit 1471. Iul. 26.
edendo et bibendo, et circa horam terciam se male senciens, subito heu! sine sacramentis
exspiravit, et domini cardinales in die Sixti conclave intraverunt et cardinalem Sancti Petri Aug. 6.
ad Vincula elegerunt, quem Sixtum vocaverunt quartum[18].

Item rex Bohemie Ladislaus Pragam venit, coronatur ipso die Symphoriani et cum Aug. 22.
magno exercitu et pompa civitatem Pragensem intravit[19].

a) dominum *A* 2[a]. b) Meckau *A* 1[a]; Mecow *A* 2. 2[a]. c) domina *A* 1—1[d]. d) expulsis *A* 1—1[d]. e) libertatem concordialiter *A* 1[a]. f) Ratispana *A* 1. g) eadem *A* 1.

1) Quarum binas d. 18. m. Martii a. 1467. editas Dreyhaupt l. l. II, p. 501. et 502. typis exprimi fecit. 2) Ernesto principi electori et Alberto duci Saxoniae Iohannes archiepiscopus litteris d. 7. m. Decembris a. 1467. datis ap. Dreyhaupt l. l. II, p. 503. respondit: *fugen euer lieben zu wissen, das die Judenschule und der Judenkirchhoff zu Halle uns zustehen, unser und unsers stiffts eigenthum sind, und wissen keine gerechtigkeit, die Nickel Pflugk daran habe oder gehaben moge.* 3) Sed a senatu Halensi emptionis titulo Nickel Pflugk pecunias extorsit, cf. ib. 4) Arbitrio d. 22. m. Martii a. 1468. lato, quod v. ibidem I, p. 157. Domina est Hedewig comitissa. 5) Carolo Audaci. 6) Ludovico XI. 7) Quod mense Octobri a. 1468. factum est; cf. chron. Conradi Stolle l. l. p. 62. et Philippi Cominaei commemorationum rerum gestarum lib. II, ed. Frankf. a. 1629. p. 145 sq. 8) Hodie Ostrau in praefectura Bitterfeld. 9) Droysen l. l. II[a], p. 350. die 9. m. Ianuarii a. 1469. foedus inter duces et marchionem factum esse dicit. Inde ab a. 1464. hac de causa partes litigaverunt. 10) Foedere anni 1469. mox rupto, pax stabilior a. 1479. facta est. 11) Cf. memoriale Nicolai Muffel in 'Städte-Chroniken, Nürnberg' IV, p. 307 sq. ad a. 1468. et quae editor de causa et iudicio Nicolai M. V, p. 753 sqq. adiecit. 12) Gens Veltheim denuo castro illo d. 15. m. Iulii a. 1471. infeodata est; v. lib. cop. LXII, 291. tabularii Magdeburgensis. 13) D. 12. m. Iulii a. 1470; cf. Zinkeisen, 'Gesch. des Osman. Reiches in Europa' II, p. 322. 14) D. 27. m. Maii a. 1471; cf. Palacky l. l. IV, 3, p. 31. 15) Quae d. 22. m. Dec. a. 1470. in diem s. Georgii, i. e. d. 23. m. Apr., anni sequentis indicta est; cf. Chmel, Regg. Frid. III, nr. 6177; diplomata imperialia Ratisponae inde ad d. 17. m. Iunii a. 1471. concessa sunt; cf. Chmel l. l. nr. 6218. 16) Franciscus Piccolomini, qui postea papa electus nomen Pii III. suscepit. 17) Carinthiam et Carniolam tunc invaserunt; cf. Zinkeisen l. l. II, p. 364. et 368. 18) Haec satis recte narrata sunt; cf. Gregorovius, 'Gesch. d. Stadt Rom im MA.' VII, p. 231 sq. 19) D. 22. m. Aug. a. 1471; cf. Palacky l. l. IV, 3, p. 49.

Item magnus cometa apparuit circa Pleyades per totum mensem Februarii.

1472. Iun. 26. Item anno Domini etc. 72, sexta feria ante Petri et Pauli Erfordia quasi pro tercia parte igne consumpta fuit per quendam incendarium[a.1], monachum apostatam de Porta; qui eciam postea ibi degradatus et crudeliter cum ignitis tridentibus discerptus et igne consumptus fuit[2].

1473. Apr. 18. Anno Domini 1473, circa festum pasche depositus fuit Rupertus archiepiscopus Coloniensis, quia male rexit; et fuit frater palatini Reni, et a Paulo papa citatus et monitus, ut capitulo et vasallis ablata restitueret, quod contumaciter recusavit, ideo per papam privatus fuit; capitulum, vasalli, civitates concorditer aduniti sumpserunt ducem Hassie Hermannum pro advocato[2]; ex hoc et gwerre et lites surrexerunt.

1474. Iun. 29. Item anno Domini 1474, in die Petri et Pauli apostolorum in Augusta hora vesperarum irruit tempestas aeris valida et deiecit tectum cum tignis et tegulis ecclesie sancti Udalrici, sic quod multi homines utriusque sexus in vesperis existentes obruti[b] fuerunt lapidibus et lignis et interierunt[3], monachi tamen, in choro vesperas canentes, illesi permanserunt[c].

Aug. 10. Item circa festum Laurencii eodem anno dux Burgundie cum magno exercitu obsedit civitatem Nufs prope Coloniam et satis dure civitatem ipsam oppugnavit, et edificavit tres pontes per Renum[4], claudens navigium Reni, et die noctuque magnos[d] lapides ad civitatem cum bombardis torquebat et muros deiecit[5], et cum arietibus, instrumentis rostratis, fossatum tegens, usque ad murum cum rostro pertingens, per armatos transgredi fossatum et murum conabatur; sed incole civitatis fortiter resistentes, cum bombardis machinam hanc destruxerunt et multos occiderunt et realiter ut boni milites se defenderunt. Dicebatur, quod sanctus Quiriacus[6], patronus eorum, cuius corpus ibi requiescit, sepius noctu visus fuit civitatis circuire muros, et in spem defensionis eos erexit. Imperator tamen cum multis principibus ibi advenit et cum maxima populorum multitudine; et placitantes et postea causam concordarunt[7].

Aug. 29. Item ipso die decollacionis sancti Iohannis consulatus Veteris civitatis fecit extrahi stipites hinc inde in Novo foro stantes prope et ante domos canonicorum, incipientes a domo domini Balthasaris de Sliven[e.8], et sic circueundo[f] — aliqui diu steterunt, aliqui de novo positi fuerunt — et omnes violenter extraxerunt violando libertatem ecclesie.

Eodem anno fuit pestis in Magdeburgk ad integrum annum: cometa visus suam exercuit virtutem.

1475. Mart. 25. Item anno Domini etc. 75, in vigilia pasche consulatus in Czervest habuit pulveres pro bombardis in turribus ecclesie[9], et non clauserunt ostia, et scholares apud sepulcrum Domini[10] existentes cum lumine intraverunt et pulveres sumpserunt et sparserunt, et ignis venit ad pulveres, et incensis[g] pulveribus, turris disrupta fuit, et campane ceciderunt, et ex hoc civitas magnum dampnum incurrit ex negligencia propria.

Apr. 9. Item dominica Misericordia Domini dominus archiepiscopus clausit curiam suam et noluit intromittere chorales ad prandium iuxta consuetudinem propter negligencias eorum, et chorales dummodo chorum intrare vellent pro vesperis cantandis[h], archiepiscopus dedit[i] eis obviam ante chorum; tunc chorales omnes aufugerunt, et vespere ceciderunt[k] in confusionem domini, qui ex hoc male contentus fuit; chorales tamen hoc parum adverterunt nec chorum intrare voluerunt.

Iul. 29. Item circa festum Petri et Pauli apostolorum venit Magdeburgk multus populus iuvenum et senum, catervatim versus Welsenach ambulans, de omnibus partibus Almanie, Bavarie, Franconie, Thuringie, Mysne ecclesiis[l], et dicunt, quod eis venit in mentem, quod

a) *sic codd.* b) strati *ed. Meib.* c) manserunt *A* 2. 2[a]. d) magnoque *A* 2. 2[a]. e) Slinen *A* 1. 2. 2[a]; Schlinen *A* 1[a]—1[d]. f) circuieundo *codd.* g) pulv. inc. *A* 2. 2[a]. h) cantandum *codd.* i) venit *ed. Meib.* k) cecinerunt *corr. ex* cecid. *A* 1[d]. l) *forte legendum* et aliis (et cet. *H.-E.*).

1) V. Conradi Stolle chron. l. l. p. 54, ubi rectius incendium d. 19. Iunii factum esse dicitur. 2) Cf. 'Koelhoffsche Chronik' in 'Städte-Chroniken, Cöln' III, p. 823—825. et Ennen, 'Gesch. d. Stadt Cöln' III, p. 981; diplomate hic laudato teste administrator iam ante d. 26. m. Martii videtur electus esse; Conradus Stolle his de rebus loquitur l. l. p. 58—61. et 64—66. 3) Cf. 'Städte-Chron., Nürnberg' IV, p. 314. 4) Cf. Conradi Stolle chron. l. l. p. 66. 67. 74. et 77. 5) Cf. ib. p. 66. 6) Vel potius Quirinus; cf. Conr. Stolle chron. l. l. p. 73. 75 sqq. 83. 7) Cf. ib. p. 102 sq. 8) Senioris capituli. 9) De ecclesia sancti Nicolai auctor loqui videtur; cf. I. C. Beckmann, 'Historia des Fürstenthums Anhalt' III, p. 217. 10) Quod ad officia sacra bonae feriae quintae, parasceues, vigiliae paschae peragenda in plerisque ecclesiis erat exstructum aut parari solebat.

debent ambulare; tunc non possunt resistere, sed oportet quod[a] ambulent, alias dementarentur; et sic statim in mentem eorum incidit: omnibus dimissis, eciam sumptibus et vestibus, decurrunt nec retrahi possunt[1]. Multi opinantur, quod ex suggestione dyabolica hoc evenit et ex quadam supersticione, quia locus, ad quem currunt, tam de sanguine quam de miraculis suspectus habetur; et indulgencie eorum dicuntur revocate[2].

Item dominus archiepiscopus Iohannes volens purgare malis hominibus terram suam Iericho, cepit primo castrum Sandowe et ibi cepit Fricken de Plessaw[3], et mox castrum Nigrip, ibi cepit Henrick Treskaw[b.4], et cepit eis castrum Buko[5] et Milo. Item cepit et castrum Crussaw[c.6], ubi captivavit validum Werner Kracht. Fricken Plessaw in[d] Gebichenstein duci et incarcerari fecit, Kracht in[e] Egelen similiter duci fecit et alios[f] Wantsleve, et sic fecit terrorem in locis illis, quod multi vasalli timentes a terra recesserunt[7].

Item post dominicam Trinitatis dominus Magdeburgensis cum capitulo fuit in Hallis[8] 1475. Mai. 21.
et placitavit inter consulatum ibidem, uniones et communionem[g] ex una et sartaginenses
ibidem ex altera partibus, qui fuerunt in magna discordia. Tercia feria post Severi[h] consu- Oct. 24.
latus Hallensis cepit et incarceravit 16 sartaginenses[9]; dominus quinta feria sequenti in- Oct. 26.
travit civitatem et legi fecit certam ordinacionem cum consulatu super bona salinaria, quam sartaginenses prima fronte recusarunt recipere, petentes[i] dictos captivos; tamen postea ordinacionem istam acceptarunt, et captivi eciam eam servare promiserunt, et sic dimissi sunt in domibus suis cum mandato non exeundi ante finem cause[10]. Et illa discordia fuit origo, quod Hallis per successorem suum capta fuit et sub obediencia archiepiscopi redacta[11].

Die vero transitus sui de hoc mundo, prout divine placuit maiestati, adveniente, sacramentis prius premunitus, obiit in castro Gebichenstein in die sancte Lucie anno Domini 1475. Dec. 13.
Qui quidem archiepiscopus nichil aliud disposuit in fine, nisi quod in ecclesia Magdeburgensi iuxta consuetudinem ecclesie eiusdem prope immediatum predecessorem suum sepeliri deberet, quanto propinquius fieri posset, singulariter committens, quod non supra, sed infra eum[12] corpus suum deberet poni, quod piissimi patris magne humilitatis signum fuit; quod et sic factum est honorifice cum solempnitatibus in ecclesia Magdeburgensi consuetis, presentibus ibidem principibus, comitibus, baronibus et vasallis ecclesie. Cui dominus noster Iesus Christus requiem eternam et lucem perpetuam tribuere dignetur! Amen. Epitaphium[13] dicti archiepiscopi: *Bavarie natus Io. presul et hic tumulatus,*
Virtutum cultor, pacis dux, criminis ultor.

52. Ernestus dux Saxonie, lantgravius Thuringie et marchio Misne, 38. archiepiscopus etatis sue anno undecimo vel circa[14], anno vero Domini 1476, feria tercia post epiphaniam Domini, octava Ianuarii ad ecclesiam Magdeburgensem est postulatus[15] et per Sixtum 1476 Ian. 9.
papam quartum ad instanciam capituli et vasallorum ac serenissimi imperatoris Friderici tercii et aliorum multorum principum, quorum consanguineus extiterat, maxime intuitu boni principis domini Ernesti, patris[16] sui, et famose domus[k] dominorum ducum Saxonie, et ut rebellio subditorum ecclesie, eciam alienata ab ecclesia possent per eum et amicos suos coerceri[l], recuperari et omnia in melius reformari etc., in amministratorem est confirma-

a) ut *A* 2. 2[a]. b) Tressaw *A* 2; Treßaw *A* 2[a]. c) Crussau *A* 1[a]—1[c]; Crussow *A* 1[d]; Crassaw *A* 2; Cressaw *A* 2[a]. d) zu *A* 2. e) zum *A* 2. 2[a]. f) in *add. A* 1[b. c]. g) communione *codd.* h) qui fuit dies Mercurii *minus recte add. A* 1[a]. i) petēn *A* 1; petendo *A* 1[d]; potentes *A* 2; ponentes *A* 2[a]. k) domos *A* 2. 2[a]. l) et *add. A* 2. 2[a].

1) His similia narrantur in Memorabilibus, quae scripsit Marcus Spittendorf consul Halensis, 'GQ. d. Pr. Sachsen' XI, p. 67; prolixius de hac peregrinatione tractat Conradus Stolle l. l. p. 128—131. 2) Haec ex sententia clerici eiusdem Magdeburgici dicta sunt, tamen sententias papales, quae supra p. 452 sq. 467. de rebus Wilsnacensibus latae esse dicuntur, haud magna auctoritate viguisse demonstrant; inde ab a. 1453. nihil factum est, quod revocatio indulgentiarum dici possit; cf. Breest l. l. p. 279. 3) Hodie Plessen appellantur. 4) Hodie Treskow appellantur. 5) Hodie Buckow in praefectura II. Ierichow. 6) Hodie Crüssau in praefectura II. Ierichow. 7) Haec mense Iulio vel Augusto a. 1475. facta videntur esse; cf. Memorabilia M. Spittendorf l. l. p. 73. 8) Iam inde a d. 9. Maii a. 1475. archiepiscopus Halis versatus est; Memor. Spittend. l. l. p. 49. 9) Cf. Spittendorf l. l. p. 93, ubi 18 enumerantur nomina sartaginensium captivatorum. 10) Haec satis concordant cum iis quae Spittendorf, qui ipse incarceratus fuit, prolixius narrat; cf. l. l. p. 93—97. 11) Haec demum post mensem Septembrem a. 1478. scripta esse possunt. 12) i. e. loco ecclesiae magis ad occidentem verso; cf. 'Magd. Gesch.-Bl.' II, p. 205. 13) Cf. ib. p. 206. 14) A. 1464, d. 27. m. Iunii natus esse videtur, si fidem habemus monumento sepulcrali, quod eum d. 3. m. Augusti 1513. 49 annos, 1 mensem, 6 dies vixisse indicat, sed alibi d. 26. m. Sept. a. 1466. natus esse dicitur. 15) Auctor a. 1476. embolismalem esse nescivit. Chr. scab. p. 416. postulationem diei 6. m. Ianuarii, Spittendorf d. 13. Ian., Dreyhaupt l. l. I, p. 163, nescio qua auctoritate fretus, d. 12. m. Ian. attribuit. 16) Filius eius tertius.

1477. Oct. 28. tus[1], et anno sequenti die sanctorum apostolorum Symonis et Iude ad urbem Magdeburgk solempniter cum pompa et apparatu principum nobilium[2], cuius in retroactis annis non est visa nec legitur similis, presente patre suo duce Ernesto et patruo[a] suo duce Wilhelmo[3], marggravio Brandeburgensi Iohanne, principibus electoribus, domino Ludewico lantgravio Hassie cum filiis, duce Wilhelmo et aliis ducibus de Brunswig[4], episcopis vero Halberstadensi, Hildensemensi, Misnensi[b], Brandeburgensi, Merseburgensi, Nuenburgensi, Havelbergensi, Lebutzenensi[5] et aliis prelatis, comitibus et[c] nobilibus multis comitantibus et deducentibus, est introductus.

1478. Iul. 28. Anno Domini etc. 78, die sancti Panthaleonis facta sedicio et tumultus in Hallis, ita quod in duas partes divisi, consulatus et communitas in unam, maiores et diciores sartaginenses in aliam, mutuo se armis insequebantur. Administrator predictus ab una parcium, scilicet consulatu [vocatus[d]], absque mora collectis principibus, nobilibus, vasallis ac aliis
Sept. 20. subditis ecclesie, eodem anno, dominica post exaltacionis crucis potenti manu civitatem Hallis personaliter intravit[6], sedicioni finem imponens, omnes maiores captivari fecit et in vincula detrudi et expost exactionari et puniri in bonis ac rebus suis, omnemque superioritatem, de bonis salinariis utilitatem sibi et ecclesie debitam, predecessoribus tamen[e] suis potencia et stolida presumpcione iniuste longo tempore per Hallenses ablatam et quasi penitus extinctam[7], ipse plene recuperavit ac suis in futurum successoribus cum maximo fructu ecclesie utendum reliquit.

1479. Anno Domini 1479. per liberam resignacionem domini Gevehardi de Hoym episcopi Halberstadensis de consensu capituli[8] auctoritate apostolica factus est eciam ecclesie Halber-
Iul. 19. stadensis administrator[9]; et eodem anno, feria secunda post Margarethe ad Halberstadensem dyocesim et civitatem, patre suo Ernesto duce Saxonie et principe electore dumtaxat
1486. presente, est introductus. Ipse dominus administrator anno etc. 86. advocaciam cum suis attinenciis a predecessoribus suis episcopis Halberstadensibus consulatui civitatis predicte impignoratam oblata summa capitali iuxta tenorem litterarum redimere volens in usum et commodum suum et ecclesie, sed a civibus tractatibus optinere non potuit; unde, adiunctis sibi a patre et patruo ducibus Saxonie ac aliis principibus et subditis ecclesie multis armatis, ipsam civitatem obsedit; finaliter ipsam[c] advocaciam nulla data pecunia optinuit et civitatem ipsam ad omnimodam obedienciam suam et ecclesie redegit et subiugavit[10].

1484. Iun. 17. Anno Domini etc. 89, in vigilia corporis Christi ipse dominus in propria persona primum lapidem pro fundamento novi castri, quod et nunc cernitur, in civitate Hallense exstructum posuit[11] et cum tempore[12] perfecit, et arcem divi Mauricii vocari voluit ad precavenda futura mala et bella et rebellionem, quantum est possibile.

Ipse eciam reparavit multa edificia, exstruxit in castris Egelen, Wantzleve, Wolmerstede, similiter in curia et aula archiepiscopali in Magdeburgk et curiam episcopalem in Halberstad et castrum[f] Gruningen, Gatersleve, Slanstete[g] multa edificia fieri fecit[13]. Ipse eciam castrum Wevelingen[14] intendens expugnare propter[h] latrocinia et excessus Laurencii de Holle, servatis tamen tractatibus cum duce Heinrico Brunswigensi[i], in proprium ecclesie sue Halberstadensis perpetuo optinuit[15].

a) patrono *A* 2. 2[a]. b) *deest* 2. 2[a]; et *pro* Misn. *A* 1[a]—1[c]. c) *deest* *A* 2. 2[a]. d) *deest codd.* e) suis tamen *A* 2. 2[a]. f) *sic codd.* g) Glanstete *A* 1—1[d]. h) prae primis *ed. Meib.* i) Brunswigsens. *vel* Brunswigksens. *in his capitulis semper* *A* 1.

1) Bullae plures de postulatione confirmanda a Sixto IV. papa a. 1476. editae et privilegium a Friderico III. imperatore concessum asservantur in tabulario Magdeburgensi; cf. Hoffmann l. l. p. 432. 2) Cf. narrationem prolixam ab eius temporis auctore anonymo lingua vernacula conscriptam, quam Dreyhaupt l. l. I, p. 163—181. publici iuris fecit. 3) Vel potius patruo patris archiepiscopi. 4) Apud Dreyhaupt praeter Wilhelmum ducem Brunsvicensem tantum filius eius Heinricus nominatur. 5) Apud Dreyhaupt nonnisi Hildesheimensis, Misnensis, Brandenburgensis, Numburgensis, Merseburgensis episcopi praesentes fuisse dicuntur. 6) Cf. Memorabilia Spittendorfii l. l. p. 354 sq. 7) Cf. ib. p. 388 sq. et Chr. scab. additamenta p. 417. Dissensio illa de bonis salinariis et iis quae inde archiepiscopo debebantur acta est. 8) Capitula de electione a canonicis d. 9. Ian. a. 1479. instituta edidit Walther, Singularia Magdeb. IV, p. 80—85. 9) Bulla Sixti IV. papae a. 1480, d. 22. m. Mart. edita asservatur in tabulario. 10) Cf. diplomata nr. 1117. 1119. 1120. 1123. 1127—1139. 1141. diplomatarii Halberstadensis editi in 'GQ. d. Pr. Sachsen' VII. Quae in Gestis narrantur maxime concordant cum locis quibusdam nr. 1131; v. etiam additamenta Chronicae scab. p. 418. 11) Quod iam a. 1484. factum est, quo anno ipsum festum Christi corporis d. 17. m. Iunii celebratum est. Additamenta Chronicae scab. haec a. 1479. attribuerunt. 12) Castellum a. 1503. confectum appellabatur vernacula lingua Moritzburg. 13) Hodie Gröningen ad Bodam situm; Gatersleben haud procul a Quedlinburg, Schlanstedt in praefectura Oschersleben sita. 14) Hodie Weferlingen, prope Helmstedt situm. 15) Arbitrium d. 16. m. Iunii 1487. inter archi-

1489. Nov. 22. Anno quo supra[a] 89, die dominica in festo sancte Cecilie virginis est per Tylonem de Trote episcopum Merseburgensem in choro maioris ecclesie Magdeburgensis, assistentibus duobus dumtaxat ecclesie sue suffraganeis, dominis Bussone de Alvensleve Havelbergensis et Theoderico de Schonenberg Nuenburgensis ecclesiarum episcopis, decenti et humili pompa ex dispensacione apostolica in archiepiscopum solempniter consecratus[1]. Ipse eciam succedente tempore, si non multum arduis prepeditus, ad festa archiepiscopalia ecclesie Magdeburgensis in persona missas celebravit et officia sua peregit, eciam ordines ministrando temporibus suis ecclesiam sancti Sebastiani in Novo foro, capellam in suburbio, que ante tempora synagoga Iudeorum extiterat[2], et in aliis ecclesiis civitatis Magdeburgk et in diversis locis plura altaria gratis consecravit, episcopum Nuenburgensem[3] in Czeitz[b] consecravit, abbatem in Berga Mathiam benedixit[4], qua die et in refectorio cum fratribus pransus est, sanctas moniales velavit et alia episcopalia exercuit officia; cum fratribus Predicatoribus, Minoribus, Augustinensibus in Magdeburgk et Hallis in refectorio, subtili indutus linea veste, humiliter residens, de suo convivia preparari faciens, repetitis vicibus pransus est. Instituit et fundavit in ecclesia maiori Magdeburgensi sub turribus novum chorum pro decantandis ibidem horis de domina[5], et ibidem ante altare, quod ipse construi fecerat et per se consecravit, sepulcrum testudinatum et ab extra de electro opus sumptuosum[6] poni fecerat.

1491. Aug. 3. Anno Domini 1491, die invencionis sancti Steffani iste dominus in ecclesia sua Halberstadense summam missam in pontificalibus celebravit cum solempnitate et ceremoniis ecclesie eiusdem consuetis, que ultra memoriam hominum a predecessoribus suis episcopis neglecte[c] et omisse, in centum annis, uti dicebatur, vise non fuerunt. Eodem anno, dominica post Bartholomei (Aug. 28.) in propria persona laboriosum opus consecracionis ecclesie maioris et summi altaris[7], presentibus dumtaxat abbatibus in Huseborg[8] et Hilzeborg[9], cum decantacione misse in pontificalibus devote et expedite adiit et perfecit; que consecracio per multos annos fuit protracta et suspensa et forte divinitus huic domino reservata.

1492. Anno sequenti, scilicet[d] etc. 92. duces Heinricus Brunswigensis et Luneburgensis opidum Brunswig obsederunt, sed parum profecerunt etc. Ex ista obsidione orta est differencia et displicencia inter dominum nostrum archiepiscopum et prefatos[e] duces Brunswigenses[10]. Et licet insidie et opprobria ab extraneis et subditis ob hanc causam sibi parabantur, non tamen ad arma moveri potuit, parcens sibi et subditis.

1493. Anno etc. 93. iste dominus archiepiscopus auctoritate propria villam Iudeorum in suburbio sitam ingredi mandavit et omnes Iudeos quasi una die non tantum istum locum, sed totam terram suam per suos exire compulit[11], nichil de bonis eorum sibi usurpans, sed eorum debitoribus data summa capitali, aut[f] ipsis Iudeis sine aliqua diminucione reddi et assignari demandavit, et ipsum locum, quem inhabitabant antea Iudei, pro ampliacione suburbii, et cimiterium Iudeorum, quod solotenus destructum, agriculture denuo aptari ipsis civibus et communitati eorum in proprium dedit[12].

1495. Anno etc. 95. tempore pestis obiit nobilis dominus Bruno de Querfort cum uno filio suo minorenne in peste, et sequenti anno, feria sexta post Invocavit (1496. Febr. 26.) obiit senior dominus

a) A. 1489. *A* 2. 2a. b) Leytz *A* 2. 2a. c) neglecta et omissa *codd.* d) videlicet *A* 2. 2a. e) duc. Br. pref. *A* 2. 2a. f) *pro* aut *forte legendum* omnia.

episcopum et Heinricum ducem Brunsvicensem latum et alia anni 1491. diplomata asservantur in tabulario s. r. 'Stift Halberstadt' IX, 203 sqq.; familia quae castellum possedit alibi 'de Honlage' appellatur; cf. Walther, Singul. Magdeb. V, p. 13 sqq. 1) Cf. additamenta Chronicae scab. p. 418. Defectui aetatis papa iterum indulsit. 2) Cf. infra a. 1493. 3) A. 1492. Iohannem III. de Schönberg, Theoderici supra laudati successorem. 4) A. 1495, d. 25. m. Dec. V. Gesta abb. Berg. in 'Magdeb. Gesch. Bl.' V, p. 458. 5) i. e. beata Maria virgine. Litterae fundationis d. 20. m. Sept. a. 1494. conscriptae sunt, quas vide apud Leuckfeld, Antiquitates nummariae p. 238 sqq. 6) i. e. monumentum aheneum a Petro Vischer celeberrimo artifice confectum, quod hodie admiramur. 7) Winnigstaedt, annalista Halberstadensis, ap. Caspar Abel, 'Einige alte Chroniken' p. 367, minus recte haec d. 18. m. Augusti a. 1490. facta esse dicit. 8) Huysburg prope Halberstadt. 9) Hodie Ilsenburg prope Wernigerode. 10) Cf. Krantz, Saxonia XIII, c. 18. et 19. et Cod. dipl. Brand. suppl. p. 128. 11) Cf. additamenta Chronicae scab. p. 419. 12) Diploma a. 1493. datum, quo archiepiscopus a senatu Sudenburgensi singulis annis 65 florenos solvendos esse pro villa Iudaeorum ipsis concessa decrevit, et chartam d. 2. m. Maii anni eiusdem, qua Iudaei expulsi bona sua omnia a senatu Sudenburgensi empta esse confessi sunt, v. L. v. Ledebur, 'Allgemeines Archiv für die Geschichtskunde des preuss. Staates' I, p. 322—325. De possessione coemeterii lis inter senatum Sudenburgensem et conventum Sancti Iohannis baptistae in Monte tunc orta est; cf. ib. p. 325—328.

1496. Bruno de Querfort, nullum post se derelinquens filium aut heredem masculum; totum dominium, castrum cum civitate Querfort ad ecclesiam Magdeburgensem, cuius feudum fuit, devolvitur[a.1], et dominica Reminiscere et feria secunda sequenti (Febr. 28. 29.) ipso anno 96. homagium a subditis et possessio domus sumpta per missos eiusdem domini archiepiscopi et capituli[2].

Eodem anno dominus archiepiscopus, habens multas differencias longo tempore hinc inde cumulatas cum civibus Veteris civitatis Magdeburgensis[3], fuit de eisdem omnibus per amicabiles compositores concordatus[4] cum eisdem, et propinarunt sibi sex milia sexcentos et sexaginta sex florenos; dederunt et antea sibi predicti cives octo milia florenorum tempore concordie inter eundem dominum archiepiscopum et ipsos cives per illustrem dominum Albertum ducem Saxonie, patruum suum, facte[b.5].

Incidencia.

Temporibus istius domini in papatu sedit Sixtus quartus, post eum Innocencius VIII, post Innocencium Alexander sextus, post Alexandrum Pius III. et demum Iulius secundus. Sixtus papa dispensavit cum domino nostro et germano eius Alberto, ita quod in minori etate constituti, dominus noster Magdeburgensem[6], alter vero Moguntinam[7] ecclesias gubernarent. Innocencius dispensavit cum Karolo rege Francorum, quod unicam ducis Britannie relictam filiam Annam, iam dudum domino[c] Maximiliano regi Romanorum matrimonialiter desponsatam, in uxorem duceret et sibi licite cohabitare posset[8]. Alexander papa dispensavit, ut unus cardinalium, mutato habitu et statu spirituali, ordine eciam sacro subdiaconatus, factus est laicus, uxorem duxit et filios procreavit, dictus et nominatus postea dux Valencianus[d.9]. Misit eciam ad Almaniam bina vice iubileum per Reumundum[10], ultimo cardinalem et legatum de latere; celebratus est eciam annus iubileus[e] centesimus; multas pecunias colligens ex predictis et alias temporibus suis. Iulius secundus pontifex modernus dispensavit, ut dux Fridericus, patruus[11] domini nostri reverendissimi, magister[e] generalis ordinis Theutonicorum, esset coadiutor[12] et post obitum domini[e] nostri reverendissimi indubitatus successor una cum magistratu ordinis predicti, et ita esset laicus et clericus.

Imperator Fridericus tercius Franckfordie presidentibus principibus electoribus filium suum Maximilianum, eo resignante, in regem Romanorum eligi[e.13] et Aquisgrano[f] coronari fecit. Mortuus est post factam istam eleccionem marchio Albertus princeps elector[14]; moritur
1493. et ipse dominus imperator anno Domini etc. 92[15], detruncato sibi prius uno crure propter infirmitatem quandam sibi evenientem. Rex Ungarie Mathias moritur misere in Wyenna[16], et rex Bohemie sibi substituitur[17].

Post obitum domini imperatoris Friderici Maximilianus rex Romanorum Austriam, Alsaciam etc., similiter Holandriam[g], Brabanciam, Burgundiam etc. sibi subiugavit[18], multas tamen adversitates passus est: a suis subditis[19] captivatur in Burgundia et Flandria, a

a) devolutum *A* 1c. d. b) factam *codd.* c) *deest A* 2. 2a. d) Valentinianus *A* 2. 2a. e) *deest codd.; fort.:* electum Aq. *G. W.* f) Aquisgrani *A* 1d. g) Hollandiam *A* 2. 2a.

1) Cf. additam. Chron. scab. p. 418. Iam a. 1458, d. 31. m. Iulii Fridericus archiepiscopus se filiabus Brunonis de Querfort patre mortuo 8000 florenorum soluturum esse diplomate promisit. 2) V. lib. cop. nr. 64, fol. 64. 3) De quibus plura v. apud Hoffmann l. l. p. 445 sq. 4) Compositionis d. 21. m. Ianuarii a. 1497. per 9 arbitros factae autographum asservatur cum aliis actis huc spectantibus in tabulario Magdeburgensi; 19 eius articulos, quorum ultimus de solutione 6666 florenorum agit, publici iuris fecit Hoffmann l. l. p. 447—452. 5) A. 1486, d. 10. m. Decembris. Diploma hac die conscriptum multis notis illustratum edidit Hoffmann l. l. p. 433—435; quae Gesta narrant hoc modo satis confirmantur. 6) Cf. supra p. 480, n. 12. 7) Eius nominis primus archiepiscopus Moguntinus, qui d. 7. m. Maii a. 1482. electus, iam d. 1. m. Maii a. 1484. obiit. 8) A. 1491; cf. Philippi Cominaei commemorat. lib. IV, p. 452. et Krantz, Saxonia lib. XIII, c. 11. 9) De Caesare Borgia, Alexandri VI. papae filio, qui a. 1499. ineunte uxorem accepit e gente regia Franciae et dux factus est Valentiae urbis, loquitur auctor; cf. Gregorovius, 'Gesch. d. St. Rom im Mittelalter' VII, p. 421—425. 10) Raimundus episcopus fuit Gurcensis a. 1493—1505; cf. 'Städte-Chr., Nürnberg' V, p. 723, n. 3. et infra p. 483. 11) Vel potius patruelis; Fridericus filius erat Alberti ducis, fratris Ernesti electoris; coadiutor electus a. 1504, postea confirmatus est a Iulio papa; cf. Hoffmann I. l. I, p. 456. 12) Ut archiepiscopus Magdeburgensis simul et magister ordinis Theutonicorum foret, Iulius bulla d. 19. m. Febr. 1506. data permisit, sed Fridericus obiit iam a. 1510. 13) D. 16. m. Febr. a. 1486; coronatus est d. 9. Aprilis. 14) Brandenburgensis; defunctus est Francfordiae d. 11. m. Martii a. 1486. 15) Quod potius d. 19. m. Aug. a. 1493. factum est; cf. Chmel l. l. II, p. 802. 16) D. 6. m. Apr. a. 1490; cf. Palacky l. l. V, p. 325 sq. 17) Wladislaus electus est d. 15. m. Iulii a. 1490; cf. ib. p. 338. 18) Quod potius ante obitum patris factum est. 19) A Brugensibus a. 1488.

Karolo rege Francorum unica filia regis Britannie sibi matrimonialiter desponsata una cum
regno Britannie privatur et spoliatur vi et iniustissime[1]. Ipse Karolus rex Francie anno
etc. 95. Ytaliam intravit cum multis milibus et regnum Neopolitanum et Ytalie civitates 1495.
occupavit[2]. Isto anno et primum in eius exercitu gravissimus morbus Gallicus desevit,
adeo quod in reditu[a] eius Rome multi de hoc morbo infecti sunt[3], et abinde quasi in omnes
urbes et regiones visus[b] est. Maximilianus Romanorum rex indixit et servavit dietam princi-
pum in Wormacia[4]. Anno etc. 98. Ludewicus[5] rex Francie, successor Karoli, occupavit duca- 1499.
tum Mediolanensem et detinuit per tradimentum[c], ipsum ducem captivum secum ducens
in Franciam[6].

Anno etc. 99.

Anno sequenti, scilicet 1500, celebratus est iubileus Rome[7]. Et eodem anno [Maxi- 1500.
milianus[d] rex] celebravit dietam in Augusta[8], ad quam intravit dominus noster archiepi-
scopus una cum domino duce Friderico[9] principe[e] electore, germano suo, dominica Miseri-
cordias Domini et mansit ibidem in magno honore, habitus et detentus usque ad finem Mai. 3.
diete et usque ad festum Laurencii vel citra[10]. Eodem anno dominica Esto mihi dux Iohan- Aug. 10. Mart. 1.
nes, germanus domini nostri reverendissimi, celebravit nupcias in Torgaw cum domina
Sophia, filia ducis Magni Magnopolensis[11]. Eodem anno rex Dacie conflictum habens cum
Ditmersibus, dampnificatus est in maximo, occisis 7 milibus, collectis ex diversis partibus,
dictis 'die grote garde' et aliis quam plurimis regni sui militibus et proceribus[12]. Eodem
anno dominus noster archiepiscopus circa festum Galli cum principe electore germano Oct. 16.
suo versus Norenberg ad regiam maiestatem ivit et mansit ibidem magnis impensis usque
in feriam terciam post Quasimodogeniti anni sequentis[13]. 1501. Apr. 20.

Anno Domini 1502. dominus Ioachim[f] marchio Brandeburgensis, princeps elector, 1502.
nupsit filiam regis Dacie; celebravit nupcias in Stendel[14], ubi et dominus noster archiepi-
scopus interfuit copulando sponsum et sponsam, et sequenti die nupciarum missam cele-
bravit in pontificalibus, presentibus multis principibus et nobilibus.

Anno Domini etc. 3, dominica die sancti Vincencii martiris dominus Raymundus epi- 1503. Ian. 22.
scopus Gurcensis, cardinalis legatus a latere, Magdeburgk intravit[15], a domino archiepiscopo
cum magna et quasi insolita solempnitate cleri et populi processione introductus est etc.
Iste dominus noster archiepiscopus sumptuosam capellam in castro suo novo[e] Hallis con-
struxit[16], multas preciosas reliquias sanctorum et clenodia ibidem reponens, preciosam
intendens instituere ecclesiam collegiatam[17], sed preventus morte, immutatus est.

Anno Domini etc. 1512. visa[g] est cometa; unde[e] anno sequenti, scilicet 1513. papa Iulius 1512. 1513.
secundus feria secunda post Reminiscere defunctus est, et in locum eius cardinalis de Febr. 21.
Medicis feria sexta post Letare est electus, dictus Leo decimus[18]. Eodem anno et die mor- Mart. 11.
tuus est rex Dacie[19], qui fuit affinis domini nostri reverendissimi: soror[20] eius fuit uxor et

a) eius red. *A* 2. 2[a]. b) *forte legendum* nisus. c) traditamentum *A* 2. d) Max. rex *des. codd.* e) *deest A* 2. 2[a]. f) Ioachimmus *A* 2. 2[a]. g) visus *A* 2. 2[a].

1) Cf. supra p. 482. 2) Cf. Krantz l. l. lib. XIII, c. 21. et Gregorovius l. l. VII, p. 342—387. 3) Cf. Gregorovius l. l. VII, p. 386. et decretum ibi laudatum, quod Maximilianus rex Wormatiae d. 7. m. Aug. a. 1495. edidisse dicitur, quod v. ap. Raynaldum, Ann. eccl. a. 1495. Ipse Ernestus archiepiscopus postea hoc morbo infectus esse dicitur. 4) De celeberrima illa curia cf. L. v. Ranke, 'Deutsche Gesch. im Zeitalter d. Reformation' I, p. 69 sq. Principes convocati sunt in diem 2. m. Februarii a. 1495; cf. I. I. Müller, 'Reichtagstheater unter K. Max.' I, p. 199. 5) Eius nominis XII. 6) Cf. Krantz l. l. lib. XIII, c. 22. et Gregorovius l. l. VII, p. 427; Mediolanum captum est d. 6. m. Oct. a. 1499. 7) Cf. ib. VII, p. 434. 437. 8) Cf. Ranke I, p. 93 sq., qui conventum principum d. 10. m. Apr. inchoatum esse dicit. 9) Sagaci. 10) D. 14. m. Aug. omnia quae proposita erant conventui esse determinata, Ranke l. l. p. 96. narrat. 11) Cf. Ioh. Seb. Mülleri Ann. Saxonici (1400—1700) p. 59. 12) Pugna prope Meldorf commissa; de fatis illius exercitus mercenariorum militum cf. Krantz l. l. lib. XIII, c. 24—26. 13) Uterque princeps ad Germaniam cum rege regendam electus est. 14) D. 13. m. Apr. a. 1502; cf. Droysen l. l. II[b], p. 75. 15) Universitas litteraria Wittenbergensis tunc instituta a cardinali pluribus diplomatibus, quorum autographa in tabulario universitatis Halensis asservantur, d. 2. m. Febr. a. 1502. Magdeburgi datis confirmata est. 16) Et in honorem sanctae Mariae Magdalenae consecravit a. 1509. 17) De eius ecclesiae collegiatae Halis instituendae studiis cf. Dreyhaupt, 'Beschr. d. Saalkr.' I, p. 182. Litteras hac de re d. 3. m. Febr. a. 1513. scriptas v. ap. Ludewig, Reliq. manuscr. XI, p. 415—421. 18) Cf. Gregorovius l. l. VIII, p. 102. et 161. 19) Iohannem regem Daniae d. 20. m. Febr. mortuum esse dicit Dahlmann, 'Gesch. Dännemarks' III, p. 310; Cohn, 'Stammtaf.' d. 21. m. Febr. posuit. 20) Christina.

1513. conthoralis etc. Ipso anno dominus noster reverendissimus predictus tercia Augusti in Hallis
Aug. 3. Aug. 10. castro Sancti Mauricii diem suum clausit extremum et in Magdeburgk die sancti Laurencii sepultus in capella infra turres ecclesie in sepulcro suo[1]. Cuius anima requiescat in pace! Amen.

ADDITAMENTUM.

Maxima parte huius editionis typis expressa, tomum XI. Ephemeridum societatis antiquariae Magdeburgensis perlustrantes, incidimus p. 225. in tractatum, quem V. Cl. H. Holstein, nunc regii gymnasii Gestemundensis rector, de codicibus Magdeburgensibus in bibliotheca senatoria Bremensi asservatis scripsit, nec quicquam antiquius habuimus, quam ut Gestorum exemplar a. 1524, d. 15. m. Novembris confectum, quod praeter alia haud parvi momenti scripta, ab auctore illo satis accurate notata, libro manuscripto Bremensi, chartaceo in quarto, B 55 signato, fol. 1—118, inesse dicebatur, examinaremus. Codice enim V. D. H. Bulthaupt benignissime interveniente Halas transmisso, mox cum e prologo proposito: Ne actus veterum *et ex exordio ipsorum Gestorum tum ex Gestis Alberti II. archiepiscopi cognovimus, hoc eorum apographum, classi B attribuendum, proxime accedere ad codicis B 5 initio mutili recensionem. At alterum ex altero non descriptum esse, variae lectiones, quas supra p. 443 sq. iam addere potuimus, demonstraverunt, ita ut codicem Bremensem, etsi integrum et aetate superiorem, B* 5^{a} *nominare non dubitaremus. Litterarum genus, quo librarius usus est, nec cursivum nec minusculum vocandum, idem videtur esse quod in multis Alberti IV. archiepiscopi diplomatibus invenimus, nec negandum est, eas haud nimis dissimiles esse formis sollemnioribus et validioribus codicis A 1. Praeter litteras initiales et lemmata eiusdem coloris in margine posita codex hic nullis claret ornamentis. Fol. 1. litteris magnis capitalibus minio ductis inscriptum est:* Cronica archiepiscoporum Magdeburgensium. *Maxime notandum est, Gestis Alberti II. cum B 5 concordantibus esse addita haec ex Gestorum illius archiepiscopi relatione, quam codd. B* 1^{a}. *3—*4^{a} *praebent (supra p. 443), exscripta et in brevius contracta:*

Iterum legitur eciam in aliis cronicis archiepiscoporum, quod ille Albertus archiepiscopus terram Lusacie[a] cum consensu dominorum et capitluli, sed non omnium, alienavit ab ecclesia, cuius infeudacio plene ad ecclesiam Magdeburgensem pertinebat, et regi Bohemie in perpetuum vendidit; ve sibi et consiliaribus[b] falsis! Fuit enim vir magnifici status, consumptuosus in familia, in usibus ciborum, vini et vestitu; cursum et facta Saxonum non potuit bene expedire nisi per consiliarios et non bene credidit Saxonibus nec labore potuit preesse. Imperatorem Karolum adivit, dicens, quod non bene posset preesse; Karolus igitur annuens sibi, quia terram Lusacie sibi vendidit, et ordinavit[b] Petrum de Brunna episcopum Luthoniensem in Magdeborg transtulit per supplicationes pape, qui translacioni annuit et fecit Albertum Luthoniensis ecclesie episcopum et Petrum in Magdeborg Idem Albertus archiepiscopus multas reliquias de Saxonia et Magdeborg in Bohemiam transduxit: caput sancte[c] Felicitatis martiris, dimidium corporis beati Victorini episcopi, partem brachii sancti Philippi appostoli et partem sancti Stephani, partem vel totum vexillum sancti Mauricii et multas alias reliquias, quarum[d] nomina scribere erubescimus propter maliciam et infelicitatem thesaurarii et canonicorum, qui sicut uppupa proprium nidum defedaverunt, plus aliarum ecclesiarum quam proprie ecclesie honorem attendentes, forte corrupti donis et pecuniis, annuerunt; quod in futuro Domino corrigendum relinquatur.

Explicit[e] presens cronica archiepiscoporum Magdeborgensium per commendistam capelle novi hospitalis[2] sancte Elizabet in suburbio Magdeborg conscripta anno Domini millesimo quingentesimo vicesimo quarto, die 15. mensis Novembris.

a) *min. in marg.* Terra Lusacie quondam pertinebat ad archiepiscopatum Magdeburgensem, sed modo est alienata et vendita, ut patet. b) *ita c.* c) sancti *c.* d) quorum *c.* e) *litteris communibus, sed min. scriptis.*

APPENDIX.

CATALOGI ARCHIEPISCOPORUM MAGDEBURGENSIUM.

Addere hic expedit Catalogum archiepiscoporum, quem b. m. L. Bethmann ex codice Guelferbytano, *signato Weissemb. A*[3], *in dioecesi Magdeburgensi exarato, exscripsit. Ubi manus saec. XV. medii mera paene nomina et horum priora ex Gestis excerpta scripsit, altera manus saec. XV. annos regiminis aliaque ex Gestorum recensione B sumta, haud dubie codice B 1 usa, et nonnulla peculiaria adiecit, deinde aliae duae manus pauca addiderunt. Additamenta posteriorum manuum uncis inclusimus, quae secundus scriptor ex Gestis*

1) Cf. supra p. 481, n. 6. 2) Cf. Hoffmann l. l. I, p. 465. 3) Apographum huius catalogi manu Baringii factum exstat in codice bibliothecae regiae Hannoveranae XIII, 752, f. 23 sq., quod V. Cl. E. Bodemann in usum nostrum benignissime descripsit.

descripsit minoribus litteris exprimi fecimus. Subiecimus alium ex codice Bremensi supra indicato f. 118'. a V. Cl. Schum descriptum. *O. H.-E.*

NOMINA ARCHIEPISCOPORUM ECCLESIE MAGDEBURGENSIS.

1. Adelbertus [primus archiepiscopus cepit anno Domini 968, obiit 981; sedit ann. 13, mens. 8].
2. Gyselarius [sedit ann. 22; obiit 1004].
3. Dageno [sedit ann. 18[a]; obiit 1012].
4. Walthardus [sedit ebdomadas 7, dies 2].
5. Ghero de Wodeneswege [sedit ann. 10; obiit 1022].
6. Humfridus [sedit ann. 28; obiit 1051].
7. Enghelhardus [sedit ann. 12; obiit 1068[b]].
8. Wernerus, habuit fratrem sanctum Annonem ecclesie Coloniensis archiepiscopum[1]; [sedit ann. 13[c]; interficitur in bello contra Hinricum imperatorem].
9.[d] Hardwicus, de principibus Francorum natus[2] [sedit ann. 22].
10. Hinricus [sedit ann. 4, mens. 8].
11. Adelgotus [sedit ann. 11, mens. 10[e]; obiit 1118].
12. Rotkardus [sedit ann. 6].
13. Norbertus [sedit ann. 7, mens. 10]
14. Conradus [de Quernforde sedit ann. 7; obiit 1142].
15. Fredericus [sedit ann. 9, mens. 8; obiit 1152].
16. Wichmannus [cepit 1152. et obiit 1193].
17. Ludolfus [sedit ann. 15].
18. Albertus [sedit ann. 33].
19. Borchardus [cepit 1223[f], obiit 1236].
20. Hildebrandus[3] [sedit ann. 17; obiit 1252].
21. Rodolfus de Dingelstede [cepit 1252, obiit 1260].
22. Ropertus de Quernforde [sedit ann. 7].
23. Conradus de Sternbergh [sedit ann. 10].
24. Hinricus de Swalenberch [cepit 1268[4]; non confirmatus nec consecratus, sed propter infidelitatem suorum resignat libere. Marchionem Brandeburgensem in campo captivat].
25. Ericus, filius marchionis Brandeborgensis, [cepit 1283. et sedit ann. 11[g]].
26. Borchardus de Blanckenborch [sedit ann. 9].
27. Hinricus de Anhalt [cepit 1303[h], obiit 1307].
28. Borchardus de Scrapelaw [cepit 1307[i], sed anno Domini 1325, in die decollationis baptiste a civibus Magdeburgensibus capitur et occiditur[5]].
29. Otto, filius lantgravii Hassie, [cepit 1318[k], sedit ann. 28[l]; obiit 1361, pridie[m] Maii].
30. Thidericus, monachus de Lennin, natus de Stendal[6] [sedit ann. 7; obiit 1367. de mense Decembris]. [Idem[n] Thidericus potens fuit apud Karolum IIII. Romanorum imperatorem et Bohemie regem, qui eundem ad episcopatum Magdeburgensem promovit[7]].
31. Albertus de Sternbergh, Bohemus, translatus est ad ecclesiam Luthomissensem in Bohemia, [sedit ann. 3, mens. 6[8]; 1370.[9] translatus est].
32. Petrus de Brunna de Moravia, filius viellatoris, translatus est ad ecclesiam Olomuscensem Moravie [sedit ann. 9; 1374.[10] translatus est ad ecclesiam Olomuscensem].
33. Lodewicus, marchio Misnensis et lantgravius Thuringie, translatus de ecclesia [Halberstadensi ad ecclesiam Bambergensem, de] Bambergensi ad ecclesiam Maguntinensem, cuius possessionem habere non potuit [propter dominum Gherlacum[11] de Nassow, et

a) *sic falso scriptum in cod. pro* 8. b) *sic falso scriptum in cod. pro* 1063, *ut Gesta habent.* c) 14 *Gesta.* d) *miniator falso ante* eccl. Col. *posuit numerum* IX, *ideoque hoc loco* X. *etc., quem errorem correximus.* e) 11 *Gesta.* f) *sic in cod. falso scriptum pro* 1233, *quod Gesta supra p.* 421. *habent.* g) 12 *Gesta.* h) 1304. *Gesta.* i) 1207. *c.* k) *sic in cod. falso scriptum pro* 1328. l) *sic apogr. Bethm.*; 43 *apogr. Baringii*; 33 *Gesta.* m) *interpolator omisit* Kal n) Idem — promovit *tertia manu add. c.*

1) Haec ex Gestis p. 400. 2) Ex eisdem p. 404. 3) Corrupte pro *Wilbrandus*, ut supra p. 422, n. *. 4) Sic scripsit, quia in codice Gestorum B 1 primitus 1268. scriptum erat, quod in 1278. correctum est; p. 423, n. 5) Dies occisionis (Sept. 21), quem Gesta p. 431. ponunt, male omissus. 6) Quod non in Gestis, in Chr. scab. p. 237. vero legitur. 7) Tertius scriptor haec forte ex Gestis p. 437. sumsit. 8) Repetit numerum a primo scriptore supra p. 443. positum; v. ibid. n. 9. 9) Potius a. 1371. 10) Immo a. 1381. 11) Gerlacus fuit frater Adolfi archiepiscopi Moguntini.

licet invitus ad Magdeburgensem translatus fuit per Urbanum VI. Eodem anno in Calve obiit misere[1]. [1382.[a] obiit in Calve, de pretorio cadendo fregit cervices[2]].

34. Fredericus de Hoym, translatus de ecclesia Merseborgensi ad ecclesiam Magdeborgensem. [Eodem anno obiit 1382, 9. die Novembr.[3] Fredericus].

1403. Iun. 13. 35. Albertus de Quernforde [obiit 1403, Barnabe apostoli et sedit 21 annos].

36. Guntherus de Swarczeborch [licet in principio sui introitus pacifice per tempus sedit, tamen successu temporis cum Hallensibus, expost cum Magdeburgensi civitate magna incommoda propter iura ecclesie sue et personarum sustulit; licet in contradictorio iudicio convicti, sententiis tamen invictissimi Sigismundi imperatoris nec[b] etiam sacri concilii Basiliensis, in eorum pertinacia perseverantes, tandem talem qualem concordiam amplectendo, plene reduci non potuerunt; immunitates ecclesie Magdeburgensis maligno spiritu ducti oppresserunt]. [Obiit[c] 1445, 23. mensis Martii, sepultus in navi ecclesie Magdeburgensis prope Borchardum de Scraplow archiepiscopum per cives interfectum. Qui Ghunterus per 42 et amplius annos ecclesie Magdeburgensi desidiosissime prefuit, eam in multis debitis relinquens, sed in sumptibus splendidus semper fuit].

CATALOGUS SAECULI XVI.

cod. Bremensis.

Anno Domini 968. incepit archiepiscopatus Magdeburgensis[d]. Albertus primus archiepiscopus Magdeburgensis sedit 13 annis. Giselerus 22. Daghano 8. Walthardus 4 menses. Ghero 10. Hunfridus 28. Engelhardus 12. Wernerus 14. Hardewicus 22. Hinricus 5. Adelgotus 11. Rothgerus 6. Nortbertus 8. Conradus 8. Fredericus 4. Wichmannus 42. Ludolphus 15. Albertus 25. Wilbrandus 18. Rodolphus 7. Ropertus 8. Conradus 10. Hinricus resignavit. Ericus 12. Borchardus 9. Hinricus 3. Borchardus de Scrapelow martir 19. Otto 33. Theodericus 7. Fredericus[4] 4 menses. Albertus 3. Petrus 5. Lodewicus 1. Albertus 21. Guntherus 42. Fredericus 19. Iohannes 11.

1513. Ernestus 36 annis; qui in die inventionis sancti Stephani in Hallis obiit anno Domini millesimo quin-
Aug. 3. gentesimo 13; sabbato depost in Berga deportatus et dominica facto prandeo ab omni clero cunctisque
Aug. 6. 7. Aug. 10. religiosis in civitate ad ecclesiam sancti Sebastiani est allatus; in die vero sancti Laurencii in ecclesia
Aug. 31. maiori in sua capella sub turribus est honorifice sepultus. Expost vero quasi in fine tricesimi[5], videlicet
1514. in die Mercurii, ipso die sanctorum Iusti et Clementis dominus Albertus marchio Brandeburgensis cano-
Mai. 14. nice a dominis est in episcopum postulatus et anno sequenti dominica Cantate est intronisatus.

a) 1382 — cervices *tertia manu add. c.* b) necnon? *G. W.* c) *sequentia quarta recentior manus add. c.* d) *min. scripta.*

1) Quae secundus scriptor inseruit cum Gestis supra p. 451. conveniunt, neque tamen ex iisdem sumta videntur esse. 2) Cf. supra p. 452. 3) Hoc die Ludovicum mortuum esse, tradunt Gesta falso; cf. supra p. 452, n. 5. 4) Cf. supra p. 442, n. *. 5) Inde a die obitus Ernesti.

CHRONICON LAETIENSE.

EDIDIT IOH. HELLER.

Inter libros, quos Iacobus de Guisia suo more ad litteram descriptos Annalibus Hanoniae inseruit, iure eos maximi habemus pretii, qui iniuria temporum deperditi, alibi non servati sunt. Quorum ex numero primum sane locum obtinet historia monasterii Laetiensis[1]*, quod haud procul ab Avesnensi*[2] *oppido in Hanonia situm est. Praebet enim uberem materiam non eis tantum, qui in coenobiorum Hanoniensium memoriam inquirunt, sed etiam comitum Avesnensium, monasterii illius restauratorum, res gestas hic illic illustrat.*

In commentatione sua sagacitatis plena, qua primus fontes Iacobi de Guisia perquisivit[3]*, b. m. R. Wilmans huic chronico sedecim libri XV. capitula, scilicet c. 24—39. vindicavit*[4]*. Re tamen accuratius perpensa, viro docto ut plane assentiam, a me impetrare non potui. Nam capitula 30—33. cum eis quae antecedunt et sequuntur minime cohaerere legenti facile apparebit. Iterum etenim mors Theoderici comitis Avesnensis enarratur, quam auctor chronici Laetiensis iam antea aliter tradidit; tunc de acquisitionibus monasterii Sancti Martini Tornacensis agitur, ita tamen, ut ne uno quidem verbo indicatum sit, de quonam coenobio oratio fiat. Eodem enim modo, quo auctor chronici Laetiensis ubique fere se ipsum loquentem inducit, etiam monachus qui capitula 30—33. conscripsit de suo monasterio, nimirum Tornacensi illo Sancti Martini, nonnisi verbis:* in nostro coenobio, noster abbas *et similibus*[5] *narrat. Hac de causa fortasse Wilmans in errorem ductus, etiam haec omnia ad monasterium Laetiense referenda esse, credidisse mihi videtur. Sunt tamen capitula 30—33. ad verbum ex Herimanni narratione restaurationis abbatiae Sancti Martini Tornacensis c. 56. et 57.*[6] *desumta; nec dubium, quin postea in chronicon Laetiense inserta sint. Ipsum enim chronici auctorem, qui nonnisi quae ipse vidit vel a fide dignis audivit se traditurum esse confirmat*[7]*, quique critico ingenio — ut infra demonstrabo — minime carebat, hanc confusionem fecisse, certe non contenderis. Quare aut Iacobum de Guisia, quippe qui saepius in Annalibus alium fontem ex alio suppleverit, aut quod maluerim, interpolatorem quendam*

1) Liessies. — Eis quae R. Wilmans in commentatione sua infra laudata p. 360, n. 2. de nomine monasterii affert: *Es findet sich in seiner Schrift schon immer die Form Liessensis, nie Laetiensis*, minime assentire possum. In codice Valentianensi ubique fere *Letiensis* legitur, in codice Parisiensi plerumque *Letiensis*, multo rarius *Lietiensis* vel *Liessensis* occurrit. — De hoc monasterio pauca affert Brasseur, Orig. omnium coenobiorum Hanoniae p. 40 sqq. 2) Avesnes (départ. Nord). 3) 'Iacobi de Guisia Annales Hannoniae untersucht von Roger Wilmans. Archiv für ältere deutsche Geschichtskunde' IX, p. 292—382. — Iam antea Ioh. Perierus in commentatione praevia ad Vitam s. Hiltrudis (AA.SS. Boll., Sept. VII, 489. et 491) chronicon Laetiense in opere Iacobi de Guisia latere indicavit et de auctore dilucide disputavit. Perierum secutus est liber baro de Reiffenberg, 'Compte rendu de la com. roy. d'hist.' tom. II, p. 51 (Bruxelles 1838); 'Monuments pour servir à l'hist. de Namur, Hainaut etc.' VII, p. CXIII. 4) 'Archiv' IX, p. 350 sqq. Cf. Annales Iacobi de Guisia ed. Fortia XI, p. 90—158. 5) C. 32: *dedit nobis unum molendinum; dixit quasi pater ecclesie nostre* etc. 6) Supra p. 298—300. 7) C. 1.

iam ante Iacobum haec ex Herimanno deprompta chronico nostro addidisse statuendum est. Cum enim Iacobus de Guisia aliis Annalium locis[1] *nonnisi excerptum ex Herimanno confectum, in quo haec de morte Theoderici narratiuncula deest, in subsidium vocaverit*[2], *iure dubitari potest, num integrum eius librum omnino cognoverit. Accedit, quod Iacobus de Lespée, qui medio saeculo XVI. historiam monasterii Laetiensis componens*[3], *chronicon nostrum usibus suis adaptavit et in novam, ut ita dicam, formam transfudit, quique et ipse hanc interpolationem assumsit, se eam in codice Laetiensi reperisse testatur*[4]. *Ceteroquin Iacobus de Lespée ad opus suum conscribendum non solum vetustum chronici Laetiensis codicem*[5], *verum etiam Annales Iacobi de Guisia adhibuit, ex quibus magnos centones excepit*[6]. *Utcumque ergo sese res habet, haec capitula certe non chronici Laetiensis esse in aperto est. Restant quae ex Annalibus Iacobi de Guisia chronico Laetiensi vindicemus, capitula* 24—29. *et* 34—39, *quae res a.* 1095—1147. *gestas continuas lectoribus tradunt.*

Investigantes a quo et quando chronicon compositum sit, ad ea modo quae ex ipso opere patent reiecti sumus. Auctorem inde a puerili etate *Laetiensi clero adscriptum fuisse, ipse confitetur*[7]. *Nondum enim* trimum *se fuisse dicit*[8], *cum manu Wedrici abbatis famulatui Dei addictus fuerit; neque tamen se Wedrici Laetiensem abbatiam regentis meminisse*, infantili etate impediente; *quem potius postea abbatem Sancti Vedasti in Atrebatensi civitate viderit. Cum autem Wedricum a.* 1147. *ab ecclesia Laetiensi ad Vedastinam translatum esse constet*[9], *auctorem circa a.* 1147. *adhuc infantem fuisse elucet. Patrem suum cum Ludovico VII. rege Francorum iter ingressum versus Hierosolymam (a.* 1148*)* in eundo Constantinopolim *obiisse, testatur*[10]. *Monachis Iohanne Calvo et Rogero curantibus, puer in monasterio educatus est*[11]. *Et posterioribus quoque temporibus eum ibidem mansisse, facile intelligitur. In quavis enim pagina se ipsum praesentem inducit*[12]. *Tempore Helgoti abbatis (a.* 1153—1191*) domum Adae comitissae Avesnensis prope monasterium constructam corruentem vidit*[13]; *ornamenta ecclesiae*[14], *libros bibliothecae*[15], *sepulchra abbatum*[16] *et comitum Avesnensium*[17], *omnia se prae oculis habere enuntiat. Atque inter nobiles Hanoniae non paucos novit, e. gr. Walterum iuniorem de Fontanes*[18] *et Eustacium de Rues*[19], *quorum ille — teste Gisleberto — a.* 1183[20], *hic demum a.* 1190. *e vivis excessit*[21]. — *Etiam tempus quo scripserit accuratius indicare voluit.* Cuius Ludovici *(VII), inquit*[22], filius nunc regnat Phillippus *(II. Augustus)* et regem Anglie vehementer expugnat Iohannem, et Rothomago aliisque munitionibus captis, usque ad extremos limites regni sui cis mare victor persequitur. *Nostrum igitur post expugnationem*

1) Fortia XI, p. 194 sqq. 2) Supra p. 327 sqq. Cf. Wilmans l. l. p. 364. 3) Opus Iacobi de Lespée ad fidem duorum codicum edidit de Reiffenberg, 'Monuments de Namur, Hainaut' etc. VII, p. 393 sqq.; quam editionem utpote sine ulla critica arte confectam non nisi mediocri laude efferas velim. 4) Ex originali ut putarim codice Iacobi de Lespée, qui in bibliotheca Bruxellensi sub nr. 13,755. asservatur, de Reiffenberg notas nonnullas marginales vulgavit, ex quibus plurimae sine dubio ipsi auctori debentur: indicat enim auctor fontes, ex quibus quae narrat hauserit. In his de hac interpolatione legitur: *Ex libello incerti auctoris, qui olim a quodam Laetiensi monacho descriptus est. Idem libellus insertus est chronicis Hannoniae.* 5) Vid. infra p. 491. 6) l. l. p. 402. 403. 410 etc. Andream Marchianensem, Almericum et Rogerium, Annales Crispinienses, quos laudat, Iacobo de Lespée non nisi in opere Iacobi de Guisia ad manus fuisse, constat. 7) C. 1. 8) C. 10. 9) Gall. christ. III, col. 383. 10) C. 1. 11) C. 5. 12) E. gr. cf. c. 5: *Memini enim in puericia mea in camera abbatis instrumentum armorum me vidisse;* c. 10: *memini dominam Agnetem* († 1162) *sepius super equos abbatis processisse.* 13) C. 7. 14) C. 7: *fenestras vitreas templi, que adhuc permanent;* ibid.: *sicut in cortinis paschalibus cernitur.* 15) C. 10: *Wedricus . . . bibliothecam optimam et pulcerrimam, sicut hodie cernitur, construxit;* c. 12: *Guillelmus . . . eratque scriptor optimus, ut in libris ab eo scriptis cernitur.* 16) C. 7: *Gonteri, qui in medio capituli inter pueros iacet.* 17) C. 5. 18) C. 4. 19) C. 3. 20) Gisleberti chron. Hanon., SS. XXI, p. 579. 21) Ibid. p. 536. 22) C. 1.

Rothomagi, i. e. post d. 1. *Iul. a.* 1204[1], *calamum sumsisse patet. Quocum convenit, quod auctor de expeditione Balduini IX. comitis Flandriae in Terram Sanctam a.* 1202. *suscepta in primo capitulo affert:* In Flandria porro et in Haynau gloriosus princeps Balduinus principatur *(a.* 1191—1205*)*, qui per varios casus et multa discrimina rerum Iherusolime profectus, novis et felicibus eventibus aures nostras replet. *Ex his potissimum verbis:* novis et felicibus eventibus aures nostras replet, *non audacius concludere mihi videor, nuntium expugnationis Constantinopolitanae, quae d.* 9. *Maii a.* 1204. *evenit, iam ad monachum nostrum pervenisse. Quod quidem confirmatur verbis quae c.* 12. *occurrunt*: Balduinus *(IV)* avus imperatoris Constantinopolitani Balduini. *Mortem tamen Balduini, quae a.* 1205. *accidit, auctor certe nondum compertam habet. Quae omnia probant, nostrum sexagenarium circiter fine a.* 1204. *vel initio a.* 1205. *chronicon monasterii Laetiensis conscripsisse.*

Initium narrationis auctor inde ab eiectione canonicorum, quorum loco a. 1095.[2] *Theodericus comes Avesnensis monachos instituit, sumsit. Anteriora enim tempora sibi praetereunda esse dolet*[3], *cum per* desidiam antecessorum nullis scriptis *instructus sit* de statu temporis illius, qui a morte abbatis Gontardi *(c. a.* 800*)* usque ad eiectionem canonicorum *(a.* 1095*)* ab hac ecclesia pertransiit. *Id quoque post multam deliberationem*[4] *in opere componendo sibi proposuisse confitetur, ut nil scriberet quae aut ipse non vidisset aut ab illis qui vidissent referri non audivisset. Quare ea*, que a relatoribus minus diligenter, etate puerili impediente, *inquisiverit*, causa veritatis conservande aliquantulum succincte *se percursurum esse promittit*[5], *plenius vero sibi enarranda, quae* firmius, visu scilicet et auditu, *constent. Valde ergo dolendum est, quae auctor de suo tempore testis oculatus conscripserit, nobis non servata esse. Ea etenim quae Iacobus de Guisia Annalibus suis inseruit, cum annum* 1147. *non excedant, nonnisi ex seniorum narrationibus auctori innotuisse elucet; cuius quidem rei vestigia attentius legentes ubique fere invenient*[6]. *At quaeret quis, num re vera ad iustum finem auctor librum perduxerit an imperfectum fortasse posteritati reliquerit? Quae quidem quaestio certo diiudicari nequit; sed equidem imperfectum fuisse opusculum magis crediderim. Nam ab eodem anno* 1147, *quo chronicon apud Iacobum de Guisia desinit, etiam narratio Iacobi de Lespée multo brevior fit ac sterilior*[7]*; qui tamen fonte quodam Laetiensi non prorsus caruisse videtur, cum etiam post hunc annum usque ad finem saeculi XII. quaedam quamvis pauca de abbatibus Laetiensibus proferat, quae aliunde comperta non habemus; econtra ab initio saeculi XIII. nil nisi abbatum catalogum praebet. Qua de causa auctorem id quod sibi proposuerat consilium: se velle fusius de* visis et quasi manu attrectatis[8] *quam de* relatis auditis *disserere, non exsecutum esse, probabile mihi videtur. Huc accedit, quod etiam in illa quae restat chronici parte indicia inveniuntur, opusculum omnibus numeris minime esse absolutum. Filum*

1) Vid. Radulphi de Cogeshall chron. Anglic. ed. Stevenson (London 1875) p. 145 sq.; Matth. Paris. chron. mai. ed. Luard (London 1874) II, p. 488. Cf. Scheffer-Boichorst, 'Deutschland und Frankreich' ('Forschungen zur deutschen Geschichte VIII) p. 515.
2) Ut confirmat privilegium, quod affert Duvivier, 'Recherches sur le Hainaut ancien' p. 467 sq. Cf. infra quae adnotavi ad calcem c. 1.
3) C. 1.
4) C. 1: *diu multumque mecum deliberavi, que scribenda queve omittenda forent, maxime cum nil scribere proposuerim, que aut ipse non viderim aut ab illis qui viderunt referri non audierim.*
5) C. 1; cum his cf. quae c. 5. profert: *Quoniam igitur, sicut prius promiseram, in relatis auditis succincte pertransii, in visis autem et quasi manu attrectatis amplius moratus sum, iam ad statum Letiensis ecclesie, his omissis, regrediar.*
6) E. gr. cf. c. 2: *dicitur extitisse quidam Wedricus;* ibid.: *a pluribus curialibus per Hainau refertur;* c. 6: *fertur autem eadem* (Ida) *multam futurorum scientiam habuisse;* c. 12: *sicut ab eis sepius audivi.*
7) l. l. p. 422.
8) C. 1.

orationis tenue; quidque auctori succurrit, enuntiatur; de expeditione Conradi III. imperatoris et Ludovici VII. regis Francorum a. 1147. *in Terram Sanctam suscepta bis traditur*[1].

Fontes in auxilium auctor adscivit praeter monachorum narrationes, quibus plurima debentur, chartas[2] *et martyrologium*[3] *monasterii. E scriptis libris Vita Hiltrudis*[4] *et Herimanni Tornacensis libro de miraculis sanctae Mariae Laudunensis*[5] *usus est. Etiam Nicolai canonici Leodiensis Vitam Lamberti, quae Wedrico abbati dedicata erat, legit*[6]. *Nunquam tamen fontes ad verbum descripsit; sed critico quodam ingenio quae ad rem pertinerent elegit suoque more mutatis verbis in usum traxit. Est etiam animo liberiore*[7] *quam permulti medii aevi scriptores adque causas rerum descendere studet. Cui potissimum rei ecclesia divitias suas deberet, matronarum nimirum fidelitati, investigat*[8]*; dolet, quod saepe rerum scriptores* veritatem narrationis minus perfecte *prosecuti essent,* principum offensam veriti[9]. *Hic illic falsa quaedam et confusa occurrunt; quod quidem non mirum, cum plerumque ea quae per ora hominum tradita acceperat enarret. Ordo temporum non semper servatus. Confundit Gontherum abbatem Laetiensem et Gontherum abbatem Crispiniensem*[10]*; pacem quam ecclesia Laetiensis a Gozvino comite Avesnensi nonnisi post multas controversias ac difficultates impetraverat, quasi sponte ac libenter concessam refert*[11]. *Sed eius modi peccata non ita saepe inveniuntur. Plerumque bene ac veraciter res gestas adumbravit, id quod ex chartis iam exstantibus confirmatur. Scribendi genus est simplicius et facilius intellectu, quam apud Lotharingiae scriptores solet. Praeter libros sacros Vergilium et Lucanum legisse videtur. Hectorem, Andromachen, Cassandram laudat*[12].

Subsidia editionis nostrae duos Iacobi de Guisia codices adhibuimus[13]. *Sunt*

1) *Codex Valentianensis nr.* 578 *(tom. III, fol.* 8—14'*), membr. fol. saec. XIV/XV, olim bibliothecae fratrum Minorum recollectorum conventus Valentianensis, quem in Annalibus nostris ('Neues Archiv' II, p.* 313 *sq.) descripsimus*[14]. *Hic est optimus sine dubio Iacobi de Guisia codex, hucusque tamen nunquam a viris doctis in usum vocatus*[15]. *Multo minoris pretii est*

2) *Codex Parisiensis nr.* 5995 *(tom. III, fol.* 5'—9*), membr., fol. saec. XV, ex quo editio Iacobi, a.* 1826—1838. *cura marchisi de Fortia vulgata, expressa est. — Cum autumno a.* 1875. *Valentianis moratus codicem* 1 *evolverem, eum meliorem praebere textum quam codicem Parisiensem, facile perspexi. Ubique enim Valen-*

1) C. 11. c. 12. ad finem. 2) C. 8: *sicut in plerisque nostris invenitur privilegiis.* Cf. c. 3. 6. 9. 3) C. 7: *unde etiam in nostro martirologio annuatim nominis sui* (Raineri Crispiniensis) *memoria celebratur.* 4) C. 1: *Vita enim b. Hiltrudis, que hodie legitur;* cf. quae ad c. 1. et 2. adnotavi. Edidit Mabillon, AA. SS. ord. Ben. III, 2, p. 420 sqq.; Ioh. Perierus, AA. SS. Boll. Sept. VII, p. 489 sqq. 5) C. 3: *sicut in Laudunensi ecclesia scriptum continetur,* quibus verbis Herimanni librum intelligit. Edidit Dachery post Guiberti Novigentensis opera (Paris 1651) p. 526. 6) Cf. quae ad calcem c. 1. adnotavi. 7) E. g. cf. c. 12: *Hic apparet, non esse sanum cuilibet subiecto cum domino suo pactionem aliquam habere aut ludere aut mutuum aliquod accipere.* 8) C. 9: *Per matronas enim fideles semper ecclesia nostra multiplicationem accepit, quam militum oppressio sepissime nudavit.* 9) C. 1. 10) C. 8. 11) C. 9. 12) C. 6. 13) Vetustum chronici Laetiensis codicem nescio quo iure laudat Reiffenberg, 'Compte rendu de la com. roy. d'hist.' tom. II (Brux. 1838), p. 51, n. 1: 'Le MS. complet des annales de Liessies avec le cartulaire de l'abbaye fut vendu à Paris chez Techener en 1833, et acheté par un Anglais appelé M. Moore. Mr. Guérard au nom de la bibliothèque du roi en avait offert jusqu' à 800 francs à ce qu'il m'a raconté'. (Cf. 'Monuments de Namur' etc. VII, introd. p. CXIII, n. 7). De hoc codice nil comperire potui. Libri manuscripti, qui erant in bibliotheca b. m. Moore, venierunt Londini d. 28. April. 1856 (ap. Puttick et Simpson), quorum in catalogo nihil quod ad monasterium Laetiense pertineat repperiri, viri docti Anglici benevole mecum communicaverunt. 14) Cf. Mangeart, 'Catalogue des Manuscrits de la bibl. de Valenciennes' p. 569 sq. 15) Laudat cum Fortia I, 4, sed non inspexit.

tianensis cumfontibus, ex quibus Iacobus de Guisia hausit, convenit, aut si non convenit, tamen ad similitudinem eorum propius accedit. De qua re ut etiam aliis persuadeam, pauca exempla afferam. Iac. d. G. lib. XV, c. 30, *ed. Fortia XI, p.* 118, *lin.* 11: esse moleste 1. *Herim. Tornac. (de restaur. s. Martini c.*57*)*; m. e. 2. — *Ibid. lin.* 14: ipsi 1. *Herim.*; sibi 2. — *Ibid. lin.* 18: sexagies 1. *Herim.*; sexagesies 2. — *Ibid. lin.* 30: ego 1. *Herim.*; ergo 2. — *Ibid. Fortia p.* 120, *lin.* 3: conversionis sue 1. *Herim.*; s. c. 2. — *Ibid. lin.* 4: fuisset 1. *Herim.*; fuit 2. — *Ibid. lin.* 7: coram eodem episcopo 1. *Herim.*; eodem *deest* 2. — *Ibid. c.* 31. 32, *Fortia p.* 120, *lin.* 4: Eadem vero domina 1. *Herim.*; vero *deest* 2. — *Ibid. c.* 33, *Fortia p.* 124, *lin.* 4: penitens 1. *Herim.*; penitus 2. — *Ibid. lin.* 6: Montenses comites 1. *Herim.*; c. M. 2. — *Ibid. c.* 30, *Fortia p.* 118, *lin.* 10: respondit 1, 2, *sed superscripsit* vel bat 1; respondebat *Herim.* — *Attamen cum quaedam menda, quamvis pauca, in* 1 *occurrant, quae in* 2 *non leguntur, utrumque codicem ex communi fonte fluxisse iure coniicias. Codice igitur Valentianensi pro fundamento editionis nostrae usi sumus; varias Parisiensis lectiones adnotavimus, mendis illius ex hoc emendatis. Alia quae iam a Iacobo vitiata sunt, proprio periculo corrigere temptavimus. In scribendis verbis modum saec. XII. XIII. restituimus, delentes quae ex more saec. XIV. XV. irrepserant, e. gr.* deffensores, sepefatta, tirranicus, signiffico, neccessaria, Phillipus *etc. Capitula secundum Iacobum de Guisia instituimus; lemmata vero utpote a Iacobo addita omisimus*[1]. *Codicem Valentianensem contulit b. m. K. Foltz, Parisiensem W. Arndt, prof. Lipsiensis.*

Post Iacobum de Guisia chronicon Laetiense in manus Iacobi de Lespée venisse[2], *iam supra contendimus; qui Iacobus, monachus nimirum Laetiensis, in praefatione opusculi sui haec profert*[3]: Penes nos est venerandae vetustatis codex vix legibilis, ex quo thema nostri laboris desumptum est. Hunc itaque codicem curiose relegens, obiter annotavi ea quae videbantur scitu digna. Olim in his investigandis a me plus iusto sudatum, ac nullae chartae, quamvis antiquae, meo stomacho satisfacere poterant, donec lectione antiqui codicis calescentem animum utcumque refrigeravi. *Et paullo post:* Si denique ob annorum supputationem nimis exactam iniquus rerum aestimator me falsarium et mendacem clamaverit, qui etiam exigat omnium quae hic habentur infallibilem veritatem: hunc ad antiquum codicem relego; cum eo — si ita placet — pugnet et ad amussim disquirat, num iure arguendus sim. *Hunc quem laudat codicem chronicon Laetiense continuisse, ut persuasum nobis habeamus, quid obstet non video. Dicentibus enim, Iacobum fortasse chronicon Laetiense ex Annalibus Iacobi de Guisia, ex quibus nonnulla in subsidium vocavit, cognovisse, hoc obiicio, quod Iacobus alio loco expressis verbis ad opusculum Iacobi de Guisia tanquam ad fontem suum delegat*[4]. *Itaque difficile intellectu, si hic etiam Iacobum de Guisia significare voluisset, cur nomen eius suppressisset. Ex lectionibus Iacobi de Lespée certi quidquam vix concludi potest, cum fontes non ad verbum descripserit; uno tantum loco, ubi eisdem verbis usus est, pro mendosa lectione Iacobi de Guisia* in via *rectius* ruina *exhibet*[5]. *Maioris momenti est, quod — ut iam supra dixi — etiam ab a.* 1147. *usque ad finem saec. XII. Laetiensia*

1) Ceteroquin lemmata in duobus codicibus laudatis prorsus inter se differunt. 2) Iacobus de Lespée scripsit prologum operis, ut ipse p. 394. indicavit: *Ex nostra cellula Laetiensi* 13. *Calend. Ian. anno a partu virginis* 1544. Obiit a. 1546. secundum Reiffenberg, introd. p. CXII. Apparet igitur, finem operis, quod historiam monasterii usque ad a. 1578. enarrat, ab alio quodam additum esse. 3) l. l. p. 393. 4) l. l. p. 424: *In tertio volumine Chronicorum Hanoniae poteris videre* etc. 5) C. 7; Iacobus l. l. p. 414. Rectius quoque apud eundem p. 414: *Flamingus Guillelmus* legi videtur, ubi chronicon c. 12: *flammiger G.*

quaedam profert, quae nusquam alibi tradita sunt quaeque eum libello quodam Laetiensi praeter Iacobum de Guisia innisum esse probant. Haec necnon alia pauca, quae ex necrologiis sumsisse videtur, editioni nostrae subiicere voluimus.

Berolini, mense Ianuario 1878. *Ioh. Heller.*

1. Scripturus de statu ecclesie nostre, Letiensis videlicet, diu multumque mecum[a] de-
liberavi, que scribenda queve omittenda forent, maxime cum nil scribere proposuerim, que
aut ipse non viderim aut ab illis qui viderunt referri non audierim. Multa sunt autem in
his, que a relatoribus minus diligenter, etate puerili impediente, inquisivi; in quibus causa
veritatis conservande aliquantulum succincte percurrens, a lectoribus mihi postulo ignosci,
quoniam alia[b], que firmius, visu scilicet et auditu, constant[c], Deo adiuvante plenius enar-
rabo. Lectoribus autem satisfacere volens, ne de minus idoneo teste scrupulum habeant,
significo, me a puerili etate huius ecclesie monachum fuisse, patremque meum cum rege
1148. Francorum Ludovico[1] Iherusalem profectum, in eundo Constantinopolim obisse; cuius
Ludovici filius nunc regnat Philippus[2] et regem Anglie vehementer expugnat Iohannem, et
1204. Iun. 1. Rothomago[3] aliisque munitionibus captis, usque ad extremos limites regni sui cis mare
victor persequitur. In terra vero Avesnensi[4] Walterus, filius Iacobi, dominatur. Qui Iaco-
1190. bus, dum contra perfidos gentiles viriliter pugnavit, armis eorum peremptus fideliter occu-
buit[5]. In Flandria porro et in Haynau gloriosus princeps Balduinus[6] principatur, qui per
Verg. Aen. I, 204 varios casus et multa discrimina rerum Iherosolime profectus[7], novis et felicibus eventibus
aures nostras[d] replet, cui etiam ora omnium fidelium pie acclamant. Porro desidiam ante-
cessorum nostrorum multum redarguo, qui nullis nos[e] scriptis instruxerunt de statu tem-
poris illius, qui a morte abbatis Gontardi[8] usque ad eiectionem canonicorum[9] ab hac ecclesia
cf. Zach. 3,2. pertransiit. Vita enim beate Hiltrudis, que hodie legitur[10], quasi torris[f] erutus ab igne nos[e]
accendens, diligentie nostri[g] scrutinii parum satisfacit. Puto autem eandem causam hic
evenisse, que et in martirio beati Lamberti scribendo accidit[11]: scriptores enim temporis
illius principum offensam veriti, qui tunc regnabant, veritatem narrationis minus perfecte
prosequuti sunt, ne eisdem ipsis videntibus et audientibus opprobrium interfectionis beati
martiris innuerent. Verebantur enim, ne simile quid eis eveniret, quod Lucano a Nerone
principe factum refertur, qui, dum libertatis rei publice verus zelator[h] et defensor nimius
scribendo extitit, in Iulium Cesarem et in ipsum Neronem minus digna loquutus est, unde et
ab ipso Nerone dicitur occisus fuisse[12]. Simile huic opinans, nescio, utrum ignorantia an
timore id egerint. Pretermisso igitur tempore, quod cum Hungrorum[i] rabie usque ad mo-
1095. nachorum restaurationem pertransiit, de quibus constiterit scribere aggrediar, id maxime
sperans temporibus futuris profuturum, si simile quid aliquando acciderit. Ignoramus enim,
qui post decessum beate Hiltrudis huius ecclesie defensores fuerint, maxime cum omnes
heredes Wiberti comitis, fratres videlicet sancte Hiltrudis, immatura morte preventi fuisse
scribantur[13]. Qui autem de captivitate Hungrorum regressi fuerunt et materiam scribendi
calamo scriptoris dederunt[14], ut de conflagratione Letiensi[k] loqueretur, nichil ab illo stu-

a) *deest* 2. b) alias 1; aťz 2. c) constanter 1. 2. d) vestras 1. 2. e) vos 1. 2. f) *emendavimus ex versu Sacrae Scripturae laudato;* terris exutus 1. 2. g) vestri 2. h) relator 1. i) Hungorum 2. k) Liessiensi 2.

1) Septimo. 2) II. Augustus. 3) Rouen. Cf. praefat. p. 488 sq. 4) Avesnes, a Valenciennes ad orientem. 5) A. 1191, Sept. 7; cf. Gisleb. chron. Hanon., SS. XXI, p. 579; Cont. Aquic., SS. VI, p. 427. 6) Nonus (1191—1205). 7) A. 1202. Eum nunquam Ierusalem venisse, satis notum est 8) Circa a. 800. 9) A. 1095, ut confirmat privilegio suo Galterus episcopus Cameracensis, ap. Duvivier, 'Recherches sur le Hainaut ancien' p. 467 sq. 10) Hanc vitam medio saec. XI. conscriptam edidit Mabillon, AA. SS. o. B. III, 2, p. 420 sqq., Ioh. Perierus, AA. SS. Boll. Sept. VII, p. 488 sqq. (ex ms. Laetiensi collato cum Lobiensi). 11) Lambertus erat patronus monasterii Laetiensis. Nicolaus canonicus Leodiensis, qui antiquiores Lamberti vitas medio saec. XII. ampliavit, suam vitam Wederico abbati Laetiensi dedicavit. Hanc vitam nostro praesto fuisse patet, cum etiam Nicolaus veram martyrii Lamberti causam ab anterioribus scriptoribus non traditam esse disertis verbis doleat. Cf. Nic. vit. Lamb., epist. dedic., AA. SS. Sept. V, p. 602. 12) Haec unde auctor sumserit, nescimus. 13) Vit. Hiltrudis c. 7, Mabillon l. l. p. 423: *Parentes eius cunctis quos heredes sibi adsciverunt immatura morte sublatis privati sunt, quorum corpuscula in saepedicta ecclesia* (scil. Laetiensi) *continentur sepulta.* 14) Ibidem c. 12, p. 425: *Qui, postquam victoria facta est de Hungris, repatriantes, materiam capituli huius calamo nostro dederunt.*

diosi scrutinii acceperunt, quis tunc temporis abbas fuisset, et an ecclesia advocatum secularem an ipsum abbatem haberet. Nec mirum; monachus enim fuit Wachorie[1], qui rogatu clericorum vitam sancte scripsit Hiltrudis, nec huiusmodi indagationibus[a] intendit.

2. Tempore namque canonicorum beata virgo ab humo levata fuit, et ab ipsis predictus monachus rogatus, ut vitam scriberet et cantum componeret, sicut apparet in libello, qui apud nos habetur ab ipso scriptus et ad usum clericorum ordinatus. Ipsi etiam clerici destructionis huius ecclesie auctores fuerunt, qui, aperto virginis sepulcro, testamentum illi consepultum stulte levaverunt[2] — nescio utrum in causam ducti, an in causam ducentes —, privilegium plumbo sigillatum ad curiam detulerunt. Invasor autem ille, viso predicto testamento, totum quod possidebat videns per illud sibi auferri, ipsum de manibus legentium rapuit et in igne proiecit. O dolenda dies! Ibi tota immunitas et libertas ecclesie Letiensis[b] periit, et que[c] munimen habebat regalis munificentie, iam tunc cepit ancillari sub iugo dominationis tirannice. Tirannicus autem et huius facinoris perpetrator dicitur extitisse quidam Wedricus[3], cognomen habens Ad-barbam, mansionem habens apud Fagetum[4] super tumulum aggeris, qui ibidem super fluvium Helpram apparet in loco palustri. Habuit autem hic filios, quorum unus fuit dominus Theodericus[5], huius ecclesie fundator, vir militaris et magne fortitudinis decorisque. Pater huius[d] turriculam de Avesnis construxit; ipse vero maiorem turrem et[e] habitationem, sicut hodie apparet, edificavit. Quis autem is Wedricus[f] fuerit, querentibus hoc dicere possum, quod a pluribus curialibus per Hainau refertur. Descendit a genere cuiusdam Guerrici cognomento le Sor, de Lutosa[g, 6], qui villas que in Brabanto sunt stipendiarias fecit, sicut hodie sunt, domino Avesnensi, et quartus post illum fuit. Huic predicto Guerrico comes de Hainau terram inter duas Helpras[7] iacentem in feodum[h] et hominium contulit, sicut hodie ipsius heredes possident; in qua possessio sancte Hiltrudis defensore carens penitus est distracta. Erat autem possessio eius, sicut in Vita eius invenitur[8], a Molihamio[9] usque ad villam, que Senuescus propter aquam ibi currentem eiusdem nominis ita prius vocabatur, nunc autem Vallis[10] dicitur. Qui igitur infra hos terminos aliquid possident, videant, quali ratione alienis et Deo sanctificatis utantur, cum tamen ea regali munificentia per manum Wiberti comitis Deo fideliter constet fuisse oblata[11]. Testamento igitur beate virginis combusto, non multo post, divino faciente iudicio, intestatus et ipse misere obiit, et in villa Letiensi corpusque eius inter duas ecclesias, beati scilicet Lamberti et aliam que iuxta erat[12], monitu sancte Hiltrudis constructas, sepultum est, manenteque et permanente infamia prescripti facinoris ubique proclamati.

3. Theodericus igitur huius[i] heres effectus — quemque illi viderunt a quibus multa de ipso audivi — cuidam nobilissime nupsit matrone Ade nomine. De cuius genere et nobilitate, sicut in Laudunensi ecclesia scriptum continetur[13], in fine annotabimus[14]. Hic etiam Theodericus pro remedio anime patris sui, quoniam ille intestatus obierat, villam de Feron[15] Letiensi[k] ecclesie contulit; et postea monitu et instantia uxoris sue, ut ecclesiam

a) indagacionis 1. b) Liessiensis 2. c) quod 2. d) eius turricellam 2. e) et h. *des.* 2. f) Wedericus 2. g) Lutoza 2. h) foedum 2. i) eius 2. k Lietensi 2.

1) Waulsor; auctor ipse, quis fuerit, non indicavit. 2) Cf. Vitam Hiltrudis c. 7, Mabillon l. l. p. 423: *Quod videlicet testamentum . . plumbo sigillatum, piissimi genitores . . illi consepeliri fecerunt. Quod multos post annos tempore Henrici augusti, qui tertio Othoni successerat, temeraria curiositate aperto virginis sepulcro inventum et a quodam non de heredibus, sed de pervasoribus eorum quae fuerant sanctae Hiltrudis, igne crematum est.* 3) De hoc Wedrico in Vita Hiltrudis nil legitur. Sed cf. quae narrat Balduinus Avennensis c. 85, SS. XXV, p. 427, qui cum nostro convenit. 4) Fayt-le-Grand et Fayt-le-Petit ad fl. Helpe mineure. 5) De Avesnes; cf. Herim. Tornac. restaur. s. Martini Tornac. c. 56, supra p. 298: (Theodericus) *qui eodem tempore* (a. 1095) *in propria terra sua cenobium Lesciense a fundamentis construxit, omnibusque officinis peractis, monachos ibi posuit, et unde victum et vestitum haberent, abundanter providit.* 6) Leuze, a Tournai ad orientem. 7) Helpe majeure, Helpe mineure, quae in Sabim fluunt. 8) C. 7, Mabillon l. l. p. 423. 9) Molhain prope Marienbourg (a Givet ad occidentem). Cf. AA.SS. Boll. Aug. VI, p. 485. 10) Leval (?); cf. Duvivier, 'Recherches sur le Hainaut ancien' p. 250. 11) Secundum Vit. Hiltrudis c. 1, p. 421. 12) Etiam in chartis nomen huius ecclesiae non indicatur; cf. e. gr. chartam Walteri ep. Camerac. a. 1095, ap. Duvivier p. 467: *in quadam ecclesiola, quae iuxta aliam ecclesiam in honore s. Lamberti sita est.* 13) In libro Herimanni Tornacensis de mirac. s. Mariae Laudun. I, c. 2, ap. Dachery post Guiberti Novigentensis opera (Paris 1651) p. 529. 14) Deest. 15) Hanc traditionem confirmarunt a. 1095. Galterus, a. 1103. Manasses, episcopi Cameracenses, in chartis quas edidit Duvivier l. l. p. 467. et 487. Cf. ibid. p. 496. chartam Odonis episcopi Cameracensis a. 1111. datam: *totum allodium de Feron, tam in terris quam in silvis et omnibus redditibus suis, quod prefatus*

novam construeret, sese viriliter accinxit; quam apud Avesnas fundavit. Ipsa ergo ibi iam erecta, et dormitorio atque capitulo fabricato, que oculis meis inspexi sepius, tandem salu-
1095. bri mutato consilio, operam suam intendit, ut languentem ecclesiam Letiensem[a], clericis eiectis et monachis restitutis, renovaret. Accessit ad hoc opus perficiendum venerabilis Ada matrona, predicti facinoris abolendi intentione et predicte ecclesie antiqua tacta nobilitate. Fervet igitur opus, communi adhibita intentione. Quoniam idem princeps de ipsa nullum habuit heredem, ipsa vero ante dominum Theodericum duobus nupserat viris[1], Godefrido de Gusia et postea Waltero de Aat[b] et Nivella[2]; de quo filiam habens Beatricem nomine eamque secum habens, tradidit Arnulpho, fratri comitis de Hainau Balduini[3]. Hec Beatrix mater fuit Eustacii del Rues[c,4], sepiusque audivi eundem Eustacium referre[5], quod in loco[d] illo, ubi nunc nostra est coquina, in thalamo venerabilis avie sue Ade genitus fuit. Predicta vero mater eius Beatrix iacet sepulta apud Sartum[e,6], ubi ecclesia est sancti Michaelis, que est nostra. Pro cuius anima eadem ecclesia possidet annuatim 3 solidos alborum apud Trevire[7] accipiendos.

4. Quoniam autem sermonis series hoc exigit, dignum duximus de ecclesia sancti Michaelis in Sarto scribere. Fuit in illa regione apud Veterem-villam[8] comes quidam Radulphus nomine. Hic uxorem duxit quandam matronam nobilem Petronillam nomine, cognomento autem Comitissam, que de[f] Roci[9] dicitur advenisse, cognata illius Ebali[10] qui filius fuit Hilduini comitis de Roci. Hec de viro predicto Ebalum filium genuit et quatuor filias genuit. Quarum unam accepit Walterus de Fontanis, Beatricem nomine; de qua nati sunt Walterus[11] miles inclitus et Alis, soror eius; quos omnes sepius vidimus, et per successiones nati sunt qui hodie permanent. Alteram Alardus de Castelin accepit, genuitque Walterum et sororem eius Petronillam. Tertiam accepit Henricus de Birbais, genuitque filium Willelmum, virum militarem et strenuum, cuius filii multi extiterunt[12], ut hodie apparet. Quartam accepit Willelmus de Alta-rippa, que Philippum et Cononem genuit. De Philippo nati sunt Clarembaudus[13] et Iacobus archidiaconus Laudunensis ex matrona nobili Anfilis nomine, que, mundo posthabito et pompis eius, hodie in Monasteriolo[14] devote Christo famulatur. Mortuo igitur predicto Radulpho comite, qui apud Gociliis[g,15] ecclesiam fundaverat, ut ibi monachos induceret; matrone[16] fideli moriens demandavit, ut quod ceperat fideliter perageret; quod et fecit. Mutato enim consilio, ipsa et filius eius Ebalus castrum et munitionem que in Sarto erat equavit et ecclesiam cum officinis, sicut hodie apparet, ibi construxit; baptisterium autem apud Gociliis locavit, eo usa consilio, quo[h] eius cognata Ada de Avesnis ecclesiam de Avesnis apud Lietias transtulit, ut absque strepitu villano[i] Deo a suis fidelibus tranquille[k] serviatur.

5. Igitur predicta matrona penitus sese Dei famulatui addicens, bono odore fame Letiensis et amore cognate sue Ade Avesnensis ducta, monachos Letienses in suam ecclesiam habitatores induxit perpetuos et de Gociliis reduxit: Gozvinum videlicet de Fageto, virum digne memorandum, qui libros et historias ibidem apparentes manu sua scripsit et alia multa ornamenta acquisivit, auxiliante sibi in omnibus predicta matrona; Iohannem etiam Calvum et Rogerum, quorum cura pupillus ego diu[l] nutritus ibidem fui. Relicto etiam predicta Petronilla mundo habitum religionis, domo sibi constructa ante templum, que adhuc superest, assumpsit, filio suo Ebalo amministrationem[m] principatus relinquens[n], quam ille strenue quamdiu vixit[o] gubernavit. Nichil autem quam quod iuste possidebat ecclesie contulit; tenebat enim quam plura, que potius ex rapto fortitudinis

a) Lietiensem 2. b) Aath 2. c) Ruez 2. d) i. l. 2. e) Sarcum 1 *saepius*. f) *deest* 2. g) Gocilliis 2 *saepius*. h) q 2. i) villam 2. k) transquille 2. l) n. d. 2. m) amministratione 1. 2. n) reliquens 1. o) iuxta 1.

Theodericus pro anima patris sui Guerici eidem ecclesie liberum contulerat. 1) Haec secundum Herim. Tornac. de mirac. s. Mariae Laudun. I, c. 2, l. l. p. 529. 2) Guise, Ath, Nivelles. 3) Tertii (a. 1126—1133). 4) Cf. Gisleb. chron. Hanon., SS. XXI, p. 505. 5) Obiit c. a. 1190. cum Friderico I. in Terram Sanctam profectus, teste Gisleberto l. l. p. 579. 6) Sars. 7) Trivières, a Mons ad orientem. 8) Viesville. 9) Rouci (départ. Aisne, arrond. Laon). 10) Secundi. Genealogiam comitum de Rouci adeas ap. Herim. Tornac. de mirac. s. Mar. Laudun. I, c. 2, l. l. p. 528sq.; Albricum, SS. XXIII, p. 783. et 794. 11) Obiit a. 1183. secundum Gislebertum l. l. p. 536. 12) *Gerardus et Walterus fratres de Birbais* occurrunt a. 1195. ap. Gislebertum p. 600. 13) Hic saepius ap. Gislebertum memoratur, postremo ad d. 27. Dec. a. 1189, l. l. p. 569. 14) Montreuil-sur-mer; hic monasterium feminarum a Bartholomeo episcopo Laudunensi constructum esse, tradit Herim. Tornac. de mir. s. Mar. Laud. III, 17, l. l. p. 551. 15) Gosselies, a Charleroi ad septentrionem. 16) Scilicet Petronillae uxori. Nota apertum anacoluthon.

sue et parentum suorum quam ex censura possidebat, unde sui nepotes — nam heredibus caruit — multam vexationem pertulerunt. Ab his ergo, ut diximus, abstinuit; multa vero alia iuris sui, si vixisset, ecclesie eidem contulisset, nisi morte intestata apud Lowanium[1] in precinctu militari propera[a] morte decessisset. Hic memorandum est illud Salomonis: *Fili, quodcunque potest manus*[b] *tua instanter operare, quia neque opus neque ratio apud inferos, quo tu properas.* Eccl 9,10. In hac ecclesia iacent hec corpora: Heluidis de Castelin et[c] ad sinistram filius eius Walterus; deinde domina Petronilla et ad pedes eius dominus Ebalus; ad cuius pedes Beatrix de Fontanis, ad cuius sinistram Walterus, filius eius, ad dexteram vero Beatrix de Trivire, filia domine Ade Letiensis, ad sinistram domini Ebali Henricus, miles gloriosus et vere reverendus[d], filius Willelmi de Birbaco. Cuius Henrici frater Theodericus et uxor eius Basilia in Gociliis dominantes, ecclesiam de Sarto aliquantulum novercali studio prosequentes, eidem, quam antecessores eius in Christo genuerunt, non ova sed scorpiones, non panes sed lapides porrigunt. cf. Luc 11, 11.12. Nondum[e] illis diebus ordo Clarevallensis aut Premonstratensis increverat; sed viri excellentes, qui nostrum ordinem in sublime extulerunt, nostras ecclesias conversione sua et impensis suis magnificis honorabant et sua defensione protegebant, sepius eas visitantes, non ut opprimerent, sed ut statu benigne inquisito in cunctis fideliter patrocinarentur; non ut auferrent, sed ut[f] potius afferrent. Sicut autem speciale cimiterium dominorum de Avesnis est ecclesia Letiensis, ita militum quos memoravi est Sartum per successiones eorum. Memini enim, in pueritia mea in camera abbatis instrumenta armorum me[f] vidisse, quibus pugiles instruuntur et decertant; quibus etiam armis instructus fuit Walterus de Fontanis ibidem a magistro suo, pugnaturus contra Godescalum de Ambresin[g], ductus in causam a comite Namurci[h] Henrico[2] pro castello Veterisville[3]; que tamen contentio[i] pactione sedata fuit. Volo autem ut[k] sciatur, quod ad exequias tam excellentis viri Ebali nemo parentum eius interfuit; sed castella et villas, audito eius obitu, occupantes, rusticano cuidam super redam ad Sartum devehendum reliquerunt eum, cuius uxor Basilia munitioni de Gociliis se intulit. Ecce libet intueri non fructus, sed potius frutices laborum temporalium, in quibus rubete, colubri pictique lacerti habitant. Felices illos dixerim, quorum impensis et studio populus Israel in domo Domini archam in iubilo deducit et David cum cantoribus citaram percutit. Quoniam igitur, sicut prius promiseram[4], in relatis auditis succincte pertransii, in visis autem et quasi manu attrectatis amplius moratus sum, iam ad statum Letiensis ecclesie, his omissis, regrediar.

6. Dum igitur fidelis matrona Ada animum mariti sui Theoderici ad restaurationem monachorum penitus inclinasset, adhibuit etiam parentum suorum nobilium, quorum magna erat copia, non parvum auxilium. Quorum unus erat vir magnificus dominus Bartholomeus Laudunensis episcopus[5], vir etiam catholicus et sancte ecclesie specimen insigne. Hic ligna et tigna de Vosago ad hanc structuram fecit referri, que adhuc in quibusdam locis apparent serra secata, quoniam his in locis tunc temporis nulla talium silvarum erat copia, que huic structure sufficere posset. Collaria[l] etiam aurifrigio[6] et lapillulis ornata et alia ornamenta cathedramque[m] sacerdotalem a dexteris altaris sue cognate contulit, eamque ipse postea consummatam benedixit, salva reverentia[n] Cameracensis [ecclesie[o]], que tunc carebat presule[7]; in altari sancti Lamberti de veste beate Marie sigillans, filiam suam semper vocare solitus eandem ecclesiam[8]. Princeps autem dominus Theodericus ad huius ecclesie dotem theloneum de Avesnis et altare addixit[9] et innumera[p] alia, ut suo desiderio satisfaceret et patris sui iniquitatem redimeret; fecissetque ampliora, nisi morte inopina[10], cede videlicet,

a) propria 1. b) manu 1. c) C. et dom. P. et ad p. e. d. E. et ad sin. Heluidis f. e. W. ad p. Ebali 2. d) referendus 1. 2. e) Nundum 1. 2. f) *deest* 2. g) Ambresim 2. h) Nammuci 1. i) conventio 2. k) quod sc. ut 2. l) Collario 2. m) in qua *add.* 1; *fort.:* cathedram quoque; *vel* cathedramque inquam? n) reverencie 1. o) *deest codd.; supplevi.* p) munera 2.

1) Löwen. 2) Primo (a. 1139—1196). 3) Viesville. 4) C. 1. 5) Sedit a. 1113—1150, quo anno in Fusniacensi coenobio monachus factus est. Ada erat matertera maior Bartholomei, teste Herimanno Torn. de mir. s. Mar. Laud. I, c. 2, Dachery l. l. p. 529. 6) Gallis: *orfroi,* i. e. Goldfrangen. 7) A. 1113—1115. sedes Cameracensis vacabat. Cf. chartam Radulphi archiepiscopi Remensis a. 1114. Laetiensi ecclesiae concessam, *cum tunc Cameracensis catedra episcopo benedicto carebat.* Duvivier, 'Recherches' p. 511 sqq. 8) Nostrum hic chartam Bartholomei ante oculos habuisse, ex verborum tenore iure concludere mihi videris. 9) Cf. chartas quas supra p. 493, n. 15. attuli, et confirmationem Paschalis papae a. 1106, Oct. 18. datam, ap. Duvivier p. 490 sqq. 10) Theodericum non multo post a. 1105. obiisse, ex Herimanni historia rest. Mart. Tornac. c. 57, supra p. 299, colligas. Cum his cf. quae

1106. preventus fuisset; que[a] tali modo accidit. Summonitus fuit a dominis suis Balduino comite[1] et Arnulpho[2], ut venandi studio cum eis in silvam de Mormal[3] procederet; quod et fecit, paucis sibi adiunctis. Cum autem nil mali suspicans morem et studium venandi exerceret, statim Ysaac de Berlainmonte et sui complices, sicut machinatum fuerat, e latibulis nemorosis armati prosilientes, incautum principem occupant et nichil armorum nisi lituum et venabulum in comitatu habentem, destitutum a sociis, quibusdam fugientibus, aliis autem venandi [studium[b]] exercentibus, repentino impetu ad terram vulneratum prosternunt, et tali facinore perpetrato, aufugiunt. Causa erat odium[c] inter Ysaac et principem, unde hec cedes fomentum accepit. Fuerunt nonnulli, qui comitis assensum huic occisioni interfuisse dicerent. Ad cuius suspicionem expurgandam idem comes exercitu suo homicidam illum Ysaac in Berlainmonte aggressus est expugnare; sed quibusdam verbis intercurrentibus, que scribere nil refert, obsessio dissoluta est. Postea turbata tota regione de morte tam excellentis viri, idem Ysaac et omnes factionis participes potentiam parentum principis mortui ferre non valentes, hereditatem suam et omnia relinquentes, ad extera regna fugientes transierunt; et ita perierunt, ut ne[d] unus quidem eorum hodie supersit[4]. Matrona ergo vidua, que tribus viris nupserat[5], qui etiam occisi fuisse dicuntur, et pro virilis animi fortitudine, quam habebat, ne unam quidem lacrimam pro ipsis fudit, corpore lacero recepto, illud ante introitum capituli, debitis exequiarum cerimoniis impensis, honorifice sepelivit. Fertur etiam eadem multam futurorum scientiam habuisse, sepius in tantum, ut viro suo ad nemus properanti mente presaga multum[e] viam interdixerit femineaque sedulitate, prout potuit, verbis et fletibus impedierit; sed heros more Hectoris, qui Andromachen[f] uxorem sororisque Cassandre vaticinia contempsit, omnibus eventibus sese constanter exposuit, et per hoc
Iob 9, 24. terra data est in manus impii[g].

7. Erat tunc temporis in castri Crispiniensis[h, 6] ecclesia vir magne religionis abbas Rainerus[7] nomine, consanguinitate etiam et consilio venerabili matrone multum familiaris, unde etiam in nostro martirologio annuatim nominis sui memoria celebratur. Huic ipsa domus huius curam commisit, quoad in tantum crevisset, ut abbatie culmen edificiis et possessionibus obtinere valeret; quod et strenue implevit. Ipsa autem matrona omni studio edificia consummans, ante diem obitus sui eam ordinatam cernere satagebat, et in parte meridiana[i] domum mansionis sue struxit, quam per longa[k] tempora vidimus, donec[d] ruina[l] templi oppressa corruit nostris diebus tempore Helgoti abbatis[8]. Hec domus ecclesiam nostram semper custodivit, quoniam matrone Avesnenses in conversionis fervore ibi manebant et eam ab exterioribus[m] procellis sua defensione protegebant, et inhabitantes metu ipsarum sinceriter vivebant. In hac domo Liddo Laudunensis, qui de familia erat domine Ade, fenestras vitreas templi, que adhuc permanent, composuit; et deinceps domina Agnes[9] ibidem manens, lumbum carbasinum, mortem principis prefati[10] pictura acus et subremniis continentem, fieri iussit, sicut in cortinis paschalibus cernitur; pannumque lineum serico et acu pictum, qui festis diebus altari apponitur. Postquam igitur abbas Raynerus inspexit ecclesiam in tantum multiplicatam, ut abbatem habere posset, vivente supradicto Theoderico, priorem suum Gonterum de Crispinio, virum religiosum, abbatem inibi constituit. Formam religionis, quam de Crispinio in hanc transtulit ecclesiam, festumque sancti Landelini hic fieri instituit, sicut hodie permanet. Ordinatio autem huius Gonteri, qui in medio capituli inter pueros iacet, fuit anno incarnati Verbi millesimo nonagesimo sexto; duravit-

a) quod 2. b) *deest* 1. 2. c) odii 1. 2. d) *deest* 2. e) multam 2. f) Andromachem 2. g) *hic apud Iacobum de Guisia inserta sunt quaedam ex Herimanni Restauratione s. Martini Tornac. c.* 56. *et* 57 (Theodericus dominus Avesnensis, vir nobilis vocari solebat) *desumta, quae omisimus.* h) Crispiniensi 1. 2. i) meridiane 2. k) longua 2. l) *ita Iacobus de Lespée;* in via 1. 2. m) exteribus 1.

noster infra c. 7 ex. affert. — Gossuinum, successorem Theoderici, a. 1111. iam nonnullos annos rexisse, probat charta Odonis ap. Duvivier p. 496. 1) Secundo (a. 1070—1126). 2) De Arnulpho, filio Balduini II, qui Beatricem filiam Adae in matrimonium duxerat, cogitari videtur. 3) Inter Bavay et Landrecies; cf. Duvivier p. 63. 4) Nota tamen, quod Egidius quidam de Berlemont testis occurrit in chartis pacis a. 1200. in Hanonia institutae (SS. XXI, p. 619 sqq.). Cf. etiam Ministeria curie Hanoniensis c. a. 1210. conscripta (ibid. p. 602), ubi haec leguntur: *Dominus Berlemontis summus est camerarius in toto comitatu Hainoie, tam in dominatione Montensi quam in dominatione Valencenensi et in Ostrevanensi.* 5) V. s. c. 3. 6) Crespin, a Valenciennes inter orientem et septentrionem. 7) Sedit a. 1080—1096. 8) Sedit a. 1153—1191. 9) Uxor Gossuini, Theoderici successoris; v. infra c. 11. 10) Theoderici.

que per annos duodecim[1], supervivens domino Theoderico uno anno[2]. Domina autem Ada 1096—1107. quatuordecim annis supervixit viro suo[3] et iuxta eum quiescit.

8. Sed, his omissis, ad propositum redeamus. Tempore huius Rayneri[4] abbatis dominabatur apud Avesnas Gozvinus de Oizi[a, 5], vir militaris glorie honore preditus, cuius avunculus fuerat dominus Theodericus. Qui Theodericus, quamdiu vivit, ecclesie Letiensi pio, militaribus curis non impedientibus, patrocinabatur affectu. Gozvinus autem successor quidem fuit hereditatis terrene, nec tamen heres in pluribus extitit amoris ad ecclesiam, sicut in plerisque nostris invenitur[b] privilegiis[6]. Habuit autem uxorem nobilissimam Agnetem nomine, que filia fuit precellentissimi viri Anselmi de Ribodimonte[7], qui, omnibus terrenis suis possessionibus valde magnis amore divino relictis, viam Iherosolimitanam cum duce Godefrido est aggressus[8]; ubi, dum in assultu Archas[c, 9] viriliter instaret, ictu petrarie percussus, diem clausit extremum. Hec igitur Agnes animum mariti sui efferatum et bellicis studiis intentum assiduis munitionibus et continuis orationibus mitigabat et immutabat. Postquam autem idem princeps per militie studium oculum perdidit, cuius etiam periculi causa Iherusalem profectus fuit, quia voverat: post regressum peregrinationis aliquantulum emollitus, salutaribus monitis aurem cordis inclinabat, quod in subsequentibus apparebit. Igitur venerabilis abbas Raynerus, frater Roberti de Carnieres[10], diem extremum, infirmitate superveniente, adesse considerans, fratres omnes, quos amore magis quam terroris amaritudine fideles sibi effecerat, convocans, benigna consolatione, sui etiam commendatione expleta, spiritum Deo reddidit[11], et cum maxima lamentatione ante altare sancti Nicho- 1124. Ian. 3 lai sanctique Benedicti sepultus est. Huic tam pio patri successit abbas Wedricus, qui tunc prioris officio fungebatur, et patrum precedentium animatus exemplo et bone sue nature laudabilis ingenio.

9. Huius temporibus Gozvinus[d] predictus princeps malorum penitens que aliquando ecclesie intulerat, non mediocriter instante uxore sua Agnete, cuius memoria sit in benedictione perpetua, libertatem Letiensis[e] ville contulit ecclesie et abbati[12], villam etiam de Ramolziis[f, 13]. Construxit etiam ecclesiam sancti Iohannis euvangeliste et baptisterium, quod erat in nostra ecclesia, illuc transtulit, et parrochia edificata, populares strepitus et frequentiam molestam a nobis amovit; totaque septimana apud nos morabatur instans artificibus, sabbato autem, ascenso abbatis palefrido, Avesnas redibat[g]. At contra sepefata matrona domina Agnes basilicam sancte Marie construxit feretrumque sancte Hiltrudis[14] et sancti Lamberti imaginemque sancte Marie et multos calices et multa ornamenta in albis, casulis et philacteriis[h]. Data igitur libertate ville ecclesie Letiensis[i], erat in ea quidam Adelardus villicus[15], qui abbatem[k] libertate ville sue volentem uti libere quam pluribus molestiis vexabat, villicationem[16] ville hereditariam sibi vendicans, unde et multas consuetudines difficiles et molestas alenabat[l, 17]. Quod vir magnanimus abbas non leviter

a) Oisi 2. b) invenietur 2. c) Archaz 2. d) Gossuinus 2. e) Lietiensis 2, *saepius*. f) Ramelziis 2. g) redibit 2. h) *deest* contulit *vel simile vocabulum.* i) Letiensi 1. k) abbate 2. l) alevabat 1. 2; *correxi. (Equidem praeferrem* allevabat; *i. e.* exigebat. *G. W.)*

1) Iam a. 1107. subscripsit Rainerus, Gonteri successor, in charta Odoardi ep. Cameracensis concessa ecclesiae s. Iohannis Valentianensi, Miraeus, Op. dipl. I, p. 675. 2) Obiit ergo c. a. 1106. 3) Obiit ergo c. a. 1120. 4) i. e. Raineri, secundi abbatis Laetiensis, qui Gontero successit, quemque noster cum Rainero abbate Crispiniensi confundit. 5) Oisy, a Cambrai inter septentrionem et orientem. 6) Exstat charta Odonis episcopi Cameracensis a. 1111. data, in qua Gossvinus *ex precepto domini pape Paschalis ob inquietationem et invasionem et violentam usurpationem villarum et possessionum Laetiensis ecclesie gladio excommunicationis percussus*, cum *se de iniuriis et iniusta invasione villarum ecclesie culpabilem* profiteretur, absolutus est (cf. Duvivier p. 496 sqq.). Sed iam a. 1112. *inter ipsum et ecclesiam iterum grandis querela* erat, ut idem Odo testatur in tabula ap. Duvivier p. 502 sqq. 7) Ribemont (départ. Aisne, arrond. Saint-Quentin). 8) Cum nostro convenit Albricus, SS. XXIII, p. 804. et 812; sed de loco mortis nil habet. 9) Akka. 10) Carnières (arrond. Charleroi, cant. Binche). 11) 3. *Ianuarii die . . . Vixit in cura pastorali* 17 *annis* Iacobus Lespée in chron. Laet., ap. Reiffenberg VII, p. 416. 12) Hoc confirmatur charta Odonis ep. Cameracensis a. 1111. data, ap. Duvivier p. 496 sqq. Neque tamen libertas libenter data est, ut ex auctoris verbis concludere possis, sed post multas controversias easque gravissimas, id quod privilegia ap. Duvivier l. l. probant. Iam a. 1112. nova querela inter ecclesiam et comitem erat; cf. supra n. 6. 13) Ramousies, ab Avesnes ad orientem. — Exstat confirmatio huiusce traditionis a Radulpho archiep. Remensi a. 1115. facta, ap. Duvivier p. 511 sqq. 14) Cuius descriptionem dedit Perierus, AA. SS. Sept. VII, p. 503. 15) *Alardus villicus de Lesciis* occurrit in charta Burchardi ep. Cameracensis ecclesiae Laetiensi a. 1128. data, ap. Duvivier p. 536. 16) i. e. munus villici. 17) *alenare* fortasse i. q. nunc Gallis: *halener* = anhelare; cf. Ducange s. v. *alenhare.*

ferens[1], quadam die prefatum principem super hoc consuluit, eiusque auxilium super eo amovendo a villicatione postulavit. Valde enim graviter ferebat, quod rem sibi datam nominetenus possidebat, cum magis hoc plebeius homo ad ecclesie ignominiam in multis consuetudinibus vendicaret. Tunc dominus Gozvinus, sicut in atrio sedebat structure templi intentus, subridens: 'Quid michi', ait, 'conferetis, si me cooperante, iustitia etiam dictante, liteque decisa, spontanee villicationem reddi faciam et restitui?' Tunc stupefactus de mercede reddenda, cum tanto principi exile premium erubesceret offerre abbas, letaretur etiam amplius, cum audiret sibi promissum iri Adelardi deiectionem, cum quo luctabatur: 'Vos ipse', ait, 'qui promittitis, estote etiam inspector retributionis'. At princeps: 'Domine', inquit, 'abbas, nullo modo video id posse terminari, nisi vester homo prius fiam; rapaces igitur volucres vestrarum silvarum a vobis in hominium accipiam[2], quibus vobis uti non licet pro custodia vestri ordinis observanda, et michi erit hominii possessio nominata. Restituo autem vobis coria cervorum, qui in terra Avesnensi capiuntur, ad usum librorum vestrorum'. Quid multa? Firmata pace hac utrinque, abbas omnes villicos suos una die sibi precepit adesse tam de terra Avesnensi quam de Flandria. Iam enim domina Beatrix, qui vicedomino Laudunensi nupserat Walberto de Cathalaunis, queque postea defuncta ante hostium ecclesie in claustro sepulta fuit, illud quod in Flandria possidemus Deo et sancto Lamberto donaverat cum allodio suo de Aat[3]; quod, suadente cognata sua domina Ada, ecclesie Letiensi libereque et absolute contulit. Per matronas enim fideles semper ecclesia nostra multiplicationem accepit, quam militum oppressio sepissime nudavit. Igitur his omnibus adunatis, miles inclitus hominium abbati fecit, quod tamen Adelardo voluerunt[a] omnimodis celatum iri.

10. Quadam autem[b] die abbas illum in causam duxit; que causa aliter finiri nequibat nisi iudicio comparium. Igitur illi ad iudicium reddendum paululum secesserunt; nec diu morati redierunt, dicentes pares suos non omnes adesse. Quesitum est, quis deesset, protinusque responsum est, dominum Gozvinum abesse. Protinus, sicut in atrio sedebat operi sedulus instans latomorum, ex mandato abbatis summonetur venire. Adelardus autem, quasi subito fragore celi tonantis consternatus, ut prefati principis magestatem locum concilii vidit implere, saniori consilio tunc demum usus, toti querele renuncians, pedibus abbatis supplex prosternitur, et quidquid villicationis habebat sibi ipse abiudicans[c], tandem abbatem et ecclesiam iure suo potiri passus est non volens. Sciebat enim capiti suo dira carmina precantatum iri et maliciam diro artificio incarminari, utpote hominis contra dominum suum non legitime[d] agentis et iniquis actionibus insurgentis; que omnia protinus suis auribus audisset, nisi ea salubriter venia postulata prevenisset[e]. Multum autem illi ad veniam contulit, quod apud abbatem religionis[f] agebat; qui gaudens indulsit, quia protinus possedit; sed apud principem secularem penam perfidie graviter luisset, quam ei abbas indulsit. Ita de villicatione actum est; et non multo post idem Adelardus rediens de Feron ab hostibus suis est peremptus. Dominus autem Gozvinus tribus annis supervixit abbati Rainero[4],
1127. sepultusque est in capitulo ante hostium basilice sancte Marie. Abbas autem Wedricus prospere agens et Deum in omnibus suis negociis preponens, bibliothecam optimam et pulcerrimam, sicut hodie cernitur, construxit; studiosusque fuit in moribus suis et monachorum componendis. Suisque temporibus ecclesia viris secularibus prudentibus et militaribus non mediocriter fulsit habundavitque scriptoribus et cantoribus diligentia sua enutritis, plurisque apud ipsum fuerant strenui atque scientes quam negligentes et idiote; unde pro-

a) *hic num* nol. *an* vol. *legatur, in codicibus distingui nequit.* b) igitur 2. c) adiudicans 2. d) n. legitur leg. 2. e) pervenisset 2. f) penam *vel aliud eiusmodi verbum supplendum (vel locum corruptum) esse patet.*

1) Charta Odonis a. 1111. data ap. Duvivier p. 496 sqq. confirmatur, abbatem ius habuisse *villicos sive officiales* instituendi in omnibus villis ad ecclesiam pertinentibus. 2) Iam in charta Odonis episcopi Cameracensis a. 1111. data, qua Gozvinus ab excommunicatione Paschalis papae liberatur, haec leguntur: *Porro ut ecclesie obnoxior fieret, idem Gossvinus hominium abbati fecit et accipitres silvarum ecclesie ab ea recepit in feodo.* Cf. Duvivier p. 498. 3) Ath, a Tournai ad orientem. Cf. confirmationem Radulphi archiep. Remensis a. 1115 (Duvivier p. 513): *Confirmamus et duas partes villae quae dicta Adat, quam domina Beatrix Laudunensis cum omnibus appendiciis suis ab omni dominatu alieno liberam eidem ecclesiae ad usus fratrum ibi Deo servientium legitime tradidit.* 4) Obiit ergo circa a. 1127. Cum hoc convenit, quod Burchardus ep. Cameracensis iam a. 1128. tabula publica confirmavit, Agnetem *pro anima mariti sui Gozvini* familiam, quam in Avesnensi territorio iure patrimonii tenuisset, ecclesiae Laetiensi obtulisse. Cf. Duvivier p. 538.

speratum est iter eius in via Domini, eiusque opinio in longe remotis partibus percrebuit, ita ut, posthabitis aliis ecclesiis de Valencinis, Tornaco et Castello[1], pueri et mulieres cum filiis et maritis et aliis viris multa dona conferentibus huc devenirent, quorum quam plures vidi et agnovi. Ipse ego etiam, ut audivi — nec enim memini etate infantili impediente; nondum[a] enim trimus eram —, per manus huius apud Sartum Deo et eius famulatui addictus sum; sed non eum Letiensem abbatem, verum Attrebatensem vidi, quoniam, papa Eugenio agente, translatus fuit in civitatem Attrebatum ad abbatiam Sancti Vedasti[2], quam aliquantulum dilapidatam et desolatam inveniens, Deo auxiliante, in melius renovavit. Huius temporibus venerabilis matrona et omnibus seculis memoranda domina de Avesnis Agnes Deo in ecclesia Letiensi se et sua obtulit, et conversionis habitu suscepto, per triginta sex[3] annos, Deo et omnibus hominibus complacens, humiliter et absque seculari pompa honestissime vixit curamque ecclesie nostre intus et extra fideliter providit. Retinuerat enim de dote sua quasdam villas et redditus[b], unde sibi necessaria quamdiu vixit procurata sunt, que post mortem eius in possessionem domini Nicholai Avesnensis, qui tunc principabatur, confiscata sunt. Gunterus etiam Buscars, homo militaris et in omni frequentia militum nominatissimus, qui etiam proprio nomine Iob vocabatur, eo tempore conversus est, habitu religionis suscepto; cuius ope[c] et interventu Haweciis[4] est nobis collata. Quamdiu enim hic et alii plures et matrone in domo venerabilis Ade manentes ecclesie fuerunt provisores, tamdiu prosperata est, et mansit color optimus: cum enim ad negocia tractanda procedebant, favor eis mundanus olim contractus in omnibus aspirabat.

11. Memini, dominam Agnetem sepius super equos abbatis processisse et ea que abbati Helgoto erant impossibilia per suam presentiam adimplesse. Sed postquam domus illa, custos ecclesie, corruit, tunc et ipsa ecclesia in plerisque lesa est. Ipsa enim sepedicta Agnes diebus et noctibus astans in ecclesia, si aliquem fratrum [infirmum[d]] aut turbatum aliquando[e] percepisset[f], infirmum beneficio, turbatum interventu suo et ope refovebat; et ob eius reverentiam multa inepta cessabant, quod post eius obitum experimento didicimus. His temporibus ardor peregrinandi in Iherusalem totum orbem accendit, ubi Romanus imperator[5] 1147.
et rex Francorum[6] et totus christianismus[g] fere profectionem[h] certatim accelerabat; et tota terra cultoribus evacuata silvarum densitate occupata est. Et terra Avesnensis vix tribus mensibus ecclesiam nostram alebat, et tamen super omnes vicinas ecclesias odore bono caritatis et hospitalitatis flagrabat, [qua[i]] de causa multi a remotis civitatibus et castellis, posthabitis vicinis sibi ecclesiis, ad nostram cum filiis et uxoribus convolabant[k], videlicet de Tornaco et Cameraco et Valencenis et Castello; quorum plures ego vidi frequenter et agnovi. Erat preterea in nostra ecclesia a primis eius fundamentis quoddam fermentum, quod non totam massam corrumperet, sed quod totam ecclesie substantiam et opinionem cf. 1 Cor 5,6.
in cumulum omnium rerum secundarum fecundabat. Omnium enim fructuum ecclesie decimam elemosina[l, 7] retinebat, custosque ipsius per singulas curtes archam suam locabat, in cuius fronte sculptum erat: 'Elemosina'. Ibi omnium que triturabantur in graneis decima[m] fideliter et devote reponebatur et per manum fidelis echonomi[n] pauperibus distribuebatur. Hoc munimine fulta ecclesia miro modo contra omnes defectus semper habundabat. Nos et qui hodie vivimus et hoc vidimus, qui etiam duplici substantia et amplius superhabundamus, de ipso duplici non possemus agere quod tunc fiebat de simplo. Ecce virtus indeficientis de quo criptura: *Abscondite elemosinam in sinu pauperis, et ipsa pro vobis* Eccl. 29,15.
orat ad Dominum. Sub hoc tempore dominus Avesnensis Gozvinus obiit; cui successit 1127.
Walterus cognomento Pulkans[o], filius amite ipsius[8]. Temporibusque istis ordo Clarevallensis et Premonstratensis cepit institui.

12. Principabatur comes Balduinus[9], avus imperatoris Constantinopolitani Balduini, comitis Flandrie et Hainau, qui munitionem de Aat et Raymes[10] construxit et alia multa

a) nundum 1. 2. b) reditus 1. c) opere 2. d) *deest* 1. 2, *sed ex sequentibus supplendum.* e) *deest* 2. f) *superscr.* 2, *ubi* inf. b. t. *desunt.* g) christianissimus 2. h) professionem 2. i) *deest* 1. 2; *supplevi.* k) convalabant 2. l) elemosinam 1. 2. m) decimam 1. n) yconomi 2. o) *fort.:* Pulkaus.

1) Le Cateau-Cambrésis, ab Avesnes ad occidentem. 2) A. 1147. 3) Circa a. 1127—1162. Obiit *anno* 1162, 2. *die Martii* secundum Iacobum Lespée in chron. Laet., ap. Reiffenberg VII, p. 423. 4) Havré, prope Mons. 5) Conradus III. 6) Ludovicus VII. 7) i. e. domus, in qua eleemosynae pauperibus erogabantur. Ducange III, p. 24. 8) Concordat Chron. Balduini Avenn. c. 85, SS. XXV, p. 428: *a monsignour Wautier Plukiel, qui estoit filz de sa serour.* Walterum Gozvini filium fuisse, perperam tradit Albricus, SS. XXIV, p. 812. 9) Balduinus IV (1133—1171). 10) Raismes prope Valenciennes.

magnifica. Cuius filius Balduinus[1] sororem[2] comitis Flandrie[3] uxorem accepit, de qua natus est imperator[4]. Hoc igitur contracto matrimonio fortior quam sui antecessores effectus est omnibusque qui suos patres offendebant et fere insultabant terrori est habitus. Pater eius tres giliones[5] pueros nobiles, quorum patres obierant, in patrocinio suo nutriebat iure consanguinitatis, unum de Cimasiis, alium de Businiis, tertium de Trasiniis[6], quem tamen Walterus de Avesnis, quia iure propinquitatis erat proprior, sibi assumpsit. Pro qua factione patris eius Bacconis occisi [ultionem[a]] adversus Ebalum de Gociliis viriliter exercuit. Qui Walterus adversus ecclesiam nostram gravem calumpniam excitavit, theloneum de Avesnis et villarum nostrarum libertatem abstulit. Cuius rei vexatio in tantum exarsit, ut ipse Walterus cum manu valida Avesnensium ecclesiam nostram invaderet ac[b] predaretur. Sed quidam Avesnensium prepositus, videlicet Gozvinus, et alii quidam filios suos in ecclesia et nepotes habebant monachos, unde consilio suo et ope secreto nobis patrocinabantur, libros ecclesie et calices salvando. Dominus autem Flamingus[c] Guillelmus[d] turrim ecclesie conscendens, per fenestram lapidem iecit et unum Avesnensium pene excerebravit. Et dum per scalam descenderet, per quam ascenderat, ab hostibus, qui irruperant in templo, ense in capite vulneratus est, cuius vulneris cicatrix quamdiu vixit apparuit; eratque scriptor optimus, ut in libris ab eo scriptis cernitur, elegantisque forme. Abbas autem audiens comitem esse Malbodii[e,7], pueros monachos scolares, querimoniam super hoc deploraturos, discalciatos ad ipsum misit. Comes autem casu de villa exierat, visisque pueris procul, equo desiliit. Audita igitur puerorum proclamatione, in lacrimas est resolutus, ductoresque puerorum quod ipsi minus dixerant plenius comiti narraverunt, sicut ab eis sepius audivi. Comes autem suum adiutorium et consilium pactus est, conquerens etiam ab ipso Waltero sibi multas alias iniurias infligi; precepit etiam, ut, si quando ecclesia Letiensis defensoribus indigeret, vexillum hastili annexum super turrim ecclesie erigerent, ut a Sorra[8] videri posset, et protinus ex precepto comitis villenosque[f] et homines comitis presidio adessent; quod et factum est. Unde graviter offensus dominus Avesnensis postea turrim ecclesie fecit deici, de qua vexillum a Sorra videri poterat, quia silvarum tanta quanta nunc est non erat densitas. Et comes defensionem ecclesie Letiensis suo ex iure vendicabat. Quod dominus Avesnensis graviter ferens, hostiliter veniens, monachos expulsit[g], ecclesiam predatus est, rabiem potius exercens quam aliqua ratione saltim fucata se defendens. Clamor ergo ubique factus est in patria, qui etiam apud omnes primates insonuit, ecclesiam Letiensem esse destructam a domino Avesnensi; unde etiam multa commemorabantur, que iam retroactis temporibus quamvis tacerentur, tamen in memoria generationis et generationis abscondita
1147. firmius tenebantur. Ecce autem his diebus abbas Bernardus terram perambulabat, et ad eius aures rumor pervenit; insuper et dominus Walterus eum prevenit, conquerens se ab ecclesia iniuste vexari, cum tamen ecclesia multo ampliorem et iustiorem conquerendi causam haberet. Accessit igitur abbas ad ecclesiam, et, inconsulto comite, qui ipsum Walterum, ut pactus fuerat, graviter in causam trahebat, utrique, abbas Wedricus et dominus Walterus, in dicto abbatis Bernardi fide interposita, de pacis federe invicem condixerunt. Habito igitur suo consilio, respondit, monachorum non esse advocatias et iusticias villarum tenere, sed per advocati defensionem et potentiam in eis ius suum et reditus plenius recipere. De theloneo autem Avesnensi ita responsum est, quod ipse Walterus in vita sua illud teneret, et post ipsum ad ecclesiam rediret. Postquam hec sententia promulgata fuit, subito clamor monachorum exortus est de iniuste pacis compositione, maxime ideo, quia iam constabat, quoniam, si ecclesia saltem quindecim diebus rigorem suum tenuisset, totum ius suum recepisset; et ipse Walterus clamore populi et comitis fortitudine oppressus confundebatur. Abbas igitur Bernardus, audito tumultu, tristis a loco recedens, dixisse fertur: 'Me miserum! putavi solus ecclesiam intrare, sed latenter Sathanas mecum intravit'. Igitur abbate recedente, dominus Walterus quod ei datum fuerat protinus invasit et heredibus suis tenendum reliquit[h]. Deinde non multo post ad curiam Montensem[9] citatus, dum pares suos de Haynau mendacii et falsi iudicii arguisset, dum illi consiliarentur ad invicem super hoc opprobrio,

a) *deest* 1. 2; *conieci.* b) et 2. c) *ita correxi secundum Iacobum de Lespée p.* 419; flammiger 1. 2. d) Guillermus 2. e) Melbodii 2. f) *ita* 1. 2, *sed locus ut videtur corruptus; fort.:* ville nobisque *vel* ville nostre. g) *ita* 1. 2. h) relinquit 2.

1) Quintus. 2) Margaretham. 3) Theoderici. 4) A. 1204, Mai 9. imperator factus est. 5) i. q. gillonarius = buticularius, a verbo gillo = vas; cf. Ducange III, p. 521. 6) Chimai, Busigny, Trazegnies. 7) Maubeuge. 8) Solre-le-Château, haud procul a Liessies ad septentrionem. 9) Mons.

in cameram vicinam cum suis secessit; ibique, dum super archam accubitans reclinaret[1], in fervore sui spiritus cecidit et expiravit; cuius corpus bene curatum comitissa Alis[2] ad nostram ecclesiam sepeliendum transmisit. Post huius mortem duo ex monachis nostris, videlicet Werefridus prior et Basilius, inconsulto abbate Wedrico, Nicholaum, qui post patrem suum principabatur, adeunt, repetentes theloneum de Avesnis, sicut in pace federis supradicti continebatur. At ille velut de gravi somno[a] experrectus, et quasi super nunquam auditis compellaretur[b], inefficaces illos remisit; et abbas super infestationibus Avesnensium defatigatus et attritus ab huius negocii executione supersedit. Hic apparet, non esse sanum cuilibet subiecto cum domino suo pactionem aliquam habere aut ludere aut mutuum aliquod[c] accipere. His diebus Ludovicus rex Francie et Conradus imperator viam et peregri- 1147.
nationem Iherusalem arripuerunt.*

*) *Hic addere libet, quae Iacobus de Lespée de monasterio Laetiensi usque ad finem saec. XII. affert:* Monachi Sancti Vedasti in Nobiliaco apud Atrebatum elegerunt sibi in abbatem dominum Wedricum abbatem Laetiensem, qui eidem monasterio iam annis 23 laudabiliter praefuerat. Eugenius namque papa ratam esse volens petitionem Atrebatensem, directis ad Wedricum epistolis, mandavit, ut, relicto monasterii Laetiensis regimine, convolaret ad eos quibus plurimum prodesse posset. At Laetienses fratres quibus lacrymis quibusve verbis valedixerint et clarissimum abbatem deduxerint abeuntem, quis digne explicet? Aegre divellebatur pius pater a charissimis filiis, quos sibi reddiderat charitatis amore devinctissimos. Nec enim arbitror, ipsum siccis exisse genis. Prosecuti sunt lacrymis, quem non valebant sequi euntem. Tandem, rerum examine discusso, libens loco cessit, non tam pertaesus molestiarum sibi a domino Avesnensi illatarum, quam invitatus epistolis pontificis. Sicque iussu praedicti Eugenii papae a Laetiensi coenobio ablatus, Atrebatensibus monachis datus est; qui ipsam abbatiam aliquantulum dilapidatam alienoque aere implicatam inveniens, illico liberam reddidit. Eius pater dictus est Cylbaldus, mater Hadvidis, soror vero Mainsendis reclusa. Huic Wedrico suffectus est Tiescelinus abbas quartus, eiusdem loci prior.

Tiescelinus vir sane modestus et mansuetus fuit. Semel innixus infeliciter baculo arundineo, perforata est manus innitentis. Habuit hic quendam cognatum, cui, posthabito seniorum maiorumque consilio, prorsus fidebat. Incidit autem talis casus, pro quo abbas defensionis tenorem assumere debuit. Sed vim contendentium adversus se minime sustinens, cessit honori et oneri 1153.
post quintum annum ordinationis suae, commendabiliter et honeste vivens reliquo vitae tempore in fratrum congregatione. Cui successit Helgotus, monachus Latiniacensis, abbas quintus.

Anno 1160. Guilielmus de Dono-Petri coenobio Laetiensi dedit ecclesiam de Dono-Petri[3] totamque villam cum appenditiis suis, corpus beati Ettonis, altare de Ficiaco, altare de Scarbes, altare de Floresies, allodium de Floberc, altare de Thy[4], multas quoque alias contulit possessiones. Scribitur hic Guilielmus fuisse monachus et acolytus. Obiit 6. Novembris die, sed annum ignoramus.

Anno 1162. Domina Agnes feliciter hoc anno diem clausit extremum 2. die Martii. Sepelitur in monasterio Laetiensi.

Helgotus, monachus Latiniacensis, nunc[5] abbas Laetiensis, oriundus fuit de territorio Avesnensi. Habuit hic fratrem locupletissimum Iohannem cognomento Deodatum. Spem quidem habuerunt electores magni commodi, sperantes ampla munera se recepturos liberalitate praedicti Iohannis.
At *maledictus homo, qui confidit in homine et ponit carnem brachium suum.* Spes profecto vana Ierem 17,5.
confundit; *qui vero confidunt in domino Deo mutabunt fortitudinem* et minime pudefient. Remissius Es 40,31.
tunc temporis degentes in monasterio, avaritiae dediti, eleemosynam coeperunt deserere. Laudabilis consuetudo paulatim deiecta non tantum corruit, sed secum fere redigit in nihilum monasterii habitatores. Omnia vergebant in deterius, ipsis etiam monachis inopia rerum laborantibus vix suppetebat cibarius panis; adeo cuncta confusa sineque ordine sunt, quamdiu diabolica dominatur cupiditas. Sic nempe a Deo, longe iustissimo rerum moderatore, decretum est, ut, qui superflua, ne dicam impia, sectatur, necessariis careat rebus, et quo tenaciori avaritia complectitur haec caduca atque momentanea, eo iniquiori ruina ad extrema corruat, nec illam divitiarum amplitudinem assequatur, quam oppido sitit. His insuper vitiis pullulantibus, saecularis potestas plurimum infesta fuit monasterio, et quod deterius est, limites possessionum mutati et immuniti fuere, nullo tamen monachorum reclamante. Cessabant eleemosynae, et crescebat monasterii

a) sono 1. b) compelleretur 2. c) aliquid 2.

1) Cf. Gisleb. Gesta com. Hanon., SS. XXI, p. 511: *Walterus . . . constitutus in presentia ipsius comitis coram multis paribus suis et nobilibus et servilis conditionis viris, cum quoddam iudicium in his sibi contrarium proferri deberet, subitanea morte preventus corruit.* Propius nostro accedit Chron. Balduini Avennensis l. l. p. 428. 2) Uxor Balduini IV. comitis Hanoniensis. 3) Dompierre. 4) Fissault, Éclaibes, Floursies, Florbeck, Thieu. 5) Ex hoc verbo non concludendum est, auctorem ex fonte hausisse, qui tempore Helgoti conscriptus sit; iam antea ad a. 1146 (p. 420) verbo *nunc* pro *tunc* utitur.

deiectio. Hinc accidit calamitas miserabilis et horrenda et miranda. Siquidem verno tempore mortalitas ecclesiam infecit, et infra viginti dies undecim de praecipuis monachis defuncti sunt. Uno autem aut tribus diebus leviter decumbentes, tertio aut quarto demum die efferebantur humandi. Sic per 23[a] annos, vivente Helgoto, status ecclesiae ad hoc perductus est, ut minus cauta sollicitudine debitis aggravaretur. Quamquam religiosi frequenter iniustam administrationem improbassent, tamen eorum suasionibus non est auscultandum, imo ipsi bene monentes per potentiam opprimebantur. Helgotus abbas, datis et acceptis epistolis, quatuor sylvarum confirmationem tractavit cum Nicolao domino Avesnensi.

Anno 1163. Dominus Nicolaus Avesnensis fato concessit; cui Iacobus successit, vir plane aptus rebus magnis gerendis, qui ob insignes virtutes praeclaraque facta merito commendari debeat.

1191. Tandem abbas Helgotus, partim impetitus a monachis, partim propria voluntate adactus, a regimine ecclesiae amotus est per archiepiscopum Remensem, reverendum Wilhelmum, postquam Laetiensem regerat conventum 33 annis[1]. Egit tamen precibus apud eundem archiepiscopum, ut Simon praepositus Latiniacensis fieret abbas ecclesiae Laetiensis. Quod et factum est, violenter tamen id agente domino Avesnensi per praeceptum archiepiscopi . . . .

Suggerentibus viris Deo deditis atque religiosis, Simon sextus abbas per archiepiscopum Wilhelmum amotus est ab administratione, postquam praefuerat tribus annis et quinque tantum
1194. mensibus. Cui substitutus est Hugo septimus abbas, monachus vero Sancti Vedasti Atrebatensis. Et quia hereditates ecclesiae, ut volebat, transmutare non potuit, elapso trium mensium termino, recessit, imo abrogatus est ab officio. Huic amoto successit eodem anno Hugo de Hestrus, monachus Laetiensis et abbas ostavus.

a) 33 *corrigendum putarim.*

1) Immo 38 annos eum ecclesiam Laetiensem rexisse, constat. Cf. Gall. christ. III, p. 124.

HISTORIA WALCIODORENSIS MONASTERII.

Monasterium Walciodorense in provincia Namucensi prope Mosam situm (hodie 'Waulsort') historiographos nactum est duos, quorum alter opus ab altero susceptum continuavit, neuter vero nomen prodidit. Prior non ultra abbatis Godescalci tempora, qui c. a. 1101. *mortuus esse videtur, progressus est, neque tamen tunc, sed saeculo demum XII. scripserit oportet*[1]. *Nam etiamsi c.* 69—71, *in quibus disertis verbis Theoderici II. abbatis, qui usque ad a.* 1152. *vixit, mentio fit, continuatori tribuere velles — quod tamen cum huius verbis pugnat*[2] *et sermone plane diverso refutatur — multi sunt loci, quibus auctor se a rebus saeculi XI. tempore remotum indicat*[3]. *Summo studio ea tractat quae ad Hasteriense monasterium Walciodorensi subiectum spectant; id quod etiam abbatis Theoderici tempori congruit, quo lis inter utrumque agi coepit. Ad testes quidem provocat, qui ei de re c. a.* 1050. *gesta referebant; sed, si verba recte interpretor, hi non a se visa, sed ab aliis audita tradebant*[4]. *Certe quae de initiis monasterii narrantur ex ore populari sumta fabulis sunt plena et temporum ordinem valde turbant. Laudat quidem auctor Vitam Forannani*[5], *quem minus recte primum abbatem dicit*[6], *necnon 'codicem gestorum et translationis' sancti Eloquii*[7], *quem monasterii fundator tamquam patronum advexit; sed quid haec illi tribuerint, iam dinosci nequit, cum uterque liber perditus videatur; certe Vita Eloquii nuper edita non ea continet quae*

1) Ita etiam Mabillon, Acta V, p. 480; Brial, SS. R. Gall. XIV, p. 511. 2) Continuatorem incipere, ubi c. 1. posuimus, iam Dacherius monuit et ab auctore ipso innuitur. Verba vero: *quod non digessit quia nondum contigerat* de primae partis scriptore dicta non cogunt, ut omnia quae sequuntur post eius aetatem facta putemus, sed ad ea referenda sunt, quae a coaequalibus se accepisse testatur. Praeterea cont. c. 5. non ab eodem quo c. 71. scriptum esse, patet. 3) C. 66: *quod usque nunc in iam dicta conservatur ecclesia;* c. 53: *ab illo tempore usque ad nostrum . . . . a die illo usque nunc,* de rebus post a. 1048. gestis; c. 46: *quae nunc permanet;* c. 47: *a die depositionis eius usque nunc in Walciodorensi ecclesia huius detrimenti non est reperta recuperatio*; cf. c. 43; c. 40: *longo tempore permansit.* 4) C. 52. locus subobscurus est. *Testimonium,* ait quidem, *illorum in medium proferimus, qui ea non solum oculis viderunt, verum operando manibus tractaverunt.* Sed tribus monachis indicatis, quorum unus 'didascalus noster' audit, alius 'in suo tempore' dives erat appellatus, pergit: *et cum eis opiniones eorum veraxque relatio qui de eadem aetate memorata veraciter referebant,* quae ita intelligo, ut dicat, illos tradidisse non quae ipsi viderant, sed praesentes eis tradiderant. 5) C. 16. 33. 6) Liber a Roberto quodam scriptus et Wibaldo transmissus, quem, omissis quam pluribus locis nimis verbosis edidit Mabillon, Acta V, p. 187 sqq., non vitam, sed 'virtutes', i. e. miracula viri beati tradere voluit et ad vitam antea scriptam diserte provocat. Quare pauca tantum ex illo exhibenda erunt. Ex praefatione vero haec addere sufficiat: *Attamen hoc enucleandum opus qua intentione arripui, quantumvis clareat cunctis, manifeste pandere decrevi. Est itaque in nostrae habitationis coenobio quidam existens in provectae aetatis senio, qui antiquae rememorationis intellectu antiquarum rerum monimenta in suo prudenti pectusculo prudenter locaverat. Ab hoc ergo antiquitatis relatore sumta materia, antequam morte preventa laberetur humanitatis fragilitas, et tanti patroni nostri miraculorum coruscatio, eo facto de medio, oblivioni traderetur, omnino studui comprehendere brevitatis sub articulo.* Minus recte sane hunc Robertum etiam chronici auctorem habuerunt Molanus et A. Miraeus; quos refutavit Dachery, Spic. II, praef. p. 17. 7) C. 25.

afferuntur. Vitam vero Kaddroae, cuius 'volumen non modicum' apud Walciodorenses servari dicit[1], *ne evolvisse quidem putandus est, quippe quae Kaddroem Machalano abbati suffectum, noster vero eos inverso ordine monasterio praefuisse tradat. Sed privilegia ab Ottone I. imperatore et Benedicto VII. papa data bene novit*[2], *quamvis huius verba ampliaverit, necnon traditiones monasterio factas ex chartis procul dubio recenset*[3], *et his maxime de coenobii sui historia meritus est. Ex notis scriptis de monasterio et altaribus a Leodiensi episcopo dedicatis referre videtur*[4]. *Praeterea fundatoris et donatorum*[5] *genealogiis exponendis immoratur; sed perperam de comitis Eilberti origine prorsus fabulosa tradit neque recte eum fratrem Heriberti Viromandensis dixisse videtur; accuratius quae suo tempore floruerunt nobilium familias earumque possessiones exponit*[6]. *Auctor sermone utitur tumido et torto, ita ut neutiquam continuatoris laudi adstipulari possis, qui 'libellum breviter et lucide diligenti stylo exaratum' dicit; verba usurpat parum usitata*[7], *non raro contra grammaticae regulas peccat.*

Qui saeculo fere post librum continuavit opus susceptum sane melius executus est. Sermo lucidior, narratio plana et continua scriptorem commendant. Animo quidem Hasteriensibus infesto litem cum his actam exponit, ceterum quod sibi propositum dicit, ut res ea fide et veritate qua a religiosis viris qui adhuc sunt superstites accepi, litteris mandem, *re vera fecisse censendus est. Multa oblivione esse obruta dolet*[8]; *sed praeter veterum relationes*[9] *etiam litteras et chartas in monasterio servatas consuluit*[10]; *postea quae ipse viderat fusius exposuit, praesertim inde a Lietberti abbatis tempore, sub quo monasterium intraverat, et qui eum 'pauperem, rebus omnibus egentem et nudum' non solum susceperat, sed amicitia honoraverat*[11]. *Cui c. a.* 1215. *mortuo nonnullis annis supervixit et ad a. usque* 1230. *historiam deduxit, sed non ante a.* 1242. *scripsit*[12]. *Praeter hanc historiam etiam alium librum, de possessionibus, ut videtur, monasterii, composuit*[13], *cuius notitiam non habemus.*

Neque historiae codex autographus vel coaevus aetatem tulit; sed qui exstat est

1) *Codex seminarii* ***Namucensis***, *fol., a.* 1521, *die* 10. *mensis Iunii scriptus per dominum Arnoldum Trudonensem, manu eiusdem temporis notatus:* Iste liber pertinet ecclesie beate Marie virginis Walciodorensis; *quo continentur Vita Forannani (Mabillon Acta V, p.* 187*);* De adventu sanctorum martirum Candidi et Victoris in hanc sancte Dei genitricis virginis Marie basilicam; Adventus trium corporum ex collegio Agripinensium, *Historia Walciodorensis et chartae regum, paparum, episcoporum, comitum quam plurimae, necnon defensio libertatis Hasteriensis monasterii, Lietberti abbatis tempore scripta, quam appendicem addidi. Codicem benivole huc transmissum exscripsit b. m. I. Heller.*

Praeterea inter Bollandistarum schedas 2) *codex* ***Bruxellensis*** *nr.* 8964. *eius partis quae de translatione S. Eloquii agit apographum continet; necnon*

1) C. 36. 2) C. 19. 22. 3) C. 1. chartam a Ludovico rege fundatoris patri datam de bonis post monasterio traditis laudat; c. 46. 56 sqq. varias refert donationes. 4) C. 54; cf. c. 26. 5) Cf. c. 70: *Ne autem aliquando ex inani superfluitate criminemur, quod supervacua huius viri descriptio fiat, constat admodum fore necessarium praesentis rei denotatio, quoniam pedetentim ab huius viri heredibus ex suis hereditatibus presens ecclesia non modicam consecuta est portionem, veluti post stylo currente aperietur.* 6) C. 57. 69 sqq. 7) E. gr. *nominis agnitio; monasterii compaginatio; iuridicialiter; capitales* pro 'maiores'; *nugalis rumor.* 8) C. 1. 9) Cf. c. 9: *quorum nonnulli adhuc vivunt.* 10) C. 7. 11) C. 12. 12) C. 23. de Nicolao abbate a. 1229. electo: *Qui,* inquit, *etiam nunc nobis preest feliciter* 13. *agens annum.* 13) C. 13. fin.

longiorem eiusdem rei narrationem, quam quominus chronici fontem habeam multa sunt quae prohibent, quare pauca tantum (littera T notata) afferre placuit.

Editionem paravit Dachery (Spicilegium II, p. 513*; ed. altera II, p.* 709*) ex apographo codicis Gemblacensis a Symone Guillemot Sancti Gisleni subpriore secum communicato. Parva fragmenta exstant inter SS. Rer. Gall. t. XI, p.* 252*; XIV, p.* 514*. Codicis istius fata ignorantur; editio vero mendis foedissimis scatet; nonnulla etiam consilio omissa videntur, ita ut nunc demum liber integer prodeat. In locorum nominibus explicandis V. Cl. Bormans, tunc archivi Namucensis, nunc Leodiensis praefectus, tam libris indicatis quam litteris datis valde me adiuvit; cuius notas littera* B. *notavi.* *G. W.*

1. Cum igitur summae nobilitatis sublimis magnificentia aeterni Regis procul dubio devota servitus comprobetur, et aequaliter sive servi sive liberi caelestis doni premium secundum suae quantitatis meritum accipiant, et[a] gloria patris filius sapiens sit: operae precium rati sumus ostendere, Walciodorensis ecclesiae structor egregius comes Eilbertus quibus sit progenitus parentibus, atque secundum seculi dignitatem eius genealogia quam alto sanguine claruerit. Eius itaque pater comes Ebroinus fuit, vir armis strennuus. Hic armis strennuus et omni honestate preclarus. Iste igitur Ebroinus industria sua et virtute multa acquirens, filiam Wederici comitis et eius uxoris Evae, quae in nominis agnitione Berta nuncupabatur, sumpsit in coniugium, accipiens cum ea, dante ipso genitore atque genitrice, Florinas[1] et quicquid ad eundem pagum[b] Florinensem pertinet. Interea ob virtutis eius potentiam et armorum strennuitatem et industrii pectoris sagacitatem, sicut illustri et viro venerabili, eum Romanae magnificentiae rex Ludowicus[2], ex prosapia Karoli Magni ultimus, volens honorare dignis muneribus, tradidit ei sub regalibus testamentis villas suae ditioni subiectas duas, quae propter dignitatem honoris eius suis nominibus hic annotabuntur. Una scilicet, quae est in Condruso, dicitur Antina, et altera, quae adiacet in Famenna, nuncupabatur Heidra. Has itaque sine aliqua contradictione usque ad terminum vitae suae tenuit, quousque secundum antiquorum morem in filii sui, comitis[c] videlicet Eilberti, post eius transitum verterentur sortem et hereditatem, et sicut ex regia manu in patris dominatione transierant et iure, sic cum sibi subiacentibus nutu Ottonis primi atque concessione ad filii redirent ius et dominationem.

2. Nos igitur, qui structoris Walciodorensis ecclesiae proposuimus alti germinis consanguinitatem enucleare, iam ad opus coeptum, ut expedit, gressum figamus; et cum omnia propter eiusdem progeniei arduam inclitamque successionem nequeamus comprehendere, fideliter ad ea quae non sunt omittenda necesse est transire. Prefati siquidem Ebroini pater comes Bovo fuit, qui dictus est Sine-barba, et huius pater[d] Bovonis comes Warinus de Asclovia[e] extitit, qui fuit filius incliti nobilissimique comitis Nammerici[f] Narbonensis[3] ex Ermengarde comitissa, sorore Bonefacii magni principis de Papia[4]. Iste autem Ebroinus ex prefati comitis Wederici et eius uxoris Evae filia, quae, ut superius prefati sumus, Berta dicebatur, septem habuit filios, qui terram longe lateque post decessionem patris tenuerunt hereditario iure et sibi prudentia sua multa acquisierunt. Sed ne prolixitas fastidium generet in tantarum revolutione rerum, omittentes cetera, ob honorem prefati comitis Eilberti et dignitatem suorum germanorum tantum nomina perstringamus.

3. Primus itaque in ordine generationis comes Eilbertus fuit, maior et natu et dignitate, secundus post hunc comes Uddo de Roix, deinde comes Heribertus de Sancto Quintino[5], Gerardus de Odenarde[6], comes Boso, comes Witerus et Macuardus[g] venerabilis epi-

a) cum *post superscr.* 1. b) p. Fl. *corr.* Fl. p. 1. c) c. E. v. *corr.* c. v. E. 1. d) *corr.* B. p. 1. e) Ansolonia *Cron.* f) Aimerici *ed.* g) Marnardus *Cron.*

1) Florinnes. 2) Ludovicus Balbus; charta data a. 879, Apr. 4; v. de Limminghe, 'Cronique de Namur par Cronendael', App. II, p. 619, ubi loci ita explicantur: Anthisne, Hour prope Dinant. 3) Nescio an haec ad genealogiam fabulosam illam accedant, quam praebet Albricus a. 779, SS. XXIII, p. 716, ubi Nemericus Narbonensis pater Bovonis de Commarceio dicitur. 4) De quo nihil compertum habemus. 5) Idem qui alibi Viromandensis dicitur; sed hic ex genere Bernhardi regis Italiae, filii Karoli Magni, fuit; Regin. 818, SS. I, p. 567. 6) Cronendael p. 92. eundem habet quem Gerardum de Loz.

scopus[1]. Isti septem fratres germani fuerunt, et cum comite Eilberto, sicut in subsequentibus aperietur, quidam eorum Walciodorensem ecclesiam donis et muneribus ampliaverunt. Nam Boso comes cum multa tenuisset et in multis preoccupatus fuisset liberosque quam plures habuisset, tamen fratri suo, comiti videlicet Eilberto, villam in Florinensi confinio positam, quae Calvus-mons[2] nuncupatur, et quae hereditario iure in suae sortis pervenerat parte, dereliquit; quam in usus succedentis Walciodorensis ecclesiae, quia in ea sui corporis sepulturam futuram fore decreverat, sicut factum est, constituit. Ex fratrum suorum successione, videlicet Gerardi de Odenarde et comitis Heriberti de Sancto Quintino, nobilis et ingens familia huic ecclesiae provenit; et huius rei apud Viromannos et Flandros testes ex ipsa familia superstites usque in presens tempus nobis sunt, et testamentum legis eorum apud nos et eos conservatur.

4. Iam quia tempus postulat et res, ut inseratur sermo, qua de re Walciodorensem ecclesiam prefatus comes studuerit aedificare, ad huius rei indaginem articulata arte mentem applicemus. Comes igitur Eilbertus nobilium artium[a] super omnes sui generis coaevos aggrediens conamina, industrius, strennuus et vir bellicosus effectus est in tantum, ut ex suo proprio ad evitandos casus incertos adhuc primaevus septem construeret castra. Suo autem tempore conventus ille frequentiaque diversarum gentium, qui nunc Visauco[b,3] quotannis congregatur, in Tirasce[4] ad crucem solito more conveniebat, quo mercimonii sui commutationes fierent et vicissim mutua venditione congregata distraherent. Cum vero in foro rerum venalium antedictus comes deambularet, obvius ei fuit equus ingentis fortitudinis necnon et admirabilis speciositatis, qui visus est sibi fore turris fortitudinis, si quoquo pacto ad hunc pertingere posset ratione alicuius mercimonii. Dominus enim equi quidam erat clericus magnae progenitus nobilitatis parentibus, canonicus ex Remensi ecclesia sanctae Mariae maiori. Cum autem mutua affabilitate comes et clericus ex predicto sermocinarentur equo, sub quadam taxatione precii finem fecere rationis; sed cum inparata foret pecunia istius comparationis, Herinsindem nobilissimam coniugem suam comes convenit, quaerens consilium ab ea, quid ex hoc negotio faciendum sit; nulla namque ratione equum ipse a se sinebat removeri, cuius fortitudinis auxilio suorum se dicebat omnium inimicorum declinare infortunium et periculosorum casuum naufragium. Itaque se mature a clerico cupiens expediri, sine consilio suae nobilissimae coniugis, quae futurum formidabat casum qui accidit, loco obsidis mirabilem thesaurum, quem apud se ipsam conservabat, clerico tribuit, diem statuens, in quo fieret solutio debiti. Thesaurus autem iste desiderabilis compositus est in similitudinem insignis monilis, quem Eligius venerabilis episcopus, sanctitate, honestate et in omni operationis artificio egregius, precepto nutuque incliti Lotharii regis Anglorum[c] manibus propriis operatus est. Lapis siquidem beryllus in medio positus sculptum retinet, qualiter in Daniele Susanna a senibus iudicibus male criminata sit, qui varietate sui operis diligentiam ostendit artis et diligentia venustatem locupletis honoris.

Egregiae gentis rex Anglicus hunc dedit illi,
Quem fore speravit gratum, dans plurima gratis,
Inter quae dantis plausit sibi portio talis.

Quid multa? Statuti temporis dies advenit, in qua a comite debiti solutio parata fuit, et pro sibi commisso thesauro clericum ipse convenit. Ab huius rei vero notitia ille se ignarum exhibuit, nec in huiusmodi[d] colloquio aliqua ratione comiti acquievit. Dignitate siquidem prefati thesauri denudatus commentoque controversiae et perversae opinationis graviter vexatus, cum gravis moeroris indignatione et ira comes ad propria est regressus, quaerens consilium, qualiter istius periculosi[e] casus valeret devitare infortunium. Itaque collecta multitudine propinquorum, ex rei eventu prefatorum fratrum quaesivit consilium, exponens illis supradicti mercimonii conventum et sui venditoris execrabilis machinationis periculum et atrocis fraudis miserabile ludibrium et instantis controversiae, si non mature fuerit subventum, irrecuperabile detrimentum. Unius igitur deliberationis consilio pariterque concordis voluntatis assensu[f] fit fratrum omnium congregatio amicorum et cum eis confluentia diversorum agminum equestrium[g] stipata innumerabili plebe, quorum catervae operuerunt

a) actuum *ed.* b) Nisance *ed.* c) Francorum *ed.* d) ā *add. sed post del.* 1; ante *ed.* e) periculi 1. f) affectu *corr.* assensu 1. g) st. eq. 1.

1) Neque hunc indagare potui. 2) Chaumont inter Florinas et Philippi-villam. 3) Nescio an de Visé (Wezet) ad Masam cogitari possit. 4) La Tiérache (Haut-Picardie).

superficiem terrae, quae undique convenerant commotae virorum illustrium opinione. Catervatim namque usque ad urbem Remensem properant mature; quam facta congressione undique obsident, obsessam capiunt; captaque[a], cum argumento callidae observationis, dispositis ubique speculatoribus, prefatum fugientem clericum usque ad maiorem ecclesiam persequuntur; quam introgressum et infra eius ambitum in cuiusdam cubiculi cubili[b] latitantem undique circumvallant. Cumque minime repperiretur, sparsim ubique dispersi, ignibus tota illius templi compositio atque structura ab hostibus crematur, et sic flammis urentibus ab eiusdem templi moenibus ille fraudis commentator eicitur, et dolus, qui antea versabatur clausus, in eius pectore evidentibus indiciis in propatulo manifestatur. Nam thesaurus, quem dolosae[c] machinationis inventione furtive deliberaverat retinere, ab eo aufertur et cum detrimento urbis et ecclesiae comiti restituitur. Extemplo facti fama regias penetrans aures, omnium regalis curiae procerum conturbavit conventum. Quapropter in indignationem conversus et iram, unanimiter universus exercitus pariter cum rege statuere decretis regalibus periculosae congressionis grave bellum fratribus, quo pellerentur emancipati omnes cum suis a propriis finibus. Cum ergo ab utrisque partibus graviter preliaretur, et periculosi certaminis afforet saeva congressio, a fratribus capitur rex, et hostium ille cuneus huc illucque dispersus vexatur et ut levis aurorae nubecula a conspectu magnae commotionis venti leniter[d] fugatur.

5. Igitur anno ab incarnatione Domini nongentesimo vicesimo secundo Karolus rex 922.
Francorum captus ab Eilberto et fratre eius Heriberto[1] usque ad Peronam deducitur et ab eisdem sub vinculis carceralis custodiae ibidem diebus multis religatur. Porro datis ab utrisque partibus mutuae pacis obsidibus, cum grandis honoris contubernio regem a Perona educunt fratres et, ut regalis magnificentiae decebat dignitatem, suae servitutis ministerium unanimes obtulere sibi. Sicque sedato bello, pars eorum in pace conquievit, et ille thesaurus desiderabilis, qui causa totius seditionis fuit, comiti inviolabilis remansit.

6. Processu tamen temporis[e] volvente haud multo post ultima labentis aetatis dies clauditur Heriberti comitis de Sancto Quintino; qui viam universae carnis ingressus, superstites post se quatuor filios[f] reliquit; quibus, ut regimine fratris sui, comitis videlicet Eilberti, nutrirentur, et hereditates eorum terraeque eius industria auxilioque tuerentur, obedire preceptis precepit. Cum vero istius angoris moestitudine premerentur, et ab amicis et fratribus funeris exequiae prepararentur, quidam Cameracensis comes Rodulfus nomine, qui dignitate regalis consanguinitatis gloriabatur[2], adversus quatuor Heriberti filios, confidens in robore suae fortitudinis, consurrexit, et annuente rege Francorum, videlicet avunculo suo, terras eorum invasit; sicque evaginata iniquitate, quam consedaverat[g], adversae partis cuneus ab eodem preparatur, et atrocis crudelitatis dolus, qui clausus latuerat, evidentibus indiciis in propatulo manifestatur. Reciproca namque crudelitate a genitore puerorum et patruis se vinculatum reminiscens prefatus rex, ius abnegans iniuste, possessiones, terras hereditatesque eorum supradicto Rodulfo concessit. Sicque ab hoc norma iustitiae confusa est, gravis periculi commotio ab utraque parte machinatur. In exordio siquidem suae congressionis Rodulfus opidum Sancti Quintini obsidendo aggressus est expugnare[3]. 895.
Quod cum ab eodem minime caperetur, impetum vimque resistentium ferre non valens, ignibus deliberabat aduri. Cumque certatim ab hoc istius iniquitatis ruina machinaretur, concursu hostium nobilium virorum nobile opidum repente crematur, et villa, nobilibus et diversis repleta commeatibus diversorumque agminum stipata plebe, depopulatur, et cum ea templi aedificia uruntur et ad nihilum usquequaque passim rediguntur.

7. Inter haec templum virginum monialium a fratribus haud multo post constructum et magnis prediorum honoribus ditatum propter cuiusdam nobilissimae mulieris conversionem, quae se sacri[h] velaminis consecratione, relicto seculari habitu, munierat, aduritur, et cum eo haec nobilis mulier et virginum chorus. Mulier autem haec, cum magnis foret orta natalibus, seducta fuisse dinoscitur a comite Eilberto quasi sub quadam coniugii confoederatione; quae cum eo permansit, quousque alterius nobilissimae prosapiae mulieris,

a) captamque 1. b) cubiculo 1. c) dolosis 1. d) leviter? e) hōōris 1. f) *deest* 1. g) consideverat 1; consideraverat *ed.; fort.:* concelaverat. h) sacro 1.

1) Cf. Flodoardi Ann. a. 922, SS. III, p. 370. 2) Filius Balduini comitis Flandriae, cui nupserat Iudith, filia Karoli Calvi. Sed haec iam ad finem saeculi IX. spectant; v. Ann. Vedast. a. 895. 896; Regin. a. 818. 3) Ann. Vedast. l. l.

legalis decreti cerimonia coniugii dans consensum, necteretur contubernio. Quae cum spernendo se cerneret postponi, ordine supradicto curam secularis negotii postposuit. Haec itaque ex supradicto comite filium enixa est, cui in spirituali regeneratione et nominis agnitione Bernerus nomen impositum est. Hic avulsus a lacte atque dempto ubere ablactatus, supradicto Rodulfo urbanitatis gratia traditus est nutriendus; qui cum aliis nobilibus iuvenibus primae aetatis vernaculus serviebat comiti ex armorum apparatu. Ut vero matris adustionem, patris et patrui et filiorum eius agnovit detrimentum et honoris diminutionem, imbecillitatis suae condoluit importunitatem, eumque taedere coepit cum proximorum infortunio mors suae unicae genitricis, et repentini casus coepit conqueri austeritatis improbitatem. Cumque crebro in hoc conquereretur infortunio lacrimabilique eiulatu gravis finis interitum memoratae genitricis lugeret, luctus eius ad sui domini pervenit aures. Unde conversus in iram, post iurgiorum proverbia occiput sui capitis vulneravit, nimia fervens insania. Sicque bonae indolis adolescentulum removit a contubernio suorum familiarium. Talis siquidem gravedinis et molestiarum acerbitates cum a filio patri nuntiarentur, reciprocatus dolor graviter renovatur; quo exasperati cordis meditatione, confluentia diversarum plebium multiplici numerositate conglobata, catervae disponuntur, et machinamento prudentium multiplices[a] congressiones Rodulfo preparantur. Prefatus siquidem Bernerus, infra quamquam pueriles annos positus, eventum rei graviter accepit, et actionem preteritam non pueriliter investigans, rogavit patrem militiae sibi non negare armaturam. Tandem ipso quod concupierat voto adeptus est militiam, quam honestis moribus adornavit[b] et honore prudentis servitutis et vigore animi adornavit[b]. Cum vero ab utrisque partibus graviter fortiterque preliaretur[c], et invicem adversarum partium cadavera mucrone saeviente passim sternerentur, in capite primae cohortis Bernerus voluit apparere, quo strennuitatem suae actionis evidentius valuisset ostendere. Igitur in tempore definitae congressionis, antequam pariter convenirent, de morte matris Rodulfum sicut suum dominum convenit; a quo inconvenienter improperia sustinendo repulsus, dominum suum postposuit[d] et sibi fidem post haec servare denegavit. Ordine siquidem certaminis composito, obvius affuit in concertatione Bernerus Rodulfo, cui mortem matris requirens anteposuit et ab eodem sibi hanc iniusto iudicio sublatam pronuntiavit. Hic autem verba illius ignaviae aequiparans, insultationis verba illi respondendo reddidit corpusque illius ab eo simili sorte fieri pronuntiavit. Ut autem istius commotionis verba a Rodulfo accepit Bernerus, in indignationem conversus et iram, spiculo et ense contumacem militem aggressus est et in impetu sui spiritus ab eius corpore ani-
896. mam viriliter non timuit abstrahere[1]. Sedata itaque seditione istius morte, contritionis et doloris gemitus suae partis factus est Rodulfus, et ulto sanguine, qui ab eo effusus fuerat innoxius, hereditates et terrae, quae per violentiam ab hoc fuerant usurpando invasae, Heriberti heredibus restituuntur iuste, consilio, probitate, industria, fortitudine familiarium amicorum.

8. Huius rei gratia et prosperorum actuum prudenti processu omnimoda urbanitate compositus, a suo genitore et familiaribus iste egregius adolescens complectebatur tenere, a quibus successor paternae hereditatis credebatur fore, quia ex sponsalis confoederationis conexione patri heres negatus fuerat caelica voluntate, quo nomen eius dilataretur posteritatis successione. Surrexit interea ex Rodulfo radice gravis infestationis et totius iniquitatis dolo repletus quidam surculus nomine Walterus, qui eiusdem pompaticae regalis consanguinitatis tumendo gloriabatur propinquitate, veluti Rodulfi sororis filius. Hic autem adversus Eilberti filium, Bernerum scilicet, inter innumeras adversae partis catervas cohortum princeps primus effectus, surrexit et ab hoc sui avunculi mortem requisivit. Illum autem sibi iniusto iudicio ab eo preeunte mortem demptum pronuntiavit, et ab eodem manu propria contra ius fasque illum extinctum dicens, moeroris affectum per contriti cordis verba evidentibus indiciis manifestavit. Tumultus autem venturae congressionis et tempestuosus ardor gravis angoris utraque parte machinatus propositione verborum horum quadam ex parte conquievit. Contra haec mortem matris, fracturam capitis, detrimentum genitoris et patruorum[e] desolationem illi respondendo Bernerus opposuit et haec omnia iniusto iudicio se sustinuisse ab eodem replicavit. Animati igitur dirae congressionis et adversae machi-

a) m. *supra post* catervae *ponit ed.* b) *ita* 1. c) preliarentur 1. d) posuit 1. e) patruum 1.

1) Rodulfus ab ipso Heriberto seniore occiditur a. 896, Ann. Vedast. h. a.; cf. Regin. a. 818.

nationis mutua confabulatione, uno conspirationis consensu adversum se invicem exaggerantes[a] malum, regis presentiam adiere, et ibi ex utraque parte datis obsidibus, condixerunt sub regalis iuris observatione et suae litis agone suae propositionis verba confirmare. Statuto siquidem certi temporis die una pariter convenere, atque ipsis acriter modo irremediabili invicem propugnantibus, triduano litigio sese ceciderunt; pro quibus regiae magnificentiae auctoritatem, cernentes constantiam et fortitudinem iuvenum, mutuae partis exercitus interpellavit. Regalis itaque auctoritatis ut pervenit ad eos sententia, arma posuerunt, et iudicii sui timentes sententiam, armaturam suam obsidibus suis tradiderunt. Palatinorum autem procerum iudicio abiudicatum est litigium, et moderatione industrium virorum pacata sunt iurgia tumultuantium puerorum, eorumque conflictus pacem dedit mutuae partis principibus. Sed virus preteritae commotionis in Viromannorum et Cameracensium serpit visceribus usque in presens tempus[1].

9. Dei post haec iudicio eiusque ordinatione, qui quos creat et sui spiraculi virtute confirmat regit suaque gubernatione in prosperis adversitatibusque provehit, istum adolescentem, Bernerum videlicet, vocavit vocandoque sui spiraminis commissum suscepit; atque sic eiusdem assumptionis vocatio patri facta est diuturnae desolationis et lacrimabilis rememorationis saeva destitutio orbatioque inrecuperabilis. Pulsatus igitur tantis talibusque eventibus, infortunium diversorum casuum corporis et animae timere coepit venerandus comes, reminiscensque priscae conversationis enormitatem et antiquorum contagiorum preteritam actionem, quid egerit, diuturna meditatione coepit meditari et se reum voce lacrimabili ex[b] transactis facinoribus confiteri. Cumque iugi moeroris anxietate filii defleret destitutionem, suae intentionis actionem suppliciter ad Deum convertit et in studio istius bonae voluntatis ex sui iuris proprietario una cum sua clarissima coniuge Herinsinde archangeli Michaelis ob honorem in Tirasce basilicam condidit, eoque in loco sub tramite beati Benedicti Deo militantibus coadunatis fratribus, ipsis abbatem preficiens, ad usus quotidiani victus stipendia constituit non modica, locumque illum sub ditione et ordinatione Laudunensis ecclesiae antistitis constituit.

10. Venerabilis autem Herinsindis, coniunx eius, Christo in eodem loco famulantibus se subiciens, pietatis gratia ipsum frequentare coepit et non segniter secundum suae nobilitatis sublimitatem eidem studuit res necessarias providere. Et quia preconabatur mansiunculam[c] proprii corporis sibi ibidem fieri, haut procul ab eodem loco virginum monialium monasterium construi plerumque diutina deprecatione supradictum comitem imploravit, quatinus ipse, qui principali preposito caeli ductorique animarum, sancto scilicet Michaeli, sacrae aedis erexerat fastigium, beato Petro, paradysi clavigero, suo adnisu proprioque labore componeret venerabile templum, quo Christi famulae suarum orationum frequentia piacula preteritorum suorum facinorum expiarent. Coactus itaque eius[d] deprecatione necnon beati Petri veneratione, a monasterio recenter ab hoc constructo in spatio duorum miliarium in loco dicto Bocileis[2] fundamenta iecit, erigensque structuram, peracto opere statuit templum, in quo ab eodem constituitur virginum monialium congregatio et quicquid talium ordo exigit. Constructis autem per ordinem mansionibus plurimis, eisdem dato pastorali baculo abbatissam prefecit eundemque locum veluti superiorem sub regimine Laudunensis ecclesiae precessoris[e] constituit.

11. Euangelici profecto mandati non surdus auditor, Domini sui, in eo paulatim crescente virtutum culmine[f], nitebatur verba adimplere, quatinus ex mammona iniquitatis fideles sibi congregaret amicos caelestis pietatis, qui eum sua adminiculatione heredem facerent in aeternae hereditatis possessione. Igitur, veluti sacra profert sententia: *Iustus quo magis* Apoc. 22,11.
iustificetur, studioso labore se ad opera misericordiae iste venerandus comes totum contulit, patrimoniumque suum tuto in loco constituere nitens, locupletis honoris dignitate misericordiae matri, beatae videlicet Mariae, egregiam construxit basilicam, villamque Humblires[g][3], quo fundata fore videbatur, eidem monasterio subiciens, magnis illud ditavit prediorum honoribus. Ex predicto sane patrimonio suo eodem tempore tria cum superioribus monasteria construxit, quibus tantum de prediorum redditibus delegavit, quantum ad usus

a) exager. 1. b) et ex 1. c) mansiunculas *corr.* mansiunculam 1. d) sua *ed.* e) praesessoris *ed., fort. recte; sed cf. infra p.* 521, *l.* 23. f) culmina 1. g) *corr.* Hunbl. 1.

1) Heribertum, qui Rodulfum occiderat, a satellite Balduini, fratris Rodulfi, interfectum dicit Regino l. l.
2) Post Bucilly monast. ord. Praemonst. DACH. 3) Dioec. Noviomensis.

necessitudinum sufficienter sufficere videntur in eisdem pensum sui famulatus Deo exhibentibus. Ordinatis tandem monasteriis atque regulariter secundum institutionem beati Benedicti vivere paratis in eisdem coadunatis fratribus, ut in rigore sui tenoris norma iustitiae magis convalesceret, eadem loca sub ordinatione et protectione abbatum, iuris dans diffinitiva privilegia, fore constituit. Sicque idoneis successoribus et filiis spiritualibus, qui sua valerent metere carnalia et sibi serere spiritualia, dereliquit copias hereditatum. His secundum quantitatis suae dominium et magnificae auctoritatis principatum honorem[a], sicut decebat suae nobilitati congrue et prudenter omnibus compositis, horum operum finem fecit et se totum divinae contemplationi serviens Deo subdidit.

12. Tempore illo, dum die quadam in castro quod Florinis construxerat resideret, suae actionis transactum tempus rememorari coepit, et tacitus intra se revolvens, quid ex Remensi sanctae Mariae basilica actum sit, vehementer eum tale infortunium taedere coepit. Enimvero rememorando coepit meditari ob septem castrorum propugnacula sempiterna sibi fieri municipia maledictionum[b], deliberavit, ut haec maledictionis structio per benedictionis antidotum remediaretur — construxerat enim septem maledictionis domicilia —, preeunte gratia Spiritus sancti, benedictionis et obedientiae habitacula septem complere[c]. Et quia plerumque in sacro eloquio designatur universitas septenario numero, ut non particulariter, sed plenarie legem divinam videretur adimplere, et ex rivulo septiformis spiritus stillicidium participiumque spiritualis innovationis donum gradatim in se valeret multiplicare, senario numero constructarum ecclesiarum septimam ob honorem genitricis Dei ob restaurationem Remensis ecclesiae adiecit.

13. Descripturi vero loci quantitatem, quo structura fore dinoscitur, primo videamus, ex silvestri et nemoroso qualis factus fuerit et ex informi et obliquo in quantam venustatem transierit. Tempore autem illo locus iste erat inhabitabilis, excepto quod domus comitis inter densitatem nemoris paullo minus constabat invisibilis, quo secundum discretionem sui corporis, remotis a se plebibus, frequenter morabatur secretalis. Habitatio enim generalis in loco dicto Priezeriis[d, 1] tunc erat, ubi ecclesia habebatur, et communes habitantium necessariae res prudenter et congrue more opidi erant compositae cultu honorabili. Castrum autem eiusdem opidi non longe ab eodem erat, circumseptum congruis munitionibus, quibus cuneus adversae partis procul pelleretur plenarie, si eius habitatores infestatione alicuius moverentur, sicut municipatus eius, quo stetisse dinoscitur, usque in presens tempus monstrant vestigia.

14. Congregatis itaque manualium operum artificibus, nemus propter domum eius suo precepto eo tempore succiditur, et paulatim ex obliquo et inhabitabili decoratus locus redditur atque salubris. Hic[e], ut res exigebat, omnibus prudenter acquisitis, quae necessitudinibus forent apta succedentis operis, coadunatisque lapidum atque lignorum gnaris et valentibus artificiorum compositoribus, iuxta domum eius templum construxit; utiles habitationes componuntur, et spiritualium fratrum habitaculum claustrale compaginatur. Anno
944. siquidem ab incarnatione Domini nongentesimo quadragesimo quarto, anno regni Ottonis primi nono, a comite Eilberto iacta sunt supradicti templi fundamenta, et in spacio trium annorum venusto opere consummata sunt omnia. Cumque regulariter omnia per ordinem consummasset, quo nunc cymiterium fratrum esse videtur, ecclesiam in sancti Patricii honore construxit et sic prudenter et honeste cum opere memorato cetera consummavit. Constructo tandem secundum nobilitatis suae quantitatem templo, utilitati succedentium fratrum prodesse desiderans, castrum superius memoratum diruit et villam, quae in suo confinio erat sita et sibi subiacere videbatur, exinde iussit auferri et iuxta monasterii habitationem iterum restrui.

15. Tempore autem illo sollicite meditari coepit, qualibus incrementis ecclesia per eum et quomodo multiplicaretur, et religionis cultus in ea dilataretur, et sui iuris libertatem retineret et sempiternae benedictionis sibi nomen acquireret. Tandem, salubri inito consilio, regem memoratum adiit, et ei consilii sui secreta pandens et totam suae actionis intimans intentionem, gratiae suae auxilium in presenti negotio affore precatus est sibi. Itaque

a) ac h. *ed.; fort. quaedam desunt.* b) maledictiorum *corr.* maledictionum 1. c) deliberavit *iterum add.* 1. *ed.* d) Prieperiis *ed.; cf. c.* 39. e) His?

1) Grammaye, Antiquitates comitatus Namurcensis, Lovanii 1608, p. 66 (68): 'Priezeria tum opidum erat et regia comitis, cuius rudera adhuc visuntur secus Mosam uno stadio supra Walciodorum'. Teste V. Cl. Bormans nunc prorsus diruta.

mutua ordinatione regis pariter et comitis decretum est, ut, quicquid ab utrisque partibus donationis et muneris supradictae ecclesiae conferretur, regis protectione et auxilio tueretur[a] a die illa et deinceps, et non solum rerum presentiarum[b] donativum, verum etiam quicquid ei succederet oblatione fidelium. Constituta autem ecclesia sub Romanae maiestatis imperio, ab eodem Romano rege donum investiturae ipsius loci et abbatiam prefatus comes suscepit[1], et designatis rebus, quae ab eodem ecclesiae conferebantur — sequens enim 946.
sermo haec omnia declarabit —, providentiam eius urgente censura regis per viginti tres annos sustinuit; deinde ordinatione mutua, quicquid in Antina et Heidra pater suus comes Ebroinus a rege Ludovico, ex Karoli Magni progenie ultimo, fiodali dote acquisierat, posuit, et in presentia ipsius regis predictorum fiodorum ea conditione se spolians dignitate, quatinus uterque consensus, regis et comitis, regis concessio et comitis datio regali decreto firmaretur, et haec liberalis commutatio sine scrupulo et perpetualiter transiret in potestatem et legittimam perpetuamque possessionem ecclesiae. Ipse vero comes quae eidem abbatiae ab eodem conferebantur ibidem replicavit, et designatis nonaginta quinque terrae mansibus, culturis decem et novem et pratis plurimis et villis decem cum magnis redditibus et ecclesiis earum et cum ingenti familia, et ea quae propter difficultatem computandi — quoniam alias pleniter adnumerata continentur — referre distulimus, ostendit et omnia sub regalibus testamentis designavit. Deinde non mediocriter circa locum curiositatem suae actionis apposuit, sed et thesaurum superius memoratum, qui seditionis et controversiae quondam causa fuit et pro quo multa acciderant, dedit eidem ecclesiae et inter alia ornamenta ipsum in ea precipuum et excellentiorem precepit in[c] perpetuum per succedentia tempora non segniter custodiri.

16. In tempore illo, transacto viginti trium annorum curriculo, ex Schotiae partibus angelica iussione admonitus venerabilis archiepiscopus Forannanus proprium relinquens solum, locum Decorae-vallis ab angelo sibi designatum quaerens, cum duodecim comitibus advenit adveniensque venerabili comiti obviavit. A quo requisitus quo tenderet, ei mox angelica designavit indicia, et sic cum maximo honore ab eodem comite in iam predictum deducitur habitaculum. Eius sane adventum susceptionis obsequiumque, in quanta veneratione a comite et ab omnibus patriotis habitum[b] sit, qui pleniter ambit cognoscere, librum gestorum eius legat; ibi enim sufficienter huius rei indaginem repperiet.* Ingressus enim habitaculum, haut multo post uterque, comes et vir Dei, presentiam regis adiere, quo comes donum et investituram abbatiae deposuit et precibus apud regem obtinuit, quatinus ex iam dicto dono Dei cultor ab eodem rege investiretur. Investigata autem sanctitate eius, libens annuit rex comitis petitionem, et suppliciter devoteque sancto viro presidium sui obsequii et consilii affore pronuntians et se necnon in orationibus eius undique commendans, donum et abbatiam ex palatinorum procerum decreto tribuit, et decretis regalibus statuit, ut eadem abbatia absque scrupulo alicuius controversiae omni deinceps tempore regali et imperiali protectione tueretur. Et ut haec constitutio fixa et inconvulsa et inviolabilis permaneret in sempiternum, de villa scilicet Heidra et[d] indominicatis beneficiis nonam sibi retinuit et in monumentum regalis decreti, ne per succedentia tempora abbatiae deesset imperialis protectio, in Aquensi ecclesia quotannis iussit persolvi. Propterea perfecto decretum est ibi iudicio procerum de curia in eiusdem regis presentia, quatinus maior domus, videlicet prepositus de ecclesia sanctae Mariae quae est Aquisgrani, cum ceteris valentioribus

*) *Vita Forananni ita:* admonitus est caelitus visione divina, quatenus, culmen relinquens honoris, ad locum pergeret Speciosae-vallis, quo in veneratione genetricis Dei basilica fundata est coetusque apostolici super ripam unius fluminis quod Mosa nuncupatur sermone vulgari. Hac igitur caelestis visionis percepta monitione, infimaeque ambitionis posito honore, mandatum sacratissimae iussionis cupiens explere, venerabiles duodenos comites elegit, cum his quatenus veniens ad locum prefatae habitationis armipotens veluti miles summi Imperatoris hoste cum invisibili visibiliterque decertans bella preliaretur Domini . . . . Cum vero haud procul a prefatae habitationis forent loco, eiusdem structori inclyto nobilissimoque comiti obviaverunt Eilberto; a quo, quo gressum figere vellent, requisiti, velle se responderunt adire locum Speciosae-vallis super ripam situm Mosae fluminis, atque Dei laudantes magnalia, ad diu concupita una pervenere habitacula.

a) tuerentur 1. b) *ita* 1. c) imperp. 1. d) ex *e corr.* 1.

1) Cf. Ottonis diploma Stumpf nr. 138, DD. O. 81, p. 160, impressum etiam de Limminghe l. l. p. 619.

canonicis pro eadem abbatia tempore tribulationis eiusdem abbatiae causidici assurgant et importunitatem eius sicut et suam in presentia regis et principum, ubicumque prefatus rex fuerit, perferant[1].

17. Tandem regressus a rege Dei cultor cum suis comitibus, locum coepit incolere* et secundum angelicum responsum Vallem-decoram nominare, quod nomen usque nunc vulgariter permanet. Quidam male opinantur tractum a quodam Thisidoro, qui, ut aiunt, ipsam vallem inhabitaverit. Sane non ex nomine Thisidori Walciodorus dictus est, sed ex angelico preconio, qui eum Vallem-decoram appellavit, Walciodorus, id est quasi vallis decora, nominatur. Ab ipsis enim Schotis secundum idioma linguae suae et nostrae ipsum nomen aliter non potuit aptari, sed, sicut dictum est, ipsum Walciodorum, id est quasi vallem decoram, nominaverunt secundum proprietatem utriusque linguae.

18. In diebus illis in Mettensi ecclesia pontificatus infulam quidam Deodericus, vir honestae vitae et morum elegantia egregius, regebat. Hic enim ambobus regibus, patri et filio, patri scilicet Heinrico et filio Ottoni, ob sui nominis religionem et sanctitatis excellentiam ita carus esse videbatur, ut hunc primum inter precipua rerum presentiarum negotia consilio, discretione, prudentia et vigore haberent. Hic autem propinquitatis consanguinitate comiti adhaerebat Eilberto, et plerumque uterque fruebatur mutuae partis alloquio. Cum autem ad invicem sermocinarentur, et inter utrosque ex pluribus verba sererentur, ex eventu contigit habere sermonem comiti ex Walciodorensi ecclesia, in qua, ut ipse aiebat, curae pastorali inserviebat quidam religiosus, qui ob Christi famulatus amorem cum proprio solo dignitatem sui honoris reliquit[a] et ibi recenter cum nobilibus comitibus ductu angelico advenit. Venerabilis autem pontifex sanctitatis et iustitiae normam egregii presulis Forannani cognoscens relatione illustrium virorum et ipse ei adhaerere toto animo desiderans, supplex comitem rogavit, ut hunc secum adduceret ad palatium. Cum vero ibi veniens alterutrum se viderent, mutuo se salutaverunt, et benedictionis donum alter ab altero, unusquisque eorum anticipare parem pariter renuentes, humiliter invicem petierunt. Sed quia beatus Forannanus ob duplicem caelestis gratiae honorem archiepiscopus erat et abbas et idcirco in hac parte superior cognitus est, venerabili viro religiosoque episcopo acquievit et manu elevata ex triumphali vexillo sanctae crucis predicti antistitis cum capite totum corpus munivit. Deinde residentes atque sacrarum paginarum revolventes misteria ad invicem contulerunt et post multimoda sacrorum proverbiorum alloquia divinae confoederationis coniunxerunt subsidia orationum. Factum est autem, cum haec tractarentur, quatinus ex Walciodorensi[b] loco verbum ab utrisque partibus communiter fieret, et episcopus ex Hasteriensi villa[2] in medium proferret sermonem, accepta occasione ratiocinandi ex predicto verbo. Cum igitur comes predicti antistitis voluntatem cognosceret, quod per Hasteriensem Walciodorense donum et abbatiam ad Mettensem ecclesiam vellet transferre, mentem apposuit, et quomodo hoc salvo honore ecclesiae secundum quod factum fuerat ex manu regia posset erui, intra se tacitus coepit meditari. Hasteria enim, quia prope in confinio Walciodorensis[c] coenobii sita est, comiti visa est fore congrua et proficua Walciodorensi ecclesiae; sed quia ea ecclesia esse constructa cognoscebatur a domino Adelberone Mettensium presule, predecessore suo, et ab eodem data Sanctae Glodesindi et monialibus ibidem Deo servientibus et testamento confirmata[3]: haesitare comes coepit, et ab eodem quaerens consilium,

*) *Vita Forannani loco supra laudato pergit:* Qui quo in monasticae eruditionis instituerentur proposito, ducti sunt Romam a comite supradicto; quo cum presulatus honoris dignitate nomen suscipiens abbatis predictus Christi confessor, tale mandatum a domino Benedicto, qui in totius mundi gubernatione a caelestis regni clavigero acceptam[d] spei anchoram in[4] agnitione huius nominis fixerat septimus, suscepit, quatenus remeando ad propria ad monasterium diverteret quod nuncupatur Gorzia atque ibidem cum suis in divinis institueretur mandatis. Etenim sub norma monasticae religionis colla decreverant subigere; obtemperatoresque apostolicae iussionis gestientes existere, ad monasterium superius nominatum una pervenere. Quo brevissimo in tempore divinis in institutionibus pleniter roborati, quod diu concupierant sunt adepti. *De aliis quae supra narrantur nihil.*

a) relinquit 1. b) Wachiod. 1 *h. l., post plerumque* Walchiod. c) Waciod. *corr.* Walciod. 1. d) a. s. *des. c. Nam. (1).*

1) Talem chartam non habemus. 2) Hastières. legitur in charta Ottonis regis (Stumpf nr. 476). 3) Cf. Sigiberti V. Deoderici c. 6, SS. IV, p. 467, qui tamen huius rei nullam facit mentionem. Sed idem 4) Nota eadem verba quibus chronici auctor usus est.

interrogavit, quomodo haec fierent salva dignitate utriusque partis. Cumque comitis haesitationem episcopus intelligeret interrogatione eius, hanc extimplo a suo pectore immovere studuit, et seriem succedentis rationis, quomodo posset fieri salva dignitate utriusque partis, illi actionem ostendit. Deliberata namque commutatione, quae pro Hasteria monialibus Sanctae Glodesindis assignaretur, propositum suum illi aperuit, et sic titubationis obstaculo ab eodem remoto, procedere comitem in decreta ratione monendo stimulavit. Inito tandem consilio, pari consensu regalem magnificentiam adierunt, et consilii sui beato Forannano intimantes actionem, concordis voluntatis deliberatione ad curiam pervenerunt. Deinde mutua voluntate statutum est, ut sanioris consilii capitales curiae suo consilio auxilioque coniungerentur, et sic mota ratione, freti adminiculatione principum, regalis auctoritatis consolationem, consilium et consensum ex predicto negotio investigarent.

19. Audiens autem rex venerabilis Deoderici Mettensium pontificis petitionem et beati Forannani nihilominus perpendens devotionem, comitis necnon animadvertens bonae voluntatis sagacitatem, profectum ecclesiarum et utriusque rei et causam sciscitatus, et ab eodem pontifice et a ceteris regalis curiae principibus investigata rei veritate, consilium quaesivit, quomodo salva dignitate regalis censurae imperialis decreti transmutatio fieret et donum curiae legittimo iure assignatum ab eadem avelli posset. Sed avulsa est a corde suo iudicio principum istius titubationis obligatio, et cum consilio decretum est, quatinus profectus ecclesiarum sub imperialis auctoritatis protectione vigentium utilitas et commodum curiae regalis haberetur, ita dumtaxat, ut ex respectu nutus illius cuncta regerentur. Ut autem istius sanctionis edictum a principibus rex percepit, voluntati religiosi viri Forannani et petitioni venerabilis pontificis Deoderici et comitis Eilberti acquievit, et a supradicto dono predictae abbatiae se conditionaliter spolians, secundum anterioris conditionis sponsionem legali decreto sub potestate Mettensis ecclesiae donum et abbatiam Walciodorensis ecclesiae constituit. Constitutio autem haec quomodo auctorizata fuerit, in subsequentibus aperiemus. Venerabilis enim pontifex commutationem, quam monialibus Sanctae Glodesindis pro Hasteria assignaverat, in presentia principum regi ostendit; sicque supradictam Hasteriam cum omnibus appenditiis consensu et deliberatione conventus maioris et Sanctae Glodesindis Mettensis ecclesiae ad usus Walciodorensis ecclesiae regis potestate et manu posuit, et liberaliter decreto principum ab eodem rege et pontifice ac[a] maioribus ecclesiarum Mettensium beato Forannano assignata est, quatinus ipse quemadmodum abbas eiusdem Walciodorensis ecclesiae sine scrupulo et controversia ac motione contraria eam teneat, et successores sui, qui regimen eiusdem ecclesiae tenuerint, in sempiternum per succedentia tempora, et ipsa sub regimine eiusdem Walciodorensis ecclesiae in perpetuum permanens tueatur. Ne autem istius regalis et imperialis decreti compositio et maiestatis eiusdem deliberatio molimine aliquo nefarii ausus ab aliquo clerico vel laico, nobili et ignobili, violando irritetur, auctoritate et iudicio principum testamento imperialis munificentiae confirmatur. Sicque Hasteria iuri et dominationi Walciodorensis ecclesiae famulatura supponitur anno ab incarnatione Domini nongentesimo sexagesimo nono, indictione decima tertia, regnante Ottone I. anno regni sui trigesimo quinto[1].

20. Sed ne aliqua Walciodorensis ecclesia motione alicuius hominis vexaretur ob protectionem et advocatiam et defensionem predictae Walciodorensis abbatiae, nonam[b] superius[2] memoratam conditione retinuit supradicta, et hoc ordine diffinita[c] concessit, quatinus Mettensis ecclesia contra Walciodorensem recto tramite incedens ab omni ecclesiastico iure illi iustitiam faciat; et ne recedens ab eadem iustitia contra eam enormitet, sanxit, ut, si ab eadem Mettensi ecclesia vel eius episcopo scrupulus alicuius controversiae ex eadem Hasteria Walciodorensi ecclesiae oriretur, ad pristinum Walciodorensis ecclesia reverteretur gradum et de manu regis praedictum iterum sumeret donum. Istius autem emancipationis utilitas et utriusque rei deliberatio ex dono Walciodorensis abbatiae ex regia manu abstracto et ex villa Hasteriense cum omnibus rebus instantibus ac succedentibus et omnibus appenditiis suis Walciodorensi coenobio subiugata, decreto curialium principum sub regalibus testamentis auctorizata legitur[d, 3] et domini Deoderici et beati Forannani et comitis Eilberti et capitalium virorum de curia testimonio confirmatur.

a) a 1. b) novam superius 1; donum s. memoratam *ed.* c) diffinito *ed.* d) legatur 1

1) Stumpf nr. 476 (de Lemminghe l. l. p. 621. minus recte a. 948). 2) C. 16. 3) De his nihil in chartis legitur.

21. Tempore sane illo Hasteriensem villam moniales Sanctae Glodesindis tenebant, et in ecclesia eiusdem villae sub imperio et regimine decanae quaedam earum in eadem cella Deo[a] servientes vivebant, et sub iugo et obedientia abbatissae Sanctae Glodesindis omnes pariter incedentes, cuncta regebantur. Nutu deinde abbatissae suae regressae ad monasterium suum, locum reliquerunt; et sic postea unusquisque quod sui fuit iuris detinens, ex eo secundum proprium arbitrium disposuit. Itaque inito consilio in eadem Hasteriense ecclesia a beato Forannano et comite sacerdotes quatuor constituti sunt, qui eandem ecclesiam ex officio divini famulatus secundum suum ordinem multis diebus rexerunt.

22. Interea decretum est ab utrisque partibus, a beato Forannano et comite, nutu imperatoris et consilio, ut pondus rationis et ordinem et preteriti negotii actionem Romano pontifici innotescerent et ex supradictis rebus auxilium consilii sui et munimentum suae protectionis quaererent. Huic diffinitioni actionem apponentes, laborem assumpserunt et statutis comitibus et quae itineris necessitudinibus forent apta paratis, accelerato itinere Romam pervenerunt. Venientes namque ibi, honorifice ab eodem papa et viris ecclesiasticis suscepti sunt; qui causam itineris sciscitantes, et qui essent, et cur tanti itineris vexationem assumpsissent cognoscentes atque morigeratae conversationis vultus intuentes, maioris dignitatis veneratione sunt habiti et cultu digniori promoti. Tandem revelata sui consilii actione, ipsam ad aures domini Benedicti papae, qui septimus in agnitione istius nominis pontificatum Romanae ecclesiae eodem tempore gubernabat, deposuerunt, et ex ea suum consilium, tutelam et munimentum quaesierunt. Cumque sanctitudinis rectitudo et norma iustitiae egregii Forannani, qualiter proprium relinquendo solum honorem archiepiscopatus deposuerit angelico iussu et ad denominatam sibi ab eodem angelo habitationem pervenerit et curam ac regimen animarum ibidem susceperit, cognosceretur a papa et clero, laus ab eisdem in excelsis attollitur, et sic in his et in aliis bonis operibus eius Deus benedicitur. Audito tandem eo, voluntati et petitioni eius satisfieri ab omnibus iudicatur, non solum regiae auctoritatis interventione et incliti comitis deprecatione, verum etiam amore suae venerationis, exigente ea religione suae sanctitatis. Itaque denominatis rebus, pro quibus negotium agebatur, et Hasteria, et pro quibus in presenti viri venerabilis petitio habebatur, censura Romanae curiae, quae sunt in presenti et in futuro succedere possunt, Walciodorensi ecclesiae in protectione eiusdem Romanae maiestatis constituuntur; et ut haec institutio per succedentia tempora firmiter conservetur et apostolica auctoritas cum regali et imperiali firmitate conglobata conglutinetur, statuit, ut Hasteriensis villa cum omnibus rebus et appendiciis suis constantibus et succedentibus ecclesiae Walciodorensi famuletur et ei sine scrupulo sicut una de suis ceteris curiis subiaceat in perpetuum. Ne igitur istius constitutionis Romanae maiestatis firmitas et apostolici decreti munimentum aliquando[b] ab aliquo homine in quocumque ordine constituto, laico vel clerico, rege vel episcopo, vel alia qualicumque persona, temerario ausu violetur, sed firmiter inconvulsum conservetur per succedentia tempora in sempiternum, religiosorum virorum de curia decreto statutum est, ut a die illa et deinceps, quicumque diffinitum predictae constitutionis munimentum[c] ausus fuerit infringere, perpetuae excommunicationis vinculo subiaceat[1], nec ab aliquo sacerdote vel episcopo pro qualicumque conditione absolutionem accipiat, excepto Romano pontifice, qui reatus[d] illius ea conditione faciet absolutionem, si satisfactione condigna poenituerit et quod male usurpavit restituens a detrimento ecclesiae cessaverit. Deinde utriusque deliberationis decreto papae[e] et religiosorum de curia sancitum est, ut recedens ab eis beatus Forannanus privilegium sui archiepiscopatus in omni officio et actione cultuque divino[f] retineret, ita[g] necnon ut regimen curamque[h] animarum sibi iniunctarum precessoris[h] officio[h] curaque[i] pastorali in monasterio suo sollicitus gubernaret[k] et idem monasterium sub protectione apostolicae auctoritatis in aeternum firma stabilitate tueretur. Ut autem testamentum tantis testimoniis auctorizatum fixum et inconvulsum[l] rationabiliter conservetur in perpetuum, privilegio Romanae ecclesiae, ut in ea perpetualiter conservetur[m], per beatum Forannanum remittitur.

a) loco 1. b) aliquõ 1. c) *incipit T.* d) reatui 1; reatum i. ea c. solvet videlicet si *T.* e) videlicet domini p. *T.* f) *incipit* 2. g) *deest T. ed.* h) *deest T.* i) curamque pastoralem *T.* k) exerceret *T.* l) i. omni tempore c. in p. *T.* m) custodiatur *T.*

1) V. Benedicti chartam a. 976, Oct. 28. datam, de Limminghe l. l. p. 622. minus recte ad a. 940. relatam, cuius verba auctor ampliat.

23. Regressus a papa beatus Forannanus, incrementum suae ecclesiae coepit desiderare, et plebi sibi subiectae prodesse desiderans[a], meditari coepit, quo consilio ipsa eadem ecclesia ad meliorem statum proveheretur. Itaque comitem convenit, quatinus[b] industria sua alicuius nominati sancti venerabile patrocinium toto[c] adnisu devote quaereret, et laborando festinaret ex venerabilioribus[d] pignoribus gloriosum reddere sanctuarium genetricis Christi, ut per meritum[e] venerabilis corporis alicuius sancti memorabilis[f] caterva fidelis[g] multiplicaretur, et propter inhabitantium bonam conversationem[h] et in vinculo caritatis unanimitatem a Deo locus eligeretur. Huic devotioni animum apponens religiosus[i] comes, venerabili Herisindi coniugi suae denominatum a beato Forannano aperuit consilium, ut ipsa consors istius propositi[k] sollertia sua investigaret cum eo actionem, quam suo conamine ad profectum utilitatis niteretur adducere. Suo[l] namque labore basilicae beati[m] Michaelis archangeli memorabile corpus beati Adalgisi confessoris paulo ante acquisierat et ipsum in ea cum ingenti devotione et venerationis honorificentia reposuerat.

24. Igitur memorabilis[n] confessoris Christi Eloquii in tempore illo quoniam fama vulgante notitia partes mundi repleverat[o], quod[p] cum beato Foillano, quem fratrem suum carnalem fore ferunt scriptores antiquarum relationum, atque cum beato Furseo, cui successit in regimine Latiniaci monasterii[1], quod in occidentali Francia, eis egredientibus a sua[q] terra, scilicet Hibernia, constructum fuerat ab utrisque, ad nostras advenit[r] partes: ob dilectionem eiusdem sancti Eloquii corda utrorumque, devoti[s] scilicet comitis et clarissimae comitissae, divinus amor accendit, et propter fervorem instantium miraculorum, quae ab eo fieri indesinenter contemplabantur, in concupiscentia eius magis exarserunt, et ambitione maiori coeperunt scrutari, quo ordine ad eius corpus pervenirent. Deinde quoniam in procinctu Laudunensis episcopatus, quo in contemplatione divina heremiticam duxerat vitam relicta pastorali cura, et in memorato monasterio eiusdem sancti corpus iacebat, eum qui eodem tempore Laudunensis ecclesiae regebat pontificatum humiliter rogaverunt, quatinus concederet eis exinde memorabile beati Eloquii corpus transferre, quo illud honorabilius et devotius cum obsequio divini famulatus a Christo famulantibus collocaretur. Ecclesia enim illa, in qua Deo sedulum in[t] vita sua exibuerat obsequium, quamquam in statu heremitico et vastatione eo tempore videretur esse, in vita sua a Christi fidelibus magis prediorum honoribus locupletata fuisse dinoscitur: ipsa, inquam, in qua memorabile corpus eius[u] tempore illo tumulatum requiescebat, saeviente passim per orbem crudelitate Danorum, cremata est, et in negligentia ita diebus multis permanens, absque divini famulatus ministerio[v] ibidem requievit. Enimvero miraculorum prodigiis per eum coruscabat indesinenter. Concessum est comiti a venerabili Rodoardo[2] Laudunense pontifice; sicque memorabile corpus cultu honorabili et non mediocri devotione clerus ex episcopatu cum episcopo, comite et clarissima comitissa et populo terrae transtulerunt ex eo loco, et illud non sine magnorum miraculorum opitulatione usque ad basilicam beati Michaelis detulere, in qua requievit usque ad diem anniversarium suae depositionis, quae 3. Nonarum Decembrium celebratur. Nam ob[w] hoc eius annalis translatio dilata est, quoniam in loco Giriniaco[x, 3], unde translatum est corpus eius, die hac ex longinquis regionibus quotannis conventus diversarum

a) cupiens c. cogitare *T.* b) rogans q. *T.* c) tota devotione q. *T.* d) venerabilibus *ed. T.* 1? e) m. et suffragia *T.* f) *deest T.* g) fidelium *T.* h) c. in v. c. et pacis locus a Deo electus conservaretur *T.* i) *deest ed. T.* k) consilii 2. l) tua n. opera *T.* m) sancti 2. n) venerabilis 2. o) implev. 2. p) qui 1. *ed.* q) t. s. sc. Hyb. 2. r) pervenit 2. s) videlicet d. 2. t) exhib. in v. s. 2. u) in 2. v) mysterio 1. w) ab 1. 2. x) Giriviaco *T.*

1) Lagny-sur-Marne. 2) A. c. 894—921. In Vita Eloquii, 'Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique' V, p. 349. legitur: *Cum ergo temporibus Odonis regis Francorum plurime fierent circumquaque strages christianorum crudelitate Danorum, multaque passim incendia agerentur tam ecclesiarum quam villarum, capta, immo deflagrata a paganis, tum et ipsa ecclesiola prefati sancti pariter cremata est ab illis, salvo dumtaxat eiusdem sancti corpore, utpote in sepulchro sub imo telluris latente ...... Nam cum fama huiusmodi virtutum circumquaque percrebuisset, maximeque quod sanctus Dei absque divino officio sub dico utpote in deserto loco solus iaceret, superno ductus amore sanctique veneratione Hadericus religiosus ac venerandus comes una cum Heresinde sua clarissima coniuge accesserunt ad Rodohardum tunc temporis venerabilem Laudunensis ecclesie pontificem, obnixe flagitantes eum, ut, quia ille locus ubi sacrum corpus iacebat funditus erat destructus et a nemine visebatur, dignaretur eis saltem licentiam aliorsum illud transferre, quo devotius ac venerabilius valuisset custodiri. Tunc devotus concessit. Deportatum itaque est beatissimi confessoris Christi corpusculum in iam memoratam basilicam.* Sed basilica nulla nominata est, ad quam translatio facta est, et Walciodorense monasterium ne verbo quidem tangitur. 3) In Vita Eloquii legitur: *supra fluvium cui vocabulum est Isera*

gentium congregabatur, ibique ex more sollemnizantes, reddebant vota sua Deo et sancto confessori, et ita in laetitia deductis duobus vel tribus diebus, alacres revertebantur cum salutari recreatione animae suae. Hanc sollemnitatem inclitus comes et beatus Forannanus in melius reformare cupientes, statuerunt, quatinus provinciae, in qua subsidium istius memorabilis[a] patroni venturum erat, nuntiando ostenderetur, et gratanter expectatores prestolarentur adventum eius, cuius ope apud Dei clementiam et intercessione eiusdem refugium, consolationem, auxilium in oportuno tempore consequerentur. His itaque dispositis, cum fama istius nominis provintia repleretur, et ad aures illustrium[b] virorum talis auditus et tantae cognitionis rumor pervenisset, fitque gaudium omnibus, vox exultationis in excelsis attollitur, et cum tripudio communis iocunditatis ab omnibus iste desiderabilis adventus prestolatur. Statuto siquidem temporis termino denominata die, videlicet depositionis suae[c], confluentia diversorum hominum et gentis ex longinquis partibus congregatae cum universo mercimonio ad hanc condictam sollemnitatem invicem se cohortans, studuit properare et celebrem recolendae iocunditatis et futurae prosperitatis tota mentis aviditate diem expectare. Quid multa? celebrabilis sollemnitas predictae diei 3. Nonarum Decembrium adveniens initiatur. Et ecce beato Eloquio adveniente cum signis et miraculorum prodigiis, catervatim occurrit ei exercitus diversarum plebium. Qui dum deferretur per Famensem pagum, contigit ei transitum habere per vicum qui dicitur Romunthuisin[1]. Quo dum impetu populi ad eum confluentis a delatoribus deponeretur ob superexcrescentem frequentiam, et sedata plebe iterum illud desiderabile onus portitores temptarent[d] resumere, nullo molimine illud moveri potuit. Cumque mirarentur attoniti, et stupor vehemens comprehenderet eos, ex hoc accidenti fama istius tremoris ad quendam nobilem[e] Widricum Falemanniensem pervenit, qui mox in conspectu omnium in eodem vico beato confessori duos mansus terrae tribuens, constituit, quatinus ex tota Falemanniensi parrochia[2] unaquaeque domus singulis annis dimidium denarium persolvat in Walciodoro ob venerationem egregii confessoris. Legaliter profecto completa donatione hac, cum caelestibus melodiis venerabile corpus iterum levigatum[f] immensa velocitate elevabatur et cum tripudio magnae iocunditatis a clero et turbis undique congregatis usque ad Walciodorensem basilicam deducitur[3].

a) sancti 2. b) industrium *ed.* 1? c) die 2. d) r. t. 2. e) p. n. W. Falemaniensem 2; Widericum Falmaniensem *T.* f) levigatus 1.

loco qui antiquo vocabulo Girimacus nuncupatur. Quod editor Grimac interpretatur; sed fortasse de Grigny ad Isaram (Oise) cogitandum est. 1) Romedenne ad communiam Surice pertinens. B. 2) Falmagne; de qua cf. Guillot, 'Hist. de Namur' IV, p. 190. 3) Longiorem huius rei narrationem praebet charta, procul dubio fictitia, quam ex chartulario Walciodorensi ed. J. Barbier, 'Analectes' II, p. 266. Quam, cum nonnulla contineat notatu digna, hic exhibendam duxi: *In nomine Dei summi. Ego comes Eilbertus notum facio omnibus scire cupientibus ea que per memet ipsum tradita sunt beate Marie in ecclesia Walciodorensi et sancto Eloquio et alia multa que data[a] sunt a nobilibus viris, scilicet a Widrico de Falemania et Theoderico de Lembrin cognomento Bocal 8. Idus Octobris, die translationis eiusdem confessoris Christi. Veniens namque vir sanctissimus Eloquius in villa que vocatur Lembrin cum populorum turbis se sequentibus, ibi honorifice est receptus a Widrico de Falemania et a populo circiter a quatuor miliaribus a Florinis et ab omni parte circumquaque circumfluentibus. Quem cum de loco illo asportare conarentur, non potuerunt movere feretrum, donec Theodericus, dominus eiusdem loci, in eodem vico ipsi tradidit, nobis presentibus, mansum unum; et sic cum gaudio magno ipsum levaverunt et ad locum a Deo prefinitum[b] detulerunt; ubi cum maximo tripudio, clarescentibus plurimis virtutibus, a venerando ac sanctissimo episcopo et abbate Forannano et a me peccatore gloriose est locatus in eadem die; ubi coram me Widricus, vir nobilissimus de Falemania, sic est episcopum Forannanum allocutus: 'Vir sanctissime, quoniam per hunc sanctum virum Eloquium, ut video, virtutes multe sunt divinitus operate, volo in honore ipsius huic loco honorificentiam pro remissione peccatorum meorum impendere; idcirco trado ei coram te, coram comite Eilberto de allodio meo Falemannia, quod teneo iure paterno, singulis annis de unaquaque domo dimidiam cere vel dimidium denarium, que die ac nocte ardeat in conspectu sanctorum in hoc loco quiescentium, et precipio genti mee, sicut possum facere, ut unusquisque et unaqueque, sicut conveniunt ad missam precipuis diebus in Falemania, sic semel in anno ad beate Marie et sancti Eloquii conveniant merita'[c]. Post hec ego comes Eilbertus propius accessi et gladium, quem causa iusticie portabam, supra venerabile corpus posui eique advocationem et providentiam totius abbatie tradidi, et sic ad populum conversus, Florinenses michi prope astantes advocavi eosque, velut ipsi rogaverant, beate Marie et sancto confessori liberaliter tradidi, ea scilicet conditione, ut ex singulis domibus de toto banno Florinensi per me a prescriptis, ut ab adversitatibus liberemur seculi, ad luminaria monasterii detinenda per annos singulos dimidius denarius vel dimidia cere per manus singulorum afferatur in die translationis predicti confessoris, et unusquisque vir vel mulier, postquam ad quintum decimum annum pervenerint etatis, semel in anno in die iam dicta ad sarcienda tecta monasterii*

a) dicta *ed.* b) prefunctum *ed.* c) mita *teste editore c.*

25. Cumque populi multi cum beato Forannano et comite Eilberto et comitissa Herinsinde et nobilium virorum et mulierum[a] ex tota provincia inhianter expectarent adventum eius, die condicta ecce advenit lumen eorum et munimentum provinciae, refugium miserorum et languentium portus, sicut evidenter aperuit ingressus eius. Nam die eodem illius[b] ingressionis multi a variis infirmitatibus liberati sunt, et antequam ingrederetur[c] habitaculum sanctificationis, virtutem Dei in se senserunt visitatione sua. Sed ne prolixitas dicendi[d] fastidium generaret legentibus, textum miraculorum eius replicare distulimus. Sufficienter enim haec inveniet, qui codicem gestorum eius et translationis[1] legendo[e] requiret. Nos[f] autem, ut ambiguitatem auferamus ab eis, qui ex hoc quod ibidem scriptum reperiunt de eius translatione et templi consecratione scandalizantur, oportet ostendere evidentem rationem ex tribus sollemnitatibus; et quoniam* nostris modo diebus utraque veneratio, templi consecratio et confessoris translatio eiusdemque depositio aliter conservatur, et unaquaeque sollemnitas principaliter per se retinet suam dignitatem, ne error pullulet in cordibus succedentium, necesse est ostendendo intimare, a quo prima templi consecratio et primae translationis observantia acta fuerit, diem etiam cum tempore in quo utraque sollemnitas statuta fuit, et quare eodem die fuerit instituta, certissime demonstrare.

26. Superius namque prefati sumus, quod eodem in loco unde translatus est maxima populi frequentia die eadem ex antiquo more congregabatur, et peracta** divinae servitutis officia ibi ex more sollemnizantes, laetum tempus deducendo cum salutari refugio suae animae revertebantur. Hoc itaque sollemne tempus consilio suo beatus Forannanus in melius reformare desiderans, quatinus maioris ambitionis et venerationis dignitate dies et sollemnitas recolendo ab omnibus magis amplecteretur, has tres sollemnes celebritates sub una observatione compaginavit, et annuatim ita statuens custodiri, dedicationem ecclesiae, translationem eius in eadem die suae depositionis statuit. Consecratur ergo die eodem[g] a beato Forannano locus et ecclesia, et in eadem ab eo sanctificantur tria altaria. Altare namque maius ibidem dedicatur in honore sanctae Trinitatis et beatae Mariae et duodecim apostolorum; et in dextera laevaque ecclesiae duo, unum in honore beati Iohannis euangelistae[h] et aliud in veneratione sancti Martini atque beati Benedicti dedicatur. Altare vero quartum in domo comitis, videlicet turris eiusdem ecclesiae, petitione eiusdem in honore sanctae Trinitatis insequenti[i] die consecravit[k]. Haec[l] est huius diei venerabilis sollemnitatis observatio et a beato Forannano renovata et auctorizata sollemnitas et recolendae festivitatis institutio. Obtinuit interea venerabilis comes et beatus Forannanus a cunctis principibus terrae, ut observantia huius diei in sua veneratione et religione perpetualiter

*) *T. pergit:* videlicet ex templi consecratione, confessoris translatione eiusdemque depositione, quae tres sollemnitates aliter nostris diebus celebrantur, et tamen unaquaeque principaliter suam retinet dignitatem. Ne igitur error *etc.*

**) *T. pergit:* peractis d. s. obsequiis[m] cum spirituali iocunditate et exultatione ac cum salutari refrigerio suae animae ad propria remeabant. Hoc itaque celebre tempus industria sua beatus Forannanus reformare desiderans, has tres solemnes celebritates in unam redegit, quatenus a populo dies ista solemnis maiore veneratione digna haberetur et ab omnibus magis amplecteretur, et annuatim istam statuens custodiri, dedicationem ecclesiae et translationem ipsius sancti Eloquii in eadem die suae depositionis decrevit celebrari.

a) *ita* 1. 2. *T.* b) ing. eius 2. c) ingrederentur *ed.* 2. d) dicende 1; *deest* 2. e) t. ipsius percurrere voluerit. Ceterum ut a. *T.* f) Nos autem — depositionis statuit *(infra l. 24) des.* 2. g) prefato 2. h) apostoli et e. 2. i) seq. 2. k) consecratur *ed.* 2. l) Haec — institutio *des.* 2. m) assequiis *c.*

afferant virgam ferream ad mensuram unius cubiti. Postquam ista et alia peregi, beatus Forannanus episcopus et abbas ad altare accessit et sacrosancta misteria sacratissime misse complevit; deinde versus ad plebem, ista omnia replicavit, et ad finem deveniens, auctoritate Dei Patris et Filii et Spiritus sancti et sub anathemate, ut ipse potestatem ab apostolico beato Benedicto septimo acceperat, interdixit, ne quis hanc traditionem et confirmationem presumat violare vel auferre monasterio Walciodorensi; et si quis hoc apostolicum preceptum transgressus fuerit, maledictus sit in omnibus locis, sic ut nec memoria eius sit in die iudicii, sed sit deputatus in inferno cum impiis. Actum Walchiodori 8. *Idus Octobris, anno ab incarnatione Domini* 976, *indictione quinta, anno undecimo imperii Ottonis augusti, Henrici imperatoris filii. Testes harum rerum sunt dominus Forannanus episcopus et abbas, comes Eilbertus, Witerus, frater eius, comes Bozo, comes Engrannus de Erchelines, Widricus de Falmania, Theodericus Bocal.*

1) In Vita et Translatione edita (supra p. 515, n. 2) de basilicae consecratione nihil legitur, sive haec pars sit deperdita sive alia Gesta hic indicentur.

permaneret, quatinus decreto eorum statueretur celebratura per omne succedens tempus. Assensu itaque cunctorum principum, tempus hoc sollemne in eodem loco ut conservetur per succedentia tempora annuali revolutione, statuitur, et ingredientibus et egredientibus, venientibus et redeuntibus pax firma conceditur, et ut liberaliter cuncta fierent, et congregata mercimonia libere distraherentur, institoribus ex longinquis partibus convenientibus iudicio eorum pax constituitur. Congregabantur enim eo tempore, ut ex maiorum relatione comperimus, non solum ex hac provintia, verum etiam ex aliis quam plurimis et a nobis procul remotis. Hanc ergo celebrem institutionem ne quis nefario molimine audeat violare, infringere vel conturbare, a beato Forannano monachis, sacerdotibus, clericis et conventu ecclesiasticarum personarum auctoritate ecclesiastica intercluditur; et ut haec omnia sine scrupulo conserventur, huic sollemnitati assignatis solibus octo, sub anathematis obligatione poena delinquentium et prefatam sollemnitatem conturbando demolientium indicitur.

27. His autem canonice, rationabiliter et congruenter dispositis, die consecrationis turris in medio ecclesiae se erigens venerandus comes et ex predictis operibus Deo gratias reddens, per gladium suum beato Eloquio protectionem domus illius, quam post regem de regia manu resumpserat[a], et advocatiam omnium rerum ibidem pertinentium tribuit, et se ipsum a supradictis rebus emancipans, iterum cuncta sub potestate beati Forannani et eius successorum redegit. Deinde recapitulatis rebus collatis eidem ecclesiae ab eodem, designatur insuper beato Forannano piscatia[b] respiciens ad Walciodorense indominicatum beneficium et aquae cursus ex utraque parte et ex utraque ripa, ab eo loco in quo rupes est quae Lapis-perforatus dicitur usque ad aliam rupem quae secundum Latinitatem Specus dicitur et secundum usum provinciae[1] Huvia appellatur. Ripae namque ex utraque parte positae quia in potestate sui iuris erant eo tempore ex indominicato suo beneficio absque Hasteriensi, extra terminos eiusdem Hasteriae liberaliter hunc aquae cursum Walciodorensi ecclesiae et beato Forannano et successori eius[c] concessit. Exinde advocata plebe Florinensium precepit, quatinus ad mensuram unius cubiti virgam unam ferream ad resarcienda tecta monasterii unusquisque homo de banno Florinensi deferret, et de eodem banno unaquaeque domus obolum unum administraret singulis annis Walciodorensi ecclesiae[2]. Haec[d] de translatione et depositione egregii confessoris Eloquii et prima templi consecratione dicta sufficiant; et* de triplicis sollemnitatis constitutione sine ambiguitate legendo recitentur.

28. In tempore illo comitissa Herinsindis piis operibus insistens et in sancta conversatione de die in diem proficiens, memoratae basilicae beati Michaelis archangeli assidue frequentando adhaesit, in qua haut multo post carne deposita sepulturae conditorium suscepit. Post mortem vero eius venerandus comes die et nocte in lege divina meditans, et pretiosas basilicas sapientia sua Deo dicatas frequentando circuiens, et ex consilio suo adminiculationem et solatium illis impendendo administrans, adhaerere Deo ipsique servire toto mentis affectu disposuit, et agonizando certamen contra invisibilis hostis versutiam arripuit, sibique propugnacula, quibus fraus et deceptio invidi temptatoris demoliretur, composuit, caritatem[e] videlicet et quae ex eius radice prodeunt virtutum insignia. Cum vero talibus hostiis diuturna meditatione se ipsum mactando sacrificaret Deo, surrexit adversus eum proximorum multitudo, qui impetu uno simul compaginati, predixere ei, terras eius nulla eos ratione pati post se[f] exheredari. Violentia itaque illorum tempore illo competentem genere et dignitate illi quaerentes uxorem, coniungitur[g] iterum coniugali contubernio; sed humanae deliberationis ratio tentamentumque humani moliminis nil valet contra decretum consiliumque divinae maiestatis. Proximorum namque moderamine vinctus carnali conubio, eadem coniuge sterili cum eo permanente, vixit absque liberis, vivens tamen legaliter cum ea, divinae servitutis meditationi, studio suae bonae voluntatis iuxta temporale impedimentum caduci honoris et casualis fragilitatis adhaesit.

*) De triplici quoque solemnitatis institutione omnem facile ambiguitatem lectoribus abstulimus. *T.*

a) des. *ed.* 2. b) *ita* 1. 2. c) e. s. 2. d) Haec — recitentur *des.* 2. e) car. — insignia *des.* 2. f) posse *ed.* 2. g) *desinit* 2.

1) Linguam Francogallicam intelligere videtur. Certe in Roberti libro de miraculis Forannani c. 20 (p. 594) legitur: *Est quoddam oppidum in Saxoniae partibus trans Rhenum, quod barbarico sermone illius gentis Rhes habet vocabulum.* Rees ad Rhenum esse videtur. 2) Cf. chartam fictitiam supra p. 516, n. 3.

29. Haec autem nobilis mulier ex alio anteriore marito binos bonae indolis adolescentulos pariens nutrierat, qui comiti more filiorum, et non privignorum, amicabiliter adhaerentes et per studium diuturnae servitutis ministerialiter ei se subicientes, et per obsequium sui famulatus familiarem dilectionem suam illi aperientes, non sicut vitrico, sed sicut proprio patri ministrabant. Factum est autem tempore illo, quatinus ex eventu curiae regali cum his iuvenibus interesset comes; qui quoniam pedibus infirmatus absque sustentatoribus incedere nequibat, innitendo se super hos quocumque per ambitum curiae a suo spiritu proprioque arbitrio duceretur, horum auxilio gradiebatur, et in conspectu regis et principum filiali dilectione ei se subiciebant. Cumque a rege diligentia servitutis iuvenum intueretur, astutia eorum et honorabilis servitus ab eodem multipliciter laudatur, et incomparabiliter eorum morigerata compositio investigata ab omnibus sublimatur ore principum. Cum autem ante regem stans super utrumque adolescentem comes inniteretur, ex quantitate iuvenum rex causam cognoscere volens, nomina, seriem progeniei, et qui essent et quomodo ita familiariter ei adhaererent, investigando interrogavit. Ille profecto ex ordine regi puerorum notitiam ostendendo aperiens, nomina designavit; et ideo eorum constantiam benigni famulatus rex considerans, dixit: 'Vere, comes, merentur a te digno munerando ditari premio, qui tibi deserviunt fideliter ex huiusmodi famulatus obsequio'. Animatus igitur comes ex hoc regali consilio, in conspectu eius et principum privignos utrosque de dextera laevaque sua semovens et eos ante regem statuens, inquit: 'Rectori seculorum et vobis, domine rex, gratias refero, quod sensus vestrae discretionis in hac actione coniungitur sensui meo, et dignitas vestrae benignae moderationis haec agere roborando innuit nostrae voluntati et exemplat nos provocando in hoc negotio cohortatio vestrae dignationis. Quapropter tibi Godefrido et fratri tuo Arnulfo ob gratiam domini mei regis, qua suam[a] misericordiam vobis demonstrando aperuit, et remunerationem vestrae servitutis, quam mihi fideliter diuturno labore exhibuistis, in testimonio eius et nobilium de curia pagum Florinensem cum integro suo banno et indominicatum beneficium ex eodem banno liberaliter trado, et ut haec libere et legaliter et sine adversa motione cuncta possideatis, castrum ibidem a me constructum cum suis [appendiciis[b] et] municipatibus et opidum concedo vobis, et quicquid paterna successione in eo iure et nobiliter mihi subiacuerunt vobis subiacere constituo, excepto quod iura Walciodorensi ecclesiae a me designata ex Florinensi banno a vobis et successoribus vestris [sicut[b] a me] sine scrupulo et motione contraria conservabuntur. Sepulturam autem vestram vos et successores vestri eidem loco benefacientes perpetualiter in eodem monasterio a me constitutam vobis esse cognoscetis; hancque constitutionem ob genitricis Christi honorem et nostram memoriam, quicumque dominus fuerit Florinensis domus, inconvulsam conservabit per omne succedens tempus, ne subiaceat perpetuae maledictioni; cui subiacebunt[c], qui fraudem fecerint eidem ecclesiae de rebus suis a Christi fidelibus ibi constitutis'.

30. Decrevit autem ibi in presentia regis et principum et in conspectu predicti Godefridi et fratris eius Arnulfi in testimonio eorum, quatinus maior de Walciodoro, abbas videlicet vel prepositus, cum fratribus suis spiritualibus a die illa et deinceps secundum suam voluntatem, quando ei placuerit, pro suo iure in Florinensi castro resideat et cum ministerialibus eiusdem castri, villico scilicet atque scabinis, rationem suam iuridicialiter ventilando producat et sine alicuius violentia usque ad rebellionem et contradictionem rusticorum libere cum suis et supradictis ministerialibus iudicia sua exerceat de rebus suis. Constituit preterea, quatinus ex his duabus partibus et potestatibus quasi gens una et populus unus sibi invicem familiae haererent, et sine exactione contraria et bathmundii[1] quaestu Florinensis homo ex Walciodorensi potestate mulierem sumens legittime sicut sibi parem ducat, sicut versa vice similiter Walciodorensis de Florinensi potestate mulierem sumendo faciet. Si vero quis homo vel mulier Florinensis ad Walciodorensem vel Walciodorensis ad Florinensem transierit potestatem, protegetur a rectore potestatis illius in qua elegerit habitare, ita plane, ut capitalia iura et secundum decreta suarum legum, quod cuique debent potestati, certis temporibus et assignatis non neglegant reddere. Ut autem istius constitutionis decretum fixum permaneat, regalis auctoritatis et palatinorum procerum iudicio testamentis regalibus confirmatur, et nobilium iuvenum assensu et concessione propositae actionis diffinitio, sacramento regalis etiam dispositionis et honore sui iuris, hereditatis et

a) sua misericordia 1. b) *des.* 1. c) subiacebant 1.

1) De baitemund sive beddemund v. VG. V, p. 236.

nobilitatis, et a se et a successoribus suis conservanda terminatur. Ex immensitate autem tanti beneficii fratres predicti dignas gratias iuxta modulum suae facundiae comiti reddiderunt et suae servituti toto vitae suae cursu fideliter adhaeserunt ob magnitudinem honoris, quo sublimiter ab eo sunt promoti.

31. Deinde regressus a rege, Walciodorensi ecclesiae frequentando adhaesit et sepulturam in ea suorum familiarium et fidelium amicorum cum maximo studio preparavit. Ipse namque ab ingressu chori usque ad altare turris terram aperiens eamque effodiens, duos in ea muros construxit et latitudinem utrorumque ad mensuram duorum cubitorum et latitudinem in mensura unius et dimidii cubiti composuit. Ibi ergo nobilium virorum corpora ex prosapia sua cum patre et matre et filio Bernero et fratre Bosone iterum honorifice sepelivit, ea videlicet quae per eum a locis, in quibus antea fuerant sepulta, ob dilectionis fervorem et mutuae consanguinitatis propinquitatem sua virtute atque dignitate translata sunt. Exhinc cum divini famulatus meditationi inhianter inhaereret et auditu divinae contemplationis eloquium auscultando libenter perciperet, eruditus huiusmodi discretionis
cf. Iob 29, 15 31, 32. sermocinationibus frequenter oculus fuit caeco et pes claudo, ostiumque eius viatori patuit. Reddebat sane sancta discretione compositus mundo mundana, et ita ex arte mundi arte sua mundanas artes deludendo conculcabat, ut non oblivisceretur, qualem Creatori suo deberet subiectionem; sicque dextera sua fidei lumen in se accendebat, ut lucerna simplicis et astuti cordis eius opacitate sinistrae suggestionis nec oleum lampadis eius extingueretur[a] nec venditorum proditione nec adulatorum contagione sensus eius turbaretur. Itaque residuum suae vitae cursum in sancta conversatione de die in diem proficiendo peragens et fomitem ignis anterioris cursus extirpando nitens extinguere, lucernam se illuminantem, elemosinam scilicet, pro aqua in manu ferebat, et per hanc callidi temptatoris insidias repellebat. Ita namque in agone istius contentionis viriliter decertabat, ut non veluti dormitans, verum vigilans et expeditus inveniretur in occursu Conditoris sui; sicque pulsanti Iudici suo et Domino introitum nitebatur preparare, ut non in porta ex suo sermone ei confusionem inimici sui facerent. Portum ergo illius clementissimae consolationis quatinus
cf. Matth. 19, 29 mereretur expetere, qui ex derelicto simplici et seculari negotio centuplicatum emolumentum largiendo suis fidelibus dispensatoribus repromisit se redditurum, finem sui cursus fideliter expectabat, dicens: 'Cum apostulo cupio dissolvi et esse cum Christo'. Intendens igitur votis precordialibus in Creatorem suum, dissolutionem suam per continuas orationum victimas ei commendabat, precabatur cotidie divinae miserationis et consolationis affore sibi subsidium, ut cum fidelibus suis mereretur audire: 'Veni, dilecte mi, ad me; instat enim tempus, ut ex tuo labore mercedem recipias perpetuae retributionis et inaestimabilis[b] gloriae'. Gloriam itaque suam, Christum videlicet, quantum humanae fragilitatis meta[c] patiebatur, amplectendo sequebatur et in mandatis eius iuxta modulum suae conversationis meditando currebat. Nactus profecto ex legittimo certamine et ex cursu felicis consummationis suae constantia fidei cum premio caelestis remunerationis coronam immarcescibilem, more solito loca sancta circuibat et sibi commissum margaritum Christo patrocinio suorum fidelium, eorundem auxilio orationum, commendabat.

32. Contigit igitur, dum die quadam usque ad basilicam beatae Mariae in Hunblires gratia visitationis disponeret properare, ut a Walciodoro exiens usque ad vicum qui dicitur Flerus[1] perveniret ibique sicut in proprio hospitatis causa ingrederetur. Ingrediente autem eo ibi, dolore cogente lecto decubans infirmari coepit, et invalescente infirmitate usque ad mortem pervenit. Cumque vocationis suae tempus proximum affore cerneret, e vestigio a se nuntio directo in Walciodorensi coenobio beatum Forannanum ad se accersivit, accersitumque per eum dissolutionem suam, expletis divinorum misteriis quae huic congruunt vocationi, Domino commendavit. Sic itaque cursu fideliter peracto, ex hoc mundo migravit ad Christum, recepturus profecto, perfecto opere et diei transacto labore vespera adveniente, suae mercedis et plenae retributionis denarium. Igitur a beato Forannano directis undique vernaculis ex congregationibus a se constructis, abbates cum honestioribus ecclesiarum ad hoc obsequium convocavit, et ex auditu istius commotionis congregata est non minima multitudo monachorum cum abbatibus, exceptis clericis et monialibus. Proximorum autem et nobilium virorum ex hoc accidenti graviter commotae innumerabiles catervae congre-

a) *locus ita vix sanus.* b) inestabilis 1. c) metas 1.

1) Fleurus.

gantur, de quorum planctu, gemitu, ploratu et contritione patriae fit commotio, et ex hac commotione moerentium affectus dolorem facit ceterarum gentium nationibus. Beatus igitur Forannanus cum turbis monachorum, clericorum et nobilium virorum et cum innumerabili sexu gentis utriusque, virorum et mulierum, venerabile corpus egregii comitis a loco illo transferens, quo defunctus hominem exuit, usque ad basilicam Walciodorensis coenobii deduxit et ibi eum in condigno loco honorifice sepelivit, in eo videlicet quo se disposuerat sepeliri.

33. Itaque beatus Forannanus anno ab incarnatione Domini 969.[1] ordine supradicto de terra sua exiens, in istius habitationis ingressus est monasterium, quod secundum ecclesiastica iura cum comite regulariter ordinans, magnifice decoravit in omnibus, ut nostri ingenioli inertia manifestando conscripsit. Septimo autem anno post eius adventum ordine memorato comes venerandus hominem exuens ex hoc mundo transivit, anno ab incarnatione Domini 977, indictione 3, anno domini Ottonis imperatoris secundi tercio, quinto Kalendas Aprilis.

34. Dehinc post haec in tempore illo accidit, ut in Mettensis episcopatus confinio villam unam Crutehen beatus Forannanus industria sua ecclesiae Walciodorensi acquireret, et ne vini penuriam eiusdem habitatores paterentur, eam eidem ecclesiae ad usus vini assignavit. Domum vero in eadem civitate cum duabus vineis acquisivit et unam ex his in memoriam Walciodorensis ecclesiae Walciodorum appellavit. Ex eo enim tempore usque nunc ipsa illud nomen sibi retinens, eadem vinea Walciodorus vocatur. Et quia a die quo Walciodorensis ecclesia Mettensi supposita est, ordinatione regalis censurae et principum diffinitum fuerat, ut eiusdem abbas Mettis conveniret singulis annis in inventione beati Stephani[2] ob honoris venerationem eiusdem Mettensis ecclesiae, et debitam subiectionem, quam suo precessori famulatura eadem Walciodorensis cognitione sui dominii exibere debebat, ostenderet: ne autem ipse abbas erroneus vacillando civitatem penuria hospitii circuiret, domum ei preparavit et sufficienter ad usus advenientium redditus eidem domui assignavit. Nullam enim aliam exactionem contrariam nullumque aliud servitium Mettensis a Walciodorense exigere debet, nec Walciodorensis Mettensi reddere, nisi presentis diei cursum, quo domino suo, episcopo videlicet, predictus abbas suos prosperos successus confiteri et amfractus periculosos motionesque contrarias conqueri debet. Ipse abbas die eiusdem festivitatis divina celebraturum per dexteram episcopum deducere debet, et si episcopus absens fuerit, die eodem in eadem Mettensi ecclesia vices eius agere debet, serviendus per omnia more episcopali, exceptis episcopalibus insigniis. His vero ex more completis, de statu ecclesiae suae abbas requirendus est ab episcopo et investigando percepta responsione eius ex sua felicitate gratias reddere Deo et idoneo procuratori debet, de tribulatione autem eius dolere debet; et pro eadem tribulatione sicut pro sua causidicus assurgere, et quaecumque sit necessitatis occasio, sicut ex sua sollicitus esse.

35. Deinde egregius antistes Forannanus feliciter in sancta conversatione presentis certaminis nitens cursum consummare talentumque sibi creditum cupiens multiplicare, armis iusticiae se precingendo invisibilis hostis versutiam cum argumento conculcabat, et ut verus atque fidelis ratiocinator non tantum sibi prodesse, verum ex sua aliorumque salute sollicitus, diuturno labore per continuas orationes pro sibi creditis ovibus divinae misericordiae subsidium flagitabat. His et huiuscemodi meditationibus inhaerens, Domino se subdidit, et toto mentis desyderio divina contemplando in Conditorem Redemptoremque suum intendens, sui spiraminis commissum illi commendabat. Et ita totam suae mentis intentionem in Deo iactans, vegetationem nutrimentumque spiritualium donorum ipsum precabatur sui proprii laboris et actionis fore, ut angelus eius ex testimonio suae protectionis de eo margaritam competentem componat dragmae decimae, et ex stillicidio myrrae probatae, id est Christi mortificatione, iugiter ei in se ipso ferente, idem angelus in caelestibus catervis gaudium ex eo faciendo iungat eum numero nonaginta novem ovium. Cumque violentia tali introitum perhennis felicitatis appeteret vimque faceret regno caelesti, exemplo et opere et diuturna egentium miseratione per cordis sinceritatem quaerebat, quem tota aviditate dilexerat. Igitur, sicut dictum est, per cordis compunctionem et cotidianam tribulationem in lecto suo nocturnali tempore eum quem ita dilexerat requirens, diuturna supplicatione vocavit, sicque quaerendo atque vocando doctrinae sacrae misterio a sanctis patribus pleniter imbutus vulneratur, vulneratusque amore illius noluit eum relinquere, quousque ab eo deduceretur ad hereditatem felicitatis aeternae et mereretur audire: 'Aperi mihi, soror mea, cf. Cant. 5, 2.

1) Annum ex charta Ottonis (supra p. 512, n. 3) sumsisse videtur, ut recte monet Schulze, 'Zur Gesch. d. Klosterreform' p. 55. 2) Aug. 3.

et ingredere in requiem meam. Transiit enim tempus tribulationis, et infidelitatis frigus a te recessit, et de tuo odore supernae benedictionis incrementum multipliciter crevit'. Ita sane iungitur caelestibus choris, exutus humanae fragilitatis tegumentis, nobis relinquens exemplum patientiae et humilitatis, quo perveniamus divina speculando ad bravium supernae iocunditatis. Attamen finem eius qui pleniter ambit cognoscere, codicem gestorum eius et depositionis requirendo studeat legere. Ibi namque ex parte insignia miraculorum eius, quae in eo Christus ante depositionem atque post eius transitum dignatus est operari, reperiet, tempus etiam illius exitus, quo eius anima caelos penetrans ex hoc carnis ergastulo transivit ad Christum, inveniet[a] *.

36. Beatus ergo Forannanus quia regularis censurae normam primus in Walciodorensi monasterio gubernando cum suis comitibus applicaverat, post eius transitum ex eodem duodeno numero comitum eiusdem rector iustitiae et sanctae conversationis amator beatus Kadroe eidem Walciodorensi ecclesiae preficitur[1]. Hic autem cupiens sequi per omnia documenta eiusdem felicis memoriae sui precessoris, meditabatur in lege divinae exercitationis; propterea ibidem sublimatus, obtinuit regimen rigoris et rectitudinis anno ab incarnatione Domini 980[b.2]. Ipse autem ob sanctitatis suae auctoritatem et morigeratae conversationis excellentiam et prudentis discretionis moderationem, ne lumen eius sub modio tegeretur, sed ex radio sui splendoris ecclesia illuminata amplificatione suae doctrinae dilataretur, beati Felicis[3] Mettensi ecclesiae regulariter abbas preficitur et assensu omnium ibidem pertinentium dominus domus illius legitime constituitur. Hinc ergo qualis fuerit, monstrat gratia supernae largitionis, quae multiplicibus insigniis ita eum, misericordiam suam infundendo, largiter replevit, ut ex magnis prodigiorum beneficiis, quae per eum Domini eiusdem pietas operando manifestavit, volumen non modicum in ecclesia beati Felicis et apud Walciodorenses conservetur. Ibi namque in ecclesia beati Felicis ob dignitatis suae venerationem a maioribus altare constructum continetur, quo singulis annis dies depositionis eius sollemniter celebratur. Itaque in exordio suae constitutionis[c] tales Walciodorensis ecclesia rectores animarum habuisse cognoscitur, de quorum patrocinio non solum presentes, verum etiam succedens generatio misericorditer illuminatur, et intercessione eorum spes miserorum, remissio peccatorum, consolatio languentium, debilium restitutio et casuum levamen, naufragantium portus, apud Conditoris et Reformatoris clementiam repperiretur. Ergo sanctitate insignis et caelestis doni premium recepturus, quod divina faciente clementia promeruerat agonizando, carnali sarcina deposita, hominem exuit, sicque anno ab incarnatione Domini nongentesimo nonagesimo octavo ad Christum transmigravit[4].

37. Surrexit[5] deinde ex eodem contubernio nobilium comitum vir vitae laudabilis nomine Machalanus, qui communi assensu omnium, annuente Mettense episcopo, in Walciodorensi ecclesia abbas constituitur, ibique regulariter intronizatus, a Leodiense benedicitur. Et quia testimonio suae vitae hoc commeruit, etiam in basilica beati Michaelis sub eodem tempore regimen animarum et curam omnium ibidem pertinentium cultu dignae venerationis abbatis nomen sortitus obtinuit[6]. Ipse etiam in conversatione bonae actionis degens, et super custodiam suam inhianter vigilans, recto principalique spiritu normam iustitiae viriliter regebat, et ne callidus hostis detrimentum sibi ex creditis ovibus faceret, suam suorumque subiectorum actionem Domino commendabat. Tali se studio[d] exercens, ignis ille divinus meditatione
Luc. 12, 49. sua in eo vehementer accendebatur, de quo dicit summa Sapientia: *Ignem veni mittere; et quid volo nisi ut ardeat?* In hoc ergo ardore fidei comprehensus, ultimae labentis diei

*) *Vita auctore Roberto ita:* in 982. ab Domini incarnatione annualis circuli revolutione pridie Kalendarum Maiarum sub Ottonis Romani principis tempore de corruptione ad incorruptionem atque de vita ad vitam promeruit transire . . . . eius corporis tumulatio sacra laeva seorsum in monasterio fuit facta . . . . aliud cum summae sollicitudinis diligentia devotionisque honorificentia sepulcrum iuxta altare beati Nicolai aedificavere illumque e loco illo eicientes in nitidoque involventes linteamine ad illud transtulere.

a) *desinit T.* b) *post, ut videtur, corr.* 982. 1. c) conditionis vel constitutionis 1. d) testimonio *superscr.* studio 1.

1) V. Vitam Kaddroae ab aequali scriptam, Mabillon, Acta V, p. 495, qua teste Kaddroe a Machalano abbas secundus institutus est. 2) Annus aperte falsus, cum Kaddroe iam ante a. 953. Walciodoro relicto S. Clementis monasterio sit praefectus; Mabillon l. l. p. 480. 3) Sive Clementis. 4) Potius a. 975. vel 976. eum mortuum censet Mabillon l. l.; a. 965. vel 966. Schulze l. l. 5) Haec cum Vita Kaddroae et Flodoardi appendice, ubi a. 978. mortuus dicitur, pugnant; v. Mabillon l. l. p. 550. 6) Chron. S. Michaelis, SS. IV, p. 81, de eo tacet.

cursus eidem clauditur, annoque dominicae incarnationis 990. ex hoc mundo in basilica beati Michaelis transivit, et in eadem a fratribus eiusdem loci, conditorio sepulturae honorifice constructo, cum summa diligentia sepelitur.

38. Interea ex Walciodorensis ecclesiae conventu subrogatus eisdem ecclesiis regulariter domnus Immo preficitur et, convalescente electione, et utriusque partis assentientibus episcopis, in rectorem animarum a Leodiensi pontifice benedicitur. Ipse namque specialem societatem mutuae fraternitatis ita compaginavit inter utrasque ecclesias, videlicet inter beati Michaelis basilicam et Walciodorensem, quod, si infortunio aliquo casuque acciderit, quo egrediatur quis fratrum ex una prefatarum ecclesiarum ad quamcumque harum, ut pervenerit sicut in propriam, manebit, donec prelatorum providentia propriae restituetur. Ut autem unum corpus utraeque ecclesiae tam in divinis quam in humanis subsidiis fierent, et istius sanctionis edictum firmiter custodiretur, assensu seniorum ecclesiarum sub vinculo anathematis constringitur. Ipse etiam quia prudentis discretionis moderatione per industriam suam rei puplicae commoda quaerendo utilitatibus intentus fuerat, carnis deposito pondere, ex hoc mundo migravit feliciter anno dominicae incarnationis 995. et sui regiminis 4, recepturus profecto sui laboris premium. 995.

39. Post hunc quidam Godefridus ex Remensi ecclesia beati Remigii est assumptus, et conductu quorundam nobilium de Cunauco, propinquitatis consanguinitate quorum gloriabatur, utriusque partis assentientibus capitalibus ecclesiis[a], abbatis sortitus est nomen. Nactus vero privilegii dignitatem, austeritate suae tyrannidis plerumque sibi commissas ecclesias conturbare non distulit, dignitati suae dicens non sufficere, quicquid ab aliquo sibi fiebat servitutis veneratione. Convalescente igitur eiusdem tyrannidis enormitate, dum die quadam in Walciodorensi conciliabulo resideret, fieretque mentio ex memorato monili desiderabilique thesauro, pompatice minando illud se relaturum ad urbem Remensem disposuit, dicens restituendum illi fore ecclesiae, quae per illud detrimentum cognoscitur sustinuisse. Walciodorenses autem, audito hoc verbo, scandalizantur, et regresso eo a Walciodoro, infra terminum condictae diei a fidelibus Walciodorensis ecclesiae concilii[b] dies statuitur, eorumque consilio eo redeunte contra faciem eius ostia et portae clauduntur, et sic sua temeritate expulsus, spoliatur ab eiusdem honoris dignitate.

40. In diebus autem illis linquens seculare negotium ad conversionem sacerdos de Priezeriis nomine Theodericus, haut multo post tempore sub domno Immone venit, habitumque religionis sub eodem in Walciodorensi monasterio assumendo vestivit, et sanctitatem religiosae conversationis moribus dignis condiendo ornans et se totum divinis legibus subdens, preceptis divinis parere non distulit. Hic ergo ob suae venerationis dignitatem et morigeratae bonaeque conversationis excellentiam ab saniorum consilii eminentioribus et omnibus Walciodorensis ecclesiae subiacentibus in pastorem et dominum electus, eiusdem loci obtinuit abbatiam, et benedictione canonicali fultus, rectitudinis et iustitiae normae studuit militare indefessus. Cumque sollicite rei familiaris ad profectum niteretur negotium meliorando perducere, sumpto consilio virorum prudentium, ex ecclesia Hasteriensi sacerdotes, qui a comite et beato Forannano constituti fuerant, industria suae providentiae removit, et ex Walciodorensi monasterio monachos assumens, in eadem Hasteriensi ecclesia loco sacerdotum servire constituit, decrevitque consilio et assensu utrorumque episcoporum, Mettensis atque Leodiensis, ut annuatim monachi ibidem habitantes mutarentur. Verum acsi contigerit aliquem ex his ibidem mori, ad cimiterium Walciodorensis ecclesiae sancitum est precepto eorundem episcoporum et consilio corpus illius referri, ut ibi habeat officium sepulturae, quo suae professionis cognoscitur suscepisse benedictionem. Suo denique tempore dum ob negotium rerum familiarium a loco exiens sibi subiectas circuiret villas, occulto Dei iudicio passim ignis congerie exaggerante Walciodorense monasterium est concrematum, et aedificiorum habitacula eiusdem monasterii cum eo sunt dissoluta. Cumque reverteretur ruinamque respiceret, descendendo de monte qui respicit contra faciem templi, ex equo cui insedebat graviter cecidit et afflicti animi moestitudinem ob cordis contritionem velare nequivit. Verum vires resumens atque ad habitaculum revertens, quod peccati infortunio dirutum fuerat, reaedificare coepit, auxilioque proborum hominum eandem ecclesiam, artificio luculentis[c] aedificationis studium apponens, haut multo post tempore iterum reformavit. Deinde quia res exigebat, ut ararum consecrationes reno-

a) *ita* 1; *fort.* ecclesiarum. b) consilii *ed.* 1? c) *ita* 1; *cf. infra p.* 525, *l.* 8.

varentur episcopali benedictione, tres a beato Forannano sollemnes celebritates tertio Nonarum Decembrium sub unius diei observantiam constitutae mutantur. Nam templi consecratio pridie Idus Maii statuitur, et depositio beati Eloquii in propriam diem relinquitur, et eiusdem translationis observantia propter confluentiam populi, qui eo tempore quotannis congregabatur, sicut nunc observatur, octavo Idus Octobris ob temporalem affluentiam prudentium consilio constituitur. Renovatis igitur a domino Nochero Leodiensium pontifice tribus sollemnibus celebritatibus, honorem proprii cultus unaquaeque celebritas per se reformata et dignitatem suae venerationis resumpsit; sicque dierum istorum exultatio et devotionis ordinatio longo tempore permansit.

41. Inter haec in tempore illo de nobilibus progenitus parentibus puer quidam a Maceriensi opido nutriendus ad eandem Walciodorensem habitationem adducitur, et militaturus Deo et sanctae regulae in eodem monasterio secundum beati Benedicti mandatum regulariter offertur. In cognitione igitur proprii nominis puer ipse dictus est Erenbertus, qui dignitatem suae nobilitatis egregiis ornavit moribus. Factus enim adolescens duplicem adeptus est divinae scientiae utilitatem: litteris enim pleniter imbutus in omnis operationis institutione tam in auro, argento vel aere quam in ceterarum exercitationum[a] ingenio factus est artifex egregius. Tandem resolutionis tempore appropinquante venerabilis Teoderici abbatis, secundum divinae dispositionis vocationem ex hoc carnis ergastulo migravit; atque post eiusdem depositionis et sepulturae officium deliberatio omnium inhianter ad prefatum Erenbertum convertit intuitum. Ipsum clerus cum populo et conventu monachorum rectorem suae protectionis esse disposuerunt et se ei subicere tota mentis intentione decreverunt. Igitur omni tergiversatione procul remota, unanimiter dominus domus ab eminentioribus atque prudentiori consilio valentioribus petitur.

42. Verumtamen seminarium discordiae invidus diabolus motiones contrarias miscuit et ab electione canonicali stimulavit recedere quosdam instinctu suae deceptionis. Istius ergo commotionis controversia turbatur provintia; vociferatione enim frementium tumultus adversae partis ad regias aures usque pervenit. Cumque strepitus rex causam investigaret cognosceretque utriusque partis voluntatem et, quid de sinistro dextroque pendere videretur, animadverteret, partem contrariam respuendo seposuit et prudenti deliberatione vocibus religiosorum et consensui acquiescere iudicavit. Ergo nutu regis Henrici, electione convalescente, domnus Erenbertus gubernaculum Walciodorensis ecclesiae nactus, regulariter suscepit, et canonicali benedictione fultus, ab utrisque episcopis secundum uniuscuiusque iuris potestatem feliciter intronizatur.

43. Sessionis igitur suae suscepto honore, qualem se quantumque reddiderit, operum illius designant vestigia, quae a suo tempore usque nunc nobis certa monstrant indicia. Sapientia enim suae providentiae claustrum cum curia ordinando compaginavit et aedificiorum habitacula, sicut usque nunc permanent, luculento opere construxit. Deinde intra templi ambitum curiositatem suam apponens, in eo opera arte mirifica propriis manibus operando composuit. Nam duas tabulas argenteas, suo labore et sudore earum sumptus quaerens, ob honorem genitricis Christi construxit; unam enim earum ad mensuram maioris altaris fabricans, alteram desuper altare ante lipsanum beati Eloquii statuens, has completo opere mirifica arte consummavit et ibi sollemnibus solibus easdem tabulas statuere constituit. Et ut longo tempore signa suae benevolentiae et studiosi operis indicia et locupletis honoris vestigia in eadem ecclesia, de suo labore superstitibus certam dantes manifestationem, ob suae benedictionis incrementum perpetualiter permanerent, pretiosorum ornamentorum multimodam supellectilem congregavit. Tempore enim eodem mater eius carnalis nomine Ermenrada non tam carnali affectu quam sanctae religionis desiderio illi fideliter adhaesit, et se divinis legibus subiciens, actionis suae intentionem ad Deum convertit. Et ne hostis invidus superstitione sua hanc ociositatem sectando vacuam a bono opere deprehenderet, labore manuum suarum cortinas, quibus monasterium usque nunc precingendo decoratur, composuit et unicuique tempori tam quadragesimali quam paschali cum altariorum operturis proprias aptavit[b].

44. Tempore autem illo venerabilis Erenbertus honestatem et religionis ordinem cupiens in ecclesia augmentando exaltare, ob difficultatem, molestiam et tumultum, qui fratribus oriebatur divinis in meditationibus preoccupatis ex doctrina puerorum[c], scolam a

a) exercitionum 1. b) aptuut 1. c) puerum 1.

loco removens, eam in Hasteria esse disposuit puerosque ibi usque ad tempus[1] ordinationis beati Benedicti nutrire precepit. Deinde adolescens quidam nomine Rodulfus de Walciodoro assumptus, puerorum magister ab eodem abbate Erenberto in Hasteria constituitur et postea in eodem prepositus ibidem constitutus preficitur.

45. Desideranti vero studio quoniam omni tempore vitae suae decorem domus Dei dilexerat venerabilis Erenbertus, excogitare coepit, quibus sumptibus ecclesia Walciodorensis posset exaltando dilatari, et quomodo secundum quantitatem aedificiorum recenti innovatione a se constructorum luculenti coaptatione innovaretur et decenter [amplificaretur[a]]. Congregata itaque diversorum sumptuum copia, innumerabilem providentia sua ad hoc opus explendum acquisivit pecuniam, quam, ne per incuriam alicuius dispendii dilaberetur, eam conquirendo in manibus prudentium hominum collocare disposuit. Dispositis denique ordinatione sua industriis fidelibusque rerum familiarium custoditoribus, sumptus amplificationis, renovationis atque futurae constructionis templi diffinitivo eos obligans sacramento custodiendos tradidit, ea videlicet conditione, ut nullius terroris conturbatione nec amicabili deceptione substantia predicta ab aliquo dispergendo depopularetur, nec exeundo a manibus eorum in alios transiret usus, exceptis his pro quibus cum multo sudore, labore atque parcitate eos congregaverat ipse venerabilis Erenbertus.

46. In diebus illis etiam in Mettensi confinio ex villa a beato Forannano ecclesiae Walciodorensi acquisita concambium factum est, et in Hasbaniensi pago in loco dicto Brovies[2] et in eadem villa allodium aliud dictum Bawivius[b.3], facta vicissim commutatione, sumptum est. In hac ergo commutatione de duabus vineis, de quibus superius mentio facta est[4], una cum domo predicta, quae Mettis habebatur, transiit, et alia, quae Walciodorus vocabatur, ecclesiae remansit. Hanc sane Sancti Vincentii abbas iure hereditario assumens, ex ea se et suam ecclesiam conditionaliter in Mettensis episcopi presentia et curiae eius investivit; conditionis namque utrorumque abbatum atque fratrum confirmatio et ab eodem tempore ab utrisque partibus per succedentia tempora conservanda constitutio talis est: *Pro vinea, quae* — ut diximus — *Walciodorus vocabatur, quam de manu Walciodorensis abbatis et fratrum eius perpetualiter detinendam, cultam sufficienterque compositam, Sancti Vincentii abbas ad se traxit cum suo conventu expedite, Walciodorensium pars ab illo die deinceps pro qualicumque necessitate Mettis conveniens, hospitium preparatum in eadem sancti Vincentii ecclesia in loco eiusdem honestiori inveniet, et ad usus abbatis Walciodorensis ecclesiae et suorum secum advenientium per dies quindecim, si res necessitatisque occasio ita exegerit, obsoniorum necessaria de re publica eiusdem sancti Vincentii ecclesiae ab abbate eiusdem vel a procuratore domus illius preparabuntur.* Haec diffinitiva constitutio a tempore abbatis Lamberti per succedentium posteritatem dilatata firmiter et absque motione contraria ab utrisque partibus custodita est, quae nunc permanet iuridicialiter in tenore suo.

47. Dominus autem Erenbertus virtutum gratia plenus, Christo fideliter adhaerens, ipsi servire studuit indefessus, seseque ab humanis emancipans vitiis, per virtutum culmina apprehendere nitebatur immarcescibilem gloriam perpetui decoris. Arbitrio tandem divinae dispositionis carne deposita, e mundo transmigrans, Iudici suo spiritum reddidit, et pro fideli dispensatione et suae pastoralitatis tempore suarum ovium augmentatione, futurae requiei recepturus iocunditatem, ut[c] credimus, labore peracti operis transito, plenae retributionis suscepit denarium. Igitur anno ab incarnatione Domini 1033. eius destitutionis 1033. dissolutio facta est Walciodorensium moeroris exaggeratio, quoniam a die depositionis eius usque nunc in Walciodorensi ecclesia huius detrimenti non est reperta recuperatio nec reformatione alicuius personae sic utilis suffragulatio.

48. Ne autem ob pastoralitatis viduitatem post eius transitum Walciodorensis ecclesia vacillando fluctuaret, sanxere capitales Walciodorensis ecclesiae Rodulfum tanquam monachum de Walciodoro in pastorem et dominum suscipere, quem[d] e vestigio canonicali fultum electione, auctoritate utrorumque episcoporum sublimaverunt. Ipse sane normam iustitiae, quam sub doctrina sui precessoris exemplando animadverterat, ex parte adimplendo exemplare concupivit; nam infra officium prepositurae Hasteriensi ecclesiae

a) *deest* 1. b) Bawimenis *ed.* c) et *ed.* 1? d) que 1.

1) Scilicet ad 15. annum. Regulae c. 70. DACH. 2) Braives, provinciae Leodiensis; cf. 'Analectes' XVI, p. 9. 3) Bierwart proposuit B. 4) C. 34.

sumptus non modicos acquisivit, quibus ruinas Hasteriensis ecclesiae reformando novam construxit. Dehinc post biennium a transitu venerabilis Erenberti communi sorte mortalium 1035. ex hoc mundo transivit, lectoque decubans diuturna supplicatione apud Walciodorenses obtinuit, quatinus in ea quae a se fuerat reformata ecclesia assensu eorum haberet sepulturae tumulationem. Tempore enim illo, si quis monachorum in Hasteria obibat, ad cimiterium Walciodorense referebatur, ut secundum superius dictum[1] ibi tumulatus susciperet sepulturae officium, ubi antea susceperat professionis benedictionem.

49. Post huius quoque decessum exorta est lis et controversiae contentio ex publica electione Walciodorensium. Quapropter regali decreto domnus Popo Stabulensis abbas, qui eo tempore cum Stabulensi sancti Maximini ecclesiam et cum ea quam plures regebat, ad nutum Mettensis episcopi et hanc Walciodorensem regendam cum ceteris suscepit. Et quia virtutum gratia repletus laudabiliter et sine querela suo tempore vivere conabatur atque sine offensa et scrupulo et contrarietatis motione secundum antiquam constitutionem iura ecclesiarum sua sub ditione constitutarum inrefragabiliter nisus est custodire, unicuique ecclesiae certis et assignatis temporibus propria distribuit, et adhibitis ad hoc opus explendum gnaris et industriis secum procuratoribus, unicuique domui proprium designavit.

50. In diebus illis domnus Lambertus Treveris in sancti Maximini ecclesia sicut monachus eiusdem sub domno Popone prepositurae administrationem procurabat; et quia fideliter tempore suae procurationis ministravit, a prefato domno Popone a Treverensi ecclesia remotus, procurationis gratia ad Walciodorensem adducitur[2]. Enimvero res exigebat, quo non solum procurationis ordinatio, verum omnis domus deliberatio ad eum respiceret. Domnus Popo prebens ei pastoralem baculum, exuto se ab hoc privilegii officio, vix apud regem Mettensemque antistitem obtinuit, ut in Walciodorensi coenobio vice sua collocaretur. Tandem seriem rationis trutinando regalis magnificentia cum episcopali auctoritate animadvertentes, conditionaliter voluntati eius satisfieri adiudicaverunt, et supplicationem illius ea deliberatione susceperunt, quatinus regulariter incedendo prudenter disponat factus abbas domnus Lambertus de rebus Walciodorensis monasterii, sin autem in quacumque die a conditione prefata vacillando recesserit, pro eius enormitate domnus Popo responsurus erit, et pro detrimenti realitate domni Lamberti in regis presentia et Mettensis episcopi Walciodorensi ecclesiae de damno inlato se domnus Popo satisfacturum cognoscat. Ut autem adeptus est domnus Lambertus Walciodorensis coenobii privilegium, tempore domni Poponis in eo prudenter plurima disponendo rexit et nimia[a] urbanitate qua fulciebatur nobilium virorum levamen sibi copulavit cum amminiculatione. Cumque rei familiaris gubernando intentus foret procurationi, ad excolendas vineas quas repperit super omnia operam dedit et cum his alias recentes construendo colere disposuit.

51. In diebus autem illis maior villicus de Hasteria cum universis officialibus suis et omni potestate eiusdem Hasteriae per annum tribus vicibus ad generalem concionem in Walciodoro conveniebat, et quoniam diebus illis annuatim Walciodorensium omnis circumiacens potestas certis et assignatis temporibus, post Domini natalitium, pasca et pentecosten, congregabatur discutienda audiendo et respondendo, eadem Hasteriensis potestas de suis iudiciis, sicut diximus, eisdem diebus cum ceteris adveniebat. Cumque tempore quodam more solito conveniret Hasteriensium populus post pasca in Walciodoro secundum antiquam institutionem, ab eodem abbate Lamberto inter Walciodorum et Hasteriam sub respectu Walciodorensis ecclesiae vinea structa colebatur, quae diebus illis ab hoc sepiebatur murorum ambitu. Videns namque viros de Hasteria, Walciodorenses nihilominus vocari precepit atque de rebus publicis se tractaturum ibidem disposuit, dicens alicui nullam facere iniuriam, si in suae potestatis banno et in loco sub sua ditione constituto audiendus responsurus necnon populus conveniret. Itaque ne scrupulus controversiae ex hac occasione Walciodorensi ecclesiae oriretur, in die illa generaliter, ne ibidem concionaretur, ei a Walciodorensibus interdicitur; sed respuendo monita eorum et permanens in priori sententia, ibidem die illo usque ad vesperam concionatus est; unde conversus retrorsum[b] populus Hasteriensium secundum tempus condictum post hoc in Walciodoro venire detrectans, scandalizandi occasionem et initium contrarietatis ex hoc alloquio sumpsit, et Walciodo-

a) ninia 1. b) retrosum 1.

1) C. 40. 2) Cf. V. Popponis c. 19, SS. XI, p. 305.

rensis ecclesia ex hoc suae dignitatis privilegio spoliata, suo tempore istius iuris accessum cum populi conventu tali controversia amisit. Ex hoc accidenti turbati Walciodorenses, actionem preteritam domno Poponi innotuerunt, et in hac parte a sua dignitate spoliatam ecclesiam ostendentes, hoc gravedinis et seditionis exordium illi lacrimabiliter conquesti sunt. Hoc audito, domnus Popo vehementer commotus, illi in Leodio diem constituit, et ad diem constitutam ex hac enormitate et alloquii[a] infortunio responsurum ipsum venire decrevit. Cumque pervigil infra constitutae diei terminum domnus Popo super suam[b] laboraret, caelesti remuneratione pro suo labore ditaturus premium supernae iocunditatis recipiendo ex hoc mundo transiit. Cuius finem auditu referentium domnus cognoscens Lam- 1048.
bertus, ita fertur dixisse: 'Demum ex istius propositi ratiocinio liberum me ostendo, et quia abbas sum constitutus, per fortem Deum abbas ero'. Accidit deinde haut multo post, ut unus monachorum nomine Viventius de Walciodoro professus et in Hasteria tempore illo commorans ex hoc mundo transiret, cuius funus cum ceteri secundum antiquam constitutionem et consuetudinem ferre in Walciodoro disponerent, ipse ne fieret interdicens, dixit: 'Huiusmodi corruptionis putredo cur delatoribus vexationem faciens eundo et redeundo taedium fiat, ignoro, cum nostri sit iuris et potestatis in hoc Hasteriensi cimiterio ut in Walciodorensi secundum voluntatem et nostrum mandatum sibi locum sepulturae providere. Itaque vobis precipio, ut hic ei locus sepulturae preparetur, et ecclesiae Hasteriensi, cui vivens servivit, ex hoc etiam mundo latus post obitum adhaereat'.

52. Haec est post primae transgressionis periculum altera enormitas, in qua Hasterienses suae dampnationis exordium et animarum suarum dispendium assumendo traxerunt. Has enim quas iuxta beati Benedicti decretum et normam facere professiones debuerant, ut in eis sanctificarentur ecclesiastico iure, postponendo reliquerunt, et a die illa usque ad hanc benedictionem, qua monachorum sanctificatur ordo, suscipere renuerunt. Ne vero contra veritatis tramitem incedere videamur, et a quibus subsannamur ex commento falsae opinionis inaniter diiudicemur, testimonium illorum in medium proferimus, qui ea non solum oculis viderunt, verum operando manibus propriis tractaverunt. Hi nobis verissima relatione quadam ex parte materia fuerunt; quocirca quorundam illorum nomina censuimus hic inserenda, auctoritas quo magis convalescat. Extitit namque ex his unus noster didascalus[1] reverendus Richerus, alter papa Iohannes, Fulbertus quoque qui in suo tempore Dives est appellatus, et cum eis opiniones eorum veraxque relatio, qui de eadem aetate memorata veraciter referebant. Haec enim omnia nugalis rumor eo in tempore [aures[b]] omnium nostrorum personabat.

53. In diebus illis substantia a venerabili Erenberto abbate prefata, qua templi structura dilatanda atque renovanda erat, supellex quoque varia, multimodarum rerum collectio supererat, quo fieret concors futurum fastigium templi ad mensuram quantitatemque ceterorum aedificiorum. Et quoniam isdem venerabilis vir futuri operis copias in industrium virorum tutela collocaverat, atque sub firma protectione ita regebantur, quo nec timore amoreque usibus alterius rei subiacerent, domnus Lambertus, ne[c] machinamento alicuius occasionis predicta substantia deflueret, deliberavit propositae actionis excellentissimi viri Erenberti complere desiderium. Sed nostrae partis in hac etiam actione non defuit dispendium. Conventus enim ille, qui quotannis in translatione beati Eloquii congregabatur, de quo et superius sermo est habitus[2], ex hoc opere scandali sumens occasionem, retrocessit, dicens, eo in loco gravem fieri controversiae enormitatem, quod in tam sollemni die, ad quam confluebant diversarum plebium catervae, ausus sit quis ruinam facere et in hac a suo statu templi aedificia removere. Die enim eodem in tanta populi frequentia ab hoc templum est eversum, et annualis convenientium devotio est redacta in nihilum, atque reddere postposuit antiquo more debitum[e] obsequium gens et populus diversarum regionum. Quid plura? tribus ab eo demptis nobis precipuis et congruis honoribus, nobis non profuit,

a) eloqii 1. b) *ita* 1. — *Adde* ecclesiam *vel quid simile. DACH. Fort.* vineam. c) *deest* 1. d) nec *corr, ut videtur*, ne 1. e) derelictum 1.

1) In libro de miraculis Forannani c. 16 (Mabillon V, p. 592) laudatur *quidam monachus, nostrarum scholarum didascalus vocatusque nomine* Lambertus; c. 18. legitur: *Diebus Lotharii imperatoris ex Saxonia nati, Alexandro presule cathedram Leodicensium gubernante, fuit quidam frater Goselinus nomine . . . Hic admonitus est a preceptore et magistro suo Richero* etc. 2) C. 26.

et nostris Hasteriensibus in his periculum suarum animarum inicians[a] multum obfuit. Revera contra Deum et regulae observantiam hos in quandam controversiae enormitatem ita induxit, quatinus pro contradictione atque superstitione, qua contra auctoritatem Romanae ecclesiae decretique domini apostolici ex eorum cimiterio ebulliit, regularem benedictionem postponerent, et suo more viventes, ab illo tempore usque ad nostrum ita permanerent. Vulgus nihilominus ex eadem villa, quod statutis temporibus ad hoc coenobium confluebat, contra salutem animae et corporis agens, precepto illius antiquum morem dereliquit, obedireque detrectans precepto decretoque Romanae ecclesiae et domini apostolici atque statuta illius contempnens, a die illo usque nunc per iter inobedientiae graditur.

54. Completo exinde murorum ambitu, et diligenter atque mirifice venerabilis monasterii compaginatione sublimata, in interiori ocello sedula meditatione domnus Lambertus coepit perscrutari, a quibus et quomodo celebre nomen et antiquum ecclesiae renovari posset. Tempore siquidem illo parrochialis ecclesia in hoc coenobio non erat, sed beato Forannano et suis successoribus a Romana ecclesia et suis capitalibus concessum fuerat, quatinus super populum loci istius vices ministeriumque pontificis per omnia, ut super claustrales interius, ita quoque super laicos exterius expleret. Quapropter in diebus illis a latere abbatis capellanus non deerat, qui in eodem monasterio vice abbatis curam gerebat et ad nutum illius cetera disponebat. Verum domnus Lambertus hoc privilegium contumeliam fore assignans, sub sarcina iugoque tali se diu comprimere non ferens, mature se ab hoc absolvit atque iuxta monasterium ipsam, quam nunc habemus, in honore sancti Michaelis ecclesiam construxit. Deinde qualiter ad plenitudinem perpetuae stabilitatis procederet, excogitare coepit; non enim vacua portio supererat ecclesiae nostrae, quae sine dispendio removeretur ab antiqua constitutione. Rebus itaque instantibus undique circumspectis, de prebenda fratrum ex indominicatu[b] mansu[b] huius villae eam portionem subtraxit, qua dote designata constructam a se ecclesiam, veluti inpresentiarum dotis eius dilatio ostendit, magnifice nobilitavit. Leodiensis deinde pontifex dominus Detuinus locum consecraturus ab hoc invitatur, atque ad complendum talis actionis negotium, innumerabilibus preparatis expensis, ab utrisque partibus celebrandus dies statuitur. Ergo in capite Kalendarum Octobris istius celebrationis decus initiatur, venerabilisque templi maius altare in honore sanctae et individuae Trinitatis et sanctae crucis atque genetricis Dei et duodecim apostolorum, beati necnon prothomartyris Stephani, sancti quoque Vincentii archidiaconi, Medardi episcopi et confessoris, Leodegarii martyris, a supradicto presule consecratur. In templi vero dextra sinistraque et cripta in die prefata ab eodem tria consecrantur altaria, in quibus re et nomine patrocinia diversorum adnumerantur sanctorum. Altare vero in facie ingredientium a parte claustri templum beati Iohannis euangelistae necnon et Iohannis baptistae et beati Stephani papae dedicatur. Altare exinde criptae in honore beati Andreae apostoli, Felicis papae et martyris, Calixti papae et martyris, Mauricii Thebeae legionis ducis et omnium sanctorum cum sua basilica oleo consecrationis inungitur. Aliud autem in laeva monasterii ad honorem Christi confessorum Martini, Nicolai, Benedicti, Silvestri, Gregorii benedicitur. In sequenti preterea die altare et basilicam superius memoratam, quae propter villam et monasterium ab eodem abbate ordine memorato constructa fuerat, in honore sancti archangeli Michaelis et sancti Patricii confessoris necnon et beatae Ceciliae virginis et omnium sanctorum consecravit. Beati vero Eloquii translatio antiquam dignitatem retinens in ea permansit stabilitate, quam ante adomni Nogeri[b] industria ordinavit, et ut ipse celebrabilem reliquit, sic etiam domnus Betuinus eius sollemne decus octavo Idus Octobris reformando celebraturum constituit.

55. In diebus autem illis ad hoc cimiterium nobilium Florinensium funera antiquo more, sicut superius prefati sumus[1], deferebantur, quod utilitatis commodum a se domnus noster Lambertus abiciens et ab hoc etiam ecclesiam spolians, eam in hac parte hac ratione laesit. Accidit forte, quod quidam eorum hominem exuens ex hoc mundo transiret, cuius funus dum eius successores ad locum sepulturae disponerent deferre, obviavit domino nostro Lamberto Florinensis abbas nomine Gonzo, et dum ex predicto funere sermocinantes ad invicem conferrent, ita prefatus Florinensis abbas nostro intulit: 'Cum nullius utilitatis commoditas ex his cadaveribus vobis proveniat, nostris consiliis assensum prebete et sepulturam eorum nobis concedite, vosque ab huius fatigationis taedio expedientes, hac pro

a) inicias 1. b) *ita* 1. 1) C. 29.

recompensatione hunc equum ingentis fortitudinis ad usus vestrae ecclesiae assumite'. Sic denique talis diffinitionis concessio nostris facta est honoris diminutio districtioque[a] maxima futurarum rerum eventus per effectum forte succedentium.

56. In tempore etenim precedenti ex his nobilibus quaedam nobilis matrona nomine Alpaidis voto precordiali ad hunc in vita sua confugiens locum, in eo deliberans suae dispositionis expectare terminum, villam Roseriam[1] et quicquid in ea iuris habebat nobis liberaliter tradidit. Disponente ea interea amplioribus beneficiis locum exaltare, sed ab hoc voto cuiusdam monachi quaedam improba stultitia retraxit hoc ordine. Cum de re publica eiusdem ecclesiae prudenti diffinitione portionem sibi constitutam perciperet, accidit forte, quod suus nuntius fratrum portiones anticiparet, illeque eius de piscibus acciperet ferculum, et predictus monachus eo die amitteret suae portionis ferculum. Cumque ob id graviter perstreperet, eius strepitus ad dominae pervenit aures, quae huius motione in indignationem conversa recessit a loco, eidem faciens de se ipsa detrimentum irrecuperabile. Exinde domnus Florinensis Godefridus ob suae salutis remedium de suo proprietario liberam nostrae ecclesiae donationem faciens, redditum duorum solidorum in Harneis illi tradidit et, ut fratribus quotannis in sui rememoratione administrarentur per succedentia tempora, instituit.

57. Diebus siquidem illis super Letiam[2] flumen in castro dicto Greteri quidam nobilis comes nomine Theodericus una sua cum nobilissima coniuge Ermengarde habitabat, de cuius nobili prosapia Fennienses Theoderici aequivocali successione originem traxerunt. Isti denique adiutricem in oportuna necessitate beatam sibi cupientes adesse Mariam, in hoc Walciodorensi monasterio sub eius protectionum alis fore sibi sepulcrum decreverunt et de beneficiorum suorum redditibus prebendam fratrum ibidem Deo servientium ut nobiles nobiliter ampliaverunt. Dominus enim Theodericus in confinio Fallemaniensi in vico dicto Iuvonia[3] partem allodii quatuor modios in redditu quatuor solidorum prefatae ecclesiae tradidit et, ut fratribus per omne succedens tempus singulis annis ministrentur, instituit. Venerabilis necnon Ermengardis comitissa, uxor eius, in Solonia[4], quae propter Dinant adiacet, in redditu dedit decem solidorum congruum ecclesiae huic allodium, quatuor scilicet mansus terrae; quod in usibus prefatorum fratrum decrevit succedere per omne tempus.

58. Sub eodem tempore in castro Fenniensi[b, 5] illustris domina nobilis mulier nomine Gertrudis prima de Fenniensibus fideliter huic ecclesiae adhaesit, et benivolentia suae devotionis illi largitionem nobilis doni adhibuit, et ob suorum peccaminum remedium sub eius protectione confugiens, sibi suisque successoribus instituit in eodem loco fieri sepulturae domicilium. Igitur eius pronepos nobilis Iohannes ex eadem prosapia et ex eodem castro illi in hoc suae benivolentiae studio occurrens, sibique genetricem nostrae redemptionis in omni necessitate quaerens affore, ad complendum opus divinitus conceptum manum apposuit, villam Borsium[6] invicem in redditu octodecim solidorum nobis tradiderunt, exceptis accidentalibus quaestibus et familia et diversis eventibus, frequenter qui accidunt in Ardennensi provintia. Ecclesia enim eiusdem villae decem villaque octo solidos redditus reddere debebat omnibus diebus. Quem propterea hic annotavimus, ne ab aliquo aliquando ecclesia aliquod patiatur detrimentum iniuste.

59. Huic sub eodem tempore quaedam nobilis mulier Herinsindis nomine ex ante dictis Florinensibus in hoc Walciodorensi monasterio genetricis Christi levamen quaerens a facie inimici atque tribulationis futurae, eius sub alis devote confugit, omniaque illius perpetuae retributionis suavia[c] ab ea quatinus inveniret, de suis beneficiis predictae ecclesiae nostrae cum quodam Eilberto, coniugis sui fratre uterino, donativum quoddam tribuit. Dedit enim tam ipse quam ipsa in villa Ercheveles[7], in qua in honore beati Medardi habetur ecclesia, in respectu quatuor solidorum duas quadras terrae, quas annuatim usibus fratrum ibidem Deo servientium omni dehinc tempore nobiliter decreverunt subesse.

a) destructio *corr.* districtio 1. b) Feniensi 1. c) suavū 1.

1) Grand-Rosière, in provincia Brabant; v. 'Analectes' p. 23. B. 2) Lesch, qui apud Dinant in Masam influit. 3) De Javigue-Serry (cant. Beauraing) provinciae Namuc. cogitat B. 4) Solanne ad comm. Purnode (cant. Dinant) pertinens. B. 5) Fiennes. 6) Bourseigne-vieille (olim Bourseigne-la-Grande) provinciae Namuc. B. 7) Fortasse Serville, prov. Namuc., ubi abbatia Walciodorensis bona possedit. B.

60. Interea quidam Widricus de Romereis[1] nobilitatem suam decorare nitens militari studio, vitam presentem armis ornavit et ob diversorum casus realitatum[a] vinculo excommunicationis inretitus, in eo usque ad terminum suae mortis permansit, sicque ex hoc mundo cum priori sententia transivit. Verum antequam decederet a suis familiaribus precordiali precatione obtinuit, quatinus in procinctu[b] Walciodorensis ecclesiae, ut in eo sui corporis sepultura fieret, deferretur, ita dumtaxat, ut, signo crucis turris ipsius ecclesiae a suis delatoribus agnito, ibidem e regione ecclesiae sepeliretur. Ipse denique, ne omnino apud matrem misericordiae haberetur ingratus, in eadem villa Romereis in respectu quindecim denariorum Walciodorensi ecclesiae partem allodii dedit, dans ibidem congruentem familiam et honestam. De qua quaedam puella ad nos transitum faciens, quam quidam Prezeriensis Anselmus sumpsit in coniugium, de quibus haut multo post grandis turba populi consurrexit, qui a supradicto Anselmo et puella memorata — Querentia nuncupabatur — originem traxerunt.

61. In tempore hoc eodem quidam Evrardus in hoc monasterio a parentibus traditus est nutriendus, ut post in sanctae conversationis observantia vivens in eodem monasterio regulariter conversaretur. Cumque secundum regulam sancti Benedicti[2] pro puero predicti parentes petitionem facerent, cum eodem puero suam oblationem fecerunt et in Rouz[3] tam pro se quam pro eodem respectum duorum solidorum nobis tradiderunt. Omnique tempore deinceps fratribus annuatim in eodem vico eundem respectum suscipere constituerunt.

62. In diebus etiam illis domini ex Rovoniensi castro[4] huic ecclesiae fideliter adhaerentes, ex redditibus suorum beneficiorum fratrum prebendam nobiliter ampliaverunt, omnisque illius progeniei successio in maximae venerationis honorificentia hanc ceteris pretulerunt et in ea conditorium instantis et futurae successionis suae funerum constituerunt. Ex his unus nomine Isaac ex suo iure huic Walciodorensi ecclesiae oblationem faciens, in Mahurt[5] partem allodii tradidit hocque sub respectu quatuor solidorum illi subiecit.

63. Eodem tempore de nobilibus de Nova-villa[6] in pago Famennensi sita Waltelinus quidam ob tyrannidem suam perpetuum periculum metuens et futuram examinationem, genetricis Christi levamen remediumque quaesivit, cui de propriis redditibus honorificentiam faciens, in villa Gessinulus[7] suae ditioni subiectam allodii partem dedit, cuius respectus in hoc Walciodorensi monasterio quotannis fratribus triginta denarios solvit.

64. Fuit interea in his diebus de Nammucensi preclara familia quidam Hodebaldus, cuius filius Theodericus de Bordello in Nammuco[c] filiam habuit nomine Herisindem, quam quidam Balduinus de Horia sumpsit in uxorem. Hic itaque, cum suae vitae enormitatem considerasset, fontem misericordiae, beatam videlicet Mariam, suis enormitatibus opposuit antidotum, quo salutari huius tuitione liberaretur ab incendiis perpetuae dapmnationis. Igitur pro divina recompensatione sibi futura, quam in oportuno tempore et die tribulationis haut sibi dubitabat affore, si promereretur, in vico dicto Chestrevin[8] ob venerationem Christi genetricis Walciodorensi ecclesiae partem allodii tradidit duosque solidos in respectu ipsius fratribus eiusdem ecclesiae quotannis solvere constituit. — Haec de tempore domni Lamberti abbatis atque rebus acquisitis amplificatione sine diminutione et infra terminum suae pastoralitatis accidentalibus casibus et periculosis anfractibus dicta sufficiant.

65. Quomodo vero cimiterium istius ecclesiae ante exitum suum ambierit, testis fuit conscientiae suae cordium scrutator Deus. Verum ne haec inaniter preterisse videamur, ob testimonium referentium munimenque futurorum hic adnotare decrevimus. Ipse denique, veluti accepimus, cum crebris ante exitum pulsaretur infirmitatibus, frequenter huic ecclesiae presens adhaerebat, nitens ibidem corporis exuvias relinquere; quo, sicut suo versabatur in voto, satis fideliter opinabatur militavisse. Enimvero, ut post eventus rerum aperuit, sollicitudo humanae dispositionis nil valet contra consilium divinae dispensationis. Vocationis suae igitur adveniente tempore, ultimum sorte ei in Hasteria finis clausit diem, et

a) *ita pro* realuum 1. b) prosinctu 1. c) Namurco *h. l.* 1.

1) Romerée prope Dinant. 2) C. 59. 3) Fortasse le Roux (cant. Fosse) prov. Namuc. B. 4) Revogne. 5) In loco Maurenne, qui pertinet ad communiam Anthée, abbatiam Walciodorensem bona possedisse, notat B. 6) Fortasse Neuville-en-Condros, prov. Leod., sive Neuville prope Beauraing, prov. Namuc. B. 7) De Gochenée (cant. Florennes), ubi Walciodorenses bona possederunt, vel Jassogne, pertinente ad comm. Crupet, prov. Namuc. cogitat B. 8) De quo cf. Guillot IV, p. 56.

impediente accidentali difficultate, necesse fuit eiusdem corporis glebam ibidem mansionem accipere.

66. Quid autem suis diebus ei in Hasteria contigerit, paucis explicabimus. Notitiam itaque principum suo tempore sollicite procuravit et semper in eorum presentia cum eis frequens adesse desideravit. Cumque die quadam Bullonis ante Bullonensem ducem astaret, dux Godefridus ex pestilentia suorum equorum conqueri coepit atque ex hac a circumstantibus consilium sciscitatus est. Cui a domino nostro Lamberto tale confestim consilium datum est: 'Beati Nicolai suffragium, optime dux, hac pro pestilentia requirite, et confestim liberabuntur ab hac invalitudine'. Requirit interea dux, quo eius memoria haberetur; qui respondens duci intulit: 'In Walciodorensi basilica in eius honore consecrata continetur una ara'. Tandem dux ex sua supellectili in Walciodorensi basilica ob honorem beati Nicolai suorumque salutem equorum per prefatum abbatem optimum pallium transmisit, quod usque nunc in iam dicta conservatur ecclesia. Revertens autem a Bullone, forte per Hasteriam transivit et in ea, antequam huc rediret, unius noctis tempore pernoctavit. Cumque more solito matutinali adveniente hora missam celebraturus altare sibi preparari precepisset, prefatum desuper altare pallium poni precepit, quod, divinae celebrationis mysterio completo, ad locum destinatum transferre disposuit. Verum nostri Hasterienses, iniuriam sibi fieri iudicantes, affectum contumelia predictum abbatem, cum iurgio pallium retinuerunt, et saepe iam dictum abbatem armis aggredientes, unanimiter cum laicali manu obsidendo clauserunt. Cumque clausus ab his in suo cubiculo teneretur, cum summa velocitate ab eodem in Nammuco dirigitur nuntius, quatinus veniente Nammucense[a] comite ab hac insolenti circumventione erueretur. Veniens itaque Nammucensis comes Albertus, pater comitis Godefridi[1], diligenterque rem investigans consideransque nimiae procacitatis insolentiam, grave iudicium in eos exercuit, quoniam quosdam orbatos, quosdam vero cauteriatos, nonnullos vero demptis pedibus claudos reliquit.

67. Domno namque Lamberto viam universae carnis ingresso, Walciodorenses pari consilio canonicam electionem facere decreverunt et de suis qui eis preesset unum in pastorem et dominum secundum paternam institutionem sibi imponere condixerunt. Igitur canonicali auctoritate undique ventilato negotio, utriusque partis in hoc convenit consensus, ut Walciodorensis ecclesiae monachus domnus Godescalcus in regimine eiusdem ecclesiae preficeretur. Dictum et factum. Verum nactus iuxta deliberationem fratrum eorum regimen, res publicas tuitus est breviter bene, quas suis voluntatibus admodum haut multo post disposuit subesse. Cumque votis precedentibus prospera succederent, et sibi sine aliqua contradictione cuncta bona malaque subiacerent, proprii cordis secutus est arbitrium, sicque ex parte res sibi commissas deduxit ad irrecuperabile commertium et detrimenti diminutionisque lacrimabile infortunium. Huic velata affinitate quidam Lenniensis[b] Engelbertus coniunctus est, adeo ei precordiali familiaritate adhaerens, ut non solum ex rebus transitoriis, verum etiam ex existentibus perpetimque manentibus ab eodem superabundanter ditaretur. Distractis siquidem contra fas sibi commissis rebus ecclesiasticis, potestate qua valuit abbatiae curias omnes demembravit, prefato Engelberto de unaquaque portionem tribuens. Ipse autem, ne criminaretur ab aliquo se haec iniuste fecisse, puellam quandam nobilibus ortam natalibus ecclesiae acquisivit, quam ipsi Engelberto in uxorem tradidit; ipsi preterea in dotis adnumerationem haec contulit, quae venerabilis comitis Eilberti devotione et industria ecclesiae fuerant collata, quae etiam apostolicae auctoritatis sub gravis ligaturae excommunicatione indeterminabiliter contra omnes, qui fraudem moliri cupiunt de rebus supradictis, tuerentur canonica defensione. Ut enim dampnosam distractionem per eum factam futurorum successio cognoscat, huius detrimenti seriem partim explicabimus. Dedit enim illi in hac villa in vico Lenniensi per quatuor capita culturae quatuor bowarios arabilis[c] terrae. In Antina decimam lini, de qua fratrum antiquitus suebantur panni cum quibusdam eiusdem curiae eulogiis. Ab Heidra vero unum vicum semovens, ex integro cum suo molendino et mansionariis prefato Engelberto feodali dote tribuit. Sicque curia demembrata congruum Walciodorensi ecclesiae allodium abstulit. In Roseria vero, Loitres[2] et Brovies[d] et aliis curiis tantam exercuit distractionem, omnia illi tribuens quae non solum

a) Nammurcensi *h. l.* 1. b) Leun. *h. l.* 1. c) aratilis 1. d) Bromes *ed.* Bromes *superscr. littera* i 1; *sed v. supra c.* 46.

1) Successit a. 1105. 2) Louette-Saint-Denis (arrond. Dinant).

sibi sufficerent soli, verum de quibus more magnatorum fiodatos faciens nonnullos sibi servientes acquireret.

68. In tempore interea illo accessit ad eum quidam suus consanguineus nomine Anselmus, efflagitans ab eo, ut in hoc Walciodorensi monasterio geminos fratres, scilicet filios suos, susciperet hosque sub norma institutioneque beati Benedicti victuros enutriret. Huic predictae diffinitioni assensum prebuit prefatus abbas. Predictus enim Anselmus, ut nobilis nobilem faciens pro pueris donationem[a], secundum beati Benedicti constitutionem genetrici Christi Mariae et Walciodorensi monasterio cum oblatione pueros obtulit, quorum unus dictus est Albertus, alter Anselmus. Dedit preterea in pago suo Ardenna, in confinio scilicet Bastoniae[1], villae medietatem quae dicitur Holengia[2], et in ea mansum indominicatum cum pratis aquarumque decursibus, et familiam et silvam ingentem. Ex residua sane medietate villae cum plerumque sermocinarentur invicem sub quadam taxatione pretii, assensum cuique parti alternatim predictus abbas Anselmusque prebuerunt. Abbas enim pro comparationis expeditione iam dicti allodii viginti quatuor marcas supradicto Anselmo tribuit, dans cum illis optimum cornu eburneum, quod in ecclesia cum omni diligentia inter cetera ornamenta conservatum ab antiquo tempore fuerat. Sic denique tradita et nobilibus confirmata testimoniis transivit in legitimam possessionem Walciodorensis ecclesiae Holengia, in qua eo tempore, exceptis accidentalibus quaestibus, pratis, silvis et terris indominicatis, viginti quatuor solidi Leodiensis monetae ex respectu mansionariorum habebantur.

69. Tempore illo in Hasbania in villa Cipileis[3] iuxta Brovies allodium, mansionarios redditusque haec ecclesia habebat, sed ob rusticorum contradictionem plerumque reddituum census male proveniebant. Cumque frequenter de obstinatione talium fratres conquererentur, quidam Godefridus vir nobilis de Seren ex Heria concambium se facturum et ex predicto allodio spopondit, si rationabiliter mutuae partis consensus[b] necteretur. Altrinsecus itaque re prudenter ventilata, convenit in una astipulatione utrorumque[c] voluntas, dante prefato Godefrido Heriam, assentientibus huic mutationi sua uxore Hermentrude cum natis suis Waltero, Hilino, Godefrido, Henrico, suscipienteque eodem Cipileis[3] cum ingenti pecunia. Haec autem Hermentrudis, de nobilibus orta, filia extitit Hugonis de Gabelo, de cuius successione ipsi Godefrido Heria provenit; quae etiam nobis in villa Mazeis[4] pro animae suae redemptione in respectu decem et septem denariorum partem allodii tradidit. Iste autem Gabilonensis Hugo quatuor habuit filios, e quibus unus dictus est Hugo Poetevius, alter Widericus de Ripa, tertius Walterus de Heria, quartus vero noster fuit abbas Theodericus secundus. Interea de supradictis nobilibus ex Rovonia quidam Engo[d] hominem exuens, in Hunai[5] tres solidos Leodiensis monetae quotannis nobis assignavit et in cimiterio nobilium in Walciodoro sui corporis exuvias requiem habere disposuit. Ex hoc vero Engone quaedam filia extitit, quae Imma nuncupata est, quae etiam ex sua salute sollicita genetrici Christi et Walciodorensi ecclesiae in eadem villa de Hunai triginta denarios tradidit. Hanc quidam Gozoldus[6] de Tier accepit in uxorem, et haec ex eodem marito suo filium habuit, quem in patris memoria appellavit Engonem. Iste autem Engo avi sui non est immemor beneficii existens, nec in voto impar illi apud genetricem Dei apparere volens, in eadem villa de Hunai fratribus Walciodorensibus singulis annis Leodiensis monetae quinque solidos constituit, deprecans in eodem monasterio post suam depositionem corpus proprium collocari. Hic autem in primitivo suo tempore de nobilibus ortam secundum genus suum quaerens uxorem, nobili coniunctus est. Tradita est enim illi quaedam Haduidis, quae fuit orta de Orcisino-monte[7], filia scilicet nobilis Gilleberti. Hic autem Gillebertus secundum seculi dignitatem vir magnae auctoritatis extitit duosque filios totidemque filias habuit, quibus hereditario iure quaecumque sibi paterna successione provenerant dereliquit.

70. Ne autem aliquando ex inani superfluitate criminemur, quod supervacua huius viri descriptio fiat, constat admodum fore necessarium presentis rei denotatio, quoniam pedetentim ab huius viri heredibus ex suis hereditatibus presens ecclesia non modicam conse-

a) donatione 1. b) census 1. c) utrorum 1. d) Ecugo *post* Engo 1; Hugo *ed.*

1) Bastogne. 2) Hollange. 3) Ciplet prov. Leod., a. 1062. a Widrico donatum; 'Analectes' XVI, p. 8. 4) Mazée (arrond. Dinant). B. 5) Hounay (cant. Beauraing); cf. chartam a. 1050, 'Analectes' l. l. p. 7. 6) Gotholdus in charta a. 1071. dicitur, ibid. p. 11. 7) Orchimont (cant. Gedinne).

cuta est portionem, veluti post stylo currente aperietur[1]. Geminae enim tam nomine quam consanguinitate predicto Gilleberto[a] fuerunt filiae. Nam sub appellatione huius nominis ut prima sic et altera dicta est Haduidis, et ut prefati sumus, una coniugem habuit Engonem Rovoniensem[b], altera Heribrandum de Hirgia[2]. Haut siquidem multo post tempore genetrici Christi fideliter in hoc monasterio Walciodorensi adhaerentes una pari desiderio convenerunt, et in confinio Urcisini-montis beatae Mariae villam dictam Verece tradiderunt. Verum ne scrupulus alicuius controversiae ex sua donatione[c] ecclesiae oriretur aliquando, donum a nobilibus nobiliter traditum nobilium virorum, fratrum scilicet suorum Godefridi de Urcisino-monte et Godescalci de Ceunaco[3], testimonio confirmaverunt, dantes pariter in Gedina[4] quaecumque sibi paterna successione provenerant. Sic ab his duabus sororibus Verece sine aliqua contradictione ecclesiae nostrae data est, et in ea quaecumque erant, mansus indominicatus, prata, silvae, piscatia prolixa, reddituum census, familia. Exhinc Godescalcus de Ceunaco, frater earum, filium habuit nomine Godescalcum, qui genetrici Christi in hoc Walciodorensi monasterio partem illam quam habebat in Gedina hoc ordine dereliquit. Ipse ex proprietate ecclesiae tres marcas accipiens, pro hac pecunia prefatum obsidem collocavit allodium, ea scilicet conditione, quatinus respectum eiusdem allodii pro suorum expiatione peccatorum fratres recipiant, quousque a se et non ab alio de sua pecunia et non de extranea redimatur.


71. Superest autem dicere de Rovoniensi Haduide, iam dicta[d] Engonis uxore. Ex supradicto namque marito suo quatuor habuit filios, quorum haec sunt nomina: Thomas, Walterus, Gerardus et Gillebertus. Qui nobilitatis urbanitate qua fulciebantur huic ecclesiae caritatis gratia adhaerentes, fidelia dona contulerunt. E quibus unus, scilicet Walterus, in mortis angustia positus, armorum circumventione in huius ecclesiae cimiterio precatus est se sepeliri; qui de rebus domesticis suis ecclesiae donationem faciens, matre[e] et fratribus [consentientibus[f]], in testimonio eorum Leodiensis monetae quinque solidos et denarium unum in iam memorata villa Hunai per omne tempus fratribus de Walciodoro annuatim suscipere constituit. Tres vero residui fratres in succedenti tempore modo dissimili et ordinatione rationabili in hoc monasterio sanctae conversationis habitum susceperunt, et de rebus unusquisque secundum suae quantitatis mensuram ecclesiam honoraverunt. Domnus scilicet Gerardus tempore domni Theoderici abbatis de Gedina octavam partem, quae a materna successione sibi provenerat, cum suis appenditiis, cum pratis, silvis aquarumque decursibus, terris cultis et incultis et copiosa familia huic ecclesiae tradidit, ut haec omnia per omne succedens tempus legaliter permanerent ecclesiae et ab ea firmiter tuerentur, legalibus nobilibusque testimoniis confirmavit. Verum ne aliquando ecclesia in hac donatione legitima vexationem patiatur iniuste, memorari decrevimus nomina testium. Haec enim sunt: Heribrandus et Hugo, frater eius, de Florinis, Rodulfus et frater eius Swinguiccurt.

CONTINUATIO.

1. Contigit autem eodem tempore domnum abbatem Godescalcum a presentibus migrare ad Dominum, cuius sicut et aliorum cum breviter et lucide actuum iste libellus diligenti stylo exaratam contineat seriem, non incongruum videtur, si, quod non digessit, quia nondum contigerat, ea fide et veritate, qua a religiosis viris, qui adhuc sunt superstites, accepi, 1101.

a) *ita corr. Brial*; filio 1? *ed.* b) Bonomen. 1. c) damnatione 1. d) dicto 1. e) marte 1. f) *deest* 1.

1) Stemma ex auctoris sententia hoc fuit:



2) Hierges inter Givet et Fumay. 3) Testis est in charta a. 1066, de Limminghe II, p. 625. 4) Gedinne.

litteris mandem et ad rerum gestarum notitiam posteris legenda transmittam. Huic, quem prefatus sum, Godescalco, de nostris et in nostro, uti nostrorum consueverat antiquitas, capitulo electus, domnus Widricus pari voto et communi assensu subrogatur; qui nobili ortus progenie, nobilior moribus fuit; sed cum huius honoris gradu ob sue custodiam humilitatis non acquiesceret se sublimari, vix tandem petitioni fratrum et honori sue, in qua fere a tenero ubere matris nutritus fuerat, ecclesie accommodans aurem, suscepit iugum Domini. Quod ipse probis exornans moribus, multa egit, que, si oblivioni non essent tradita, relatu digna iudicarentur.

2. In diebus eius florebat presens ecclesia arta religionis censura et rerum temporalium affluentia, cuius fama exciti sapientes et litterati viri undique conveniebant iugo leni obedientie colla submittere et celestis haustu dulcedinis carnalis vite estum restringere
Ps. 62, 2. ac dicere cum propheta: *Sitivit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea.* Huius gustata suavitate dulcedinis, magister Wibaldus et magister Richerus sine ulla deliberationis mora prefatum abbatem adeunt, atque illi estus suos confitentes, consilio ipsius vestem cum spe priori mutant religionemque sub eo profitentur[1]. Extant magistri Richeri penes nos preclari monimenta ingenii in opusculis, que de translatione corporum martyrum Candidi et Victoris et sanctarum virginum Coloniensium edidit[2]; qui in toto vite sue tempore in scola virtutum Christi sub magisterio magis amans doceri quam docere, hic Deo se vocante beato fine quievit.

3. Domnus vero Wibaldus a magisterio huius monasterii scole in Stabulensi ecclesia
1118. ad idem officium accitus[3], non solum illius, sed et Cassinensis[a] et Corbeiensis uno in tempore abbas extitit[4]. Ipse antiquum Ottonis primi imperatoris in curiis imperatorum Lotarii et Frederici renovavit simul et Conradi regis, novis et apertioribus impetratis, privilegium, quorum confirmationem in Mettensi beati Stephani ecclesia, que istius et mater est et domina, conservari perpetuo constituit[5]. Renovavit etiam privilegium Benedicti pape septimi, uti adhuc videri potest in nostri monasterii thesauris, temporibus apostolicorum Adriani et Eugenii tertii, quibus manifeste ostenditur, quod Hasteriensis locus Walciodorensi ecclesie tamquam cella vel prepositura, vel quocumque alio nomine dicatur, debet velut membrum capiti adherere et in omnibus obedire. Sed longe antequam hec fierent, domnus Widricus supra memoratus abbas ad beatarum sedes transivit animarum.

1129[6]. 4. Cui successit domnus Theodericus secundus; qui pari omnium assensu a nostris sicut noster monachus in nostro capitulo absque partis adverse contradictione abbas preficitur. Multa sub eo meminerunt gesta digna relatu domnus Walterus prior et domnus Liebertus, qui post eum tertius abbas extitit, et quam plures, quorum notitiam habere potuissem, si in hac tunc ecclesia residens extitissem.

5. Eodem tempore quidam miles egregius filius Anselmi de Tier, frater Thome et Gerardi, a matre Haduide ex Rovoniensibus[b] dominis sue clare stirpis ducens originem, quorum solerti studio et pia devotione hec possessionibus in Famennia augmentata[c] crevit ecclesia[7], Iohannes nomine, testamentum fecit, et confirmatum in presenti loco testimonio nobilium roboraverat. Hic quia in bellicis rebus strenuus habebatur, eo tempore quo solent reges ad bella procedere, ut nobilis et clarus in armis, suum regi Frantie exhibuerat obsequium. Moram autem ibi eo faciente, mors, que iuvenibus est in insidiis et senibus in ianuis, illum corripuit, et ad extremam horam veniens, coram accitis nobilibus regalis curie et Arnulfo domino Tier una cum rege memorato iam dictum testamentum allodii de Neffia[8] renovavit et ita vitam finivit; et ex eo villam eandem cum familia in ius et dominationem suam domus ista transegit. Deinde alie quam plures aliis in locis ab aliis nobilibus ville, redditus villarum, ecclesie cum decimis et aliis proventibus suis maxime in pago Famenniensi et a Rovoniensibus dominis suis diebus nobis tradite memorantur.

a) Cassiniensis 1. b) Bonom. *ut supra* 1. c) agm. 1.

1) Cf. notam ex Kal. Stabulensi, Jaffé Bibl. I, p. 74: 14. *Kal. Aprilis. Domnus Wibaldus suscepit habitum monachicum in Walciodoro anno Domini* 1117. *sub Widrico eiusdem loci abbate.* 2) Quae latent. 3) Anno 1118; v. ibidem. 4) Abbas Stabulensis a. 1130, Casinensis a. 1137, Corbeiensis a. 1146. electus. Ibid. 5) Konradi diploma inter epistolas Wibaldinas editum est nr. 328, Jaffé Bibl. p. 457. 6) Ita Gall. chr. III, p. 573. 'ex floribus eccl. Leodiensis'. 7) V. supra c. 71, quocum hic locus pugnare videtur, cum ibi Thomas et Gerardus filii Engonis ex Haduide dicantur. — Brial Anselmum fratrem uterinum Thomae et Gerardi habet. 8) Neffe prope Dinant ad Mosam. B.

6. Factum est etiam iuris nostri eodem tempore quicquid habemus in Daueles[1]; quod datum in elemosina accepimus a quodam Iohanne milite, eiusdem loci indigena. Hic ab utroque sanguine ex nobilium procerum prosapia genitus, in hoc multo nobilior clariorque refulsit, quod Christum et piam matrem eius magis quam sue carnis propinquos optavit succedere sibi. Describerem paulo diffusius de eo, quis et unde fuerit, sed stegmati Falemanniensium hoc ipsum reservatum iri maluimus.

7. Sed iam tempus est, et ordo ipse narrationis hoc exigit, ut proferatur in medium et ex suis involucris, ne situ vel oblivione deleatur, salvo fulgore mere veritatis, omnique rancoris et odii fomite procul depulso, presenti historie inseram, quid nostri Hasterienses attemptare eodem tempore aggressi sunt. Non enim mentitus est qui dixit:

Asperius nihil est humili, cum scandit in altum.

Tempore, quo prefatus sum, domni Theoderici abbatis ab eo in Hasteriensi domo constitutus quidam Iohannes prior fuerat. Hic novitatum amator et fraterni odii seminator cum alio collega suo promtissimus[a] fuit. Inde accidit, ut per ducentos annos statutum[b] fuerat, lacunam quandam iussu abbatis ministrorum obsequio, ad quos antiquo iure huius ecclesie id agere spectabat, reparari et, ut capiendis piscibus aptior esset, statuto tempore renovari. Quod audientes Hasterienses nostri, memorati prioris sui instinctu et consilio, a cuius etiam ore et corde venenum hoc in alia maiora et peiora preparatum flagitia hauserant, dicto citius advolant, palos solo infixos evellunt, diruunt cetera et quicquid ibi fuerat factum dissipant et dispergunt. Non eos ius antiquum loci seu abbatis reverentia, quod plane ignorare non poterant, ab errore et contentione premeditata revocavit. Tamen abbas et pius pastor benigne ovium suarum miseratus errores, non cessabat tum per se tum per vicinarum religiosas personas ecclesiarum dictos Hasterienses ad pacem Walciodorensium fratrum et ad subiectionem sibi et ecclesie sue debitam et eatenus absque calumnia exhibitam revocare. Extant in monimentum huius rei apud nos reservate et uno volumine comprehense epistole, quas in executione huius negotii Leodiensis Mettensi, necnon[c] Mettensis Leodiensi scripsit episcopo, alias etiam Wibaldi ad eosdem episcopos[2], una regum et imperatorum Conrardi, Lotarii et Frederici Mettensi directe ecclesie et episcopo ipsius. Quibus aperte datur intelligi, quomodo memorati fratres ad unitatem predictorum auctoritate redire compulsi sunt et subiectionis iugo, quo numquam caruerant, denuo colla submittere. Ex hac ergo occasione accidit et infra rebellionem istam, post primum Ottonis primi imperatoris privilegium antiquum et authenticum iam dicta ad nostrum perpetuum decus et munimen emanare privilegia. Quod ex facili tamen ab alio non potuisset impetrari, sed memorato abbati nihil ab his regibus vel imperatoribus, quod iustitie et servituti imperatoris non obviaret, tunc negabatur, in quorum aula inter principes serenissimus et inter amicos amantissimus conversabatur[d].

8. Eodem tempore contigit per manus domni abbatis Theoderici beatorum martyrum Candidi et Victoris et sanctarum virginum Coloniensium corpora ad hanc transferri beate semper virginis Marie basilicam. Sub eadem tempestate prior Hasteriensis Iohannes nomine ante portam nostram littus Mose respicientem navi advectus transibat; quod cernens abbas, indignatus est, monachum suum quadam velut indignatione, se non salutato, quem optime transiens vidisse poterat et cognovisse, ante se pertransire; artari eum fecit et infra claustrum istud custodie mancipari, donec precibus comitis Namucensis, promissa prius humiliter emendatione, veniam obtinuit. Iisdem diebus diverse supellectilis et rerum plurimarum ab antiquo congesta copia cum thesauris ecclesiasticis tota defecerat, que inopia non solum hanc, sed et nostram Hasteriensem suis pretiosis spoliavit, etiam gemmis et auro claris ornamentis. Qua etiam graviter invalescente, domnus abbas Theodericus appositus 1152.
est in senectute bona ad patres suos.

9. Die vero sepulture eius cum statim fieri deberet electio, et Hasterienses in exequiis abbatis defuncti adessent, celebrande tamen electioni futuri patris subtraxerunt se, et regulariter convocati, redire noluerunt. Prior vero huius monasterii videns eorum arrogantiam, et timens, ne, si differretur electio, tumultus fieret, in domnum Stabulensem sepe

a) provitissimus 1? b) statum 1. c) recte 1. d) converseb. 1.

1) Dave (cant. Namur); cf. chartam 'Analectes' XVI, p. 27, ubi Iohannes de Daules dicitur, 'liber homo ex liberis et ingenuis natus'. 2) V. inter epistolas Wibaldinas ed. Jaffé (Bibl. I) nr. 289—294. a. 1150; et diploma Friderici I. a. 1152, die 8. Mai. datum, Stumpf, Acta 118, p. 145. et 'Analectes' XVI, p. 18.

memoratum Wibaldum abbatem electionis sue sententiam, toto annuente conventu, confirmavit[1]. Ipse vero post reditum suum a curia imperatoris — nam ibi per aliquot menses moratus fuerat tunc —, hoc audito, statim Walciodorum venit, et ab hoc onere sese humi prostratus humiliter excusavit, non tamen a loco discessit, donec consilio eius sepe dicte Stabulensis ecclesie decanus domnus Robertus subrogatus in abbatem, a Mettensi episcopo investitus, a Leodiensi benedictus, et ab utriusque loci fratribus in dominum et abbatem, ut decuit, cum honore et reverentia susceptus est. Hic quam idoneus et quam efficax in administrandis utriusque domus[a] rebus necessariis fuit, fratres utriusque loci ab eo nutriti et ad sacros ordines per ipsum promoti noverunt, quorum nonnulli adhuc vivunt. Ipse Falemaniensem huic acquisivit ecclesiam. Hec a fundatoribus suis quatuor sacerdotum ministeriis[b] commissa, eodem tempore ad tantam devenerat negligentiam, ut quatuor clericorum officia vix unius vicarii ministerio[c] explerentur. Loci possessores de divini cultus exterminio usque adeo commoti sunt — nam tunc duobus subdiaconibus et duobus pueris infra annos et ordines constitutis adscripta erat —, ut eam spe meliorandi huic monasterio et eius iam memorato abbati Roberto legitima donatione, astante Nammucensi comite H[einrico] et aliis nobilibus, traderent, ea dumtaxat conditione, ut, discedentibus clericis, loco eorum monachi ab abbate inibi substituerentur. Dignum igitur duxi huic narrationi inserere participes allodii et possessiones fundi, quorum donatione temporalia, quorum petitione spiritualia impetrata sunt. Dederat primum tempore domni Oberti episcopi[2] Gerulfus[d] et uxor eius Berlandis[e, 3] et filii eorum Berbertus et Winandus, ut nobiles testimonio nobilium medietatem prebende investiti; tertiam partem eiusdem Anselmus de Falemennia[3], frater domni Hillini reverendi Trevirorum archipresulis[4], pater illius qui nunc est Anselmi et fratris eius Godefridi iam defuncti; item Theodericus et Godefridus, filii Engelberti, huius ecclesie servi, reliquam quartam partem. Ex secunda prebenda dedit idem Anselmus medietatem, dicti Godefridus et Theodericus fratres aliam medietatem. De tertia rursus Anselmus prenominatus quartam partem, Theodericus de Buillun[5] et uxor eius Matildis alias tres partes. Item de quarta prebenda Anselmus quartam partem, Ascela de Daueles[6] matrona illustris alias tres partes. Hec fuit domni Hillini dicti archiepiscopi et fratris eius illustris viri Anselmi cognata. Qui omnes una cum Iohanne illo, qui nobis ea que apud Daueles habemus largitus est, hii, si longa retro series repetatur, tam in clericis quam in militibus insignes invenientur.

10. Primo namque adventus sui tempore domnus abbas Robertus, quoniam adhuc nobis dicendum est aliquid ex eo, ecclesiarum statum, quem deformatum reppererat, dum in melius reformare satageret, obloquebantur ei quidam in hac domo, de scientia ac genere suo presumentes; sed ipse eorum parvipendens arrogantiam, omnes eiecit, donec, debitis persolutis ac redditibus rebusque omnibus in priorem statum revocatis, suos amicos faceret et dilectos fratres, quos prius habuerat oblocutores. Tamen numquam adeo utilis isti sicut Hasteriensi ecclesie fuit propter predictorum arrogantiam. Hasteriam ergo cum pene omnibus bonis suis nudatam invenisset a dilapidatoribus, studuit que iuris ipsius esse didicit ab invadiatoribus eripere. Aderant ei fideles et optimi adiutores domnus Petrus, vir bonus et ab infantia sua sancte amator et observator religionis, et Iohannes postea prepositus. Contigit autem, predictum abbatem pro apportato lucro sue negotiationis audire
Matth 25,21 Dominum dicentem sibi: *Intra in gaudium domini tui.*

1174? 11. Hoc itaque rebus humanis exempto, iste de quo paulo feci superius mentionem Petrus de Hasteriensi domo primus ab utriusque loci fratribus in capitulo nostro concordibus votis et vocibus electus perhibetur. Cuius ego etsi actus seu mores, quoniam laudabiliter vixit, non reprehendo, in hoc satis tamen reprehensibilis extitit, quod decus illud et prerogativam honoris, qua hec ecclesia tamquam mater et domina illi antecellit de qua loquimur domui Hasteriensi, que eius est filia, vel annihilare quantum potuit — multum hic quidem, quoniam abbas erat et dominus — vel ad eandem Hasteriam latenter et callide

a) hominis *ed.* 1? b) ministriis 1. c) misterio 1. d) Gerulfulfus 1. e) Berbandis 1.

1) V. epistolam Walciodorensium inter Wibaldinas nr. 368, Jaffé Bibl. I, p. 496. 2) Otberti Leodiensis a. 1092—1117. 3) V. chartam eorum Martène, Coll. I, p. 869, ubi uxor Berlendis dicitur; et chartam Heinrici comitis Namucensis 'Analectes' XVI, p. 28. 4) A. 1152—1169. 5) *Bulun* in charta mox laudata. 6) *Daules* ib.

semper paulatim transferre sategit. In qua periurii crimen eum incurrisse novimus, quia consuetudo est abbatibus nostris post investituram abbatie Walciodorensis fidelitatem episcopo Mettensi et ipsius ecclesie facere, in qua investitura sive dono abbatie, ut a maioribus eiusdem ecclesie audivimus, sicut et vidimus, talis servatur ordo verborum: *Do tibi donum abbatie Walciodorensis et omnium pertinentiarum ipsius.* Quo accepto, prestat electus religionem sacramenti sue fidelitatis. Et hoc est quod prelibavimus, scilicet, cum tali modo donum sui honoris sumpserit, cum premissam fidelitatem fecerit, inde tamen infidelis esse non timuit, quod sigillo huius tituli nunquam usus est. Optinuit preterea a quodam Egidio refuga et sacrilego quoddam falsum scriptum in modum privilegii, de quo suo loco dicemus et tempore. Idem, cum abbas esset, non erat monachus, quia non professus. Consuetudo erat ei beatum virum Forannanum devotis et frequentibus exorare precibus et eius sepulcrum latenter invisere et publice; expertus eius opem erat in multis; que si quis diffusius audire voluerit, legat miraculum, quod in Vita eiusdem sancti continetur de reddita ab eo sibi sanitate[1]; et quo ipse sancto singulis hebdomadibus pro sibi concessa salute unius misse officium quamdiu vixit devote sicut promiserat persolvere non cessavit. Erat vir iste decora facie, stellantibus oculis et procere magnitudinis statura valde decorus, cigneoque decorus candore, nescio quid celeste et divinum se intuentibus tam facie quam verbis et moribus pretendebat. Preterea frequentibus et devotis insistebat in ecclesia precibus, his gregis sui curam Deo commendans. Appositus est autem in senectute bona ad patres suos; cui de nostris domnus Liebertus successit.

12. Sed ne in transitu et quasi viator mentionem eius fecisse videar — quem infirmum, pauperem et rebus omnibus egentem et nudum ipse in hoc monasterio susceptum confestim dignatus est excipere suis amicitiis —, eius actibus describendis immorandum[a] mihi esse censeo paulo diutius, ne ingratitudinis ignavi redargutus vitio, inertis aut desidis inustus cauterio, ignavie notam incurram. Fuit hic de quo sermo est claris ortus natalibus, quem a parentibus nobilibus et locupletibus[b] huic beate semper virginis Marie monasterio divinis mancipatum obsequiis, sui quos hic habebat cognati regularibus disciplinis et litterarum scientia affatim instruxerunt. Qui priusquam ad virilem pervenit etatem, divina ad hoc se vocante gratia, abbatis sortitus est officium et nomen. In hoc a recto tramite nimium exorbitavit, quod in Hasteriensi domo post sui predecessoris exequias sacre electionis munia passus est in se et de se celebrari[2]. De nostris vero qui hoc scelus patraverunt, cum regum et imperatorum super hoc capitulo pre manibus haberent privilegia, cum sue antiquitatis iura non ignorarent, dicimus, eos scienter et voluntarie peccasse, unde confidenter asserimus, quia divine examen non evadent ultionis.

13. Tempore suo Mathildis matrona nobilis consilio Franconis cognomento Lotharii sacerdotis et monachi huius loci accessit huc et dedit in elemosinam medietatem ecclesie beati Martini de Unhaia[3] cum decimis omnibus ad villam spectantibus; allodii autem totius medietatem acquisivit ecclesia a filiis et heredibus suis, quod divisum fuerat in quinque partes. Quam divisionem quia alio in loco[4] me digessisse sicut acciderat memini, huic narrationi inserere nolui.

14. Elapso autem non longo tempore post hec, orta est inter ecclesiam istam et Hasteriensem gravis discordia pro festivis diebus, in quibus Hasterienses de iure expetebant abbatis habere presentiam, duabus tantummodo exceptis sollemnitatibus, pascali scilicet et ascensionis Domini, et pro hac occasione eo usque processum est, ut ad presentiam Mettensis episcopi, qui tunc fundi dominus et patronus utriusque loci habebatur, fuerit appellatum. Deinde post festum omnium sanctorum agente eodem episcopo in synodo, et partibus coram eo hinc inde constitutis, ad defensionem suam Hasterienses quoddam scriptum in modum privilegii Alexandri pape protulerunt[5]. Hoc autem scriptum unde emanaverit, ne supervacuus rerum gestarum relator esse videar, scribere supersedi. Ipsum autem dominus Bertrannus[6] episcopus et abbates totius provincie Mettensis cum aliis literatis et religiosis viris falsum esse approbaverunt. Quod Hasterienses videntes, pudore acti nimio magis

a) Qui morandum 1. b) locupletis 1.

1) De hac re in Vita auctore Roberto nihil legitur. 2) Cf. Innocentii III. chartam 'Analectes' XVI, p. 50. 3) Onhaye; v. chartam Rodulfi episcopi Leodiensis a. 1190, 'Analectes' XVI, p. 42. 4) Ubi hoc scripserit, nescimus. 5) V. talem Alexandri chartam 'Analectes' XVI, p. 38. 6) A. 1180—1212.

quam spe recuperandi, ad sedem apostolicam appellaverunt, a nullo tamen gravamine. Quibus predictus pontifex ait sic: 'Vos subterfugium querentes, immo, quod verum est, de vestro iure diffidentes, ad patrocinium appellationis confugistis. At nos quod nobis de iure competit facientes, nostre Walciodorensi ecclesie, patrum nostrorum secuti vestigia, scilicet bone memorie domni Stephani quondam Mettensis episcopi[1], in iure suo, prout necesse fuerit, fideliter assistemus et vos cum maledictione vestre inobedientie debita prosequemur'[2]. Nec pretereundum est, quod, dum hec agerentur, voluerunt Hasterienses abbatem in partem suam trahere et secum habere; sed noluit ille, immo cunctis audientibus contestatus est, se magis illi debere assistere ecclesie, que nutrierat eum et religionis et scientie totius decorarat titulis, quam illi, que rebellis et inobediens ei esse nitebatur, que domina et mater eius eatenus fuit testibus privilegiis imperatorum et regum Romanorum necnon et Romanorum pontificum, que in ea ad iudicium huius rei conservantur.

15. Elapso deinde anno iam reversis a Romana curia utriusque partis legatis, cum esset profectus domnus abbas Liebertus[a] Leodium, iam aliquantulum infirmus, et existente eo in claustro Sancti Lamberti, cepit sensim viribus corporis deficere. Quod dum perciperet domnus Warnerus prepositus, qui secum erat, voluit eum reducere ad hospitium; sed cum iam essent in via illo revertendi, in platea quadam cecidit et ibidem spiritum exha-
Sap. 4,17. lavit, nec dubium quin Deus sic eum vocavit secundum illud Scripture dicentis: *Iustus, quacumque morte preoccupatus fuerit, in refrigerio erit.* Contigit hoc evidens infortunium ecclesie Walciodorensi, quia usque adeo iam processum fuerat in causa memorata, quod non esset dubium, redditam sibi honoris sui et dignitatis antiquam prerogativam. Ut autem de ipso breviter commemorem, vix aut nunquam manus eius libro carebat, lectioni assidue deditus, exceptis illis horis quibus devotis insistebat precibus aut divine[b] contemplationi.

16. Eo tandem sepulto in ecclesia beati Laurentii in Leodio, cum secundum scita canonum deberet fieri successoris electio in capitulo Walciodorensi, et ad hoc agendum esset dies assignata, preripuerunt diem ipsum quidam de nostris novitatum amatores, et domnum Walcherum, tunc cantorem, fratribus Hasteriensibus ad electionem non vocatis, quibusdam etiam de nostris absentibus, capitulum intrantes, in abbatem nominaverunt. Quod cum fieri videret domnus Walterus prior de Rovonia, ausus eorum non ferens, dampnavit factum ipsumque electum et electores suos denuntiavit excommunicatos. Quod cum domno Hugoni Leodiensi episcopo[3] fuisset intimatum, pro nihilo ducens processum aususque temerarios predictorum et sententiam a priore in eos latam confestim confirmavit. Ipsi vero festinato ad Mettensem accedentes episcopum, cum non esset qui eis resisteret, multa precum instantia donum abbatie obtinuerunt. Igitur investito domno Walchero dono et honore abbatie, rediit cum suis concito gradu apud Walciodorenses. Cumque ipse et sui eis qui sibi contrarii fuerant expulsionem et multa alia gravia minarentur, domnus Warnerus prepositus, assumpto secum magistro scole Iohanne nomine et Gerardo monacho Hasteriensi, adiit Leodiensem episcopum, qui tunc in castro Hoyensi sanguine minutus erat, et conquestus est ei insolentiam domni Walcheri et sociorum eius. His auditis, episcopus precepit dictis fratribus Iohanni et Gerardo dictorum non curare audaciam, sed ut redirent ad domos suas et, convocatis utriusque domus fratribus qui non consenserant presumptioni predictorum, in capitulo Walciodorensi iam dictum Warnerum prepositum in abbatem eligerent et electum sibi sine mora benedicendum presentarent. His memorati fratres auditis, cum letitia magna reversi sunt, omnia sicut eis fuerat imperatum implentes. Sed domnus Walcherus hanc confusionem suam non ferens, de nocte cum suis omnibus fugitivus abcessit, absconditis omnium campanarum batallis. Hoc cum factum fuisset, secuta sunt dampna huius ecclesie gravia et importabilia, adeo quod multi dicerent, domum Walciodorensem de cetero non esse recuperandam; sed Dominus, qui malis omnibus bene novit finem imponere, hoc modo finem imposuit. Obtinuit enim domnus Warnerus assensu utriusque episcopi abbatiam, concessa domno Walchero toto tempore vite sue curte de Hova[4] cum omnibus pertinentibus suis.

17. Domnus vero Warnerus cum strenuus fuerit in administratione sua, quam efficaciter congregata conservaverit quamque prudenter dispersa congregaverit, sequens sermo de-

a) Libertus *h. l.* 1. b) divini 1.

1) A. 1120—1163. 2) Cf. Bertranni chartam a. 1202. datam, qua subiectionem Hasteriensis ecclesiae confirmavit, 'Analectes' XVI, p. 45. 3) A. 1200—1229. 4) Houyet (arrond. Dinant). B.

clarabit. Videns itaque domum suam multis et gravibus debitis oppressam, possessionum etiam non modicam partem invadiatam, cepit singula debita minuere et paulatim annullare, ita ut infra septennium omnia que domus debebat solveret debita et infra aliud septennium quod supervixit multa acquireret; necnon et prebendas fratrum adeo melioravit, ut ipsis[a] assignaret quadraginta librarum valorem ultra quam fratres accipere consueverant. Ipse etiam interfuit concilio Lateranensi, quod celebravit dominus Innocentius papa cum septin- 1215.
gentis patriarchis, archiepiscopis et episcopis necnon et multis ecclesiasticis personis diversorum ordinum. Acquisivit in tempore suo maximam partem decime de Gedina. Obtinuit preterea litteras confirmationis a domno Hugone episcopo Leodiensi[1] medietatem decime de Unhaia, quam acquisierat a Petro comite Autisiodorensi et Yolende uxore sua, qui tunc comitatum Namucensem tenebant[2]. His et aliis piis operibus deditus, morbo gravi cum laborasset a die qua regressus fuerat a Romana curia, omnibus ecclesiasticis sacramentis circa eum peractis, obdormivit in Domino.

18. Quo[b] de medio facto, domnus Walcherus in pace successit. Cuius tempore multa preclara opera in hoc monasterio facta sunt, videlicet porticus a maiori ecclesia usque ad parrochiam, et super turrim tectum lapideum, quod tectum procuravit censibus[c] suis frater Balduinus de Finevalle[3], sacerdos et monachus noster, cum quibusdam aliis que antea iam procuraverat, videlicet vitrea fenestra retro maius altare, cappa etiam de sameto optima, mensaque auro et argento decorata, cruce et textu euangeliorum. Qui monachus cum hec omnia faceret, sancte paupertatis amator in magna inopia victus et vestitus se ipsum constringebat. Acquisivit etiam ad curtem de Focheit[d.4] terre optime non modicum, quam prius domus ista non habebat. His et huiusmodi bonis operibus deditus, cursum vite sue totum explevit; non tamen obiit tempore domni Walcheri, sed domni Henrici, qui post eum tertius successit.

19. Domnus igitur Walcherus cum ad regimen huius loci noviter accessisset, occurrerunt ei multa gravia scandala propter accidentia quedam. Nam Philippus comes Namucensis, huius loci primus, frater videlicet nobilis Elizabeth regine Francorum et Balduini Flandrensis et Haionensis comitis, postea imperatoris Constantinopolis, diem clausit extre- 1212.
mum; qui moriens ecclesie sancti Albani in Namuco, ubi ipse se ipsum disposuerat tumulari, partem illam decime de Unhaia, quam domnus Warnerus abbas a Petro Autisiodorensi comite et uxore sua Yolende, sorore istius Philippi de quo sermo est, acquisierat, delegavit. Sed quia domnus Warnerus iam sibi eam fecerat confirmari a domno Hugone Leodiensi episcopo, obtinuit eam domnus Walcherus, multis et gravibus dampnis huic ecclesie irrogatis; cuius acquisitionis et retentionis labor totus incubuit in fratrem Alardum sacerdotem et monachum nostrum, temporis tunc prepositum, filium Anselmi quondam villici huius ville.

20. Secutum est aliud grande gravamen. Siquidem frater Alardus dictus de Means tunc temporis camerarii officium administrabat; qui cum propter census paucos, quos apud Coving[e.5] et Peis habebat, ad partes illas forte[f] devenisset, rogavit eum quidam presbyter Nicolaus nomine, ut ad villam de Daillies[6] secum accederet visitandi gratia parrochianum suum gravi detentum infirmitate nomine Gonselinum. Qui cum simul ibidem accessissent, ceperunt diligenter secum agere de salute anime sue, et etiam de ordinatione rerum suarum; non enim habebat uxorem nec heredes. Quorum verbis eger diligenter intendens et devote, nullius expectavit consilium, immo, sicut et a Spiritu sancto fuerat inspiratum, se et sua in manus dicti Alardi Deo et beate semper virgini[g] Marie obtulit, et accersito abbate conversus factus, paucis postea supervixit diebus. De cuius hereditate et rebus calumnias graves et longas sustinuit ecclesia tam contra virum nobilem domnum Rogerum militem dominum Cymacensem[7], quam contra cognatos et propinquos eius de quo sermo est[8]. Tamen modo divina misericordia disponente et in melius semper negotium promovente, quicquid dictus Gonselinus habuit nunc in pace possidemus.

a) ipsas 1. b) Quod 1. c) sensibus 1. d) Fecheit *ed.* e) Counig *ed.* f) cum f. 1. g) virginis 1.

1) Qui a. 1227. iura episcopi Mettensis concambio acquisivit; v. Albrici chron. h. a., SS. XIII, p. 920; Aegid. III, 96, SS. XXV, p. 120. Chartas superstites recenset Schoonbroodt, 'Inventaire des chartes du chapitre de St. Lambert' p. 18 sqq. 2) Eorum chartam a. 1213. v. 'Analectes' XVI, p. 56; Hugonis confirmationem a. 1216. ibid. p. 58. 3) Finnevaux (arrond. Dinant). Balduinus de Finevalle testis est chartae a. 1206; 'Analectes' XVI, p. 53. B. 4) Feschaux sive Fechaux (arrond. Dinant). B. 5) Couvin et Pesche (cant. Couvin). B. 6) Dailly (cant. Couvin). B. 7) Chimay. 8) Cf. chartam de lite composita 'super possessionibus Gonselini de Dalhies' 'Analectes' XVI, p. 66.

21. Per omne tempus quo hec agebantur domnus Walcherus abbas gravi morbo laborabat, quo nunquam caruit a die promotionis sue usque ad diem obitus sui. Morbus autem iste sibi faciem deturpavit undecim annis quibus abbatie prefuit, ut gravis esset ad videndum etiam his qui intimo cordis affectu diligebant eum. Non tamen causa infirmitatis huius caruit angelica voce, qua pre ceteris omnibus regularibus personis in partibus istis preeminebat. Ipse quicquid habemus in Daillies refectioni fratrum, elemosinis pauperum in cena Domini, luminaribus ecclesie, non obstantibus sumptibus quos inde fecerat, nobis benigne contulit, et quadraginta solidos ad decimam de Gerin[1] in anniversario comitis Philippi Namucensis primi nobis delegavit, quod anniversarium facimus cum anniversario domni Theoderici advocati, pro quo habemus ad ginovagium[2] suum quadraginta solidos alborum.

22. Quibus omnibus, ut prelibatum est, diligenter ordinatis, videns domnus abbas ingravescere infirmitatem suam, nec posse preesse quibus prodesse non poterat, resignavit in
Nov. 30. manu domni Hugonis Leodiensis episcopi abbatiam in die sancti Andree apostoli. Cui episcopus mansione, capellano et servitore delegato, cum omni humanitate redditibus assignatis, prospectum iri decrevit. Nec tamen ad presens de abbate ordinando ita fuit ab eo dispositum ut decuit. Unde, sicut rei probavit eventus, iurgia, rixe, dampna plurima nobis contigerunt. Interim accidit, quod domnus Hugo memoratus episcopus viam universe
1229. carnis ingrediens finem vite presentis acciperet. Post cuius obitum magister Hugo Sancti
Apr. 25. Pauli in Leodio canonicus expectans quadraginta diebus[3], in die Marci euangeliste — illa enim die debebat electio fieri —, assumpto secum cognato suo domno Iohanne Bouton cum universis monachis Hasteriensibus, venit in conventu claustri apud Walciodorum, et vocato ibi domno Iohanne tunc temporis priore et Alardo preposito et etiam magistro Pontio clerico Dionensi, toto conventu nostro in cripta residente[a] et reditum predictorum prestolante — preceperat enim prior, ne quis, donec rediret, criptam egrederetur —, magister Hugo, exhibitis ibidem litteris archiepiscopi Coloniensis[4] et recitatis, in quibus continebatur, quod iurisdictio ordinandi abbatis ad eum devoluta erat auctoritate cuiusdam constitutionis Innocentii pape, nominari protinus predictum Iohannem cognatum suum per quendam Robodonem in abbatem fecit. Quo audito, prior Iohannes innuit magistro Pontio, et ipse protinus in vocem prorupit appellationis. Prior vero, convocatis omnibus fratribus, indicavit eis, quid actum fuisset. Qui irruentes in claustrum cum tumultu, antequam Hasterienses ingredi possent ecclesiam, turpiter de claustro eos deiecerunt, et intrantes capitulum, domnum Henricum de Gran in abbatem elegerunt et hymnum *Te Deum laudamus* decantando ad ecclesiam deduxerunt. Que[b] omnia processu temporis domnus Otto apostolice sedis legatus[5], utriusque loci paci consulens, irrita esse iudicavit et magistrum Nicolaum Sancti Vitoni[c] Virdunensis monachum, premissa fratrum utriusque loci concordi electione, abbatem constituit. Eo igitur suscepto, paucis postea evolutis diebus domnus Walcherus vitam
1230? Apr. 1. finivit Kalend. Aprilis, vir per omnia laudabilis, cuius memoria apud nos in benedictione est.

23. At memoratus abbas Nicolaus, cum anno uno et nescio quot mensibus prefuisset, videns sibi pro voto res non cedere, recessit ad locum unde venerat, et per Gerardum monachum Hasteriensem missis ad nos litteris sigillo suo impressis, absolvit nos ab obedientia et subiectione qua ei tenebamur, renuntiavit abbatie et cure pastorali; quod etiam Leodiensi episcopo domno Iohanni[6] litteris suis patentibus intimare curavit. Iam, sicut dicere cepimus, rebus in pace compositis, fratribusque utriusque loci invicem se amicabiliter habentibus, de substituendo[d] abbate in commune ab utrisque sic fuit ordinatum. Compromiserunt enim ab una parte Walciodorenses in domnum Iohannem priorem suum, Hasterienses vero in Clementum[e] monachum suum et domnum Iohannem episcopum Leodiensem ex altera. Quod tamen ea pace qua decuisset tunc fieri non potuit, Hasteriensibus semper toto nisu agentibus, ut domnus Iohannes, de quo superius mentio facta est, iterum abbas ordinaretur. Sed dictus episcopus et magister Hugo hoc non debere fieri arbitrantes, positis in castro Hoiensi coram eis dicto priore et Clemento monacho, die condicta domnum Henricum in abbatem eligi censuerunt; quod[f] et factum est. Qui etiam nunc nobis preest

a) sesid. 1. b) cum *add.* 1. c) Vitonis 1. d) sust. 1. e) *ita* 1; Clementem *ed.; et ita post.* f) quid 1.

1) Gerin prope d'Anthée (cant. Dinant). B. 2) Idem quod guidonagium, guionagium; Ducange III, p. 589 sqq. 3) Hugo episcopus d. 12. Apr. obiit; v. Reineri Ann., SS. XVI, p. 680; Aegidius III, 18, SS. XXV, p. 122. Ideo die Marci euangelistae minime 40 dies elapsi erant. 4) Heinrici. 5) Qui a. 1229. in Germania fuit. 6) A. 1229—1238.

feliciter, tercium decimum agens annum. In quo dierum spatio sua industria edificatum est novum claustrum valde decorum, grangia nova tecto parietibus tota lapidea; et super portam littus Mose respicientem aliam domum segetibus reponendis idoneam, ad curtem de Lenna novam domum quam Bovile vocant, ad aliam curtem quae Froimunt dicitur horreum optimum et tres alias domos novas[a].

a) *vocabulum* (constituit *vel* edificavit) *deesse videtur;* Amen *add.* 1.

APPENDIX.

Ecclesia Hasteriensis a priscis temporibus constructa, a sancto Materno episcopo primum consecrata est et postea a sancto Sereno episcopo, qui in eadem requiescit ecclesia, dignissimis reliquiis domini nostri Ihesu Christi et matris eius insignita et aliis innumerabilibus reliquiis sanctorum ornata, quorum meritis et precibus libertas ecclesie contra mirabiles potestates et tribulationes conservata est usque nunc et Deo meritis ipsorum adiuvante conservabitur; quas reliquias acquisivit idem sanctus Serenus episcopus a sancto Iohanne episcopo et venerabili presbitero Luciano, existens presens Iherosolimis tempore revelationis sanctarum reliquiarum prothomartiris Stephani sociorumque eius. Ibi eciam acquisivit ossa colli eiusdem sancti Stephani, que sunt in eadem ecclesia Hasteriensi. Quia vero predictis et aliis bonis insignis erat, facta est conventualis ecclesia a comite Widrico[a], filio Hoachrii ducis Lotaringie, qui ambo in eadem requiescunt ecclesia, et Sancto Stephano Mettis legittime tradita per memoriam reliquiarum sancti Stephani, que erant in ecclesia Hasteriensi, quoniam idem sanctus Stephanus tunc erat, sicut nunc est, patronus Mettensis. Ideo eciam Mettis tradita est Hasteria, quia uxor predicti Widrici comitis amica erat Sigeberti regis[1], cuius filia sancta Reniscendis[b] requiescit in ecclesia Hasteriensi, uxor eciam eiusdem Widrici comitis consanguinea erat sancti Arnulphi Mettensis episcopi. Tali[c] racione fuit conventualis ecclesia per se trecentis annis undecim minus, antequam construeretur ecclesia Walciodorensis. Edificata vero ecclesia Walciodorensi a comite Eilberto, considerans idem comes, quod nullo modo posset per se subsistere, quia[d] maximam artamque penuriam habebat in pecorum pascuis, in aquis, in silvis, in molendinis, et angustum exitum vel introitum, nisi per bona Hasteriensis ecclesie, sagaci industria providit, ut fundum ecclesie Walciodorensis, qui erat de feodo imperatoris, assensu eiusdem imperatoris adquireret ecclesie Mettensi; quod et fecit, ideo maxime, ut idem qui esset dominus Hasteriensis esset et Walciodorensis, ut communis dominus et amor coniunctarum ecclesiarum esset levamen predictorum defectuum. Ita per Hasteriam adquisivit ecclesia Mettensis Walciodorum. Tam manifesta racione patet, quod ecclesia Walciodorensis non debeat preponi Hasteriensi, que et antiquitate temporis et amplitudine possessionum, piscaturis et multitudine familie et legittima possessione quingentorum annorum vel amplius et electione libera et sepultura abbatum in ecclesia et titulo et presencia abbatis in pocioribus sollempnitatibus et omnibus noticiis conventualis ecclesie apparet excellencior, et quia sigillo summi pontificis Alexandri pape tercii et cyrographo Ottonis imperatoris, cuius media pars conservatur in ecclesia Mettensi et alia in ecclesia Hasteriensi, fulcitur libertas ecclesie et auctoritas. Hasteriensis igitur ecclesia et Walciodorensis duo libera loca sunt, que usque nunc fuerunt sub uno regimine et adhuc sunt. De eo autem, quod proponunt Walciodorenses, se habere cartas pontificum et imperatorum contra libertatem Hasteriensem, respondemus, quod tempore pie memorie domni Stephani episcopi Mettensis fuerint omnes carte libertati[e] Hasteriensis ecclesie obviantes Mettis iudicio dampnate coram domno Wibaldo Stabulensi abbate, qui eas gracia quam habebat ad curiam summi pontificis et imperatoris male et indiscrete adquisierat contra libertatem Hasteriensem, quarum transcriptum habemus apud nos, datum per manum predicti domni Stephani ad munimentum malignitatis future. Cartas vero debuerunt[f] reddere Hasteriensibus abbas Wibaldus et abbas Robertus et Walciodorenses ad comburendum infra octo dies post cartas dampnatas. Quod eciam Mettis dato sacramento promiserunt se facturos. Super cunctos eorum, qui principales in malignitate ista fuerunt[g], vidimus manifeste vindictam Dei. Illis in mortali peccato perdurantibus, pie memorie domnus abbas Petrus puram confessionem faciens, summo pontifici per litteras proprias significavit ei de hiis omnibus ea que audierat et viderat. Cui eciam misit litteras domni Stephani Mettensis episcopi et conventus eiusdem ecclesie sigillatas, in quibus continebatur, quomodo predicte carte dampnate fuerant. Cognita autem rei veritate, summus pontifex Romanus peticione ipsius domni Petri

a) Widcho *h. l. c.* b) *ita vel* Remscendis *c.* c) Talis *c.* d) tere qu *atramento obruta e coniectura.* e) libertatis *c.* f) duberūt *c.* g) fecerunt *c.*

1) In eodem codice exstat charta fictitia comitis Widrici, qua uxori Bertae, filiae regis Sigeberti, villam Hasteriensem dotem dedisse dicitur. *Actum est hoc publice Mettis a. d. i.* 656, *indictione* 14, *regnante Sigiberto, filio Dagoberti regis in ipso anno quo obiit sancta Gertrudis.*

abbatis, qui rector erat Hasteriensis ecclesie et Walciodorensis, sufficiens instrumentum misit ad libertatem Hasteriensem tuendam; si Walciodorenses habent cartas ante ducentos annos vel sexaginta vel amplius confirmatas, si eciam essent veraces, quod verum non est, nec sunt in possessione nec legittima[a] proclamatione possessionis, et Hasterienses sunt in iure legittime possessionis sine legittima calumnia.

Sufficientem exinde confirmacionem habentes, racio nos ammonet considerare, quid iuris sit in causa ista. Talem eciam noticiam damus, quod utraque ecclesia libera est per se, quod nichil habent commune nec habuerunt a die coniunctionis ecclesiarum usque nunc nisi solum abbatem. Cartas possessionum suarum utraque ecclesia habet. De hominibus familie Walciodorensis ecclesie infra possessiones Hasterienses manentibus mortuam manum et ius mondiale accipit ecclesia Hasteriensis; similiter et Walciodorenses de Hasteriensibus. Solum denarium capitalem solvit unusquisque illi ecclesie cuius est. Racio expense abbatis talis est: Si ierit ad generalem sinodum vel ad curiam Mettensem vel alibi pro communi causa utriusque ecclesie, de communi fiunt expense; si autem fuerit in causa unius ecclesie, ipsa solvit expensas cuius est causa. In litteris cause Hasteriensis sigillo eiusdem ecclesie signatis dicitur abbas Hasteriensis, in Walciodorensibus Walciodorensis. In communibus scribitur titulo utriusque ecclesie. In quacumque ecclesia obierit aliquis fratrum, conventus ecclesie alterius est[b] ad exequias et sepulturam. De sepultura et electione abbatis talis est racio: In ea ecclesia in qua obierit sepelitur; in cuiuscumque ecclesie causa obierit, ad eandem ecclesiam refertur et ibidem sepelitur. Ad cuius exequias et sepulturam adest presens uterque conventus, et post sepulture obsequium in capitulo eiusdem ecclesie ab utroque conventu fit communis electio alterius abbatis; quod factum est de omnibus abbatibus eorum usque nunc. Defuncto eciam pie memorie domno abbate Petro, in Hasteriensi ecclesia sepulto, facta est electio domni Liberti abbatis, qui nunc est, in capitulo Hasteriensi[1], videntibus et audientibus canonicis et clericis Dyonensibus[2] et fratribus Florinensibus et Broniensibus, qui interfuerunt, et multis aliis, quos enumerare longum est. De hiis omnibus est ecclesia Hasteriensis in iure legittime possessionis, et quod[c] pie usque nunc factum est inter eos, pie eciam de cetero volunt Hasterienses observari. Si autem de libertate Hasteriensis ecclesie voluntatem Dei volumus scire, quam in omnibus causis debemus preponere, manifesta racione possumus animadvertere per ea que vidimus et audivimus in diebus nostris, quid inde velit. Querela vertebatur inter Hasterienses et Walciodorenses de media parte cuiusdam venne, quam dicebant Walciodorenses esse infra terminos aque sue; illam cum aqua detinuerunt Hasterienses veri iudicii examinatione. In hac ergo parva querela ostendit Deus, quid iuris velit esse in utraque ecclesia. Dominus autem concedat nobis ita veraciter agere, ut non exheredemur perpetua Dei hereditate!

a) lĩma *c.* b) *supple:* presens. c) quo pio *c.*

1) Cf. cont. c. 12. 2) Dinant.

MONUMENTA HISTORIAE LOBIENSIS.

Monasterium Laubiense sive Lobiense inter primas erat Germaniae ecclesias, quae fundationis et rerum ab abbatibus gestarum scriptorem nacti sunt, Folcwinum, qui non longe ante de monasterio S. Bertini Sithiensi simile opus conscripserat (cf. SS. XIII, p. 600*); postea vero saec. XII. Gesta abbatum inde ab eius tempore memoriae tradita sunt. Utroque opere SS. IV, p.* 52. *et SS. XXI, p.* 307. *edito, nunc restat, ut minora quaedam monumenta ad eiusdem monasterii historiam spectantia quasi supplementum exhibeamus. Quod aptius sane illic fieri potuisset, nisi editori stomachum movisset frustrata spes codicis nanciscendi, ex quo ea primus luci dedit I. Vos, vicarius Lobiensis ('Lobbes, son abbaye et son chapitre. Louvain' I, p.* 357 *sqq.). Ne nobis quidem felicioribus esse licuit. Sed ideo lectores nostros diutius his monumentis carere noluimus. Et certe non defuerunt, quibus editionem illam examinare et nonnullis locis emendare potuerimus.*

Sunt vero opera tria, de quibus agitur.

I. Liber 'Fundatio monasterii Lobbiensis auctore Hugone priore' in codice quo Vos usus est inscriptus et ex librarii sententia inter a. 1150—1200. *compositus*[1]. *Sed vix est quod posteriorem hunc annum indicare possit; immo auctor eos novit, qui 'convictu et familiaritate Fulchardi abbatis' a.* 1107. *mortui usi erant, neque Gestorum continuationem a.* 1162. *scriptam ipsi cognitam fuisse putarim. Quae tradit partim cum Folcwino conveniunt; sed huius libro parum usus esse, potius Annales in monasterio confectos consuluisse videtur. Quae relatu et scripto maiorum compererit se idcirco memoriae tradidisse, profitetur, ut constet, quam prospere monasterium antiquitus floruerit, nunc depressum et bonis destitutum. Liber duabus constat partibus, altera, qua fundatio, sanctorum virorum merita, privilegia et iura monasterii exponuntur, altera, qua praecipuae donationes et bonorum traditorum fata iniqua recensentur. Quamvis iacturam, quam eius tempore passum est coenobium, valde deploret, sine ira tamen et studio res tradit quas visu vel auditu acceperat, sermone usus satis culto. De vita eius vero nihil constat, praeter quod ipse tradit, se aliquamdiu apud Sanctum Bavonem Gandavi 'perigrinasse', ibique eruditione et amicitia Gilleberti magistri usum fuisse; quem nescio an eum liceat habere qui saeculo XI. in vicino S. Amandi monasterio libris editis claruerit, a.* 1095. *mortuus*[2]. *Quod si statuere velis, Hugo iam provectae aetatis fuerit, cum hunc tractatum conscipserit, oporteret.*

Unicum huius libri exemplar ad nostram usque aetatem pervenisse videtur,

1) Legitur in fine: *Verisimile est authorem huius historiae compendium scripsisse circa annum* 1150. *vel* 1200. *circiter, quod ex eo colligi potest, quod videatur non multo tempore post Leonium abbatem haec posteritati mandasse.* Leonius sedit a. 1131—1147; mortuus in S. Bertini monasterio a. 1163, Vos II, p. 74.

2) SS. XI, p. 413.

quod Vos luci dedit. Codicem membranaceum in fol. olim ad monasterium Lobiense pertinuisse dicit; sed recentioris temporis esse apographum, notae in margine et fine additae, quas ille editioni subiecit, probare videntur. Hic enim legitur[1]*:* Transcriptum ex pervetusto martyrologio in pergameno descripto et in archivis nostris asservato; *eius fata plane ignorantur. Apographum* 17 *priores voluminis paginas explet.*

II. Secundum idque maius opusculum auctoris anonymi in extremis eiusdem voluminis paginis (p. 33—69*) exstat, ut initio annotatum est:* transcriptum ex vetusto manuscripto pergameno libro continente historiam monasterii a Fulcuino abbate concinnatum anno circiter 980. *Similis igitur vel idem codex librario ad manus fuit, qualem in codice* B r u x e l l e n s i *nr.* 7816. *chart. s. XVI. exscriptum videmus, Folcwini gesta, eorum continuationem et opusculum hoc continente (SS. IV, p.* 53*), quod cum Vosii editione diligenter contulit V. Cl. W. Arndt (cf. SS. XXI, p.* 308*). Ipsum plerumque secutus sum ideoque* 1*) indicavi;* 1[a]*) vero codicem dixi* A m b i a n e n s e m *nr.* 499 *(olim* 357*; cf. 'Arch.' VIII, p.* 398*), chart. s. XVII, f.* 48′—56′*, cuius primam partem anno* 1880. *contuli. Plerumque cum* 1 *convenit, ex ipso fortasse descriptus, sed mendis scatet, quae enotare taedium movisset.*

Auctor, cuius nomen latet, non ante Lucii III. papae tempora (a. 1181—1185*) scripsit (c.* 8*), ideo postquam tam Hugonis liber quam Gestorum continuatio confecta erant. Neutro tamen usus esse videtur; sed Folcwinum presso pede sequitur, ita tamen, ut verba mutet, narrationem ampliet, nonnulla ex Annalibus vel aliunde hausta addat. Laudat etiam Gesta episcoporum Leodiensium, necnon cartas*[2]*, schedulas et notulas in bibliotheca Lobiensi inventas (prol.). Non plenam monasterii historiam condere ipsi erat propositum; sed praecipuas tantum res exponit, eodem quo Hugo animo ductus, ut antiquorum temporum gloriam, modernorum clades ante oculos ponat. Nonnulla et ipse habet peculiaria, e. gr. quae de Tudinio castro eiusque vassallis tradit (c.* 12*).*

III. Tertium vero opusculum 'Fundatio monasterii Lobbiensis' inscriptum, in codice ab editore adhibito Hugonis libro mox subiectum (pag. 19—23*), nullius sane pretii est, nudum excerptum ex Folcwini Gestis. Quare minutissimis litteris hoc exprimi iussi.*

Annotationes quas adieci, quantum ad locorum nomina hodierna spectant, ex Vosii editione mutuatus sum. Alias Folcwinus et eius continuator praebuerunt. *G. W.*

I.
FUNDATIO MONASTERII LOBBIENSIS AUCTORE HUGONE PRIORE.

1. Anno ab incarnatione Domini 638, Dagoberto seniore Francis principante, cuius filii fuere Clodoveus et Sigebertus, Martino quoque apostolicae sedi presidente, Laubiensis ecclesiae fundamenta iecit Landelinus, ab Autberto Cameracensi presule ex predone conversus ad Christum, in foreste regia supra Sambram fluvium et Laubacum rivulum, loco distante tribus fere miliaribus a Listiniis[3], tunc temporis sede regali, datis a Martino papa beato Landelino multis sanctorum relliquiis et ibidem congestis. Qui locus procedente tempore, eodem Landelino ut Crispinium[4] dimigraret per spiritum ammonito, sub beato Ursmaro, qui a Sergii successore Iohanne papa non solum Theoraciae, sed et Flandriae, sicut a Sergio in Fresia Willebrordus, predicator et apostolus sancto Amando est subrogatus, regum ac principum, et precipue Hydulphi ducis, qui in Laubia quiescit, largitione ditari

1) Quae ex margine affert Vos num eadem manu scripta sint, dubium manet. Certe recentioris temporis scriptorem innuunt: *terra haec nobis est ignota sicut et silva; in homagio id est in feudum.* 2) Cf. c. 4. 6. 3) Estinnes-au-Val. 4) Crespin.

meruit, qui a Deo tale dignitatis munus accepit, ut prius ordinaretur in episcopum, quam eundem locum suscepturus esset regendum, quod utique observatum legimus in plures qui eiusdem loci episcopi fuere et abbates. Attamen quia locus ipse non est sedes episcopalis, sed privilegium hoc sub beato Ursmaro acquisierat gratia predicationis, successorum tepor et desidia, neglecto officio predicandi, nobilitatis antiquae titulum et honorem ex parte perdidit, quia curis mundi et negotiis regum principumque palatinorum nimium se immiscuit. Ex his precipue fuit invasor ille pessimus ac depopulator Hubertus, qui, pervasa abbatia et fugato venerabili abbate Hardberto, militantibus distribuit quidquid a regibus et principibus et precipue a nominatissimo duce Hydulpho loco illi delegatum et concessum fuerat, quidquid etiam thesauri intus vel extra reperire potuerit. Demum Huberto digna suis sceleribus morte perempto, Karlomanno postea, Caroli Calvi filio, in abbatiam succedente, per annos fere novem Hugoni, Lotharii ex Waldrada filio, datur ipse locus ad regendum a rege Ludovico; quo decedente, Franco Lobbiensis abbas in episcopum Leodiensem ordinatus, a rege Arnulpho, Karlomanni filio, abbatiam Lobbiensem petit et accipit, mediam partem redditurum relinquens monachis, aliam vero retinens sibi et posteris. Quo tempore ecclesia, quae a Landelino in Alna constructa et Lobbiensi ecclesiae eatenus fuerat subiecta, in partem cessit episcopi Leodiensis, ea, quae in pago Templutensi[1] Monasterium dicta et ab eodem Landelino aedificata et Laubiis deputata est, remanente nobis. Sic ergo longo tempore ecclesia Lobbiensis ab episcopis Leodiensibus est retenta, et dum sub prepositis, qui ab eis constituebantur, disponerentur ecclesiae negotia, cuncta pene apud nos, proh dolor! fuere venalia. Tandem propitia Divinitas Hevracro venerabili presuli innuit curam tam periculosam deponere et loco illi abbatem Aletrannum, qui Pius cognominatus est, preficere, tantum impetrans illi a sede apostolica de dignitate pristina sandalia, chirotecas et anulum cum subdiaconali tunica; addidit ei etiam hoc privilegium et perpetuae nobilitatis insigne, ut tam ipse quam eius successores primam post episcopum Leodiensem tam in secularibus quam in ecclesiasticis negotiis vocem habeant, primam in synodalibus sessionibus cathedram obtineant, sed et in diebus solemnibus, absente forte episcopo, in celebritate missarum et verbi predicatione vices pontificis exequantur et expleant, salva etiam reverentia, quod a fratribus regulariter electi eorumque unanimi voto denominati Leodiensi episcopo presentandi et ab eo investituram cum pastorali baculo essent accepturi; ita de cetero ab omni sint servitio et exactione liberi, ut nulli deinceps episcopo vel imperatori, sicut hactenus Fuldensis, Stabulensis et quidam alii, sed soli serviant Creatori, monasticae religioni omnino studentes Deumque pro statu regni et salute populi specialiter exorantes. Tanti autem primatus auctoritas loco illi iure debita est et concessa, in quo tam sapientes tamque religiosi viri in Christi servitio morumque disciplina antea detriti, hincque per evictum triumphatumque seculum, sicut oculis probare possumus, sunt ad aeterna transmissi; qui etiam locus inter cuncta Leodiensis episcopatus coenobia post Stabulensem ecclesiam et primo fundatus regiisque muneribus ac possessionum dote insignitus et a regni primoribus augustius semper legitur frequentatus. Precipue tamen venerabilis dux Hydulphus locum istum incoluit, qui, quoniam de nobilissima coniuge sua Aia, beatae Waldetrudi sanguine propinqua, nullam suscepit prolem, eo sollicitior ab ipsis fundamentis circa ecclesiam Lobbiensem, eam sibi fecit heredem, et quam vivens dilexerat, eam etiam mortuus sanctissimo corpore suo decorat. Prefatus igitur abbas Aletrannus Pius post adquisitam ecclesiae libertatem dispersa quaeque recolligens, quae ad victum et vestitum fratrum ac pauperum sufficientia forent, delegavit, prepositos, qui ea providerent, ordinavit, ne ipse orationi vacans ab irruentium curarum tumultu molestiam pateretur, vel pro neglectu, ut assolet, murmur inter fratres oriretur. Haec itaque, quae relatu et scripto maiorum comperimus, idcirco ad posteros scienda transcribimus, ut noverint, prospera nostra quanta antiquitus fuerint[a], cum desertores nostri tam multa nunc quoque inviti nobis reliquerint. De superiori autem ecclesia, quae cimiterium nostrum est, patronorum nostrorum continens pignora, sciendum est, quod nobis subiaceat custodemque monachum habeat; et licet sit honorata canonicis, quidquid tamen possident habent ex nobis, et prebendae eorum per manum dantur abbatis. Inferior vero ecclesia, quae principalis est, quare

a) *in margine cod. scripta:* Nota hoc fundationis compendium ex relatione et scripto maiorum compilatum.

1) Qui alibi Templacensis dicitur, inter Chimay et Trélon.

cimiterium non habeat, sic ab antiquis traditum esse constat. Monasterio quidem hoc iam pridem a viris sanctis, ut prefatum est, fundato et ab eisdem conservato[a], necdum tamen solemni dedicatione honorato — primam enim huius loci dedicationem a beato Ursmaro legimus celebratam, sicut pretitulatum est, a Romana ecclesia auctoritate apostolica collata —: quo tempore Pipinus, cui successit Karolus cognomento Martellus, sub quo etiam regnaverant Theodericus et eiusdem Theoderici filii Clodoveus et Childebertus, impetravit a Iohanne huius nominis sexto Romano presule donari sibi et beato Ursmaro maximum munus relliquiarum, sancti Petri videlicet de barba et capillis eiusdem apostoli, et os illud quod suram coniungit femori, ea conditione et privilegii auctoritate, ut, ubi tam digna haberentur pignora, nullius in perpetuum esset sepultura, ne forte nomen alicuius martyris aut confessoris obumbraret nomen pastoris primi, quod in multis scimus accidisse locis. Leodii enim ecclesia habetur in honore beatae Mariae virginis, sed dignitatem obtinuit memoria sancti Lamberti martyris; Nivellae sanctae Gertrudis, apud Gandavum sanctus Bavo, cum tamen eadem loca dicata sint in nomine et honore apostolorum principis. Hac igitur de causa defuncti fratres ab inferiori monasterio ad superius sepeliendi deferuntur; quod licet multis incongruum videatur, nobis tamen gratissimum habetur, scientibus, tam multa in loco eodem requiescere sanctorum corpora, ut nobis certum sit, per eorum merita ab eorum in futuro non discerni consortio et gloria; sed et patres nostros et antecessores, sanctos utique viros, eundem locum tanto studio coluisse, tanta, legimus, devotione frequentasse, ut ibi, tamquam ad asylum et certam protectionem in suis tribulationibus et necessitatibus, si quando accidissent, confugientes, auxilium peterent, opem celerem et consolationem non dubiam reportarent. Quod utique probatum est ab his qui in vita sua hoc tam celebre studium exercuerunt et id nobis imitandum etiam scripto commendarunt. Taceo de monachis aut canonicis; nam et laicorum inibi commanentium haec fides est et astipulatio veritatis, sicque traditum asserunt a generatione in generationem, omnem videlicet, qui circa beatum Ursmarum, specialem apostolum nostrum, corporalem meruit depositionem, citius per eiusdem piissimi confessoris sociorumque eius intercessionem, si tamen culpae insolubiles non sint, plurimam a Deo percepturum absolutionis et indulgentiae portionem. Qua spe animati, immo et roborati fide, multi nobiles, tam viri quam feminae, se usque ad haec tempora nostra illuc transferri petierunt et obtinuerunt, certi de sanctorum inibi quiescentium patrocinio, qui locum quem coluere adhuc advenae super terram et peregrini nunc maxime intuitu visitant pietatis, facti nimirum cives sanctorum et domestici Dei. Probabilium denique utriusque sexus personarum relatu didicimus, divitem quemdam ex nobilissimis Saxoniae ad locum ipsum orandi gratia divino utique instinctu advenisse, ubi eo diutius quo perfusius orans in ipso sanctae orationis fervore, in mentis raptus excessu, innumerabilem candidatorum turbam iam de primae stolae adeptione gloriantium aspexit; inter quos etiam beatus Ursmarus pastorali habitu insignis incedens, et quod pace ceterorum dixerim, multis eorum sicut merito ita et honore preminens, blando eum affatu allocutus, omnibus, quos circa se sepeliri contingeret, non modicam a Deo indulgentiae portionem se obtinuisse testatus est. Qua ammonitione felicissimus orator ille compunctus, deinceps quoad vixit sanctum Ursmarum specialiter coluit, et ad extrema veniens, ad locum prefatum deferri se petiit et obtinuit, cum illa quae adhuc superest et vulgo nominatur mortuorum campana. Haec pro loci antiquitate et privilegiorum auctoritate a beato et sub beato Ursmaro nobis concessa paucis explicuisse sufficiat.

2. Libet nunc ad notitiam tam presentium quam futurorum de his quae specialiter eius instantia et sollicitudine meruit ecclesia Lobbiensis possidere narrationi huic quaedam inserere. Praeter illa quae a Francone Lobbiensi quidem monacho et abbate, sed postea Leodiensium presule, scimus fuisse distracta et primitus ab Huberto Deo odibili et violento invasore miserabilius dilapidata, villam quae Fontenella dicitur[1] cum appenditiis suis et terra usque Fleon[2], quae eiusdem patroni nostri alumna fuisse dignoscitur, quo etiam in loco ecclesiam ligneam struxisse perhibetur, in usus nostros cessisse, cum primo felicissimus eius adventus ad nos et intronizatio celebrata est, non dubium habemus. Quem locum idem vir adhuc vivens mire percoluit, et iam assumptus, sic sibi in eodem loco complacere videtur, ut infirmis quam plurimis eius suffragium inibi expetentibus vel de fonte, qui proprie sancti Ursmari dicitur, utpote eius oratione productus et perpetuo ebulliens, crebrior

a) consecrato?

1) Fontenelle (départ. Aisne); cf. Gesta c. 16, p. 319. 2) Floyon (départ. Nord); cf. Folc. c. 43, p. 73.

quam in loco quo corpore requiescit sanitas reformetur. Huius villae, quae antiquitus proprie Sancti Ursmari dicebatur, omnes redditus cum ea quae nunc quoque sancti Ermini possessio dicitur[1], ut [invenire[a]] potui, nostro deservierunt usque ad tempus domini Fulchardi abbatis[2], qui, ut ab ipsis qui eius convictu et familiaritate usi sunt comperimus, tam forma quam merito religionis prestantissimus, sed in rebus temporalibus, utpote vir theoricus, fuit simplicissimus; cuius simplicitate comperta, quidam Laetienses prefatam nimirum sibi vicinam et opportunam villam sub annuo censu 8 solidorum[3] ab eo petierunt et obtinuerunt. Videant tamen hi qui de causis vel ecclesiasticis vel secularibus iudicare habent, stare ne debeat id in quo iusti simplicitas circumventa est, ut quod absque consensu utriusque capituli nostri et domni Leodiensis permissione actum est. . . .[b] Gimiacum[4] et eius confinia nobilis puella, spreto sexu et mundo, beato Petro obtulit. Lernam[5], Trasneias regio munere sanctus Ursmarus accepit, quarum decimationem sua auctoritate in loco felicissimae quietionis suae deservientibus deputavit. Eam vero quae Aldeburch dicitur[6], ubi idem, cum Flandrensibus predicaret, ecclesiam et secundam sibi sedem statuit, nobis delegavit, sed, agente domino Arnulpho Suessionensi episcopo[7] et postea eiusdem loci abbate, a nobis, nescio quo pacto, alienata est. Duos itidem manipulos de Arcella[8] a duabus sororibus Deo consecratis per eum et in eadem ecclesia postmodum tumulatis sanctus emeruit. Nam postea sub Rabodo Tornacensi episcopo[9] et Arnulpho abbate nostro altare ipsius villae cum dote sua Lobbiensi ecclesiae deservire coepit[10]. Siglesem villam ab eiusdem villae domino Singulpho nomine acquisivit, qui locus ecclesiam habet eiusdem beati Ursmari nomine titulatam et in primordio sui 13 canonicis insignitam; sed irruptione ac depopulatione barbarorum et canonicos amittere et in ius nostrum rediisse visa est. Terra apud Alost[11], quae Iuvano vili pretio veniit, et ea quae Lata-quercus dicitur, ubi ecclesia Affligeniensis sita est, eiusdem sancti industria acquisita est. Sed et ante eam rerum depopulationem, quae sub Henrico imperatore et Balduino comite accidit, quando nobilitatis antiquae titulos Lobia ex parte plurima perdidit[12], et cartis nostris inscripta et ab incolis proprie sancti Ursmari possessio nominata est. Nostrates autem ibidem habitasse, sed penuria ingruente, et ob ignotam maxime linguam migrasse, ab his qui vicinia temporis vel vidisse poterant vel audisse, et precipue a venerabili et religioso Affligenii monacho magistro Gilleberto accepimus, cuius nos eruditione et amicitia, dum pariter apud Sanctum Bavonem peregrinaremur, non modice usi sumus, qui et apud Lobbiam et Ercliacum cellam nostram tamquam unus ex nostris conversatum se fuisse testatus est. Domno autem Leonio Lobbiensem abbatiam iam assecuto[13], et prefato loco a quibusdam sub obtentu heremiticae vitae absque nostra permissione occupato[14], idem abbas ius suum publice saepius reclamando, demum apud Sanctum Petrum Gandensem die denominata, quorumdam Flandrensium interventu, et falsa quadam pietate ductus, non ratione convictus, spontaneus cessit, nec ei hactenus qui repeteret successit. — Cetera quae in Brachbante vel Wasia possidemus de beatae Rayneldis patrimonio consecuti sumus, excepto altari de Ham[15], quod sub domno Symone Tornacensi[16], vel ceteris altaribus, quae sub Nicolao Cameracensi episcopo[17] habere meruimus. Sed et inter silvam quae Werva et eam quae Gagnelgin[18] dicitur terra est ferme sexaginta bonariorum a beato Ursmaro luminari huius ecclesiae deputata, quae quidem ab antecessoribus nostris aliquamdiu ignorata et nunc a Gualberto cognomento Bertot et fratre eius germano sub censu 1 fertonis iniuste retenta et ad libitum eorum alienis in homagio tradita est; et huius terrae quinque bonaria ab Uscelone excommunicato, Eierici de Hartbose filio, Haffligenensibus[c] absque nostra permissione iniuste data sunt et possessa. A quodam etiam eo tempore gentili et ethnico quae in episcopio Noviomensi apud Callotum hodieque habemus beato Ursmaro constat fuisse donata, dum idem[d] ethnicus,

a) *eiusmodi vocabulum deesse apparet.* b) *quaedam deesse videntur.* c) Haffligen' *ed.* d) item *ed.*

1) Herly pagi Laudunensis, ut asserit Vos. 2) Qui obiit a. 1107; Gesta c. 16, p. 319. 3) Sex sol. Gesta l. l. (l. 17. lege: *accersivit*). 4) Jumet prope Charleroy. V. 5) Leernes prope Fontaine-l'Evêque; Trahégnies prope Binche. T. 6) Oudenburgh. 7) A. 1081—1082. 8) Arcelle. 9) A. 1068—1098. 10) Cf. Gesta c. 7, p. 312. 11) Alost. 12) De bellis Heinrici III. cum Balduino V. a. 1050—1054. agi videtur. Sed alibi nihil de Lobia tunc depraedata legitur. 13) A. 1131. 14) Iam a. 1083; cf. Chron. Affligem. c. 4, SS. IX, p. 409, ubi haec aliter narrantur. 15) Ham-sur-Heure. 16) A. 1127—1148. V. chartam eius a. 1135, Vos II, p. 448. 17) A. 1137—1167. 18) In margine codicis haec leguntur: *terra haec nobis est ignota sicut et silva.*

adhuc peregrinus a gratia, alienus a fide, beati viri fama et virtute comperta, tamquam [cf Act. 10.] Cornelius a Petro innovationis ac regenerationis suae sacramenta audire pariter et suscipere meruit ab Ursmaro. Longo post tempore de manu Lotharii regis Hum villam[1] cum suis appenditiis habere coepimus, facto apud nos monacho et postmodum abbate Hugone, eiusdem Lotharii et Waldradae[a] filio. Ab ecclesia vero beatae Mariae in Cameraco villam de Pescant[2] cum ecclesia accepimus mutuo pro ea quae Marech appellatur, eo quod et ista nobis et illa sibi eo competentior quo vicinior videretur. Quidquid autem in Sambrio usque Bermereias[3] possidemus, et quae, divisione facta de feodo Tudiniensi, Leodiensis vel sibi retinuit vel militibus suis deputavit episcopus, de manu suprascripti ducis Hydulphi sub beato Ursmaro et Pipino rege, Ansigisi ducis et beatae Beggae filio, usque ad tempus Arnulphi regis et Franconis abbatis et episcopi nostra fuisse, non est dubium. Nam ea quae in pago Templutensi vel quae in episcopio Laudunensi sunt nobis deservientia, alia per beati Landelini, alia per sancti Ursmari curam acquisita, quaedam vero sancti Ermini constat fuisse propria. Haec idcirco breviter et summatim perstrinximus, ut modernis notum sit, et eis maxime quibus dispensatio loci credita est, omnia vel pene omnia nostra sanctorum fuisse patrimonia mundisque eorum manibus omnium Mundatori oblata. Summopere ergo cavendum est omnibus, ne, quod absit, sanctis non sancta miscentes, vel, quod est deterius, sanctis non sancte utentes, propheticam illam accusationem mereantur qua dicitur: [Es 26, 10.] *In terra sanctorum iniqua gessit,* et angelicam sententiam, immo certe animadversionem divinam, quae sequitur: *Et non videbit,* inquit, *gloriam Domini.* Nec enim iuxta Hieronimum tabernaculum Dei pecunia struitur, sed destruitur; quod divina propitiatio a nobis removere dignetur!

II.
DE[4] FUNDATIONE ET LAPSU MONASTERII LOBIENSIS.

Multi multa loquuntur de statu Lobiensis[b] monasterii. Mirantur alii magnam eius dignitatem, quam obtinuit[c] auctoritate sedis apostolicae. Mirantur alii diminutionem possessionum eius antiquarum et de penuria eius moderna, penuria[d] nimis indigna dignitati tantae ipsius, modernos mordent, quasi ipsi sint qui detraxerint omnia bona eius. Idcirco sedet animo, strictius quam possum stilo dare fundationem eius, lapsum eius, de proprio nihil dicens, sed de multis pauca stringens et contexens; quae multa lector sedulus atque studiosus poterit invenire in Gestis abbatum Lobiensium atque episcoporum[e] Leodiensium, in annalibus bibliotecae Lobiensis, necnon in cartis et scedulis[f] antiquissimis et notulis, quae frequenter inveniuntur et exesae in eiusdem bibliotecae angulis sinuosis.

1. Sanctus igitur[d] Landelinus, qui et Morosus, vir nobilis et potens, sed nobilitate sua et potentia sua male usus adolescentiae suae ac iuventutis annis primis, demum ex predone conversus ad Deum et devotus Deo, supra Sambram fluvium iecit primus fundamenta[g] parvuli prius monasterii Lobiensis, Martino papa apostolicae sedi presidente, regnante Dagoberto, Lotharii magni Francorum regis filio, et Dagoberti filio Clodoveo[h], Romanis et Grecis imperante Constantino huius nominis tertio, Eraclii[i] imperatoris magni filio, qui, Cosdroe[k] magno Persarum rege preliis[l] multis superato, invasas ab ipso et detentas armis recepit Mesopotamiam, Cappadociam atque Siriam, ab ipsa Perside referens in Hierusalem vivificam Iesu Christi crucem. Post conversionem autem[m] et monasterii Lobiensis fundationem vadens Romam sanctus Landelinus, apostolorum limina visitavit et[d] sese sancto Martino papae commendavit, multas sanctorum[n] reliquias atque apostolorum martirumque ab ipso impetravit, quibus novellum quod fundabat honoravit [Folc. c. 4.] monasterium Lobiense. Fundavit et aliud monasterium Alnam dictum super Sambram tertiumque[o] parvum[p] monasterium[5] super Waslare[q] fluvium in Fania silva. Quae duo monasteria subiecit tamquam digniori monasterio Lobiensi. Cui tamen monasterio sicut et duobus possessiones parvae erant, sed parvis[r] opibus parva supellex agebatur.

[ib c. 2.] 2. In Francorum regno princeps[s] erat nobilis et potens dux Hydulphus[t], in episcopatu[u] Camera- [ib. c. 1.] censi et, qui tunc erat, Traiectensi amplas habens terras suae potestatis. A Lobiis igitur quietis causa

a) Waldrada *ed.* b) Lobbiensis *ed. saepius;* m. L. 1ª. c) obtinet 1. d) *deest ed.* e) episcoporumque *ed.* f) sed. 1. 1ª. g) fundamentum 1ª. h) Clodovei 1ª. i) Heraclii 1; m. i. f. 1ª. k) Cosdre 1ª. l) s. m. p. 1ª. m) ante 1ª. n) multas et dignas apostolorum reliquias atque martyrum *ed.* o) tertium quoque *ed.* p) parvulum *ed.* q) Vaslare 1ª; Wallarem *ed.* r) prius 1ª. s) e. pr. 1ª. t) Hidulphus *ed. constanter.* u) episcopatum 1ª.

1) Cf. Folc. c. 13, p. 61, ubi perperam Ham legendum esse proponitur; Gesta c. 19, p. 323. Hom dicitur. 2) Peissant; Mareschés. Cf. Gesta c. 5, p. 310. 3) Biesmerée; cf. ibid. c. 18, p. 321. 4) Ita ex prologo scripsi. 5) Wallers.

Crispinium transmigrante sancto Landelino, monasterii plantatio Lobiensis in aridum et in nihilum reverti Folc. c. 1. videbatur, cum non esset qui bonis studiis irrigando coleret huius hortum paradisi. Venerat ad locum dux Hydulphus, et loci situs et pauperum Christi, qui pauci locum incolebant, habitus et mores castigati placuerunt in oculis eius, animoque magno pie et religiose cogitans[a] de proventu eius, magnum fore locum Deo magno magnifice serviturum, quaesivit[b] magnum virum, qui iuvaret partes[c] suas magno studio suo et ipsius, eundem locum Deo auctore ampliando[d] feliciter. Invenit ergo virum secundum cor suum in hoc opus, in hanc militiam dirigendum, virum nobilem, virum sanctum, virum sapientem virumque[e] eloquentem beatum Ursmarum, Theoraciae finibus oriundum. Pippinum[f] ergo seniorem, regni Francorum principem primum, cui suae virtutis et fidei in amicis dux Hydulphus[g] primus[h] erat, magnis interventibus interpellat et persuadet, ut Lobiis fundatum paupere principio monasterium promoveat auspicio meliori, et ad ipsum locum ampliandum et regendum mittat eundem beatum virum. Pippinus princeps locum sciens et diligens — in foreste namque regia, quam venatu frequentabat, idem locus assurgebat —, favore magno ducis Hydulphi[i] audit postulata. Evocat ergo beatum Ursmarum sibi notum et virtutum meritis et amicitiae privilegio sibi optime commendatum eumque prefecit monasterio[k] Lobiensi spe magna rerum per ipsum bene gerendarum, spemque suam videns amplius secundari bonis eius studiis et magnae sanctitatis eius augmentis[l], cum duce Hydulpho gratiam et favorem eidem monasterio addit ampliorem. Igitur per beatum Ursmarum hinc Pippinus princeps, inde dux Hydulphus pie contendunt et munifice monasterium decenter extruere et ornare, villis, prediis aliisque possessionibus multis et magnis ipsum ampliantes. Sed et beatus Ursmarus spiritu Dei plenus, eloquentiae largo fonte fluens, dum gratiam Dei, quae in ipso multa erat, in[m] se vacuam esse non permittit, totis viribus laboravit gratiae Dei respondere. Non ergo quae sua sunt quaerens, sed quae sunt[m] Iesu Christi, Deo lucrandis animabus fortiter insudabat, et post ib. c. 4 beatum Amandum in Flandriis, in Bracbante[n], in[i] aliisque[m] multis pagis persequens reliquias paganismi, multas animas Deo reddebat, quas diabolo subtrahebat[o]. Nobiles ergo multi eius instantia dum se Deo[m] reddunt, vovere et reddere non detrectant, per beatum Ursmarum ea devote disponentes, sicque de suis prediis et possessionibus per ipsum pro Deo heredem faciunt ecclesiam Lobiensem[p]. His omnibus et huiuscemodi rei favoribus[q], principum largitionibus, fidelium laboribus, patrimonii tanti[r] immensum[s] crevit et caput extulit monasterium Lobiense.

3. Monasterio autem sibi dilecto datis rebus tantis[t], gratia Dei fretus, addit Pippinus princeps honoris incrementum: Romam mittit beatum Ursmarum, privilegium dignitatis monasterio Lobiensi postulatum; Sergio papae, qui tunc erat, Romam veniens sanctus[u] Ursmarus facile commendatur et in gratiam magnam et favorem recipitur. Audiensque Sergius papa studium et munificentiam Pippini principis et Hydulphi ducis et devotionem et videns virtutem tanti viri beati[v] Ursmari in constructione et provectu monasterii Lobiensis, gratiam et favorem apponit apostolicae dignitatis, dignas et preciosas reliquias apostolorum Petri et Pauli beato viro donat et in episcopum ipsum ordinat, privilegium apostolicum primae dignitatis cf. Ann. Laub. confirmat ecclesiae Lobiensi in Kalendis[w] Februarii per manum Iohannis Romanae ecclesiae tunc[i] bibliothecarii[1]. Quo privilegio primus decrevit, ut in ecclesia maiori Lobiensis monasterii sepulturae locum nullus haberet, pro reverentia magni illius thesauri, quem monasterio contulerat de corporibus apostolorum Petri et Pauli, ut[x] titulus[y] apostolorum Petri et Pauli semper clarus[z] et unicus permaneret in ecclesia Lobiensi.

4. Rediens ergo Roma sanctus[u] Ursmarus cum privilegiis tantae dignitatis et thesauri, annos perpaucos in amena valle sitam et decenter ornatam monasterii Lobiensis ecclesiam maiorem dedicavit in honore apostolorum Petri et Pauli anno Domini 697, sexto Kalendas Septembris. Cuius dedicationis Folc. c. 4. anno secundo martirizatus est sanctus Lambertus episcopus, Leodiensis patronus. Lobiis in vertice montis Ann. Leod. alteram minorem aedificavit ecclesiam sanctus Ursmarus in honore genitricis[a] Dei Mariae perpetuae virginis. In ea cimiterium fratrum Lobiensium esse constituit. In qua postmodum ipse[b] et ipsius successores episcopi et abbates sunt sepulti. Decretum enim super hoc Sergii papae in ecclesia irremisse observatum est usque in hodiernum diem. In eadem vero ecclesia minori canonicos instituit et cetera.

5. Sancto Ursmaro [episcopo[c]] decedente, successit sanctus Erminus episcopus, qui et ipse magnis Folc. c. 5. possessionibus et rebus et religionis augmento ecclesiam sibi commissam auxit[d]. Qui, dum a sancto Ursmaro in monasterio susceptus magno favore fuisset[e], in pago Laudunensi, unde nobilis ortus erat, de suo patrimonio Ercliacum et[m] alias villas plures et reditus magnos donavit ecclesiae Lobiensi.

6. Per hos igitur viros duos precipuos[f] et alios eorum successores[g] episcopos et abbates, magnos viros, in sanctitate et iusticia Deo servientes, usque ad sedecim, ecclesia Lobiensis stetit in ordine suae dignitatis intus et foris per annos 201. Quorum episcoporum et abbatum multi fuerunt filii regum, fratres[h] et nepotes, rem publicam suam strenue administrantes et devote, tot temporibus sub Francorum principibus, regibus et imperato-

a) cogitins (?) de conventu 1a. b) quae sunt m. 1b. c) s. p. 1b. d) f. a. 1b. e) atque 1. 1a. f) Pipinum *ed.* g) ipse *ed.* h) prius 1. i) *deest ed.* k) L. m. 1a. l) augmento 1a. m) *deest* 1a. n) Branchante 1a; Brabante *ed.* o) substrahebat 1. p) Lobbiensem *hic et nonnumquam etiam* 1a. q) fautoribus 1. 1a. r) tante 1a. s) in imm. *ed.* t) tantas 1a. u) beatus *ed.* v) beate 1a. w) *deest* 1a, *ubi* Bebr. x) ut — Pauli *des. ed.* y) titulis 1a. z) clarius 1a; clarum permaneret et unicum *ed.*; *et in* 1 *prius* clarum, unicum, *sed corr.* a) D. g. et semper virginis Mariae *ed.* b) et ipse *ed.* c) *deest* 1. 1a. d) ampliavit *ed.* e) *deest ed.*, *ubi* f. m. s. f) principuos 1a. g) successorum *ed.* h) f. et *des. ed.*

1) De hoc Folcwinus nihil; neque nunc eius exemplar exstat.

ribus usque ad . . . . . .[a], qui fuerunt Pippinus senior princeps sub priscis regibus Hildrico, Theoderico, Clodoveo et Cildeberto; Carolus Martellus princeps sub priscis regibus Dagoberto iuniore, Cilperico[b], Lothario puero[c], Theoderico et Hildrico, qui ultimus rex priscorum regum fuit; Pippinus iunior rex, Caroli Martelli filius; Carolus Magnus rex Francorum atque imperator Romanorum; Ludovicus rex et imperator; Lotharius maior rex et imperator; Lotharius iunior rex, a quo dicta est Lotharingia regio; Ludovicus Germanicus rex; Carolus Calvus[d] rex et imperator; Ludovicus Balbus rex; Carolus iunior rex et imperator; Carolus Simplex rex Francorum, cui Lotharingiam extorsit Teutonicorum rex Arnulphus, qui triennio Lotharingia potitus, Franconem cognatum suum, primo abbatem

Folc. c 15. Lobiensem, postmodum prefecit ecclesiae Leodiensi, et constituit, ut simul esset et abbas Lobiensis et episcopus Leodiensis, immutato et inverso statu primo dignitatis et honoris atque possessionum ecclesiae Lobiensis. Nam eo tempore, quo per Arnulphum regem et Franconem episcopum et abbatem subtracta[e] est possessio multa ecclesiae Lobiensi — possidebat enim ecclesia Lobiensis villas[f] ad centum quinquaginta tres in diversis pagis, de dono regali sublimis et libera atque privilegiis apostolicis amplius honorata —: igitur auctoritate regis Arnulphi Franco episcopus et abbas partitus est abbatiam Lobiensem, et fratribus quidem reliquit medietatem, sibi vero et successoribus suis medietatem retinuit cum castello Tudinio et magnis et amplis confiscationibus[1] ad ipsum castellum pertinentibus. Quod castellum Tudinium ad tuendam abbatiam studio magno communierant antiqui abbates Lobienses. In quo saepius commorantes a divinis feriati, negotia ecclesiae frequenter[g] actitabant, sicut in biblioteca Lobiensi adhuc invenitur in cartis vetustissimis in fine cartularum: *Actum castro*[d] *Tudinio* et cetera. Instituit quoque rex Arnulphus, ut de cetero Leodiensis[h] episcopus de medietate abbatiae quam teneret et castello Tudinio pro abbatia militaret et serviret expeditionibus regis et negotiis, sicut invenitur in eiusdem regis Arnulphi privilegio[2]. Unde Franco et episcopus et abbas, episcopatus Leodiensis et abbatiae Lobiensis militia fretus et copiis magnis instructus, frequentibus armis

cf Ans. G. epp. Leod. c 19. sustentavit et repressit arma et incendia Danaorum[i] atque Normannorum, qui per annos circiter 60 piraticam exercentes incursabant et feraliter devastabant Francorum regnum et Lotharingiae latos fines, sicut contra eosdem Danos et Normannos fortiter steterant et preliis magnis fuderant in Brabante et Hesbanio[k] ipsius Franconis predecessores abbates

cf Ann Laub. Lobienses. In quibus fuerunt Carlomannus[l], Caroli Calvi Francorum regis filius, et cognatus eius Hugo, Lotharii iunioris Lotharingiae regis filius, vir precipuus et potens.

Folc c. 17. 7. Franco demum senio fessus, licet arma tulerit pro finibus christianis contra hostes crucis Christi, tamen[m], quia ductu eius sanguis plurimus humanus erat fusus, ad officium episcopale iam segnior reddebatur. Mittit ergo Romam a latere suo ad summum pontificem Stephanum huius nominis quintum viros honestos duos, unum de clero Leodiensi Bericionem[n] nomine, alterum de monachis Lobiensibus Teutherum, multisque rationibus pro se directis et precibus, impetravit eos in episcopos ordinari a pontifice summo sibique remitti. Quibus ordinatis et reversis, sub se commisit eis vices suas, ut in ecclesia Leodiensi et in inferioribus, quae magnae sunt, partibus Leodiensis episcopatus Bericius episcopus ordinatus et in partibus superioribus et[f] in ecclesia et abbatia Lobiensi Teuterus similiter ordinatus episcopaliter ministrarent. Quod factum est.

8. Werricus abbas Lobiensis ad curiam Romanam consistens, [cum[o]] Lucio papae[3] de statu antiquo et moderno Lobiensis ecclesiae pia tanti pontificis indulgentia et gratia confabulans retulisset et iussu eius scripto tradidisset eique representasset, rem admiratus et gesta ponderans: 'Magnum', inquit, 'indicium primae vestrae dignitatis et honoris ecclesiae Lobiensis'; statum modernum pio respectu miseratus, subiunxit: 'Et quanta dignitas', inquit, 'et libertas in quam umbram descendit'. Tanta namque primis temporibus ante Franconem dignitas ecclesiae fuit Lobiensis, ut abbates Lobienses simul essent ordinati episcopi, nullam aliam habentes sedem cathedralem, et ab eis ordines sacri, consecrationes, dedicationes ecclesiarum et cetera fiebant quae facere consuevit[p] dignitas episcopalis. Tanta dignitas fuit ecclesiae Lobiensi.

a) *hic deest aliquid; in 1 unius verbi spatium vacuum relictum est, cuius scriba coniecit:* tempora eorum; a. 888. *uncis inclusum add. ed.* b) Chilperico *ed.* c) *ita ed.; parvo superscr.* primo 1; primo 1[a]. d) *deest ed.* e) subiecta 1. f) *deest* 1. g) frequentes *ed.* h) Lobiensis 1. i) Danorum *ed.* k) Hasbanio *ed.* l) Carolomannus *ed.* m) tantum 1. n) Beritionem *ed.* o) *deest codd. et ed.* p) consuerit 1.

1) i. e. fiscis = beneficiis; cf. D. VG. VI, p. 97. 2) Miraei Op. dipl. I, p. 650; Vos I, p. 426. Cuius verba auctor satis libere interpretatus est. 3) Cuius privilegium Werrico abbati (a. 1181—1204) datum est 11. Nov. 1185, Vos II, p. 463.

9. Igitur Bericone et Teutero[a] sub Francone gubernantibus et administrantibus fideli devotione [Folc. c. 17] ecclesiam utramque totamque parrochiam Leodiensis episcopatus, de cetero in pace et otio vivens Franco consenuit demumque decessit episcopatus sui anno amplius quinquagesimo, vir strenuus et studiis instructus palatinis regiaeque cognationis stemmate clarus. In episcopatu Leodiensi et regimine Lobiensis ecclesiae successit ei Stephanus, vir litteratus. Ab ipso Stephano episcopo Leodiensi et abbate Lobiensi [c. 18.] et ab Dodilone episcopo Cameracensi ad hoc opus evocato ecclesia Lobiensis secundo dedicatur. Nam prior ecclesia, quam primo fecerat et dedicaverat beatus Ursmarus episcopus Lobiensis et patronus, iam dudum ante[b] Franconem deposita erat et funditus eversa, quia non satis ampla videbatur et digna nobilitati tantae quae excreverat monasterio Lobiensi, et ab regibus et abbatibus Lobiensibus, qui ante Franconem episcopum et Hubertum tirannum magna rerum copia rexerant et auxerant abbatiam Lobiensem, haec ecclesia secunda restaurata erat amplior et decentior; sed per Huberti tirannidem rebus turbatis, diebus multis operis eius perfectio et dedicatio eius differri coacta est usque ad hos dies. In basibus autem columnarum atque parietibus litteris est signatum, quam quis episcoporum partem dedicaverit.

Stephanus episcopus et abbas episcopatus sui anno 19. decedit, vir religionis amator [c. 19.] quantum ad vitam clericalem, monachicae[c] religioni parum favens fuit. Unde cepit inclinari monasticae vigor disciplinae in monasterio Lobiensi. Stephano Richarius[d] successit et prefuit episcopus et abbas annis 25. Richario successit Hugo et prefuit episcopus et abbas annis 2. Hugoni Farabertus successit et prefuit episcopus et abbas annis 6. Faraberto Ratherius et prefuit episcopus et abbas annis 2, Lobiensis monachus, scientia litterarum vir[e] preclarus. Ratherio violentia principum dissidentium pulso et ad episcopatum Veronensem transmigrante, successit Baldricus ad nisum Raginerii comitis Montensis, avunculi sui, et prefuit episcopus et abbas annis 4. Qui Baldricus Raginero[f], avunculo suo, comiti Montensi dedit advocatiam et prefectu- [c. 26] ram totius abbatiae Lobiensis[1]; quam dignitatem quia male administravit, cito amisit iudicio imperialis curiae per Brunonem archiepiscopum Coloniensem, imperatoris fratrem. Lobiis enim Raginerus comes et advocatus interfecerat Oduinum, virum nobilem, exosum sibi, qui ad ecclesiam confugium fecerat, quem in eodem loco debuerat conservare de iure advocatiae quam tenebat. Baldrico decedente, Evracrus ei [c. 27] successit, septimus a Francone episcopus et abbas, vir peritia litterarum clarus et honestate vitae.

10. Igitur sub Francone et his successoribus eius Stephano, Richario, Hugone, Faraberto, Ratherio, Baldrico, Evracro eorum negligentia vel profusa liberalitate Lobiensis ecclesia male tractata est et distracta, titulumque suae nobilitatis amittere coacta, per annos 70 extremae captivitati intus et foris est pessime subiugata. Quibus temporibus predia eius cum villis integris direpta, vendita, confiscata[2] sunt, alienata. Evracrus igitur episcopus et abbas, vir consideratus, considerans et videns onus impositum sibi, quod male portaret ipse, sicut male portaverant patres eius a Francone primo usque ad ipsum ultimum, super administratione intus et foris abbatiae Lobiensis consilium habuit cum fidelibus suis et amicis et cum fratribus ecclesiae Lobiensis inter manus eius et predecessorum eius male pereuntium[g]. Quorum consilio et rerum pondere ductus, sui episcopatus anno tertio ad mitigandum sibi tantum onus et expediendum se de cura monachorum, eadem cura et administratione ipsorum sese exuit et ecclesiae Lobiensi prefecit, ordinans in abbatem, [cf. ib.] Aletrannum, virum litteratum, strenuum, honestum et illustrem pietate. Secundo igitur partitus est abbatiam post partitionem illam primam, quam fecerat Franco episcopus et abbas et cum eo rex Arnulphus. Partitio prima fuit, ut de villis circiter centum quinquaginta, quas tenebat abbatia Lobiensis, in servitium regiae potestatis episcopo Leodiensi cesserint in partem villae circiter[e] 75 et monachis villae 75; et magnum hoc erat abbatiae Lobiensi, si retinere sibi eas licuisset; sed partem istam ita deteriorem sibi factam et imminutam adhuc deplorat ecclesia Lobiensis, ut de tanto villarum numero nonnisi villas circiter 30 ad usum fratrum reliquerit Aletranno abbati Lobiensi Evracrus episcopus Leodiensis. Secundae ab eo partitionis factae tanta fuit iniquitas, quam tamen excusant direptiones, venditiones, confiscationes atque alienationes earum rerum factae sub episcopis septem a Francone usque ad ipsum[h] Evracrum. Cum autem mensae suae singulari et expensis suis tanta retinuerit idem Evracrus episcopus, supra mensas fratrum expensa eorum abbati Aletranno et successoribus eius ad mensam vel expensas eorum de tantis rebus nihil sequestraverit vel eis assignaverit: quod qua consideratione vel ingenio quo fecerit, incertum est, nisi quod episcopus Leodiensis, qui cum castello Tudinio tantas tenet partes abbatiae Lobiensis, in omnibus conservare tenetur et tueri totam abbatiam, ubicumque ipsa aliquid teneat[i].

a) Theuthero 1. b) a. F *in ed. post* eversa *leguntur*. c) monachiae *ed.* 1? d) Ricarius 1 *h. l.* e) *deest* 1. f) Reginero 1. g) pereuntis? h) episcopum *ed.* i) ipsa teneat aliquid abbatia 1.

1) Quod disertis verbis minime dicit Folcwinus. 2) i. e. beneficio data.

11. Et primis quidem diebus, quando dies erant boni, honore magno habuit abbatiam Lobiensem Leodiensis ecclesia, et abbati Aletranno atque successoribus eius in annos multos multa erat reverentia coram ecclesia Leodiensi usque ad dies Alexandri episcopi[1], qui successit Henrico Leodiensi episcopo, memoriae dignae viro; nec facile contingebat, ut impune quis inferret iniuriam aut iacturam ecclesiae Lobiensi. Tanta erat sollicitudo, favor et gratia singularis Leodiensis super ecclesiam Lobiensem, ut ecclesiam Lobiensem qui tangeret ecclesiae Leodiensi tangeret[a] pupillam oculi sui; adhuc enim memor erat ecclesia Leodiensis et grato animo computabat, quantas possessiones et villas et predia, quantae nobilitatis castellum Tudinium cum suis confiscationibus obtinet, quae omnia esse cognoscebat de corpore Lobiensis abbatiae. Nunc autem dies mali dies bonos male perdiderunt; in ecclesia Leodiensi, decedentibus auctoritatis magnae viris, qui usque ad aetatem nostram floruerunt, novi homines surrexerunt, qui ignorant Ioseph. Episcopus Leodiensis duplici gladio potens, quasi rex magnus, quasi sacerdos magnus in cathedra Leodiensi sedere solebat; implebant et ornabant atque roborabant curiam frequentem militum familia magna, fortis et sapiens, magni principes et prudentes, clerus magnus et honestus, in clero viri summi, magnis dignitatibus honorati, ante omnes archidiaconi septem, viri strenui, humana et divina lege plenius eruditi. Quos omnes pene a cunabulis educaverat atque erudierat studio litterarum atque morum disciplina fulgens tunc ecclesia Lobiensis[b]. Noverat ergo per tantos viros nobiles ecclesia Leodiensis in omni[c] episcopatu suo sibique subiectis omnibus, quod cui deberet ipsa, quam cui reverentiam et honorem exhibere teneretur sive amplius sive minus. Nunc autem curia rara familiam frequentem fecit evanescere; principes curiam non frequentant; in clero consilii parum; archidiaconi rari mansionem raram faciunt in ecclesia olim celebriter ab his omnibus frequentata. Quorum omnium plures non suxerunt ubera, quae suxerant in eadem ecclesia patres eorum. Propter haec et alia, quae stilus stringit, partibus multis languidus iacet episcopatus, et prae omnibus ecclesia Lobiensis languida iacet et defecit[d], quia non est qui adiuvet contra iniuriantes[e], contra raptores, contra diripientes. A diebus Alexandri episcopi magnis et gravibus expensis in vanum laboraverunt abbates Lobienses, quos labores Leodiensis episcopus auctoritate sua deberet eis terminare, sicut multi fecerunt post Evracrum, qui expensas abbati nullas reliquit. Ab ipso enim Aletranno abbate usque ad memoriae nostrae abbatem Leonium[2], undique sibi pace data, abbates Lobienses quiete grata fruebantur, claustri laeti studiis et cum fratribus suis otio felici litteris incumbentes, claustro se continebant, raro foras exeuntes, parvaque suppellex illis erat et expensae parvae, sed et domus illis erat parva, cum ecclesia illis esset magna atque magnus honor; sed et seculis illis aureis non argentea, sed secula ferrea successerunt; ferrumque habere, non librum, nunc oporteret abbatem Lobiensem. Morbusque malus est, quia intus et foris[f] cogitur magnas atque longas expensas trahere, cum sit ei modica nimis et curta suppellex. Quae omnia Evracrus episcopus si providisset, forsitan providisset aliud quam providit; sed non metitur homo dies suos futuros, dies Deus dimeti-
cf 3 Reg. 11, 43. tur et orditur. Sapientia Salomonis illustravit dies eius, nec diu claruit sol qui claruit in diebus eius; Salomone namque dormiente cum patribus suis, e vestigio dies Roboam, filii eius, in tenebras grandes transierunt, obscurato sole suo, nec[g] potuit eius posteritas omnis resuscitari in lucem et gloriam Salomonis.

12. Igitur Evracrus episcopus maximam sibi partem retinuit de magnis possessionibus, villis et prediis ecclesiae Lobiensis in Sambrino pago, Haynoensi[h], Lomensi, Darmensi[i], Hasbaniensi, Bracbantensi et aliis multis procul et longe pagis, ex his quae rapaces manus evaserant Huberti tiranni Deo odibilis[k] et post Franconem sequentium direptorum. Quarum rerum multas[l] sibi retinuit, plures militibus suis confiscavit, quasdam donavit ipse et post eum Nothgerus episcopus et alii successores eorum ecclesiis in Leodio constitutis. Confiscatorum autem eorum, qui de huiuscemodi rebus sunt ab eis confiscati, maxima pars spectat ad honorem castelli Tudiniensis, de quibus sunt multi et magnifici viri qui castello Tudiniensi deservire tenentur. Hoc castellum cum pluribus[m] confiscatis hominibus sibi retinuerunt episcopi Leodienses ad tuendam abbatiam, nec tamen ab eius dominio penitus exclusit abbatiam Lobiensem; nam et abbas sub episcopo habet homines sibi confiscatos,

a) tangerat *ed.* 1? b) Leodiensis 1. c) *deest* 1. d) deficit *ed.* e) murmurantes 1. f) f. et i. *ed.* g) non 1. h) Hanioensi 1. i) Damiensi 1. k) odibili 1. l) multa *ed.* m) suis *ed.*

1) A. 1165—1167. 2) Qui sedit a. 1131—1137.

qui cum eo servare tenentur castellum Tudinium, cum certa necessitas invitat eum maxime, cum decedit Tudiniensis castellanus ab episcopo constitutus, homines quoque mansuarii intra procinctum ecclesiae Lobiensis, qui magnus est, singuli per vices suas, ordine distributo, noctu vigilias debent ad castelli custodiam, et pro lapide murali denarium unum, et in opus castelli ligna comburenda vecturis trahere ad faciendum calcifurnum, et sub muri propugnaculis componere tabulata, vectes et loricas de palo et virgulto contextas. Quae omnia per villicos et ministros et homines suos, cum est necesse, debet abbas procurare, non sicut castello subiectus in[a] angaria, sed ut castelli dominus sub episcopo de iure et dominio abbatiae, cuius dominii supremum apicem predictis rationibus antiquis tenet episcopus Leodiensis. Ante enim quam episcopi Leodienses per Franconem obtinuissent honorem tantum Lobiensis abbatiae, sicut supra dictum est, antiqui eius abbates sibi communierunt castellum Tudinium et sartatectis eius et custodiis ordinaverunt cura magna reditus et excubias et cetera omnia, quae extunc observantur ex magna parte usque in hodiernum diem; unde, quia ipsum castellum ab antiquis abbatibus diligenter est munitum et nobiliter confiscatum ad tuendam abbatiam, propter hoc Tudinium a tuendo ab antiquo[b] vocatum, tenet ex re nomen. Unde Evracrus solam sibi retinens munitionem eius cum suis maioribus confiscatis — nam minores tenent hinc abbas, inde castellanus —, cetera omnia extra ambitum castelli reliquit fratrum Lobiensium victui delegata, sicut tenuerant ab antiquo, scilicet[c] omnes terras cultas vel incultas, prata, silvas, omnes aquas, omnia molendina, omnes reditus provenientes ceteraque omnia et omnem iusticiam preter sanguinem et vim illatam. Insuper intra et extra castelli ambitum foragia omnia et telonearia iura. Quarum terrarum et aquarum predictarum rerumque omnium ceterarum quaedam sunt appendices territorii et districti Lobiensis, quaedam appendices magni territorii et districti Radionacis villae, quae sunt sub[d] iurisdictione abbatis et fratrum Lobiensium. Castelli enim extra muros Tudinium ipsum nullum habet territorium aut districtum, sed omnes extra commanentes sunt ecclesiae Lobiensis mansionarii[e] censuales. De sanguine vero aut illata vi, quomodo iustitia sit avulsa de manu Lobiensium et in episcopi manum venerit, paucis absolvemus. In castello constituti sunt ab antiquo maior et scabini, qui de ratione sui iuramenti, quod iurant episcopo et ecclesiae Leodiensi et abbatiae Lobiensi, tenentur observare et tenere castelli predicti instituta super munitionibus, sartatectis et excubiis eius et ceteris quae castelli nobilis custodiae sunt antiquitus attributa. Quia vero milites feodati, qui de iure foedi cogebantur frequentes inhabitare castellum — domos enim amplas et turres validas habebant in castello —, quandoque[f] prata vel ortos et terras eorum ioco vel serio devastabant, peculiares res eorum auferebant per suorum lasciviam aut tumorem[g] famulorum, interdum ipsi milites aut eorum superba familia ab odiis vel convitiis ad fustes et arma concurrebant taliterque vexabant homines pacem optantes, taliter concitabant et turbabant castellum, quod quietum servare tenebantur: multis querelis super his frequenter agitatis[h], per virum nobilem Mardum de Cimay[i], castellanum Tudiniensem et advocatum abbatiae Lobiensis, longo tempore post Evracrum — nam memoria nostra paulo ante fuit — statuti sunt termini non longe positi Tudiniensibus conservandae pacis. Quae pax ut firmior esset eis, statutum est ab eis, ut deinceps sanguis et vis illata caderet in manum Leodiensis episcopi; ecclesia Lobiensis utrum consenserit aut non consentiens reclamaverit, incertum quidem est, sed hoc certum, quia sub hac occasione perdidit in[k] Tudinio ius omne suum quantum ad iusticiam quam habebat super suos censuales mansuarios, qui magno numero manent extra muros, et extunc inclinata libertate sua, cepit ancillari domina gentis huius, iniuriisque magnis et frequentibus et dampnis Tudinienses[l] afficiunt abbatiam Lobiensem, elati et inter se tumultuariis iuramentis confirmati. Nihil enim

Asperius humili, cum surgit in altum,

et haec quidem ab eis usurpata pridem in dies amplius usurpantur. — Quae autem fecit Evracrus episcopus de castello Tudiniensi sibi retinendo ac de ceteris abbatiae possessionibus, villis et prediis amplis, quae omnia prius ipsa libere possidebat, — et ante Franconem abbates Lobienses donum et investituram abbatiae accipiebant de manu regia — et reliquum abbatiae victui fratrum assignata reliquit et super his dispensandis abbatem, qui eorum curam ageret, ideo fecit, ut liberi et immunes essent abbates et fratres

a) sub mangaria 1. b) ab ant. a tuendo *ed.* c) et *add.* 1. d) de *ed.* e) mansuarii *ed.* f) quinque *ed.* g) timorem *ed.* h) a. f. *ed.* i) Cimai 1. k) ius o. s. in T. 1. l) aff. T. *ed.*

et omnis eorum familia, quae in eorum partem cessit, ab omni expeditione regioque servitio publicisque necessitatibus et expensis omnibus episcoporum Leodiensium et regum regiaeque et episcopalis eorum totius familiae, ut ipsi Leodienses episcopi per se et per suos homines foedatos haec omnia sibi regibusque complerent, quantum attinet ad abbatiam Lobiensem, et eam de his omnibus expediret; quippe qui tenet, sicut dictum est, longe maximam et optimam partem abbatiae Lobiensis, et ut de castello Tudiniensi tueretur ipsam abbatiam Lobiensem et episcopatus Leodiensis marchiam, ab Haynoensibus[a] frequentibus odiis et excursibus fatigatam. Unde accidit, ut paulo ante sub Ratherio vel Baldrico, nepote suo, abutens discidio[b] episcopatus inter ipsos, Haynoensis[c] comes Raginerus suspectam sibi habens Leodiensem militiam, ne incursibus[d] eius obviaret ipsa, quibus ipse incursabat episcopatum simul atque abbatiam, expeditione repentina Tudinium aggressus, muni- cf Folc. c 25. tiones eius destruxit; et non multis diebus elapsis, supervenientibus feliciter Hungris, cum Lobienses contra Hungros iterum communire Tudinium attemptassent, infesto milite misso, iterum prohibuit comes Raginerus, ita ut coacti Lobienses et ceteri hominum pagi Lobiensis et Sambrini consistere[e] Lobiis, intra templum maius sancti Petri et intra templum minus quod est sancti Ursmari contra Hungros fortiter eos oppugnantes. Quos hostes non tenuit munitio eis opposita, nec propulsavit vis humana, sed miraculo magno et preclaro celeste presidium et divina virtus dissipatos eos omnes exturbavit, post horridulam[f] timoris magni nubem supplicibus suis reddito sole pacis. Evracro succedens Nothgerus[g] episcopus — et successu[h] meliore —, magnis firmis[i] iterum muris et turribus firmis Tudinium munivit et firmavit[1], quod firmum manet usque in hodiernum diem.

13. Evracrus autem episcopus et post eum Nothgerus[g], ne de sua antiqua dignitate deiecta omnino videretur abbatia Lobiensis, statuerunt atque firmaverunt honorare prerogativa magna semper abbatem Lobiensem in ecclesia Leodiensi. Antiquioribus autem Lobiensis ecclesiae privilegiis ablatis[k], priori eius et secundo statu mutato, quo steterat sub primis abbatibus suis[l] numero septemdecim per annos ducentos et unum et postmodum a Francone sub episcopis et abbatibus usque ad septem per annos circiter septuaginta, secundum formam tertii[m] sui status, quo sub abbatibus non episcopis abbatia redacta est, innovari ei fecerunt privilegia et apostolica et imperialia. Unde et quintus decimus huius nominis papa Iohannes ex antiqua et priori dignitate privilegio dato[2] concessit abbati Lobiensi, ut anulo[n] aureo et in divinis pontificalibus indui[e] vestimentis, mitra non expressa, et dedit ei[l] potestatem ligandi atque solvendi et alia[o] quaedam primae dignitati respondentia. Unde usque hodie ab Aletranno post episcopos abbate[p] primo vasorum sacrorum, linteaminum[q], vestium et cetere ecclesiasticae suppellectilis[r] et clericorum benedictiones agit abbas Lobiensis et in diebus solemnibus solemniter procedit ad divina celebranda, in cena Domini f 56 officio solemni solemnis absolutio celebratur in ecclesia Lobiensi ab abbate Lobiensi.

III.
FUNDATIO MONASTERII LOBIENSIS.

Sub Martino papa, sub Clodoveo rege Francorum, primi Dagoberti filio, sanctus Landelinus fundavit monasterium Lobiense supra Sambram fluvium, monasterium Alna dictum super Sambram eandem, monasterium quoque in Fania super Waslare fluviolum; quae duo monasteria non multum ampla tertio monasterio, scilicet Lobiensi, subiecit, quod in diebus eius magis religione quam possessionibus amplum fuit. Quo Crispinium transeunte, successit ei in eodem Lobiensi monasterio beatus Ursmarus episcopus et abbas, vir Deo et hominibus nimis gratiosus, qui et aedificiis duarum precipuis ecclesiarum et possessionibus amplis valde et religionis augmento ita monasterium suum exaltavit, ut non sanctus Landelinus, sed sanctus Ursmarus videatur et fundator et auctor eiusdem monasterii. Fundos enim eius pauperes et paucos quos invenit multiplicatos atque copiosos adiecit, adiuvantibus eius fidem magno fervore et larga manu Pipino seniore, magno principe, et Hidulpho duce, viro forti et in regno Francorum magnae potestatis. Post quos sub beato Ermino, beati Ursmari successore, aliisque successoribus eorum a regibus et principibus Francorum multa donaria multaeque possessiones accumulatae sunt eidem monasterio. Stetitque intus et foris haec prosperitas inconcussa usque ad dominum Folc. c. 12. Harbertum, dignis moribus insignem virum et clarum scientia litterarum. Quo tempore Hucbertus Deo odibilis, abusus sui sanguinis alti patrocinio, contra Deum, contra dominum suum Lotharium Lotharingiae Francorum regem tyrannide multa grassabatur; qui inter cetera tyrannidis suae mala predictum Harbertum Lobiensem abbatem violenter expulsum recedere coegit ad suum, unde fuerat assumptus, Corbeie monasterium. Quo recedente, recessit a Lobiensi monasterio

a) Hain. 1. b) desidio *ed.* c) Haynoenses *ed.*; Hainoenses 1? d) in curribus 1. e) *vocabulum deesse videtur nisi statuere velis,* ut *cum infinitivo coniunctum esse.* f) horricula *ed.* 1? g) Notgerus *ed.* h) successit *ed.* 1? i) firmus 1. k) absolutis 1. l) *deest ed.* m) s. t. 1. *ed.* n) annulo 1. *ed.* o) *deest* 1. p) abbatiae 1. q) *bis scr.* 1. r) suppellectilium 1. *ed.*

1) Cf. Aegidius G. Leod. c. 53, SS. XXV, p. 59. 2) Vos I, p. 436.

prima illa prerogativa suae dignitatis, suae libertatis, suae religionis, simulque magna illa suarum multiplex copia possessionum, nec unquam recuperare potuit usque in hodiernum diem. Hucbertus enim, non monachus, sed clericus uxoratus, pervasit abbatiam primoque quae Dei sunt, quia nihil cum Deo habebat, conculcavit, disperdidit et erasit, simulque res et possessiones amplas monasterii dissipavit, detraxit, alienavit, complicesque suos et clientes, qui contra regem eius tyrannidi militabant, de terris, de redditibus, de villis integris et multis monasterii feodavit. Quo demum per regis principes prelio magno superato, capto, excaecato, et non multo post sceleribus suis digna morte extincto, Lotharius rex miseratus tanti monasterii desolationem, vastam curam eius egit regimenque eius, quoad vixit, in manu Folc c. 13. sua retinuit; unde inter nomina abbatum Lobbiensium sic ipse annotatur post Harbertum: *Post Hucbertum Lotharius rex et abbas.* Abbatibus enim Lobbiensibus usque ad[a] tempora dignitatis et magnae potestatis prerogativa magna erat, cura ergo magna et favore magno eam gubernavit. Timebat enim pervasiones tyrannorum, qui tunc temporis multi regno graves erant, multa ergo diligentia per se et per suos intendit perdita monasterio requirere, dispersa recolligere, alienata restaurare. Sed temporis iniquitas et inquietudo regni magna — civilibus et bellis et externis laborabat — diligentiam hanc eius et laborem plurimum impedivit. Sua vero munificentia Hum villam cum appenditiis suis magnis legaliter ecclesiae Lobiensi contradidit, consulensque pie futuris temporibus, polipticum Lobiense fieri iussit, id est descriptionem redditaum et villarum, quae residuae tunc monasterio distractorias et rapaces manus invaserant predicti tyranni Hucberti. Quae descriptio facta est a Iohanne Cameracensi episcopo, iubente eodem rege Lothario, sub Adriano papa.

a) eius *vel* illa *vel simile quid deesse videtur.*

CHRONICON BREVE EPISCOPORUM AUGUSTENSIUM ET ABBATUM SANCTAE AFRAE.

Breve hoc opusculum vix et ne vix quidem chronicon dicendum primus edidit Eccardus, Corpus hist. medii aevi II, p. 2239, ex codice bibliothecae regiae Hannoveranae XIII, 774, membr. 4°, saec. XII (v. 'Arch.' I, p. 466; Bodemann, 'Die Handschr. d. kgl. Bibl. zu Hannover', p. 149), qui continet post Ottonis Frisingensis chronicon (cf. SS. XX, p. 102) fol. 117—129. catalogum pontificum Romanorum et imperatorum Romanorum, ab eodem Eccardo l. l. II, p. 1630. editum, cui fol. 120' sqq. a variis sed coaevis manibus hic catalogus episcoporum Augustensium et abbatum S. Afrae in margine adscriptus est; cum illis vero non ita coniunctus, ut coaequales una linea ponantur, vel, primis verbis exceptis, quidquam habeant commune. Quare ea seiungenda duximus. Auctor in monasterio Sanctae Afrae vixit idque egit, ut eius iura erga episcopos vindicaret[1]. Scripsit Friderici I. tempore, quem ultimum imperatorum recenset, sub Udalrico abbate, qui annis 1165—1175. sedit, primis eius annis, si ea, quae de Konradi episcopi obitu (a. 1167) leguntur, post addita esse recte statuamus. Pauca tantum operi conficiendo habuit subsidia, Passionem S. Afrae, Vitam et Translationem S. Magni, Vitas Herlucae et Udalrici, de quo fusius egisse videtur, cum integrum folium nunc perditum huius actis expleverit. Alibi nuda praebet nomina neque de episcopis et abbatibus sui temporis quidquam memoriae tradidit. Quae de initiis episcopatus tradit, quamvis ex incertis illis monumentis hausta, eo se commendant quod episcoporum nomina, quae posterior aetas sibi excogitasse videtur[2], nondum hic reperiuntur.

Codice ante multos annos Hannoverae constitutus ipse usus sum; nunc eum V. Cl. Bodemann iterum cum his plagulis contulit. G. W.

Dioclicianus. Quo regnante beata AFRA apud Augustam Vendelicam in insula Lici cathomis cesa, dein igne consumpta est[3]. Cuius corpus inde relatum, in propria possessione, ut antiquis erat moris, iuxta domum suam ad australem plagam est conditum. Ubi circa ipsius memoriam infra septimanam Hilaria, mater eius, cum Digna et Eunomia et Eutropia a paganis pro fide Christi concremate, et alii numero 25 decollati sunt et tumulati. Dyonisius etiam episcopus factus, sedem episcopalem martirio sublimavit. Iste avunculus sancte Afre Zosimas ante conversionem traditur esse nuncupatus. Cuius depositionis dies vel ubi corpus eius requiescat, crassante sevicia barbarorum, hactenus incertum habetur.

1) Ita recte Rettberg II, p. 145. 2) Leguntur in catalogis SS. XIII, p. 334. editis; quorum primum iam medio saec. XI. scriptum esse, vix mihi persuadere possum. 3) Ex passione S. Afrae, Acta SS. Aug. II, p. 58 (Friedrich 'KG.' I, p. 427).

Hoc solum memorie commendatur, quod martirio vitam finierit. Inventum est autem quoddam corpus ad Sanctum Martinum, ubi sygillum cereum repertum est habens inscriptum: *Ciriacus episcopus;* de quo dicebatur, quod beatus Dyonisius foret, sed nichil certum de hoc potest haberi. Inde est, quod in kalendariis quibusdam inventio et translatio eius repperitur, opinione[a] magis quam ratione veritatis.

Episcopi Augustenses.

Perwelf.

Tagepertus.

Wichterpus. Huius tempore beatus Magnus Augustam veniens, in cenobio eum beate Afre repperit, et consilio et auxilio eius cenobium construxit. Ex precepto quoque prefati episcopi omnem canonicam vitam ad Sanctam Mariam et ad Sanctam Afram ordinavit. Pipinus etiam rex memorato antistiti et eius successoribus auctoritatem dedit in quodam saltu, quem Sancte Marie et Sancte Afre tradidit, sicut ipse rex privilegio proprio[b] roborari fecit[1]. Inde agnosci potest, sedem episcopalem tam ad Sanctam Afram quam ad Sanctam Mariam tunc temporis fuisse, dum reges ea que episcopatui dederunt tam ad Sanctam Afram quam ad Sanctam Mariam conscribi fecerunt. Canonici autem Sancte Afre rebus ecclesie sue libere potiti sunt, ut hodie canonici sancte matricis ecclesie suis libere utuntur. Nec aliquid iure de his episcopatui cessit. Fundus ergo Beate Afre non alia ratione attinet episcopatum, nisi ut predictum est. Non enim ab episcopatu fundatus est, quippe cum episcopatu, immo ante episcopatum cepit, ut in Passione beate[c] Afre legitur. Erat namque locus ille possessio et proprietas beate Afre, unde et sepulta ibidem est, videlicet in memoria, quam sibi suisque construxerat, ut antiquis moris erat sepeliri in propria possessione. Ubi inicio et in primordio christiane fidei, que in Augusta temporibus Dioclitiani exorta est, post passionem sancte Afre edicula vilibus ex lignis primo constructa est in memoriam martiris. Post hec paganis ad instar fumi deficientibus, ecclesia a christianis nova fit, et cenobium cum clericis construitur. Locus igitur ille episcopis Augustensibus[d] commendatus est, ut locus matricis ecclesie ad Dei excubias providendas et iuxta antiquum statum non minori libertate preditus esse videtur, quam etiam kathedralis ecclesia. Sic namque legitur dixisse sanctus Wichterpus beato Magno de quadam hereditate episcopatui collocata: 'Scias, quia post discessum meum hanc hereditatem cupio permanere ad Sanctam Mariam et ad Sanctam Afram'. V. S. Magni. Sepultus est ad Sanctam Afram et miraculis coruscat. Sed quanti apud Deum sit meriti, plenius in Vita et visione beate Herluce agnosci potest[2]. Obiit temporibus Pipini regis Francorum 4. Kal. Mai.

Tozzo. Iste per revelationem iussus est ire ad Sanctum Gallum ad quosdam sanctos viros inde deducendos in Augustense episcopatum. Hoc miraculo glorificari meruit, quod cereus, quem ib. secum detulit, nocte per se accensus est, quem nec ventus potuit extinguere, et mane lux per se subtracta est. Defuncto quoque beato Magno, vocem consolationis et vocationis eius ad superna audivit. Quidam tradunt, eum in Hohemvurch[e] sepultum, alii etiam scripto confirmant, ad Sanctam Afram inter alios sanctos eum requiescere pontifices.

Sintpertus. Iste a Karolo rege Francorum, immo divinitus Auguste pontifex destinatus, angelicam vitam inter homines duxisse, creberrimis signorum attestationibus probatur. Siquidem diversis incommoditatibus corporis laborantes frequenter per visum ammoniti, sepe etiam spiritu eos illuc ducente sanitati integerrime restituuntur. Inde est, quod cerei et luminaria pene plura ab infirmis ibidem accenduntur, quam in toto illo monasterio. Triginta annis rexit ecclesiam Augustensem, et ecclesiam sancte Afre ac alias ecclesias reparavit, que dissipate erant ex dissensione orta inter principes Germanie post obitum Pipini regis, multaque alia utilia episcopatui, adiuvante Leone papa et Karolo rege, patravit[3], que omnia enumerare longum est. Transiit ex hoc seculo ad celestia 3. Idus Octobris. Sepultus est ad Sanctam Afram. Super huius sepulchrum iussus est sanctus Ődalricus congruum facere tectum, tamquam iniustum foret, tam sancta membra iniuriis imbrium et pluviarum patere[4]. Noveris ergo, eum magni esse meriti, cuius cineribus talis honor de-

a) opione *c.* b) *post add. c.* c) beat *c.* d) *vocabulum quoddam* (tantum?) *erasum c.* e) *vocabulum quoddam erasum c.*

1) Haec ex Vita (et Transl.) S. Magni c. 10. sumta sunt, ubi tamen non de S. Afrae monasterio agitur. 2) V. SS. IV, p. 427. 3) Haec ex Vita (Transl.) S. Magni SS. IV, p. 425, sumta esse videntur. 4) Ex Vita S. Oudalr. c. 13, SS. IV, p. 403.

ferri celitus iubetur, cum multi martires et confessores sub divo requiescant. Cuius tumba in veteri monasterio[a] Sancte Afre decenter ornata in choro venerabatur, post inventionem vero predicte martiris inde translatus ad australem partem[b], sub quodam sepelitur fornice.

Hanto[1].

Nitger. Iste ad Sanctam Afram sub quodam fornice ad caput sancti Sintperti sepultus videtur, quod tamen quidam Witkerum esse dicunt.

Ŏdalman.

Wigger.

Lanto.

Adalbero. Septimus decimus post Dyonisium martirem prefuit omni sanctitate preditus. Cuius preciosam mortem in conspectu Domini Rome sanctus Marinus papa intellexit, idque sancto Ŏdalrico, qui tunc temporibus ibidem erat, intimavit[2]. Sepultus est ad Sanctam Afram, ad cuius sepulchrum multa infirmis prestantur beneficia. De hoc inter alia legitur

. . . .[c]

quibus[3] in illo et in tali loco habundas, confer in cenobio meo Deo ac mihi servientibus'. Ipsa nocte vel hora aliam matronam conveniens, sitim suam simili modo, ut expositum est, denunciat. Sicque optinet vineas matrone, quarum ipsa pollebat ubertate. Mane facto sibi invicem referunt matrone que viderant, et propere tendunt ad cenobium, omnem suam proprietatem[d], que multa erat valde, illuc delegantes. Vere pius et clemens sacerdos, qui in presenti vita licet caduca sibi devotos nulla patitur inedia affici, esuriem et sitim eorum in se, ut predictum est, quodammodo transferens! Erat quidam miles obstinati animi, qui in eodem cenobio hospicio exceptus, dum minus splendide lautis cibariis serviri sibi causaretur, tandem in contumeliam fratrum prorumpens, reditus prediorum direpturum ac multimodis se ulturum minatur. Necdum verba finierat, et ecce traditur Satane tam in interitum spiritus quam carnis. Amens namque effectus, caput illisit parieti, donec cerebrum confregit. Sic miser sublatus de terra, decernente Constantiensi episcopo, feris et avibus expositus est. Viderint, qui ingrati sunt beneficiorum sancti Ŏdalrici, quali iudicio subdantur!

Henricus.

Euticus[4].

Liutoldus. Iste canonizari fecit vitam beati Ŏdalrici Rome a Iohanne papa.

Gebehardus.

Sigefridus.

Episcopi — Abbates

Augustenses.

Prŭno. Cuius tempore clerici Beate Afre sive religionis abiectione sive numeri paucitate deficientes, monachi cum abbate Reginbaldo inibi sunt constituti.

Eberhardus. Hic dedit Sancte Afre pontem Lici et harenam.

Heinricus.

Embrico[e]. Hic[5] primo ordinationis sue anno, qui est ab incarnatione Domini 1064, datis ab antecessore eius 50 talentis, ecclesiam sancte Afre a fundamentis destruxit, et repertum est corpus sancte Eutropie in plumbeo sarcofago 2. Kal. Mai. Corpus vero sancte Afre in lapideo sarcofago mire magnitudinis integrum et quodam cemento obductum repertum est 4. Nonas eiusdem mensis.

Reginbaldus, primus huius loci abbas, opere sanctitatis carus Deo et hominibus, episcopus Spire electus est[6]. Ubi et nunc in numero sanctorum habetur.

Ŏgo.

Gotesdegen.

Frideboldus.

Heinricus.

Tieto.

Adelhalmus.

Diemar.

a) m. S. A. *e corr. c.* b) parte *c.* c) *folium avulsum in c.* d) propri . . . . . *in marg. suppl. c.* e) Embico *c.*

1) Lanto minus recte in quibusdam Translationis s. Magni codicibus appellatur; v. SS. IV, p. 425, n. 426 (ubi male *Lando* impressum est). 2) Ex V. Oudalr. c. 4, p. 387. 3) Pergit in Miraculis sancti Udalrici, quae in Gerhardi Vita frustra quaeras. 4) Eticho alias nominatur. 5) Haec etiam in calce Mabillon Acta V, p. 477. leguntur. 6) A. 946.

Episcopi.

Sigeffridus.
Herimannus.
Waltherus.
Kônradus[1].

Iste[a] in extremis agens, monachum se fecit in cenobio Sancte Afre, et in capitulo est sepultus.

Hartwigus.

Abbates.

Sigehardus.
Hartmannus.
Berengerus.
Adalbero.
Egino.
Ôdalschalcus.
Hezilo.
Ôdalricus[2].
Heinricus[b].
Manegoldus[c].

a) Iste — Hartwigus *alia manu addita esse videntur.* b) *alia manu add.* c) *iterum alia manu.*

1) Sussessit a. 1150, obiit 1167. 2) Successit a. 1165, obiit 1175.

THIODERICI AEDITUI TUITIENSIS OPUSCULA.

EDIDIT O. HOLDER-EGGER.

Thiodericus[1] *custos vel aedituus monasterii SS. Mariae et Heriberti Tuitiensis, qui sub Rudolfo abbate (c.* 1130—*c.* 1145[2]*) habitum monachalem induit*[3], *sub Hartperno abbate circa a.* 1164.[4] *librum propria manu condidit et conscripsit, in quo varia opuscula de historia universali et ecclesiae Coloniensis, maxime vero de rebus gestis, possessionibus, reditibus, sacris officiis monasterii sui congessit. Codex eius autographus ad nostra tempora pervenit, qui a.* 1865. *ex bibliotheca cardinalis de Geissel archiepiscopi Coloniensis relicta a serenissimo principe Carolo Antonio de Hohenzollern emtus, nunc in eius bibliotheca Sigmaringensi servatur et ab eius praefecto V. Cl. de Lehner ad usum nostrum benigne huc transmissus est.*

Codex mbr. in fol. 78 *folia continet. Primae vacuae paginae inscripsit manus s. XVI.* Liber monasterii Sancti Heriberti in Tuitio. *In sequentibus quatuor paginis imagines artificiose pictae sunt, et quidem fol.* 1'. *S. Heribertus sedens adoratus a monachis, qui tenent fasciam inscriptam:* Memor esto congregationis tue quam possedisti ab initio. *Et imagini circumscripti sunt versus:*

+ Summis converte pater in celis Heriberte,
Ereptos hoste nos, quesumus, attrahe post te.

F. 2. *repraesentat sanctam virginem sedentem cum infante Salvatore, quam* Thioderi[cus] custos *adorat, tenens fasciam inscriptam:*

O regina poli, queso, memento mei.

1) Ita et *Thidricus* scribit ipse nomen suum. 2) Rudolfus, successor celeberrimi Ruperti a. 1129. vel 1130, Mart. 4. defuncti (cf. SS. XII, p. 629, n. 51), occurrit in chartis a. 1130—1144 (v. Lacomblet, 'Niederrhein. UB.' I, in Indice), a. 1147. iam successor eius Gerlacus. 3) *Tamen quod nostris temporibus, scilicet Gerlaci abbatis vel eius predecessoris Rudolfi tempore, villicos earum* (curtium) *solvere vidimus, futuris pro sui utilitate et pro nostra fide insinuare curamus*, dicit Thiodericus, Lacomblet, 'Archiv f. d. Gesch. d. Niederrheins' V, p. 270. — Plura de vita eius ignoramus. Conici possit, cum postea abbatem electum esse, cum eius nominis abbas Tuitiensis circa a. 1180. sederit, ante a. 1185, Dec. defunctus (Lacomblet I, p. 335, nr. 474; a. 1185, Dec. 15. iam Florentius fuit abbas Tuitiensis, ibid. I, p. 349, nr. 497); quod tamen probari nequit. 4) Lacomblet p. 254. librum inter a. 1155—1165. conscriptum esse demonstrat. Sed tempus accuratius definiri potest. In fine catalogi imperatorum Mediolani urbis a. 1162. destructae et Magontinorum ab imperatore a. 1163. propter necem Arnoldi archiepiscopi punitorum mentio fit. Etiam in fine catalogi archiepp. Coloniensium nota de haereticis a. 1163. combustis alio quidem atramento, sed manu, ut videtur, Thioderici addita est. In catalogo abbatum etiam res gestae Hartperni abbatis, successoris Gerlaci a. 1160. vel 1161, ut dicitur Gall. christ. III, p. 754, defuncti (Hartpernus abbas occurrit primo in charta a. 1161, Mai 11, Lacomblet 'UB.' IV, p. 778, nr. 628; a. 1168. fuit octavus regiminis eius annus, ibid. I, p. 300, nr. 430), narratae sunt. Denique infra p. 569. dicit Thiodericus: *Anno ab inc. D.* 1155. . . *et continua novem annorum sequentium revolutione*, quae a. 1164. demum aut postea scribi potuerunt. Certe vero ante a. 1167. liber absolutus est, cum catalogus archiepiscoporum manu Thioderici usque ad Rainaldum a. 1167. defunctum productus sit.

Circumscripti sunt versus:

+ Tu quoque, stella maris, genito que condominaris,
Post lucem vite tenebras fac mortis abire.

F. 2'. Trinitas. Deus Pater sedens manu tenet Crucifixum, in illius capite sanctus Spiritus sub figura columbae depictus. Versus circumscripti sunt exterius:

+ Personis trinis Deitate manet Deus unus,
Omnia vivificans, simul universa gubernans.

Interius hi:

Mors mortis Iesu pro pomi mortuus esu,
Fac adimendo metum mortis nos vivere tecum.

F. 3. *Inferna. Satanas sedens de anima cuiusdam homunculi, quam tenet, cum daemonibus consilium habet, dum aliae animae a monstris devorentur, alia a duobus angelis in coelum efferatur, ex quo tres sancti spectant. Circumscripti sunt versus:*

+ Vita, salus Deus est, sine quo nec vivere prodest,
Nam secum regnant in eo qui vivere certant.
Et Sathanas mors est, cuius nequissima sors est.
Denique quisquis eum sequitur morietur in aevum.

F. 3'. *hi versus leguntur:*

Ad fontem vitae sicientes quique venite
Perque vias vitae properantes ocius ite,
Quatinus asscripti libro vitae, sed et agni
In coetu superum longum vivatis in aevum!

Haec, Heriberte, tibi Christique piae genitrici
Vester Thidricus dona dat edituus,
Per vos purgatus ut ab omni labe reatus
Vitet ovans herebum possideatque polum.

Sequuntur haec opuscula:

I) F. 4—25'. *Necrologium monasterii, secundum morem in tres columnas divisum*[1].

II) F. 26. 26'. *Index ecclesiarum, quibuscum fratres Tuitienses communione orationum utuntur.*

III) F. 27—28. *Commemoratio benefactorum monasterii.*

IV) F. 28'—38'. *Catalogus abbatum a variis manibus inde a medio saec. XII. usque ad recentia tempora continuatus.*

V) F. 39*:* Heae sunt parrochiae quae beato Heriberto collectas suas vel elemosinas annuatim pro conservatione frugum inferre solent, ut eius interventu defendat Deus segetes eorum ab omni tonitruo, fulgure, grandine et tempestate.

VI) F. 39'*:* De possessionibus aecclesiae. De visitatione inferiorum curtium, *scilicet ad Rhenum inferiorem sitarum, quas abbates annuatim visitare solebant. Deinde index ecclesiarum parrochianarum, quae abbatiae census solvere debent.*

VII) F. 47. Qualiter divina officia vel a quibus fuerint instituta. *F.* 47—49'. De ordine ipsius misse.

1) F. 25'. in spatio vacuo relicto scripsit manus s. XIII. versus de papissa (cf. SS. XXIV, p. 243) et duos alios:

Papa pater patrum papissaque pandito partum.
Tunc tibi predicam, de corpore quando recedam.
Apparet quia flore caret quot[a] *stirpitus aret.*
Affectus non effectus habet[b] *egra senectus.*

a) ut *corr.* quot *c.* b) *expunctum et superscr.* tenet.

VIII) F. 50—53'. Revelationes titulorum ss. martyrum et virginum Coloniensium a. 1155.

IX) F. 54. De translatione S. Heriberti.

X) F. 54'. 55. De sollempnitatibus martirum prescriptorum[1].

XI) F. 55'—67. Chronicon universale brevissimum ab o. m. usque ad a. 1163, magnam partem ex Ekkehardi chronico exscriptum. Sequitur f. 67'—71. Catalogus pontificum Romanorum, cuius prima pars plerumque ex Libro pontificali excerpta est[2], *quasi altera pars chronici, cum prima catalogum imperatorum contineat.*

XII) F. 71'—72'. Catalogus archiepiscoporum Coloniensium[3].

Haec omnia, praeter ea quae Catalogis abbatum, pontificum, archiepiscoporum Coloniensium post addita sunt et notas Necrologio post illatas, eadem manu, videlicet Thioderici auctoris, exarata sunt. Opuscula III. IV. VI. VIII. et excerptum Necrologii edidit Lacomblet, 'Archiv f. d. Gesch. d. Niederrheins' V, p. 265—322, et amplo commentario p. 251—264. illustravit; nr. IX. et XII. ed. F. X. Kraus, 'Jahrb. d. Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande' XLI, p. 43 sqq.[4]. *Hoc loco damus nr. III. IV. VIII. IX. XI, partim excerptos; Catalogum archiepiscoporum Coloniensium (XII) iam SS. XIII, p. 285. edidimus.*

Quae annotavimus maximam partem ex Lacombleti commentario et eius 'Niederrhein. UB.' t. I. sumsimus. *O. Holder-Egger.*

f. 27 HII[a] DITARE SUIS STUDUERE LOCUM BENEFACTIS.

Beatus pastor et patronus noster, sanctus videlicet Heribertus[b], adhuc vivente Ottone tercio imperatore, ipsius ope et consilio animatus et igne divini amoris inflammatus, hanc ut ecclesiam[c] Deo eiusque piae matri construeret, vovit. Defuncto vero cesare, votum perficiens, eam construxit et dedicavit[5] et in ea post suam defunctionem sepultus in pace quiescit.

Idem imperator predium Windense[6] in episcopatu Moguntino et in comitatu palatini comitis situm, ad cuius advocatiam idem predium spectat, huic aecclesiae[c] contulit. Similiter quoque predium Wich[7] in episcopatu Traiectensi et in pago Opgoi situm cum omnibus suis pertinentiis ecclesiae concessit, preter quod mobilium rerum et auri argentique copiam ad aecclesiae fabricam beato Heriberto donavit[8].

Ipse autem sanctissimus pater noster tradidit ad ipsam aecclesiam castrum in quo sita est quod appellatur Divitense cum fossato veteri; aecclesiam sancti Urbani ante fores monasterii sitam; tres silvas, id est Kůnigesforst et Grevenberch et Ůdelsbrůch[9]; vineas et possessiones plurimas in predio quod appellatur Rafthecho[10] in episcopatu Treverensi sito cum monte quodam qui ex eius nomine appellatur Mons sancti Heriberti; decimam in Rigemago[11] cum territoriis et agris et vineis multis; theloneum insuper in autumpno et medietatem monetae[12]; predium Wadenheim[13] cum universis suis pertinentiis; predium in

a) *rubro scr. versus c.* b) *litteris quas vocant capitalibus scr. c.* c) *ita modo* eccl. *modo* ęccl. *c.*

1) Parti pag. 55. vacuae relictae manu s. XV. Gregorii papae bulla canonizationis S. Heriberti inscripta est. 2) Nonnulla cum Martyrologio quod dicitur Bedano conveniunt. Unus locus cum Herimanni Aug. chron., SS. V, p. 111, ad verbum congruit, quod noster legisse vix censendus est. Forte antiquiorem catalogum pontificum exscripsit, quem aut ipse Herimannus legerat, aut cui illa verba Herimanni illata erant. 3) F. 73. legitur: *Si quis ab aecclesia ista presumserit hoc opus tollere, maranatha semper sit, id est anathema.* F. 73—78. vacuis relictis posteriores manus s. XII. XIII. Epistolam Gerlaci abbatis datam a. 1151, 2. Non. Apr. de fraternitate cum 'filiis et fratribus quae Einsa dicitur' renovata, 'Nomina eorum qui hanc restauraverunt fraternitatem', Fragmentum de historia Maccabaeorum, Excerptum de chronicis magistri Petri, Notas de possessionibus et reditibus abbatiae intulerunt. 4) Nr. VIII. iam editus est a Crombach, Ursula vindicta, et post eum Acta SS. Oct. IX, p. 243, ut Kraus notat. 5) A. 1019, Mai 3. 6) Windesheim, praef. Kreuznach? 7) Wijk prope Duurstede; cf. Spaen, 'Inl. tot te historie van Gelderland' I, p. 133. 8) Diploma Ottonis non exstat; sed cf. chartam Heriberti ap. Lacomblet, 'UB.' I, p. 95, nr. 153. 9) Cf. chartam ap. Lacomblet I, p. 84, nr. 136. 10) Rachtig ad Mosellam fl. 11) Remagen. 12) V. chartam ap. Lacomblet I, p. 85, nr. 137. 13) Wadenheim; ib. nr. 153, ubi omnia bona enumerantur.

Heistre[1] cum omnibus suis pertinentiis; predium in Můlendorp[2] cum omnibus suis pertinentiis, quod postea mutuatum est pro predio Vene[3] cum omnibus suis pertinentiis; predium Zudendorp[4] cum omnibus suis pertinentiis et aecclesiam cum decima; decimam in villa quadam que vocatur Overich[5]. Predium Antwilre[6] cum omnibus suis pertinentiis. Predium Escwilre[7] cum suis pertinentiis et aecclesiam cum decima. Aecclesiam in Anrode[8] cum sua decima. Aecclesiam in Zuneze[9] cum sua decima. Novem mansus in Bůrgele[10] cum castro ipso et capella. Aecclesiam[a] in Bůrge[11] cum sua decima. Predium in Langela[12] cum omnibus suis pertinentiis et forestibus. Predium in Leichlinga[13] cum omnibus suis pertinentiis et ecclesiam cum decima. *Aecclesiam in Kersepe[14] cum decima sua una cum *f. 27'. forestibus; predium in Walda[15] cum forestibus et omnibus suis pertinentiis et aecclesiam cum decima. Predium Eilepe[16] cum omnibus suis pertinentiis et forestibus. Predium Rode[17], quod erat cuiusdam Bennonis nobilis viri, cum suis forestibus et omnibus pertinentiis. Predium in Slůkinchove[18] cum forestibus et pertinentiis suis. Predium in Hourthe[19] cum pertinentiis suis. Predium in Linne[20] cum capella cum omnibus pertinentiis suis. Predium in Lenehusen[21] cum suis[b] pertinentiis. Predium in Rokinchusen[19] cum suis pertinentiis. Predium in Houmere[22] cum suis pertinentiis et forestibus[c]. Predium in Wele[19] cum forestibus et pertinentiis suis. Predium in Nona[23] cum forestibus et pertinentiis suis et aecclesiam in Merclinchusen[24] cum decima sua. Predium in Hatnikke[25] cum omnibus suis pertinentiis et forestibus et aecclesiam cum decima. Predium in Gladebach[26] cum omnibus suis pertinentiis et forestibus et ecclesiam cum decima. Predium in Heringe[27] cum omnibus pertinentiis suis atque forestibus. Predium in Pelecheim[28] cum omnibus suis pertinentiis cum capella. Ecclesia[d] in Birthene[29] cum decima sua et forestibus. Predium in Bilke[30] cum omnibus suis pertinentiis. Predium in Mereheim[31] cum omnibus suis pertinentiis. Predium in Stochein[32] cum suis pertinentiis. Predium in Gotherswich[33] cum suis pertinentiis. Aecclesiam in Marlare[34] cum sua decima. Ecclesiam in Ostervelda[35] cum decima sua. Vineas plurimas in Bachracho[36], mancipia fere innumerabilia[e], ministeriales sine numero, homines numerum excedentes, quos una cum pheodis aecclesiae[f] contulit, et insuper in auro et argento et vario ornatu librorum, sacerdotalium et palliorum aecclesiam interius decoravit.

Successor eius Pilegrimus archiepiscopus huius[g] ecclesiae sanctuarium admodum angustum adiectione medii circuli ampliavit; aecclesias[h] in Heringe et in Unna[37] et in omnibus Saxoniae partibus sitas[38], quarum videlicet census ad idem monasterium spectat, id est Boine[39], Derne[40], Waltohorp[41], Hillen[42], Wattenscheide[43], Herebedde[44], Affelterbach[45], Sanctae Mariae et Beato Heriberto concessit. Insuper decimam de Bůcheim[46] et decimam de Westhove[47] 8[i] talenta Tremoniensis monetae ad fratrum pellicia persolventem. *Anniver- *f. 28. sarius eius 8. Kalend. Septembris cum plena memoria celebratur.

Herimannus, successor eius, cognomento Pius dedit aecclesiae nostrae curtim quandam

a) Ęcclam *omissa virgula compendii c.* b) tuis *corr.* suis *c.* c) forestib⁹us *ubi* f *e corr. c.* d) *ita c.*; E *alio atramento in loco raso.* e) lia *e corr. c.* f) *post* ęccl. *una littera erasa c.* g) *una littera post* h. *erasa c.* h) ęcclesias *c.* i) VII *superscr.* I *corr.* VIII *c.*

1) Heistert; in dicta charta non commemoratur. 2) Idem quod infra p. 564. *Můlena.* 3) Vehnhof, praef. Ahrweiler. 4) Oberzündorf ad Rhenum fl.; cf. chartam ap. Lacomblet I, p. 90, nr. 146. 5) Non commemoratur in charta nr. 153. 6) Antweiler. 7) Eschweiler; cf. chartam ap. Lacomblet I, p. 86, nr. 138. 8) Anrath. 9) Zons ad Rhenum fl. 10) Bürgel. 11) Bürrig; in charta nr. 153. non occurrit. 12) Langel ad Rhenum fl. 13) Leichlingen ad fl. Wupper. 14) Kierspe, praef. Altena; non occurrit in charta nr. 153. 15) Wald prope Solingen. 16) Eilpe, praef. Hagen. 17) Rhade, praef. Altena; cf. chartam ap. Lacomblet I, p. 87, nr. 141. et ibid. n. 2. 18) Schlückingen, praef. Soest. 19) Non occurrit in charta nr. 153. 20) Kirchlinde (Linn), praef. Arnsberg. 21) Lenhausen, praef. Meschede; non occurrit in charta nr. 153. 22) Heumar. 23) Nohn. 24) Merklinghausen, praef. Brilon. 25) Hattingen, praef. Bochum. 26) Gladbeck, praef. Recklinghausen. 27) Herringen, praef. Soest; non occurrit in charta nr. 153. 28) Pelkum, praef. Hamm. 29) Birthen prope Xanten; in charta nr. 153. non occurrit. 30) Bilk prope Düsseldorf. 31) Mehrum. 32) Stockum. 33) Götterswick; cf. chartam ap. Lacomblet I, p. 87, nr. 140. 34) Maerl, praef. Recklinghausen; non occurrit in charta nr. 153. 35) Osterfelde, praef. Recklinghausen; non occurrit in charta nr. 153. 36) Bacharach. 37) Unna, praef. Hamm. 38) Cf. chartam ap. Lacomblet I, p. 104, nr. 167. 39) Bönen, praef. Hamm. 40) Kirchderne, praef. Dortmund. 41) Waltrop, praef. Recklinghausen. 42) Kirchhellen, ibid. 43) Wattenscheid, praef. Bochum. 44) Herbedde, ibid. 45) Aplerbeck, praef. Dortmund. 46) Bochum? vel Buchheim? 47) Westhofen ad Luppiam fl., praef. Dortmund.

vocabulo Westhove[1] supra Reni litus sitam. Anniversarius[a] ipsius 3. Idus Februarii plenariter celebratur.

Anno secundus, successor eius, dedit huic ecclesiae tractum in Reno, piscationem in Horbach et mancipia plurima, et singulis annis in anniversario eius 6 solidos pro eo habemus[2]. Qui anniversarius 2. Nonas Decembris plenariter celebratur.

Sigewinus archiepiscopus 6 solidos singulis annis in suo anniversario nobis dari constituit[3]. Qui 2. Kal. Iunii plenariter celebratur.

Cunradus primus imperator dedit huic ecclesiae in possessionem predium Herne[4], quod est situm in pago Tucinchove cum privilegii sui sigillique auctoritate. Cuius anniversarius 2. Nonas Iunii celebratur.

Heinricus quartus imperator dedit huic aecclesiae pro Heinrico quinto, filio suo, quem sanctus Heribertus de magna infirmitate liberatum sanitati restituit, duo talenta in Tremonia[5] de theloneo solvenda; similiter duo talenta in Tiele[6] castro aecclesiae nostrae concessit. Obitus eius 3. Non. Octobris celebratur.

Lotharius secundus imperator et domina Richeza imperatrix, eius coniunx, quotiens ad nostram aecclesiam venerunt, totiens aut duas margcas[b] argenti aut tantundem valens aecclesiae nostrae contulerunt. Obitus eorum Nonas Decembris celebratur.

Baldricus comes de Oplathe[7] vel Houberch dedit sancto Heriberto viventi Můrsa[8] et Mereheim, Stocheim[9] et Eltinge, Vellepo[10] et Rinwich cum duabus aecclesiis[11], Ostervelda et Marlare, et tercia in Byrthine iuxta Csanctum[12], et in Sethena[13] aecclesiam cum decima et privilegii confirmatione.

Ida[14] quoque cometissa, eius coniunx, in casula auro texta et mappulis de serico factis aecclesiam mirifice decoravit. Obitus comitis Nonas Iunii, cometisse vero 11. Kal. Aprilis celebratur[15].

*f. 28'. Quidam vir nobilis nomine Benno dedit sancto Heriberto *viventi predium in Rode[16] supra fluvium Voleminna[17] situm et aecclesiam in Kersepe.

Arnoldus comes de Tuicio et uxor eius Ůda dederunt huic aecclesiae decimam sex beneficiorum iuxta villam Quinheim dimidiam marcam annuatim persolventem ad fratrum karitatem. Obitus comitis 3. Non. Iunii, comitisse vero 10. Kal. Decembris[18] agitur.

Comes Herembertus de castro Herembrechtstein[19] dedit huic ecclesiae predium in Můlene[20] cum omnibus suis pertinentiis, scilicet terris cultis et incultis, agris, vineis, mansionibus, et naulum in Rheno. Cuius obitus dies ignoratur.

DE ABBATIBUS HUIUS AECCLESIAE.

Radolfus* huius loci abbas secundus picturis monasterium adornavit, campanam quoque de suo nomine appellatam aecclesiae contulit; qui ante altare virginum sepultus quiescit.

*) *Manus s. XVI. addit in marg. ante hunc signo crucis apposito:* Fulbertus abbas primus per sanctum Heribertum institutus, vir sanctus, in capella sancti Iohannis baptiste sepultus quiescit[21].

a) Annovers.? *corr.* Annivers. *c.* b) *ita c.*

1) Westhoven prope Deutz versus meridiem; v. chartam ap. Lacomblet I, p. 110, nr. 177; Necrol. ap. Lacomblet, 'Archiv' V, p. 265. 2) Cf. chartam ap. Lacomblet I, p. 145, nr. 224. 3) Cf. chartam ap. Lacomblet IV, p. 764, nr. 609; sed aliam noster legisse videtur. 4) Herlermühl. Cf. dipl. ap. Lacomblet I, p. 99, nr. 161; St. nr. 1862. 5) Dortmund. 6) Thiel ad Vahalim fl.; cf. dipl. ap. Lacomblet I, p. 125, nr. 194; St. nr. 2574. 7) Opladen ad fl. Wupper. 8) Mörs. 9) Haec praedia Heribertus a Wezelmo milite acquisivit; Lacomblet I, nr. 140. 10) Velp. 11) Cf. Lacomblet I, p. 86, nr. 139. 12) Xanten. 13) Zetten in Batua superiore; Lacomblet I, p. 91, nr. 148. 14) Adela, non Ida, Balderici coniux nominatur Lacomblet nr. 139. 148. 15) Hi dies obitus omnes etiam in Necrologio notati sunt. 16) V. p. 563, n. 17. 17) Valme, qui Ruhr fl. influit. 18) In Necrol. p. 270. obitus eius ad 9. Kal. Dec. notatus est. 19) Ehrenbreitstein. 20) Situm ubi nunc Thal Ehrenbreitstein statuit Lacomblet I, p. 95, n. 21. 21) Cf. de eo Vitam S. Heriberti auct. Lantberto c. 8. 9, SS. IV, p. 746 sq., et locum Vitae auct. Ruperto ibi omissum (Ruperti opp. c. 35, Migne CLXX, p. 424): *Vir vitae venerabilis Folbertus cenobii quod ab eodem sancto pontifice constructum fuerat pater primus . . . . . . Erat autem multorum monachorum pater, quippe cui propter egregiam vitae conversationem, scientiam quoque et dilectionis habundantiam non solum prefati cenobii, verum etiam monasteriorum Sancti Pantaleonis Sanctique Viti cura vel providentia commissa fuerat. Huic per omne tempus vitae continuum pene studium fuerat matutinos prevenire ymnos solitariisque vigiliis psalmos decantare Daviticos.*

Werimboldus abbas tercius 50 mansus et 179 mancipia aecclesie adquisivit; qui ante altare sancti Iohannis baptiste iuxta baptisterium sepultus quiescit.

Otto abbas quartus in capella sancti Benedicti sepultus est.

Hartmannus abbas quintus dedit huic aecclesiae 30 solidos in Embe[1], predium in Holzcla[2] cum omnibus suis pertinentiis et forestibus et quaedam bona in Sigena[3] et mancipia quam plurima. In capella sancti Benedicti quiescit.

Rudolfus[a] huius loci abbas sextus[*] in capella sancti Iohannis baptistae ad caput Folperti primi abbatis huius aecclesiae sepultus quiescit.

Lutfridus huius loci abbas 7, sicuti abbatiam male adquisivit, ita peius eam perdidit.

Bavo huius loci abbas octavus in capella sancti Benedicti quiescit.[**]

Marcuardus huius ecclesie abbas 9.[***] constituit ad karitatem fratrum in anniversario suo decimam quandam in Vinza, 20 maldra siliginis totidemque avene persolventem, et mansum in villa Bertholdesthorp, dimidiam marcam annuatim persolventem, et carratam vini de vineis in Etthelinghove iacentibus persolvendam; quae cuncta hospitarius suscipiens, tam fratribus in refectorio quam ministerialibus[b] de villa cunctisque prebendariis[c] secundum consuetudinem hactenus observatam debet administrare. Hic ante altare sancti Nikolai in monasterio sepultus in pace quiescit.

Rupertus huius aecclesiae abbas decimus[+] *omnes illius temporis magistros litterarum *f. 29 scientia precellens, capellam beati Laurentii ante portam[d] castri Divitensis construxit, chorum in monasterio fornicibus erectum mirabili decore perfecit, dormitorium quod appellatur novum aedificavit; libros plurimos composuit, quorum nomina haec sunt[4]: Expositio euvangelii secundum Iohannem. Tractatus super librum Geneseos. Tractatus super librum Regum. Tractatus super librum Apokalipseos[e]. Liber de officiis divinis. Expositio super prophetas minores. Liber de processione Spiritus sancti. Liber de victoria verbi Dei. Expositio super Cantica canticorum. Expositio super regulam nostram. Liber de incendio huius oppidi[5]. Disputatio christiani atque Iudei. Liber metrice compositus[6. ++]. Hic ad anniversarium suum simulque beati Laurentii festum celebrandum, quod ipse sollempniter agi instituit, quaedam bona disposuit, scilicet 9 solidos de Hosteim solvendos et maldrum avenae, de Hathekenrode 4 solidos, de Zudendorp maldrum et semis tritici, de Wadenheim carratam vini; quae omnia prior recipiens, fratribus in eius anniversario et in sancti Laurentii festo in simila, in pisce et vino servire debet[f], et cereum nocturnalem singulis altariis providebit. Hic sub capella sancti Michahelis in claustro sepultus[7] in pace quiescit.

Růdolfus[g] huius loci abbas 11, non per electionem, sed per intrusionem abbas factus, multa ab hac aecclesia alienavit, unde per accusationem a papa Eugenio depositus, in claustro Sancti Pantaleonis Coloniae consenuit ibique sepultus quiescit. Quaedam tamen bona ad karitatem fratribus constituit, scilicet in Walda et in Leichlinga solidos 18.

Gerlachus huius aecclesiae abbas 12, a bonae memoriae papa Eugenio abbas constitutus, multa huic aecclesiae bona fecit. Cuiusdam siquidem Winemari bonum, quod et in hac villa et in huius ville campis iacet, datis pro eo 34 marcis adquisivit; decimam cuiusdam Thioderici cognomento Parvae-fidei et decimam cuiusdam Sigefridi, utrasque in campis villae Westhove iacentes, datis 7 et semis marcis redemit; decimam de Bůrge fere perditam tam valenter quam sapienter *recuperavit; investituram aecclesiae de Bůrgele *f. 29'. vel Zůneze auctoritate Romani pontificis, laicali manu remota, non sine periculo optinuit; quinque solidorum censum de aecclesia Hatnikke diu denegatum sagaci industria

*) *Manus s. XVI. add. in inferiore marg., signo hic apposito:* Hic tres abbacias habuit, scilicet Tuiciensem, Werthinensem et Indensem. Novissime, cum episcopatum Osnaburgensem affectavit, veneno periit.
**) *Manus s. XVI. add.:* archiepiscopi Friderici primi avunculus.
***) *Manus s. XVI. add.:* de Siburg assumptus est.
+) *Manus s. XVI. add.:* de Siburg assumptus est.
++) *Manus s. XVI. add.:* Scripsit eciam Rupertus super euangelium Matthei opus de gloria et honore Filii h(ominis).

a) *locus unius verbi post* Rud. *rasus c.* b) ministealibus, *superscr.* ri *c.* c) iis *e corr. c.* d) antporta *corr.* anteporta *c.* e) Apokalips *c.* f) *verbum erasum c.* g) 3. *post add. c.*

1) Embt. Haec villa a quadam vidua donata est; cf. chartam ap. Lacomblet I, p. 161, nr. 250. 2) Holzklau, praef. Siegen. 3) Siegen. Sed haec ab aliis donata sunt; cf. chartam ap. Lacomblet I, p. 156, nr. 243. 4) Cf. de eis Jaffé, SS. XII, p. 624 sqq. 5) Editus SS. XII, p. 629 sqq. 6) Compluria opuscula omissa sunt. 7) A. 1129. vel 1130, Mart. 4; cf. SS. XII, p. 629, n. 51.

recepit; plurima aedificia ruinam minitantia reparavit; multa in cantu et moribus correxit, novissime multa sanctorum martirum et sanctarum virginum corpora de Colonia adducta huic aecclesiae introduxit. Hic ad anniversarium suum quaedam bona precio non mediocri a suis possessoribus redempta disposuit, scilicet decimam in Overich, quinque maldra tritici et quatuor siliginis persolventem, duo maldra etiam tritici et amam vini in Wadenheim, 30 quoque denarios Anturnacensis monetae vel quindecim Coloniensis in Gunderdorp[a]. Item 4 solidos de Langela solvendos et maldrum siliginis ad festivitatem sanctorum martirum et sanctarum virginum celebrandum constituit. Quae omnia per manus custodis transigenda disposuit, ut ipse ea recipiens, fratribus secundum tenorem privilegii super haec conscripti ministret; quod privilegium sigillatum[b] et inter alia privilegia conservatum necnon in regula conscriptum habetur. Idem etiam carratam vini de bono Heinrici cuiusdam clerici de Windense custodi pro supplemento annuatim dari constituit ad illuminandam criptam per annum cum oleo. Hic in vestibulo quod est in capella sancti Iohannis baptistae sepultus in pace quiescit.

1160. Hartpernus huius loci abbas 13. decimam de Ruleshovę[1] diu ab aecclesia alienatam auctoritate Romani pontificis[2] et archidiaconi aliorumque priorum iudicio recuperavit, mansiones 8 circa murum castri iuxta ortum nostrum incommode iacentes precio redemptas eidem orto nostro adiciens, muro circumdedit, possessiones multas antiquitus inbeneficiatas precio non mediocri redemptas aecclesiae contulit, aedificia plurima semiruta[c] restauravit; dum esset camerarius, calicem unum, dum esset cellerarius, calicem alterum de duabus marcis et stolam unam deargentatam et duas casulas utrasque rubeas aecclesiae
*f. 30. dedit, et tandem abbas factus[d], *casulam precioso aurifrigio insigniter decoratam et cappam similiter insignitam, pallium quoque multe amplitudinis, pallium aliud modicum et cappam precii mediocris 220 et una marcis comparans, ecclesie acquisivit; vadimonia quoque ecclesie ante decem annos exposita pro marcis 18 redemit.

Cetera Deo nota sunt.

Rembodo huius loci abbas 14. sub capella sancti Michaelis in claustro in pace quiescit.

Teodericus huius loci abbas 15. in capitulo sepultus est; qui dedit huic ecclesie tractum in Rheno et vineam in Remago.

Florentius 16; qui habuit duas abbacias, Tuiciensem et Indensem; ibique sepultus quiescit.

Godefridus huius loci abbas 17. in conventu ante Crucifixum in pace quiescit; ad cuius anniversarium abbas Bruno, successor suus, quatuor solidos statuit.

Bruno huius loci abbas 18.

Ioannes abbas decimus nonus.

Henricus abbas vicesimus.

Philippus abbas vicesimus primus.

Walterus abbas vicesimus secundus.

Ioannes abbas vicesimus tercius; hic bona huius monasterii, que suo tempore in esse et possessione fuerunt, parvo pergamenio libro diligenter conscripsit; ex quo etiam manifeste patet, quod predictus abbas cum grege suo non vescebantur carnibus, et regularis disciplina tunc in hoc monasterio viguit; in capella sanctorum Cosme et Damiani martyrum apud infirmitorium sepultus in pace requiescit.

Wernerus abbas vicesimus quartus.

Embrico abbas vicesimus quintus in capella sancti Stephani prothomartiris sepultus quiescit.

Otto abbas vicesimus sextus.

Franko de Leiten huius loci abbas vicesimus septimus, vir Deo admodum devotus. Hic anno millesimo . . . . . .[e] et sequentibus monasterium hoc laudabiliter rexit et ornamentis[f] aurifrigiis ecclesiam hanc valde adornavit; sub cuius regiminis cura monasterium istud cum officinis omnibus et parrochiali ecclesia Tuiciensi ab incolis civitatis Coloniensis violenter

a) *post. manu in loco raso c.* b) singill. *corr.* sigill. *c.* c) semi *e corr. c.* d) *syllaba* fac *desinit fol. 29'. et prima manus; in sequenti folio pergit altera manus s. XVI, fine primario operis procul dubio deleto; attamen paucae tantum lineae deletae et, nova membrana addita, usque* pro marcis 18 redemit *rescriptae videntur.* e) *una linea erasa c.* f) oram. *corr.* ornam. *c.*

1) Rolshoven. 2) Victoris IV. Cf. chartam ap. Lacomblet IV, p. 778, nr. 628; v. Pflugk-Harttung, Acta pont. I, p. 286, nr. 322.

destructum fuit; ob quam causam fratres in diversas mundi regiones dispersi fuerunt, et multa monasterii bona perierunt.

Alexander de Lulstorff abbas vicesimus octavus. Is, dum huius monasterii cellerarius esset, ad Romanam curiam contra cives Colonienses pro reedificatione monasterii mittitur; qui dum reparationem destructi monasterii necnon damnorum *perpessorum restitutionis *f. 30'. negotia viriliter executus fuisset, quemadmodum in legittimis documentis desuper confectis plenius continetur, atque Rome existens, moriente Francone abbate, per fratres conventuales Nussie in capella sancti Nicolai congregatos anno millesimo tricentesimo . . . . . .[a] decima vero nona mensis Februarii abbas eligitur. Iam eo confirmato, mediante domino Henrico[b] Coloniensi archipresule, bonorum temporalium separatio et divisio inter eum et fratres efficitur. Hic ante crucem in conventu requiescit.

Meinricus Fridach Markensis huius loci abbas vicesimus nonus in domo capitulari sepultus est.

Albertus de Steinhuis Montensis huius monasterii abbas tricesimus.

Henricus Laner de Breitbach abbas huius loci 31. sub capella sancti Michaelis in ambitu sepultus requiescit.

Bertoldus Spreng Markensis abbas 32. in domo capitulari sub matta sepultus quiescit.

Wilhelmus Laner de Breitbach huius monasterii abbas 33, vir stirpe preclarus ac moribus virtutibusque venerabilis, triginta novem annis hoc monasterium laudabiliter rexit. Qui licet in bonorum temporalium separatione olim apud dominum Alexandrum abbatem, predecessorem suum, instituta cum fratribus suis vixisset, nihilominus industria sua apud reverendissimos dominos Theodericum de Morsa[1], Ropertum palatinum Reni[2] et Hermannum lantgravium Hassie[3], archiepiscopos Colonienses, consiliarius constitutus, monasterium suum in multis destitutum instaurare et fratrum suorum dissolutam corrigere vitam curavit. Unde in primis debita inventa quam plurima solvit, bona monasterii, que perierant, recuperavit et ecclesiam ornamentis variis ingenti precio decoravit, pensiones, quibus monasterium onerabatur, redemit. Inter alias etiam quibus urgebatur curas cives Remagenses, decimas monasterio nostro dare recusantes et alia onera inconsueta curti nostre Remagensi imponere molientes, ad earundem decimarum solutionem et ab huiusmodi onerum inconsuetorum impositione, in Romana curia personaliter constitutus, ecclesiasticis censuris, maximis monasterii sui laboribus et expensis, domuit atque compescuit. Novissime, cum iam etate venerandus sospitate temporali premineret, anime sue et fratrum suorum salutem ac monasterii sui statum in spiritualibus reformare studuit. Habebat namque Hermannum Wanthoff priorem, Hermannum Giselberg cellerarium, Wilhelmum Kotzenrait *camerarium, Fredericum *f. 31. de Selbach presentiarium et pastorem in Disternich, Ioannem Berenkot infirmarium, Wilhelmum Soilbruggen[c] custodem, Iohannem Hertovelt vini custodem sive magistrum, Rutgerum de Petra pastorem in Remago et Wilhelmum de Wederstein monachos professos fratres conventuales, monasterium et conventum ut capitulares possidentes et representantes. Qui dum in separatione iam dicta olim instituta vixissent, eos et monasterium suum reverendissimi domini Hermanni archiepiscopi Coloniensis ac dominorum Iacobi Sancti Pauli Traiectensis, Andree Sancti Panthaleonis, Ade Sancti Martini Coloniensium[d] abbatum et validi viri Ioannis de Nesselrait prefecti Tuiciensis auxilio pariter et potentia reformavit et ad unionem Bursfeldensem redegit et submisit. At cum fratres conventuales prenominati unioni et reformationi colla submittere nollent, pensiones annuas pro sustentatione corporali eis et unicuique eorundem asscribi postularunt. Sicque conclusum est, quod quilibet eorum pro corporali sustentatione ad dies vite sue singulis annis ex fructibus monasterii 43 florenos Colonienses sibi assignari et persolvi obtinuit. Quibus assignatis, fratres predicti conventum, chorum et locum in capitulo resignarunt et illis renunciaverunt, tollentes omnia que proprie possidebant, et a monasterio successive[e] recesserunt. His peractis, viri religiosi fratres de unione Bursfeldensi reformati, videlicet Gerlacus de Breitbach pastor in Crufft[4], Tilmannus Triis prior, Andreas Campis, Petrus de Kuchenim, Hermannus de Hasselt, Ioannes Herbipolis, Henricus Horst de Nussia Beate Marie virginis Lacensis[5], Stepha-

a) *duo verba erasa c.* b) Frederico 3. comite a Sarwerden *add. recens m. in marg.* c) Soilbruggē *c.* d) Colonieñ *c.* e) successi'e *c.*

1) Archiepiscopum Coloniensem a. 1414—1463. 2) A. 1463—1473. 3) A. 1480—1508. 4) Kruft prope Andernach. 5) Laach.

nus et Ioannes Oisterwick, Sancti Martini Coloniensis[a] monasteriorum fratres conventuales professi, vocati ad capitulum et conventum atque capitulares huius monasterii instituuntur. Ad quorum manus venerabilis dominus Wilhelmus per egregium virum dominum Ottonem de Breitbach, prepositum Sancti Martini Wormaciensis etc., procuratorem suum, abbaciam Tuiciensem resignavit. Qua resignatione facta, fratres reformati ad electionem novi abbatis procedentes, servatis in via compromissi legittime servandis, honorabilem virum fratrem Gerlacum de Breitbach in abbatem huius loci elegerunt et prefecerunt. Et dum antedictus venerabilis pater Wilhelmus in reformatione existens et annum unum, menses tres supervixisset, tandem in senectute bona anno millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, 1492. Oct. 10. die vero sancti Gereonis et sociorum eius moritur et religiose ac monastice in capella *f. 31'. *sancti Ioannis baptiste apud baptisterium sepelitur, ubi in pace requiescit.

Gerlacus de Breitbach 34, domini Wilhelmi ex patre nepos, de monasterio Lacensi pastor in Cruifft, vivente eodem domino Wilhelmo abbaciam per liberam resignationem 1491 Iul. 18. dimittente, anno millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, die vero 18. mensis Iulii huius monasterii abbas eligitur. Qui post bonorum temporalium separationis ablationem, que ab Alexandro de Lulstorff abbate, predecessore suo, usque ad eum inter abbatem et conventum perduraverat, primus abbas in reformatione monastica sub unione Bursfeldensi cum fratribus suis apud antedictum dominum Wilhelmum institutis et depost cum aliis fratribus noviter collectis in communi vita regulariter vixit. Sed heu! dum antiqui monachi unionem et reformationem suscipere noluissent, pensiones eis ex monasterii bonis asscriptas multis annis dare artaretur et in diversis causarum litibus pro bonorum temporalium defensione ac ecclesiarum certarum incorporatione gravissimas pecuniarum summas persolvere cogeretur, haberetque ex incendiis et incomodis plurima atque gravissima damna: propter que monasterium suum pensionibus sub redemptione[b] usufructuariis et debitis manualibus gravare compellitur; unde etiam in persona propria Romam proficiscitur et cellerarium suum illuc bina vice mittit; in qua et in his partibus ecclesias parrochiales a monasterio diu alienatas incorporavit et bona huius monasterii contra principes et nobiles defendit et alienata ac per adversarios subtracta recuperavit aliaque bona plurima constancia et industria suis, quibus inter ceteras suas virtutes pollebat, operatus est, quemadmodum premissa in pluribus diversarum sentenciarum et executorialium ac incorporationum ecclesiarum litteris et bullis legentibus patent; quorum vigore monasterium nostrum multorum bonorum deperditorum possessionem consecutum est. Tandem memoratus dominus 1512. Iun. 7. Gerlacus laboribus et senectute bona fatigatus die 7. mensis Iunii[c] anno millesimo quingentesimo duodecimo inter fratrum suorum orationes religiose moritur et in capella sancte Helene ad latus Thomasse de Lemen, genitricis sue, in pace requiescens tumulatur[d].

---

*f. 32. *Hinricus Novesianus seu Nussiensis trigesimus quintus huius monasterii abbas fuit. Hic adolescens, nondum sacris ordinibus initiatus, anno 1491. cum aliis fratribus sex ex monasterio Lacensi ad hoc coenobium reformandum missus fuit. Quem cum dominus[e] Gerlacus de Breitbach, iam in abbatem Tuitiensem non diu confirmatus, iuvenem bone indolis, acris ingenii et agilis nature consyderaret, statim sub sacerdotium eius ex conventu evocans, illum cellarium suum ordinavit, pio quidem animo, verum non satis prudenti. Dolendum enim erat, quod tantum divini ingenii talentum terre infoderetur. Quod si ad sacras literas imbibendas expensum fuisset, mirum quantus homo evasisset. Illud igitur officium summa solertia administrans, varios ob iudiciarios strepitus huic monasterio irruentes a domino Gerlaco prefato bis Romam missus fuit et multas litium hinc inde pendentium causas industria et sedulitate sua ad executionis effectum perduxit. Deinde Roma secundo reversus, dum cellariatus regimen quindecim ferme annis administrasset, nescio, quisnam cacodemon nonnihil simultatis inter eos struxerit. Proinde Petro Cuhennen[f] ad instantiam reverendi[g] domini Gerlaci resignante, pastor Remagensis ordinatur, et postmodum anno 1512. abbas huius monasterii confirmatur sub Philippo Coloniensi archipresule. In quo dignitatis fastigio dum ageret annum trigesimum tertium, viam universe carnis ingressus 1545. Apr. 15. est, anno videlicet a Christo nato 1545, die 15. Aprilis, aetatis vero suae 76. Sepultusque iacet in sacello divi[h] Thome sacro. Hic in abbatialis dignitatis sue exordio multis pravorum hominum insidiis, technis et sycophantiis impetebatur, interim monachis suis, quoniam non

a) Colonieñ *c.* b) re..emptione *littera erasa c.* c) *e corr. c.* d) *dehinc reliquo spatio folii, circa 6 linearum, vacuo relicto, pergit in sequenti folio alia manus s. XVI.* e) d. *c.* f) Cuhēnē *c.* g) R. d. *c.* h) *post corr.* divo *c.*

satis synceriter, ceu suspitio erat, electio ipsius celebrata fuerat, dissidentibus ipsique obstrepentibus. Unde et duo magna incendia plus quam dici potest huic monasterio nociva oborta fuerunt, interim braxatorio, pistrino, equili et stabulis aliis cum decem vaccis combustis[a]; veruntamen tristia fata animo excutiens, viribus resumptis, omnia recuperavit et monasterium suum magnis et intollerabilibus debitorum et perpetuarum pensionum gravaminibus alleviavit. Verum litigiis deditus, nunc coacte, nunc animo suo nemini cedere volenti nimis severe indulgens, iudiciarium strepitum semper dilexit et offensam iniuriamque sibi illatam non facile, imo difficilime condonabat. Sed hoc ipsum sub mortem suam ad amussim correxit. Multos labores, quantum ad interiorem *simul ac exteriorem hominem attinet, exanclavit, nunquam otiosus, nunquam quietus reperiri a quoquam potuit. Aut negotia monasterii scriptis mandabat eaque currendo, equitando sollicitandoque defensabat provehebatque; aut aliis a consiliis erat; aut aedificia, ad que erigenda animum admodum propensum gerebat, erigebat. Precipua autem edificia ab eo constructa, preter ea que in cortibus diversis erexit, sunt hec: braxatorium una cum pistorio, domus magna et prelonga in corte que dicitur Ovile; anteriorem quoque et posteriorem chori partem prolongavit, chorum etiam tam inferiorem quam superiorem pulchris sedilibus et dive Chatharine altare artificiosa mensa adornavit. Pannos Veteris et Novi Testamenti imaginibus intextos resarciri curavit, ut in choro suspendi possent. Vitreas fenestras omnes in ecclesia et fere ubique in monasterio[b] per cuiusdam fratris Hermanni Coloniensis[c] nomine vigilantissimam[d] diligentiam[d] renovari fecit. Dormitorium a parte posteriore prolongavit, adiecta eidem cum suo transitu egregia cloaca. Barbitonsorium, officinas, balneum commode permutavit; molendinum construere elaboravit, magna interim expensarum copia exhausta; verum non successit, tantum magnam domum pro illo erigendo post braxatorium erectam collocavit. Equile quoque quadratum ex lateribus fieri fecit et ab horreo usque ad vineam hospitalis monasterium muro lateritio circumdedit. In Remago domum cum penario pro vinearum colono ex fundo construxit et lapideam domum proficue extructo testudineo penario renovavit. Ecclesiam insuper variis et preciosis ornamentis tum per se tum per alios cum quatuor calicibus illustravit. Multorum edificiorum aliorum fundamenta iecit, que partim ob graves, frequentes et insolitas exactiones a principibus inflictas, partim vero propter improvise mortis irruptionem perficere non potuit. Huius solerti diligentia opera Ruberti abbatis Tuitiensis, viri sane doctissimi, iam olim situ obducta, in lucem redierunt impressaque sunt. Perpessus est persepe sane cum apertas tum clancularias multorum nebulonum sycophantias, insidias et infestationes, sed ipse illis infracto animo obviam incedens, hydre monstrum fortissimi Herculis instar hasta sua confecit. Homo fuit agriculture multum deditus et mense frugalitati studens, ad nullius gratiam comedere aut bibere voluit, nisi[e] prandii aut cene tempore. Tandem, postquam successivis annis ad ordinem assumpsisset 26 fratres, senio confectus et prurientissimo impetigenis morbo aliquamdiu laborans, extremum clausit diem anno et die quibus supra. Cuius animam Christus Iesus refrigeret! Amen[f].

*f. 32'

INCIPIUNT[g] REVELATIONES TITULORUM VEL NOMINUM SANCTORUM MARTIRUM ET SANCTARUM[h] VIRGINUM. f. 50.

Anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi 1155, indictione 4, et continua novem sequentium annorum revolutione, Romanorum regente imperium Friderieho caesare, Romanae quoque aecclesiae pontificatum Adriano papa IIII. administrante, presidentibus ętiam per successiones sancte Coloniensi aecclesiae archiepiscopis, videlicet Arnoldo secundo, Friderico secundo et Reinoldo archicancellario, in aecclesia vero Tuiciensi Gerlacho abbate existente, levata sunt corpora sanctorum martirum et sanctarum virginum suburbio Coloniensis civitatis et adducta trans Renum in oratorium sanctae Dei genitricis et perpetuae virginis Mariae, quod est constructum a beato Heriberto, eiusdem loci patrono, in castro Divitensi; quorum nomina vel titulos in eorum sepulchris inventos et in archivis eiusdem aecclesiae reconditos ad posterorum noticiam idcirco scedulis et apicibus dignum duximus annotari, quia devotionem sanctorum martirum, quos preter opinionem cunctorum viventium oculis nostris transferri vidimus et quorum insuper corpora vel titulos e tumulis manibus

a) cūb. *c.* b) renovari *etiam h. l. add. c.* c) Colon̄ *post corr.* Colom̄ *c.* d) *virgula* m *signans super* a *erasa c.* e) n̄i *c.* f) *desinit tertia manus; quae recentiores addiderunt v. apud Lacomblet p.* 309 *sqq.* g) *rubro scr.* h) *s. v. c.*

nostris eruimus, in quibus etiam mille martiriorum signa et aspeximus et venerati sumus, artius posterorum memoriae commendare curamus. Singillatim ergo singulorum titulos, uti in lapidibus cum eis inventis exaratum esse perspicitur, incipientes a maioribus, hoc modo digessimus.

Titulus sancti Cyriaci papae.

Sanctus Ciriacus papa . . . .

Quecumque ergo sanctorum martirum nomina hactenus descripta sunt, eorum corpora in diebus domini Gerlaci abbatis, devotissimi eorum translatoris, advenerunt; quae vero deinceps sequuntur in tempore domini Hartperni abbatis, successoris eius, advenisse noscuntur.

Titulus sancti Evergisi archiepiscopi.

Sanctus Evergisus Agrippinensis archiepiscopus . . . .

f. 52. Descriptis in priori pagina nominibus titulisque sanctorum martirum, qui virilis sexus robore mundi gloriam calcantes, pro amore Ihesu Christi mortis atrocitatem appetiverunt, opere precium duxi, sanctarum etiam virginum, quae cum seculo et sexum vicerunt, nomina titulosque paginae sequenti inserere, ac primum illarum, quae in diebus domini Gerlaci abbatis, studiosissimi earum reconditoris, advenere, qui in eis colligendis, fovendis, honorandis, pervigili studio dies pariter continuabat et noctes.

Titulus sanctae Ursule reginae beatissime virginis.

. . . .

f. 52'. Haec quoque virginum corpora sanctarum, quarum nomina subiecta pagina descripta continet, in diebus domini Hartberni abbatis[a] advenisse noscuntur, in cuius utique tempore maiorem sanctorum virorum numerum quam feminei sexus huc venisse manifestum est.

f. 53. *Sancta Panafreta* — — *Binnidia v.*

Divinis flammeis visionibus frequenter admoniti[b] *et virtutis magnae magestatis martirii caelestium virginum imminentium ex partibus orientis exhibitus pro voto Clematius huc de proprio suo hanc basilicam voto quo debebat á fundamentis restituit. Si quis autem super tantam magestatem huius basilicae, ubi sanctae virgines pro Christi nomine sanguinem suum fuderunt, corpus alicuius deposuerit, exceptis virginibus, sciat se sempiternis tartari ignibus puniendum.*

Propter[c] huius tituli sententiam nullum corpus apud aecclesiam sanctarum virginum sepelitur.

f. 53'. Preter haec igitur sanctorum pignora, quorum nomina hic notata videntur, sunt et alia apud nos sine nominibus quidem in terra . . . . in secula seculorum. Amen.

---

f. 54. DE TRANSLATIONE SANCTI HERIBERTI NOSTRI PATRONI.

1147. Aug. 30. Anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi millesimo centesimo quadragesimo septimo, indictione decima, translatum est venerabile corpus sanctissimi patris nostri et confessoris Christi HERIBERTI Coloniensis archiepiscopi, fundatoris huius loci, tercio Kalendas Septembris, feria sabbati, hora diei tercia, a venerabili Arnoldo [primo[d]] Coloniensium archiepiscopo, anno episcopatus sui octavo, papatus vero beatae memoriae Eugenii tercii tercio, anno autem imperii gloriosi domini Cůnradi secundi octavo et filii eius Heinrici primo, porro Gerlaci abbatis huius loci duodecimi anno secundo. Acta sunt autem haec anno obitus et tumulationis beatissimi[e] confessoris centesimo 26. Feliciter[f].

Titulus ad caput eius in sepulchro inventus, in plumbea tabula descriptus.

Anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi millesimo vigesimo primo, 17. *Kalendas Aprilis obiit HERIBERTUS sanctae Coloniensis aecclesiae archiepiscopus. Qui de suo proprio sumptu hoc monasterium fecit.*

Iste similiter titulus ad pedes ipsius in sarcophago exaratus est inventus:

HERIBERTUS Coloniensis archiepiscopus, constructor huius aecclesiae, anno incarnati Verbi millesimo vigesimo ipsam consecravit in honorem Salvatoris mundi eiusque genitricis.

a) *vocabulum erasum c.* b) *ita c.; sed locus aperte corruptus.* c) haec — sepelitur *minio scr. c.* d) *post superscr. c.* e) beatissimo *corr.* beatissimi *c.* f) *litteris uncialibus longe distractis, vox fere totam lineam occupat.*

Quod post consecrationem huius aecclesiae non nisi uno vixerit anno.

Ex hiis itaque duobus epitaphiis constat, quia beatus pater et patronus noster Heribertus nonnisi uno anno post huius aecclesiae consecrationem in corpore mansit.

Hos[a] versus Malachias quidam Hiberniensis episcopus moriens suos discipulos docuit:

Spernere mundum, spernere nullum, spernere sese,
Spernere se sperni, quatuor haec bona sunt.

SUMMAM CUNCTORUM QUI NOSSE CUPIS CHRONICORUM, HAEC LEGE CONGESTA QUIS MILLE DOCEBERE GESTA. f. 55'.

Deus[b] universorum creator et conditor, qui in principio cuncta per verbum, id est per Filium suum, omnipotentia inenarrabili creavit, quique per eundem Filium suum, id est per verbum incarnatum, in fine saeculorum hominem omnipotentissima miseratione redemit, sicut sex diebus omnia condidit, ita per sex saeculi labentis aetates, a prima scilicet mundi creatione usque ad eius terminum, universa creata competenti ortu et defectu decurrere facit, donec tandem extremo interveniente iudicio, sicut ipse auctor rerum septimo die ab omni opere suo requievit, sic universa creatura ab omni ortu et defectu suo quiescente, perpetuum sabbatum, id est requiem perpetuae quietis, electos suos faciat introire.

De prima etate huius seculi.

Prima itaque aetas ab Adam usque ad Noe . . . .

Sexta saeculi etas.

Anno Caesaris Augusti 42 . . . .
Anno post passionem Domini 68, etatis autem suae 18. Simeon, Cleophae filius, Ierosolimorum episcopus crucifigitur.

De presidibus Rom. f. 58'.

Descripta regni destructione Iudaici et regum pontificumque eius defectione, ad principum tempora Romanorum crhonicae[c] nostrae series transferenda est.

Ac primum de presidibus Romanorum qui Iudeam procurabant dicendum est.

Contendentibus Aristobolo . . . . Hinc bellum Iudaicum exortum est.

De regibus Romanorum. f. 59.

Primus in Italia Ianus regnavit . . . .
Post haec idem Constantinus cum filio suo Romano puero a. 15. f. 62'.
Post hos Leo imperator efficitur.

Romano itaque imperio defectum patiente, ad reges Francorum summa potestatis hoc modo pervenit. f. 63.

Franci de origine Troianorum prodierunt. Post excidium enim Troianorum quidam profugi . . . . Ekk.
. . . .

Deiecto itaque per auctoritatem Zachariae Romani pontificis Hildeberto, qui solus supererat de regibus Francorum, isdem Pippinus in regno est sublimatus, ac deinde per Stephanum papam una cum uxore sua Berthrada filiisque Karolo et Karlomanno regali est unctione consecratus et in regno confirmatus anno dominicae incarnationis 754. f. 64. Ekk.

Defuncto itaque post multas res prospere gestas Pippino et in ecclesia sancti Dionisii humato, Karolus et Karlomannus, filii ipsius, regnum aequa sorte diviserunt. Sed Karlomanno post duos annos regni rebus humanis decedente, Karolus omnium Francorum consensu regni monarchiam solus optinuit. Qui quanta tam in divinis cultibus quam in humanis utilitatibus fecerit, iusserit atque dictaverit, qualiter orbem Romanum gladii terrore sapientiaeque strennuitate perdomuerit, quomodo totum fere orbem de paganismo ad christianitatem converterit, nec scriptorum historiae nec veterum narrationes nec tragicorum decantationes[d] ad unguem valent explicare. Pro magnitudine enim factorum Karolus Magnus est appellatus.

Hic a Leone papa imperator consecratus est Romae, 81.[1] ab Augusto, anno dominicae incarnationis 801[e], regni vero 33, ab Urbe vero condita 1552. Obiit[f] Aquisgrani anno aetatis 71, regni autem 46. Ekk.

82. Lodowicus, filius Karoli Magni, imperator factus, regnavit annis 26.
83. Lodowicus, superioris Lodowici filius, imperator factus[2], regnavit annis 36.
84. Karolus, iunior filius Lodowici qui fuit nepos Karoli, cum fratribus Karlomanno et Lodowico regnavit annis 11.
85. Arnolfus, filius Karlomanni, fratris Karoli iunioris, regnavit annis 12.
86. Lodowicus, Arnolfi imperatoris filius, admodum puer suscepit imperium et regnavit annis 12.
*87. Cůnradus, filius Cůnradi, regnavit annis 7. *f. 64.'

Karolorum ergo stirpe in regno Francorum deficiente, regni summa ad Saxones iam per Heinricum transfertur.

88. Heinricus, genere Saxo, filius Ottonis ducis, imperator factus[2], regnavit a. 17.
89. Otto Magnus, Heinrici filius, imperator factus, regnavit annis 38.

a) Hos — docuit *minio scr. c.* b) *magna littera initialis rubro.* c) *sic c.* d) decantiones *corr.* decantationes *c.* e) DCCCI *c.* f) biit, *littera initiali ab illuminatore omissa c.*

1) Numeri ab Ekkehardi computatione recedunt, qui hunc 73. numerat. 2) Haec falso addita sunt.

90. Otto secundus, Magni Ottonis filius, imperator factus, regnavit annis 9.

91. Otto tercius, secundi Ottonis filius, admodum puer imperator factus, regnavit ann. 17.

Sanctus Heribertus Coloniensis archiepiscopus claruit. Sanctus Adelbertus episcopus Pragensis civitatis martirizatur.

92. Heinricus secundus, dux Baioariorum, imperator factus, regnavit annis 24. Hic episcopatum Bavenbergensem constituit.

93. Cůnradus secundus imperator factus, regnavit annis 15.

94. Heinricus tercius, Cůnradi imperatoris filius, imperator factus, regnavit annis 17.

95. Heinricus IIII, Heinrici imperatoris filius, imperator factus, regnavit annis 42.

Hic, orto inter eum et apostolicum scismate, a tribus apostolicis anathematizatur, Gregorio videlicet, Urbano atque Paschali. Quapropter a filio et a regni primoribus desertus, tandem apud Leodium moritur vel, ut quidam dicunt, interficitur, corpusque eius a filio Spirae non sine apostolici permissu et consilio sepeliendum defertur.

Expeditio Ierosolimitana.

96. Heinricus quintus, predicti Heinrici filius, imperator factus est regnavitque annis 26.

Hic, cum consilio suae coniugis multa mala huic patriae irrogare vellet, pugna vali-
1115. dissima apud Welpsholt commissa a Saxonibus et Lotharingis vincitur; apud Anturnacum
1114. contractis Baioariorum et Suevorum immensis copiis belloque atrocissimo commisso, a
Friderico Coloniensi archiepiscopo suisque auxiliariis, regiis militibus vehementer attritis,
fugere compellitur. Obsessam deinde[1] Coloniam optinere non valens, dedecorose recessit.
Pari etiam modo milites eius, dum Tuicium castrum invadere conantur, repulsi ab episcopi
1125. militibus, turpiter aufugerunt. Tandem apud Tragectum mortuus vel, ut quidam *opinantur,
*f. 65. occisus, Spirae defertur iuxta patrem et avum sepeliendus.

97. Lotharius Saxo imperator factus, regnavit annis ...[a] Huius tempore pacem maxi-
mam tam saeculares quam aecclesiastici habuerunt. Nec fames aliqua terras occupavit. —
1130. Romana aecclesia dividitur, quibusdam Innocentium, quibusdam Anacletum sequentibus, ad
1137. quos concordandos[b] imperator bis Romam profectus est. Obiit Brůnswich ibique sepultus est.

98. Cůnradus Suevus regnavit annis ...[a] Expeditio secunda in Ierusalem.

1152. 99. Fridericus, filius Friderici ducis Alsaciae, imperator factus, regnavit annis ...[a]
1162. Hic omnes priores principes potentia supergressus, Mediolanum civitatem 4 annis obsessam
1163. cępit et in 4 parva oppida redegit[c]. Moguntinos quoque propter episcopi Arnoldi inter-
1159. fectionem vehementer humiliavit. — Romana aecclesia dividitur, aliis Victorem, aliis Ale-
xandrum sequentibus[d].

Descriptis[d] regibus Romanorum, quasi capite premisso, aliorum regnorum mentio sub brevitate est facienda, et sensim de maioribus ad minora progrediendum, quia omnia mundi regna in principio magna et fortia fuerunt, sed in novissimo ad exigua et infirma descenderunt[2].

. . . .

*f. 66. *De regnis barbaris.

Sunt etiam plurima aliarum nationum regna, quae, sicut ipsae gentes incerta prodierunt origine, ita nec certas sedes vel regni limites habuere, videlicet Gothi, Dani, Daci, Rugi, Heruli, Gepidi, Huni qui et Avares, Trucilingi, Alani, Wandali, Sarmathae, Winnuli qui et Langobardi, et aliae multae nationes barbarae, quae omnes de quadam Scythiae insula vocabulo Scanzia feruntur emersisse[3]. Hę gentes, dum multiplicarentur et natale solum eis ad habitandum nequaquam sufficeret, aliarum nationum regna sedesque cum totius fere Europae exterminio sibi vendicaverunt.

De Gothis.

Primum siquidem Gothi Alanos bello oppressos de suis sedibus, id est de Meotidis
Ekk. paludibus perturbantes[4], ibidem aliquandiu habitaverunt. Deinde in Mesia mansionem statuerunt, post haec iam humaniores et prudentiores effecti, supra mare Ponticum sedes habuerunt. Qui in duas gentes Ostrogothas et Wisigothas divisi, in tantam roboris eminentiam processerunt, ut á Romanis sepius in auxilium evocarentur, ipsam etiam omnium regnorum dominam Romam

a) *numerus deest c.* b) concond. *corr.* concord. *c.* c) redigit *corr.* redegit *c.* d) *reliquo spatio col.* 65ª *vacuo relicto, pergit col.* 65ᵇ.

1) Proelium Andernacense post obsidionem Coloniae commissum est, cui imperator non interfuit. 2) Sequuntur notitiae brevissimae de regnis Hebreorum, Assiriorum, Siciniorum, Aegiptiorum, Argivorum, Atheniensium, Micenarum, Albanorum, Lacedemonum, Corinthiorum, Medorum, Macedonum, Lidorum, Persarum, Asiae, Indorum, Syriae. 3) Cf. Ekk. p. 120. 4) Haec de Francis apud Ekk. leguntur.

sub Alarico rege obsessam caperent, sub regibus equę suis, Ermenrico, Genserico, Totila atque Thioderico, universis Italiae rebus potirentur. Hic est Thiodericus, cuius animam inclusus quidam a Iohanne papa et Simmacho patricio, quos inter alios iniuste occiderat, in olla Vulcani vidit iactari.

De Amazonibus.

Amazones quoque de Gothis. . . . . usque ad Iulium Cesarem regnaverunt.

*De Hunis. *f. 66'.

Hunorum gens talem fertur originem habuisse: Filimer . . . .

Subiectis igitur per circuitum nationibus cunctis, tandem Pannoniam, prioribus colonis eiectis, intrant possessuri. Quorum rex Attila, quem multo potentiorem prioribus regibus habebant, adunatis milibus quingentis, Italiam horribilis invasit, Galliam atque Germaniam pari formidinis horrore concussit, et totius pene Europae urbibus eversis, regionibus adnichilatis, quicquid attingere poterat velut ignis adurens vel ut turbo dispergens absumebat. Qui inter cetera flagitia sua exercitum 11000 virginum, dum Coloniam[a] obsideret, cum omnibus qui cum ipsis erant extinxit. Hic est Attila rex Hunorum et Ermenricus atque Theodericus reges[b] Gothorum, quorum actus vel preconia veterum narrationibus tragicorumque decantationibus orbe toto declamantur. Erant autem[c] Huni pagani, Gothi vero omnes Arriani tali ex causa facti sunt. Petierunt . . . . Arriani sunt effecti.

De Gepidis.

Gepidorum reges . . . . ignotas sedes querere compulerunt.

De Herulis. f. 67.

Gens Herulorum . . . . pugnarent.

De Longobardis.

Langobardi similiter ex predicta insula prodierunt; qui quanta fecerint, quomodo primo Pannoniam, pristinis habitatoribus expulsis, optinuerint, qualiter etiam sub Alboin rege suo Italiam expugnaverint omnibusque diviciis eius potiti sint, quisquis historiam de hiis conscriptam legerit, agnoscet. Stetit autem regnum Langobardorum usque ad Desiderium ultimum regem eorum. Karolus igitur rex Francorum, augustus Romanorum, predictum Desiderium regem apud Papiam obsessum cepit et tam regnum Langobardorum quam omnia alia barbarica regna, de quibus nunc diximus, destruxit eorumque nomen vel potentiam de Romani regni finibus exterminans, monarchiam imperii Romani solus optinuit. Ut ergo de hiis omnibus verum fateamur, ex Scythia non tam homines quam humani generis hostes emerserunt, qui auctore Deo per Karolum Romanum imperatorem adnihilati[d] sunt.

---

*HIIS VIGUIT PAPIS ROMANAE GLORIA SEDIS. *f. 67'.

Sicut dominus noster Ihesus Christus orientis partes sua corporali presentia voluit illustrare, sic occidentis plagam per summos[e] aecclesiae doctores ad fidem sui nominis adnuntiandam dignatus est visitare.

Primus[f]. Princeps itaque apostolorum Petrus, fundata primum Antiochena aecclesia, 4. anno Claudii Romam venit ibique in episcopatu 25 annis sedit, 14. Neronis anno per crucem martirizatus, ibidem sepelitur. L. pont. Ekk.

Sub Petro. Linus, a beato Petro episcopus ordinatus, sub eo predicabat, pontificatuque annis 12, mensibus 3, diebus 13[1] peracto, secundo Titi anno martirizatur et in Vaticano sepelitur. L. pont.

Sub Petro. Post quem Cletus, ab eodem Petro ordinatus, mansit in episcopatu annis 12, mensem unum, dies[g] 11, et sub Domiciano, fratre Titi, martirizatus, iuxta beatum Petrum sepelitur.

Secundus post Petrum. Secundus post Petrum Clemens apostolicae sedi prefuit annis 9, mensibus 2, diebus 10. Hic ab Aufidiano duce in mare dimersus, ibidem quiescit[2].

3. Tercius Anacletus sedit annis 12, mensibus 2, diebus 10. Hic ad sacrificandum ductus, idolis sacrificavit, sed mox penitentia ductus, capite plexus[h] est. Martyr.

4. Quartus Euaristus sedit annis 9 et sub Traiano est passus. L. pont.

Quintus. Alexander sedit annis 10, mensibus 2, diebus 10. Hic aquam aspersionis cum sale constituit benedici; sub Traiano passus est.

a) *inter* i *et* a *littera erasa c.* b) rex *corr.* reges *c.* c) *superscr. c.* d) h *in loco raso c.* e) o *e corr. c.* f) *hi numeri minio in fine primae vel ultimae lineae cuiusque pontificis scripti sunt in c.* g) dees *corr.* dies *c.* h) pl. e. *in fine sequentis lineae antea scriptum est, cum in hac linea spatium non superesset, et ideo recens m. in marg. hic suppl.* plectitur.

1) Numeri annorum, mensium, dierum persaepe nimis corrupti a codicibus Lib. pont. differunt, quod singulis locis non notatum est. 2) Cf. Vit. Clement., Surius VI, p. 516.

L. pont. Sextus. Sixtus primus sedit annis 10, mensibus 2, die 1. Hic constituit, ut inter missarum sollempnia *Sanctus Sanctus Sanctus* decantaretur, et sub Adriano imperatore martirio coronatur.

Septimus. Tellesphorus sedit annis 11, mensibus 3, diebus 21. Hic ieiunium quadragesimale constituit, et in nocte dominicae nativitatis missas celebrari et ymnum angelicum decantari statuit. Passus in Vaticano sepelitur.

Octavus. Ygynus sedit annis 4, mensibus tribus, diebus 3. Hic constituit clerum et gradus aecclesiasticos distribuit.

Nonus. Anicetus sedit annis 11, mensibus 4, diebus 3. Hic constituit, ut clericus comam non nutriret. Passus sub Severo et Marco, in cimiterio Calixti sepultus est.

Decimus. Pius sedit annis 18, mensibus 4, diebus 3. Sub huius tempore Hermes librum conscripsit qui appellatur Pastor.

*f. 68. Undecimus. *Sother sedit annis 9, mensibus 6, diebus 21. Hic constituit, ut nulla monacha in aecclesia aliquid sacrati contingat nec incensum ponat. Sepultus est in cimiterio Calisti.

Duodecimus. Eleutherius sedit annis 15, mensibus 3, diebus 8.

Tercius decimus. Victor primus sedit annis 10, mensibus 2, diebus 10. Hic pascha die dominico constituit celebrari, et ubicumque quilibet mortis urgeretur periculo, a qualibet persona sub trina dimersione eum statuit baptizari. Sub Severo principe martirio coronatur.

Quartus decimus. Zephirinus sedit annis 9, mensibus 7, diebus 10. Hic constituit, ut nullus sacerdos vel diaconus ordinetur nisi in presentia clericorum et laicorum.

Quintus decimus. Calistus sedit[a] annis 6, mensibus 2, diebus 10. Passus est sub Alexandro imperatore.

Sextus decimus. Urbanus primus sedit annis 3, mensibus 10, diebus 13. Hic[1] constituit, ut nulla esca a chri- Ekk. stianis repudiaretur, quae esset rationabilis et humana. Passus est sub Alexandro.

L. pont. Septimus decimus. Pontianus sedit annis 9, mensibus 5, diebus 2. Passus sub Maximino imperatore, in cimiterio cf. Ekk. Calisti est sepultus.

Octavus decimus. Anterus sedit annis 12, mense 1, diebus 12. Passus sub Maximino, in cimiterio Calisti est sepultus.

Nonus decimus. Fabianus sedit annis 25, mensibus 11, diebus 11. Passus sub Gordiano, in cimiterio Calisti est sepultus.

Vigesimus. Cornelius sedit annis 2, mensibus 2, diebus 3. Hic Novatum presbiterum penitentiam[b] denegantem, habito concilio 60 episcoporum totidemque presbiterorum, dampnavit et de aecclesia expulit[2]. Passus in cimiterio Calisti sepelitur.

Vigesimus primus. Lucius sedit annis 3, mensibus 3, diebus 3. Hic constituit, ut duo presbiteri et tres diaconi in omni loco episcopo adhererent propter testimonium. Passus sub Valeriano et Gallieno, via Appia ad Sanctum Sixtum[c,3] est sepultus.

Vigesimus secundus. Stephanus sedit annis 7, mensibus 5, diebus 2. Hic constituit, ut clerici sacris[d] vestibus[d] in cotidiano usu non habeant nisi tantum in aecclesia. Passus est sub Valeriano et Gallieno hora sancti sacrificii.

Vigesimus tercius. Sixtus secundus sedit annum 1, menses 10, dies 23. Passus est sub Decio et Valeriano imperatoribus.

*f. 68'. *Vigesimus quartus. Dionisius sedit annis 7, mensibus 2, diebus 3. Hic aecclesias presbiteris et parrochias diocesibus dedit.

Vigesimus quintus. Felix primus sedit annis 5, mensibus 3, diebus 25. Hic constituit, supra memorias martirum missas celebrari. Passus est sub Claudio.

Vigesimus 6. Euticianus sedit anno 1, mense 1, die 1. Hic constituit, fruges et uvas novas super altare benedici. Qui temporibus suis per diversa loca 341 martires manibus suis sepelivit. Passus est sub Aureliano imperatore.

Vigesimus septimus. Gaius sedit annis 11, mensibus 4, diebus 12. Hic constituit, ut per omnes primum aecclesiasticos gradus ascenderet quisquis episcopus esse deberet. Passus est sub persecucione Diocleciani[e].

Vigesimus octavus. Marcellinus sedit annis 9, mensibus 3, diebus 25. Passus est sub Diocleciano et Maximiano imperatoribus.

Vigesimus nonus. Marcellus sedit annis 5, mensibus 7, diebus 12. Hic titulos 25 et cimiteria multa constituit Martyr. propter baptismum et propter sepulturas martirum. Qui precepto Maximiani primo fustibus cesus, deinde ad custodiam L. pont. animalium deputatus est, ibique post multas afflictiones defunctus, in cimiterio Priscillae est sepultus.

Trigesimus. Eusebius sedit annis 7, mense 1, diebus 3. Hic hereticos, quos invenit in Urbe, per manus impositionem reconciliavit. Sub huius tempore crux dominica reperitur, et Iudas baptizatur.

31. Melciades sedit annis 4. Hic constituit, ut in die dominico et in quinta feria nullus ieiunaret. Heresis Arriana coepit.

32. Silvester primus sedit annis 23, mensibus 10, diebus 11. Hic cum multa admiranda fecisset, baptizato Constantino Romanorum augusto, omnes fere Romanos ad Christum convertit et honorem beato Petro magnum adquisivit. A quibusdam etiam fertur, quod sub isto papa crux dominica sit inventa. Cessante persecutione, hereses sunt exortae.

33. Marcus sedit annis 2, mensibus 11, diebus 20.

34. Iulius sedit annis 15, mensibus 2, diebus 6. Hic sub Constantio Arriano exilium passus, post eius mortem ad suam sedem est reversus.

Trigesimus quintus. Liberius sedit annis 6, mensibus 3, diebus 4.

*f. 69. 36. *Felix secundus sedit annis[f] 1, mensibus 3, diebus 2. Hic a Constantio[g] imperatore Arriano ab episcopatu L. pont. et Ekk. eiectus, habitavit in predio suo, sed agentibus postea hereticis, in civitatem ductus, capite truncatus est.

a) *bis scr. c.* b) penitenteam *corr.* penitentiam *c.* c) *post* S. *littera erasa c.* d) *sic c.* e) Dioclic. *corr.* Dioclec. *ead. m., sed alio atram.* f) *post corr.* anno *c.* g) Constanteo *corr.* Constantio *c.*

1) Ita Lib. pont. de Eleutherio refert. 2) Cf. Euseb. Hist. eccl. VI, 43. 3) *In cimiterio Calixti* Lib. pont.

Trigesimus septimus. Damasus sedit annis 18, mensibus 3, diebus 11. L. pont.

38. Syricius sedit annis 15. Hic 15 decretales epistolas edidit.

39. Anastasius primus sedit mensibus 2, diebus 10. Hic Manicheos dampnavit; ut nullus transmarinus in clericatum susciperetur nisi episcopi sui testimonio, constituit; et, ut non[a] sederetur, cum euangelia recitantur in aecclesia, precepit. Martyr. L. pont.

Quadragesimus. Innocentius primus sedit annis 15, mensibus 2, diebus 21. Hic Pelagianistas et Catafrigas hereticos dampnavit.

41. Zosimus sedit anno 1, mensibus 3, diebus 11. Hic constituit, ut nullus clericorum in publico propinaret nisi tantum in cellis aecclesiasticorum.

42. Bonefacius primus sedit annis 3, mensibus 8, diebus 7. Hic constituit, clericum servum non fieri nec obnoxium curiae.

43. Cum hoc ordinatur Eulalius uno die, et fit dissensio in clero et populo.

44. Celestinus primus sedit annis 8, mensibus 10, diebus 17.

45. Syxtus tercius sedit annis[b] 8, diebus 18. Is criminatorem suum Bassum mortuum manibus suis sepelivit honorifice apud Sanctum Petrum.

46. Leo primus sedit annis 21, mense 1, diebus 13. Hic doctrina exuberans hereses duas, Euticianam et Nestorianam, detexit atque dampnavit. Hic etiam adiecit in canone *Sanctum sacrificium*, et monacham non velari nisi probata virginitate[c].

47. Hilarius sedit annis 6, mensibus 3, diebus 10.

48. Simplicius sedit annis 16, mense 1, diebus 7. Hic Acatium Constantinopolitanum et Petrum Alexandrinum episcopos Euticianos dampnavit.

51.[d] Felix tercius sedit annis 8, mensibus 11, diebus 17.

52. Gelasius sedit annis 4, mensibus 8, diebus 18.

53. Anastasius secundus sedit annis 1, mensibus 11, diebus 24.

54. Simmachus sedit annis 15, mensibus 7, diebus 17. Cum hoc ordinatur Laurentius uno die, et fit dissensio in clero et populo. Sed Simmachus per Theodericum regem confirmatus, Manicheos in Urbe repertos *dampnavit, et constituit in dominicis diebus et in sanctorum festis *Gloria in excelsis* cantari. *f. 69'.

55. Hormisda sedit annis 9, diebus 17. Hic composuit clerum et psalmos fecit decantari.

56. Iohannes primus sedit annis 2, mensibus 9, diebus 16.

57. Felix quartus sedit annis 4, mensibus 2, diebus 14.

58. Bonefacius secundus sedit annis 2, diebus 26. Cum hoc et Dioscorus ordinatur per dissensionem, sed cito moritur.

59. Mercurius, qui et Iohannes secundus, sedit annis 2, mensibus 4, diebus 6.

Sexagesimus. Agapitus primus sedit mensibus[e] undecim, diebus 16.

Silverius[f] sedit anno 1, mensibus 5, diebus 26. Huius tempore fames magna fuit.

62. Vigilius sedit annis 19, mensibus 6, diebus 26.

63. Pelagius primus sedit annis 11, mensibus 10, diebus 18.

Sexagesimus[g] quintus. Iohannes tercius sedit annis 12, mensibus 11, diebus 26. Quem Theodericus rex in carcere necavit[1].

66. Benedictus primus sedit annis 4, mense 1, diebus 28.

67. Pelagius secundus sedit annis 10, mensibus 2, diebus 10.

68. Gregorius primus sedit annis 13, mensibus 6, diebus 10. Hic doctor eximius Anglorum gentem per Augustinum, Mellitum et Iohannem ad Christum convertit, et in canone adiecit *Diesque nostros in*[h] *tua pace disponas*.

69. Sabinianus sedit anno 1, mensibus 5, diebus 9.

Septuagesimus. Bonefacius tercius sedit mensibus 8, diebus 22. Hic Romanam aecclesiam omnium aecclesiarum primam scribi[i] fecit.

71. Bonefacius quartus sedit annis 6, mensibus 8. Hic Pantheon templum idolorum a Phoca cesare optinuit et in honore omnium sanctorum consecravit.

72. Deusdedit sedit annis 3, mense uno.

73. Bonefacius quintus sedit annis quinque.

74. Honorius I. sedit annis 12, mensibus 11, diebus 13. Qui multa bona fecit in aecclesia.

75. Severinus[k] sedit mensibus 2, diebus 3.

76. Iohannes quartus sedit anno[l] 1, mensibus 8, diebus 18.

77. Theodorus sedit annis 6, mensibus 5, diebus 18.

78. Martinus sedit anno 1, mense 1, diebus 26. Hic a Constante heretico[m] in exilium propter katholicam fidem missus, ibidem defunctus est.

79. Eugenius primus sedit annis 2, mensibus 9, diebus 24.

*Octuagesimus. Vitellianus sedit[n] annis 23, mensibus 6. *f. 70.

81. Adeodatus sedit annis 4, mensibus 2, diebus 5.

82. Donus sedit anno 1, mensibus 5, diebus 10.

83.[o] Agatho sedit annis 2, mensibus 6, diebus 4. Hic, sinodo 120 episcoporum Romae collecto[2], hereticos unam in Christo operationem docmatizantes dampnavit.

Octuagesimus quartus. Leo secundus sedit mensibus 10, diebus 17. Hic constituit, ut, qui archiepiscopus ordinatus fuerit, nullam consuetudinem pro usu persolvere debeat pallii.

a) *superscr. c.* b) *saepius* ann̄ *et* men̄ *abbreviatum c.* c) *suppl.* constituit. d) *numerus* 49. *omissus est, et in ultima linea praecedentis falso additum* Quinquagesimus. e) ann. *corr.* mensibus *c.* f) *numerus* 61. *omissus, quia nullum spatium illuminatori relictum erat.* g) *numerus* 64. *iterum falso in fine praecedentis additus est.* h) i. t. p. d. *c.* i) scribii *c.* k) *tota linea in loco raso c.* l) annis *corr.* anno *c.* m) h *corr. ex* a *c.* n) a. s. *corr.* s. a. *c.* o) *hic numerus in fine primae lineae sequentis c.*

1) Haec falso de Iohanne III. dicta, Iohanni I. tribuenda. 2) Quae in Libro pontificali de concilio Constantinopolitano narrantur, male intellecta sunt.

L. pont. 85. Benedictus secundus sedit mensibus 10, diebus 12.
86. Iohannes quintus sedit anno 1, diebus[a] 9.
Octuagesimus septimus. Conon sedit mensibus 11, qui in duorum electione tercius assumptus est.
88. Sergius sedit annis 13, mensibus 8, diebus 23. Qui similiter in dissensione duorum tercius est assumptus. Hic etiam infra actionem *Agnus Dei* constituit decantari.
89. Iohannes sextus sedit annis 3, mensibus 2, diebus 12.
Nonagesimus. Iohannes septimus sedit annis 2, mensibus 8.
91. Sisinnius diebus 20.
92. Constantinus annis 7, diebus 15.
93. Gregorius secundus annis 16, mensibus 9, diebus 11.
94. Gregorius tercius annis 8, diebus 25.
95. Zacharias annis 10, mensibus 4, diebus 14.
96. Stephanus secundus annis 6.
97. Paulus annis 10.
98. Stephanus tercius annis 4.
99. Adrianus primus annis 24.
Herim. 100. Leo tercius sedit annis 20. Hic in laetania maiore a Romanis excecatus, ad Karolum Magnum profectus est, et ab eo[b] cum dampno Romanorum suae sedi restitutus est
L. pont. 101.[c] Stephanus IIII. mensibus 7.
102. Pascalis primus annis 7.
103. Eugenius secundus annis 3.
104. Valentinus diebus 40.
105. Gregorius IIII. annis 16.
106. Sergius II. annis 3.
107. Leo quartus annis 9.
108 Benedictus III. annis 2, mensibus 6.
109. Nikolaus annis 9.
110. Adrianus II. annis 5, mensibus 6.
111. Iohannes VIII. annis 10.
112. Marinus I. anno 1, mensibus 6.
113. Adrianus III. anno 1, mensibus 3.
114. Stephanus[d] quintus annis 6.
115. Formosus annis 3, mensibus 7.
116. Bonefacius VI. diebus 15.
Herim. *f 70'. Centesimus septimus decimus. Stephanus sextus anno 1. *Qui Formosum papam octavo post obitum mense effossum et in sella positum, loquente pro eo diacono, criminatum et quasi convictum degradavit et per crura de aecclesia protractum in Tyberim proici precepit. Sed divinis per merita eius miraculis territi cives Romani non multo post tempore Stephanum digne cruciatum eiecerunt Formosumque in suum sepulchrum reposuerunt.
118. Romanus mensibus 4.
119. Theodorus secundus diebus 20.
120. Iohannes nonus annis 2.
121. Benedictus IIII. annis 3, mensibus 5.
122. Leo quintus mensibus 2.
123. Christoforus mensibus 3.
124. Sergius III. annis 7, mensibus 4.
125. Anastasius II. annis 2, mensibus 2.
126. Lando mensibus quinque.
127. Leo[1] sextus mensibus 2.
128. Iohannes X. annis 14, mensibus 2.
129. Stephanus VII. annis 2, mense 1.
130. Iohannes XI. annis 4.
131. Leo septimus annis 3, mensibus 6.
132. Stephanus VIII. annis 3, mensibus 4.
133. Marinus secundus annis 3, mensibus 6.
134. Agapitus II. annis 10.
135. Iohannes XII. annis 8, mensibus 4.
136. Leo octavus annis 2.
137. Iohannes[2] XIII. annis 7.
138. Benedictus V. anno 1, mensibus 10.
139. Benedictus VI. annis 9.

a) m. *corr.* di. *c.* b) *superscr. c.* c) CII. *corr.* CI, *et sic sequentes numeri* — CVIIII. *unitate maiores primo scripti, correcti sunt.* d) *tota linea in loco raso c.*

1) Hic falso ante Iohannem X. positus. 2) Male ante sequentem positus.

140. Iohannes XIIII. mensibus 8[1].
141. Iohannes XV. annis 10, mensibus 7.
142. Gregorius V. annis 3, mensibus 9.
143. Gerbertus, qui et Silvester II, annis 5.
144. Iohannes[2] XVI. anno 1.
145. Iohannes XVII. annis 6.
146. Sergius IIII. annis 12.
147. Iohannes[3] XVIII.[a] annis 9.
148. Benedictus nonus annis 12.
149. Damasus II. diebus 30.
150. Leo nonus, qui et Bruno, annis 5.
151. Victor secundus[b] annis 3.
152. Stephanus VIIII.[c] mensibus 9.
153. Benedictus X. mensibus 7.
154. Nikolaus II. annis 3.
155. Honorius secundus[4].
156. Alexander secundus.
157. Gregorius VII. depositus.
158. Victor tercius.
159. Clemens secundus[5].
160. Urbanus secundus.
161. Pascalis . . . .[d].
162. Iohannes anno 1, qui[e] et Gelasius.
163. Calixtus secundus.
164. Honorius III.
165.[f] Innocentius secundus et cum eo Anacletus. Romana[g] aecclesia dividitur, aliis alium sequentibus. Tandem Innocentius prevaluit.
166. Caelestinus secundus annis 2.
167. Eugenius III.[h] annis 9.
168. Lucius[6] anno 1[i]. Vir sanctissimus et aecclesie Tuiciensis* patro[nus][k] . . . *f. 71.
169. Anastasius . . . .
170. Adrianus . . . .
171. Victor . . . . Aliis [Victorem, aliis] Alexandrum . . .
. . . . em . . . . liter . . . .*

*) *Alia manu nomina et anni addita sunt* Innocentius III; *nomina praeterea:* Honorius, Gregorius. *In altera columna f.* 71. *catalogus abbatum scriptus erat, ex quo utpote eraso haec tantum legi potuerunt:*
Radolfus abbas secundus recturus . . . . . .
Werinboldus abbas tercius.
Otto abbas quartus.
Hartmannus abbas quintus.
. . . . abbas sextus.

a) XIIII. *corr.* XVIII. *c.* b) *erasum c.* c) VIII. *corr.* VIIII. *c.* d) *verbum erasum c.* e) q. et G. *alio atramento post ins. c.* f) *numerus infra positus; v. n. i.* g) R. ae. d. a. *in loco raso c.* h) IIII. *radendo corr.* III. *c.* i) *hoc loco numerus* 165. *ad Innocentium pertinens scriptus est.* k) *omnia quae in f.* 71. *scripta erant erasa sunt, de quibus perpauca legi potuerunt.*

1) Omissus Bonifacius VII. 2) Ante praecedentem collocandus. 3) Omissi Gregorius VI. et Clemens II. 4) Antipapa Cadalus. 5) Tertius antipapa. 6) Hic falso post Eugenium positus est.

MONUMENTA AQUICINCTINA.

De monasterio Aquicinctino in Flandria orientali (Anchin) saec. XII. non solum ii retulerunt qui breves annales composuerunt (SS. XVI, p. 503*) et Sigeberti chronicon additamentis et continuatione ampla auxerunt (SS. VI, p.* 392. 405*), sed etiam peculiaribus libris duo eius sodales fundationem et gesta abbatum exposuerunt, alter, qui, vita Gosvini abbatis absoluta, initiorum coenobii historiam adumbravit, alter qui ad sua usque tempora eandem breviter conscripsit. Sunt qui illum Alexandrum abbatem, Gosvini successorem, qui annis* 1166—1174. *sedit, habeant*[1]*; hic paullo post, Alexandro mortuo, Simone abbate electo (a.* 1174*), calamum deposuit*[2]*. Ille ea tantum quae in monasterio tradebantur retulisse videtur, paucis fortasse ex donationum chartis additis; hic iis usus est quae Sigeberti chronico de monasterio condito et primis abbatibus inserta erant, post vero ex fama et fidelium virorum relatione se hausisse profitetur*[3]*; praeterea abbatum epitaphia et epistolas quasdam ad eos datas recepit; Gosvini gesta iam scripta praeteriit, sed litteras ab Alexandro abbate de eius morte scriptas sibi vindicavit.*

*Nonnisi breve fundationis fragmentum iam est impressum (Gibbonus, Vita Goswini p.*260*; Bouquet cont. XIV, p.*40*; Acta SS. Oct. IV, p.*1086*). Nunc utrumque opusculum, in codicibus coniunctum, proponendum duximus, his subsidiis adiuti:*

1) Codex bibliothecae publicae **Duacensis** *nr.* 827 *(antea* 773*), chart. s. XV. ex. vel XVI. in. (non XIII, ut in catalogo impresso*[4] *dicitur), satis diligenter exaratus et litteris initialibus minio scriptis ornatus, saec. XVII. nomine F. de Bar inscriptus. Varia opuscula ad historiam Aquicinctini praesertim monasterii pertinentia continet: f.* 1. *Epitaphium abbatis Gosvini (v. infra ad c.* 8. *Historiae); f.* 1'. *Fundationem; f.* 12. *Historiam monasterii; f.* 31—54'. *Vitam Gosvini breviorem; f.* 53—60'. *carmina in laudem Gosvini; f.* 60'—80. *tractatum de doctrina Gosvini*[5]*; f.* 81—86. *'Carmen elegiacum de domno Gossvino abbate Aquicinctensi'; f.* 86—90'. *De lite Elnonensis et Hasnoniensis coenobiorum (supra p.* 158—160. *ex codice Valentianensi); f.* 90'. *Epistolam*[6] *Roberti comitis Flan-*

1) Bouquet cont. XIV, p. 442. 2) Certe ante a. 1181. scripsit, quo nova ecclesiae fundamenta iacta sunt; Ann. Aquic., SS. XVI, p. 505. 3) C. 3; cf. c. 5. de Stephano monacho. 4) 'Catalogue des manuscrits des départements' VI, p. 550; a Bethmanno, 'Arch.' VIII, p. 429. praetermissus. 5) Incipit: *Pars secunda de noviciis instruendis. Age nunc, quoniam in pretaxato libello nonnulla de moribus venerabilis abbatis Gozvini noticie fidelium literarum apicibus transmisimus, placet, ut etiam aliqua de doctrina eius sequentibus sub stili brevitate relinquamus.* 6) Hanc hoc loco exhibendam duximus: *Item hec epistola sequens in antiquo exemplari addita erat in calce narrationis predicte. R[otbertus] senior*[a] *filio suo R[otberto] comiti salutem. Mando dilectioni tue, ut finem facias dissentionis atque contentionis diu habite inter abbatem Sancti Amandi et abbatem Hasnoniae propter interruptam et disruptam super flumen Scarpe viam, ita ut, considerata abbatis Sancti Amandi super hoc meliori iustitia, eandem viam sicut modo est facias permanere. Quodsi non ut equum est illud diffinire vel finire volueris vel potueris, inducialam permanere*[b] *permittas causam utrorumque, donec in presentia nostra melius finiatur, ita tamen ut eadem via ita ut modo est usque tunc permaneat pervia. Vale!* a) R *add. sed del. c.* b) permare *c.*

drensis, quae ad litem illam pertinet. Hanc descripsit, necnon codicis lectionem enotavit socius noster O. Holder-Egger.

2) Codex musei Britannici Harlei. nr. 4441, *chart. s. XVI, f.* 487′ *sqq., ex quo primam fundationis partem nobis communicavit V. Cl. Bishop, integra opuscula descripsit b. m. R. Pauli. Manu secunda nonnulla emendata sunt vel mutata.*

3) Codex bibliothecae publicae Ambianensis nr. 499, *chart. s. XVII, f.* 134—149′, *parum diligenter exaratus, quem ipse contuli; contextum praebet non paucis locis arbitrarie mutatum.*

Omnes codices ad antiquius exemplar recedunt, quod ita restituere conatus sum, ut praesertim 1 sequar, ubi vero 2 et 3 conveniunt, eorum lectionem saepius praeferam, scribendi rationem saec. XV. vero emendem. *G. W.*

FUNDATIO MONASTERII AQUICINCTINI.

PROLOGUS[a] IN HISTORIA AQUICINCTENSIS COENOBII.

Quantae utilitatis quantaeque felicitatis existat erga silentii disciplinam animum exercere, licet multis sanctorum erudiamur exemplis plerisque phylosophorum[b] instruamur documentis, specialius[c] tamen ille summae non insegnis[d] executor phylosophiae subtilius intonando[e], quasi quodam fistulae caelestis nos informat oraculo: *Cultus,* inquit, *iustitiae* Es. 32, 17. *silentium et pax.* Sed quoniam iuxta illius sapientis edictum 'omnia tempus[f] habent', procul Eccl. 3, 1 dubio, sicut ignaviae est in tempore silentii loquacitati[g] remissius insistere, sic e converso sapientiae verbum bonum et utile in tempore suo fidelibus ministrare. Absit enim, ut ibi innocentiae detrectari[h] legique iustitiae obviari fateamur, ubi non vanitas, sed caritas seminatur, nec falsitas[i], sed veritas predicatur. Quia igitur, aspirante Domino, de eruditione novitiorum, sed et de doctrina venerabilis viri Gosvini[k] Aquicinctini coenobii[l] abbatis superius pretaxatis[m] libellulis plenius disputavimus, subit animum etiam[n] de situ eiusdem loci, necnon a quibus et a quantis viris prima[o] ipsius fundamenta iactata[p] sint, aliqua perstringere eorumque exempla, quorum nimirum laus est in ecclesia, nomina vero in libro vitae, generationi[q] omni quae ventura est tamquam decentissimam[r] cui imprimant formam, silentio[s] hactenus deformatam, litterarum utcumque[t] figuris[u] reformare. Re vera hunc[v] sibi locum summa Dei salubriter sapienterque cuncta disponentis sapientia ab initio et ante secula preparare dignata est, in quo videlicet sola eius dominaretur presentia[w], ad quem[x] vero confluentia[y] agmina populorum illius se cultui manciparent[z] cui servire regnare est, fierentque arma iustitiae, gens sancta, populus adquisitionis, qui fuerant vasa immunditiae, populus insipiens, filii aeternae perditionis: ortus[a] plane delitiarum, ortus ille, ager non sanguinis, sed salutis, nec[b] fabrica[c] lasciviae, sed structura disciplinae! Vere felicem aream, locum[d] omni laude dignissimum, cuius inaestimabilis odoris amoenitas terrestrem plane redolet paradysum, specialis autem dignitas manum excitat ad scribendum! Sermone itaque imperitus, licet et[e] ultra virtutem videar laborare, redargutus a poeta premonente[f], Horat. A. poet. 39 id[g] numquam temptes quod ferre recusant vires, infructuosum tamen esse[h] non arbitrans, virorum illustrium mores honestissimos, portentuoso hactenus, ut[i] prelibatum est, sepultos silentio, posterorum utilitati non modicum profuturos, apicibus suscitare litterarum, imperante penitus ac[k] urgente caritate, opus, fateor, scientiae meae impar aggredior; quae[l] nimirum universorum subit onera et in[m] profectu exultat proximorum[n].

a) *ita* 1. 2, *sed in* 2 *post del.;* Chronica abbatum monasterii Aquicinctini 3. b) phil. 3 *et e corr.* 2. c) spiritaliter 3. d) *ita* 1. 2*;* segnis 3. e) intonatio qua q. 3. f) ꝣ *et superscr. ead. m.* tempus 1; tamen *corr.* tam 2. g) loquacitate *corr.* loquacitati 1. h) detrectari *corr.* detrectare 2. i) fęlicitas 3. k) Gossvini 1; Gozvini 2; Goswini 3. l) Aquicinensis a. monasterii 3. m) pert. 1; taxati libellum 3. n) de s. et. 3. o) illa 3. p) iacta 2. q) generatio 1; g. omni 3; g. q. v. e. *des.* 2. r) decentissima 3. — imprimatur 1. 3. s) h. s. 3. t) *in loco vacuo relicto manu sec. suppl.* 2. u) figulis 3. v) R. v. hic sanctus locus 2; R. v. quia (?) sibi l. 3. w) potentia 3. x) quae 2; quam 3. y) congruentia 3. z) manciparunt *codd.* a) hortus 2. 3. b) non 2. c) fructeta 3. d) loci 2; arcam locum vere o. 3. e) l. multa virtute 2; l. vela virtute 3. f) permonente *corr.* premovente 2; *et ita saepius* per *pro* pre *initio habet* 2. g) pr. conquirere quid 2. h) e. n. *des.* 3; n. e. 2. i) ubi *corr.* uti 1. k) et 3. l) *ita* 1. 3*;* quod n. u. sub obedientia est 2. m) exult. in p. 2. 3. n) *alia manu post add.* A⁰ M⁰XLIX⁰ 1.

1. Abbatia sancti salvatoris Iesu Christi in Aquicinnio[a] quo tempore coepta, quibus regibus imperantibus, quibus personis, quibus dominis vel principibus existentibus sit fundata, ne omnino in futuro posteros lateat, presentia scripta dilucidata[b] evidenter manifestant. Eodem tempore quo haec facta est[c] Hildebrandus, qui et Gregorius dictus, arcem Romanae principalis ecclesiae, papa universalis factus optinebat, in distributis terrarum partibus, in ecclesiis longe lateque diffusis, in nationibus procul precepta apostolica traditionesque eorum per se et per legatos strictius administrabat. Eo ipso[d] in tempore Henricus rex iuvenis, mortuo patre[e] eiusdem nominis, monarchiam Lotharingiorum[f] vel Saxonum seu[g] ceterorum regnorum in hac Iovis[h] montis parte adeptus, iure paterno aspirabat ad principatum Romani imperii, cesar nondum factus; sed ei diversis contradictionibus[i] et argumentis multiplicibus fortiter[k] obviabat apostolicus Gregorius, ne tanti honoris excellentia vel dignitatis gloria fungeretur, irretitum eum fuisse quibuslibet culpis fatebatur, et ideo[l] regalia ei denegabantur. Haec causa inter utrosque odii et livoris fomitem excitavit, initium dolorum et incrementum inimicitiarum. Hac[m] fama per orbem vulgata, mala multiplicata sunt in terra; rex super regem in partibus Theutonicorum[n] Rodulphus[o] constituitur[p], regnum solidum et diuturna pace quietum in partes varias scinditur, rabies dura quasi leonum[q] ubique grassatur. Omnes ad arma proruunt veloces et prompti ad effundendum sanguinem humanum. Hinc irae, rixae, dissentiones, contentiones exortae sunt, prelia et seditiones bellorum auditae sunt, castra subversa, distractio rerum hominumque perditio facta, multorum sanguis effusus; terra tremuit, turbata et commota; ecclesiae per loca in solitudinem redactae, ita ut non esset qui transiret per eas et laudaret[r] nomen Domini. Ordo ecclesiasticus in tantum viluit, ut dominarentur ei gentes et populi. Quod erat iustitiae vel legis, quod erat iuris vel aequitatis, omne deperiit; terra desolata est cum cultoribus suis. Adeo inveterata et diu[s] perseverans excrevit[t] malitia, ut Henricus, victor factus interempti Rodulphi, Romam[u] caput orbis cum plurimo exercitu tam suo quam alieno 1082. aere conducto obsideret[v], villas quae circa erant, domos, sata cum vineis[w], arbores cum olivetis ferro, igne omnia vastaret, ipsamque[x] Urbem diu debellatam et expugnatam cum multo labore famis et inopiae, tandem machinis et scalis devicit, ipsum quoque[y] apostoli- 1084. cum in domo Crescentionis[z] inclusum et diu obsessum ad ultimum extra secedere compulit invitum, et in loco[a] eius statuit Ravennatensis[b] ecclesiae episcopum Wibertum. Cuius causa vel merito haec mala prelibata evenerunt, solius Dei notitiae est, qui cuncta ut voluit cf Sap. 11,21. in mensura et pondere sapienter sapiens solo verbo creavit. Per idem tempus rex Philippus Franciam sive Galliam, gentem fortem et robustam, mirabilem et ferocem, lento satis gubernaculo regebat. Willelmus[c] dux Normannorum[d] rex Anglorum utrisque[e] patriis dominando imminebat. Robertus[f] comes, interemptor filii fratris, Flandrenses mari finitimos et secus positos extremos hominum Morinos gubernabat. Balduinus, nepos eius, Valentinianis[g] sive Castriloco[h]-monti cum vidua matre preerat. Ea tempestate Manasses, culpis exigentibus, et clericis eius[i] insolentiam accusantibus, a sede Remensis ecclesiae est eiectus, 1083. et in loco eius Rainoldus[k] Turonicus est substitutus. Ipso in[l] tempore Gerardus secundus in pontificali[m] sede Cameracensis[n] ecclesiae dignitatem administrabat; quo instante et operante facta est abbatia, ut sequens monstrabit epistola[o]. Igitur nos[l], quia[p] ob antiquitatis tempus aliquantulum narrationem[l] protulimus, non opinando, sed exequendo veritatem, ad eam[q] articulum reducamus. Insula Aquicinnii[r] cum plurima circumquaque terra iuris prius Cameracensis ecclesiae extitit, sed ab episcopo Cameracensi in beneficium data, per successionem generis sic permansit usque ad tempus iunioris Anselli[s]. Pater senex Ansellus eam et cetera 1071. beneficia ab episcopo in militia sua obtinuit. Quo mortuo apud Cassellum[t, 1] in seditione vel tra-

a) *ita* 1. 3 *et infra* 2, *ubi h. l.:* Aquicintinio *e corr.* b) delucid. 1. c) *e corr.* 2; *in marg. minio:* De Henrico imperatore 1. d) ipso in *des.* 3; in *del.* 2. e) p. suo 3. f) Lotaringiorum 1; Lotharingorum et S. 3. g) ceu 1. h) *in loco vacuo post suppl.* 2. i) conditionibus 3. k) o. f. G. a. 3. l) non 3. m) De Rodulpho rege *minio in marg.* 1. n) Teuton. 2; Teuthon. 3. o) Rodolphus 3. p) constitutus 2. q) leonina 3. r) l. Deum 3. s) *deest* 3. t) exercuit 1. 2? u) Romani 3. v) *corr.* obsidet 3. w) vinetis 3. x) De obsidione urbis Rome *minio in marg.* 1. y) ipsumque 1. z) *ita* 2; con|fcetiois 1; Crescentii 3. a) locum 3. b) Ravennatis 3; Rav. eccl. ep. *des.* 1. c) Willinus 2; Guillelmus 3. d) Nortm. 3. e) utriusque *corr.* utrisque 1. f) De Roberto comite *minio in marg.* 1. g) Valentinianus *corr.* Valentianus 2. h) *corr.* Cassel 2. i) suis 2, *corr.* eius 3. k) Rein. Thur. sublimatus 3. l) *deest* 3. m) i *e corr.* 1. n) Cammer. 2, *constanter.* o) pagina 3. p) quoniam 3. q) eum 2. r) est *add.* 2. 3; cum *post add.* 2. s) Anselini *corr.* Anselli 1; Ancelini *et mox* Ancelinus 3. — De Ansello sene *minio in marg.* 1. t) Casellum 3.

1) Pugna inter Robertum (avunculum) et Arnulfum (nepotem) comites commissa.

ditione avunculi et nepotis, hereditas Ansello[a] iuveni cessit. Opinata res est valde et antiquorum relatione tradita, hanc insulam, de qua sermo est, quia infra[b] interiorem ambitum solidam terram et spaciosam continet, quendam sanctum Gordanium[c] olim inhabitasse[1] et, facta inibi ecclesiola, quasi in solitudine heremiticam vitam duxisse. Re vera enim ingressus et regressus ob difficultatem circumfusae paludis nimis onerati efficiebantur intranti. In eadem ergo ecclesiola referunt illum obisse, ibi sepultum, inde[d] per quendam Siccherum[e] Duaco fuisse translatum. Ecclesiola[f] illa, ut erat vetustissima maceriaque depulsa et[g] pene nullius habitudinis, pro benedictione tanti viri alterius villulae, quae erat contigua, parrochia facta remansit; mortui sepeliendi illo deferebantur, et quia, ut diximus, difficilis erat accessus, terra interior a duobus ruricolis[h] pauperibus inhabitabatur et fodiendo exercebatur. Providentia[i] ergo Dei, quae[k] in sui dispositione non fallitur, contigit, ut duo viri ingenui, Siccherus[l], conscia uxore et castitatem profitente, Walterus cum fratribus, relicta[m] matre, temporalia fastidientes, caelestia adamarent[n], quatenus sese[o] suaque dantes Deo[p] devotius et expeditius servire potuissent[q]. Admixti sunt vero[r] eorum gratissimae devotioni et mutuae dilectioni quidam militares, tantae virtutis imitatione[h] consimiles, pari modo, eodem animo, pari fide, eadem voluntate coaequales et apostolicam vitam sequentes, ita ut in eadem societate nemo aliquid quod[s] suum erat diceret, in commune viverent, alter alteri deserviret, et ut de eis crederes[t] scriptum: *Ecce, quam bonum et*[u] *quam iocundum habitare* Ps. 132, 1. *fratres in unum.* His[v] ita Dei amore ferventibus, primi Siccherus et Walterus Aquicinnii 1079. locum — erat quippe[w] eis notus — Deo[p] dispensante, elegerunt ad habitandum, suis successibus optime profuturum. Illum[x] enim receptaculum monachorum[y] referebant[z] acceptabile[a], illum[b] ad aedificandum templum Deo[p] gloriosum, ad culturam agri exercendam[c] monachis sive solitariis aptum et dilatatum, utpote ab humano[d] conventu sequestratum, hinc silva, hinc aqua, hinc[e] palude, hinc harundineto[f] circumseptum. Preterea referebant aptum quibusque seminibus herbarum, presto esse aquam portantem usque ad ultimas partes terrae navigium, inde exire lacunas receptacula piscium, inde posse producere fossa humo vel palude ductus aquarum, quibus in navibus ligna, petra[g], sabulum vel quaeque instrumenta deferrentur ad aedificandum templum vel necessaria usui vel victui fratrum. His ita se agentibus, Siccherus et Walterus, addito[h] Gerardo secundo episcopo [Cameracensi[i]], conceptam animi devotionem referunt, velle mentis aperiunt[k], vota reserant et ad huiusmodi negotia adiutorem fore et cooperatorem interpellant[l], vota votis accumulant, ut, si per eum eorum prosperaretur efficatia, ei vicario sanctae[m] Mariae ad regendum attribueretur abbatia. Congratulatus episcopus eorum sponsioni et benevolae intentioni et de adquisitione eorum laetior factus, cum omni fiducia repromisit[n] omnimodo[o] parere votis illorum et petitionibus. Inito[p] consilio, adhibitis[q] secum illis duobus viris, Ansellum[r] episcopus adgreditur; quorum petitioni Ansellus[s] annuit, non diu cunctatus. Quamvis enim[t] inter mundanas varietates totus esset diffusus, inter suos erat humillimus[u] et erga Dei cultores auditor benevolus. Statuto igitur tempore vel die, quo predicti viri ad locum sibi deputatum stabilirentur, de his ordinaturus cum fidelibus suis venit[v] episcopus, inter quos affuit Cameracensis ecclesiae Hugo[w] decanus. Hic ergo videns viros sua corpora hostiam vivam, sanctam Deoque placentem, exhibentes, de mutatione eorum dextera Dei excelsi[x] facta valde[y] miratus, aestuare[z] coepit et cogitare, quonam[a] modo eis ferret[b] auxilium, ne, subrepente[c] aliqua poenitentia, coepti operis paterentur dispendium. Cogitans cogitavit, postea cogitatum operando explevit. Ordinatis igitur memoratis inibi cum duobus aut tribus sive quatuor monachis, carta recensita de eorum datis et pecuniis, idem episcopus donaria contulit, altaria, libros, vestes sacerdotales. Abbatiam vero ad presens dare

a) Ancelmo *h. l.* 3. b) intra 3. c) Gordianum *corr.* Gordianium 1, *ubi* De sancto Gordiano *minio in marg.* d) ibique 3. e) Sigerum, *ead. m. superscr.* Sicherum 1. f) Ecclesia 3. g) ut 2. h) *deest* 3. i) De Sigero et Waltero *minio in marg.* 1. k) qui 3. l) Sicherus *h. l. et post* 3. m) *ita* 1. 2; *deest* 3. n) adumbrarent 2. o) se 3. p) Domino 2. q) possent 2. r) numero 3. s) proprium aut s. d. 3. t) sc. cr. 3. u) est 2. 3. v) De situ loci *minio in marg.* 1. w) enim 3. x) Illud *corr.* Illum 2. y) *post add.* 2. z) infer. 3. a) acceptabilem *corr.* acceptabile 3. b) illud 2. c) exercendum 2. d) homano 2. e) h. p. *des.* 3. f) *ita* 2, *infra etiam* 1. g) *ita* 1. 2; petras 3. h) *ita codd.; fort.* adito *vel* accito? i) *deest* 1. 2. — De Gerardo secundo episcopo *minio in marg.* 1. k) afferunt 2. l) appellant 2. 3. m) s. M. *des. spatio vacante* 3. n) prom. 3. o) omnino 2. 3. p) De domino Ansello *minio in marg.* 1. q) adhibito 3. r) Ancellinum 3. s) Ancelinus n. d. c. a. 3. t) autem 3. u) humilimus 1. v) venerabilis *corr.* venit 2. w) d. H. nomine 2. — De Hugone decano *minio in marg.* 1. x) *deest* 1. y) *deest* 3. z) aestimare 3. a) quoniam 2. b) fieret 3. c) subripiente 1. 2, *quod fortasse pro* subrepente *scripsit auctor.*

1) Cf. Auctarium Aquicin., SS. VI, p. 393, a quo haec narratio postea paullo recedit.

1079. distulit, presertim cum adhuc[a] non esset numerus monachorum, qui sufficeret tanto honori[b]; quam in sequenti anno adauctam fratribus cuidam Aelardo[c] regendam concessit[d]. Regresso[e] igitur episcopo ad sua, nominati fratres primitus in umbraculis vel[f] tuguriis pastorum tectis degentes[g], coeperunt fossioni operam dare, ligna[h], virgas[i] caedentes ex silva, quae erat contigua, suis humeris deferre, habitacula, in quibus ad tempus habitarent, construere laboribusque[k] diversis insudare. Sed eorum successibus[l] prosperis inimica[m] non defuit
1080. temptatio. Custos[n] namque ecclesiae dormitum iturus, parieti, fructectis[o] et harundine[p] contexto, ardentem candelam apposuit, quae omnem cellulam[q] succendit; sicque victrix flamma circumquaque lambens, libros, habitacula, utensilia, supellectilem omnem cum omni pene substantia consumpsit, preter unum habitaculum, quod solum remansit[1]. Consternati ergo fratres et contristati ex improviso casu et intolerabili infortunio, mittunt qui haec nunciet Hugoni decano; qui, audito casu fraternae animadversionis, festinus accurrit;
Rom. 12, 12. quos tristes invenerat[r] consolando relevavit, recordatus apostoli[s] in tribulatione esse[t]
Matth. 10, 22. patientes premonuit, recordatus euangelii perseverandos[u] usque in finem salvos esse astipulavit, adiungens, diabolicam fuisse suggestionem[v]; non debere deficere iustum;
Ps. 36, 24. impossibile conturbari, cui Dominus manum firmam supposuit[w]. His[x] et huiusmodi hortationibus[y] roborati, receptisque viribus, rursus se ad opera accingunt, loca desolata sepibus[z] circumdant, mansiunculas infra[a] reaedificant, ecclesiolam vimine[b] desuper stipula reficiunt; sicque in humili loculo et angusto in servitutem Dei[c] redacti sunt. Dehinc mutuo adhortati, ad aedificandum templum exarserunt: alii per loca distributi ad furnum calcis instruendum, alii deputati sunt ad petram fodiendam[d]. Omnes labori insistebant, statutis horis divinis laudibus excubabant[e] et solutis votis operationi vacabant. Nefas quippe et vile et absurdum deputabatur, si quis in eadem societate preter infirmos maneret ociosus. Igitur[f] in tempore expletae desolationis, dato precio ab episcopo, 2. Nonas[g] Octobris, die natalis[h] sanctae Fidis[i] fundamenta templi, magistrante Hugone prefato, a cementariis sunt inchoata[k], loca aedificandarum domuum[l] sive inclaustri[m. 2] ad nutum eiusdem Hugonis distincta. Huius operis executor et adiutor Lanvinus[n], capellanus episcopi[c], extitit; qui cum[o] frequens episcopum de danda pecunia, de vitreis instruendis et de aliis comodis hortabatur, Hugo frequentior perseverabat coeptis operibus. Idem Lanvinus in tantum ardorem instruendi eiusdem operis exarsit, ut venditae prebendae ceterarumque possessionum quam maximum precium illo transferret, ipseque nudatus propriis alias Deo famulaturus transmigraret. Post[p] cuius transmigrationis abscessum Hugo rector exequendi operis et executor remansit; instabat cementariis et artificibus, operariis et lignorum caesoribus, pictoribus et quibuslibet operantibus; eius indicatione[q] et nutu cuncta ordinabantur. Monachos vero vel fratres, promptos et satis voluntarios in opere et[r] pertinaces, distinctu et ornatu[s] suo reddebat promptiores. Omni tempore, vere, aestate et hyeme, quaeque tamen opera in suo tempore, operabantur; et quia in diversis locis opera multiplicabantur, merces mira et multiplicata[t] diu[u] die sabbati unicuique artificum[v] exsolvebatur. De inaestimabili quantitate pecuniae non est[c] mirandum, cum in initio operis lapides pergrandes[w], quatuor vel quinque et eo amplius pedum, qui[x] fundamentum continent, instrumentis ligneis cum labore maximo sunt[y] adducti. Fratres apud Sanctum Amandum et mercenarii cum bubus longo tempore tam aestatis quam hyemis deputati, fossores lapidum appreciati[z]. Inde lapides in plaustris usque ad aquam deferebantur, inde in navibus, dato precio, usque ad templum deducebantur. Trabes et omnis lignorum compositio hic[a] loci caedebantur, et eodem modo plaustris et navigio advehebantur. Columpnae[b] marmoreae et tabulata marmorea, ferro excisa de monte lapideo, per[c] navigium veniebant. Sabulum et[d] calcem, bases et capitella et columpnas albi coloris in plaustris et vehiculis ex partibus diversis

a) n. e. a. 3. b) oneri 3. c) Alardo 3. d) contulit 3. e) De umbraculis vel tuguriis *minio in marg.* 1. f) seu 3. g) degebant f. o. dantes 3. h) lingna 1. i) virga 2. k) laboribus manuum d. i. coeperunt 3. l) p. s. 3. m) *deest* 3. n) Quod cellula tota combusta sit *minio in marg.* 1. o) fructetis 2; frutectis 3. p) *ita h. l.* 1. q) cellam 3. r) invenit 3. s) dicentis *add.* 3. t) p. e. 3. u) perseverantes in 3. v) tentationem 3. w) supponit 3. x) De labore continuo et laudibus divinis *minio in marg.* 1. y) exhortationibus 3. z) sepius 3. a) interea 3. b) minme *corr.* vinme 1; summe 2; lumine 3. c) *deest* 3. d) *e corr.* 1. e) insistebant 3. f) De fundamentis templi *minio in marg.* 1. g) novēbris *scr., sed statim del.* 1. h) natali 2. i) virginis *add.* 3. k) l. i. 2. l) domorum 3. m) in claustra 2; in claustro 3. n) Lawinus 3, *semper.* o) circa 1. 2. 3. p) De Hugone rectore operis *minio in marg.* 1. q) inditione 1. 3, *corr.* indicatione 2. r) et p. *des.* 3. s) *ita* 1. 2; ordinatione sua 3. t) multa primis *(e corr.)* die 3. u) *deest* 1. v) artifici 3. w) pregr. 3. x) quae fundamenta 3. y) sint advecti 3. z) appr̄iati 1. a) huic loci 1; huic loci *corr.* loco 2; hoc in loco 3. b) De columpnis marmoreis *minio in marg.* 1. c) l. navigio 3. d) *deest* 3.

1) Cf. Auctarium a. 1080. p. 394. 2) Gallice ‘encloistre’; cf. Ducange III, p. 796.

deferebant[a]. Multiplices operarii et multiplex operatio, numerum et mensuram quantitatis excedebant preter expensas[b] et stipendia, quae victui eorum data[c] fuerunt. Deo ergo[d] cooperante et opera confirmante, in[e] quatuor annorum spaciis perfecta est structura murorum templi omnisque compositio maceriarum[f] templi[g], dormitorii et refectorii, trabes cum suis instrumentis omnes superpositi[h]; tecturae plurima pars imperfecta remansit. De[i] huiusmodi acceleratione operis prefatus episcopus certior factus, ducens oportunum ut 1086. benediceretur domus Domini, statuit diem aptum exequendae benedictionis, videlicet in[k] plenitudine temulentae autumnitatis, 7. Idus Octobris, qui dies decoratur martyrio sancti Oct. 9. Dionisii cum sociis suis. Terminata[l] quippe die venire non distulit, precipuos viros tam monachorum[m] quam clericorum ad hoc opus perficiendum invitavit[n], scilicet Aelandum[o] abbatem Sancti Vedasti, Hugonem aeque Sancti[p] Amandi abbatem, Arnulphum de Laubiis[q] ceterosque abbates sui episcopii[r]. Allatae[s] sunt igitur illuc, eo iubente et orante, multorum[t] reliquiae sanctorum, reliquiae sancti[u] Vedasti et sancti Ragnulphi martyris, corpus sancti Amati archiepiscopi, reliquiae sancti* Petri, corpus sancti Aycadri et sanctae Rictrudis. Hos populus multus utriusque[v] sexus secutus, in precedente[w] nocte venturae benedictionis, ut moris est, ante fores templi in[x] vigiliis et orationibus excubaverunt, in crastinum vero in honore[y] Salvatoris[z] Dei suorumque fidelium consecratum est templum. Post[a] factam benedictionem ad ea quae imperfecta remanserant[b] facienda rursum prefatus Hugo accingitur, turres, ut apparent, extendit in altitudinem, porticum cum columnis et basibus ante fores ecclesiae[c], iuxta quod mandatum[1], ubi cotidie lavantur pedes pauperum et reficiuntur secundum consuetudinem monachorum. Fecit ergo claustrum de tabulatis et columnis marmoreis, lavacrum quoque in basibus et columnis, coquinam, clibanum et cambam. Sed his aedificiis tecturam non superposuit, quia, etsi voluntatem habuit, deficiente pecunia possibilitas non fuit. In executione[d] tanti operis preter episcopum, qui diversa contulit, promptissimos et largos adiutores habuit, Mazelinum videlicet et Aelardum[e] archidiaconos, qui multotiens, quod minus habebat instante inopia, plurioris precii quantitate supplebant. Reperit eos benevolos et promptissimos cooperatores ad ecclesiam illam exaltandam non solum in dandis muneribus, sed etiam in eis quae in ministerio eorum fuerant gratis attribuendis altaribus. Preterea videns, quia eum[f] iuvaret tempus, succedentibus prosperis, ad recipiendos[g] pauperes et debiles recreandos domum de lapidibus facere disposuit. Erat in loco[h] illo quidam Susavalo[i], prius miles, tunc mutato habitu conversus, cuius manibus et multiplici efficatia[k] domus cum appenditiis facta est congrua et necessaria supellectilia. Ad eandem quoque domum, ut ibi pauperes suscipiantur, locus, focus, lectus et quaeque necessaria ministrentur[l], ex voluntate et consultu episcopi et archidiaconi Aelardi altare de Caventum[m] delegavit, ut, quod minus de reliquiis fratrum habuerint, suppleatur de reditu et censu altaris. In alodio Fusteio, quod Susavalo[n] de obedientia et adquisitione sua ex voluntate abbatis et consensu fratrum comparavit, decem marcas exsolvit, et in perpetuum attributum est elemosinariae[o] domui[p]. Circa ortum[q] quoque monasterio contiguum et circa prata longe lateque distantia fossa humo ductus aquarum latos et spatiosos circumduxit ad nutrimentum piscium et ad firmamentum et defensionem malignantium, ita ut non possit[r] vel eques[s] vel pedes intrare ad monasterium nisi per unum aditum vel allabi per[t] navigium. Dei gratia et meritis fratrum in omnibus operibus est prosperatus secundum votum preter unum, in quo passus est iacturae dispendium. Molendinum namque longe abest ab illa insula, sex, credo, miliariis et amplius[u]; illuc[v] annona fratrum molenda in vehiculis transfertur et vix[w] in duobus diebus ad pistrinum refertur[x]. Hanc ergo anxietatem et laborem gravissimum volens[y] alleviare, utpote qui necessitatibus

*) sanctorum Marcellini et Petri, sancti Aychadri abbatis, Rictrudis viduae et Eusebiae virginis, filiae eius 3.

a) deferebantur 1. b) extensas 2. c) necessaria erant 3; fuerant, *ut videtur, corr.* fuerunt 1. d) igitur 2. 3. e) *deest* 3. f) materiarum 1. 2; macieriarum 3. g) *post(?) del.* 1; *deest* 3. h) superpositae structurae t. 3. i) De structura murorum *minio in marg.* 1. k) in pl. *des.* 3. l) Constituto vero die 3. m) monachos q. clericos 3. n) invitat 3. o) Al. 3. p) abb. S. A. 2. 3. q) abbatem *add.* 3. r) De benedictione templi et reliquiarum inibi illatione *minio in marg.* 1. s) Allata 3. t) multae 3. u) sanctorum V. episcopi et R. 3. v) s. u. 3. w) praecedenti 3. x) et 3. y) honorem 2. 3. z) sancti Salv. suor. 3. a) De mandato vel claustro *minio in marg.* 1. b) remanserunt 2. c) *vocabulum deesse videtur.* d) executionem 2. 3. — De Mazelino et Aelardo *minio in marg.* 1. e) *e corr.* 1. f) *deest* 2. 3. g) suscipiendos 3. h) eodem loco q. 2. i) Sasunalo *h. l.* 1. 2; Siseballo *vel* Sisevallo 3. k) efficacitate 2. l) ministrarentur 3. m) *ita* 3; cavenū *manu sec.* 2, *corr.* Caventim 1. n) Susanalo 1. 2; Susivallo 3. o) elemosenarie 1. p) domus 3. q) hortum 2. 3. — De orto vel ductu aquarum *minio in marg.* 1. r) posset 3. s) equus 3. t) a. navigio 3. u) eo a. 3. v) ann. i. 3. w) is *add.* 2. x) defertur 2. y) *deest* 3.

1) i. e. hospitium; v. Ducange IV, p. 223.

fratrum semper volebat occurrere, in mente habuit, quomodo tam grave onus posset adbreviari. Inquisitione[a] quippe facta cum diversis molendini artificibus[b], tandem a quodam responsum accepit, ut, si ab angulo magnae et superioris aquae, quae a monasterio longius distabat, fodiendo in profundum[c] fontis rivum extra duceret et paludem sive[d] harundinetum hinc indé per fossas disrumperet et occurrenti aquae meatus efficeret[e], ita ut usque ad introitum insulae veniret, ibi esse possibile invenire saltum, ubi efficeretur molendinum. Nihil ergo cunctatus, credidit homini quasi vera dicenti, fossores fortissimos et operarios multos usque ad triginta quaesivit et conduxit et ad exercendum et excolendum tantum opus collocavit. Foderunt[f] per ebdomadas plurimas, ubi ille artifex metas limamque[g] mittebat, modo harundines[h] secantes, modo in luto et palude cruretenus stantes. Et[i] quia 'labor improbus omnia vincit' (Verg. Georg. I, 45), tandem angustiati et afflicti, pervenerunt usque ad terminum loci, et tamen omne opus et impensa periit. Planities namque illius terrae si suffossa[k] fuerit, aqua inde exiens currit[l] et occurrit, saepe in stagni morem stat et non defluit, et ut in vallem sic contra vallem in tempore crescentis herbae occurrit. In exibitione huius infructuosi operis decem et septem libras, spe repromissionis[m] deceptus, distribuit. Pro[n] huiusmodi commerciis et beneficiis, quae scripta traduntur, quaesivit ab abbate primo Aelardo[o] et a successore[p] Aelelmo[o] et a tertio Haimerico[q] et a fratribus inibi statutis[r], ut dominorum suorum episcoporum[s], videlicet Gerardi et Lietberti, memoria[t] quotannis inibi habeatur, et quotiens uniuscuiusque dies anniversarius advenerit, ad laudem et gloriam Domini laeta ducatur in vigiliis et missarum solempniis, tam pro eis quam pro[u] cunctis fidelibus defunctis. In[v] ipsa vero die, solutis votis et officio peracto, de communi promptuario accipiant panem cotidianum, vinum et pisces et preter solitum cibos lautiores. Servientes quoque de manu cellarii benedictionem accipiant, panem album, cibum meliorem secundum[w] numerum animarum. Hoc memoriale[x] a tribus abbatibus traditum teneant tam presentes quam posteri, ne quasi transgressores redarguantur[y] factae promissionis, quia[z] non solum pro datis, sed etiam eundo et redeundo, stando, meditando, operando digne promeruit.

HISTORIA MONASTERII AQUICINCTINI.

1.* [De[a] constructione coenobii].

Temporibus itaque Henrici imperatoris cesaris augusti in honore[b] Salvatoris mundi, qui ab aeterno, qualiter singula in tempore fiant, disposuit, haec domus incepta est in insula Aquicinctensi, Philippo rege regni[c] Francorum monarchiam tenente, Roberto[d] autem, Balduini Insulani filio, Flandriae comitatum amministrante, Balduino vero, fratruele eius, violentia patrui hereditate paterna privato, Haynoensium principatum gerente**. De cuius constructione ea, quae iam[e] ab aliis dicta sunt, iterum minime narrare temptamus, sed quae ab illis omissa sunt, rerum gestarum seriem repetentes, brevi eulogio[f] fide plena, sicut in chronicis invenitur[1], scribere satagimus.

*) 1 *capitum indicem praemittit hunc.*
Succincta narratio precedentis historiae.
De constructione Aquicinctensis cenobii et fundatoribus eiusdem.
Epistolae varie.
Item epitaphia nonnulla.
De ecclesia Hisdiniensi.
Item vita venerandi patris Gossvini dicti Aquicinctensis abbatis ipsiusque doctrina.

**) 3 *addit:* anno millesimo septuagesimo nono.

a) De rivo aquarum *minio in marg. add.* 1. b) operariis 3. c) profundo 2; fontem vinum educeret 3. d) et 2. e) efficeret — saltum ubi *des.* 1. f) Foderunt — stantes *des.* 3. g) *ita* 1. 2; *fort.* limitem *vel* lineam. h) harundinem 1. i) De impensa perdita *minio in marg.* 1. k) suffoffa *superscr.* ta 1. l) emoritur 3. m) prom. 3. n) De memoria Gerardi et Lietberti *minio in marg.* 1. o) Al. 3. p) s. eius 3. q) Hammerico 1. 2; Aymerico 3. r) constitutis 3. s) s scilicet ep. G. 3. t) *deest* 3. u) *deest* 1. v) *deest* 2. 3; Ipso 3. w) iuxta *post add.* 3. x) memorabile 2. y) arg. 3. z) quam 2. a) De c. c. *des.* 1. 3; Incipit secundus scriptor *in marg.* 3. b) honorem 2. c) m. r. Fr. 3. d) Robertus 2. e) item 2. f) elogio 3.

1) Sigeberti chronicon in monasterio Aquicinctino auctum intelligitur.

2. [De[a] fundatoribus ecclesiae.]

Igitur inceptum est coenobium Sancti Salvatoris in insula quae[b] dicitur Aquicinctus a viris illustribus, Sicchero[c] Auct. Aquic. videlicet atque[d] Waltero; qui Siccherus habebat uxorem nomine Mathildem[e], nobilem quidem natalibus, sed nobiliorem[f] moribus. Quae coniugem suum crebrius monendo ad hoc opus aggrediendum incitavit, ideo maxime quod sanctum quendam Gordanium[g] inibi quondam heremiticam vitam duxisse ferebatur. Unde factum est, ut prefati viri hinc[h] crebro colloquentes se[i] mutuo hortarentur, et deliberantes Ansellum[k] de[l] Ribodimonte, nobilissimum virum, adeunt et ab eo insulam illam, quia sui erat[m] iuris, deposcunt. At Ansellus[n], audita petitione eorum, gavisus est valde et sine dilatione gratis quod petebatur concessit. Itaque[o] ex condicto pariter properantes[p], Gerardum Cameracae[q] urbis presulem aggrediuntur[r], ad cuius diocesim tunc locus ille pertinebat; quid animo gerant, pandunt, et, quia eius parrochiani erant, ut voto[s] eorum assentiat[t], exposcunt. Quibus auditis, venerandus pontifex libentissime annuit, receptoque fundo de manu Anselli, quod ab eo in beneficium tenebat, cum harundineto adiacente[i] eis tradidit. Quo accepto, coenobium illic construere coeperunt[u] et de suis allodiis competenter, prout[v] poterant, ditaverunt. Adgregantur ibi Deo devoti viri, se[w] cum facultatulis suis Christo devoventes, eius grex pusillus esse gestientes. Quorum curam[x] memoratus presul gerens, duos ex[y] monachis Hasnoniensis coenobii honestae vitae ad instituendos[z] eos[a] eis misit; e quibus uni eorum[b] Alardo nomine curam eorum commisit, abbatem ordinavit. De quo, quia se occasio prebuit, libet paucis aperire, cuius simplicitatis cuiusque bonitatis fuerit. Is etenim, si res exigeret, ut quoquam[c] progredi debuisset, non meliorem equum sibi eligebat[d], sed et saepe animal, quo vehebatur, capistro pro freno regebat. Residentibus monachis in claustro, in medio eorum sedebat et[e] veluti quilibet ex eis cum sobrietate se agebat, familiariter eis colloquens et dominum eorum se esse obliviscens. Si quis ei venerationem impendere voluisset osculando manus vel genua seu[f] alio quolibet modo, cum quadam[g] animadversione prohibebat, dicens, se eis hunc morem indulgere, futurosque post se asserebat huiusce exactores reverentiae.

Prefatus pontifex cernens eosdem fratres haud segniter instare rebus coeptis, eandem ecclesiam omnimodis, quantum prevaluit, libertavit[h]; preter quod baculum regiminis in manu sua retinuit, ut ei daret, quem sibi congregatio canonice[i] eligeret. Preterea contulit eis quaedam altaria, sed et innumera impendit[k] beneficia. Erat enim in ecclesia[l] sanctae Mariae Cameracensi, cui idem Gerardus preerat, venerabilis decanus nomine Hugo, qui tam eundem episcopum quam alios fideles viros Cameracenses utriusque ordinis animabat, ut liberales existerent prescripto coenobio. Ipse quoque omnem pene[m] substantiam suam illo convehebat; unde monasterium et habitacula fratrum cum xenodochio primitus[n] aedificavit. Igitur cum domnus Alardus octo annis rexisset[o] ecclesiam, diem obiit. Cui suc- 1087. sessit[p] Alelmus ex Normannia[q] de coenobio[r] Becci. Qui quantae bonitatis fuerit, experti sunt febricitantes, dum ad tumulum eius dormientes febrem cum sompno saepius deposuerunt. Cui successit[s] Haimericus[t] Attrebatensis[u] monachus, litteris eruditus. Qui quantae excellentiae extiterit, quantumque se in longum opinionis illius odor porrexerit, ex epistola subtitulata eidem adhuc sub claustralis disciplinae[v] regulis degenti ab Ivone Carnotensi episcopo, viro per omnia laudabili, directa facile poteris advertere. Neque[w] enim eo tempore — quod iam prevalente[x] malitia nostris fieri temporibus comprobamus — elatioris[y] sanguinis titulis insigniti[z], sed meritorum gloria infulati ad pastoralis officii[a] dignitatem provehebantur[b].

Ivonis[c] Carnotensis epistola Haymerico[1].

Litteras fraternitatis tuae . . . .
. . . . *nunc ista sufficiant fraternitati tuae. Vale.*

3. De ecclesia Hisdiniensi[d].

Hic itaque venerabilis pater[e] Haimericus[f] tertio anno promotionis suae ecclesiam beati Georgii martyris iuxta castrum Hisdiniense[g] incepit[h] primumque lapidem in fundamento basilicae[i] flens et[k] orans sacrasque letanias decantans locavit. Cuius[l] precipui coadiutores fuerunt religiosus comes Ingelramnus et nobilis miles Ernulphus, qui omnia quaecumque in predicto castello habuit ob amorem beatissimi Georgii eidem ecclesiae contulit, ex monachis vero domnus Lambertus, qui in ipsa ecclesia primus est officio prioris sublimatus. Et quia a sapiente architecto fundamenta iactata[m] sunt, ecclesiae incrementa veraciter ostendunt.

4. Huius autem abbatis anno septimo monachus quidam nomine Gelduinus et frater castellani[n] cf. Auct. 1090. ipsius civitatis, derelicto pastorali regimine, contemptoque abbatis honore, quo utebatur in ecclesia

a) *haec des.* 1. 3. b) ins. Aquecincti 3. c) Sicher. 2. d) et 1. e) Matildem 1; Machtild 3. f) m. n. 3. g) *ita* 3 *cum Auct.*; Gordianum 1. 2. h) huic 2. 3. i) *deest* 3. k) Ancelinum quendam 3. l) *post add.* 3. m) i. e. 3. n) Ancelinus 3, *semper*. o) Igitur 3. p) properant et 3. q) Cameracene 2. r) adeunt 3. s) votis 3. t) assentiant 3. u) cepit 1; coepit 2. 3. v) ut 3. w) c. f. s. Chr. se d. 3. x) curans 2. y) *deest* 2. z) *ita* 2. *Auct.*; instruendos 1. 3. a) e. e. *des.* 3. b) *deest Auct.* c) quocumque 3. d) deligebat 1. e) ut 3. f) s. a. q. m. *des.* 3. g) q. animaversione 1; c. magna aversione 3. h) liberavit 3. i) el. c. 3 k) b. i. 3. l) in eadem e. Cam. 3. m) *deest* 3. n) primus aedificaret 3. o) praefuisset d. 3. p) succedit 3. q) Nortm. 3. r) de monasterio Beccensi 3. s) succedit 2. t) Haunericus 2; Aymericus 3. u) Atreb. 2; Atrab. 3. v) regulae disciplinis 3. w) Non 3. x) iam nostris temporibus p. m. f. cernimus 3. y) elati 3. z) decorati s. m. gratia i. 3. a) pastoralem d. 2. b) promovebantur 2. 3. c) Ivo Carnotensis episcopus Haunerico abbati *sec. m. add.* 2; Dicta Ivonis epistola sic incipit 3. d) Hesdiniensi 2; *rubra deest* 3. e) *deest* 3. f) Hammer. *corr. sec. m.* Aimer. 2; Aymer. 3. g) Hesdiniense 2; Hesdinense 3. h) recepit 3. i) *deest* 2. k) et o. *sec. m. add.* 2. l) Cui 3. m) iacta 2. n) castellum 3.

1) Ivonis epist. 287, Migne CLXII, p. 285, paucis omissis.

beati Michaelis de Terascia, Aquicinctum[a] venit ibique reclusus efficitur ob amorem Patris[b] caelestis. Tertio vero[c] decimo anno huius pastoris transmissum est brachium beati Georgii ab Ansello[d] comite Ribbodimontis ecclesiae sancti Salvatoris a[e] partibus transmarinis, a[f] Lyda civitate Palestinae, quod attulit Robertus comes Flandrensis[g], miles emeritae militiae, susceptumque est ab ipso abbate et a cunctis fratribus 12. Kalendas Iulii condigno honore; quod postea pater Haymericus[h] totum circumdedit auro magna devotione. Qui[i] cum quindecim[k] annis officium pastorale strenue amministrasset, eo[l] rebus humanis exempto, domnus Gelduinus, de reclusione sua extractus, subrogatus est. Manet usque ad presens epistola domni Anselmi Cantuariensis archiepiscopi de quibusdam quaestionibus[m] conscripta, ex qua datur intelligi, quantae religionis extiterit, ut tantus[n] talisque sacerdos tantique nominis doctor ei dignatus sit scripto respondere, cum tam[o] pauperis, quantum ad temporalia spectat, esset ecclesiae. Qui[p] Gelduinus postmodum pastorale onus fastidiens et speculativae vitae ardentius intendere[q] desiderans, abbatiam dimisit, et Angliam petens[1], ibi in reclusione intravit sicque vitam finivit. De quo vulgante fama didicimus[r] et fidelium virorum narratione[s] cognovimus, quia[t], cum corpus eius ex more mortuorum ablueretur, lampas ibi divinitus accensa sit.

cf. Auct. 1100. — Auct. 1109.

Epistola domni Anselmi archiepiscopi Cantuariensis ad Gelduinum[u] abbatem.

Anselmus[2] servus ecclesiae Cantuariensis reverendo abbati Aquicinensis[v] coenobii Gelduino salutem. Unde reverentia vestra consuluit, paucis respondebo. Quaeritis, utrum liceat vobis decimas ad ecclesiam vestram pertinentes de manu laicorum eas tenentium emere. Licet utique vobis secundum concessionem apostolici ab aliis[w] redimere, quaecumque ecclesiastica episcopali donatione in ius ecclesiae vestrae devenerunt. Nec quantum in vobis est concedere debetis, ut aliquis laicus decimas vel ecclesias aut altaria in feudum de vobis teneat. De hoc quod[x] quaeritis, utrum spernendum an suscipiendum sit, si quivis[y] hominum aliquid ecclesiasticum, vobis scientibus, sed neque verbo[z] neque munere rem[a] ordientibus, ad opus ecclesiae vestrae redimere voluerit, mihi videtur, quod per consilium et donationem episcopi licite hoc suscipere potestis. De depositis propter symoniacum[b] crimen, unde me consuluistis, videtur mihi, quod nullus abbas sua auctoritate eos potest restituere, etiamsi ad monachicum ordinem conversi fuerint. Quod autem quaeritis, si quovis[c] alio crimine preter homicidium clerici conversi a sacerdotio debent arceri, facile nunc[d] determinare, quibus criminibus arceri debeant, non presumo, ne misericordia, quae multis rationibus in eadem culpa aliis impenditur, aliis negatur, mea sententia, cui debet[e] impendi, obstrui videatur, aut cui non debet[f], impendatur; quod certius iudicatur, quando de nominato[g] crimine publico vel occulto et de nota persona agitur. Porro quod de ecclesiasticis rebus vobis responderi epistolari brevitate poscitis, nec tempus nec oportunitatem habeo satisfaciendi vestrae petitioni, nec puto breviter hoc posse fieri. Excommunicatos non[h] consulo ut monachos faciatis, nisi premissa absolutione sui episcopi. Valete[i].

5. De[k] domno Roberto abbate et domno Alviso[l] episcopo.

Domno igitur[m] Gelduino abbatiam dimittenti successit[n] uno anno domnus Robertus, natione Normannus[o], vir literatus et honestae vitae[3], sicut et ceteri huius loci abbates; sed quia in eius electione unitas fraternae concordiae defuit, ideo stare diu[p] non potuit. Veraciter enim dicitur: *Princeps discordia sublimatus[q] etsi perstiterit, assiduis tumultibus affligetur, paulatim minorabitur[r] et non proficiet[s], in fine precipitabitur et non subsistet.* Cui subrogatus est domnus Alvisus, monachus Sancti Bertini, aetate quidem iuvenis, sed moribus insignis, utriusque[t] sapientiae floribus constipatus, divinae scilicet et humanae, et floribus

a) Aquec. 3. b) patrie 1; Dei *Auct.* c) d. v. 3. d) Ancelino c. de Riboldimonte 3. e) de 3. f) de c. P. Lidda 3. g) Flandriensis *corr.* Flandrensis 1; Flandriae 3. h) Aym. 3. i) Et 2. k) XLcim 1. l) ei 1. m) canonibus 3. n) talis tantusque doctor t. n. sac. 3. o) *deest* 1. p) Et 2. q) a. inhians 3. r) ded. 3. s) veneratione 3. t) quod 2. u) Hilduinum 1. v) Aquecinctinensi coenobii 3. w) illis 1. x) quoque 1. y) quis 3. z) viro 3. a) recte 3. b) simoniae 3, *ubi* crim. *post add.* c) a. *(e corr.)* q. 3. d) *superscr.* 1. e) detur 3. f) nondum imp. 3. g) q. denunciato 1. h) nec 2. i) Val. *alia manu post add.* 1. k) *haec des.* 3. l) Anselmo 1. m) *deest* 3. n) succedit 3. o) Nortm. 3. p) diutius 3. q) *manu sec. suppl.* 2. r) immorab. 2. s) perf. 3. t) utriusque *corr.* utrisque 1, *ubi* sap. *deest;* s. d. s. et h. fl. adornatus et eloquentia praestans 3.

1) Aliter Auct. a. 1109; sed cf. Ann. Aquic. a. 1123, SS. XVI, p. 504. 2) Anselmi epist. III, 163, Migne CLIX, p. 193, a Benedictinis ex codd. Aquic. et Tornacensi, ut videtur, huius historiae sumta (lectiones quae afferuntur sunt codicis 1). 3) Aliter Auctar. p. 395.

adornatus illustris eloquentiae. Cuius prudentiae vigor mentis ministrabat magnanimitatem, et nobili eloquentiae religio dabat auctoritatem. Nec deerat procerae staturae[a] virtus exterioris hominis, redimita liliis illibatae castitatis. Renitescebat[b] tunc Aquicinctus[c] claritate sublimium[d] personarum, tam laicorum quam clericorum, quae[e] ad idem[f] coenobium causa[g] emendationis vitae et salutis perpetuae de diversis regionibus velut apes ad mellea castra confluxerant, et quia ibi ordinem monachicae disciplinae[h] ferventius conservari[i] cognoverant. Quibus venerabilis pater adiunctus et quasi quidam radius clarissimi solis divinitus datus, non solum claritatem illorum non minuit, verum[k] etiam mirabiliter ampliavit, dum, eorum probitate et industria adiutus, in pluribus abbatiis ordinem reparavit et dissolutos monachos etiam exterioribus armis cohercuit, ut, quos non refrenabat timor divinus ab illicitis operibus, saltem reprimeret timor humanus. Sic factum est, ut de fonticulo parvae insulae Aquicinctensis tota irrigaretur[l] religio huius regionis. Fuit namque validissima columpna nostri[m] ordinis in suo dumtaxat tempore, quo[n] conflictationibus perversorum a severo[d] tramite iustitiae non poterat avelli nec vanis adulationibus ipsorum[o] hac illacque deflecti[p]. Quantae enim fortitudinis fuerit, ex subsequenti exemplo facile poterit[q] animadverti. Miles quidam, huius incola terrae, Raynerus[r] nomine, possessiones Sancti[s] Salvatoris Aquicinctensis invaserat et per vim castellum quoddam in eadem possessione, quae apud villam quae Obricicurtis[t,1] dicitur, firmaverat. Quem abbas Alvisus excommunicavit et pro reatu[u] suo a liminibus sanctae matris[v] ecclesiae sequestravit. Ille vero[w], excommunicationem parvipendens et in deterius proficiens et semet[x] ipsum cotidie contra abbatem igne iracundiae accendens, quadam die eidem abbati ad eandem villam proficiscenti obviavit. Quo viso in furorem versus, abstracto[y] gladio adversus eum venit et verbis terribilibus, quibuscumque[z] poterat, minitare[a] coepit, et quod eius hora iam appropinquasset, dicere[b]. Quid plura? Gladium illi[c] retro contra cor intra[d] scapulas[e] appulit. Sed monachis ac militibus intervenientibus[f] et[g] clamantibus: 'Quid facis?' nihil ei[h] nocuit. Fortasse tunc sanctus vir[i] canonicas horas decantabat, quas nec interrumpere timore mortis sibi imminentis nec insecutorem suum, saltem ad momentum, respicere voluit, tam de Dei auxilio quam de propria iustitia confisus. Cum vero eas explesset 'Benedicite[k]' circumstantibus dixit, moxque conversus ad eum: 'Fuge', inquit, 'excommunicate, non te timeo nec minas tuas'. Statimque Aquicinctum misit et imaginem Dei crucifixi deponi et in spinis collocari iussit. Nec multo post idem miles horrendo Dei iudicio morte pessima vitam finivit.

Hunc palmitem electae vineae
Terra ferax produxit[l] Flandriae,
Procreatum digna progenie,
Per quem Aquicincti effulsit insula
Nomenque celebre sumpsit per secula,
Ut monstrant[m] hactenus rerum presentia.
Huius patris miranda[n] probitas,
Quam non texit[o] cavenda parcitas,
Sed provexit[p] tenenda largitas,
Dei auxilio restrinxit ordinem,
In regno Franciae iam factum debilem,
Et normae[q] reddidit ademptam speciem.
Non miles Franciae ensem Theutonicum[r],
Arcum vel lanceam, pila vel clypeum
Umquam sic timuit instinctu[s] procerum,
Ut timet monachus Alvisi baculum

a) stature *corr.* statere 1. b) Renitebat 3. c) Aquicintus 2; Aquęcinctus 3, *et similiter post.* d) *deest* 3. e) qui 3. f) eundem 1. g) coen. conversionis gratia de d. r. confl. 3. h) vel. ap. ad m. c. *h. l. inserit* 3. i) obs. 3. k) sed et 3. l) irrigetur 2. m) nostre religionis et ord. 3. n) q̄ (que) 1. o) eorum 1. p) defecti 1. q) potest adv. 3. r) Reyn. 3. s) p. ecclesiae Aquicintinensis 2. t) Obercicurtis, r e *corr.* 1; Obacicurtis 2. u) suo r. 1. v) *superscr.* 1. w) autem 1. x) se 1. y) stricto 3. z) q. p. *des.* 3. a) ei m. 3. b) clamare 3. c) ille *corr.* illi 1. d) infra 3. e) illi *iterum add.* 1. 2. f) intermtietibus 1; interruentibus 2; irruentibus 3. g) ac 2. 3. h) illi 3. i) v. s. h. c. cantabat 2. 3. k) benedixit, *sec. m. add.* rite 2. l) perd. 3. m) monstrat 3. n) mira 1. o) rexit 3. p) provex 3; produxit 2. q) Enormem 2. r) Teut. 2. s) instructu 3.

1) Fortasse Auberchicourt, ex oriente Duaci.

Claustrumque refugit Aquicinctinicum[a],
Quasi sit laqueus, non Christi vinculum.

1131. Hic venerabilis pater in civitate Attrebatensi[b] postmodum factus episcopus, inprimis[c] non
ignobilem virtutis suae apodixen dedit, dum inveterata odia et inexorabiles inimicitias, quibus tunc eadem civitas periclitabatur, in suo adventu mira sagacitate pacificavit. Quarum inimicitiarum principes erant[d] Ansellus, miles non ignotus, municeps eiusdem civitatis, Guido Ripiliaci[e] et Hugo comes Sancti[f] Pauli cognomento Campus-avenae, qui frequentibus homicidiis et interfectionibus eandem urbem maculaverant. Meminit harum seditionum, qui adhuc superest, Stephanus monachus noster, vir vitae venerabilis, qui plurima mala exinde[g] evenisse multosque homines periisse[h] testatur, antequam illic[i] adveniret iste sacerdos magnus, qui in tempore tantae[c] iracundiae factus est reconciliatio, quam comites et[c] potentes huius seculi nullatenus ante ipsum pacificare potuerunt[k]. Postea vero iussu domini
1146. papae Eugenii in expeditione Hierosolimitana pater et pastor totius exercitus constitutus, in legatione Ludovici regis Franciae ad imperatorem infirmatus, pervenit ad mortem et, ut
1147. credimus, de morte transiit ad requiem[l] sempiternam. De quo verissime dici potuit, quamdiu vixit: Currus et auriga Francigenae[m] exercitus extitit. Nam paululum post mortem eius omnis exercitus, quasi auriga amisso curruque subverso, in direptionem[n] datus est inimicis. Extant epistolae domni[o] Bernardi abbatis Clarevallis[p] ad ipsum et de ipso contra[q] quosdam, quae indicativae videntur esse, et ex quibus conici potest, quantae religionis ante episcopatum et[r] post episcopatum fuerit. Neque[s] enim tunc optinebat atria pontificalia foeda iuventus, sed veneranda sanctitas atque in bonis operibus exercitata diuturna senectus. Nunc vero quicumque copiose repleverit[t] manum suam, fit episcopus. Mortuus est[u] autem venerandus antistes[v], ut prediximus, in legatione Franciae[w] regis ad imperatorem, et super mausoleum[x] eius hoc[y] epitaphium descriptum[z] est:

[Epitaphium[a] domni Alvisi abbatis].
Sub cruce, sub sporta, sub virga pontificali
Me crucio, macero, sed in hoc certamine vinco.
Dum loca sancta peto, petit et mea Martha Mariam[b].
Martha iacet fessa, nec fessa Maria[c] *ministrat.*
In finem populi finit[d] *mea Martha ministrans.*
Incipit illa soror nescia fine premi.

6. Epistola divi[e] Bernardi abbatis ad domnum[f] abbatem[g, 1].

Alviso abbati Aquicincti Bernardus . . . . *quo dignius satisfacere debeamus. Valete.*

[Epistola[h] cuius supra] ad abbatem Sancti Theoderici[2].

Primo precor, ut presentes litteras . . . . *Ipse*[i] *exaudiet vos in abscondito tempestatis, qui nunc probat ad aquas contradictionis. Valete.*

Quia alia post alia cogimur narrare, quasi reciprocando a superioribus rursus incipimus.

7. Domno Alviso episcopalibus[k] infulis sublimato et pontificalibus togis palliato, in pastorali regimine successit[l] ei domnus[m] Gozvinus[n], ipsius ecclesiae monachus, de quo quia[o] iam plurima dicta sunt, ne fastidium legentibus ingeramus, gesta illius nunc sub silentio preterimus. Cui in extremis agenti venerabilis Petrus abbas Sancti Remigii subpositam epistolam transmisit[p]; sed priusquam ad eum perveniret, mors, quae semper[q] fratres divi-

a) Aquęcinctum 3. b) Atreb. 2. 3. c) *deest* 3. d) *deest* 1; princeps erat Anselmus 3. e) Ripliari, *litteris* ari *e corr. scriptis* 3. f) de S. Pauli 2. g) episcopum 3. h) perisse 3. i) illuc 3. k) non p. 2. l) ad vitam in r. 3. m) Francigeni 3. n) dirempt. 3. o) beati B. 3. p) Clarevallensis 3. q) i. qua q. qui indicati ne v. 3. r) et p. *des.* 3. s) Nec 3. t) impl. 3. u) a. est 2. v) pontifex et a. 3. w) regis Fr. 2. 3. x) mauseolum 1. y) *deest* 2. z) scriptum 3. a) *haec des.* 2. 3. b) *deest* 3. c) me 3. d) sinit 1. e) sancti 2. f) *deest, post superscr. nigro atram.* Alvisum 1. g) Aquicinctensem *add.* 1. *Epistolam hanc et sequentem omisit* 3. h) Ep. c. s. *des.* 2. i) *finem epistolae:* Unde autem ad me tu iam dudum scripsisti *etc., et verba:* Quia — incipimus *om.* 2. k) pontificalibus i. s. in 3. l) succedit 3. m) *deest* 1. n) Gosvinus 3. o) *deest* 1; de cuius gestis quia liber exstat ideo ea non repetimus 2. p) misit 3. q) imer 1; imter 3; *de* 2 *non satis constat.*

1) Epist. 65, Migne CXXXII, p. 170. 2) Ad Gaufridum abbatem S. Medardi, ibid. epist. 66, p. 173.

dit, Gozvinum[a] ultimum vale vitae humanae dicere coegit. Successor autem eius domnus Alexander venerabili abbati Petro sequentem[b] epistolam responsalem prioris direxit.

Epistola[c] Petri Remensis abbatis[d] ad abbatem Gozvinum[e].

Venerabili patri suo[f] Gozvino abbati de Aquiscinio[g] frater Petrus, filius eius, humilis minister ecclesiae beati[h] Remigii, vitam[i] pacis et salutis. Gravi et duro nuncio[k] perculsus de[l] fine et obitu tibi instante, pater dulcissime et amice karissime, in augmentum huius meae calamitatis et hoc accedit[m], quod occupatus preoccupare mortem tuam me despero. Currunt enim ad te simul et[f] meum desiderium et mortis odiosae baratrum, istud te retinere secum ambiens[n], illud absorbere festinans. Adsistat tamen[o] divina pietas voto et desiderio meo, ne extinguatur tanta lucerna, antequam veniam et sua sanctissima oratione atque[p] meritorum illustratione illuminet tenebras meas. Quia vero non de insidiis fortunae, sed de divina predestinatione hoc incertum[q] pendet, velocitate cursoris obstacula impedimentorum, prout possum, redimo; et sic[r] ista allocutione, tamquam presens, paternitatem tuam appello et ad solitas miserationes super communem miseriam commoneo[s]. Audi igitur, sancta anima, quam Deus de presenti seculo nequam[t] ad diu desideratam societatem angelorum iam evocat, audi, inquam, audi gemitum compeditorum, naufragia navigantium, dolores parturientium et divinis hoc[u] instilla auribus, quatenus per canales orationum tuarum irrigentur areolae[v] aromatum, id est suspiria et affec- Cant. 5, 13. *tiones[w] Deum desiderantium, Deum amantium, dissolvi et cum[x] Christo esse concupiscentium. Certe quam infelicissime terrigenae et filii hominum se habeant, quam acerrime et durissime fideles Christi principes harum tenebrarum et mundi huius amatores insequantur, tui hactenus viderunt oculi, tuae audierunt aures. Cum itaque deposueris corruptionem, non abicias[y] compassionem; nec cum emigraveris[z] a convalle plorationis, cesset in te affectus miserationis. Quanto enim[a] tibi influxerint largius gurgites gratiae et gloriae caelestis, tanto profusius communicare orationum suffragia poteris amicis et filiis tuis. Nonne memor esse debes capitis tui, in quo semper oculos habuisti? Quia cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit* Ioh. 13, 1. *eos. Equidem certa fide teneo, quod novitate caeli gaudens anima tua pre admirabili splendore stupebit, pre exultatione illius beatitudinis in novam affectionem commigrabit; et quid mirum, si priorum non fuerit recordata[b] moestitiarum et omnium quae tam fastidiose et coacta diu in[c] mundo sustinuit? Nullatenus tamen, teste apostolo, caritas excidet[d] sive prophetiae* 1. Cor. 13, 8. *evacuabuntur sive linguae cessabunt. Per illam igitur caritatem te contestor et adiuro, ut, cum inveneris dilectum, nuncies ei, quia miser factus sum et incurvatus sum usquequaque, quia non[e] quod volo hoc ago, sed quod odi illud[f] facio, quia iniquitates meae multiplicatae sunt super* Rom. 7, 15. *capillos capitis mei, et sicut arena maris innumerabilis, sic cotidiana offendicula cordis mei. Ora itaque, sanctissime pater, pro me amico tuo et pro sancta congregatione tua atque nostra, quatenus immittere dignetur[g] nobis Ihesus Christus Spiritum, qui a Patre procedit, quo consolati ab operibus nostris[e] cessemus a malis et insistamus in bonis, sequentes vestigia tuae sanctae conversationis et amplectentes exempla perfectissimae religionis.*

Rescriptum[h] domni Alexandri abbatis ad eundem Petrum.

Gratias agimus sanctae condilectioni[i] vestrae, pater amantissime, qui sanctum patrem nostrum, etiam antequam ad eius notitiam pervenissetis[k], et deinceps tanto semper sanctae dilectionis affectu coluistis[l], ut ignis caritatis in corde vestro[m] semel[n] accensus non solum numquam intepuerit, sed magis magisque exaestuans flammam suae dilectionis plerumque patenter ostenderit[o]. Et quamvis, multiplicibus negotiis occupatus, in extremis vestram[p] presentiam ei exhibere nequiveritis[q], tamen ex tenore litterarum[r] calamo Spiritus sancti scriptarum[s], quas ei nuper misistis, dulcissimum sanctae caritatis vestrae[t] erga eum affectum[u], et quanto desiderio eum, antequam ab hoc exilio ad patriam, quam diu desideraverat, demigraret, videre exoptastis, luce clarius demonstrastis. Licet igitur ex discessu[v] tanti patris nos omnes caligo quaedam et umbra mortis pre nimia tristitia involverit, ita ut vix in lucem respirare possimus, spes tamen, quae non confundit, nobis non minimam consolationem tribuit; quia pro certo spe-

a) Gozvino 1; Gozwinum 3. b) P. ut supra respondit 3. c) *haec des.* 3. d) *deest* 1. e) Gossvinum *h. l.* 1. f) *deest* 3. g) Aquaecincto 3. h) sancti 1. i) viam 1; vita 2. k) animo 3. l) de f. et ob. t. i. *des.* 2; tibi *deest* 3. m) accidit 1. n) abiens est a. 3. o) tantum 2. p) ac 3. q) verum 3. r) si 3. s) commendo 2. t) *corr.* atque 3. u) h̄ (hec) 1. v) archae 3. w) affectioe 1. x) e. c. Ch. 3. y) obic. 3. z) emigrandis (?) 2. a) etiam 3. b) recordatus 3. c) *deest* 3. d) excidit 3. e) *post add.* 3. f) hoc 3. g) n. d. 2. h) *haec des.* 3, *ubi:* Responsio Alexandri abbatis *in marg.* i) dilectioni 2; conditioni tuae 3. k) pervenisset 3. l) coluisti 3. m) tuo 3. n) acc. semel 1. o) ostenderet 3. p) tuam 3. q) nequiveris 3. r) tuarum 1. 3. s) conscr. 3. t) tuae 3, *ubi* e. e. *des.* u) affectus 2. v) dicessu 1.

ramus, quod illum, quem in terris patrem habuimus, in caelis intercessorem et patronum habituri sumus[a]. *Nam quantam*[b] *non solum erga proprios filios, sed etiam erga omnes caritatem habuerit, in extremis positus manifeste ostendit, qui*[c] *omnes abbates et monachos ex diversis coenobiis ad eius exequias venientes tanto complectebatur*[d] *affectu, ut non solum eis ultimum vale faciens in pacis osculo*[e] *susciperet, sed etiam singulos*[f] *utraque manu complectens pectori suo astringeret et elevata manu benedictione confirmaret ac demum omnes*[g] *Spiritui sancto commendaret. Tanta quippe contra consuetudinem morientium per Dei gratiam in eo viguit sensuum vivacitas ac discretio simul et*[h] *memoria, ut tanta ei*[i] *gratia divinitus collata omnibus ammirationi haberetur et pro miraculo reputaretur. Cum vero super*[k] *cilicium recumbens*[l] *per*[m] *ministerium domni abbatis Sancti Amandi sacro oleo inunctus fuisset et omnibus pacis osculum prebuisset ac*[n] *sacra benedictione consignasset, quasi nil mali patiens, in magna spiritus fortitudine simul*[o] *et libertate, licet corpore deficeret, sermonem facere adorsus est et, spiritu Dei cor eius ac corpus*[p] *vegetante, tam diserte, tam*[q] *discrete de disciplina claustri*[r] *custodienda, de unitate fraterna tenenda, de odore boni nominis, quo hactenus ecclesia*[s] *Aquicinctensis*[t] *viguerat, sollicite conservando*[u], *de electione secundum Deum et observationem regulae concorditer facienda ac de singulis, quae nobis*[v] *necessaria esse sciebat, utpote a nobis quantotius recessurus*[w], *disseruit, ut omnes*[g] *qui adstabant super sermonum eius prudentia mirarentur*[x] *et vere Spiritum sanctum per os eius loquentem profiterentur. Quodque magni spiritualis ferrvoris*[y] *indicium cunctis esse liquet, etiam post sacri olei inunctionem dominici corporis et sanguinis perceptione exitum suum, quem iam iamque imminere sciebat, singulis diebus premunire satagebat, nec tamen illud*[z] *corpus dominicum ad lectum usque*[a] *suum deferri patiebatur, sed, licet viribus corporis penitus deficientibus, filiorum brachiis sustentatus, cotidie ad ecclesiam beatae Dei genitricis Mariae pedibus suis ibat, et ibi more solito in oratione procumbens, missam sibi cantari faciebat et, hora percipiendae*[b] *communionis appropinquante, genibus flexis sacram communionem in magna spiritus contritione percipiebat et sic ad lectum suum, aliis*[c] *se sustentantibus, redibat. Quia ergo longum est omnia, quae de eo merito*[d] *scribenda essent, prosequi, in hac sensuum vivacitate usque ad ipsam pene sanctae*[e] *resolutionis eius*[e] *horam constanter perdurans, nocte dominica in festo sancti*[e] *Dionisii, quo videlicet anniversaria dedicationis*[f] *ecclesiae nostrae*[e] *erat*[g] *festivitas et disponente Deo fratres nostri in unum convenerant, sancta illa anima carne*[h] *soluta est et, noctem in diem claritatis aeternae permutans, ad gloriam, quam diu desideraverat, ascendit*[e] *et festivitatem nostram in luctum commutavit et, lumine nostro, quod ipse erat, nobis subtracto, nos in magnae perturbationis tenebris sine consolatione dereliquit*[1].

Sepultus vero[e] sub[i] incomparabili[k] omnium[e] filiorum et fratrum suorum luctu[l] in dextera parte altaris beatae Mariae virginis[m], et super mausoleum[n] ipsius[o] marmoreum hoc epitaphium[p] exaratum est[q]:

[Epitaphium[r] domni Gossvini abbatis].

Sublimem merito[s], *diffusum nomine, longum*
Proposito brevis haec continet urna virum.
Huius vera fides, spes firma, calens amor, huius
Mens humilis, prudens lingua, benigna manus.
Actu Martha fuit, verboque vacando Maria,
Ut pariendo Lia, sic speculando Rachel.
Discernendo Iacob, Moyses orando frequenter
Et Phinees vicium[t] *confodiendo fuit.*
Octobris tibi nona dies extrema supremis[u]
Addidit ordinibus te, Gozvine[v], *novum*[w].

a) simus 3. b) quanta 2. c) quia 1. d) amplectabatur 3. e) oscula 2; o. susciperetur 3. f) singulis 2. 3. g) *deest* 1. h) ac 1. i) g. ei 2. k) *e corr.* 3 (subter?). l) incumb. *corr.* recumb. 3. m) p. m. *des.* 3. n) et 3. o) *deest* 3. p) c. eius 2. q) t. discr. *des.* 3. r) cl. suscipienda et c. 3. s) eadem e. 3. t) Aquiscinctensis *h. l.* 1; Aquicingensis 2; Aquęcinctinensis 3. u) conservanda 3. v) nec. nobis 3. w) diss. rec. *corr.* rec. diss. 1. x) admir. 3. y) f. est i. etiam 3. z) ideo 3. a) l. s. u. 2. b) c. p. 3. c) ab eis 3. d) que *iterum add.* 1. e) *deest* 3. f) e. d. 3. g) fest. erat 2; f. agitur 3. h) corpore 3. i) luctu *h. l. sec. m. superscr.* 2. k) inconsolabili 3. l) *deest* 1. 2. m) semper v. 1. n) *e corr. ex* mauseolum? 1. o) eius 3. p) epythaphium 1. q) *deest* 2. 3. r) *haec desunt* 2. 3. s) meritis 3. t) iud:iciñ, d *e corr.* 1. u) supremus *corr.* supremis 1. v) Gozwine 3, *semper.* w) novem 1. 2.

1) Hic epistolae finem esse puto.

Inde tuos nobis cineres servantibus ipse
*Patronum faciat, qui dedit esse patrem!**

8. Domno Gozvino rebus[a] humanis exempto, ipsa[b] die sepelitionis eius subrogatus est domnus Alexander, ab eo in sancta conversatione enutritus. Qui quidem non longo tempore Aquicinctinensi[c] coenobio prefuit, sed tamen in pluribus profuit et tria altaria eidem[d] ecclesiae sua industria adquisivit. Qui immatura morte preventus, cum octo annis pastorale regimen[e] amministrasset, diem vitae mortis vespera terminavit sepultusque est in sinistra parte altaris beatae Mariae[f], in cuius dextra pater et nutritor ipsius[g] domnus Gozvinus requiescit. Supra[h] cuius sepulchrum annotatum est etiam hoc epitaphium[i]: 1166.

Ad Domini montem misera de valle vocatus,
Vir meritis locuplex[k] hanc locupletat[l] humum,
Cuius sermo fides, habitus decor, actus honestas,
Fama suavis odor, gratia vita fuit.
Munditia Ioseph, zelo Phineen[m] redolebat,
Affectu Ionathan et pietate David[n].
Prefuit octavus non[o] annis pleniter octo,
Addens multimodas res, Aquicincte, tuis[p].
Dena luce priusquam finiretur Aprilis,
Denarium peperit meta laboris ei.
Mortis compedibus subductis, vivere secum
Donet Alexandro vita beata Deus!

Cui[q] iterum[r] ipsa die sepulturae illius[s] successit[t] domnus Symon, cui salutiferam gratiam[u] et auxilii sui dexteram tribuat omnipotens Deus! De preteritis itaque, in quantum donavit

*) *Aliud epitaphium fol. 1. codicis 1 legitur:*

Transiit iste pater Gozvinus, gloria patrum,
Qui primi patris hospes et aula fuit.
Hic lorica pudicitiae, clypeus probitatis,
Cassis gemmata relligionis erat.
Quod rosa, quod viola, quod achantus habent, tribus hic flos
Par, habuit florum mystica dona trium.
Nec rosa nec viola nec achantus defuit uni,
Responditque tribus ipse colore trium.
Ardor amoris eum divini fecit achantum,
Mens humilis violam martyriumque rosam.
Sic amor aeternus accenderat eius amorem,
Eius amoris opus ut redoleret eum.
Vas oleo plenum flammas efferre videres:
Vultus, opus, sermo flamma fuere boni.
Sic se mens humilis operum celabat amictu[v],
Ut summus fieret, infimus esse volens.
Ipse sibi vilis, se celsior ibat in astra,
Immo se meritis et supra astra tulit.
Martyrii palma, sine sanguine, sed cruciatu[w]
Carnis vel mentis dignus et ipse fuit.
Martyrii genus est mundum transire paludem,
Mundi mundana subdere seque sibi.
Hic flos aecclesiae tantorum dote colorum
Vernans aecclesiae nobilitavit agrum.
Messuit hunc illa cui se dedit ipse metendum,
Flos, de quo florum nascitur omnis honor.
Nona dies Octobris ei fuit ultima mortis,
Christo vivendi prima sed ipsa fuit.
Te serat in campi regno, pulcherrime florum,
Flos tibi qui floris nomen et esse dedit!

a) h. r. 3. b) ipso 2. c) Aquicintensi 2; Aquecinctensis ecclesiae 3. d) s. i. e. ec. 3. e) regnum 2. f) semper virginis *add.* 1, *qui vocabulo* Mariae *duas addit fascias ita inscriptas:* Cantoris Amandi *et:* Ds (Domnus?) Marcus Silvius. g) eius 1. h) Super 3. i) epithaphium 1. k) *ita* 1. 2; locuples 3. l) locupletavit 1. m) Phinees 3. n) dedit 3. o) nec 2. p) tuas *corr.* tuis 1. q) Qui 3. r) eterum 1. s) eius 1. t) succedit 3. u) *deest* 2. v) amictum *c.* w) cru : tatu *corr.* cruciatu *c.*

Dominus, veraci stilo monimenta[a] futuris derelinquimus; futura vero ipse, qui novit, ordinet[b] et disponat atque ad vitam aeternam nos perducat! Amen.*

*) *In 1 sequitur narratiuncula, quam hic addere iuvat:*

De Roberto nobili comite Flandrensi.

Ante duodennium fere quam proceres nostri Iherosolimitanum aggrederentur iter, Robertus Flandrensium comes cum multis opibus Iherusalem orationis gratia est profectus. Qui cum aliquot diebus in eadem moraretur urbe desiderio loca sancta videndi et ob sui munificentiam cognoscendi, plurima[c] etiam que apud gentiles fierent permitteretur habere licentiam: quadam die, uti ab his didici qui familiarem inibi comiti prestiterant comitatum, universi pene cives urbis ad templum confluxere Salomonis, et per universum diem maxima ibidem habita contentione, ad sua tandem in vesperum diverticula redierunt. Hospitabatur tunc comes isdem apud aliquem gravioris evi et expertioris[d] ingenii viteque quantum ad eos sanctioris Sarracenum, cui Servus-Dei usitatius erat vocabulum. Qui cum[e] ab eo redeunte domum sciscitaretur, quid in illo tam diu consedissent templo, ille respondit: 'Insolita', inquit, 'signa[f] quedam in ipsis stellarum cursibus recursibusque conspeximus, ex quibus certa admodum coniectura collegimus christianos has in provincias deventuros nosque per prelia assidua et frequentes victorias devincendos. Quod tamen utrum valde in posterum differatur an proxime fieri debeat, penitus nobis incertum est. Ex ipsa tamen astronomia novimus, quod ipsi, quibus superno gentem nostram iudicio superare et a natalibus horis amoliri conceditur, idem postremo vincendi a nobis et ab ea quam usurpabant patria bello sint pellendi. Cui celesti iudicio veterum secte nostre oraculorum passim ex quibusque voluminibus statim lectio recensita[g] concinuit, id ipsum aperta locutione testificans, quod iubar ethereum contexioribus signis innuerat'. Ex hac historia, ut creditur, ortum est, quod a multis putatur Iherosolima ruitura. Quod utrum verum sit necne, Deus novit.

a) monum. 2. b) ordinem 3. c) plurimam *c.* d) pert *e corr. c.* e) eum *c.* f) singna *c.* g) recensa *c.*

NOTAE GEMBLACENSES.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Notae, quas damus, adhuc ineditae, quasi ut Gesta abbatum Gemblacensium, SS. VIII, p. 523 *sqq. edita, continuarentur, conscriptae videntur. Ordiuntur enim ab Arnulfo abbate, successore Anselmi* († 1137), *in cuius obitu Gesta desinunt, et de iisdem fere rebus atque in continuatione Gestorum a Godescalco composita, videlicet de acquisitione bonorum, de constitutionibus abbatum de sacris officiis administrandis, de anniversariis, de praebendis fratrum relatum est.*

Hae notae autographae multis, undecim, ut opinor, manibus saec. XIII. in. exaratae sunt in duobus foliis membranaceis codici **Bruxellensi** *nr.* 5408 —5411, *fol., olim monasterii Gemblacensis, qui alteram partem Registri Gregorii I. papae*[1] *cum Vita eiusdem auctore Paulo continet, annexis. Omnes notae sedentibus Wiberto* (1194—1204) *et Willelmo abbate* (1204—*c.* 1229) *a monachis Gemblacensibus conscriptae videntur. Et quidem prima manus de abbatibus Arnulfo, Oddone, Iohanne f.* 185. *pauca notavit, quam aliae manus excipientes, f.* 185. 185'.[2] *plura de Iohanne, Wiberto, Willelmo abbatibus addiderunt, deinde aliae multas notas in marginibus signis appositis adiecerunt, ut nihil spatii illius folii vacuum remanserit. Deinde aliae duae manus, item saec. XIII. ineuntis, quae f.* 185. *de Wiberto abbate notata erant f.* 184'. *partim, nonnullis mutatis, rescripserunt et multa alia de eodem addiderunt, quae iterum notis multis in marginibus suppletis auxerunt.*

Cum haec duo folia maioris formae essent reliquis huius codicis foliis, a bibliopega, qui praecedente saeculo volumen glutinavit, margines eorum nimis recisi et ita multae notae mutilatae, etiam nonnulla signa eis praescripta abscisa sunt, ut, cum nuper haec Bruxellis describerem, difficile esset cognitu, ad quem locum nota quaeque spectaret. Quas hoc loco dispositas prout visum est sistimus. Chartae de rebus hic relatis fere nullae typis impressae exstant, nec locorum nomina hodierna, cum nobis apta subsidia deessent, adnotare ausi sumus.

O. Holder-Egger.

Domnus[a] Arnulfus abbas privilegiis sancte sedis apostolice ecclesiam sancti Salvatoris f. 185. 1137
in ius ecclesie Gemblacensis[b] redigens, de oblationibus altaris anniversarii sui die, quod est c. 1155.
2. Kal. Decembris, 12 sol. Nammucensium refectionem fratribus dari constituit, et in die conceptionis sancte Dei genitricis 10 sol.[3].

a) *haec f.* 185. *prima manu s. XII. ex.—XIII. in. scripta.* b) ecclesie *add. sed del. c.*

1) Cf. 'N. Arch.' III, p. 461. — 'Arch.' VIII, p. 496. falso sub nr. 5411. Vita Guiberti abb. Gemblacensis manu s. XIV. scripta notata est, cum haec 'vita' idem sit, quod in linea praecedente sub nr. 5408. allatum est: '2 Blätter Nachrichten über Äbte von Gemblours' etc. Unum volumen numeris 5408—5411. signatum est. 2) Etiam in sequente folio, nunc exciso, quaedam notata fuisse videntur. 3) De Petro abbate, successore Arnulfi, nihil relatum est.

1156–1159. Domnus Oddo abbas in divisione sanctorum apostolorum et in anniversarii sui die, quod est 9. Kal. Ianuarii, censum 22 sol. fratribus dari constituit, et in die transfigurationis super decimam Alberonis prebendas vini, et in die sancti Mychaelis 6 sol. super terram Iudith apud Sanctum Paulum, et in die animarum de parte magne et minute decime[a] domini Gervasii de Bossuth, quam adquisivit, 10[b] sol.

1160–1194. Domnus Iohannes abbas anniversarium suum, quod est 18. Kal. Ianuarii, de 20 sol. Nammucensium constituit, quos ad curtim de Bofives, quia eam acquisierat, assignavit, residuum usibus pauperum deputavit. Censum etiam Bovonis, prius in ecclesia sancti Salvatoris presbiteri, postea monachi nostri, ad exaltationem festi sancte Katharine dedit. Similiter in festo sancti Martini prebende fratrum, quam prepositus in vino et coquina debet, karitatis gratia 10 sol. adiecit. Festum etiam sancti Marci euvangeliste in albis fieri instituit et de reditibus domus panis ipsa die fratribus vinum et pisces dari constituit. Sed et festum sancti Nycholai et sancte Marie Magdalene super sex bonuaria terre, tria in Abendon, tria loco qui dicitur Marde, que postea Petrus, filius Rembaldi de Porta, sub annuo censu 8 sol. adquisivit, fieri in albis constituit; predictos 8 sol. cum decima eiusdem terre festo sancti Nycholai Willelmus abbas huius loci confirmavit. Similiter et festum sanctarum undecim milium virginum studio et labore et cooperatione domni Guiberti, successoris eius, et fratris Alberti monachi nostri super duo bonuaria terre et dim., de quorum fructibus ipsa die fratres refectionem vini habent, in albis fieri constituit. Vestimenta etiam fratrum per manum et dispensationem Petri monachi nostri, quem offitio camerarie prefecerat, tunica singulis duobus annis et linteamine et prebendam panis et vini pondere et mensura ampliavit. Preterea in construendis edificiis et in augmentandis reditibus ecclesie studio multo et sumptibus laboravit; decimam de Rues adquisivit, quam ad luminare ecclesie dedit; 9 etiam sol. censum, scilicet de Rues, ad emendos pisces fratribus in vigilia apostolorum Petri et Pauli custodi assignavit; supplementum vini et piscium, ut ab antiquis nobis est traditum, cum omni integritate debet prepositus ecclesie in eadem vigilia.

Ordinavit[c] etiam fratribus dari tres sol. ad villicum de Lirul et 12 denarios de censu qui ultra Alnum debetur cum censu Balduini prioris in nocte sancti Martini. Confirmavit etiam anniversaria predecessorum suorum, non satis decenter prius ordinata, Thiemari[d] scilicet abbatis apud Lirul, Anselmi apud Melenriu, et — ne quibuslibet futuris parvum et vile videatur, quod nostre tenuitati nostris diebus magnum fuit — quatuor ovis hora prandii unum addidit et duobus allesiis unum; multa preterea utilitatibus nostris adiecit, que per omnia nostre memorie non occurrerunt.

1194. Post decessum domni Iohannis pie memorie abbatis successit domnus Wibertus, Gemblacensis nostre[e] ecclesie monachus et inde ad cenobium Florinense in abbatem promotus[1], qui quia beato confessori atque pontifici Martino devotus extitit, cognomento Martinus. Cuius oratorium, ut apud nos videtur, construi atque dedicari multa diligentia et sollertia fecit. Hic in augendis rebus ecclesie et in stipendiis fratrum in ea Deo serventium quam studiosus et promptus fuerit, ex subsequentibus probari poterit. Cum enim a[f] Florinensi ecclesia ad regimen nostre Gemblacensis revocatus esset, ex antiquorum nostrorum scriptis[2], que in predecessorum suorum gestis legebantur, renoscens, qualibus victualibus precipuis festivitatibus et precipue [quatuor[g] diebus] natalis Domini, pasche, pentecostes et in earum vigiliis et octavis fratres[h] uterentur*, secundum tempus et redituum quantitatem constituit,

*) *Hoc loco supra lineam et in marg. hoc signo ⁜ posito, alia (nona) s. XIII. in. manus f. 184'. praecedentia paullo mutata rescripsit:* Post decessum domni Iohannis abbatis domnus Wibertus concordi fratrum unanimitate electus, in abbatiam[i] successit, qui quoniam beato confessori atque pontifici Martino a puericia devotus extiterat, ab ipso ut Martinus cognominaretur agnomen accepit. In cuius honore[k], nobis abbas datus, oratorium, ut in presenti cernitur, construi et rebus necessariis exornari multa diligentia fecit. Hic a cenobio Florinensi, ubi ab ecclesia nostra in abbatem prius assumptus fuerat, concordi, ut predictum est, electione revocatus, in augendis rebus ecclesie et in stipendiis fratrum in ea Deo servientium quam studiosus et promptus fuerit, ex subsequentibus[l] probari poterit. In exordio siqui-

a) *alio atram. superscr. c.* b) X sol' *ead. manu superscr. c.* c) *alia (secunda) manus s. XIII. in. pallido atram. pergit c.* d) Thimari *corr.* Thiemari *c.* e) e. n. *corr.* n. e. *c.* f) ā *c.* g) q. d. *post superscr. c.* h) *ead. manu superscr. c.* i) in a. *ead. manu superscr. c.* k) *ead. manu in marg. suppl. c.* l) subsequendis *corr.* subsequentibus *c.*

1) Circa a. 1189, cum $5^1/_2$ annis huic monasterio praefuerit, ut ipse dicit in epist., Martene et Durand. Coll. I, p. 930. 2) Intelligi videntur quae Godescalcus in cont. Gestorum c. 48, SS. XII, p. 543, scripsit.

ut prebenda vini, que a predecessorum suorum aliquibus negglecta et retracta erat, perfecte hiis sollempniis redintegraretur. Consequenter festa apostoli Petri, cathedram scilicet qua primum Rome sedit, et Iohannis apostoli quod dicitur ad Portam Latinam in albis fieri constituit; et de censu Gerardi militis, qui infra burgum Gemblacensem continetur, quia diebus regiminis sui in ius ecclesie nostre cesserat, fratribus earundem festivitatum obsequiis servituris prebendas vini dari decrevit; postea decimam sartorum quatuordecim[a] bonuariorum terre, que Arnulfus miles de Walehem ab ecclesia adquisierat et excoli fecerat, unde[b] heredes eius possessores homines sunt ecclesie, diebus rogationum, quibus fratres processionibus et estu plurimum fatigantur, refectioni eorum vini atinuit.* Labente autem temporis curriculo, cum ecclesie Bossuth et Bavenchien[1] morte interveniente personis carerent, quarum fructus in dotibus et decimis a laicis manibus expensis multis et laboribus exemerant sui[c] predecessores, personatus earum, placitis prius Legie, postea Rome prosequutis erumnis multis et sumptibus, privilegiis sancte Romane ecclesie et Leodiensis episcopi in ius ecclesie redegit[2] et alteram, Bavenchien scilicet, prepositure concessit, excepto quod anniversario[d] obitus sui die 20 solidi Lovanientium de oblationibus altaris fratribus in refectione vini et piscium distribuantur, et ad curtem eiusdem loci modium frumenti Lovaniensis mensure ipsa die pauperum usibus distribuendum pro sua et omnium abbatum et fratrum huius loci salute á fratre qui curti preerit sollerter amministretur. Alteram ecclesiam in Bossuth, ut fratres ecclesie fideles apud Deum intercessores adquireret, ut in festivitatibus, quibus nocturnis et diurnis servitiis magis occupantur et laborant, aut minutionibus, in quarum temporibus nichil eis beneficii indultum invenerat, aliquid ex eius fructibus recreationis perciperent, eorum usibus deputavit, addito quoque anathematis interdicto, quod, salvo episcopi et archidiaconi iure et prebenda presbiteri et campanatoris, nulli abbatum aut prepositorum aliqua potestate liceret absque consensu communi fratrum ibi quidquam usurpare aut accipere; statutumque est, ut abbatis et unanimi omnium fratrum assensu talis[e] ad recipiendos predictos reditus, in oblationibus scilicet altaris, decimis et dotibus ad idem altare spectantibus, eligeretur, qui non secundum personarum acceptionem, *quod absit, *f. 185'. sed secundum timorem Dei et fraternam karitatem equa dispensatione necessitatibus fratrum[f], sicut ante digestum est, amministret, et ipsi fratres éadem beneficia cum gratiarum actione et ordinate recipiant et eorum memorias, quorum diligentia et labore hec et cetera beneficia ipsis[f] provisa sunt, in orationibus suis ut fideles heredes teneant. Amen.

Eiusdem vero abbatis coniventia predecessores sui, quos prememoravimus, domnus Oddo festivitatem transfigurationis Domini constituit, quam[g], quia ecclesiasticis offitiis satis intentus erat, domnus Wibertus nocturno et diurno offitio satis decenter, ut ad presens videtur, ornavit, sed et domnus Iohannes festa sanctorum[h] Nycholai, Marie Magdalene atque 11 milium virginum eius suggestione fieri constituit[3]. Hiis et quam pluribus non solum sibi, sed futuris ecclesie filiis utilis et providus fuit[i]; maiorem enim operam fratrum necessitatibus relevandis quam suis impendebat, et hoc omni desiderabat instantia, quia ei pre manibus non erat, unde in hoc voti sui compos fieret, ut sic omnium bonorum largitor Deus corda futurorum igniret, ut votorum suorum exsecutores et affectores existerent.**

dem prelationis suae, cum[k] ex antiquorum nostrorum scriptis, que in predecessorum suorum gestis legebantur, renoscens, qualibus victualibus precipuis festivitatibus et maxime quatuor diebus natalis Domini, pasce, penthecostes et in earum vigiliis et octavis fratres uterentur. *Require cetera ab hoc signo* ⸭ *usque ad versum, quem regirato folio in alia pagina invenies, cuius initium est:* Panis quoque quantitatem[4]. *Quo finito, hec quae hic sequntur subscribantur.*

*) *In marg. alia manu (tertia) s. XIII. m. add., margine nimis reciso, mutilata:* Si quid deesset ...ne[l] .... ceret suppleme ...... *Et paullo inferius in marg. alia (quarta) manu s. XIII. add.:* In octavis et[iam] beati Martini du[o] bonaria terre, qua[m] fecit exstirpari, [ad] vinum dominorum de[le]gavit.

**) *Eadem (secunda), ut videtur, manu quae haec scripsit in marg. haec nota scripta est, linea ducta ad hunc fere locum:* Et unicuique fratrum gallinam de reditu gallinarum, quem apud Dion de Alneto, quod[m] mansionari invaserant, adquisivit.

a) quatuodecim *c.* b) de h. e. possesores *in loco raso c.* c) pr. sui *corr.* sui pr. *c.* d) anniversorio *c.* e) caliss(?) *in loco raso c.* f) *ead. manu superscr. c.* g) domnus *add. sed del. c.* h) *superscr. c.* i) *hoc loco hoc signum* ⊕ *alio nigro atram. positum, v. idem p.* 598, *n.* d. k) c̄ *c.* l) aïne(?) *c.* m) q *c.*

1) Beauvechain (arr. Nivelles); cf. Tarlier et Wauters, 'Belgique ancienne et moderne' II, p. 193 sq. 2) Cf. chartam, Gallia chr. III, Instr. p. 130, nr. 6. 3) Cf. p. 594, l. 17. 4) P. 596, l. 10.

Sed[a] et in festis inventionis et exaltationis sancte crucis plenarium cantum collegit; et quia partitio nocturnorum omnibus displicebat et indecens videbatur — agebantur enim 8 lectiones cum responsoriis de martyribus — totum de integro officiorum tam nocte quam die ob venerationem passionis dominice, quam venerabatur, a fratribus fieri obtinuit nec coniventiam eorum pia mercede fraudavit. Nam in exaltatione eiusdem sancte crucis 12 sol. de re[d]itu[b] vinee que in Namuco habetur pro [c]omparando vino eis concessit, in inventione vero [a] successore suo domno Willelmo reditum duorum bonuariorum terrae de sarto quod [est] iuxta Esnagiam[c,1] pia in[st]antia dari exegit.

Festum etiam apostolorum S[imonis][d] et I[ude] [et] cetera.

[P]anis quoque [quant]itatem [pon]dere unius [lib]re adau[xit], sub dis[tric]to anathe[ma]te inhibens, [ne] eadem quantitas ulli homi[num] daretur nisi solis fratribus [ha]bitum monachicum geren[tibu]s.

---

f 184' Egit[e,*] et aliud maius prescriptis omnibus et memoria dignius et imitatu utilius, dum propter sollicitudinem presentium futurorum non immemor non solum prodesse vivis, sed et defunctis suffragio indigentibus benignitatis eius sedulitas[f] pium duxit subvenire, etiam antequam abbas esset, studio suo et precibus a conventu exegit, ut singulis dominicis et omnibus festis 12 lectionum, que sine albis fiunt, post secundos vesperos vigilie pro defunctis agerentur. Unde fit, ut plerumque in una ebdomada quine vel sene a nobis pro mortuis vigilie nunc decantentur, cum antea plerumque non singule decantari possent. Nam quoties in ebdomada feria 4. et 6. festivitates occurrerent, nonnisi[g] semel in ea vigilie poterant celebrari. Hic idem factus abbas, missam et elemosinam prebende unius, quam predecessor suus abbas Iohannes assensu fratrum pro defunctis annuam instituerat, iste eorum coniventia, ut perpetua esset, effecit; predictus siquidem abbas Iohannes bono usus consilio instituit, ut moriente aliquo fratre monacho dumtaxat missa pro eo specialis per singulos dies sequentis anni celebraretur, et in anniversario depositionis eius die precium vestimentorum eius, que, si viveret[h], habiturus erat, in elemosinam panis, quantum sufficeret pauperibus, expenderetur, residuum vero presbiter, qui predictam missam cantaret, acciperet. Finito anno, missa simul et elemosina, que pro defuncto agebantur, eque finiebantur; acci-

*) *Hoc loco in marg. hocce* ¶ *signum positum est, quod etiam praepositum sequenti notae in inferiore marg. f.* 184'. *manu decima scriptae:* Idem ipse abbas G[uibertus] egit communia quidem et usitata, sed relatione digna et . . . .[i] iuxta illud celebre et salubre consilium: 'Homo, cognosce te ipsum', sciens se esse hominem, id est de limo factum, et luteam habitare domum, et propterea viciorum infec . . . .[k].

Eadem manus (decima) in inferiore marg. f. 184'. *haec scripsit, quae continuatio esse videntur praecedentis notae, hoc signo proposito* ++, *quod nusquam invenitur:* ut á vulneribus suis curaretur, medicinam quesivit, et ut ab immundiciis omnibus ablueretur, ad fontem cucurrit. Audiens namque ab apostolo, quia ore confessio fit ad salutem, (Rom. 10, 10) et legens in scriptis Augustini[2], quoniam initium operum bonorum confessio est operum malorum, se ipsum intus et foris totum in cogitationibus, verbis et operibus subtiliter examinans, ad confessionis pure, humilis et devote confugit presidium. Utque satisfaciendo misericordiam ab eo, cuius misericordia plena est terra, consequeretur, miserias suas, id est delinquentias cogitationum, verborum et operum, non solum ut[l] pio et eterno pontifici Ihesu Christo in secreto conscientie cubili, sed et exterioribus officialibus ipsius, id est cardinalibus, episcopis, abbatibus et sacerdotibus, humilius et expressius quam potuit sepius revelare et aperire non[m] erubuit; (Luc 7.) insuper et exemplo fortis illius mulieris, que super convivantes ingressa, peccatricem se fateri in publico non . . . .[n] predicti beati Augustini, qui et ipse suas delinquentias, Deum laudans et se accusans, 13 libris propalavit, sua eam perperam co . . . .[k].

Eadem manus (decima) in superiore marg. f. 185. *haec scripsit, prima linea abscisa, quae continuatio praecedentis notae videtur:* . . . . fratrum, reditum Iohannis, qui diebus suis monachus huius loci effectus erat, duos modios siliginis et duos avene ad villam que Frankineis dicitur dedit.

a) *haec in marg. f.* 185', *col.* 1, *manu octava (forte eadem ac sexta) scripta sunt, signis praepositis, quae in columna non reperiuntur; in notis marginalibus olim fuisse, sed abscisa videntur.* b) *uncis incl. abscisa.* c) Es *minus perspicue scr.* d) S et I *c.* e) *haec f.* 184'. *manu nona post n.* * *p.* 594. *scripta sunt, hoc loco, ut ibi indicatum est, inserenda.* f) dignum d *add. sed del. c.* g) *minus perspicue scriptum.* h) viviret *corr* viveret *c.* i) *tria circiter verba abscisa.* k) *una vel plures lineae abscisae.* l) u, *compendio quodam superscr. eraso.* m) potuit *add. sed del. c.* n) *quatuor circiter verba abscisa.*

1) Ernage, cant. Gembloux? 2) In Ioannis Euang. tract. XII, 12, Opp. ed. Bened. III, 2, col. 389.

debaturque sepius, ut, nullo fratrum apud nos ex hac vita migrante, toto triennii seu quadriennii aut etiam prolixiori tempore eadem missa et elemosina usque ad obitum cuiuslibet fratris prorsus intermitteretur. Hanc interruptionem missae et elomosine abbas Wibertus egre ferens et improbans, votivo et unanimi tocius capituli assensu, ut removeretur, effecit, constituitque, ut, etiamsi nullus esset annuus, missa tamen pro abbatibus et fratribus et ecclesie fundatoribus et benefactoribus continue celebraretur, primaque collecta semper in ea *Deus, venie largitor,* cetere vero pro arbitrio sacerdotis dicerentur. Si vero annuus[a] esset, prima collecta: *Omnipotens semper Deus, cui numquam sine spe misericordie sup[plicamus], specialiter pro illo* vel *pro illis,* si plures[b] agerentur[c] annui, secunda vero *Deus, venie largitor,* diceretur, cetere autem, ut dictum est, pro libitu sacerdotis subiungerentur. Quia vero in refectorio ad maiorem mensam tot prebende antiquitus poni solebant, quot pridie in capitulo defunctorum anniversaria fuerant pronunciata, sed propter novam ecclesie combustionem et temporis maliciam et operum expensas consuetudo pristina observari non poterat, pro recompensatione detrimenti huius constituit, quatinus, donec meliorato tempore et restructa domo et ordine restituto, una saltem pro pluribus prebenda, qualis et quanta unicuique dabatur fratri, in pane scilicet et omni obsonio eiusdem qualitatis et mensure, preberetur et[c*] pro defunctis. Statuit etiam, ut propter generalem elemosine huius prebendam fratri nuper[d] defuncto specialis tricenarii sui nullatenus plenaria[d] negaretur prebenda parrochialibus parcienda presbiteris, quatinus et ipsi sollempne defuncto missarum persolverent tricenarium. Constituit nichilominus, ut elemosina, que de precio vestimentorum defuncti fratris in annua depositionis eius die ex instituto Iohannis abbatis fieri solebat, in ipsa potius sepelicionis eius die pauperibus erogaretur, eo quod id decentius plurimis videretur et intercedentibus ipsis pauperibus anime defuncti celerius remedium conferre crederetur. Cum autem inter fratres quereretur, quid de elemosina et de[d] missa et de prebenda pro defunctis perhenniter statuta fieret, videlicet á quo vel missa cantaretur, vel quibus utiliter prebenda distribueretur, dicente abbate, bonum sibi videri, ut missa diatim vel ebdomatim a singulis sacerdotibus[d] secreto celebraretur, et prebenda pauperibus erogaretur, fratribus écontra astruentibus, tribus missis, que iugiter in conventu agebantur, inportabile esse quartam apponi, abbas cessit multitudini et[e] paruit eorum voluntati et consilio; hortatuque[f] eius et licentia elegerunt presbiterum a foris, hominem humilem, simplicem et honeste conversationis, et commiserunt ei missam pro fratribus defunctis in oratorio sancti Martini, quod idem abbas nuper edificaverat, iugiter quamdiu vellet et posset celebrandam. Quod quia secundum Domini[g] dictum dignus est operarius cibo suo, prebendam predictae Matth.10,10.
elemosine ex integro in victualibus, quantam unusquisque fratrum haberet, ei constituerunt, addentes etiam hoc, ut in die depositionis cuiuslibet defuncti elemosina de precio vestimentorum, quae per annum sequentem, si viveret, habiturus esset, pauperibus erogata, residuum idem presbiter acciperet. Constitutum est etiam unanimi omnium voto, ut eodem presbitero vel moriente vel sponte cedente, alius morum probitate conspicuus et boni testimonii, non consanguinitatis aut muneris, sed solius Dei respectu eligatur, qui idem digne explere posset officium, ac proinde institutum sine diminutione obtineat beneficium. Statutum nichilominus et hoc, ut per succedentia tempora Deum timentes, si fieri potest, sine dilatione substituantur presbiteri, qui pro defunctis dignas Christo preces et hostias offerant et, ne molesta expectatione torpescant, laboris sui premium statim paratum percipiant. Si autem contingat, ut defuncto ministerii[h] huius presbitero, alius idoneus, qui mox succedat, non facile inveniri possit, sanccitum est, ut a sacerdotibus monasterii eadem sine interruptione vicissim missa celebretur, donec presbyter hoc officio dignus substituatur, et interim prebenda ad nutum abbatis seu prioris pro salute defunctorum pauperibus distribuatur. His ita dispositis, tam abbas quam conventus pari assensu ista[d] quo potuerunt munimine roboraverunt, et ne quis ea nisi meliorandi gratia commutaret aut convelleret, perpetua anathematis sententia inhibuerunt et á consortio fidelium defunctorum et ab omnibus bonis que[d] pro eis in ecclesia fiunt, quisquis hec presumeret, virtute verbi Dei exterminaverunt.

[U]num[i] autem fuit, in quo perficiendo non voluntas, sed facultas huic abbati defuit,

a) aunus *c.* b) essent *add. sed del. c.* c) annui ag. *corr.* ag. ann. *c.* c*) *ita c.* d) *superscr. ead. manu c.* e) *sequentia aut alia (decima) manu aut nona alio tempore et alio atramento scripta sunt.* f) que *superscr. c.* g) hominis pre *del. et superscr.* Domini *c.* h) def. h. min. defuncto, *del. alterum* def. *et corr.* min. h. *c.* i) *haec manu eadem (nona vel decima) in inferiore marg. f.* 184'. *scripta, cum margine nimis reciso etiam signo indicante, ad quae haec trahenda sint, deleto.*

videlicet quod et totius cenobii combusti[1] reparatione et debitorum gravamine et tribulationum, [quib]us numquam prelationis sue temporibus caruit[a], pressuris impeditus, vestes usibus capellani illius necessarias, antequam resignaret, procurare non potuit. Fecit tamen super hoc et ante et post [re]signationem quod potuit, sepius orans Deum, quatinus, aversa[b] a nobis ira sua, clementiore oculo super afflictos placatus respiceret, et restituta temporum tranquillitate et rerum copia, ...[c] successorum suorum suspiraret, ut quod eidem capellano in necessario vestimentorum usu vel cultu deerat libens suppleret. His et quam pluribus non solum sibi, sed futuris ecclesie filiis utilis et [pro]vidus fuit[d.2].

1204. Postremo[e] domno Wiberto cure multorum renuntianti, ut anime sue cure sedulius vacaret, pondus et honorem regiminis a se deposuit[3]; cui successit Willelmus, ecclesie nostre monachus, a prioratus offitio in abbatem assumptus. Hic in initio regiminis sui antiphonam[f] de domina nostra Dei genitrice et virgine Maria, fideli huius loci et omnium in se sperantium advocatrice, *Salve regina misericordie* expletis missarum sollempniis cantari instituit. Inde calciamenta fratrum in pascha tribus solidis, in festo sancti Remigii 12 denariis singulis annis melioravit. Constituit anniversarium suum super fructus decem bonuariorum terre que adquisierat apud[g] Niel (?), ubi sedecim solidos obitus sui die anniversario assignaverat.

[Hortatu[h] quoque pio et multo [s]upplicatu predicti domni Wiberti predecessoris sui 8 bonuaria[i]] sarti iuxta silvam de Esnagia vini refectionem fratribus constituit, scilicet in inventione sancte crucis, in commemoratione sancti Pauli, [in[k] translatione sancti Martini episcopi], in festo sancti Gregorii; festum conversionis sancti Pauli duplex constituit et vinum fratribus de 6. parte decime de Bossut, de tribus etiam bonuariis terre, que a Godino de Ponte habemus, in sollempnitate sanctorum Philippi et Iacobi et [in[k] decollatione sancti Iohannis] vinum conventui constituit; porro[l] sequenti die post purificationem beatae Mariae commemorationem animarum patrum et matrum fratrum aecclesie annuatim fieri constituit et ipsa die de terra Fageti vinum fratribus assignavit[m]. Postea unanimi fratrum assensu, cum in portione vestium et infirmariarum nullam benignissima Dei genitrix virgo Maria sortem prius haberet, prebendam ipsius omnimode quantitati unius fratris tam in vestibus quam in reliquis beneficiis adequavit, adiciens, quod, quicumque eam retinere presumeret, apud misericordissimum eius Filium non advocatricem, sed ultricem ipsam incurreret.*

*) *Secunda manus f.* 185′, *col.* 2, *has notas scripsit:* Albertus, nostre congregationis monachus professus, assensu domni Willelmi abbatis iuxta silvam Esnage 18 bonuaria terre excoluit; super partem eorum predictus abbas octavas asscensionis et festum sancti Egidii in albis constituit, refectionem fratrum[n] pia devotione Balduino presbitero de Sovrei et quodam fidele providentibus; super partem eiusdem sarti habemus anniversaria Lieberti[o] de Mannil, Mathildis et Beatricis.

Lambertus burgensis Gemblacensis et postea nostre congregationis monachus professus assensu domni Iohannis abbatis et fratrum eius temporis minutam decimam de Masniz redemit novem marcis Nammucensium et fructus predicte decime in die obitus anniversario uxoris sue, quam ante conversionem legitime duxerat, a predicto abbate et fratribus, quousque novem marce conventui fratrum solverentur, dari obtinuit. Super medietatem domus negotiatorum habemus 8 marcas et medietatem reditus pro anniversario Rembaldi clerici de Esnage, quod est 7. Idus Octobris, et de altera medietate debet nobis prepositus 2 anniversaria, Henrici decani Fossensis et Ermine, quorum sumptibus eadem domus constructa fuit, 16 scilicet[n] marcis. 14. Kal. Iunii obiit Henricus, Kal. Maii Ermina.

Balduinus Cornisele cognomento Kal. Ianuarii obiit et frater nostre congregationis effectus

a) :aruit, *littera erasa c.* b) adversa *corr.* aversa *c.* c) *nonnulla verba abscisa.* d) *ead. manu add. c:* Cetera (require ad hoc signum *add. sed del.*) regirato sequenti folio require ad hoc signum ⊕; *v. p.* 595, *n. i.* e) *haec secunda manu f.* 185′, *col.* 1. *post (p.* 595, *l.* 40*)* affectores existerent *scripta sunt.* f) ãntiphonam *c.* g) a. N. *minus perspicue superscr. c.* h) *sequentes* 4½ *lineae primo secunda manu scriptae erant, sed erasae et alia (quinta) manu nigro atramento usa rescriptae sunt; sed prima dimidia linea iterum erasa, sexta manu verba* H. q. p. *scripta sunt, quae addito signo* ♯ *in marg. notam iisdem verbis incipientem supplevit, quam uncis inclusimus.* i) ria s. i. s. de Esn. *et in columna manu quinta, quae pergit, et in marg. manu sexta scripta sunt.* k) *uncis inclusa in loco raso sexta manu scripta sunt.* l) *septima manus pergit.* m) *hic signum positum est, ad quod quae spectent, non apparet.* n) *superscr. c.* o) Liberti *c.*

1) Monasterium Gemblacense a. 1185. ab Henrico comite Namucensi combustum erat. Cf. epist. Guiberti, Martene et Durand, Coll. I, c. 930; epist. Iohannis abbatis, Gallia. chr. III, instr. c. 127, nr. 3; Ann. Laub., Foss., Floreff., Parch., SS. IV, p. 25. 31. XVI, p. 625. 606. 2) Verba: *His — fuit* repetita de p. 595, l. 36. 37. 3) Cf. epist. Hervardi archidiaconi Leodiensis apud Mabillon, Anal. p. 480 sq.

est; ad anniversarium suum tria iurnalia terre et dimidium bonuarium prati loco[a] qui dicitur Castremont iuxta villam Cortiz plena vita sua assensu coniugis sue dedit.

Apud Bossuth super dotem ecclesie duo anniversaria habemus, Wiberti clerici, qui obiit 2. Idus Iunii, et Reneri laici, quod est Idus Ianuarii.

Pro anniversario Balduini Maillart conversi nostri, quod est 8. Kal. Iulii, habemus 10 solidos super quinque iurnalia terre, que sunt loco qui dicitur . . . . . .[b].

14. Kal. Maii obiit Willelmus conversus huius loci, pro quo habemus 7 sol. super tria iurnalia terre retro hortum nostrum.

16. Kal. Martii obiit Iacobus, 15. Kal. eiusdem obiit Gerardus laici, pro quorum anniversariis habemus duo bonuaria terre.

Kal. Martii obiit Wilardus laicus, 14. Kal. Aprilis Emmo sacerdos, monachus huius loci, 11. Kal. Iunii obiit Henricus miles de Vileir, pro quorum anniversariis habemus apud Mannis 9 solidos in assumptione sancte Marie, 9 in festo sancti Andree, 2 solidos exactionum in festo sancti Remigii, in natali Domini 9 cumulos avene, 9 gallinatios et novem pullos de reditu eiusdem ville.

4. Nonas Aprilis obiit Beroaldus presbiter, pro quo habemus prebendas vini obitus eius die ad molendinum Bedawe.

5. Kal. Maii obiit Wedericus laicus, pro quo habemus decem sol. super idem molendinum.

9. Kal. Iulii obiit Hodierna laica, pro cuius anniversario Petrus miles Hathlei de allodio eius . . . . g[c] apud nos adquisivit, seu heredes eiusdem allodii possessores debent 12 sol. Lovaniensis monete.

9. Kal. Ianuarii obiit Henricus, 10. Kal. Iulii Alaidis, uxor eius, pro quorum anniversariis habemus 4 bonuaria terre retro Fagetum.

4. Kal. Iulii obiit Maria laica, pro cuius anniversario habemus tria bonuaria terre villa[d] que dicitur Cortiz post obitum viri sui, et ipse in vita sua anniversarium solvit.

Super Bosini laici in Inblendino partem de Bedawe habemus 3 marcis, et ab eo qui vadium nostrum tenet annuatim solvi debet idem anniversarium.

8. Idus Iulii obiit Arnulfus laicus de Nyel, pro quo . . . .[e].

In inferiore marg. f. 185, col. 2, undecima manus haec scripsit: 3. Idus Maii obiit Gerardus de Bavenchien, in cuius anniversario habemus dimidium modium siliginis et dimidium avene, et quia id non videbatur suficere ad vinum dominorum, domnus Guillelmus abbas supplementum assignavit ad partem decime, quam Gemblacensis ecclesia emit a Waltero de Lace . . . .[f].

a) loco — Cortiz *ead. manu superscr. c.* b) *spatium vacuum c.* c) *spatium vacuum* $^2/_3$ *lineae c.* d) *sic c.* e) *sequentia in sequenti folio scripta erant, quod excisum est.* f) *reliqua abscisa sunt.*

SUPPLEMENTUM.

HISTORIA MONASTERII MOSOMENSIS.

EDIDIT W. WATTENBACH.

Historiam hanc olim a Pertzio praetermissam mutato consilio hic inserere placuit, cum de Adalberone Remensi archiepiscopo rebusque eius tempore in Lotharingia gestis quaedam haud spernenda praebeat. Auctor, quem eiusdem coenobii Mosomensis (loco qui nunc Mouzon vocatur, ad Mosam fluvium aliquanto supra Sedanum sito) monachum fuisse apparet, primo libro vitam et translationem sancti Arnulfi cuiusdam, alias prorsus ignoti, tradit, quae in eius anniversario recitata esse videntur; altero renovationem Mosomensis coenobii addit, tertio res monasterii usque ad annum 1033. *breviter exponit. Eo igitur tempore opusculum suum et scripsisse et absolvisse videtur, Widone archiepiscopo et Richardo abbate Virdunensi superstitibus, quorum hic a.* 1046, *ille a.* 1055. *obiit. Etiam quae de canonicis Remensibus et de monasterii sui aedificiis auctor refert (II,* 9. 10*) eum aetate non multum remotum fuisse ostendunt. Fontes unde rerum notitiam hauserit nullos indicat, sed versus integri aliorumque particulae, quae in solo libro primo occurrunt, carmen quoddam de sancti Arnulfi rebus sibi praesto fuisse, indicare videntur. Quae deinde narrat, viva voce inter monachos Mosomenses tradita esse possunt, ipse vero ea verborum cultu exornavit, usus documentis quae integra inseruit. Paucas temporum notas et seriem abbatum sine dubio scriptas invenit; partim conveniunt cum Annalibus Mosomagensibus SS. III, p.* 160. *editis.*

Cum libro manuscripto careamus, textum ex Spicilegii Dacheriani editione prima, VII, p. 623 *sqq. damus, ubi, Chronicon Mosomense inscriptus, ex duplici apographo, bibliothecae Sangermanensis altero, altero Andreae Duchesnii manu scripto*[1], *editus est. Utrumque nunc latet*[2]. *Acta synodi ad Montem S. Mariae habitae ex apographo Sirmondi edidit Labbeus, Concil. IX, p.* 707. *Solam Adalberonis chartam, sed non integram, iam antea Sirmondus ipse ex cod. Igniacensi ediderat in App. ad Flodoardi hist. Rem. p.* 403. *Excerpta ex editione Dacheriana dederunt Mabillon in Ann. O. S. B. III, p.* 612, *et Guill. Cuperus in Actis SS. Iul. V, p.* 582, *notisque adiectis illustraverunt.*

Epitomen chronici Mosomensis Nicolaus Habert, eiusdem loci prior, edidit Carlopoli (Charleville) 1628, 8°, *in supplementum, ut ipse ait, eorum quae ab antiquo eiusdem monasterii religioso ante sexcentos annos descripta fuerant.*

His subsidiis adiutus textum Dacherianum passim emendare potui, quem in capitula divisi. *W. W.*

1) Ex hoc in fine chronici addita sunt aliqua, quae cum Ann. Mosom. annis 969. 1065. 1120. 1153. 1212. conveniunt. 2) Codex bibl. Paris. Suppl. Franç. nr. 1515, 2 (nunc 8335), apud Varin, 'Arch. de Reims' I, p. CCLXVII. commemoratus, aliam Arnulfi, ut videtur episcopi Turonensis, vitam bis scriptam continet, teste S. Loewenfeld, qui apographa illa frustra quaesivit. Cod. nr. 12681. opusculi Habertiani exemplum praebet.

I.

INCIPIT TEXTUS VITAE AC TRANSLATIONIS SANCTI ARNULFI MARTYRIS.

Sanctorum sollemnia quotiescumque agimus, fideli mente, fratres, pensare possumus, quia, cum sit pro humanis laboribus apud Deum iugis omnium sanctorum deprecatio, de illis hoc pro nobis tantopere fieri tunc potissimum sperare debemus, quando in Dei laudibus pro illorum gloria attentiores sumus. Ideo nobis pia intentione curandum est, ut, quod exterius per speciem significamus, interius in veritate teneamus, et inde foris solidemur in opere, unde intus reformamur in mente. Sollemnitas enim sanctorum salus est et laetitia fidelium, qui de illa iam gaudent inventione; unde nos per spem hilarescimus in itinere, certi per gratiam Dei ad eorum nos pertinere et perventuros esse consortium, quorum per fidem et operationem imitamur exemplum. Illi fidei firmiter servantes propositum, spei anchoram tenentes per desiderium, imitati sunt Christum in morte sua et per calicem passionis adepti sunt premia aeternae felicitatis. Igitur eorum nos in quantum possumus Deo largiente vestigia prosequamur, et si eos digne imitari per omnia non valemus, tamen in quantum virtus suppetit et ex affectu cordis diligamus et corporis devoto servitio celebremus, ut, dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus. Nec enim dubitandum est, eos semper esse avidos salutis humanae, pro qua Deus misericorditer homo fieri dignatus est, et quam nobis suo sanguine Christus comparavit, ipsamque in se assumptam in dexteram Patris in caelestibus collocavit, ut ubi preeminet in capite ibi conservetur in corpore. Sed idcirco impensius sancti salutem nostram apud Dominum efflagitant, et per compassionem . . . ., scientes, quia, quanto magis nostrae corruptionis labore premimur, tanto magis necesse est ut divino auxilio sublevemur.

2. Proinde, dilectissimi fratres, sanctorum memoria fideli semper est cogitatione veneranda et pia admiratione suscipienda. Qui enim carnis materiam portantes, sed tanquam de carnali corruptibilitate assumpti, preter carnem vixerunt et per spiritum vivificantem ea quae carnis sunt calcaverunt, dignum valde est, ut et vitae sanctitate insignes habeantur et victoriarum suarum titulis coronati, honore et admiratione pariter reverendi laudabiliter predicentur. Unde, quia hunc diem[1] pro beati Arnulfi martyris presenti patrocinio sollemnem recolimus, ipsi domino Deo multiplices gratias réferimus, cuius adoranda semper clementia tanti benedictione suffragii nos in hac die voluit feliciter prosperari. Hodie namque patribus nostris et prioribus huius loci, Mosomensis videlicet ecclesiae, quod minus sperabant, divina bonitas optabile satis contulit donativum, quod et sibi ac posteris suis per succedentia temporum curricula posset esse salutiferum, moestis et dolentibus consolatorium, fessis et laborantibus tranquilla requies, profligatis et pro peccato moerentibus presentissima sedes recreationis. Hodie namque, Deo faciente misericordiam, Mosomensis ecclesia huius sancti martyris suscepit pignera, accepit patrocinia, meruit fidissima orationum eius beneficia. Excepit die ista laetantibus angelis exanime corpus, sed quod miraculorum famulante testificatione comitabatur caelica virtus. Suscepit, inquam, loculum et corpus cum ossibus extinctis, sed quae foris abiecta videbantur, intus erant iucunda et vivida meritorum lumine. Ostendebat nimirum omnipotentia divinae maiestatis quod latebat oculos nostrae carnis: representabat vivae virtutis indicium, unde mens nostra nimis ambigeret, cum eam fidei argumento solidatam veritas ipsa miraculorum ad magis credendum attraheret. Mirum erat, quod caeca mulier visum reciperet et cum virtute miraculi lumen surgebat fidei. Stupendum erat prodigium, quod ignis suarum oblitus virium nequibat prebere inter arida ligna incendium. Prorsus erat mirificum et ante a saeculis nostris insolitum, vere novum caelestis virtutis opificium, navim per fluctus ire sine remige, contra fluminis impetum adlabi placidissime; et dum fluctus deorsum sensim labitur, navim aquila presidente cum solo sancti corpore gratanter undis invehi. Sed iam ratio postulat, ut causas tantarum rerum series narrationis expediat.

3. Venerabilis igitur Arnulfus, vir vere Deo dignus, Lothariensis terrae fuit accola atque, ut ex miraculis claruit, totius innocentiae et sanctitatis arripuit tenere vestigia. Quibus insistens et fideliter Deo in timore et iustitia deserviens, magis ac magis in bono proficiens, sicut palma in dies multiplicabat, sicut lilium odorem virtutum coram Deo germinabat, pro quo modo electus et assumptus habitabit in atriis semper caelestis vitae beatus.

1) Iul. 24.

Hic itaque vere bonorum operum studiis augmentatus, per simplicitatis oculum corpus suum exhibebat lucidum. Sed cum divina gratia sic eius disposuisset opera, ut lucerna in domo Dei fieret, quatinus intrantibus lumen preberet ipse, quod nescientibus rectum et[a] velut obscurum erat in tenebris: positus super candelabrum bonae operationis dare coepit
2 Cor 5, 6. flammas, quibus accensus fuerat divini amoris. Audiens namque quod ait apostolus: *Quamdiu in hoc corpore sumus, peregrinamur a Deo; per fidem enim ambulamus, et non per speciem;*
Heb. 13, 14. itemque illud: *Non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus*, hanc vitam peregrinationem intellexit esse, non patriam, carcerem servitutis pro domo libertatis, exilium captivitatis pro civitate et regno supernae inhabitationis. Idcirco corpus castigans servituti subiciebat; attenuans carnem male illecebris seducentem et spiritum roborans virtutum plantaria fructificantem.

Unde bonus adolescens, peregrinatione suscepta ad Ultramosanos ac Mosellae sinus, Belgicam Celticamque Galliam petiit orandi gratia et sanctorum qui in eis sunt frequentandi suffragia. Quid ibi negotii habuerit, quid commercii cum ipsis sancta eius suspiria et piae lacrimae in precibus assidue profusae egerint, non multum est necesse dicere, cum satis sit perspicuum, eum quae sancte poposcerat efficaciter promeruisse et quae iuste quaesierat feliciter obtinuisse. Itaque lustratis multorum sanctorum patrociniis, tam in urbibus quam in vicis, mente et corpore sospes repedabat, et alacris ambulabat, sollicitus cum Deo suo, innocens manibus et corde mundo, quia non acceperat animam suam in vano, nec in dolo iuraverat proximo suo, et quoniam haec generatio quaerentium Dominum, quaerentium faciem Dei Iacob, accepit benedictionem a Domino et misericordiam a Deo salutari suo, ut ascenderet in montem Domini et staret in loco sancto eius.

4. Interim Porciensem[b] comitivam[1] ingressus, prope iam egrediens perlimitabat eam, cum ecce a latronibus vitae vel pecuniis transeuntium insidiantibus occursu improviso exceptus, in loco qui dicitur [Marceolis[c]] in silva, quae cum toto circumposito sibi montuoso territorio Frigemons appellatur, usque ad mortem verberibus et plagis dirissimis toto corpore dilaniatus, tandem vix ad villam quam Gruerias[2] appellabant pervenit, et ducente se via, regio, ut dicunt, pergio[d,3] substitit. Quem cum inibi villae populus diutissime residentem vidisset nec inde se promoventem, lassum quidem prius credentes, fageto autem et umbra silvae, quae dextrorsum preeminet, aestimantes obumbrari; ac deinde cum nullatenus removeretur, putantes speculatorem vel alicuius predae aut rapinae exploratorem, vadunt quisnam sit percunctari. Nam villa tunc illa et viris habitabatur admodum honestis et divitibus et populi frequentia ruralique negotio satis erat composita. Venientes autem et quam male se ille vir sanctus haberet invenientes, humana miseratione commoti nuntiaverunt apud villam celerrime causam facti. Quod audientes concives, a maiore usque ad minorem convenerunt fere omnes, dolentes cum dolente, infirmati cum infirmante. Matronae vero villae illius, quibus et humanissimus et devotus erat affectus, cupientes eum domibus suis adducere, ut in sancta administratione illius participarent gloriae remunerationis eius, offerebant ei suam christianissime sedulitatem in omnibus, secundum quod immensitatem considerabant dolorum et plagaturae ipsius. Quibus ille publice loquens: 'Ego', inquit, 'iam delibor, et tempus resolutionis meae instat; non erit diutissimum sedulitatis huius ministerium, quia, iam fatiscentibus huius corruptionis artubus, iam sopitis venarum pulsibus, mox deposito carnis onere spiritus suo pergens itinere, representabitur Dei misericordiae. Subvenite potius, ut subveniat vobis Deus! Procurate misericordius, quatinus sacerdotum manibus dominicae communionis eucharistiam merear suscipere, ut accepto viatico defensionis contra occursum insidiantium spirituum munimen habeam redemptionis pretium'! Protinus . . . . . .[e] accito presbytero, facta oratione et dicto symbolo participans vivificis mysteriis, unitus corpori aeternae salvationis: 'Peregrinum', inquit, 'me cernitis, peregrinum in hoc loco et in hac via huius meae sepelite peregrinationis'! Post haec facta et dicta pedes suos colligens et oculos ac manus in caelum intendens: 'Domine', inquit, 'Iesu Christe, qui hanc fecisti et redemisti animam, tibi eam trado et commendo tuae redemptionis electis animabus connumerandam'. Quo post beata vota in morte resoluto,

a) et *abundare videtur*. b) *al.* Porcuensem *DACH*. c) *deest ed.; supplevi ex Haberto*. d) pervio *Mab.*; iuxta viam regiam *Hab*. e) *ita ed.*

1) Inter Mosam et Axonam infra comitatum Reitestinum. 2) Grayères. MAB. 3) i. e. aggere itinerario.

procuraverunt ei cives illius loci honestum sepulturae loculum, qui viae regiae contiguus in promptu est videri transeuntibus. Ubi positus ignotum est quamdiu iacuit, quousque illum divina virtus revelari voluit. Defuncta namque et e medio viventium sublata omni generatione illa, quae eum terrae mandaverat, nomen quoque ipsius prorsus iam tacitum et oblivioni traditum erat, preterquam quia fidelis cuiusdam peregrini sepultura nota erat, et tumulus desuper aggestus ibi preminebat[a].

5. Cum autem supernae providentiae placuit et nomen et meritum manifestare dilecti servi sui, accidit unum e vicinis gravi febrium languore torqueri et diu vexatum dureque detentum ad mortem usque affligi; in quo dolorum angustiatus cruciatu vidit ex revelatione divina visione somnii sui quendam placidi vultus hominem apparentem sibique dicentem: 'Gravi detineris dolorum incommodo, pessimae infirmitatis artaris vinculo; unde et te iam relaxari oportet et auctorem salutis venerari condecet. Vade propere absque haesitatione ad locum illum tumuli secus viam in dextra positi, et facta oratione tua cum fide convalesces ocius ex hac incommoditate. Dicam tibi mysterium, enunciabo veritatis arcanum. Ibi enim sepultus ex diutino tempore requiescit sanctus martyr Arnulfus; quem generatio illa quae tunc eum sepulcro obruit minus curans oblivioni contradidit. Tu ergo ne dubites, quin ipsius meritis salutem quam desideras consequaris'. Abiit ille, humiliter accessit, precibus fusis paululum dormitavit; excitus a somno, Deo et sancto martyri gratias et laudes referens, incolumis remeavit. Quod ubi contiguis finibus auditum est, accessit infirmus unus et alter, oraverunt fideliter, redierunt salubriter. Fiebat istud non paucis diebus, donec, infinita multitudine conveniente et manifesta sentiente remedia, quotquot cum fide veniebant Dei et sancti martyris eius redeuntes predicabant quae experti erant magnalia. Hinc vicini cum incolis inter se colloquentes, consilium habuerunt, ut, collatione facta pro viribus, preparatis impensis ecclesiolam facerent, in qua cum sepulcro suo sancti Arnulfi corpus transferentes ponerent. Quibus omnibus paratis, ecclesiam ex communi faciunt, tecturam superponunt, ad tumulum ea veniunt intentione, ut, quia ibi utpote in via regia super eum non quibat fieri ecclesia, ad preparatum loculum ferrent arcam sepulcri lapideam cum corpore. Sed effosso circumquaque tumulo et egesto terrae aggere, nulla vi hominum, nullo ingenio conquisito artium amoveri potuit inde. Mirum, non sine magna quidem circumastantium et intuentium admiratione, cum sepulcrum inspicerent quantitatis modicae et multae brevitatis, quod etiam quadruplicatum portaret facile tantorum virtus coadunata virorum. Unde cum stupore et timore presumptionis suae ab incepto desperantes penitus restitere, reservantes illud factum cui Deus annueret generationi posterae. Ecclesia tamen mansit multo tempore distans a sepulcro sancti, quantum potest iacere . . . . . .[b], cuius adhuc manent vestigia, fruticibus et arbustulis circumsepta, vetustate et imbrium infusione diruta omni maceria.

6. Erat adhuc eo tempore in eadem villa ex maiorum successione, quorum iuris fuerat fundus ille, una linearis prosapia, quae iuxta abusivam consuetudinem mundani tumoris arrogabat sibi veterum suorum ventosam defensionem[c] in pretiositatem generosi germinis et superbi nobilitatem sanguinis. Unde contentione facta ex multiplicatione litis accidit inter eos dissidium. Nam quidam miles nomine Airannus, ex ipsis unus, sed ut videbatur aliquanto inferioris germinis, cetera omnia pro se vir bonus, inter eos sortem habebat hereditatis; in parte tamen illa ubi corpus requiescebat sancti martyris Arnulfi, quae viae vicinior et exitui opportunior — per eam quippe et in silvam erat iter et in pascua — quidquid sati vel graminis habebat inquietudine peculii totius villae perdebat. Hinc saepe clamans, saepe contendens, cum neque legum iudicio neque civili contubernio quae sua erant quiete possidere potuisset, verborum contumeliis et nimietate iniuriae provocatus, arma capit, armis rem suam defendere repromittit. Iniuria iteratur, damnum cumulatur, homo contemnitur, in facinus properatur. Quid multa? Adeo res processit, ut quidam eorum Fulcherus nomine interceptus in damni crimine, confossus truculenter, cum peccato suo moriens spiritum exhalaverit vitae. Quo facto post ultionem iniuriae et admissionem piaculi Airannus in sese rediit, et quia manum propinquorum effusi sanguinis sustinere non posset, secum ipse aestimans[d] reputare coepit. Unde continuo fugitivus per devia quaeque et silvosa delitescens timore mortis, patronum sibi et tutorem, contra potentes potentiorem quaerens, facit pactione suae fidelitatis et manu commendationis, cum omnibus quae erant

a) *al.* permanebat *DACH.* b) *ita ed.* c) *nescio, an* descensionem *scribendum sit, scil. stirpem, originem.* d) *fort.* aestuans. *H.-E.*

sui iuris, [Warzesimum[a]] quendam virum bellicosum, qui fasque nefasque pensabat aeque, famosus opere, potens et viribus et genere. Hic habitabat in villa sui iuris predicto fundo satis proxima quae appellatur Avia[b]. Frater enim erat comitis Goeranni, qui castellum sui dominii tenebat quod Cantaranna[1] nomen habebat. Airannus ergo propter compendium auxilii et liberationis advocatum habebat interim virum huiusce qualitatis. Inde ad altiora tendens et tutiora perquirens, Otthonem comitem adiit, qui forte tunc in illis partibus commanebat; quia ibi propter defensionem et opportunitatem alodiorum suorum castellum fecerat quod Warcus[2] nomen habebat. Hunc itaque virum tunc Airannus expetiit. De suis fortunis verba facit, causas aperit, susceptionem postulat, fidelitatem servaturum insinuat, spondet et firmat. Comes Ottho viri fortis et nobilis gerens animum, suscipit hominem, annuit gratiam, prebet necessaria, repromittit adiutorium et defensionem suam sibi non defuturam, si fidem in eo inveniat stabilem et firmam. His factis pactionibus adeptus familiaritatem gratiae eius: 'Est', inquit, 'cum coheredibus meis in villa Gruerias alodii non modica mihi portio, quam cum cespite suo nobilitat beati Arnulfi in tumulo adhuc quiescentis pretiosa confessio, qui gloriosus meritis, sacris virtutibus fulget venerabilis. Hunc si tu, domine mi, comparare volueris, leviori pretio quam aliquis hominum me vendente et tribuente sub tuo iure acquirere et possidere poteris'. Laetus comes de patrocinio sancti, quia certa esset tuitio sui castri, secundum commune placitum ille solvit quae inter eos convenerat pecuniae summam; ille promissam donat beati corporis glebam. Comes facti commercii non negligens negotiator, properans mature antequam fama vulgaret, accitis peditum et equitum copiis, matutinus venit ad tumulum, et per manus presbiterorum levans in feretro corpus sanctum, cum ingenti gaudio, inspicientibus rusticis de quorum possessione tollebatur, transtulit Guilledium et in ecclesia sancti Hilarii Pictaviensis episcopi, cuius ibi memoria veneratur, posuit aliquamdiu custodiendum, donec in castello facta capella cum maiori reverentia servaret tantum thesaurum. Quo ad nutum ordinato et capella constructa, transfert ibi pretiosa sancti pignora cum multa populorum frequentia.

7. Qualiter autem ab illo loco ad hanc Mosomensem ecclesiam gratia Dei sancti huius voluerit pervenire presentiam, quamquam prolixitate orationis digressionem facere videamur, tamen plena fide relationem historiae texentes explicare aggredimur. Udalricus[c] sanctae
969. Remensis ecclesiae archiepiscopus naturae concedens legibus, humanis rebus erat exemptus[3]. Francorum rex gloriosus in sceptris agebat domnus Lhotarius; qui audiens vacuam pontifice sanctam sedem Remensis ecclesiae, Dei permittente gratia et ordinante clementia, cum totius cleri et populi electione et assensu procerum occidentalis Franciae domnum Adalberonem regali munificentia prefecit et constituit summum antistitem, virum ut credimus Deo dignum, in rebus ecclesiasticis strennuum, carne nobilem, genere potentem, consilio prudentem, magnanimitate singularem, fidei virtute invincibilem. Hic sibi commissi ovilis pastor sollicitus, ne quando periclitaretur et urgente mundi pressura a recto deviaret, curis anxius, pia sedulitate infirmos consolabatur cum fortibus. Erat ei sermo doctrinae congruus ad aedificationem audientium in gratia sale conditus, unde formam virtutum ac disciplinae daret subditis, unde redarguendo improbos viam eis significaret humilitatis. Interea dum pax creditur, dum meliora sperantur, insurgunt contra hunc bonae spei virum mille insidia-
Matth.13,25 rum stimuli, tumultuantur adversus eum quidam proceres regni. *Dum enim*, sicut ait euangelium, *dormirent homines, venit inimicus homo et superseminavit zizania*. Dum dormit iustitia in regum et principum cordibus, dum resolvuntur in suis cupiditatibus, et sicut
Iudic. 17, 6. scriptum est: *Quia in diebus illis non erat princeps et propheta et dux in Israel, sed unusquisque quod sibi videbatur rectum hoc faciebat*, coepere se prout quisque poterat in maius efferre, maiores minores suos, ut est hodie malae consuetudinis, opprimere, potentiores impotentes venari et quasi predam sequi, timore Dei abiecto, iure legum saeculi spreto ecclesias affligere, familias ecclesiarum, quas minus gladius et scutum defensionis tueretur, apposita quacumque iniuriae occasione aut gratuito potius servituti addicere. Quos cum vir predictus in familiam suae ecclesiae nimis grassari cerneret, et quae libera esse debuis-

a) *deest ed. indicata lacuna, suppl. ex Hab.* b) *al.* Ania *DACH.* c) *al.* Odalricus *DACH.*

1) Chanteraine. MAB. 2) Warcq ad confluentes Mosae et Sulmonae. 3) Anno 967. defuncto Odalrico Adalbero ordinatus esse legitur in Ann. Rem., SS. XIII, p. 82, sed Adalberonis annus primus fuit a. 969; Ann. Mosom. SS. III, p. 160. Odalricus autem in App. ad Flod. in Sirmondi editione p. 403. post septimum suscepti regiminis annum obiisse legitur.

set servitutem plangeret, primum quidem verbis et suasionibus suis missionem quaerere, inde cum minus proficeret, quia et militiae sibi erat copia et sui generis hoc pati indigne perferebat potentia, reclamando aperte minari et resistendo tuitionis remedium defensionisve subsidium conquirere coepit manu militari. Unde factum est, ut et quibusdam adversariorum audendi talia metum incuteret et ab infestatione ecclesiae alios temperare faceret, aspernantes autem et in suae pravitate feritatis persistentes promptissimo saepe aggrediens ausu, victoriarum glorioso superans mutilaret occursu. Inter hos et omnium quidem precipuus iam nobis superius dictus Ottho erat comes, Otthonum scilicet Romanorum imperatorum et adhuc tunc temporis sceptra nobilitantium clarissima et germanissima progenies, sanguis patricius et, ut ex amplissimi paterni et materni iuris ditissimo patrimonio apparet, fundis vir et opibus et dignitate satis preditus[1]. Hic ergo tantus homo graves discordiarum inimicitias cum isto nostro Adalberone susceperat archiepiscopo. Quae specialis causa tunc extiterit, nos quidem latet hodie, quia oblivio mater negligentiarum, quae nimis in partibus nostris viguit, posteris suis haec et multa alia tacendo invidit, tanquam ea senium vetustatis antiquaverit. Tamen vir iste protervo animo et minaci ausu contendens cum episcopo, sese vastaturum eius ecclesiam, oppressum ire familiam minabatur, e gravibus eundem verborum contumeliis exasperabat et diversis iniuriarum modis lacessere ipsum vel inquietare non trepidabat. Sed ecce, tanquam ex improviso noster episcopus paratus ascendere ex adverso et opponere se murum pro domo Israel, callens ingenio, cautus consilio, fultus parentum et amicorum presidio, collectis copiis militiae ecclesiasticae fortibus auxiliariis, prefati comitis castellum, quod Warchum superius diximus appellari, cum exercitu circumvallat, turmas peditum circumfundit, ballistas et fundibula intendit, negotium pro quo convenerant gnaviter peragi et poscit et imperat[a]. Ad certamen venitur, missilibus et iaculis res geritur, foris acriter pugnatur, intus fortiter resistitur. Istis nitentibus pro gloria, illis confligentibus pro vita, fit interdum anceps victoria. Locus enim non tam naturali munitione firmus, quam humano labore et opere manuali factus, modo aggere terrae, modo pastophorio, interdum ubi opportunum[b] fuerat . . . . . .[c] roboratus, non faciles prebebat accessus. Nam et Mosa fluvius profundissimis inibi gurgitibus vel equo vel pede non transmeabilis parte una castrum ipsum preterfluit, parte vero altera veniens Sulmona[2] flumen non modicum gratanter alluit. Hic loci situs tunc erat; modo turrium altitudine et fortissimo murorum ambitu preter ipsa fluviorum fundamina, nisi sors altera fiat, robur habet inexpugnabile.

8. Interim nostro archiepiscopo rem variabilem et nimis asperam non aequis oculis aspicienti subitae novitatis opus apparuit, quod suo prodigio et animos bellatorum quam fortiter erexit mentemque archiepiscopi, quem spes incepti negotii frustrabatur, licet eam, quam strennue vultu preferret, ex Dei tamen adiutorio refovens sublevavit. Nam militibus fluminis profunditate viam aggrediendi et manus conserendi inhibente, per media castra iunix una transitum habuit, et videntibus omnibus vadum, quod penitus ignorabant, sensim legens, alveum permeavit, neque, ut natura est animalium, enatando vim fluviorum transadiit, sed pedetentim, quacumque pervium fuit, passim iter monstrando, ne tantus labor frustra esset, tanquam dux auctor itineris ulteriores ripas voti compos ascendit. Quo viso nec stuporem movente, sed quod erat in rem audendi[d] et faciendi operam prenuntiante, episcopus cum assistentibus: 'Divina nos', inquit, 'comitantur beneficia, quibus rem facti per bruta denuntiat animalia. Sequamur, qua nos non fortuna sed Deus evocat, qui populo Israelitico maris Rubri arenas ad calcandum dividendo discrevit et Pharaonem demersit; credo, spero, audenter etiam dico, ipse nobis pecudem presignatricem misit, ut, sicut hoc animal iugo assuetum humanae vitae suis laboribus fit accommodum, ita nobis, si vestrae militiae non pigeat et pudeat, bos ista vincendi et superandi quidquid putatis arduum sequendo et experiendo fit[e] argumentum. De laboribus animalis huius sic scriptura refert:
Ubi plurima seges, ibi manifesta fortitudo boum; acsi dicat, ubi bellantium virtus vivida, Prov 14, 4.
ibi victoria sequitur et corona. Quapropter, milites fortissimi, virtute accingimini, nec segnities redarguat quos bucula lasciviens ad exasperandum informat. Sequimini preosten-

a) impetrat? *G. W.* b) opportu| *ed.* c) *ita ed.* d) *al.* audiendi *DACH.* e) *l.* fiat.

1) Adalberti comitis Veromandensis forte filius; Gall. chr. IX, p. 259. Cuius mater Gerberga Ludovici Transmarini filia fuit, nata ex Gerberga, sorore Ottonis I. imperatoris; idem postea cum Lamberto et Reginhario Godefridum comitem oppugnavit. 2) La Sormonne.

sam viam! Nullus labor arduus virtutem vere amantibus'. Talibus excitus adhortationibus et iunicis vestigiis preeuntibus, Godefridus comes[1], frater archipresulis, qui simul aderat, Heynodarios et Ardennenses, quos secum exhibuerat, lituo buccinante aggregat; quo ceteri sequantur, ipse primus ut decebat virum fortem insinuat. Qui mox lorica trilici et hamata indutus, galea cristata fulgentique caput, armis accinctus, vultu terribilis, impetu formidabilis, qua bucula precesserat vadum ingreditur cum suis intentis acerrime omnibus praelio. Godefridus ignem iubet sepibus apponi subito, ut et suis audendi fiducia et illis introrsum fiat inaccessibilis pugna. Ignis interim accensus undecumque perquisitis ambustionibus flammas ad caelum evomit, dextra laevaque errabundus obvia quaeque demetit, urente vento arreptus magis magisque vires accipit; spinis et sepibus, facili quippe materia, celerrime cedentibus, patet amplissimus intrandi aditus. Oppidani relicta statione pristina quaquaversum palantes, fugae presidio diversa quaerunt latibula; milites ocius conscenso domnione[2], domo scilicet principali et defensiva, rebus suis diffidentes, decernunt inter se pacisci pro vita. Vident enim totum castrum teneri undique ab ignibus, et si quid ignis nondum attigerat, predam fieri hostibus, equos scilicet phaleratos cum burdonibus et omnem suppellectilem concupiscibilem domus. Ignis ignorans parcere, nesciens mitescere, proprie habens misereri nolle, consumptis omnibus, flammis semper potentioribus ecclesiae propinquabat foribus. Ecclesia ibi erat lignea, in qua sancti Arnulfi quiescebant pignora: lignea, inquam, quia nec maceriarum adhuc ibidem existebant fundamenta; etenim vorago paludis nulla inibi sinebat fundari pro[a] hiemalibus aquis. Ad hanc ergo ecclesiam cum appropiassent flammae, ignis resedit repente, et quasi totis Aeoli flatibus relisis aversus, continuo recessit retrogradus. Divinum namque quiddam intuens et mirabile quoddam in ipsa intendens, oblitus naturae, perdebat vires potentiae suae; nec erat dubium, si haec flammis urgeretur, quin statim omnis defensiva domus cum fugitivis et latentibus cremaretur. Sola haec causa erat quae moras victoriae protrahebat. Episcopus miratus et novitate facti stupore perculsus: 'Quid', inquit, 'hoc novum, quid significat rei huius miraculum? Vetus tabulatum et arida lignorum materies illaesa inter flammas durat, et ignis, qui etiam ferrum domat, attemptare ligna reformidat? Mirum, o viri,

mirum, nobis sic ista videri:
Fit res mirifica, nec frustra visio tanta.
Sed vellem scire, quid rei possit inesse;
Haec sine prodigio non sunt quae ludicra cerno.
Si sit divinum, dignum est venerarier ipsum.
Si qui concives estis qui talia nostis,
Pandite perspicui tuto iam mystica facti.

Assistentes quidam, qui etiam pagenses erant: 'Mirum non est', inquiunt, 'domine, quia opus cernitis virtutis divinae:

Hic meritis sanctus virtutum luce coruscus

corpore servatur Arnulfus martyr laude dignus et honore verendus. Hactenus nobis propitius fuit et pietate insignis; nunc aversus facientibus malis nostris, reliquit in angustiis iniquam gentem cum peccatis suis. Male namque ei serviebatur, nec honor suis meritis congruus referebatur. Monstrat modo quid possit, ostendit quid nolit; tuetur suam ab ignibus domunculam, et donec in ea pausaverit, adversus eam ignis nihil poterit'. 'Et quis', inquit episcopus, 'quo sanguine cretus? unde domo genitus[3]? civis an incola? peregrinus an advena?' 'Genus', aiunt, 'et vitam quam duxit ignoramus, preterquam quod locum sepulturae eius habemus in proximo, ubi terram terrae contulit caeloque spiritum reddidit, ubi etiam aliquamdiu iacens et meritis vigens, diversis infirmitatum incommodis Deo prestante obtinuit remedium salutis. Quod Otto comes audiens et experimento cognoscens, dato pretio incolis, quorum iuris erat locus — villam enim illam Gruerias dicunt; auctor autem commercii miles quidam Airannus extitit, sub cuius possessionis titulo sanctus quiescebat in tumulo — comes, inquam, Otto vallatus multo populo corpus sancti tulit inde cum honore debito, et in ecclesia antiquissima sancti Hilarii in hac proxime villa Guilledio cognomine — nominatissimus quippe fuerat nundinarum locus — pausavit tempore

a) *an* prae?

1) Virdunensis senior, filius Gozelini. 2) Gallice 'donjon'. 3) Versuum reliquiae.

aliquantulo, donec miraculis crebrescentibus propter frequentiam populorum timens furtim perdere, usus sibi viso consilio transtulit huc novissime'. Cumque haec et talia audiret patienter episcopus, mente pertractans et rem quam videbat quaeque satis congruenter dicebantur sapienter pensans: 'Ite', inquit suis qui eum circumstabant sacerdotibus et clericis: 'ite intro, et quaequae sanctorum intus invenietis, cum diligentia exhibete hic nobis'. Quo facto et expositis omnibus, miro modo et opere stupendo ignis, qui antea timide languens et quasi pene deficiens residebat, vires subito resumens et sicut ventus vehemens irruens, quicquid prius intactum reliquerat, profunda consumendi voragine ecclesiam scilicet cum domo maiore absorbebat. Unde magis in admirationem ductus episcopus, laetus, quia facti quod coeperat compos et victor, existebat. Certus autem quia quae mira de hoc sancto audiebat iam ipse miranda prae oculis habebat, reverentiam erga sanctum tenens: 'Causas iustitiae', ait, 'mihi habens, adversus hoc castrum veni; sed ut mihi videre videor, et Deus ex hoc facto ostentat, meritum huius sancti ut venirem exegit, et ne diutius in hoc malorum et negligentiae iaceret coeno, promeruit'. 'Paretur', inquit ergo episcopus, 'iam festinanter cum suis rectoribus una navis, quae eum cum testimonio et auctoritate nostra perferat Bracas[1], ubi confessor egregius vita et meritis requiescit archiepiscopus Viventius. Est enim ibi canonia duodecim clericorum Remensis parrochiae, quam vita comite, auspice Deo in votis habeo regulari monachorum proposito honestius ordinare. Ad nutum iubentis mox parata navi, cum illa sui exercitus frequentia per se idem episcopus ad feretrum veniens et manu apposita altrinsecus tenens, cum impositione antiphonae: *Pretiosa in conspectu Domini*, et prosecutione psalmi ad navim iussit ferri et in ea imponi cum campana una flammis ecclesiae subtracta. Psal. 116, 5

9. Interim archiepiscopo a navi regresso ordinante, qui remiges quive clericorum et hominum pariter irent comites, Deus, cuius sapientiae et scientiae altitudo divitiarum inenarrabilis, cuius viae sunt investigabiles, qui solummodo mirabilis in altis dominus, qui dat virtutem et fortitudinem plebi suae, dignatus est iudiciorum suorum ostendere secreta et operum suorum notificare mirabilia propter huius sancti sui merita. Namque cum navis in ripa fluminis affixa subsisteret[a], sustinens rectorem qui duceret, nullusque in ea hominum ex voluntate Dei preter corpus sancti remansisset, aquila desuper advolans in fronte navis nauta certissimus assedit, et mox navim ipsam a littore in medios fluctus virtute divina emovit, et aquis itinere suo deorsum fluentibus, navis contra fluminis incedebat excursus, angelica, ut credimus, illud administrante creatura, et virtute, ut patuit, cooperante et regente divina, directoque pergens cursu, anteriora sibi semper petens, celerrimo sibi[b] properabat gressu. Cuius rei stupendum indicium cum ad episcopi venisset audientiam, plus quam credi possit admirans et in laudibus Dei attollens animum, divinum adorabat consilium, exultans in illius misericordia, in cuius gloria sancti Arnulfi laetabatur anima. 'Prosequantur', ait, 'aliqui nostrae fidelitatis per crepidinem alvei, navisque[c] vestigio subsequantur pignera sancti. Nam mira video, nec minus miranda considero. Ubicumque enim navis[d] haec substiterit, absque dubio ibi divini nominis gloria et laudis eius per successiones fidelium predicabitur potentia. Haec avis quam cernitis figuras gerit mysticas, multiplices intendens in dicendo sententias. Nam per Ezechielem prophetam loquens Dominus ad Israel proponit aenigma sub persona regis Babyloniae atque sub specie regis Aegypti, dicens: *Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis et varietate.* Et: *facta est aquila altera grandis, magnis alis multisque plumis.* Quotiens huius avis nomen in proverbiis assumitur, regum potentium figura subintelligitur. Haec avis inter ceteras quasi regii iuris obtinet dominium, avibusque reliquis principans, facti sui gestat mysterium; haec avis sublimia penetrans et sublimius evolans, speculando inreverberatis solem ardentem contemplatur oculis. Sub qua specie typica Iohannes signatur apostolus et euangelista, qui omnem supervolans creaturam incarnati Verbi mysterium et divinitatis eius ineffabile patefecit arcanum. Quod aptissime convenit remotis ab omni huius vitae negotio Deo famulantibus monachis, contemplativae vitae insudantibus et per iuge mentis desiderium spiritalia semper et caelestia pia cogitatione meditantibus, fideli nihilominus intentione 'quae sursum sunt, ubi Christus est in dextera Dei sedens', indefesse quaerenti- Ezech. 17, 3. 6. Coloss. 3, 1

a) substiteret *ed.* b) sibi *delendum videtur.* c) *fort.* navim atque *DACH.* d) *f.* avis *DACH.* *utrumque inutile.*

1) Braux, situm versus Arduennam, non procul a Castro-Renaldi supra Mosam. CUPER. Cf. Flodoardi Hist. Rem. I, 5, SS. XIII, p. 417.

bus. Locum ergo quicumque sit, quem navis ista expetit, monachorum religiose conversantium famulitio et ordine insigniri convenit'. Aliis ergo post haec verba assentientibus atque aliis multo aliter opinantibus: 'Si, ut dicitis', inquit episcopus, 'Guilledio apud Sanctum Hilarium, ubi prius aliquamdiu pausavit, consistere voluerit, non est diutina expectatio. Vix enim uno distat stadio ab hoc in quo consistimus loco. Si autem apud Sanctum Sulpicium in villa quae appellatur Pirorum, nec aliud erit diutius attendendum: solum quippe miliarium hoc nobis facit . . . .[a] Si vero ulterius processerit nec ad dexteram nec ad sinistram diverterit, sed, sicut coepit intendere, posteriora dimittens in anteriora prodierit, advertite unum quod vobis enarro, sicut intelligo, divinae gratiae arcanum, quia Mosomi nostrae diocesis loco pausare et venerari habet annuente Deo'. Iam tunc episcopus intendebat animum, hunc locum decussare[1] regulari institutione monachorum, sicut post fecit Remis Sancti Theoderici locum[2], quem de manibus Rotgeri comitis[3] iniuste illum tenentis vi et sagacitate retraxit; et remotis duodecim prebendariis, non Deo et sanctis eius, sed sibi ipsis et comiti servientibus, abbate ex monasterio Sancti Remigii accepto Airardo nomine, cum monachis Deo fideliter militantibus religiose restituens ordinavit. Ita etiam ad presens Braguis optabat fieri propter amorem et reverentiam sancti Viventii, nisi huius intercessisset causa miraculi. Sed quia iam antea non suppetebat possibilitas, pro eo quod devenerat in manus externas, promptissima tamen manebat implendi voluntas, opperiens opportunitatem, si quando Dei largitas quam desiderabat efficeret facultatem. In his et huiuscemodi operibus fere totus erat iste noster episcopus, et simili desiderio mentis flagrare coepit erga locum ecclesiae Mosomensis.

10. Insequentibus ergo navim quibus antea iussum fuerat, iam nullatenus ut primum coeperat segnius ibat; regebat namque illam bonitas illius qui facit angelos suos spiritus. Cum in eundo per villas circumpositas tanti facti rumor exisset, omnibus undique circumvolantibus absque numero confluebat populus pro merito et gloria martyris, laudans Deum in operibus suis. Adhuc laudes erant in ore ipsorum, et virtus Dei recentiori miraculo paravit exhilarare ad credendum mentes eorum. Nam in villa Torciaco nomine quaedam erat mulier vidua, quae post viduitatem gravi caecitatis infirmitate oppressa, ad glorificandum Deum aliquamdiu plus[b] anno integro luminibus manebat orbata; quae dolens et viri sui desolationem et rerum suarum futuram defectionem, magis autem corporis debilitatem — erat enim honestis et liberis parentibus progenita — in angustiis multis et doloribus vivebat. Habebat tamen ex legitima nuptiarum viri sui copula unicum admodum parvum filiolum, ad augmentum suae dolorositatis satis macram spem posteritatis. Rumore itaque per populos diffuso pro sancti Arnulfi adventu glorioso, haec mulier ubi audivit salutis avida, cum iam sanctus per alveum fluminis navi inpresentiarum posita veheretur, unum camisilem quem optimum habuit de domo sua secum sumpsit et gressu conducibili sese eo loci minari fecit. Ubi cum pervenisset, genua flectens, cum multis obsecrationibus Dei misericordiam et sancti Arnulfi exorabat presentiam, ut per ipsius meritum sibi redonaret dominus Deus amissi luminis usum[4]. Petiit ergo navim ad litus appelli, ut perficeret oblationem voti sui. Qua appulsa, appropians illa cum fide multa, corrigiam sibi in collo posuit, ancillatui sancti sese subdidit, capitaticum suum et se et posteritatem suam post se daturam, si salutem optatam mereretur, repromisit; camisilem, quem secum detulerat, extulit, super corpus sancti posuit, et mox dicto citius salubri facto commercio, videntibus qui aderant omnibus, lumen pristinum optatumque recepit. Hinc laudes Deo, hinc gratias referebat sancto, hinc omnium ora et corda multis ex pietate lacrimis profusis laudabant misericordissima Dei magnalia, et quae sola venerat cum dolore, cum multis et inter multos laetabunda repedabat cum salute. Quae quamdiu supervixit, salutem suam ipsa predicans, semper singulis annis capitis sui censum sancto persolvit, et post mortem illius unicus, quem diximus, filius eius annis quibus matri supervixit fideliter donavit. Harum omnium rerum certissimus Mosomum tendens pervenit nuntius, dictitat clero presenti et populo, quae fuerit in glorificatione sancti divina illuminatio, quae fuerit episcopi votiva transmissio. Indicitur interim et paratur processio; currit Mosomensis populus cum gaudio, excipit sanctum corpus laetantibus animis, gestat suppliciter in humeris; faciunt vota et preces

a) *ita ed.* b) plus minus anno *Hab.*

1) Id est: adornare, honorare. 2) St. Thierry du Mont d'Or. 3) Subscripsit praecepto Lotharii regis pro monachis S. Theoderici d. 974, Mai 26. 4) Dimidia pars versus.

quibus mereantur fieri eius intervenientibus meritis aeternae vitae consortes. Sonantibus ecclesiae signis adsunt clerici cum crucibus et cereis, thurificant sancti glebam odoribus, suscipiunt cum hymnis et dignis psalmorum laudibus; sicque ingredientes ecclesiam principalem, divinam adorant maiestatem, supplicantes, pietatis eius dono et beatae Mariae semper virginis suffragio, istius et omnium simul sanctorum iugi in perpetuum muniri patrocinio. Sicque dimissa turba et populo, abierunt quique in sua cum exultatione et gaudio, illum magnificantes in gloria, qui vivit et regnat unus in Trinitate Deus per aeterna saecula. Amen.

II.

Textus qui sequitur describit, qualiter ipse
Presul Adalbero per Romana syrmata papae
Consiliique sui decretum constituit, ut
. . . . monachos locus hic Mosomus haberet[a],
Quos cohiberet regula sancte vivere, quique
Pro se proque suis predecessoribus in spem
Aeternae vitae divinum numen adorent.

1. Precedentis itaque serie sermonis de vita et transitu sancti martyris Arnulfi compendiosam fecimus relationem; ubi fuerit sepultus, qualiter inde assumptus ad Guiledium traiectus, demum quoque Dei misericordia disponente ad hanc Mosomensem ecclesiam miraculis concurrentibus devenerit, stilo quidem admodum rustico et impolito exaravimus, sed ratione satis probabiliter investigata, sicut suo loco lector inveniet, ad plenum prosecuti sumus. Nunc quae postea circa prefatam ecclesiam Adalberonis episcopi devotio extiterit, quia per hunc sanctum suum Arnulfum mentem ipsius, ut supra retulimus, visibili miraculorum illuminatione Dominus admonuit, ad posteros mittere memorandum, non indignum iudicavimus, ut divinis beneficiis ingrati esse timeant, et intelligentes, quanta per hunc suae salutis providum pastorem adepti sunt bona, rependendi vicem animae ipsius in bono se semper obnoxios esse cognoscant. Secundo igitur suae ordinationis anno acta sunt quae priori sermone tractavimus, de translatione videlicet atque in Mosomensem ecclesiam illatione beatorum ossium predicti martyris anno nongentesimo septuagesimo primo[1] dominicae incarnationis, indictione quartadecima, mense Iulio, nono Kalendas Augusti. 971. Iul. 24.

2. Visis itaque et auditis reverendus pontifex tam sanctis quam laude et admiratione dignis divinae virtutis miraculis, quae sub brevi suae presentiae tempore huius beati exhibebantur meritis ac nomine, non tulit diutius quae longe ante satis animo conceperat, sed mature opus facto disposuit, ne alterius esset operis quod erat suae intentionis, et inde sibi, si negligeret, meriti fieret detrimentum, unde alter, qui id fideliter efficeret, coronam portaret et premium. Unde intra mentis suae secretum tanquam intra speculum amplissime contemplando collectis,

Quae sint, quae fuerint, quae post futura sequantur Virg. Ge. IV, 393.

— ex preteritis enim persaepe ventura coniciuntur — quosdam procerum suorum, tam cleri quam militiae suae nobiles in presenti sibi coessentes advocat, et quid voti mente diutius collectum supportet, expostulata sui gratia consilii, an approbent seu magis improbent, audire et referre monet, dicens: 'Quo consilio et sententia iudiciorum Dei ad hanc pastoralis curae pervenerim et ordinatus sim dispensationem, penitus ignoro; sed quod semper timere debeo, tanquam irruentes super me fluctus sic onus istud, quotiens penso, totiens reformido. Consideratis namque huius episcopii quibusdam antiquissimis locis, olim, dum misericordia et veritas obviarent sibi, dum se iustitia et pax osculatae sint, dum veritas de terra oriretur et iustitia de caelo prospiceret: olim, inquam, sub religione fundatis, tunc quidem prosperantibus et felici fortuna sese agentibus Dominus dabat benignitatem, et terra nostra dabat fructum suum; modo autem prorsus neglectis, aliquibus solam nominis famam pretendentibus, aliquibus sic ad solum dirutis, ut nec fama supersit nominis, quibusdam, dum emendari debuerunt in melius, ad deteriora perventis, eorum aliquem, cuius incepti artificio reformare prius attemptem, multae ambiguitatis naufragio pendulus

a) *versui vocem deesse apparet.*

1) 970. Ann. Mos., SS. III, p. 160, ubi lin. 43. pro *Adalbero* corrigas *Arnulfus.*

haereo et dubiis anfractibus intricatum et vix se explicantem animum gero. Res enim locorum illorum quaecumque in mobilibus fuerunt vel esse potuerunt, auro videlicet argentoque seu cuiuslibet ornamenti substantiali supellectile, utpote vastatae, direptae, vetustatis etiam senio dilapsae, iam nullae sunt. Villae, vici, ancillae, servi, ecclesiae, molendini et omnium habendarum possessiones rerum a potentibus et tyrannis regnique optimatibus pervasae, donatae, confiscatae, sub beneficiis delegatae, quando sanctorum locis nec pro antiquitatis suae debito iure nec pro quibuslibet privilegiis testificantibus habebunt redire; tanta fuerunt male pacati infortunia regni, tanta regum et procerum discordia, tanta populi peccatis facientibus emergens malitia, tanta gentium intra Gallias irruentium et adversum se depugnantium hostili rabie exundans extitit impia et perquam iniqua saevitia. Accidit huic bono[a] quorundam nostrorum laudabilis[b] vita pontificum, qui, si forte quippiam supererat, ut sibi fidissimos pararent, quorum impudentia et fraude tuti essent, palatinis canibus omnia contradebant. Nec quemquam fas est nominare, cum culpa ex dubio videatur venire, et factum hoc magis expostulet veniam, quam aliquam repromittat gratiam, et melius pro multitudine factiosorum taceatur, quam corrigendi spes ulla donetur. Quapropter haec missa faciamus, ad rem redeamus. Locorum de quibus agimus Mosomus est unus, sanctae Dei genitricis Mariae olim insignis nomine et honore. Hic Mosa influente amoenissimus monachorum habitationi mihi videtur opportunissimus. Omnia namque humanae vitae iucunda pro aeris qualitate prestat et commoda, preter quod vinearum ibi proventus adeo non exhuberat. Nec enim inhabitantibus id fuit negotii nec ea sollicitudo, presertim cum natura sit vinearum, temperati magis et non frigidi cespitis amare solum. In quo tamen mihi minima cura; quoniam, si Deus votum meum prosperaret, habeo ex patrimonio meo et ex mihi contingenti antecessorum meorum iure debito, unde hanc sibi penuriam pellerem et optimi vini cum ceteris redituum suorum benedictionibus veros dominos et divites possessores, si procurare id sciant, eos efficerem. Olim locus ille Mosomensis in honore reginae caeli et virginis matris Mariae pro vera pietate et voto fidelium sub ordine fuit pretitulatus sanctimonialium, sed turbine saeviente malorum, quorum supra vix attingendo meminimus, cum nomine perdiderunt et esse. Nuper autem beatae memoriae domnus Heriveus, huius sedis pastor et rector fidelissimus, magno religionis affectu hunc diligens locum, sub titulo iam vice altera dilapsorum restituit et ordinavit canonicorum. Inveniens namque omnibus rebus et ipsa etiam inhabitatione destitutam, ex fundamento reaedificavit ecclesiam, quae, flammis eam exurentibus et impluvio multaque longi temporis neglìgentia detritis parietibus, solitudinem tantum horrendam representabat adspicientibus. Qua[c] reformata et in statum pristinum recollectis prebendariis exornata, ab initio nimirum sui pro dignitate loci et generosa populositate civium secunda sedes hic agebatur Remensium: huius tituli, scilicet canonicae non dicam vitae, sed simulati canonicorum nominis utcumque tenorem servat antiquum. Sed cum haec eorum vita nihil a laicorum differat cohabitatione — nuptiis quippe fruuntur, filiorum et filiarum quaestuosis mercimoniis inservientes, usibus saeculi coutuntur — valde stimulando sollicitat animum meum, ne diutius, si corrigendi sit posse, reverentia tanti nominis, beatae Mariae dico semper virginis, absque honore debito maneat religiosi ordinis. Mihi credite, amor huius facti

tantum mihi crescit in horas,
Virg. Ecl. 10, 73. 74. *Quantum vere novo viridis se subrigit alnus.*

Et qua ratione id primum aggrediar, audite, paucis eloquar. Est in huius Porticensis[d] comitivae partibus octo monachorum cum abbate sibi superposito parvus admodum et pauper loculus, quem Freduidis matrona nobilis cum illustri viro suo comite Stephano, quia spes eos frustrata fuerat posteritatis, collatis quae inibi habere videbantur prediis suis, sub iure et titulo constituerant divinae servitutis, ut pro recompensatione presentium nomen haberet melius a filiis et filiabus in cohereditate caelestium. Hunc ergo per consilium domni Gerardi abbatis[1], viri vitae venerabilis, qui tunc temporis pro merito sui nominis et religiosae conversationis pluribus in Francia preerat monachorum cenobiis, inter quae et monasterii Sancti Remigii curam agebat: hunc eundem, inquam, locum Sancto Remigio ut

a) *fort.* malo. *DACH.* b) *fort.* illaudabilis. *DACH.* c) Quae *ed.* d) Portuensis *ed.*

1) Broniensis.

subiectum haberet ac procurando servaret, fideli voto tradiderunt. Hic in honore sancti Quintini consecratus et radicibus Aldiniaci montis adsitus, a rivulo fontis, qui inibi exoriens preterfluit, Tignus cognominatur[1]. Sed circummanentium inquietudine satellitum ex castello proxime imminenti, quod ob palustre coenum, in cuius medio residet, Cantarana dicitur, frequentius urgetur[a], molestiasque crebras patiens, contemplationis suae studium saepe amittere cogitur. Hunc cum abbate et fratribus loci Sancti Remigii per concambium ex rebus ecclesiae nostrae volo, si Deus annuat, commutare mihique legaliter contraditum cum Mosomensi[b] loco unum efficere, ut, cum monachis abbate ibi transposito, ex duobus quamvis minoribus unum aliquid fiat maius et melius. Ecce, haec sunt quae vos interim audire volui, et si ex Deo sint, cuius misericordiae innitimur, consilium ne cunctemini referre quod utilius iudicabitis'. Mox illi opus pietatis attendentes et viam bonae actionis considerantes: 'O fausta', inquiunt, 'intentio! et si effectum habeat, quam certa et felix bonae voluntatis erit remuneratio! Talia differre non sit consilium, opus enim hoc accelerare caeleste est negotium. Opus bonum si sit in voluntate, ex Dei adiutorio erit in perfectione. Talia siquidem vota, quamvis ex difficultate titubent, magis autem, ex desidia si omittantur, nocent; quia, quanto ardua et altiora quis aggreditur, tanto maioris preconio laudis, si efficiendo superet, dignus attollitur. Quapropter quod nos[c] audire vestrae gratiae auctoritas dignata est, omine tantum dextro Deus adspiciat, nobis optimum factu videtur et vobis salutiferum connumerabitur'.

3. His relationibus acceptis, episcopus — animo enim cupienti nihil satis festinatur — actutum Sancti Remigii monasterium expetit; abbatem, qui tunc preerat, virum honestum Rodulfum nomine, super sua intentione multiplicibus et ad persuadendum dulcibus evocatum moratur sermonibus, omnemque rem sui consilii secreto aperit, omnes difficultatis[d] aditus sapientissimae rationis suae lima eradit, abiurandi limites excludit, nihilque dispendii loco Sancti Remigii devenire, sed commutatis rebus, quae inter eos complacitis pactionibus cederent, opportunius repromittit esse; tanta videri negotia sua, utpote multis episcopiis et rerum plenitudine et dignitate nominis prestantia, hunc autem loculum modicum cum modico communicatum opus habere vicinitate communium et laboriosa vivacitate virium, sese bene et prudenter agere, si, unde divinae servitutis honor cresceret, prompto et fideli animo ordinare et constituere satageret, se ipsum autem qui haec expetere videbatur sibi unanimiorem efficeret. Abbas de his quae audierat consulendi locum et cum fratribus conferendi postulat. Quo clementer indulto, fratres abbas revisit, coadunatis et consedentibus, quae sit postulatio episcopi, quodve totius profundum consilii, apertis et brevibus verbis absolvit. Fratres itaque diversa sentientes, atque, ut est ingenium mobilium mentium, idque potius iuvenum, non eadem mirantes, interim vacillante sententia, et nutante seniorum iudicio, dum suae opinioni quisque magis innititur, primo abnuere nec assentiri velle: quod semel acceperant cur alteri curandum quam sibi credant, votum fidelis mulieris elemosinam facientis manere debere, sibi subtrahi quod alter faceret, sibi minui unde alius cresceret, hoc apud populum non esse laudis preconium, sed videri vitae degeneris et contumeliosae improbationis[e] elogium. Talia renarrantibus motuque vario dissonantibus, abbas silentium imperat, fandique auctoritate et vocis libertate ad compescendum murmuris strepitum arrectus, piae exhortationis allocutione sic inchoat: 'Fratres dulcissimi Deoque carissimi, verba sunt ista dicentis apostoli: *Nihil per contentionem neque per inanem gloriam; sed in humilitate superiores sibi invicem arbitrantes, non quae sua sunt singuli considerantes, sed quae aliorum.* (Philip. 2, 3.) Haec apostoli verba sunt quasi fermentum bonae conspersionis in nostra intelligentia, ut omnia quae facimus sint sine murmurationibus et haesitationibus: *Ut simus sine querela et simplices sicut filii Dei, sine reprehensione in medio nationis pravae et perversae; inter quos lucetis,* ait, *sicut luminaria in mundo, verbum vitae continentes;* (Philip. 2, 15.) et alibi: *Solliciti estote servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Unum corpus et unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae.* (Ephes. 4, 3.) Unde, fratres mei, si in his quae Dei sunt moneat episcopus, nulli debet esse resistendi ausus; quia dicit in euangelio Dominus: *Qui vos audit, me audit; et qui vos spernit, me spernit.* (Luc. 10, 16) Ista vero suggestio nostri archiepiscopi, considerata intentione sui, videtur nobis prodire ex insito sibi timore et amore

a) urgeretur *ed.* b) *al.* Mosomagensi. *DACH.* c) vos *ed.* d) *al.* difficultates. *DACH.* e) *fort.* improperationis. *DACH*

1) Thin-le-moutier. MAB.

Dei; unde nos nec iuste quimus obsistere nec ea quae ad cultum divinae servitutis pertinere sentimus debemus ausu temerario pervertere. Si diminutionis damnum plangitis, ea quae nobis in recompensatione concambii ad presens transcribit non satis provide attenditis; si autem favores ex iudicio populi assumitis, cavendum, ne arundo vento agitata esse velitis. Quod autem votum mulieris manere debere asseritis, maiori credo misericordia stabit sub- [Psal. 111, 9.] nixum quod in usus cedet pauperum et egenorum, sicut scriptum est: *Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in saeculum saeculi.* Cum ergo abundemus et superabundemus, cavendum nobis est, ne sub specie pietatis et quasi defendendae rectitudinis arguamur sceleris avaritiae et cupiditatis. Ideo rogo vos, fratres, ut saniori consilio mentes vestrae in- [1 Cor. 16,14.] clinentur et adquiescant, ut iuxta apostolum omnia vestra in caritate fiant'. His et huiusmodi multis atque saluberrimis allocutionibus fracta et emollita prius exasperantium cervicositas in gratiam assentiendi redit et annuit quaecumque sit episcopi et abbatis voluntas. Hinc itur ad episcopum, quae fratrum fuerit obauditio exponitur; licet primum reniti et obsistere voluerint, tamen ratione victos suam reflexisse intentionem et bonae voluntatis eius non aspernari operationem. Episcopus benigne accepit, gratias egit, ordinatisque ex communi consensu opportuni testimonii optimis in attestando viris, recompensationem rerum quae ex condicto placuerant per commutationem dati et accepti episcopus pariter et abbas legaliter faciunt, et ut cuique quod in presenti assignabant determinatum et inconvulsum perseveret, vadibus iuri cedentibus sub adstipulatione ratum traditur[1].

4. Post ubi omnia quae preoptaverat episcopus ex sententia comparavit, iter cum suo comitatu Macerias[2] castellum, quod tunc frater eius Godefridus comes constabilibat, arripuit, et illum Tingensis cenobioli pauperculum abbatem Lietaldum nomine quam celerrime advocat, et sub testibus Sanctique Remigii preposito seu aliis bonae fidei viris renarrat, quidquid taxatum fuerat. Quid deinde se obedienter facere velit, privatim mandat, et ut cum suis monachis navim conscenderet, quam ipse presul eis imposito commeatu apparaverat, et cursum non deflecteret, donec prius Mosomum veniret, imperat. Quibus ita dispositis, domnus Adalbero, conscensis equis, negotium quod intenderat perfecturus, ad hanc suae sedis ecclesiam pervenit et cum honore susceptus est. Tunc priores ecclesiae appellare coepit, alia pro aliis quasi dissimulando fingens, deque situ et statu loci aedificiisque compositis confabulans, si quid in auro argentoque esset, quod plusculum vel pretiosum ecclesia seu in palliis vel[a] in sacerdotalibus indumentis haberet, se videre velle dixit. Quibus inspectis: 'Et haec', inquit, 'pro se satis, sed non multa sunt; ampliare autem illa potest, cuius omnia sunt'. Crastino autem facto, hora diei quasi prima iam episcopus monachos suos in proximo adesse sciebat — puer quippe in specula positus, id pre oculis facile habens, certissime nuntiabat —, in secretario clericos omnes coadunari facit, et presente forti custodia sui, circumsedentibus omnibus, sic orsus ab alto est[3]: 'Multa est nimis malilitia saeculi huius et vere natura hominum ab adolescentia sua semper proclivis est in malum; quae ad similitudinem navis positae in medio fluctuum, nisi sedulo in anteriora expungatur, iugiter vadit retrorsum. Quam rem cur proposuerim, paucis absolvam. Locus iste sub titulo assignatus sanctae Dei genitricis Mariae secundum sui nominis dignitatem religionis non habet honorem. Post illam namque miseriam, quam pene omnibus importat saeculi malitia, vix pertenuis scientia et prope nulla clericalis seu canonici ordinis ad sciendum et intelligendum Deum vos exornat sapientia et continentia. Nec moras vobis faciam in multum loquendo; duorum vobis datur optio: eligat quisque quod sibi utilius videtur, aut fieri monachum, aut cedendo vacuare locum. Cui placet in monacho, spondeat in presenti. Refutans et nolens mutet sedem et exeat. Ecce habeo mihi monachos sub norma sancti Benedicti victuros'. Abbas namque cum suis fratribus egrediens a navi, nuntiabatur iam esse pre foribus. Hic, turbatis omnibus — durus quippe sermo visus est eis de monacho — nulli fuit consilium preter paucos, quos rei familiaris angebat necessitudo, sequi bonum quod presul Deo dignus suadebat agendum. Sic episcopus, intromissis cum [Ps. 132,1–4.] honore congruo abbate et monachis in sanctuarium: 'Ecce', inquit, 'quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum. Sit vobis sicut unguentum in capite, quod descendit

a) pallis ut *ed.*

1) 'Datis pro eodem prioratu fundis Alveti ('Alneti' Gall. chr.) commodioribus, ut habetur in Chron. Mosom.' MARL. 2) Mezières. 3) Verba Vergilii, Aen. II, 2.

in barbam, barbam Aaron. Et quod descendit in oram vestimenti eius; et sicut ros Hermon, qui stillat[a] in montem Sion; ut hic mandet Dominus benedictionem et vitam in saeculum'. Cumque omnes respondissent: 'Amen', episcopus abbati locutus est et fratribus: 'Non frustra neque sine causa sit, quod hic vos admittimus, quod mutatione facta ordinem clericorum vobis postponimus, sed pensate quod dicitur: *Amice, ad quid venisti? Servite Domino* Matth. 26, 50 *in timore et exultate ei cum tremore; apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus* Psal. 2, 11. *et pereatis de via iusta.* Vestrum sit pro nobis orare; nostrum erit, Deo donante, victualia vobis ordinare. Claustra monasterii et officinales vobis domos metabimur et procedente tempore opportuna quaeque procurabimus; vos tantum cum Deo ambulantes solliciti, sic Deo digne et sanctis eius conversamini, ut de vobis merito possit audiri: *Ecce tabernaculum* Apoc. 2, 13. *Dei cum hominibus, et habitabit cum eis. Ipsi populus eius erunt, et ipse Deus cum eis, erit eorum Deus.* Quicumque vos in hoc loco degentes per multa annorum curricula precesserunt, sive sanctimonialium diebus seu clericorum secunda permutatione iam sibi succedentium, concupiscentias suas sequentes desideriis suis pravis male inhaeserunt, et facti sicut equus et mulus, quibus non est intellectus, in stercore suae corruptibilis vitae sicut Psal. 31, 9 iumenta computruerunt. Et quia non probaverunt Deum habere in notitia, tradidit illos in reprobum sensum, et obscuratum est cor eorum insipiens, ut facerent ea quae non con- Rom. 1, 22. veniebant. Et sicut loquitur Deus in cantico Moysi: *Ipsi me provocaverunt in eo qui non* Deut. 32, 31. *erat Deus, et irritaverunt in vanitatibus; et ego provocabo eos in eo qui non est populus, et in gente stulta irritabo illos.* Nolite ergo effici participes eorum. Sit vobis bonae imitationis forma et speculum beati Benedicti regula, omnesque eam sequantur tanquam magistram, neque ab ea temere declinetur a quoquam. Oro itaque vos et obsecro, sit fructuosus devotionis meae labor, ut, quod de vobis agere coepi et facere cupio, per primitias huius bonae a Deo complacitae frugis ad plenam messem pervenire possim divinae benedictionis et aeternae beatitudinis. Sic operamini, dilectissimi fratres, et sic vivite, ut in novissimo vitae huius die non pereat in vobis misericordia Redemptoris, sed coronet in gratia pretium nostrae redemptionis per Iesum Christum dominum nostrum. Ecce iam in presenti coram Deo et testibus ad vestrum servitium pro animae meae remedio proque predecessorum atque successorum meorum beatae remunerationis commercio de mea mensula unam villam Oduntem nomine cum omni banno suo subtraho, et alteram villulam Seciam, quantum inibi in iure meo venit, itemque apud Romeliacum et Alleicurtem quicquid mihi, parum quidem, ibidem competit, in promerendo iugi suffragio dominae meae sanctae Dei genitricis Mariae usibus sibi fideliter servientium monachorum libens perpetuo habenda offero et auctoritate qua debeo vel possim legaliter trado. De patrimonio autem meo, quod in partem mihi cedit, si fratrem meum Godefridum super hoc sancto negotio, Christi adminiculante gratia, persuadendo evincere potuero, quicquid in Metensi episcopio habeo, in villis videlicet Bretenaco, Rothila, Madrengias ad mansos viginti octo; itemque de terra quam dicunt Sulcos sancti Remigii in duobus locis Roseolis et Castello ad mansos duodecim, ne indigentia vini satis optimi vos coangustet, sublevare curabo. Bervelliacum vero ad tria milia hinc positam ad faciendam saginam in pastione porcorum vestrorum cum omnibus appendiciis, ut[b] de manibus illis quae nunc in beneficio tenent aut precario aut concambio aut cuiuscumque ingenii effectu eripere quivero, usibus vestris — tantum peccatorum meorum maculas assiduis precibus extergite — libens adquirere instabo'. Hanc villam tunc Richardus comes Metensis ex antiquo in beneficio de episcopio tanquam iure proprio possidebat, quam bonus ille presul sicut promisit multo sibi adnisu attrahens, antequam vita decederet, huic Mosomensi ecclesiae iure proprio in reliquo possidendam legaliter contradidit. Sic episcopus coram multorum frequentia ipsum abbatem et fratres alloquens, et ut sui iugiter sancte et pie vivendo memores essent exorans, in pace dimisit benedicens.

5. Mensis erat November, 7. Idus agebatur dies, quando in hoc loco constituti sunt 971. Nov. 7. fratres, et cum illa Tingensi abbatiola Mosomense cenobium nomen habuit et participium, ut cum verbo prepositionis adverbium fieret coniunctionis, servans tenorem prenominis propter mentales affectus coniunctionis. Ab incarnatione autem Domini nongentesimus septuagesimus primus perlimitabatur annus, quando haec facta sunt, indictione quintadecima, epacta vicesima secunda, concurrente sexto, quinquagesimo secundo decennovenali ciclo, lunari nono decimo.

a) *al.* descendit. *DACH.* b) *al.* ubi. *DACH.*

6. Post haec dicta et facta domnus Adalbero secundum Pastoralis libri sententiam quae dicit[1]: *Sit rector internorum curam exteriorum occupatione non minuens, exteriorum providentiam in internorum sollicitudine non relinquens, ne aut exterioribus deditus ab intimis corruat, aut solis interioribus occupatus quae foris debet proximis non impendat*, quae in palatio erant consilii sui vigore confirmans, quae in regno erant curanda cavens, magnanimitatis suae auctoritate prestans, summis et imis idemque unus aedificabat divites cum pauperibus. 972. Ergo natali Domini celebrato, legatos suos Romam cum litteris dirigit, domnum Iohannem papam cognomento Albam-gallinam, qui a iuventutis suae primis annis reverentiae competentis et dignitatis angelicae albebat canis, magnificentissima largitione condignis honorat muneribus, et quae secum vel in Galliis agantur exponit mandationibus, seque mense Maio habere debere concilium enarrat per internuntium; si quid suae ordinationis in eo consistere velit, suae apostolicae auctoritatis virum dignum eo mittat. Inde quod magis expostulet super Mosomensis cenobii statu totiusque facti causas ex amussim de omnibus secundum conceptam bonae voluntatis suae iustitiam informat, et ut suae auctoritatis et beati Petri apostolorum principis ad internum[a] conservandum mereretur privilegium, humiliter ex Dei gratia poscit et implorat beneficium. Papa suorum officialium et consacerdotum in his omnibus sententiale requirit iudicium, et per Dei gratiam, ut tanto viro, pontifici videlicet nostro, annueret, unum omnium in hoc bono opere assensit Apr. 23. consilium. Proinde accito notario, et secundum Romanae dignitatis consuetudinem paratis scriptisque ex papyreo tomo chartis, fecit privilegium, constituit decretum, quod hanc Mosomensem ecclesiam cum suo monastico atque monachico ordine in perpetuum tueretur, quamdiu illum divina clementia servandum disponeret, ac in suo concilio coram episcopis et generali synodo recitatum misit.

973. Mai. 7. Itaque ad se cum sanctae Romanae ecclesiae apocrisiariis regressis etiam responsalibus suis, presul Deo dignus Adalbero convocatum undique pro canonibus relegendis[b] et causis sanctae ecclesiae in melius conciliandis in pago Tardanensi apud Montem sanctae Mariae[2] collegit mense Maio concilium. Ubi ordinatis iusteque dispositis quaecumque videbantur necessaria et ordinabilia, voti sui pro quo Romam miserat non immemor, coram venerandis patribus et omni illa sancta synodo sic exorsus dominus est Adalbero: 'Domini patres ac dilectissimi fratres, audite, quaeso, et intendite humilitatis meae preces; quoniam, sicut hic nos congregavit Spiritus sanctus, ita quidquid ex eius inspiratione sentimus, per ipsius etiam infusionem et cooperationem administrari per adventum eius super nos exorantes preoptavimus et consecuti sumus; unum restat modicum, in quo auctore omnipotente Deo etiam vestrum expostulo favorem, consilium et benedictionem. Mosomus locus quidam est diocesis nostrae, consecratus sub titulo et nomine sanctae Dei genitricis Mariae, olim ab exordio sanctimonialium congregatione famosus, sed mundi crebrescentibus malis in quo erat statu durare non potuit, postea a fidelibus clericorum vel canonicorum iam bis restitutus collectione, dum sua quaerunt omnes, non quae Iesu Christi, dilapsis rebus et partim subtractis, pene ad nihilum redactus est. Unde, ut credo, ex inspiratione Dei visum est mihi, monachorum ordine et disciplina secundum sancti Benedicti regulam locum illum in melius reformare. Quod et efficiens, domini nostri Romanae sedis antistitis consilium atque auctoritatem super hoc facto expetens requisivi. Unde, ut in presenti audituri estis, preeunte Christi gratia et privilegium auctoritatis suae nobis transmisit et decretum constituens sub pagina sancti Petri corroboravit et ausu temerario infringere temptantes anathematis iaculo impetivit, sicut infra scriptum est.

Iohannes episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Domino fratri Adalberoni, sanctae Remensis ecclesiae dignissimo archipresuli, perpetuam in Domino salutem. Si ecclesias longe lateque diffusas divino nutu in sancta religione crescere cognoscimus, Deo omnipotenti laudibus exultare gratiasque iuges referre debemus. Quapropter cognovimus tua industria stabilitum in Mosomo castro, quod est super fluvium Mosae, in veneratione Dei genitricis Mariae monasterium monachorum religione decusatum[3] tuisque proprietatibus ecclesiaeque tuae terris et ecclesiis dotatum, quod sub pagina beati Petri apostolorum principis decreti nostri-

a) *an* integrum? b) religendis *ed.*

1) S. Greg. Past. curae part. II, c. 7. init. 2) Mont-Notre-Dame, in pago nunc Tardenois dicto, dioec. Suess., ad fl. Vesle, vicinum vico Bazoches. 3) Id est, ornatum, a decus. DACH.

que te orante benigne suscepimus. Insuper locellum qui a Stephano viro illustri atque eius coniuge Freduide Thin nomine constitutus Sanctoque Remigio suppositus fuit, quem eidem monasterio Mosomo, quia per se ob exiguitatem rerum stare non poterat, contulisti, collatis rebus in recompensatione beato Remigio, consentientibus fratribus. Ut autem cognoscat universa ecclesia, nos unanimiter assentire, et a te collata vel conferenda seu a quibuslibet in terris cultis et incultis, vineis, pratis, ecclesiis, mancipiis utriusque sexus, aquis aquarumque decursibus, in omnibus ad supradictum monasterium pertinentibus, beati Petri apostolorum principis et nostri firmamus decreto, quatinus sine livore oblatrantium locus quietus et inviolabilis iugiter permaneat. Si quis interea, quod non credimus, temerario ausu contra ea quae ab hac nostra auctoritate pie et firmiter per hoc nostrum privilegium disposita sunt ire temptaverit vel haec quae a nobis ad laudem Dei pro stabilitate iam dicti monasterii statuta sunt frangere et in quoquam transgredi, sciat se auctoritate beati Petri, cuius quamquam immeriti vices agimus, anathematis vinculo innodatum et cum diabolo et Iuda traditore domini nostri Iesu Christi aeterno incendio concremandum. At vero qui pio intuitu observator in omnibus extiterit, custodiens nostri apostolici constituti ad cultum Dei respicientis preceptionem, benedictionis gratiam et delictorum suorum indulgentiam consequatur et vitae aeternae particeps efficiatur. Scriptum per manum Stephani scriniarii sanctae Romanae ecclesiae in mense Aprili. Data per manus Andreae episcopi 9. *Kalendas Maii, anno pontificatus domini nostri Iohannis sanctissimi et tertii decimi papae* 7, *imperii autem domni Ottonis maioris augusti undecimo, iunioris vero quinto, in mense Aprili, indictione quinta decima.*

Quia igitur domini apostolici decretum et vidistis et audistis, si placet, 'ut itidem huius sanctae synodi unanimi testimonio et nostrae humilitatis scripto corroboretur, hoc factum decernite'. Itaque omnibus sub uno assensum prebentibus, conscriptione facta, sic recitatum est:

Adalbero divina propitiante clementia sanctae Remensis ecclesiae archiepiscopus. Notum fiat universis tam presentibus quam etiam futuris fidelibus, quondam nobis episcopio gratia et benignitate regia contradito, sanctorum quoque loca quaedam in honore integro reperisse plurimum valentia, quaedam vero pristinae dignitatis statu deficiente prorsus neglecta. Inter quae ille etiam Mosomi cenobialis locus antiquitatis studio certatim constructus, ab exordio scilicet sanctimonialium vitae aptatus, postmodum vero canonicali ordine ab Herveo predecessore nostro melius informatus atque in honore sanctae Dei genitricis Mariae digne consecratus, sed nefandis usibus utrobique negligenter incultus, rebus quidem partim subtractis, partim vero currentibus malis, sinistrae cessit fortunae. Quo igitur comperto, mens nostra, adhibito fidelium nostrorum diligenti consilio, liquido perpendens eundem locum pro mundi infelicitate in canonicali ordine utiliter stare non posse, aeternorum spe, prout opportunum extitit, ibidem monasticae religionis vitam, ordinato abbate Leotaldo[a], *constituit, ut eiusdem loci cultores religiosi tam rebus delegatis quam etiam forte delegandis utentes, continua vota Deo solventes sint et pro nobis et pro posteris nostris ceterisque ordinibus iugiter exorantes. Quocirca paternitatem loco nostri*[b] *subrogandorum in illa caritate Dei enixius imploramus*[c], *quo sub divini amoris respectu huius rei gestae conducibili negotio consentaneae pietatis faveant zelo, idque liberalis auxilii indeficienti base dignentur temporum curriculis consolari atque fulcire, ut ex eo gratiam Dei feliciter adipiscentes, huius prestantioris emolumenti mereantur fore consortes. Sed et hoc ex decretis sanctorum patrum sub auctoritate pastorali omnimodis inhibemus, immo etiam cum divini nominis obtestatione omnino interdicimus, ne unquam huiusmodi statutum qualibet temeritate ab ullo nostri ordinis violetur, quin potius in reliquum stabile et inconcussum iure perpetuo id ipsum venerabiliter conservetur. Nam si per laicos in rem hanc iniuria invehatur, in eos procul dubio excommunicationis iaculum cum anathemate intorqueatur.*

Anno igitur ab incarnatione domini Iesu Christi 973.[1] *provinciali synodo mense Maio constituta, generaliter congregata apud Montem sanctae Mariae in pago Tardanensi, hoc decretum sollemniter recitatum est coram venerandis episcopis, abbatibus ceterisque fidelibus*[d], *huic*

a) *al.* Ledaldo. *DACH.* b) nostri vestri *ed.* c) *al.* implorantes. *DACH.* d) *al.* ceterisque nonnullis. *DACH.*

1) Sirmondus ex apographo codicis Igniacensis dedit 983; Marlotus, qui in cod. Mosom. 976. legi ait, ipse a. 977. praefert. Sed Io. Mabillon, Ann. O. S. B. III, 622, recte annum 973. tuetur. Nam Thebaldus Ambianensis a. 975. depositus est, Adalberonis vero, qui Kal. Apr. a. 977. consecratus est, aliorumque subscriptiones postea addi potuerunt. At Galliae Chr. auctores, dum Mabillonem ducem sequi sibi videbantur, IX, p. 157. et alibi frequenter anno 972. synodum falso attribuerunt.

nostrae institutioni pio assensu faventibus, immo etiam collaudantibus atque confirmantibus; quorum videlicet primus ego Adalbero iam prescriptus archipresul, eidem concilio Deo auctore pontificali auctoritate presidens, manu nostra subscribens idem roboravi; sed et ceteri haud secus censuerunt manibus impositis solidari hoc ipsum pontificale statutum, apostolicae auctoritatis privilegio petitionis nostrae obtentu undecumque subnixum, ac per hoc summo honori omnibus reverenter habendum.

Ego Adalbero sanctae Remensis ecclesiae archipresul subscripsi et corroboravi. Ego Wido Suessionensis ecclesiae episcopus. Ego Hildricus Belvacensis ecclesiae episcopus. Ego Thebaldus Ambianensis episcopus. Ego Haidulfus Noviomensis episcopus. Ego Theudo Cameracensis episcopus. Ego Adalbero Laudunensis episcopus. Ego Gipuinus Catalaunensis episcopus. Ego Constantius Silvanectensis episcopus. Ego Liudulfus Taruanensis episcopus. Signum Adalberti Remensis archidiaconi. Signum Leudonis archidiaconi. Thebaldi archidiaconi. Erluini archidiaconi. Hugonis archidiaconi. Geranni archidiaconi. Rogeri archidiaconi. Emmonis archidiaconi. Signum Rodulfi abbatis Sancti Remigii. Odelei abbatis Sancti Medardi. Ratoldi abbatis Corbeiensis. Berlandi abbatis Sancti Vincentii. Adzonis abbatis Sancti Basoli.

Postquam haec acta sunt, beatae memoriae presul Adalbero data benedictione solvit concilium cum pace et gratia, redeuntibus singulis ad propria.

8. Nec minus interea, quamquam in diversa traheretur et regni negotia cum reliquis precipuus administraret, curabat quae coeperat. Sed consimili studio aggreditur Sancti Theodorici locum de laicali ordine abstrahere et presbyterorum, qui coadunati non multum religiose locum tenebant, collectione monasterium vacuare atque, ut olim sub beato Remigio sanctoque Theodorico multoque post eos tempore steterat, abbatis et monachorum ordine et sancta conversatione reformare. Coadunatis etiam rebus et fundis quae olim iuris fuerant predicti loci, et etiam Atteias de sua mensa subtrahens, in Veromandensi territorio optimi cespitis contulit villam, ad legumen et saginam, triticum quoque, quale melius illa procreat terra, mensae fratrum per totum annum sufficiens.

9. Inde ad Remensem suae sedis canonicam intendens animum, quales invenerit, quales reddiderit, quam rusticos et pauperes ac singulariter suis domibus vivere consuetos, quam religiosos, quam divites, ornatissimos, quam communiter et claustraliter vivere docuerit et monendo instituerit, beneficia parando, largiendo, res suas de manu potentiorum hortando, suadendo, terrendo, serviendo, redimendo et spe semper ad meliora tendens, ecclesiae quam regebat restituendo, non est meum dicere, cum situs Remensis claustri satis ista predicet, communis etiam adhuc mensa fratrum id ipsum testetur, et vix pre magnitudine et nobilitate quae tunc fuerat pauca vestigia illius rigidi ac canonici ordinis hodieque subsistant. Quae si ut singula quaeque relatu digna sunt dicere temptarem, nec verba quibusdam fidem facerent, neque hi qui ea acciperent, cum iam ex parte maxima dilapsa sint, ita tenus facta vera dicta iudicarent. Quid sancti Dionysii ecclesiam, quam vir Deo devotus extra muros urbis pro foribus maioris ecclesiae sanctae Dei genitricis Mariae instituit, ut, ostio contra ostium posito, quando sacerdos ad sacra missarum sollemnia ad orientem versus adstaret, sacerdotem principalis ecclesiae semper in intuitu haberet, atque, quidquid iste supplicans orando premitteret, ille subsequens premissa offerendo firmaret; quatinus isti de his quae pre oculis erant[a] cresceret devotio, et ille anteriora intendens et sanctificationibus securus adstans, angelum fortem et ad defendendum paratissimum atque armatum haberet a tergo; cum vero ille populum salutans et occidentem respiciens 'Dominus vobiscum' diceret, istum altrinsecus positum sacerdotem cum omnibus circumastantibus divini nominis invocatione et virtute in precando benediceret. Singulis ergo quasi generaliter omnibus providens, omnibus quasi specialiter singulis vacans, nec coepta deserebat, nec ab inceptando dietim quae cura pastoris expetebat, alicuius eorum defatigatus labore, intentus et semper novus ullatenus deficiebat.

10. Mosomensem itaque matriculam[b] saepe per se revisens, saepe per internuntios commonefaciens, piis elemosinarum suarum largitionibus instanter educans, ecclesiolis, altariis, prout in manu sua veniebant, victualia fratrum ordinabat. Claustri officinas, ut spoponderat, quas et nos ex parte plurima vidimus, de suo sumptu plene ac largiter aedificabat. In omnibus igitur quaecunque locus hic possidebat, sed maxime in illis quae vel

a) *ita in marg. DACH., qui edidit:* praeoccubuerant. b) *al.* matriunculam. *DACH.*

ipse iam contulerat, vel a se vel a fratre suo conferenda de suo patrimonio repromiserat, et ipse fidelis defensor erat. Et quia ecclesia semper pro iusto advocato contra malignantes opus habet, nullum fideliorem firmioremque aestimans, eundem fratrem suum omnemque suum successorem absque aliquo pacto dationis et acceptionis vel consuetudinis, nec in quarto nec in quinto, vel ipsi vel his quibus sub se committeret, per manum regiam perque auctoritatem suam advocatum pro remedio animae suae constituit, ut hoc principale eis et votivum esset, ut, quomodo ipsi hanc ecclesiam tractarent, sic et pro eorum animabus beatae semper virginis Dei genitricis Mariae oratio ad Deum fieret. Et licet in aliquibus fundis nostris advocati nostri et fredum dum[a] teneant et consuetudines quaerant, ut in Porticensi[b] videlicet comitiva, domni Gonhardi, qui tunc ibi prepositus erat, et monachorum placitoniis[c], qui novos sibi hodie advocatos attrahunt, insolentia et levitate et fit et factum est. Ita ergo administrato presulatus sui officio per plenum decemnovennalis cicli ambitum, fide et operibus bene consummatus, suis sequacibus bonae aemulationis relinquens exempla, 10. Kalendas Februarii ad aeterna bonorum premia, ubi beata spe tendebat, vinculis 990. Ian. 23
carnis absolutus, admissus est cum sanctis in gloria. Quia debitum hic liber poscit finem, quae dicenda restant sequentis paginae explebit volumen.

III.

Tertius iste tomus sequitur, qui continet huius
Ecclesiae abbates, successio quos moriendi
Denuo restituit, regimen nomenque novavit.

1. Itaque, ut premissum est, loci huius in monachico ordine a domno piae memoriae 971.
Adalberone primus abbas institutus est domnus Lietaldus, priori conversatione clericus, posteriori conversus et monachus. Igitur domnus Adalbero presul Deo dignus, rebus supradictis feliciter fideliterque constitutis, veniente suae vitae termino obiit in pace 10. Kalend. Februarii. Cui eodem anno successit in episcopatu Arnulfus. Abbas vero supradictus Lietaldus supervivens ei octo annis, obiit anno dominicae incarnationis nongentesimo nonagesimo septimo, 13. Kalend. Iulii. Et tertio Kalendas eiusdem mensis ab Arnulfo Remorum 997. Iun. 19.
archiepiscopo substitutus et ordinatus est eidem loco Boso abbas secundus. Iun. 29.

2. Hic auxiliante Deo et meritis sanctae Dei genitricis Mariae ecclesiam ampliavit, altare de loco ubi erat removit et in quo nunc est posuit et per manus archiepiscopi Arnulfi dedicari fecit, regnante Roberto rege Francorum, anno dominicae incarnationis non- 999. Iun. 18.
gentesimo nonagesimo nono, ordinationis suae secundo, 14. Kalend. Iulii. Videns autem idem archiepiscopus huius abbatis Bosonis ad ipsum locum fidelem devotionem, credensque sibi ad salutem animae pervenire[d], largiri coepit quaedam quae loco necessaria erant. Anno enim dominicae incarnationis millesimo quinto decimo per deprecationem illius ab- 1015.
batis Bosonis et aliorum Dei fidelium ob susceptionem peregrinorum et pauperum donavit ad illum locum quartas omnium ecclesiarum, quae ad ipsum pertinebant locum, et decimam porcorum, quos predicti loci abbas vel fratres mitterent in Ardennam silvam saginandi gratia; et dedit piscationem Cari fluminis secus Duziacum[1] decurrentis usque ad[e] Mosam, et dedit bannum et districtionem omnium hominum vel feminarum ad prefatam ecclesiam de capite pertinentium in Mosomo vel Flaverio[f] manentium vel deinceps mansurorum. Et dedit altare de Colredo in territorio Remensi et duas tunicas subdiaconales. Haec sunt quae huic ecclesiae per eum provenerunt. Obiit autem anno dominicae incarnationis millesimo vigesimo primo, tertio Nonas Martii. Cui successit Ebaldus archiepiscopus. Ipse reddidit 1021. Mart. 5.
ecclesiam de Dusciot[g] Sanctae Mariae de Mosomo et fratribus. Boso vero predictus abbas post prefatam ecclesiae dedicationem murum in circuitu monasterii construxit et ante portam Destres duo molendina quae ibi sunt statuit super terram Sanctae Mariae et horrea fieri fecit cum muro ecclesiae. Eius tempore furtim sublata est tabula altaris de argento, et una crux de auro, quam dedit Adelaidis comitissa cum duabus aliis de argento; et ipse abbas alteram fabricari fecit de auro, quod ei Henricus imperator donavit, et de calice aureo, quem Dada de Ritannia dedit ad locum cum dorsali maximo et aliis sacerdotalibus vestimentis. Fecit etiam fabricari thecam argenteam de multis spontaneisque collationibus et donariis pauperum fidelium, in quam translatum est de scrinio ligneo corpus sancti Vic- 1025.

a, dum *abundare videtur*. b) Portuensi *ed.* c) *ita ed.* d) *leg.* provenire. e) *al.* in *DACH.* f) *al.* Flaveio. *DACH.* g) *al.* Duzeio. *DACH.* 1) Douzy ad fl. Chiers.

toris martyris, presente Ebalo archiepiscopo et plurimis Francorum nobilibus, cum digna 1026. Iun. 22. reverentia cleri et populi, millesimo vigesimo quinto anno dominicae incarnationis. Et sequenti anno obiit ipse abbas Boso 10. Kalend. Iulii.

3. Cuius successor extitit Iohannes abbas tertius; qui et ipse pro viribus et ante abbatiam et post devota intentione fidelis fuit ecclesiae. Ipse enim inter chorum et turrim inal- 1031. bavit parietes ecclesiae. Obiit autem anno 1031.

4. Quo defuncto et legatione pro instituendo abbate ad archiepiscopum Ebalum delegata, ipse Gandavo litteras suas misit et inde domnum abbatem Rotulfum, Mosomensis cenobii monachum, sed cum benedictione et licentia predicti abbatis sui Iohannis commorantem apud domnum abbatem Richardum[1], sanctum omnino virum, religionis gratia, Remis Oct. 1. devenire effecit, et abbatem ordinans Kalendis Octobris, festo sancti Remigii spirituali sanctificatione consignavit, millesimo trigesimo primo. Ebalus autem obiit anno millesimo trige- 1033. simo tertio. Cui successit Wido archiepiscopus.

1) Virdunensem.

SUPPLEMENTUM TOMI XIII.

GENEALOGIAE AQUICINCTINAE.

In codice Duacensi nr. 751 *(44), membr., fol. maximi, in Aquicinctino monasterio*[1] *saec. XII. nitide et eleganter exarato, qui Papiae glossarium continet, f.* 1'. 2. *in quatuor columnas divisis catalogi sive genealogiae imperatorum, regum Franciae, Angliae, Ierusalem, comitum Flandrensium et Hannonensium et Namucensium etc. eleganter inter a.* 1180—1184.[2] *exarati sunt, quos nuper partim Duaci a me descriptos hoc loco exhibemus.* *O. Holder-Egger.*

*Nomina[a] regum Latini[b] sive Albani. f. 1', col. 1

Eneas annis 3.

Ascanius, filius eius, ann. 28.

. . . .

Tarquinius Superbus 35.

Hic deficit regnum Romanorum; porro consules et dictatores optinuerunt rem publicam annos ferme quadringentos 64 usque ad Iulium Cesarem.

Iulius Cesar annis 4, mensibus 7.

Octavius Augustus 56.

. . . .

Constantinus 35. [L]eo[c] 5.

Constantinus 10.

Idem Constantinus 7.

Yrene imperatrix 3.

Romani subesse femine nolentes, spreto Constantinopolitano imperio, Karolum regem Francorum sibi in imperatorem assumunt.

Karolus Magnus 13.

Ludovicus, filius eius, 26.

Lotharius 15.

Ludovicus 22.

Karolus Calvus 2.

Karolus tercius 12.

Arnulfus 12

Ludovicus 10.

Sequentes imperatores licet de successione Karoli non fuerint, tamen de origine Francorum sunt.

Conradus annis 12.

Henricus 18.

Otto, filius eius, 36.

Otto 10.

Otto 19.

Henricus 22.

Conradus 15.

Henricus 17.

Henricus 50. *col. 2.

Henricus 20.

Lotharius 12.

Conradus 16.

Fredericus.*

*Tyrannni, qui invaserunt Romanum imperium contra imperatorem Constantinopolitanum. *col 3.

Maximinus[d]. Avitus. Morianus[d]. Artemius[d]. Olymbrius. Glicerius. Nepos. Augustulus. Odoacer. Teodericus. Attalaricus. Teodoaldus. Witigis. Totila.

Iustinianus primus reduxit imperium, superato Witigi per Belisa-

*) *alia manu add. c.:* Heinricus, filius eius. Otto, filius ducis Saxonum.

a) *quae litteris latius positis exprimi fecimus, aut viridi aut rubro colore scripta in c.* b) Lati Latini *c.* c) *littera initialis colore viridi depingenda deest c.* d) *sic c.*

1) F. 2'. 3. maiusculis variis coloribus pictis haec scripta sunt: *Liber Sancti Salvatoris Aquicincti, si quis illum abstulerit, anathema sit.* 2) Post Philippum II. regem factum et eius nuptias cum Elisabeth a. 1180. celebratas et ante mortem Henrici III. iunioris regis Angliae a. 1184.

rium et deinde Totila, qui ei successerat, per Narsetem patricium interfecto.

Genealogia comitum Flandrensium, qui de imperatoribus Romanis et Francorum regibus descenderunt[1].

Lidricus Harlebeccensis comes genuit Ingelrannum.

Ingelrannus Audacrum.

*f. 2, col. 1. Audacer Balduinum Ferreum.

Balduinus I. Ferreus Balduinum Calvum de Iudith, filia Karoli Calvi regis Francorum.

Balduinus II. Calvus Arnulfum Magnum de Eltrude, filia Elgeri regis Anglorum.

Arnulfus I. Magnus Balduinum de Adela, filia Heriberti comitis Viromandorum.

Balduinus III. Arnulfum de Mathilde, filia Hermanni ducis Saxonum.

Arnulfus II. Balduinum Barbatum de Susanna, filia Berengeri regis Langobardorum.

Balduinus IIII. Barbatus Balduinum Insulanum de Ogiva, filia Gilleberti comitis.

Balduinus V. Insulanus Balduinum Hasnoniensem et Robertum Frisionem et Mathildem, uxorem Willelmi regis Anglorum, de Adela, filia Roberti regis Francorum.

Balduinus VI. Hasnoniensis Arnulfum comitem Flandrensem et Balduinum Hainoensem de Richilde, vidua Hermanni comitis Montensis.

Arnulfo III. apud Cassel occiso, Robertus, avunculus eius, Flandrie invasit comitatum.

Robertus I. g[enuit] Robertum ex Gertrude, vidua Florentii comitis Frisionum.

Robertus Balduinum Hapiuele ex Clementia, filia Willelmi comitis Burgundionum.

Balduinus VII. moritur sine herede.

col. 4. [K]arolus sine herede.

Willelmus [Normannus[a]] sine herede.

Theodericus genuit Philipum ex Sibilla, sorore Fulconis regis Iherusalem. Hi tres ultimi fuerunt ex filiabus Roberti Frisionis.

Genealogia comitum Hainoensium a comitibus Flandrie habens exordium.

Balduinus I. Hasnoniensis g[enuit] Balduinum Iherosolimitanum ex Richilde, vidua Hermanni comitis Montensis.

Balduinus II. g[enuit] Balduinum Montensem ex Ida, filia Henrici imperatoris[2].

Balduinus III. g[enuit] Balduinum quartum ex Yolende, filia Gerardi comitis de Galsemberga[3].

Balduinus IIII. g[enuit] Balduinum V. ex Ermensende, sorore Henrici comitis Namurcensium.

Balduinus V. g[enuit] Balduinum VI. et Elisabeth reginam Francorum ex Margareta, sorore Philipi comitis Flandrensis.

*Genealogia regum Francorum, Merovingorum seu Karlensium et Hugonis Capet ducis Parisiensium.

Priamus regnavit annis 20.

Marcomirus, filius eius, 34.

Faramundus, filius eius, 11.

Clodius Crinitus, filius eius, 18.

Ab hoc rege reges Francorum Criniti sunt appellati et a Meroveco, filio eius, Merovingi.

Merovecus, filius eius, 10.

Hildericus, filius eius, 26.

Isti sex reges pagani fuerunt, sequens vero a sancto baptizatus est Remigio, qui regnum sicut nunc est dilatavit.

Clodoveus, filius Hilderici, 30.

Lotharius, filius eius, 50.

Hilpericus, filius eius, 24.

Lotharius, filius eius, 44.

Dagobertus, filius eius, 17.

Lotharius, filius eius, 4.

Hildericus, frater eius, 12.

Theodericus, frater eius, 14.

Clodoveus, filius eius, 4.

Hildebertus, frater eius, 18.

Dagobertus, filius eius, 4.

Lotharius, filius eius, 2.

Chilpericus. Hic alienus. 5.

Teodericus, filius Dagoberti, 15.

Hildericus 9.

Hic deficit progenies Merovingorum, Hilderico eiecto. Franci vero precepto Zacharie pape sublimant in regem Pipinum, filium Karoli Martel.

Pipinus Parvus regnavit ann. 18.

Karolus Magnus, filius eius, 46.

Ludovicus Pius, filius eius, 26.

Karolus Calvus, filius eius, 34.

Ludovicus Balbus, filius eius, 2.

Ludovicus et Karlomannus, filii eius ex concubina, 5.

a) *minio superscr. c.*

1) Haec genealogia vix differt a Geneal. Bertiniana, Lamberti Audomar., Flandria gener., SS. IX, p. 305 sqq. editis. 2) Immo Henrici II. comitis Lovaniensis. 3) Wassenberg (circ. Heinsberg); qui fuit comes Gelriae.

Karolus imperator [invitatus[a] a Francis] 5.
Odo. Hic alienus. 8.
Hic regnum reducitur.
Karolus Simplex, filius Ludovici, 27.
Rodulfus. Hic alienus. 3.
Hic regnum reducitur.
Ludovicus, filius Karoli, 27.
Lotharius, filius eius, 31.
Ludovicus, filius eius, 1.
Karolus, frater Lotharii, eligitur.

Francis volentibus regnum transferre ad Karolum ducem, fratrem Lotharii regis suprascripti, Hugo Capes dux Parisiensis Karolum per proditionem Ascelini episcopi, vetuli traditoris, Lauduni noctu cepit, sicque Francorum regnum invadit. Hic autem Hugo filius fuit Hawidis, sororis Ottonis imperatoris, et Hugonis Magni, filii *Roberti, fratris Odonis regis supra memorati, quem Carolus Simplex in bello Suessionico interfecit. Hoc modo translatum est regnum.

Hugo Capes regnavit ann. 9.
Robertus, filius eius, 34.
Henricus, filius eius, 30.
Philipus, filius eius, 49.
Ludovicus, filius eius, 37.
Philippus, filius eius[b].

Incipit genealogia Karlensium.

Lotharius[1] II. rex, filius Hilperici, genuit Dagobertum regem et Blitildem, sororem eius.

Blitildis ex Ansberto principe Lotharingie suscepit Arnoldum.

Arnoldus genuit sanctum Arnulfum ducem, postea Mettensem episcopum.

Arnulfus g[enuit] Ansigisum ducem.

Ansigisus genuit Pipinum maiorem domus Francorum, qui Teodericum regem, filium Clodovei, in bello cępit.

Ex quo enervata est virtus regum Francorum usque ad Hildericum, qui eiectus est, ita ut nec equum haberent in quo ascenderent. Pipinus vero et successores eius regnum gubernabant.

Pipinus maior genuit Karolum Martel et ducem et maiorem domus Francorum. Karolus gen[uit] Pipinum Parvum et Karlomannum reges. Pipinus g[enuit] Karolum Magnum et Karlomannum reges. Karolus Magnus imperator genuit Ludovicum piissimum augustum. Nam ceteri filii eius ante patrem defuncti sunt. Ludovicus Pius g[enuit] Lotharium imperatorem et Ludovicum regem Noricorum et Karolum Calvum regem Francorum.

Hic dividitur regnum.

Lotharius adeptus est Romam, Italiam, Lotharingiam, Braibant, Hainau, Atrebatum. Ludovico tota Germania ultra Renum. Karolo occidentalis Francia.

Lotharius imperator genuit Ludovicum imperatorem et Lotharium et Karolum reges. Ludovicus autem rex Noricorum, frater Lotharii imperatoris, genuit Karlomannum et Ludovicum reges et Karolum imperatorem. Karlomannus, frater eius, genuit Arnulfum imperatorem. Arnulfus genuit Ludovicum imperatorem. *col 2.

*Genealogia comitum Namurcensium et Boloniensium de genere Karoli originem ducentium. *col. 3

[Karo]lus[c,2] dux Lotharingie, frater Lotharii regis Francorum, quem supra diximus a Hugone Capet Lauduni noctu captum, genuit Ermengardem et Gerbergam. Ermengardis genuit Autbertum[3] comitem de Namurco, et Autbertus gen[uit] Autbertum[3] et fratrem eius Henricum comitem de Durboio. Gerberga vero, soror eius, genuit Henricum seniorem de Brusella. Henricus genuit Lambertum et Henricum et Mathildem, sororem eorum. Mathildis nupsit Eustachio comiti de Bolonia et genuit Eustachium et Lambertum. Eustachius vero accepit uxorem filiam Godefridi ducis Idam nomine, nobilem genere et moribus, et genuit ex ea tres filios, Eustachium comitem Bolonie et Godefridum et Balduinum reges Iherosolime.

Nomina Francorum regum Iherusalem.

Godefridus.
. . . .
Amalricus, frater eius.
Balduinus, filius eius.

Duces Normannorum a regibus Francorum originem ducentes.

Rollo qui et Robertus.
. . . .

a) i. a Fr. *minio superscr. c.* b) *alia manu add.*: XLV. Ludovicus, filius eius, III; *dehinc aliae manus sequentium regum nomina addiderunt.* c) *foramen in membr.*

1) Cf. Geneal. com. Bolon., SS. IX, p. 300 sq. 2) Haec cum laudata Genealogia ad verbum congruunt. 3) *Albertum* Geneal. com. Bolon.

Henricus, frater eius.
Robertus comes, frater eius.

Hic etiam principes Normannorum, qui Apuliam et Calabriam subiugaverunt.

Turstinus Citellus.
*col. 4 Ranulfus et Richardus.
Drogo Constantiniensis.
Unfredus, frater eius.
Robertus Wiscardus, frater eius.

Principes Anthioceni.

. . . .

Boamundus, filius Raimundi.

Hic deficit progenies Karoli Magni in successione imperatorum vel regum.

*De regibus Anglorum.

Guillelmus Nothus . . . . . . et genuit Henricum tercium regem et fratrem eius.

ADDENDA ET EMENDANDA.

p. 17, *l.* 21. *pone notae numerum* 10. *post* Butenici m; — *n.* 3. *adde:* aut Reggio? Cf. infra p. 30, l. 31. — *p.* 21, *l.* 27. *lege:* Dominicus, fil. Petri ducis, Candiano; *l.* 28. *dele* Candiano. — *p.* 57, *l.* 8. *lege:* genealogia, incipiens a sancto n Arnulfo, finem *et pone l.* 52, *n.* n) secundo 2. 3. — *p.* 149. *post l.* 7. *et pro l.* 8. *adde:* Idem opusculum exstat in codice Duacensi nr. 827, olim Aquicinctini monasterii, de quo v. infra p. 578, f. 86—90′. manu saec. XV. ex.—XVI. in. exaratum, minio inscriptum: 'De fundatione Hasnoniensis cenobii'. Descriptum est ex eodem codice, ex quo sumtum est apographum recens, quo solo Martene usus est, quod exstat *etc. Variae lectiones eius nullius momenti sunt. Habet p.* 159, *l.* 2. ergo *pro* itaque; *l.* 10*: deest* a; *l.* 11*:* dietim; *l.* 24*:* inquit, *superscr.* intulit; *l.* 25. 29*:* Amandinensium, *et ita semper; l.* 30*: deest* mensae; *l.* 36*:* ab hoc clamore; *l.* 40*:* in abb.; *p.* 160, *l.* 13*:* subsidia vitę; *l.* 44*:* omnes illi. *Reliquae variae lectiones cum 2 conveniunt praeter p.* 159, *n.* g (*n.* h: Hartini). k; *p.* 160, *n.* c. h. r. — *p.* 160, *l.* 24. *ad* monitu *adde notam:* Cf. epistolam infra p. 578, n. 6. editam. — *p.* 277, *l.* 5 *fortasse* Guatenias, *id est Watinense monasterium, legendum est.* — *p.* 305, *l.* 55, *n.* 4. *dele numerum* 33. — *p.* 317, *n.* 2. *dele numeros* 3. 17. 33, *sed adde* 73. — *p.* 392, *n.* 1. *dele* cuius editor — esse dixit *et pone:* Nunc Drever in Westfalia, praef. Lippstadt? — *p.* 497, *n.* 8. *dele* sed de loco — habet *et adde:* Cf. Auct. Aquic., SS. VI, p. 395; *n.* 9. *dele* Akka *et lege*: Castrum prope Tripolim (Tell Erek). — *p.* 528, *l.* 45. *lege:* Detuinus. — *p.* 531, *l.* 48. bonuarios *emendes velim.* — *p.* 539, *l.* 10. *ad* dixit *adde notam:* Claudianus in Eutrop. I, v. 181. — *p.* 556. *Catalogus episcoporum Augustensium et abbatum S. Afrae etiam t. XIII, p.* 278. *editus est ex apographo Pertzii; p.* 557, *l.* 39. *et ipse legi:* sanctos pontifices eum requiescere, *ut editum est, V. Cl. Bodemann, qui etiam p.* 558, *l.* 47. *cum Eccardo legit:* Diemar.

CORRIGENDA.

p. 9, *l.* 2. *lege:* de. — *p.* 17, *l.* 55, *n.* 10. *lege:* duo. — *p.* 47, *n.* 3. *lege:* p. 15, n. 1. *pro* p. 19, n. 1. — *p.* 103, *l.* 55. *pone notae numerum* 6 *pro* 8. — *p.* 264, *n.* 7. *lege:* Metlach. — *p.* 289, *l.* 4. *lege:* Erat. — *p.* 292, *l.* 46. *lege:* Monetarius. — *p.* 297, *l.* 11. *lege:* ecclesie *et pone punctum post* Marie. — *p.* 300, *l.* 32. *lege:* prenominatus. — *p.* 394, *l.* 8. *lege:* intentus. — *p.* 417, *l.* 59, *n.* 1. *lege:* p. 120, n. 4. — *p.* 433, *l.* 21. *post* Iudica *dele notae numerum* 1. — *p.* 445, *l.* 32. *lege:* predecessoris sui. — *p.* 472, *l.* 23. *notae numerum* 9 *pone l.* 24. *post* Francie. — *p.* 506, *n.* 3. *et p.* 529, *n.* 2. *lege:* Mosam. — *p.* 528, *l.* 44. *lege:* antea domni.

INDEX.

SCRIPSIT K. FRANCKE.

Maior numerus paginam, minor quinas lineas, in Gestis Camerac. metricis stropham indicat.

A.

B. *Cf.* P.

C. (Ç *v.* Z). *Cf.* K.

D. *Cf.* T.

Diedo, Dido, Dedo, Dedi.

E. *Cf.* AE.

F.

G.

H.

K. *Cf.* C.

M.

N.

P.

Q.

R.

S.

U.

V. *Cf.* F.

X.

Y. *Cf.* I.

Z. Ç. *Cf.* C.

ADDENDA AD INDICEM.

p. 626, *col.* 1. *post* S. Antolinus *adde:* Antonii porta Tornac. 356, 35. — *p.* 626, *col.* 2. *ad art.* Arimin. *adde:* cf. Rimani. — *p.* 627, *col.* 1. *ad art.* Audomaris *adde:* cf. Sithdiu. — *p.* 630, *col.* 2. *ad art.* Breszlaw *adde:* cf. Wortizlave. — *p.* 632, *col.* 2. *post* Cato minor *adde:* Catonis porta Tornac. 356, 35. — *p.* 633, *col.* 1. *dele:* S. Christofori monast. in Homborg 416, 15; *cf.* SS. Mauricii et Christofori monast. — *p.* 633, *col.* 2. *post* Cluniacum *adde:* Cobelbach villa 265, 1. — *p.* 634, *col.* 1. *ad art.* Cotug villa *adde:* cf. Tuchtum. — *p.* 634, *col.* 3. *post* Damasus II. papa *adde:* Damnatitia porta Tornac. 330, 45. 354, 40. — *p.* 635, *col.* 2. *ad art.* Dorneburg *adde:* cf. Torneburg.

GLOSSARIUM.

SCRIPSIT K. FRANCKE.

aba = abbas 14, 35.
absidi, *absentes* 50, 20.
acephala 143, 30.
advocatio 318, 50. 319, 30. 335, 1. 336, 5.
albus, *moneta* 540, 10. 594, 15. 595, 1.
alearum scema, *scaccorum ludus* 128, 40.
aliqualiter 424, 35.
allesius = halec 594, 30.
allodium, alodium 167, 20. 168. 218, 30. 466, 15. 473, 20. 525, 20 532. 533, 15. 583, 35. 604, *saepius.*
altura, *profunditas* 164, 30.
ambaziata 429, 5.
ambasiator 444, 10. 450, 15. 458, 30. 470, 35; ambaxator 90, 1. 91, 5.
angaria 553, 5. — angariare 43, 5. 428, 35.
angaridia 16, 5. 39, 30. 42, 1. 43, 1.
anulus *signum sponsalicium* 129, 5.
apparibilis 42, 15. 56, 5.
aquarium 9, 30.
archibricus 211, 15.
archigallinae 175, 25.
archipisces 175, 25.
arenga, *oratio* 96, 35.
armarius, *bibliothecarius* 177, 15. 290, 40.
armencia = armenta 36, 15.
asirius, *navigii genus* 92.
assecurare 429, 5.
astor, *astur* 42, 30.
auca, *anser* 427, 5.
aucellatio 15, 35. 39, 25. 42, 1.
auctorizare 513. 514, 45.
audientiae dies 286, 5.
aurea rosa 84, 1.
aureolus, *moneta Venet.* 90, 30
aureus, *moneta* 465, 15. 475, 5.
aurifrigium, *gall. 'orfroi'* 495, 35; aurifrigia ornamenta 566, 50.
aurifrisiata infula 446, 1.
ausus, *audax* 30, 15. 31, 10.
autoralis 100, 35.
avenacius panis 308.
bannerium, *vexillum* 442, 1. 445, 10; bannirium 453, 25
bannus 135, 25. 140, 10. 380, 15. 385, 15. 393, 45. 397, 40; imperialis 464, 15. — bannire 469, 30.
banus, *ban, dux* 71, 5.
barbati fratres, *conversi* 256, 50.
barcella, *navigium* 53, 25. — barchula 53, 40.
barcha 54, 35.
baro 78, 50. 431, 20. 439, 25. 466, 10. 479, 25.
batallus, batillus campanae 322, 1. 538, 45
bathmundium, *bedemund* 519, 45.
baticanum 64, 1.
becaria, *macellum* 42, 35.
beneficium 211, 40. 296, 45.
beniveniatum, *wilkomm* 420, 30.
berbicinus = vervex 43, 1.
bombarda 478.
bomekopenfurer, *wasserkiepenfuhrmann* 429, 45.
bonuarius, bonuarium, bonarius 301, 50. 547, 40. 594. 595. 598. 599; bowarius (?) 531, 45.
Bopsinuditzy, *Hussitarum cantus* 460, 15.
borium 6, 35
brachium secalare 459, 1. 464, 10.
bracus, *species canum* 42, 30.
braisia 335, 5; *v. Duc. I, p.* 754.
brandeus 169. 170, 15.
bravium 166, 1.
braxator, *brauer* 433, 30. — braxatorium 569.
breve recordationis 36, 30.
breviarii, *urkunden* 36, 30.
brolium, *pratum* 83, 1.
bullatum indiculum 160, 30.
burchgravionatus 425.
burchwart, burgwardium, burgwardum 380, 15. 385, 10. 393, 40.
burdaice 427, 20.
burdator, *gaukler* 427, 20.
burdo 606, 15.
burgus 595, 1. — burgensis 243, 5.
buticela, buticella, boticella, *navigii genus* 55
buticularius 169, 5.
butis *(pro* bucis? bucca *est navis)* 55, 1. 20; butes 55, 10.
cacia, kacia, *jagd* 16, 5. 39, 30. 40, 30. — caciator 42, 30.
calcifurnus 553, 5.
caldariae supplicium 283, 30. 285, 20.
calumniare, calumpniari, iudicium 281, 40. 428, 1.
camba, *brassiatorum officina* 152. 218, 35. 318, 55. 335, 5.
cambarius 181, 10.
cambire 477, 10. cambium 166, 40.
camisia 135, 45.
campana 48, 15. 99, 50. 100, 5. 413, 15. 418, 20. 419, 20. 434, 40. 607, 20.
campanator 595, 20.
campanile 71, 10. 92, 30.
cancellaria 417, 50.
canonia 607, 15.
capitalis, *maior* 513. 523, 15. 528, 10; capitalis summa 480, 25. 481, 35.
capitaneus 462, 5.
capitare, *exitum habere* 94, 1.
cappa 256, 5.
carencia, *defectus* 473, 35.
carnisprivium 440, 40. 451, 35.
carrata 141, 15.
carruca 312.
casale 79, 30.
casatus 190, 20. 207, 40. 212, 50. 218, 25. 220, 30. 223, 45. 229, 20. 230, 40. 238. 246, 25.
castellania 203, 40. 207, 5. 211, 20. 213. 214
castellatura 213, 20.
castrator 42, 30.
casula, *vestis eccles.* 320, 1. 458, 5. 497, 30.
catacumina, catecumini, *pars ecclesiae* 11, 25. 38, 20.
cataneus, cattaneus, cathaneo = capitaneus 88. 89, 5.
cateticatus pontifex 46, 15.
caudarius, *gall. 'couard'* 244, 35.
cautelose 442, 5.
cementarius, caementarius 156, 45. 168, 1.
cerei ardentis traditio 154, 25.
cerevisia 141, 10; cervisia 301, 50. 323, 1. 325, 1.
certitudinaliter 432, 1.
chiroteca 545, 20.
choralis 448. 478.
chorisare 452, 1.
chrisobulium 73, 35; crusobolium 90, 20. 91, 40.
circumdavit 28, 15; *cf.* 54, 1
clenodium, *kleinod* 443, 5. 470, 20. 472, 10. 475, 5.
clippeatores 417, 5.
clodus = claudus 257, 20.
cluces maris decocte 54, 5.
colaphizare 413, 20.
collateralis, *uxor* 167, 10; colateralis, *socius* 54, 30.
comestabilis 92, 30.
comestia, conmestia 50, 1. 56, 15.
comitiva, *gefolge* 53, 50. 439, 35.
comitiva = comitatus 602, 20. 610, 45. 617, 5.
commissarius 434.
communes *oppos.* divites 433, 25.
communia, *foedus?* 238, 30.
communitas = communia 431, 30. 432, 15. 433, 30. 453, 25.
comperator = comparator, *käufer* 42, 35.
concambium, concampium 103, 25. 104. 155, 10. 156, 25. 380, 10. 525, 15. 611, 5. 612, 1. 613, 40. — concambire 105, 45.
concertatio, *certamen* 508, 25.
concordare 160, 35. 425, 5. 426, 10. 433, 30. 460, 25. 462, 25. 478, 25.
concorporalis 135, 1.
confalonerius 96, 10.
confessio (basilicae) 38, 20.
confiscare, *belehnen* 552, 45. 553, 15. 610, 5; confiscati homines 552, 50.
congauditor 30, 1.
congugis, *iuga?* 9, 25.
consciliator (?) 36, 20.
consecretalis 180, 50.
consimilans 7.
contentare 92, 20.
contracta = contrata, *strata* 55, 20.

contrarietas 39, 25 526, 50.
contrastare, contristare, contristari, *adversari*, *resistere* 23, 20. 34, 1. 45, 1. (contristabantes. 15. 46, 5. 52, 25.
contruit (? 51, 10.
convicaneus 178, 10.
convicinans 6, 40. 7, 5. 10, 35
convitare, *invitare* 54, 40.
crismare 157, 5.
crocia, *crux* 15.
crusina, *pallii genus* 378, 10.
cuba, cupa, *crypta(?)* 47, 15.
cuculla 256, 5.
cunicus(?) 25, 20.
curia = curtis 289, 45.
curialis, *liberalis* 74, 45.
curiositas = cura 524, 35.
cursarius, *corsar* 95, 25.
curtile 105, 50.
curtis dominicalis 167, 30; *cf.* indominicatus.
da *praepositio* 43, 5. 10. 46, 25.
decimatio 380, 15.
deequitare 53, 55
defensivus 606, 20.
degestare (?) 36, 20.
demandare 421, 10.
denegator, *necator?* 57, 15.
depactacio 463, 10.
depauperare 464, 25. 465, 5. 466, 10.
detestabilitas 434, 30.
dextrarius, *equus* 424, 25.
diatim, *quotidie* 159, 10. 595, 25
dicibilis 461, 15.
dieta, *concilium* 467, 5. 477, 25. 483.
diffidare 462, 40. 468, 10. — diffidatoria littera 462, 40. 463, 1.
displicencia 425, 1. 428, 25. 481, 25.
diurnale, iurnale 168, 15. 599.
docibilitas 447, 15.
dominicatura 212, 50.
domnio, *gall.* '*donjon*' 606, 10
domus usitatius dicta 'curtis' 312, 40.
donum, *feodum* 512, 35. 513, 20. 538, 30.
ducare, *ducem esse* 60. 61. 70, 1.
dukissa 96, 25.
ebdomatim 595, 25.
eiexerunt 45, 20.
electores imperii 450.
elemosina, *domus in qua eleemosynae pauperibus erogabantur* 499, 35.
emenda 434, 5.
emissarius 138, 10.
encaeniarum dies, *consecrationis ecclesiae* 157, 5.
enormitare 513, 45.
episcopare, *episcopum eligere* 415, 20.
eulogium 531, 50.
exactionare 424, 25 429, 15.
fagetum 602, 25.
famulus, *knappe* 212, 45. 217, 30. 425, 30. 439, 25. 553, 30.
farrinarium 105, 50.
felonia 448, 15. 453, 30.
feodum, feudum, fiodum 195, 25. 217, 15 218, 25. 223, 40. 300, 30. 312, 35 326, 55. 339, 45. 455. 465. 474. feodare, fiodare 227, 30. 532, 1; feodati milites 553, 30. — fiodalis dos 511, 5
fermentare 301, 50. 335, 1.
ferto, *nummus* 443, 10. 547, 40
festinosus 27, 5. 55.
fidelitatem facere 211, 40. 537, 1.
figellare 418, 1
filialis 519, 5.
filiatio 220, 20.
firmamentum, *urkunde* 24, 1. 52.
firmitas, *munitio* 214, 30. 240, 316.
floreni 448, 1. 449, 10. 450, 5. 455, 20. 457, 1. 460. 461, 5. 462. 463, 15.
fluctus = flotta, *machinae genus* 54, 5.
foedum = feodum 553, 30. — foedatus 554, 1.
foragia iura 553, 20
foragium 318, 55. 319, 15. 335. 339, 40.
forcia 22, 30. 24, 15.
forestis, *silva* 549, 10; forestium publicarum officialis 167, 10.
forinseci iudices 90, 5.
fortilicium 93, 40.
fossatum 462. 464, 10. 478, 15.
frondissimus = frondosus 8, 5.
fusteum *(ligneum)*, forum 15, 10.
fustigare 258, 1.
galea, gallea, *navis bellica* 71, 50. 72. 74, 5. 76. 77. 79. 82. 84, 1. 91, 20 —94, 40. 95.
garba 167, 35.
gardianus 434, 35.
gattus, *navis bellica* 75, 30. 76, 20.
gavalum, *census* 242, 25.
geniculare, *niederknien* 429, 45.
gignentia, *genus* 52, 5.
gilio, *i. q. gillionarius* = *buticularius* 500, 1.
ginovagium (?) = guionagium 540, 10; *cf.* wionagium.
glomus, *gen.* glomi 170, 15.
gral ludus 424, 40.
grangia, *horreum* 541, 1.
gratiare, *danken* 197, 30.
gratis = cratibus 27, 15.
grossus, *nummus* 91, 10. 448, 20. 465, 40.
gundola, gundula, gondola 16, 5. 39, 30. 42, 1. 43, 5.
guerra, werra, wera, gwerra 70, 40. 75, 40. 115, 55. 226, 5. 234, 1. 425, 30. 429, 35. 430, 35. 433, 20. 442, 30. 470, 10. 478, 10, *saepius*.
habilitare, *restituere* 434.
homagium 428, 5. 433, 35. 434. 452, 10. 456. 457, 1. 473, 1. 477, 15.
hominium 199, 15 202, 20. 213, 15. 214, 35. 219, 50. 280, 5. 498, 20.
honorificatio 16, 5. 39, 30.
(h)ordeaceus panis 308, 30.
iestum = gestum, *hefe* 68, 15.
ignis pestilentia 297, 45.
imbannire 243, 25. 244, 1.
imbannizare 195, 30.
immediatus 455, 5. 475. 479, 20.
impignorare 473, 15. 480, 25. — impignoratio 465, 1.
imposturatio 180, 1.
incastellare 428, 35.
incennium, *munus*, *donum* 10, 20.
inclaustrum 582, 25
indominicatum beneficium 518. 519, 20. indominicatus mansus 152, 30. 528, 20 532, 10.
inerissibilis 54, 5.
inextenuatus 179, 50
infalibiliter 53, 40.
infeudare, inpheodare 416, 40. 476 — infeudacio 443, 25. 475, 45.
infirmaria 598, 25.
infulare 415, 15.
inlaqueatae bestiae, *non loquentes?* 42, 15.
intentio, *contentio* 34, 30.
intercutaneus morbus 336, 25.
interema, *intestina* 54, 45.
intestare, *occidere* 23, 15.
inusitatio 53, 40.
invadiare 539, 1.
investigare = investire 8, 25.
investire 525, 20. — investitura 545, 30; investitura sive donum 537, 1. — investitio 10. 13, 1.
ipatus, ypatus, ypetus, ὕπατος 28, 30. 45, 10. 60.
irremediabilis 509, 1.
itemque *fortasse* = ibidem 6.
iter, *fortasse* = iterum 9. 10, 10. 14—16, 5.
iudicamentum 24, 1.
iuridicialiter 519, 40.
iurnale *v.* diurnale.
kire Grece domus orationis 51, 5.
laboratio 41, 35. 43, 15.
labrum, *vas sepulcrale* 62, 45. 63.
laidum, *arbitrium* 458, 30; *cf.* laudum.
larvarum ludus 447, 1.
lastum = lastrum, *basis columnae* 11, 35 13, 30.
latomus 498, 25.
laudum opprobriare, *den schiedsspruch verwerfen* 460, 40.
laxare, *verlassen* 235, 35.
lectio = electio 14, 1.
leuga 297, 1.
libellaticum, *privilegium* 171, 25.
se licenciare 419, 45.
licisca, *canis* 138, 10.
ligia fidelitas 214, 35. — ligius homo 190, 10. 197, 45; legius 230, 40.
lito, *lite* 380, 45.
lobium, *laube*, *rathhaus* 426, 5. 430, 1. 433, 25. 452, 1.
locuplentes 28, 40.
longanimitate (longa nimietate?) 41, 15.
longiuscule 155, 1.
lot, *pondus* 474, 5.
lumbus carbasinus 496, 35.
lunula 139, 5.
magisterium 198, 45. 204, 35. 210, 20. 212, 20.
magistra civitas 53, 15. 54, 35. 177, 5.
magnates, magnati 88, 5. 92, 25. 93, 30. 96, 15. 125, 45. 532, 1, *saepius*.
magnissimus 8, 25. 11, 15. 36, 5.
mairia de qua cervisiae fermentantur 301, 50. 318, 50. 319, 30; 334, 35; *cf.* matera.
mancullela = mangonella, *machina bellica* 96, 20.
manica monasterii 409, 30. 411, 10.
manipulus 328, 20.
mansio 9, 30. 52, 30. 54, 1; mansio abusive curtis nominata 309, 1.
mansionarius 169, 45. 177, 35. 179, 45. 531, 50. 532, 20. 553, 25. 595, 50.
mansuarii homines 553.
manus applicare, *se commendare* 414, 40.
manuum elevatione eligere 382, 5.
manutergium, *sudarium* 171, 1.
marca, marcha, *nummus* 77, 30. 93, 25 187, 35. 193, 50 226, 15. 227, 5. 308, 10. 326, 55. 424, 5. 425, 5. 430, 1. 442, 20. 449. 474, 5, *saepius*.
marchedare, *mercatum habere* 14, 10. 52, 20.
marchia, *mark* 228, 15. 242. 554, 5 — marchisus 152, 35. 153.
marka, *markt* 429, 30.
marschalkus 419, 35; marschallus 458, 30.
massarius, *colonus* 9, 30. 41, 35. 43, 15. — masarienses 43, 10.
matapani, *moneta* 91, 10.
matera cervisiae, mairia 249, 10.

matricularius 258, 45.
mazinare, *molere* 8, 25.
meliusculus 154, 30.
mella = merla, *zinne* 33, 15. 37, 5 (mellorum).
memoria, *sepulchrum* 557, 20.
memorialis cartula 36, 30
menator 42, 30.
merica, *silva* 422, 25.
mimilogus 164, 10.
ministerialis 413, 35. 415, 35. 422, 25. 425. 429, 35 431. 519, 40, *saepius*.
minorennis 481, 40.
missaticus, misaticus 26, 1. 48, 10. 49, 1. · misitica, *legatio* 45, 5.
mondiale ius 542, 5.
mortua manus 542, 5.
mortuorum campana 546, 40.
mulbom = sycomorus 133, 30.
mundiburdis, *advocatus* 140, 5. — mundiburdium 378, 10; mundiburgium 106, 10.
neglegentiosus 30, 20.
noticia firmitatis 40, 20. 25.
nutritus canonicus 325, 10.
obvallare, *oppugnare* 428, 30.
occidentanus 49, 25. 50, 1.
ordinales ecclesiae Rom. 38, 20.
ordinarius ecclesiae 16, 20.
organum 48, 15.
ornari (?) 48, 25. 54, 25.
ortantem (?) 39, 35.
ostis = hostis, *exercitus* 72, 5.
pagensis 606, 35.
palefridus 497, 30.
palestinus = palatinus 417, 45. 419, 30.
palla altaris 171, 1.
papillio, *tentorium* 53, 15.
parata, *tributum feodale* 16, 5. 39, 30 (parati).
parcialitas, *parteiung* 455, 25.
parificare 260, 20.
partichinae *(Parthicae)* pelles 10, 20.
passagium 90, 30. 428, 45.
pastophorium 605, 25.
patualis, *tributarius* 42, 5
patuare, *pacisci* 23, 25. 52, 10.
patrocinia, *reliquiae sanctorum* 10, 15. 27.
patules = paludes 6, 15. 20. 10, 10. 38, 30. 41, 1. 46, 25.
pectrera = petraria 96, 20.
pelaginosum mare 56, 1.
perfictum, *census* 9, 25. 43, 25.
pergium 602, 25.
perierunt (?) 54, 25.
perpetualiter 9, 25. 15, 35. 28, 35. 37, 15. 39, 20—41. 48. 49, 5. 517, 30.
personatus 595, 10.
philacterium 297, 15. 497, 30.
pietancia = pietas 426, 15. 440, 40
piperinus equus 55, 30.
piscatia 533, 10.
placitum 36, 30. 434, 10. 595, 10. — placitare, *constituere* 442, 20; *verhandeln* 478, 20. 479, 10.
plagatura 602, 40
planeta, *vestis eccl.* 320, 1.
· plasmare 215, 35.
plasta 168, 5.
plathea, *navigium* 41, 35.
plattum 43, 10. 15.
ponente, *occidens* 93, 40.
pontinagium 318, 50. 319, 15
portenarius, portorius, *pförtner* 427, 40.
posebant 32, 5.
potentatus 96, 5.
potestas, *podestà* 88.
practicare 459, 40. 470, 35.
praepositare 227, 35.
praestolans = praestans 6, 20. — praestolator = praestator 55, 30.
prastium, προάστειον 41, 25.
precellimus = praecelsissimus 6, 25. 46, 5.
prodecimum 43, 20.
prolepsis (?) 48, 15.
prolificare, *gignere* 459, 40.
promptuarium 584, 20.
propina 474, 40.
prostrenuit = prostravit 25, 1.
prothosevastor 90, 5.
prusius lapis = prasinus 63, 20.
pulveres, *pulver* 464. 478, 30.
rava = rapa 42, 25.
realitas 526, 25. 530, 1.
rebellisare 462, 35.
recalvester 259, 1.
reçendum 54, 1.
recepta, *tributum feodale* 16, 5. 39, 30.
recessavit 44, 40.
recompensa 436, 35. — recompensatio 597, 10.
refectorium 597, 10.
relocare 246, 5.
requestio 46, 20.
resistencia 425, 1. 434, 5.
responsalis 117, 45. 118.
revadiare 226, 25.
ribaldus 461, 25. 474, 25.
risare = rixare 23, 1. — risosus 30, 10.
roda = rota, *pavimenti ornamentum* 7, 10.
ruinalibus 51, 30.
ruteling, *cultellus* 413, 40.
sacramentalis, *eidhelfer* 24, 1.
sagitta, *navigii genus* 79, 15.
sanguellator 42, 30.
sarcia = sarcina 55, 15.
sartum, *rodland* 596, 5. 598, 35.
sartaginenses 479. 480, 10.
scabinus 168, 40. 426. 472, 5. 519, 40.
scacorum ludus 435, 30.
scamnella 257, 20.
schildekenbom 424, 40.
de scise, *accise* 447, 30.
scorticator 43, 1.
scrupulositas 441, 20.
scultetatus, *officium sculteti* 425, 40
secretarium 329.
secularia 14, 35.
senula, senulla, scenula, *anus* 53.
servientes 214, 15. 317, 10.
servicialis = serviens 6, 35
signia = insignia 8, 5.
sinodare 13, 25.
soldatus 470, 25.
soldum, *stipendium* 422, 20.
solidarius = soldarius 188, 35. 190, 30. 191, 1.
spaletum, *ital.* '*spalletta*', *gehege* 35, 1.
spleutrum, *spiess* 55, 40.
stipa, *spende* 423, 30.
storia, *strohmatte* 42, 20.
stropha, *simulatio* 128, 40.
sturnicus equus 55, 30.
subdelegare 434, 1.
subremnia 496, 35.
summista 117, 1.
summum, *eccl. cathedratis* 424, 40. 433, 15.
sustinentia 190, 40.
syclus, *nummus* 393, 35.
tabulam pulsare 312, 1.
taliada = taleata, *fossa, canalis* 15, 25; talioda 39, 10.
tamisium, *cribrum* 308, 20.
taxare populum, *brandschatzen* 243. 245, 50.
tectura = tectum 583, 20
tenda, *tentorium* 54, 1.
terita, *terror?* 44, 50.
terrenula, *tumba* 8.
terrenum = territorium 10. 16, 1. 27, 30. 28, 10.
theatrum 472, 10.
torcia, *fackel* 452, 1.
tornium, *torneamentum* 236, 45.
tradimentum, *proditio* 468, 5. 469, 25.
tragmite — tramite 50, 5.
translatare = transferre 6, 30
traversatio, *transitus* 9, 10.
traversus 9, 15.
traxentem 56, 25.
treuga, treugua, tregua, trevia 83, 35. 90, 15. 91. 201, 50. 202, 10. 225 233 241. 244, 5. 433, 25. 468, 15.
truphator 435, 5
tultus, *part. verbi* tollere 172, 15
tyri tropheum lanceae 56, 5.
ultimate 428, 45.
usale, *mos* 47, 15. 51, 20.
vallare, *oppugnare* 463, 25.
vannum = vanna, *stragulı species* 42, 30
vardator = guardator 42, 30.
varding, iudicium, *burding* 426, 5.
vasallus 206, 45. 423, 20. 424, 1. 438, 10 448, 20. 449, 15. 479, 25, *saepius*.
vasculum, *navis* 55. — vasselum 53, 20.
vegla, *vetus* 22, 30. 31, 1. 33, 15.
velutuosus 51, 20.
venerosus 30, 1.
ventanii praeceptum 15, 1. 47, 20.
via regia 602, 25. 603, 25.
vicaria 462, 20.
viellator 485, 40.
villanus 418, 1.
villicatio 135, 30.
vinitor 111, 40.
viridia = virilia 56, 25
vitalicium 475, 45.
vitrea, *glasfenster* 110, 5.
werra *v.* guerra.
wionagium = guidonagium, *tributum pro salvo conductu praestitum* 318, 50. 319, 30. *Cf.* ginovagium.

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.



